




SACROSANCTA
CONCILIA
AD REGIAM EDITIONEM EXACTA

QUÆ NUNC QUARTA PARTE PRODIT AUCTIOR

Studio PHILIP. LABBEI, & GABR. COSSARTII,
Soc. JESU *Presbyterorum.*

TOMUS SECUNDUS

Ab anno CCCXXV. *ad annum* CCCCXXX.



LUTETIÆ PARISIORUM,
Impensis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum Ecclesiasticorum jussu Regis constitutæ.

M. DC. LXXI.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

SYLLABVS

EORUM QUÆ TOMO II. CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ asterisco * notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus: quibus vero hæc nota † impressa est, eorum incertus est annus.*

S Y L L A B U S

TOMI SECUNDI.

SYLLABUS TOMI II.

APPENDIX. 1703



H EN



Η ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΠΡΩΤΗ ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

SANCTUM CONCILIUM NICÆNUM PRIMUM GENERALE.

HISTORIA CONCILII NICÆNI.

FLAVII Constantini magni imperio Arius presbyter Alexandrinus ambitionis & [a] invidiæ stimulis agitatus adversus Alexandrum, qui post Petri & Achillæ obitum Alexandrinam ecclesiam sanctissime regebat, cum ejus vitam non posset, doctrinam criminari instituit: utque elati animi fœditatem, quam deformi [b] fatebatur aspectu, sacrilega fateretur & lingua, novo atque impio dogmate disseminato, ad quem honoris gradum nequiverat ingredi per ostium, veluti fur & latro aliunde ascendere nitebatur. Itaque de Dei filio illa jactabat in vulgus: Erat [c] aliquando, quando non erat: ex non extantibus factus est, non de Patris substantia genitus: ex tempore, non ab æterno: haudquaquam Deus verus de Deo vero; sed ex nihilo creatus, minor Patre, voluntate naturaque mutabilis. Quæ aliaque id genus cum impie deliraret, multis sane calamitatibus omnem afflixit ecclesiam, antea Petrus Alexandrinus sanctitate & martyrio clarissimus, & magnus Antonius abbas prædixerant: quorum [d] ille cum ad aram noctu supplex oraret, Christum dominum vidit discissa veste, audivitque flebiliter dicentem: Arius vestem meam, quæ est ecclesia, dilaceravit: hic [e] vero in questus & lacrymas effusus, vidisse se retulit altare Dei multorum impetu, crebrisque calcibus disturbatum; Arianæ immanitatis ostentum. Cum itaque Arii impietas septuaginta [f] virgines Deo sacras, septem presbyteros, & diaconos duodecim pestilenter infecisset, Alexander [g] episcopus hominem blandis cohortationibus ab ea mente deducere studuit. Verum nec his Arii furor conquievit: bacchari [h] magis in dies, pellicere quoscumque posset in sceleris consortium, turbare privatas

a Theodoret. lib. 1. hist eccl c. 2.

b Epiphan hæres. 69.

Joan. 10 a.

c Apud Athanas. Rufin Socrate, Theodoret Sozomen. passim.

d Acta martyrii Petri Alex. apud Sur. tom. 6. die 25. Novemb. & Beda in Martyrolog.

e Athanas. in Antonio.

f Epiph. hæres. 69.

g Theodor. lib. 1. cap. 2. Rufin. lib 1. cap. 1.

h Theodor. & Rufin. ubi sup. Socrat. lib. 1. cap. 3. Sozom. lib. 1. cap. 14.

A domos, ipsos etiam ecclesiarum pastores ut in lupos verteret, eniti; Eusebium in primis Nicomediensem episcopum: qui cum suscepto Arii patrocinio, reliquos episcopos in ejus communionem hortaretur, Alexander periculi magnitudine commotus, coacta [i] ex Libya & Ægypto centum episcoporum synodo, Arium, magnamque hominum illuviem, qui in ejus verba juraverant, anathemate perculsos ab ecclesia [k] expulit, remque totam per circulares, quas appellant, literas universis perscripsit episcopis. Ceterum Arius, qui in Palæstina, [l] & apud Eusebium Nicomediæ exulabat, Eusebii
B machinatione Arianorum episcoporum concilio apud Bithyniam [m] coacto, in ecclesiæ communionem recipi jubetur. Ad gravissimum hoc malum, quod longe lateque serpebat, opprimendum, Alexander datis ad Constantinum imperatorem literis, [n] pium principem etiam atque etiam obtestatus est, ut Ariani incendii flammas, quæ plus nimio grassabantur, sua auctoritate restingueret. Qui misso in Ægyptum Osio [o] Cordubensi episcopo, cum res æquissime componere conatus esset, tantum abest ut ex eo pax ecclesiæ reddita sit, ut Ariana in dies hæresis magis ac magis invalesceret.

C Erat & aliud per id temporis intestinum in ecclesia malum auctore Meletio [p] Ægyptio episcopo: quem multis convictum criminibus, eo potissimum quod idolis sacrificasset, cum Petrus Alexandrinus episcopus & martyr in frequenti episcoporum synodo ab episcopatu deturbasset, is rem indignissime ferens, non modo Petrum ipsum, ejusque successores Achillam & Alexandrum fœdissimis probris & criminationibus laceravit, sed etiam tota fere bacchatus Ægypto, & multis per civitates diaconis, presbyteris, episcopis creatis, pernicioso schismate discindebat ecclesiam. Ad hos Meletii Ariique tumultus accedebat & alia gravis atque inveterata dissensio ex Asianis [q] plerisque epi-

i Alex. epist. ad omnes episc. apud Socrat. lib. 1. cap. 3.

k Epiph. Theodoret. Sozom. Socrat. ubi sup. & Athan. orat. 1. contra Arian.

l Epiph. hæres. 68.

m Sozom. lib. 1. cap. 14.

n Epiph. hæres. 68. & 69.

o Euseb. lib. 2. de vita Const. cap. 61. Socrat. lib. 1. cap. 4. Theod. lib. 1. cap 7. Sozom. lib. 1. cap 15.

p Athan. apolog. 2. Socrat. lib. 1. cap. 3.

q Euseb. l. 3.

hist. eccles. cap. 22 & 23. & lib. 3. de vita Constant cap. 5. Socrat. lib 1. c. 5. Theodor. l. 3. de fab. hæret.
r Ambros de paschæ celebrat. tom. 4.
Eusch. lib 5. hist cap. 22.
t Sexta syn act. 18.
u Rufin. lib c. 1
x Strab l. 12.
y Euseb l. 3. de vita Const. c. 6. & seq Theodor. l. 1 c. 7.
z Euseb. ibid. Socrat l. 1. c. 5.
a Rufin l. 1 c 1. Epiph hær 69. Theodor. l 1. c. 7. & alii.
b Lib. 1. c. 1 de fide ad Gratian.

episcopis, qui nec dominico die, quo Christus A dominus ab inferis resurrexit, sed ipsa quartadecima primi mensis luna, in quemcumque incidisset diem, Iudaico ritu pascha celebrabant: nec primum mensem eum numerabant, cujus quartadecima luna in ipsum æquinoctii r verni diem, proximeve sequentem recurreret, sed qui per Iudaicos embolismos sese primus objiceret. Quem ritum ab apostolica traditione penitus abhorrentem sanctus f Victor Romanus pontifex & martyr Romæ, Theophilus Cæsariensis in Palæstina, Palma in Ponto, Irenæus in Gallia, Bacchilus Corinthi, & ecclesiæ ad Osroenam decretis variis damnaverunt. Verum his remediis cum non magis Asiani, quam Meletius & Arius ad saniorem mentem rediissent, Constantinus imperator ut laboranti subveniret ecclesiæ, Silvestri t summi pontificis auctoritate, aliorumque u sacerdotum sententia, ex universis orbis terrarum partibus episcopos in Nicæam Bithyniæ urbem, ad lacum Ascanium ab Antigono x conditam, honorificentissimis literis accersivit, dispositis y ad itinera vehiculis. Convenerant z autem, præter innumerabiles diaconos ac presbyteros, episcopi numero a trecenti & octodecim, viri & vitæ sanctitate, & miraculis, & divinarum scripturarum scientia plane admirabiles; de quibus beatus Ambrosius b ad Gratianum Augustum: Trecenti, inquit, decem & octo sacerdotes, tanquam Abrahæ electi judicio, consona fidei virtute victores, velut tropheum, toto orbe subactis perfidis, extulerunt: ut mihi videatur hoc esse divinum, quod eodem numero in conciliis fidei haberemus oraculum, quo in historia habemus exemplum. Inter hos primas obtinebant, ut totius agminis ductores, Osius c episcopus Cordubensis, Vitus & Vincentius, qui a beato Silvestro missi, ut apostolicæ sedis legati synodo præerant, & Alexander d Alexandrinus. Sequebatur Eustathius e Antiochenus, qui doctrina & sanctitate f conspicuus, clarissima (ut ait beatus Hieronymus g) tuba in adversarios bellicum cecinit: & Macarius h Hierosolymitanus episcopus, quem Arius ut suæ hæresi acerrime adversantem, apud Eusebium Nicomediensem in crimen adduxerat. Ex reliquis item excelluere in primis Potamon i Heracleensis, altero orbatus oculo ob testimonium Iesu Christi: Paphnutius k Thebaidos superioris episcopus, apostolicis clarus miraculis, cui eadem de causa alter effossus oculus, & sinistrum genu fuerat succisum: Spiridon l Trimithuntis in Cypro episcopus mirabilium patrator operum, & sacrarum propugnator scripturarum: Paulus m Neocæsariensis episcopus, ob fidei confessionem celebris, manu ferro candenti semiusta: Iacobus n Nisibenus, vir plane apostolicus, & mortuorum suscitator: Leontius o Cæsareæ Cappadociæ antistes, prophetico spiritu commemorabilis; qui dum iter haberet ad synodum, Gregorii Nazianzeni patrem & baptismo lustravit, & futurum denuntiavit episcopum: Amphion p confessor eximius, Hypatius q Gangrensis, meritis & martyrio clarus: Nicolaus r Myræ episcopus, cujus sanctitas in illustri excelsoque loco semper fuit; aliique complures. Itaque cum ad s condictam diem decimam tertiam Kalendas Iulii, Paulino & Iuliano consulibus adfuissent, adfuit & Constantinus reli-

c Phot. epist. ad Michael c. 1. Socrat lib 1 c 7 Sozom l 1 c. 16.
d Socrat Sozom ubi supra
e Theod. l. 1 c. 7 Socrat & Sozom. ubi supra.
f Athan. orat 1 contra Arian. & epist ad solit.
g Epistolæ ad Evagr
h Theod. l 1 c 5 Socra. Sozom. ubi supra
i Athanas epist ad solit.
k Rufin lib. 1. c. 4. Socrat. l. 1 c. 5. Sozom ubi supra.
l Rufin. l. 1 c 5 Socrat. l. 1 c 8.
m Theod. l. 1 c. 7
n Theod ibid.
o Greg Naz in fun. patris.
p Athan apol 2. Sozom l. 1. c 10. Theod. l. 1. c 10
q Menologium Græc
r Method in ejus vita
s Concil Calched. act 1.

giosissimus imperator: qui in omnem pietatis significationem effusus, dum tot insignium patrum consessum, veluti Dei castra, venerabundus admiratur, amplectitur t confessores, eorumque exosculatur cicatrices. Hujus celeberrimi conventus fama permoti complures gentium philosophi, ad episcopos dialecticis captionibus, & Aristotelicis subtilitatibus vexandos convenere: quorum unus ceteris insolentior, verborum instructus præstigiis, cum ab episcoporum manibus velut anguis elaberetur; senior u quidam, ex sanctis confessoribus unus, nihil aliud sciens x nisi Iesum Christum, & hunc B crucifixum, loquendi facultate ab episcopis impetrata, In nomine, inquit, Iesu Christi, philosophe, audi quæ vera sunt. Quibus breviter expositis, iterum ad eum pene obmutescentem, nec respondentem aliud, quam credere se: Si hæc, inquit, ita esse credis, surge & sequere me, & hujus fidei signaculum suscipe. Tum philosophus ad eos qui aderant conversus: Donec, inquit, verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui: ubi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti. Adornaverat autem imperator y in media regia exedram sane amplissimam, sedilibus undequaque dispositis, in quibus suo singuli ordine considerent: quo cum C episcopi convenissent, adfuit & imperator ornatu magnificentissimo; quem pro sua in episcoporum ordinem reverentia in sedili aureo infra episcopos, nec nisi annuentibus illis, sedentem, Eustathius z Antiochenus nomine totius synodi eleganti oratione excepit, qua ejus pietatem ac studium erga labantem jam & miserabiliter afflictam religionem, luculentissimis verbis ornavit. Imperator a contra, Latina oratione humanitatis ac religionis plena, ad veram fidem explicandam, & ad scandala de regno Dei tollenda episcopos cohortatus est. Quanta vero fuerit Constantini erga episcopos observantia, vel ex eo colligi potest, quod liD bellos b accipiens querelarum plenos, quos ei de privatis injuriis obtulerant episcopi, eos ne legendos quidem sibi esse putavit, sed continuo flammis tradidit, illud prophetæ usurpans: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Vos nobis a Deo dati estis dii, & indecorum est ut homo judicet deos. Ego plane si mœchantem episcopum viderem, scelus obtegerem paludamento. Non ad privatas ergo lites, sed ad hostes fidei profligandos incumbite. Itaque continuo, cum Arius cum sua sacrilega manu in c synodo adesset, ipsius dogmata recitantur. Cohorruere d episcopi, & consceleratas voces obstructis etiam auribus execrati sunt. Leguntur & Eusebii e Nicomediensis, quo præcipuo adjutore E nitebatur Arius, pestilentes literæ, atque ut blasphemiarum plenæ tota spectante synodo conscinduntur. Proferuntur deinde, reclamantibus licet adversariis, acta Alexandrini f concilii, ut inde, quo quæque res ordine gesta esset, palam fieret. Tum benigne invitantur a catholicis Ariani, g ut suas sententias, earumque rationes (quo facilius his confutatis veritas elucesceret) adducerent in medium. Illi contra, hærere primum; deinde inter se depugnare atque altercari; proferre mox fallacem quamdam & commentitiam h fidei formulam; qua statim explosa atque discerpta, cum Con-

t Theod. l. 1 c. 11.
u Rufin. l. 1 c. 3. Socrat l. 1 c 5. Sozom l 1. c. 17.
x 1. Cor. 2.
y Euseb. l 3 de vita Const. c. 10. Socrat l. 1. c. 5. Theod l. 1. c. 7.
z Theod ubi sup.
a Euseb l. 3. de vita Const. c 12. Theod ubi sup. Sozom l 1 c 18.
b Rufin l 1 c 2. Socrat l 1 c 5 Theod l 1. c. 11. Sozom l 1 c. 16. Greg. l 4. epist. 75. Psalm. 81.
c Rufin. l 1. c. 4. Theod l. 1. c 7. Sozom. l. 1 c. 16. & 18.
d Athan. orat. 1. contra Arian.
e Eust. apud Theodor. l. 1. c. 6. & 8.
f Iulius papa in epist. ad orient. apud Athan. apolog. 2.
g Athan. epist. contra hæres. Arian.
h Theod. l. 1. c. 7.

ſtantinus maximo ſtudio ac ſolertia[i] ſæpiùs inſtitiſſet, ut ſedatis tumultibus orthodoxa veritas omnium ſententia & auctoritate conſtaret; plerique patres adverſus hæreticos doctiſſime diſputarunt; inter quos Athanaſius[k] Alexandrinus, adhuc diaconus, ſingulari certamine cum Ario acerrime congreſſus eſt. Rebus itaque in utramque partem jactatis, & ad certam divinarum ſcripturarum normam perpenſis, communi omnium ſuffragio Arius & Euſebius[l] damnantur. Conclamatur unanimi conſenſu Dei Filius, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, ὁμοούσιος hoc eſt, conſubſtantialis Patri: pronuntiatur & omnium nomine ab Oſio[m] Cordubenſi, ſedis apoſtolicæ legato, concepta fidei formula, non adſcripto tamen die ſeu conſule, ne novum videretur inventum, ſed ab apoſtolorum temporibus atque oraculis accepta traditio. In Arium quoque & Arianos (quos Porphyrianos[n] a Porphyrio, qui Chriſto domino ſimiliter oblatrarat, Conſtantinus appellabat) anathema promulgatur. Imperator autem Arii libros hæreſi a concilio damnata refertos, non ſolum comburi[o] juſſit, verum etiam iis qui Arii Thaleiam legerent, aut occultarent, pœnam[p] capitis conſtituit. Scripſerat enim Arius librum, quem Thaleiam,[q] hoc eſt, convivium & crapulam vocavit, quo per jocum & laſciviam, ſeu per meretricias choreas & ſaltationes, multorum ſibi animos devincire ſtuduit. Ejecti[r] poſtremo ſunt in exilium Arius, ejuſque ſocii; tametſi Euſebius[ſ] Nicomedienſis, Theognius Nicænus, & alii quidam, qui poſtea concilii decretis ſe obtemperaturos ſupplici libello ſpoponderant, ſuis ſedibus reſtituti ſunt. Ceterum ne qua relinqueretur diſſenſionis occaſio, ſancitum[t] eſt etiam, ut paſchatis ſolennitas, de qua non parum ante diſcrepabant eccleſiæ, non Iudaico, ſed apoſtolico ritu, hoc eſt, luna plena poſt vernum æquinoctium, die dominico ageretur, inſtituto novemdecim[u] annorum quaſi circulo quodam, ex quo ea temporis ratio magis eſſet in promptu. De Meletio[x] item, cujus petulantia turbaverat Ægyptum, ſtatutum, ut nudo epiſcopi nomine retento, ſine functionibus ullis Lycum incoleret: qui autem ab eo ſacris fuerant initiati, Alexandrino ſubjacerent epiſcopo, aliis eccleſiarum miniſtris poſtpoſiti. Editi quoque nonnulli canones[y] ad ea quæ dilapſa videbantur, reſtituenda, aut ſancienda firmius quæ ut oporteret gerebantur. Tum ſynodo ſubſcripſerunt[z] univerſi; Euſebius[a] etiam Cæſarienſis, qui homouſion ſuis ad Ceſarienſes literis, ut a majoribus traditum, collaudavit; agente Conſtantino[b] immortales Deo gratias, quod cerneret, ſuccisis diſſidiorum zizaniis, omnes orientis & occidentis eccleſias uno fidei vinculo ac ſpiritu copulatas. Eam ob rem literis[c] ad epiſcopos qui abfuerant, conſcriptis, ad ea quæ acta fuerant, amplectenda hortatus eſt; &[d] Ario ſeorſum per epiſtolas impietatem atque amentiam verbis graviſſimis exprobravit. Ipſa etiam ſynodus,[e] ne quæ geſſerat, ab ullo poſſent ignorari, ea omnia luculenter literis teſtificata eſt. Tandem[f] ad VIII. Kal. Septembris ſoluta ſynodo, ſui Conſtantinus imperii vicennalia[g] cum epiſcopis, quibus & magnificentiſſimum inſtruxit convivium, celebravit: ſeque poſtquam ipſorum piis precibus plurimum commendavit, perhumaniter ſingulos dimiſit, traditis ad provinciarum præſides, ac municipales magiſtratus literis & decretis, ut quotannis frumentarium[h] quoddam vectigal dependeretur eccleſiis. Antequam autem diſſolveretur ſynodus, fidem & canones ad Silveſtrum pont. max[i] miſit. qui in Romana ducentorum ſeptuagintaquinque epiſcoporum ſynodo eos confirmavit his verbis: Silveſter epiſcopus ſanctæ & apoſtolicæ ſedis, præſul urbis Romæ dixit: Quidquid in Nicæa Bithyniæ conſtitutum eſt ad robur ſanctæ matris eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ a ſanctis ſacerdotibus trecentis decem & octo, noſtro ore conformiter confirmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti & magni concilii, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi ac venerandi principis Conſtantini Auguſti anathematizamus. & dixerunt omnes: Placet. Deinceps vero aliquot poſt annos, cum Conſtantinus[k] Arium, quem reſipuiſſe falſo audierat, ab exilio revocaſſet, is Alexandriam primum, inde vero ab Athanaſio ejectus, qui Alexandro ſucceſſerat, Conſtantinopolim contendit: cumque[l] pro eo, ut in communionem adſciſceretur, Euſebius Nicomedienſis enixe pugnaret, repugnaret autem conſtantiſſime Alexander Conſtantinopolitanus epiſcopus, Deumque magna lacrymarum vi obſecraret, ne lupum inter oves verſari pateretur: Arius dum in eccleſiam ducitur, alvo laceſſente ſecedere coactus, teterrimo loco male olentem animam diffuſis viſceribus exhalavit. Longum eſt commemorare quam caſte ac religioſe univerſi patres Nicænam ſynodum, velut oraculum de cælo editum, venerati ſint. Ad hanc tamquam inviolabilem legem ac tribunal Athanaſius[m] ubicumque cum Ario, cum Aſterio, cum Euſebio pugnat; conſtantiſſime provocat. Hanc Hilarius[n] Pictavienſis epiſcopus Conſtantio fidei paternæ deſertori exprobrat, & reliquarum ſynodorum quaſi lydium lapidem ac normam eſſe contendit. Hanc perinde atque eccleſiæ fluctuantis anchoram, in panariis & anchorato prædicat Epiphanius. * Ad hanc non aliter quam ad arcem & propugnaculum fidei, Gratianum Auguſtum, a quo in bellum profecturo de fide fuerat interrogatus, deducit[o] Ambroſius. Quid attinet ſingulos recenſere? Ipſæ œcumenicæ ſynodi quidquid acturæ, quidquid diſputaturæ eſſent, principio Nicænæ[p] ſe fidei inhærere velle veſtigiis profeſſæ ſunt univerſæ; ut magni quidam lapides videantur Nicæno ſuperextructi fundamento. Iam vero hujus auguſtiſſimæ ſynodi doctrinam Deus quot inſignium doctorum diſputationibus, quot cæleſtibus miraculorum prodigiis, quot ſanctiſſimorum virorum tolerantia ac martyriis illuſtravit? Gothorum reges in Italia & Hiſpania, Vandalorum in Africa, Conſtantius & Valens[q] Romanorum imperatores, toto terrarum orbe prætores, milites, exercitus, ſynodos adhæc provinciarum, Ariminenſem etiam ac Seleucienſem ex numeroſiſſimo epiſcoporum grege conventum, adverſus Nicænos canones inſtruxerant. Quæ tamen omnia fuerunt illis non tam hoſtiles ad exitium machinæ, quam ad immortalem gloriam trophæa victoriæ, Deo per hæc teſtificante, ſolidiſſima petra nixam ac fundatam fuiſſe Nicænam fidem, quam tanta flu-

i Euſeb. lib. 1. de vita Conſtant. c. 13.
k Athan. apol. 2. Socrat. lib. 1. c. 5. Rufin. l. 1. c. 16
l Atha. epiſt. ad Iovian. & epiſt. de ſyno Socr. Sozom. & Theodor. ubi ſupra.
m Athan. epiſt. ad ſolit.
n Socrat. l. 1. c. 6
o Socrat ibi. & Sozom. l. 1. c. 20.
p Socrat. & Sozom. ubi ſupra.
q Athan orat. 2. contra Arian. & de ſent. Dionyſ. contra Arian. Socrat. & Sozom. ubi ſupra.
r Rufin. l. 1. c. 5. Socrat. l. 1. c. 5. Sozom. l. 1. c. 19.
ſ Hieron. adver. Lucifer. Socrat. l. 1. c. 10 Sozom. lib. 2 c. 15.
t Epiſt. ſynod. & Euſeb. l. 3. de vita Conſtan. c. 16. Sozom. l. 1. c. 6. Theod. l. 1. c. 9.
u Ambr. epiſt 83
x Theod l. 1. c. 9.
y Rufin. l. 1. c. 6. Theod l. 1. c. 8. Sozom. l. 1. c. 22.
z Iulii epiſt. apud Athan. apolog. 2.
a Athan. epiſt ad Afros Socr. l. 1. c. 5 Theod l. 1. c. 8.
b Euſeb l. 3. de vita Conſtant. c. 14.
c Euſeb. ibid. c 16. Theod l. 1. c 10.
d Epiphan. hæreſ. 69.
e Socrat. l. 1. c. 6. Theod. l. 1. c 9
f Atticus Conſtan apud Creſconium.
g Euſeb. l. 3. de vita Conſtant. c 14. Theodo. lib. 1. c. 11.
h Theodor. ubi ſupra
i Dion. Exiguus in præfat conc. Nicæn. quæ extat in corpore canonum & apud Creſcon.
k Socr. l. 1. c. 19. & 25. Sozom. l. 1. c. 25. & 28.
l Athan. orat. 1. contra Arian. Epiph. hæreſ 68. Socrat. & Sozom. ubi ſupra.
m In orationibus contra Arian. & alibi
n In libellis exhibitis Conſtantio & l. de ſynodis.
* Extant etiā in hiſt. trip. lib. 1. c. 11. & 14. duæ ſequentes Alexand. epiſt. ex antiqua verſione Epiph Scholaſt.
o Libris de fide ad Gratianum.
p Paſſim hæc habentur in Rufin. Socrat. Sozom. Theodor.
q Socr. & Theodor. lib. 2. & 4. paſſim. Soz. l. 3 & 6 Victor Vticen. de perſecut Vād. & alii.

minum, ventorum, procellarum vis labefactare non potuit. Apostolica denique sedes hujus cælestis thesauri diligentissima custos, sub Iulio, [r] sub Damaso, sub Siricio, & aliis, alterius nullius synodi acriorem se probavit propugnatricem, ut nihil eorum quæ Nicænis patribus placuere, violari unquam, aut revocari in dubium passa sit. Itaque sanctissimus Leo [s] primus ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum: Nulla, inquit, sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem & octo episcopis quantumlibet copiosior numerus sacerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Et paulo post: Sancti illi & venerabiles patres, qui in urbe Nicæna, sacrilego Ario cum sua impietate damnato, mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos, & in toto orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt, & si quid usquam aliter quam illi statuerant, præsumitur, sine cunctatione cassatur, ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur. Et epistola ad [t] Pulcheriam: Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimæ ætatis annos in urbe Nicæna spiritalibus sunt fundata decretis, nihil quidquam audere conceditur; ita ut si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat, quam illa corrumpat: quæ si (ut oportet) a cunctis pontificibus intemerata serventur, per universas ecclesias tranquilla erit pax, & firma concordia, nullæ de mensuris harum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de aliena usurpatione certamina, sed ea quæ jure caritatis rationabilis est, & morum & officiorum, servabitur unanimitas. Et in epist. LXVI. Tanta apud me est Nicænorum canonum reverentia, ut quæ ea sunt a sanctis patribus constituta, nec permiserim, nec patiar aliqua novitate violari, &c. Sanctus Gregorius [u] sicut sancti evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari se fatetur, Nicænum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calchedonense. & alibi [x] inquit: Nos generales synodos a Nicæna incipientes, cum reliquis quatuor veneramur, quia ipsam sequentes in cunctis sententiis unanimes concordant.

[r] In epistolis variis horum pontificum.

[s] Epist. 53.

[t] epist. 55.

[u] Epist. 24. l. 1.

[x] Epist. 53. lib. 7. indict. 1.

PARTIS I. SECTIO I. — ANNO CHRISTI 325.

ΑΙ ΠΡΟ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΠΡΩΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

EPISTOLÆ QVÆ ANTECESSERVNT CONCILIVM NICÆNVM.

EPISTOLA ALEXANDRI episcopi Alexandriæ.

Carissimo fratri & unanimi Alexandro, Alexander in domino salutem.

I. Ex Theod. lib. 1. cap. 4.

EST quidem propositum hominibus improbis, in quorum animis inexplebilis honoris & pecuniæ cupiditas insita est, ut ecclesiis, quæ videntur plus habere dignitatis, ex occulto insidientur, qui per varias ac multiplices vias sinceram ecclesiæ pietatem oppugnare non cessant. Nam impulsu diaboli, qui vim suam in eorum animis exercet, in furorem acti, ad voluptates quæ forte se offerunt, feruntur præcipites; atque ab omni pietate refugientes, timorem divini judicii proterunt. De quibus ego, qui inde non parum acceperim incommodi, necesse habui vestræ pietati significare, ut id generis homines sedulo devitetis, ne forte quisquam illorum audacia fretus, vel per seipsum, vel per alios, (sunt enim præstigiatores ad simulandam fraudem, atque adeo inferendam ex se apti & comparati) vel per literas omnis mendacii elegantia & suavitate sic conditas, ut simplicis ac sinceræ fidei hominem facile a veritate abstrahant, in vestris ecclesiis erroris sui imprimat vestigia. Nam Arius & Achillas nuper facta conjuratione, dum Colluthi ambitionem imitari student, eum in eo vitiositatis genere longe superarunt. Ille enim hos ipsos accusans, improbo suo proposito habuit quod prætexeret: hi

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ Ἀλεξανδρείας.

Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Θεοδ. βιβ. α'. κεφ. δ'.

ἩΦΙΛΑΡΧΟΣ τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάργυρος πρόθεσις ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίαις πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τῶν τοιούτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς διαβόλου εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποσκιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ φόβον. περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἦν μοι τῷ πάσχοντι δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάττησθε τοὺς τοιούτους, μήτις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι· εἴτε δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἄλλων· ἱκανοὶ γὰρ ὑποκρίνασθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες· ἢ διὰ γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὸν ἁπλῇ πίστει καὶ ἀκεραίῳ προσεσχηκότα. Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς συνωμοσίαν ἔναγχος ποιησάμενοι, τὴν Κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον, ἢ ἐκεῖνος, ἐζήλωσαν. ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν, τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρᾶς προθέσεως εὗρε πρόφασιν. οἱ

ANNO CHRISTI 325.

δὲ τὴν ἐκείνου χριστεμπορείαν θεωροῦντες, οὐκ ἔτι τῆς ἐκκλησίας ὑποχείριοι μένειν ἐκαρτέρησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς σπήλαια λῃστῶν οἰκοδομήσαντες, ἀδιαλείπτους ἑαυτοῖς περιποιοῦνται συνόδους. νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατὰ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν διαβολαῖς ἀσκούμενοι, οἱ πάσης τῆς ἀποστολικῆς εὐσεβοῦς δόξης κατηγοροῦντες, Ἰουδαϊκῷ σχήματι χριστομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν θεότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύσσοντες, πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ, καὶ παρὰ τῷ πατρὶ δόξης ἀλέκτου τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι. τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύνοντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα θηρῶνται, πάντα μὲν, ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται, πραγματευόμενοι, στάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες· καὶ τοῦτο μὲν δικαστήρια συγκροτοῦντες δι' ἐντυχίας γυναικαρίων ἀτάκτων, ἃ ἠπάτησαν· τοῦτο δὲ τὸν χριστιανισμὸν διασύροντες, ἐκ τοῦ περιζοχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας· ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρρηκτον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν, ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν, καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει, διὰ τὸ λανθάνειν, βραδέως ἐπιστήσαντες, παμψηφεὶ τῆς προσκυνούσης Χριστοῦ τὴν * θεότητα ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν, ὡς τῆς προσκυνήσεως Χριστοῦ τὴν θεότητα σμικρύναντας. ἐπεχείρησαν δὲ περιδρομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας συλλειτουργοὺς, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως, ἀξίωσιν ὑποκρινόμενοι, τὸ δ' ἀληθὲς, συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρηστολογίας σπουδάζοντες, καὶ στωμυλώτερα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦσι, ἵνα παραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμετανοήτους ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκευάζωσιν, ἐπιτριβομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους. οὐχ ἅπερ γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοί, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν, ἀλλ' ἢ σιωπῇ ταῦτα παραδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ἐπισκιάζοντες ἀπατῶσι. πιθανωτέραις γοῦν καὶ βωμολόχοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσι τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τοῦ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν. ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας, εἰς ἐκκλησίαν εἰσδέχεσθαι· μεγίστης, ὡς οἶμαι, διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλειτουργοῖς, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν κατὰ Χριστοῦ ἐνέργειαν. διὸ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας, ἀγαπητοί, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν, ἐμαυτὸν διανέστησα, λεγόντων, ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοι-

*ἴσ. θεότητα.

PARTIS I. SECTIO I.

A autem cum illius nundinationem, qua Chriſtum ipſum vendidit, animadverterent, non amplius eccleſiæ legibus ſubjecti eſſe ſuſtinuerunt; ſed ſpeluncis latronum ſibi conſtructis, conventus in illis ſine intermiſſione agere, noctes dieſque Chriſto & nobis maledice obtrectare, omnem apoſtolicam & piam doctrinam criminari, ſimulatione Iudaica officinam ad Chriſtum oppugnandum inſtruere, divinitatem ſalvatoris noſtri inficiari, eum ceteris hominibus nihilo præſtantiorem prædicare, vocibuſque omnibus pro ejus ſalutari in carne œconomia, & abjectione ſui noſtra cauſa ſuſcepta, ex ſacris literis ſelectis, iiſdem impiam ſuam prædicationem corroborare;
B & verba, quibus æterna ejus divinitas & gloria una cum Patre ineffabilis confirmatur, averſantes, ſubvertere nituntur. Quippe impiam Gentilium & Iudæorum de Chriſto opinionem defendentes, ſuam ipſorum laudem ab iis (quantum fieri poteſt) venari; & in quibus eis ludibrio ſumus, omnia enixe conſectari ſtudent. Seditiones porro in nos quotidie concitare, graves ciere perſecutiones, & interdum lites per mulierculaꝛum impurarum ſermones, quas ipſi in fraudem impulerunt, intendere: nonnumquam religionem Chriſtianam, ſuas tenellas juvenculas per ſingulas plateas turpiter circumducendo, graviſſimis contumeliis afficere: quin etiam inconſutilem & indiſſolubilem Chriſti tunicam, quam
C carnifices noluerunt diſcindere, hi diſcerpere non dubitarunt. Nos igitur (ſicut ſcelerata eorum vita, & conatus execrabilis poſtulat) ſuffragiis omnium tandem, licet ſero propter rei ignorationem iſtud ſimus aggreſſi, eccleſia, quæ Chriſti divinitatem adorat, illos ejecimus, ut adorationem quæ Chriſti deitati debetur, minuentes. Itaque hi circumcurrere hac illac, quo nobis obtrectent, deflectere ad collegas nobiſcum in eadem fide conſentientes, ſpecie quidem pacem & concordiam ſimulate petere, ſed revera moliri, ut per ſermonis lenocinia nonnullos eorum in ſui morbi contagionem pertrahant: literas quoque ab illis blandiores petere, ut coram iis, quos errore implicarint, eas legentes, ſuæ prolapſio-
D nis impœnitentes reddant, atque ad impietatem aſſuefaciant, quaſi epiſcopos ſuæ ſententiæ & opinioni conſentientes haberent. Nam nec illis confiteri volunt ea quæ tam nefarie impieque apud nos cum docuerunt, tum fecerunt, quorum gratia eccleſia expulſi ſunt: ſed vel ſilentio tegere, vel partim ſermonibus commentitiis, partim literis veteratorie ſcriptis obſcurare nituntur, quo eos dolo deludant. Quapropter colloquiis tum probabilitate, tum facetiis dicacibus refertis, perniciosam ſuam doctrinam tamquam velis obtendentes, hominem ſimplicem & fraudi expoſitum in ſuum errorem rapiunt: quin etiam ab obtrectando apud omnes noſtræ ſanctæ piæque reli-
E gioni haudquaquam ſe abſtinent. Vnde fit, ut nonnulli qui eorum literis ſubſcribunt, in eccleſiam eos recipiant: quod factum (mea quidem ſententia) maximam infamiæ notam collegis noſtris, qui illud auſi ſunt, inuſſit; qui non modo id quod canon apoſtolicus non permittit, faciunt, ſed eorum contra Chriſtum conatum plane diabolicum, qui illis ineſt, vehementiorem efficiunt. Quocirca, fratres cariſſimi, abjecta cunctatione, ingenii mei vires, quo iſtorum vobis infidelitatem ſignificarem, excitavi: qui aſſerunt, tempus aliquando fuiſſe, cum non eſſet filius Dei; poſtea factum, cum non ante extiterit: talem

Ioann. c. 19. v. 23.

 lem fuisse tum, cum factus erat, qualis quisque A homo est. omnia enim Deum ex nihilo fecisse. Qua sententia Dei filium in creatione omnium rerum, sive rationis sunt illæ participes, sive expertes, concludunt. Quibus etiam consequenter addunt, eum natura posse mutari, virtutis & vitii capacem esse. Itaque hoc posito, eum ex nihilo factum, literarum sacrarum, quæ Verbi Dei æternitatem, immutabilitatem, sapientiæ Verbi divinitatem (atque ista sunt Christus) docent, prorsus labefactatur auctoritas. Est enim in nostra quoque situm potestate (istæ ecclesiæ pestes aiunt) filios Dei fieri, non aliter atque ille factus est. Scriptum namque esse: *Filios genui, & exaltavi.* Ac cum illis objicitur sententia, quæ deinceps sequitur: *Et ipsi spreverunt me*; quod plane naturæ salvatoris, qui est natura immutabilis, repugnat: tum omni exuta erga Deum pietate ac reverentia, aiunt, Deum, cum præscientia & præsensione prænovisset, neutiquam ipsum aspernaturum, idcirco ex omnibus elegisse. non enim eum aut natura, aut prærogativa quidquam præter ceteros filios habuisse (nullum namque natura filium Dei esse affirmant, neque quemquam esse qui ulla cum eo proprietate conjunctus sit) sed cum esset natura mutabili, & propter singularem in vita & moribus rite instituendis diligentiam ac studium non ad vitia deflecteret, Deum illum elegisse; adeo ut Paulum & Petrum, si in hoc & ipsi obnixe incubuissent, eodem modo futuros fuisse asserant filios Dei, quo ille fuit. Ac quo insanam & pestiferam suam doctrinam confirment, etiam in ipsas scripturas vim faciant, & sententiam in psalmis de Christo traditam, quæ ita se habet: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis*; ad suum institutum detorquent. Verum quod filius Dei non creatus fuerit ex nihilo, neque tempus fuisse cum non erat, Ioannes evangelista abunde satis docet. Sic enim de illo scribit: *Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Cum enim divinus ille magister docere instituerit D Patrem & Filium duas res esse quæ separari nequeunt, Filium in sinu Patris esse dixit. Quin etiam, quod filius Dei non sit rebus ex nihilo creatis annumerandus, idem Ioannes ostendit, cum dicat, *Omnia per ipsum facta esse.* Nam proprium ejus subsistentiæ modum declaravit his verbis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* Quod si omnia per ipsum facta sunt, qui fieri potest, ut is qui rebus creatis essentiam indulserit, quodam tempore non fuerit? Nulla enim ratio vult, ut quod creat, ejusdem sit cum creatis naturæ. Quod si ipse fuit in principio, & E omnia per ipsum facta sunt, createque ex nihilo (nam quod est, ac subsistit, illis quæ fiunt ex nihilo, contrarium est, vehementerque repugnat; cum alterum, nullum esse intervallum inter Patrem & Filium, neque illud ulla animi cogitatione posse informari; alterum, mundum ex nihilo conditum ostendat:) perspicuum est, mundum habere nuperam generationem, quippe cum omnia a Patre per Filium talem sint essentiæ originem consequuta. Itaque sanctissimus Ioannes, cum illud, *Erat*, quod est Verbum Dei proprium, immensum esse, & longe supra mortalium captum & cognitionem positum animadverteret; ejus genesim, creationemque dicere no-

Isai.1.v.2. — Ps.44.v.8. — Ioan. c.1. v.18. — Ibid.c.1.v.3 — Ibid. v.1.

A οὗτος γενόμενος ὅτε καί ποτε γέγονεν, οἷα καὶ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε· συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. οἷς ἀκολούθως καί φασιν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἐπιδεκτικὸν, καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσει καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναιροῦντες γραφὰς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λόγου καὶ τὴν θεότητα τῆς σοφίας τοῦ λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ Χριστός. δυνάμεθα γοῦν καὶ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες, υἱοὶ γενέσθαι Θεοῦ, ὥσπερ κἀκεῖνος· γέγραπται γὰρ, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. ἐπιB φερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λέγοντος ἑξῆς ῥητοῦ, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· ὅπερ οὐ φυσικόν ἐστι τῷ σωτῆρι ὄντι φύσεως ἀτρέπτου· πάσης εὐλαβείας ἑαυτοὺς ἐρημώσαντες, τοῦτό φασι, προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ περὶ αὐτοῦ εἰδότα τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξειλέχθαι αὐτὸν ἀπὸ πάντων. οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων υἱῶν ἔχοντά τι· οὔτε γὰρ φύσει υἱός τις ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, φασὶν, οὔτε τινὰ ἔχων ἰδιότητα πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσαιτο καὶ Πέτρος, μηδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου υἱότητα· εἰς παράC στασιν τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς γραφαῖς ἐμπαροινοῦντες, καὶ παρατιθέμενοι τὸ ἐν ψαλμοῖς περὶ Χριστοῦ ῥητὸν οὕτως ἔχον· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας * ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, οὔτε ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι Ιωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ· ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνῦναι * διδάσκαλος ἀλλήλων ἀχώριστα D πράγματα δύο, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτός φησιν Ιωάννης· τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος ἦν καὶ ὁ λόγος, πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, ὃ γέγονεν. εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γενομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτός ποτε οὐκ ἦν; οὐ γάρ ὁ λόγος τὸ ποιοῦν τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι E φύσεως ὁρίζεται. εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δὲ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν· ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὂν, καὶ ἀφεστηκὸς σφόδρα. τὸ μὲν γὰρ μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι τινὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασιῶσαι τῆς ψυχῆς δυναμένης· τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πάντων εἰληφότων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. μακρὸν γοῦν θεωρήσας τοῦ Θεοῦ λόγου, τὸ ἦν, καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γενητῶν διανοίας, ὁ εὐλαβέστατος Ιωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, οὐδὲ

ANNO CHRISTI 325.

* ἀνομίαν.

* ἀπόστολος.

ANNO CHRISTI 325.

οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς τὸν ποιοῦν τοῖς γινομένοις ὀνομάσαι τολμήσας· οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ πατήρ· ἀλλ' ὅτι διανοίας μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερεπέκεινά ἐστιν ἡ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις· εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι * λογιζομένους τοὺς μέχρι τούτων ἐπιφοιτᾶν τι τολμῶντας, διὰ τὸ ἀνήκοον τοῦ, χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε· εἰ γὰρ ἑτέρων πολλῶν ἡ γνῶσις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν· οἷά ἐστι παρὰ Παύλῳ· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δυνάσθαι· καὶ ἔτι, ἄμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, φησὶ, τίς ἐξαριθμήσει; πῶς ἂν περιεργάσαιτό τις τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου ὑπόστασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ μελαγχολικῇ διαθέσει ληφθεὶς τυγχάνοι; περὶ ἧς τὸ προφητικὸν πνεῦμά φησι· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ἣν καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, τοὺς πάντων εὐεργετῶν τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, τὴν περὶ τούτων γνῶσιν αὐτῶν ἀποφορτίσασθαι ἐσπούδασε· πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς κατάληψιν, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ ἀνακεῖσθαι τὴν τοῦ θειοτάτου μυστηρίου εἴδησιν· οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, λέγων, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τὸν πατέρα οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός· περὶ οὗ καὶ τὸν πατέρα οἶμαι λέγειν· τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς· ὅτι δὲ μανιῶδες τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα τὴν προβολὴν, αὐτόθεν δείκνυται τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων, κἂν ἀγνοῶσιν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν· ἢ γὰρ χρόνοις ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ, οὐκ ἦν, ἢ αἰῶνός τινι διαστήματι· εἰ τοίνυν ἀληθὲς τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, δῆλον ὅτι καὶ πᾶς αἰὼν, καὶ χρόνος, καὶ διαστήματα, καὶ τὸ, ποτὲ, ἐν οἷς τὸ, οὐκ ἦν, εὑρίσκεται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον, τὸν καὶ χρόνους, καὶ αἰῶνας, καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ, οὐκ ἦν, συμπέφυρται, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ εἶναι λέγειν; ἀδιανόητον γὰρ καὶ πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεων, τὸν αἴτιον γενομένου τινος, αὐτὸν μεταγενέστερον λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως· προηγεῖται γὰρ κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐκεῖνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασι μὴ γεγενῆσθαι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ψευδομένης, κατ' αὐτοὺς, καὶ τῆς πρωτότοκον αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορευούσης γραφῆς· σύμφωνα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος Παῦλος φάσκων περὶ αὐτοῦ· ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι· πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα· ἔστι δὲ πατὴρ ἀεὶ παρόντος

* λογισμοὺς

A luit, nec ausus est syllabis iisdem auctorem rerum & res ipsas nominare: non quod verbum Dei ingenitum sit, (nam solus pater est ingenitus) sed quod ineffabilis unigeniti filii Dei substantia non modo solertem intelligentiam evangelistarum, verum fortasse etiam angelorum comprehensionem longe superat. Itaque meo quidem judicio, ne in piis quidem numerandi sunt, qui in istarum rerum inquisitionem intrare non dubitant, spreta rejectaque illa sententia: *Altiora ne te quaras, & sublimiora te ne scruteris.* Quod si cognitio multarum aliarum rerum, quæ non sunt sine dubio his longe imperfectiores, comprehensionem fugiat B humanam (quales sunt illæ, de quibus Paulus sic loquitur: *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, ea quæ præparavit Deus diligentibus se*: quales sunt præterea stellæ, quas Deus Abrahamo numerari posse negavit; qualis denique est arena maris & stillæ pluviæ; quas res, inquit scriptura quis enumerare poterit;) quid ergo est cur quisquam, nisi insanus & plane mente captus sit, Verbi Dei substantiam curiose pervestigare moliatur? de qua ita spiritus loquitur propheticus: *Generationem ejus quis enarrabit?* Per quam quidem sen-C tentiam ab animis eorum, qui erant velut columnæ & principes omnium qui in toto orbe vixerunt, salvator noster, quo illis gratificaretur, istarum rerum notitiam tãquam onus auferre studuit; remque supra naturam esse docuit, ut quisquam eas cogitatione deprehendat: nam soli Patri divinissimi illius mysterii cogitationem reservatam esse, sic enim locutus est. *Nemo novit quis sit Filius, nisi Pater; & Patrem nemo novit, nisi Filius.* De qua re arbitror Patrem hoc quoque dixisse: *Secretum meum mihi & meis.* Quod autem extremæ dementiæ sit, Filium ex iis quæ non sunt, ortum, inque tempore productum existimare, eædem ipsæ voces, nimirum, *Ex his quæ non sunt*, satis declarant, licet isti stupidi sua-D rum vocum insaniam non intelligant. Nam id quod dicitur, *Non erat*, aut in tempore fuisse necesse est, aut in aliquo sæculi intervallo. Proinde si verum est, omnia per ipsum facta esse; constat etiam omne sæculum, tempus, intervalla temporis, & illud, *Quando*, in quibus reperitur id quod dicitur, *Non erat*, per ipsum facta esse. Et quid est quamobrem non sit absurdum, eum qui sæcula, tempora, oportunitates temporum, quibuscum illud quod dicitur, *Non erat*, permixtum est, produxit, quodam tempore non fuisse asserere? quippe cum insulsum sit, & plenum cujusque inscitiæ, eum qui alicujus rei procreator extiterit, post rei illius procreationem ipsum procreatum esse. E Nam, ut istorum fert opinio non solum illud intervallum temporis, in quo Filium a Patre generatum non fuisse asseverant, prius erat quam Dei sapientia, quæ hanc universitatem construxit; verum etiam scriptura, quæ illum primogenitum omnis creaturæ appellat, mentita est. Accedit eodem Paulus, qui de eo his congruentia, voce clarissima fundit: sic enim ait: *Quem constituit heredem omnium, per quem fecit & sæcula.* Quin etiam *in eo condita sunt omnia & quæ in cælis, & quæ in terra, visibilia & invisibilia, sive principatus, sive potestates, sive dominationes, sive throni; omnia per ipsum, & in ipsum condita sunt, & ipse est ante omnia.* Quocirca cum illud, *Ex nihilo*, seu, *Ex his quæ non sunt*, non sine summo scelere & impietate positum sit; necessario sequitur, patrem semper patrem fuisse. Atque est pater semper, cum habeat

PARTIS I. SECTIO I.

Eccles. c. 3. v. 22.

1. Cor 2. v. 9. ex Esa. c. 64 v. 4.

Genes. c. 15. v. 5. Eccles. c. 1. v. 2.

Isai. c. 53. v. 8.

Matth. c. 11. v. 27.

Is. 24. c. 16.

Hebr. 1. v. 2.

Colos. 1. c. 16.

habeat filium, ob quem vocatur pater: & cum A
PARTIS I. fit ei ſemper filius, eſt ſemper pater, perfectus,
SECTIO I. atque in ipſo quod vere bonum eſt, expletus omnibus ſuis partibus: qui filium unigenitum neque in tempore, neque ex intervallo tẽporis, neque ex nihilo genuit. Qui igitur fieri poteſt, ut non ſit impiũ dicere, quodam tempore ſapientiam Dei non fuiſſe,
Prov. 8. v. 30. cum loquatur de ſe: *Ego eram apud illum componens; ego eram cui adgaudebat?* aut verbum ad virtutem Dei aliquando non fuiſſe, aut verbum ejus mancum fuiſſe aliquando, aut alia negare, ex quibus & filius cognoſcitur, & pater velut notis quibuſdam
Hebr. 1. v. 3. diſcernitur? Nam cum quis ſplendorem gloriæ negat eſſe, tollit ſimul & primariam lucem, cujus eſt ſplendor. Quod ſi porro imago Dei non erat B ſemper; liquet neque illum, cujus imago eſt,
Ibidem. ſemper fuiſſe. Quin etiam cum dicitur formam ſubſtanſtiæ Dei non eſſe, tollitur una etiam ille qui omnino ab ea figuratur. Vnde licet perſpicere ſalvatoris noſtri proprietatem, qua filius eſt, nihil cum aliorum filiorum proprietate habere commune. Nam quemadmodum inexplicabilis ejus ſubſtantia propter eximiam & ſingularem ipſius excellentiam oſtenditur rebus præſtare omnibus, quibus ipſe eſſentiam tribuerit; pari etiam ratione quæ ejuſdem eſt (ut ita dicam) filiatio, quæ eſt ſecundum naturam paternæ divinitatis, ineffabili præſtantia antecellit eorum filiationi, qui per ipſum in filios adoptantur. Nam ille eſt natura C plane immutabilis, omnis in ſe perfectionis cumulum habens, ullius plane rei indigens: hi autem cum converſioni utrolibet ſubjecti ſint, illius egent auxilio. Qui enim fieri poteſt, ut Dei ſapientia ullos progreſſus faciat, aut ipſa veritas, omninoque ipſum Dei verbum ſibi aliquid acquirat? aut quomodo ipſa vita, lux vera, præſtabilior fiat? Quod ſi ita ſe habet, quanto magis repugnat naturæ, ut ſapientia ſtultitiæ aliquando capax fuerit, aut potentia Dei implicata imbecillitate, aut obſcurata temeritate ratio, aut tenebræ denique cum vera luce commixtæ? præſertim cum & Apoſtolus ſimili cauſa adductus
2. Cor. 6 v. 14. dicat: *Quæ ſocietas luci ad tenebras, aut quæ conventio Chriſto ad Belial?* Et Salomon quoque, quod D
Prov. 30. v. 19. fieri nequit, ut vel cogitatione comprehendatur
1. Cor. 10. v. 4. via ſerpentis ſuper petram, quæ eſt, ut Paulus cenſet, Chriſtus. Qui autem ſunt ejus creaturæ, ut homines angeli, benedictionem accepere ut in dies proficerent, ut virtutibus mandatiſque in lege præſcriptis exculti exercitatique non in vitia dilaberentur. Quapropter Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt patris natura filius, ab omnibus
Rom. 8 v. 15. adoratur. Illi vero ſpiritu ſervitutis depoſito abjectoque, & ſpiritu adoptionis filiorum ex recte præclareque factis, & ex progreſſione in virtute aſſumpto, beneficio Chriſti, qui eſt natura Dei E filius, affecti, fiunt filii adoptivi. Quod vero ad germanam, propriam, naturalem, & eximiam ejus filiationem attinet, Paulus apoſtolus expla-
Ibid. v. 32. nat, de Deo loquens his verbis: *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis* (videlicet non natura filiis) *ipſum tradidit.* Nam quo ab aliis filiis, qui non ſunt proprii, diſtingueretur, eum proprium filium nominavit. Porro in evangelio ſic
Matth. c. 3. v. 17. ſcriptum legimus: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Itemque in pſalmo ſalvator ait de ſe: *Dominus dixit ad me, filius meus eſt tu:*
Pſal. 2. v. 7. ſuam ipſius demonſtrans veram & naturalem filiationem & nullos alios præter ſe ſui Patris filios eſſe naturales. Quid quæſo illud: *Ex utero*
Pſ. 109. v. 3. *ante luciferum genui te?* an non perſpicue oſten-

tiam post triennii auditionis tempus. In his autẽ omnibus examinare convenit consilium & speciem pœnitentiæ. Quicumque enim & metu, & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus conversionem & opere & habitu ostendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum est, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod liceat etiam episcopo humanius aliquid de eis statuere". Quicumque autem non adeo graviter tulerunt, nec multum sua referre existimarunt, satisque esse putarunt in ecclesias ingredi ad conversionem, tempus omnino impleant.

Valent. 19.

XIII.

" Arel. 6. Carth. 7. Valent. 21. Innoc. 22. Cælest. 15. Leonis 24.

De iis qui" excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque servabitur, ut si quis vita excedat, ultimo & maxime necessario viatico non privetur. Si autem deploratus & communionem assecutus rursus in vivos relatus sit cum iis qui orationum sunt tantum communionis participes. In summa autem, de quolibet excedente & eucharistiæ participationem petente, cum examinatione oblationem impertiat.

XIIII.

" Neocæs. 5. Siric. 3.

De catechumenis", & qui lapsi, visum est & sanctæ & magnæ synodo, ut ii tribus tantum annis audientes postea orent cum catechumenis.

XV.

" Apost. 15. Sardic. 1. Leonis 38.

Propter" multum tumultum & seditiones quæ fiunt, omnino visum est ut consuetudo, quæ præter canonem in nonnullis partibus invenitur, tollatur: ut a civitate in civitatem nec episcopus nec presbyter, nec diaconus transeat. Si quis autem post sanctæ & magnæ synodi definitionem tale quippiam aggressus fuerit, vel se rei ejusmodi dederit, quod factum erit, omnino infirmabitur, & ecclesiæ restituetur, cui episcopus vel presbyter ordinatus fuerit.

XVI.

" Apost. 15. & 33. Antioch. 3. Calch. 5. & 20.

Quicumque" temere & inconsiderate, nec Dei timorem præ oculis habentes, nec ecclesiasticum canonem scientes presbyteri vel diaconi, vel quicumque omnino in canone recensentur, ab ecclesiis secesserint, ii in aliena ecclesia nullo modo recipi debent, sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire: vel si perseverent, eos a communione separatos, esse oportet. Sin autem etiam ausus" fuerit quispiam eum, qui ad alium pertinet surripere, & in

" Apost. 16. Afric. 21. Innoc. 14. Gelas. 23.

τὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον· ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τούτοις προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται· οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα * τοῦ μὴ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν, ἐξ ἅπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

* τοῦ ἀπιέναι

ιγ´.

Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν· ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς, καὶ κοινωνίας πάλιν τυχὼν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας * ἐπιδότω.

* μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.

ιδ´.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

ιε´.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν· ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον, τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξ ἅπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

ιϛ´.

Οσοι ῥιψοκινδύνως, μήτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ ἐπιμένοντας, ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. εἰ δὲ καὶ τολμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ,

ANNO CHRISTI 325.

CANONES NICAENI.

μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος. ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.

ιζ΄.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος· Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ· καὶ δανείζοντες, ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

ιη΄.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις καὶ πόλεσι, τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη, ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα περιῃρήσθω· καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσὶ, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι· λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τὴν τάξιν τὴν εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ τοῦ ἐπισκόπου διδόντος αὐτοῖς, ἢ τοῦ πρεσβυτέρου. ἀλλὰ μηδὲ καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις· παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. εἰ δέ τις μὴ θέλοι πειθαρχεῖν καὶ μετὰ τούτους τοὺς ὅρους, πεπαύσθω τῆς διακονίας.

ιθ΄.

Περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου· εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς εὑρίσκοι, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

κ΄.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πα-

A ecclesia, non consentiente proprio episcopo, a quo recessit qui in canone censetur, irrita sit ordinatio.

XVII.

Quoniam multi " qui in canone recensentur, plura habendi studium & turpe lucrum persequentes, divinæ scripturæ obliti sunt, quæ dicit. *Argentum suum non dedit ad usuram:* & fœnerantes, centesimas exigunt: æquũ censuit sancta & magna synodus, ut si quis inventus fuerit post B statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel * sesquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, e clero deponatur, & sit alienus a canone.

" Apost. 44. Laod. 5. Leonis 5. Gelas. 15.

Psal. 16.

* sescuplas.

XVIII.

Pervenit ad sanctam synodum, quod in nonnullis locis & civitatibus diaconi dant presbyteris eucharistiam, quod nec canon, neque consuetudo tradidit, ut qui offerendi potestatem C non habent, iis qui offerunt, dent corpus Christi. Iam vero illud etiã cognitũ est, quod jam quidam ex diaconis etiam ante episcopos eucharistiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, & diaconi intra suas mensuras permaneant: scientes quod sunt quidem episcopi ministri, presbyteris vero minores. Accipiant autem suo ordine eucharistiam post presbyteros, eis præbente episcopo vel presbytero ". Sed nec in medio quidem presbytero- D rum liceat diaconis sedere. Id fit enim præter canonem & ordinem. Si quis autem non vult obedire post has constitutiones, a diaconatu desistat.

" Laod. 20. Valent. 58. Gelas. 7.

XIX.

De Paulianistis, qui deinde ad ecclesiam confugerunt, statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui vero tempore præterito in clericorum numero erant, si quidem a culpa & reprehensione alieni visi fuerint, rebaptizati ordinentur a catholicæ ecclesiæ episcopo. Si vero examinatio eos E non esse aptos deprehendit, deponi eos oportet. Similiter autem & de diaconissis, & omnino de omnibus qui inter clericos annumerantur, eadem forma servabitur. Diaconissarum autem meminimus quæ in habitu quidem censentur, quoniam nec ullam habent manuum impositionem, ut omnino inter laicos ipsæ connumerentur.

XX.

Quoniam sunt quidam, qui in die dominico genu flectant, & ipsis diebus pentecostes, ut omnia similiter in om-

CANONES NICAENI.

ni parochia serventur, visum est sanctæ synodo, ut stantes Deo orationes effundant.

A σῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ.

ANNO CHRISTI 325.

CANONES CONCILII NICÆNI.

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

** TITULI CANONUM.

CANONES.

I.

Si quis a medicis propter languorem desectus est, aut a barbaris abscissus; hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui hanc rem affectant, audentque semetipsos abscindere, dictum sit: sic eos, quos aut barbari, aut domini castraverunt, si inveniuntur alias * dignissimi, tales ad clerum suscipit regula.

* digni,

II.

Quoniam plura au per necessitatem, aut alias urgentibus hominibus, adversus ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & instructos brevi tempore, mox ad lavacrum spiritale perducerent, simulque ut baptizati sunt ad episcopatum vel ad presbyterium promoverent: optime placuit, nihil tale de reliquo fieri. nam & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post baptismum probatione quamplurima. Manifesta est enim apostolica scriptura, quæ dicit: *Non neophytum, ne in superbiam elatus, in judicium incidat, & in laqueum diaboli.* Si vero processu temporis aliquod delictum animæ circa personam reperiatur hujusmodi, & a duobus vel tribus testibus arguatur, a clero talis abstineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quasi contra magnum concilium se efferens, ipse de clericatus honore periclitabitur.

1. *Tim.2. v.6.*

B

III.

Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem: nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quæ * suspicionem effugiunt.

* omnem

IV.

Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit,
C aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem; tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo.

V.

De his qui communione privantur seu ex clero, seu ex laico ordine, ab episcopis per unamquamque provinciam, sententia
D regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate aut contentione, aut alio quolibet episcopi vitio, videantur a congregatione seclusi. Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit, annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul episcopis provinciæ congregatis, discutiantur hujusmodi quæstiones; & sic, qui suo peccaverint evidenter episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æstimentur, usquequo * vel in
E communi, vel episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia vero celebrentur, unum quidem ante quadragesimam paschæ; ut omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum: secundum vero circa tempus autumni.

* episcoporū congregationi placeat.

VI.

Antiqua consuetudo servetur * per Ægyptum, Libyam, & Pentapolin, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat

* quæ est per *Initium hujus canonis in conc. Cal.*

CANONES NICAENI

ANNO CHRISTI. 325.

habeat potestatem; quia & urbis Romæ A episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasque provincias, suis privilegia serventur ecclesiis. Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & secundum ecclesiasticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat sententia plurimorum.

Theod. act. 16. lectum fuit hoc modo: Quod ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autem & Ægyptus, ut episcopus Alexādriæ, &c.

VII.

Quia consuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Æliæ episcopus honoretur; habeat honoris consequentiam, salva metropoli propria dignitate.

VIII.

De his qui se * nominant Catharos, id est mundos, si aliquando venerint ad ecclesiam catholicam, placuit sancto & magno concilio, ut impositionem manus accipientes, sic in clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos scriptis convenit profiteri, quod catholicæ & apostolicæ ecclesiæ dogmata suscipiant & sequantur; id est, & bigamis se communicare, & his qui in persecutione prolapsi sunt; erga quos & spatia constituta sunt, & tempora definita, ita ut ecclesiæ catholicæ & apostolicæ placita sequantur in omnibus. Vbicumque vero sive in ' vicis, sive in civitatibus ipsi soli reperti fuerint ordinati; qui inveniuntur in clero, in eodem * habitu perseverent. Vbi autem catholicæ ecclesiæ episcopo vel presbytero constituto, quidam D ex illis adveniunt, certum est quod episcopus ecclesiæ habebit episcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos episcopus, honorem * presbyterii possidebit; nisi forte placuerit episcopo, nominis eum honore censeri. Si vero hoc ei minime placuerit, providebit ei aut chorepiscopatus, aut presbyterii locum, ut in clero prorsus esse videatur: ne in una civitate duo episcopi probentur existere.

* aliquādo nominabāt

'municipiis

* ordine

* presbyteri

IX.

Si qui presbyteri sine examine sunt provecti, vel cum discuterentur, peccata sua E confessi sunt, & homines contra canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt; tales regula non admittit: quia quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.

X.

Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem; hoc ecclesiasticæ non præjudicat regulæ: cogniti namque deponuntur.

XI.

De his qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid hujusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinii: placuit synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & * sex annis omni se contritione dejiciant, duo- B bus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.

* septem

XII.

Quicumque vocati per gratiam, primum quidem * impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum; postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent: hi decem annis, post triennii tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Sed in his omnibus, propositum & speciem pœnitentiæ convenit explorare. Quotquot e- C nim metu & lacrymis, atque patientia, vel bonis operibus, rebus ipsis conversionem suam non simulatione demonstrant; hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent: postmodum vero licebit episcopo de his aliquid humanius * cogitare. Quicumque vero indifferenter tulerunt, & * aditum introeundi ecclesiam sibi arbitrati sunt ad conversionem posse sufficere; hi definitum modis omnibus tempus impleant.

* voluntatē

* consulere.

* habitum non introeundi, sive habitū introeundi

XIII.

De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque servabitur; ita ut si quis egreditur e corpore, ultimo & maxime necessario viatico minime privetur. Quod si desperatus, & consecutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum convaluerit; sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito, & poscenti sibi * communionis gratiam tribui, episcopus * probabiliter ex oblatione dare debebit.

* eucharistię

* postquam probaverit, dare

XIV.

De catechumenis * lapsis, sancto & magno concilio placuit, ut tribus annis sint inter audientes tantummodo; post hæc autem cum catechumenis orent.

* &

XV.

Propter multam perturbationem, & seditiones quæ fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa; ita ut de civitate ad civitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus * transferatur. Si quis autem post definitionem sancti & magni concilii tale quid agere tenta-

* transeat

 verit,

CANONES NICAENI. verit, & se hujuscemodi negotio mancipaverit; hoc factum prorsus irritum ducatur, & restituatur ecclesiæ, cujus fuit episcopus, aut presbyter, vel diaconus ordinatus.

XVI.

Quicumque temere * aut periculose, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscentes ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia, presbyteri, aut diaconi, vel quicumque sub regula prorsus existunt: hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parœcias revertantur. Quod non si fecerint, oportet eos communione privari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter invadere, & in sua ecclesia ordinare tentaverit non consentiente episcopo, a quo discessit is, qui regulæ mancipatur, ordinatio hujuscemodi irrita comprobetur.

* ac

XVII.

Quoniam multi sub regula constituti, avaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique divinæ scripturæ dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*; mutuum dantes centesimas exigunt: juste censuit sancta & magna synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, id est sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia; dejiciatur a clero, & alienus existat a regula.

Psal. 6.

XVIII.

Pervenit ad sanctum magnumque concilium, quod in quibusdam locis & civitatibus, presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi porrigant; quod nec regula, nec consuetudo tradidit, ut ab his qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Nec non & illud innotuit, quod quidam diaconi ante episcopos * sacra oblata contingant. Hæc igitur omnia resecentur, & in sua diaconi mensura permaneant, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut episcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, præter regulam & ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

* euchari-stiam.

XIX.

De Paulianistis ad ecclesiam catholicam confugientibus definitio prolata est, ut * baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore fuerint in A clero, siquidem immaculati & irreprehensibiles apparuerint, * baptizati ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Quod si discussio incongruos eos invenerit, abjici tales convenit. Similiter autem & de diaconissis, & omnino de his qui sub regula versantur, hæc forma servabitur. Meminimus autẽ de di aconissis, quæ * in eodem habitu esse probantur, quod non habeant aliquã manus impositionem, & ideo modis omnibus eas inter laicas deputari.

* rebapti-zentur.

ANNO CHRISTI 325.

* rebapti-zati.

* in habitu

XX.

Quoniam sunt quidam in die dominico genua flectentes, & in diebus pente-B costes: ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio, stantes domino vota persolvere.

CANONES CONCILII NICÆNI.

Ex interpretatione [a] *Isidori Mercatoris.*

[a] veteri, quæ reperitur in collectione, quam vulgo dicunt.

** TITULI CANONUM.

I. *De Eunuchis, qui seipsos absciderunt.*
II. *De his, qui post baptisma statim ad clerum applicantur.*
III. *De subintroductis mulieribus.*
C IV. *Qualiter episcopi debeant ordinari.*
V. *De excommunicatis clericis & laicis.*
VI. *De primatibus episcoporum metropolitanorum.*
VII. *De honore episcopi Hierosolymitani.*
VIII. *De Novatianis.*
IX. *De presbyteris sine examinatione constitutis.*
X. *De lapsis clericis ordinatis.*
XI. *De his qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant pœnitere.*
XII. *De excommunicatis a sæculo exeuntibus.*
XIII. *De catechumenis lapsis.*
XIV. *De diaconibus, ne corpus Christi tradant presbyteris, vel ante presbyteros communicent.*
XV. *De clericis temere ab ecclesia recedentibus.*
D XVI. *De presbyteris & diaconibus, vel clericis, qui ad alias civitates transeunt.*
XVII. *De clericis alienis, sine conniventia proprii episcopi ab alio in sua ecclesia non ordinandis.*
XVIII. *De clericis usuram vel ampliationem accipientibus.*
XIX. *De Paulianistis & Cataphrygis, rebaptizandis.*
XX. *De diebus dominicis & pentecostes, ut in eis stantes oremus.*

** IIDEM TITULI CANONUM.

Ex codice MS. V. C. Claudii Hardy.

I. *De abscissis, vel a se, vel ab aliis.*
E II. *De neophytis, neque presbyteris, neque episcopis faciendis.*
III. *De synecoitis sive synesactis.*
IV. *De episcopis a comprovincialibus ordinandis.*
V. *De his qui ab episcopis suis excommunicantur.*
VI. *De prima ecclesia Romæ.*
VII. *De honore Hierosolymitani episcopi.*
VIII. *De his qui mundi dicuntur, quod vere recipiantur.*
IX. *De his qui sine examinatione ordinantur.*
X. *De lapsis.*
XI. *De his qui pravaricati sunt recipiendis per pœnitentiam.*

XII.

CANONES NICAENI.

XII. *De reconciliatione danda morientibus.*
XIII. *De catechumenis.*
XIV. *De diaconis ne supra presbyteros sint.*
XV. *De his qui ecclesias suas deserunt, & ad alias transeunt.*
XVI. *De non suscipiendis alterius ecclesiæ clericis.*
XVII. *De non ordinandis clericis alienis sine auctoritate episcopi sui.*
XVIII. *De feneratoribus clericis.*
XIX. *De Paulianistis quos Homucionitas vocant.* " f.homœosionitas
XX. *De genu non flectendo in dominica.*

CANONES.

I.

SI quis ' in ægritudine a medicis sectus est, vel a barbaris castratus, placuit ut iste permaneat in clero. Si quis autem sanus seipsum abscidit, etiam si est in clero, cessare debet: & ex hoc ' nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his qui affectaverunt, vel ausi sunt seipsos abscindere, hæc quæ diximus, statuta sunt; ita si qui vel a barbaris, vel a dominis suis ' secti, & probabilis vitæ sunt, tales suscipit ecclesiastica regula in clerum.

' per ægritudinem sectus est ' iam ' eunuchi facti sunt.

II.

Quoniam multa sive per necessitatem, sive ' ex quacumque causa contra regulam ' gesta sunt, ita ut homines ex vita Gentili nuper adhuc ' catechizati, vel instituti, statim ad spiritalem baptismum venissent, & continuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopatum, vel ad presbyterium provecti sunt: ' recte igitur visum est, de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, ut sit catechumenus; & post baptismum multa probatione indiget. Evidens namque est apostolicum præceptum, dicens: *Non neophytum, ne forte elatus, in judicium incurrat, & laqueum diaboli.* Si vero procedente tempore aliquod * peccatum admiserit, & convictus duobus vel tribus testibus fuerit; cesset a clero qui hujusmodi est. " Si quis vero præter hæc * facit, tamquam contraria statutis sancti concilii gerens, etiam ' ipse periclitabitur de statu sui cleri.

' aliis cogentibus causis ' ecclesiasticam ' accedentes ad fidem & qui primo tempore ' rectum esse
1. Tim. 3. vers. 6.
* mortale
" In c. H. canonis tertii locum occupat hæc clausula cum hoc titulo: *De vindicta eorum, qui contra canones fecerint.*
* fecerit de status sui ordine
* præcipitabitur

III.

Omnibus modis interdixit sancta synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater, aut soror, aut avia, aut amita, vel matertera sit. In his namque solis personis, & harum similibus, omnis quæ ex mulieribus est, suspicio declinatur. Qui autem præter hæc agit, periclitabitur de clero suo.

IV.

Episcopum oportet ab omnibus episcopis, si fieri potest, qui sunt in provincia ejus, ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua urgente necessitate, vel itineris longitudine; certe tres episcopi debent in unum esse congregati; ita ut etiam ceterorum, qui absentes sunt, consensum ' literis teneant, & ita faciant ordinationem. " Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum episcopum.

ANNO CHRISTI 325.
' & sententias per literas.
" separantur in c.H. hoc titulo: *De potestate episcopi metropolitani.*

V.

Servetur & ista sententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur sane; si forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione ' episcopi sui * excommunicati sint. " Ut ergo digna hæc possint examinatione perquiri, recte visum est, per singulos annos in singulis quibusque provinciis, bis in anno episcoporum concilium fieri; ut simul in unum convenientes ex communi provinciæ hujusmodi examinent quæstiones: ut ita demum hi, qui ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito contraxerunt, digne etiam a ceteris excommunicati similiter habeantur, quousque in communi, vel ipsi episcopo suo visum fuerit humaniorem circa eos ferre sententiam. Habeatur autem semel concilium ante dies quadragesimæ; ut omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum & solemne Deo munus possit offerri: secundum vero agatur circa tempus autumni.

' stomachi abdicetur.
* abstenti
" proprio titulo hæc sejunguntur in c. H. *De synodo bis in anno.*

VI.

Mos antiquus * perdurat in Ægypto, vel Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, * quoniam quidem & episcopo Romano ' parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasque provincias, honor suus unicuique servetur ecclesiæ. " Per omnia autem manifestum est; quod si quis præter voluntatem & conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum & sanctum censuit non debere esse episcopum. " Sane si communi omnium consensu rationabiliter probato secundum ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

* perduret
* quandoquidem & ' hæc est consuetudo.
" sejunguntur hoc titulo præfixo: *De infirmanda ordinatione quæ sine metropolitani consensu fit.* Ita V. C. Hardianus.
" suus quoque & sequenti sententiæ titulus. *De sequendo majori numero cum de ordinatione contenditur.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

" * * Placet hujus vexatissimi apud eruditos omnes canonis sexti varias editiones breviter hoc loco proponere præter Hervetianam, Dionysianam, atque veterem hanc ex Isidoriana compilatione depromptam, nec non decantatissimam ex Ruffini Aquilegiensis historia suo postea ordine afferendam.

In codice V. C. Claudii Hardy senatoris Parisiensis, in Fossatensi, aliisque pluribus sic se habet: *ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autem & Ægypti Libya & Pentapolis, ita ut episcopus Alexandriæ harum omnium habeat potestatem: quoniam & Romano episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia constitutus est. Itaque & in ceteris provinciis privilegia salva sint ecclesiarum.*

CANONIS NICAENI.

ANNO CHRISTI 325.

Codex antiquissimus V. C. Henrici Iustelli pag. 284. bibliothecæ canonicæ hunc titulum exhibet: *De primatu ecclesiæ Romanæ & aliarum civitatum episcopis.* Dein sequitur canon: *Antiqui moris est ut urbis Romæ episcopus habeat principatum, ut suburbicaria loca & omnem provinciam sua sollicitudine gubernet. Quæ vero apud Ægyptum sunt, Alexandriæ episcopus omnem habeat sollicitudinem. Similiter autem & circa Antiochiam & in ceteris provinciis privilegia propria serventur metropolitanis ecclesiis. Omnimodo autem manifestum est illud, ut si quis sine arbitrio ejus qui est in metropoli,* sic enim legendum, *constituerit episcopum, hunc censuit sanctum & magnum concilium non eum esse episcopum. Si vero communi, &c.*

De sensu vero ejusdem canonis non est quod addam conjecturas meas, ad ea quæ copiosius leguntur apud Baronium, Bellarminum, Perronium eminentissimos cardinales, Binium, Sirmundum, Aleandrum, Dartisium, Leschasserium, Guttherium, Marcam, Launoium, &c. ut taceam modo heterodoxos novatores, Calvinum, Gothofredum, Salmasium, Blondellum, similesque, inter se & cum catholicis insane digladiantes.

VII.

Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut Æliæ, id est, Hierosolymæ episcopo honor deferatur; habeat consequenter honorem suum', manente tamen metropolitanæ civitati propria dignitate.

'sed & metropolitano sua dignitas salva sit.

VIII.

' Si qui voluerint venire ad ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit sancto concilio ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem ' hanc habeant confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu catholicæ ' ecclesiæ statuta observaturos, id est, communicaturos se & his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt: quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus & tempus adscriptum est, ut in omnibus sequantur ea, quæ in ecclesia catholica observantur. Et sicubi jidem ipsi fuerint inventi sive in vicis sive in urbibus clerici ordinati a catholicis, sic etiam in clero persistant, unusquisque tamen in suo ordine. Si vero episcopus vel presbyter ecclesiæ catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem, similiter autem presbyteri & diaconi habeant. Hi vero qui ab istis veniunt, si forte episcopus fuerit, habeat sacerdotii dignitatem: nisi forte placeat catholico episcopo concedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inveniat ei locum, ' ut sit in parochia chorepiscopus, aut in clero presbyter: ut in civitate una non videantur duo episcopi esse, & ille omnimodis in clero permanere videatur.

'Hi qui se ipsos catharos, id est mundos vocant, si veniant. 'hoc eis per scripturam convenit profiteri ' & apostolicæ. 'ubi.

IX.

Si qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua; & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines manus eis temere imposuerunt: hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim, quod irreprehensibile est, sancta defendit ecclesia.

X.

Quicumque ex' lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinaverunt; hoc non præjudicat regulæ ecclesiasticæ: cum enim compertum fuerit, deponantur.

'his qui lapsi sunt.

XI.

De his qui ' negaverunt præter necessitatem, aut præter ablationem ' facultatum, aut præter periculum, vel aliquid hujuscemodi (quod factum est ' sub tyrannide Licinii) placuit sanctæ synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter * pœnitentes habeantur: si tamen fideles sunt, septem annis aliis inter pœnitentes sint, duobus autem annis ' iidem sine oblatione in oratione sola participent populo. '' Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militiæ cingulo; post hæc autem ad proprium vomitum sunt reversi, ut & pecunias darent, & ambirent redire rursum ad militiam; isti decem annis sint inter pœnitentes, post primum triennium quo fuerint inter ' audientes. Ab omnibus vero illud' præcipue observetur, ut animus' eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicumque enim cum omni timore & lacrymis perseverantibus, & operibus bonis, conversionem suam non verbis solis, sed opere & veritate demonstrant; ' cum tempus statutum * etiam ab his fuerit impletum, & orationibus jam cœperint communicare; licebit episcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerunt lapsum, & sufficere sibi quod ecclesiam introierunt arbitrantur; isti omnimodo tempora statuta complebunt.

'prævaricati sunt sine ulla necessitate. 'patrimonii 'in novissima. * audientes. 'extra communionem in orat. sola participes fiant populo. '' titulus in C. H. *De pœnitentia eorum qui baptizati ad secularem militiam redeunt.* ' auditores ' ac propositum 'hi tempora statuta complentes merito orationibus communiculo junguntur. f. communi vinculo. * audiendi

XII.

De his vero, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc, ita ut si forte quis recedit ex tempore ', necessario vitæ suæ viatico non defraudetur. Quod si desperatus aliquis recepta communione supervixerit, sit inter eos qui in sola oratione communicant. ' De omnibus tamen his qui a corpore recedunt ', in tradendo eis communionem, cura & probatio sit episcopi.

'ultimo & 'donec tẽpus statutũ a sancta synodo compleatur. '& eucharistiã postulant

XIII.

Placuit hoc sancto & magno concilio de catechumenis qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo ', post hæc vero orent cum catechumenis.

IV.

Canones Nicæni. Canon hic in vers. Dionysii ponitur pro XVIII. & in C. H. ' a diaconibus dentur.

XIV.

Pervenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam & civitatibus, presbyteris sacramenta ' diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diacones etiam ante episcopos sacramenta ' sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & maneant diacones intra suam propriam mensuram, scientes quia episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores. Accipiant ergo ' secundum ordinem post presbyteros ab episcopo, vel a presbytero, sacram communionem. Quod si non fuerit in præsenti vel episcopus, vel presbyter, tunc ipsi proferant, & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diacones, extra regulam enim ' est, ut hoc fiat. Si quis autem non vult ' his sufficiens esse post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

' contingũt

' euchari-stiam

' & extra ordinem

' esse subjectus ecclesiæ

XV.

Propter multas perturbationes, & frequentes tumultus seditionum, quæ fieri solent, placuit omnimodo istam abscindi consuetudinem, quæ contra regulam est, sicubi ' tamen sit, id est, ne de civitate ad civitatem transeat vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis vero post hæc statuta sancti hujus concilii tale aliquid ' agere tentaverit, infringetur omni genere hujuscemodi conatus; & restituatur propriæ ecclesiæ, in qua ' ordinatus est.

' reperta fuerit in aliquibus partibus

' audere

' vel presbyter, vel episcopus, aut diaconus

XVI.

Si qui vero sine respectu Dei agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab ecclesia sua, sive presbyter, sive diaconus, vel in quocumque ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in alia ecclesia; sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad ecclesiam suam. Quod si permanserint excommunicare eos oportet.

XVII.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua ecclesia, cum non habeat consensum episcopi ipsius, a quo recessit clericus, irrita sit hujusmodi ordinatio.

XVIII.

Quoniam multi clerici, avaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt divini præcepti, quo dictum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*; fenerantes centesimas exigunt: statuit hoc sanctum concilium, Si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species ' frumentorum ad sescuplum dare; omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, ' dejiciatur ex clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

Psal. 14.

' fiugum

Anno Christi 325.

' abscindatur

XIX.

Si quis confugit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & '' Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos omnino debere. Si qui vero clerici erant apud eos, siquidem inculpati fuerint & irreprehensibiles, baptizati rursus etiam ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconos, & de omnibus qui in eodem clero inveniuntur, eadem forma servabitur. Commemoravimus autem diaconissas, quæ in hoc ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, ut & omnino inter laicas habeantur. Similiter autem diaconissæ, quæ in catholico canone non habentur, simili modo, id est, laicæ, & tamquam non consecratæ deputentur.

'' vox est merito suspecta, nec reperitur in Græco canone, aut apud Dionysium.

XX.

Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus ' pentecostes; propterea itaque statutum est a sancta synodo, quoniam consona & conveniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem vota domino reddamus.

' quinquagesimæ

NOTA SEVERINI BINII.

Nihil est in auctoribus temporum injuriæ & librariorum erroribus magis expositum, quam propria locorum personarumque nomina. Nam cum ut plurimum peregrina sint, facillimum quidem est corrumpi ac depravari. Accedit, locorum appellationes propter varias diversarum gentium in alienos fines incursiones, & pene momentaneas imperiorum vicissitudines, nullibi stabiles permansisse. Hinc factum, ut in conciliorum subscriptionibus multa legantur, quæ aut plane depravata sunt, aut certe iis nominibus habentur, quæ eo tempore vera & certa erant, nostro falsa omnino & incognita. Sed cum in omnibus editionibus hactenus evulgatis prædictæ subscriptiones extent, visum est omitti eas non posse.

'/** Certe condonandum est collectori, *inquit Petrus Crabbe ac post eum Surius*, si forte in assignatione aut conscriptione tam episcoporum quam episcopatuum subsequentium error invenitur commissus, maxime circa illos, qui ultra Europæ provinciam designantur: potissime quod etsi fuerunt exemplaria vetustissima quatuor, ex quibus collectio præsens sumpta est, erant tamen adeo omnia & singula depravata, ut collectorem tæderet ineptæ ac multiplicis variationis. Nullius enim illorum cum altero convenientia fuit.

Subscripserunt trecenti decem & octo episcopi; qui in eodem concilio convenerunt.

Osius episcopus civitatis Cordubensis provinciæ ' Hispaniæ dixit: Ita credo sicut superius scriptum est. ' Spaniæ

* Victor & Vincentius presbyteri urbis Romæ pro venerabili viro papa & episcopo nostro sancto Silvestro subscripsimus, ita credentes, sicut supra scriptum est. * Vitus in c. Hard. Victor.

Provincia Ægypti.

Alexander Alexandriæ magnæ.

*Alphocration Naucratites. * Arpocration

SUBSCRIPTIONES. * Arbetiō, ' Arbitio. * Thmites, Thmuites ' Panepynēsis, Parempliteos

Adamantius ' Cynopolites. ' Cinensis.
* Alberion Pharbæti.
Antiochus Memphites.
Caius * Ptemythis.
Dorotheus Pelusianus.
Philippus ' Panephysensis.
Potamon ' Heracleensis. ' Heraclianensis.
Secundus Ptolemaidis.
Tiberius ' Tentyrites. ' Taucirensis, Tarichetes.

Provinciæ Thebaidos.

* Athales. al. Attas aut Atthas.

* Atlas Schediæ.
Tyrannus Antinoæ.
Volusianus ' Lycopolites. ' de Lyco.

Provinciæ ' Libyæ.

' superioris * Dagathius al. Dachis. * Antipyrgensis.

* Dathes Berenices.
Serapion * Antiphrensis.
Zephyrus Barcæ.
Secundus ' Tanites. ' Taucinatensis.
Titus Paratonii. ' Libyæ inferioris.

Provinciæ Palæstinæ.

Macarius Hierosolymitanus.
Germanus Neapolitanus.
' Marius Sebastenus. ' Marinus.
' Caianus Gadarensis.
Eusebius Cæsariensis.
Sabinus Ascalonitanus.
Longinus Nicopolitanus.
Petrus ' Iamniensis. ' Iamnites.

' in MMSS. al us est ordo civitatū

* Marinus. * Macrinus Eleutheropolis.
Maximus Maximianopolitanus.
* Paulinus. ' abest a qq. * Paulus Maximinopolis.
Ianuarius Ierichuntinus.
Heliodorus ' Zabulonites.
Aetius Lyddensis.
Silvanus Azoti.
Patrophilus Scythopolis.
Asclepius Gazæ.
Petrus Ahilæ.
Antiochus ' Capitoliadis. ' Capitoliensis.

' Diabolitenaites vel Diabulonites.

Provinciæ Phœnices.

Zenon Tyrius.
Æneas Ptolemaidis.
Magnus Damascenus.
Theodorus Sidonius.
Hellanicus Tripolis.
Philocalis ' Paneadis. ' Paneates.
Gregorius Beryti.
* Martinus Palmyrenus.
* Thalassius Alalius.
* Antonius Emissenus.

* Marinus * Thadoneus, Talasiæ * Anatolius

Provinciæ Syriæ Cœles.

Eustathius Antiochenus.
' Zenobius Seleuciensis. ' Zenonius.
* Theodorus Laodiceæ.
' Alphius Apameæ. ' Alypius.
' Bassianus Rhaphaneensis. ' Asienus.
* Philotimus Hierapolitanus.
Piperius Samosatenus.
Archelaus ' Dolichenus. ' Doloenus.
Euphration ' Balaneorum. ' Bataneotes.
Palladius chorepiscopus.
Zoilus ' Gabalenus. ' Gabalonites.
Bassus ' Zeugmatites. Zeugmatos.
* Leontius Larissenus.
* Eustathius Arethusius.
Mauricius Epiphaneensis.
Paulus Neocæsareensis,
* Syricius * Cyrreticensis.
Seleucius chorepiscopus.
Petrus Gindarensis.
* Pegasius * Acorabensis.

* Theodotus. * Philoxenus * Gerōtius * Eustasius * Cyricius al. Dyricius * Cyresticensis. ' a Cyro Pelagius al. Palladius.

A Bassonus Gabenus.
Gerontius ' Coaræ. ' Charissonensis.
* Salomonus Germaniciæ.

Provinciæ Arabiæ.

Nicomachus Bostrensis.
Cyrion Philadelphiæ.
Gennadius ' Iabrudorum. ' Ybutensis
Severus Sodomorum.
' Sosipater * Bethaunensis. ' Sopater.
Seuerus Dionysiadis.

Provinciæ Mesopotamiæ.

* Ethilaus Edessenus.
B Iacobus Nisibensis.
Antiochus ' Rhesinatensis.
* Mareas Macedonopolitanus.

Provinciæ Persidis.

Ioannes Persidis.

Provinciæ Ciliciæ.

Theodorus Tarsensis.
' Amphion Epiphaniensis. ' Alenion.
Narcissus * Neronianus.
Moyses Castabalensis.
' Nicetas Flaviadis. ' Nicesias.
Eudæmon chorepiscopus.
Paulinus Adanorum.
Macedonius Mopsuestiæ.
Hesychius Alexandriæ minoris.
C Tarcondimantus ' Ægetanus.
Narcissus ' Hierapolis. ' Irenopolis.

Provinciæ Cappadociæ.

Leontius Cæsariensis.
' Eupsychius Tyanensis. ' Eusicius.
* Euphrasius Colonensis.
Timotheus * Cyzistrensis.
Elpidius Comanensis.
* Gregorius chorepiscopus.
Stephanus chorepiscopus.
Euphronius chorepiscopus.
' Rhodon chorepiscopus.
Theophanes chorepiscopus.

Provinciæ Armeniæ minoris.

D * Eulogius Sebastenus.
* Everthius Satalensis.

Provinciæ Armeniæ majoris.

' Arsaphius ' Sophenensis. ' Araspius ' Sophonēsis.
* Acrites Diospontanus.
' Eutychianus Amasæus. ' Eutychius.
Heraclius Zelonensis.
Elpidius * Ethoniensis. ' Comanus.

Provinciæ Ponti Polemoniaci.

Longinus Neocæsareensis.
Domnus Trapezuntis.
Stratophilus * Ptyusii. ' Pityonita.

Provinciæ Ponti Paphlagoniæ.

Philadelphus Pompeiopolis.
Petronius * Iunopolis. ' Ienopolitanus.
E * Hesychius Amastridis. ' Eutychius. al. Eupsychius.

Provinciæ Galatiæ.

* Pancharius Ancyranus.
Dicasius * Tabiensis. ' Thobarensis.
* Eretius ' Platanensis. ' Erechoreus Gadanitanus.
* Gorgonius Cynnensis. ' Gregorius.
Philadelphus Iuliopolis.

Provinciæ Asiæ.

Theonas * Cyzicenus. ' Marmaricenus.
* Menophantus Ephesinus. ' Menophanes.
Orion ' Iliensis. ' Heleniensis *vel* Iassius.
Eutychius Smyrnensis.
Mithres * Popanensis. ' Popensis.
Macrinus * Helenopolis. ' Theopolis.
Paulus * Anderensis. ' Auderensis. ' Andensis.

Provinciæ

ANNO CHRISTI 325.
* Acrabatensis. al. Ambraciacensis. * Salamenes. * Patumenus.
* Ætholaus al. Ætolus. ' Reymitanus seu Sermitanus * Marinus seu Marcus.
* Irenopolis. ' Neroniadis.
' Egestanus Æguates.
* Eurithius * Cibistrēsis. al. Cirsistrorum. * Gorgonius.
' Andronius sive Anodō.
* Eulalius * Eutychius
* Aristarces. al. Aristæus. * Cotomanensis. al. Etesiarum.
Pityuntis.
* Pācratius al. Marcellus al. Marcus.

SVBSCRIPTIONES.

Provinciæ Lydiæ.

Artemidorus * Sardienſis. (* Sardioru.)
* Soron Thyatirenſis. (* Serras)
* Ethymaſius Philadelphiæ. (* Etheumatius ' Thomaſion.)
Pollion * Peperenſis. (* Barenſis.)
Agogius Tripolitanus.
Florentius * Anticyrræ.' (* Antiquiras *al.* Ancyræ Phrygiæ. ' Ancyræ ferreæ.)
Marcus Standitanus.
''** Antiochus Aureliopolitanus.

Provinciæ Phrygiæ.

Nunechius Laodicenſis.
Flaccus * Sanenſis. (* Sandeſis. ' Sanabeſis)
Procopius Synnadenſis.
' Piſticus Azanenſis. ' Phyſticius Azanites.
Athenodorus Dorylæus.
Paulus * Apamenus. (* Apameeſis.)
Eugenius Eucarpienſis.*
Flaccus Hierapolitanus.

Provinciæ Piſidiæ.

Eulalius Iconienſis.
Telemachus Hadrianopolitanus.
Theodorus Vzelenſis.
Eutychius Seleucienſis.
Heſychius Neapolitanus.
* Vranion Selgenſis. (* Vranius Sutenonenſis.)
' Apagamus ' Liſinienſis. ' Aramius ' Limenenſis.
* Tarſicius Apamenus. (* Tyrſicius)
Patricius Ambladenſis.
Polycarpus Metropolitanus.
* Acumedios Parienſis. ' Academius a Paro.
Heraclius Barenſis.
''** Theodorus Vſenſis.
''** Adon Byciæ.

Provinciæ Lyciæ.

Eudæmus ' Patarenſis, ' Pataritanus.

Provinciæ Pamphyliæ.

' Callinicus Pergenſis. ' Callidicus.
Eureſius ' Termeſſenus. ' Thermienſis.
* Teuxius * Cyrbenſis. ' Zeuxius Siarbitanus. (* Hæreſius *al.* Seuſius. * Siarboneſis.)
Domnus Aſpendius.
Quintianus Seleucienſis.
Patricius Maximianopolitanus.
Aphrodiſius * Magidorum. (* Magidenſis.)

' Provinciæ Inſularis. (' Inſulani vel Neſon.)

Euphroſynus Rhodienſis.
Meliphron Cous.
Strategius Lemnius.
Apollodorus Corcyræus.

Provinciæ Cariæ.

Euſebius Antiochenus.
Ammonius Aphrodiſius.
* Leodius Cybiritanus. ' Lætodoris Cibyr. (* Letoius.)
Euſebius * Miletius. (* a Mileto.)

Provinciæ Iſauriæ.

Stephanus ' Baratrhenſis. ' Barthenſis.
* Athenæus ' Zoropaſſenus. ' Corpiſſitanus. (* Anthenus)
* Etheſius Claudiopolitanus. (* Eudeſius)
' Agapetus Seleuciæ. ' Agapius.
Silvanus Metropolitanus.
Fauſtus ' Phuphenatenſis. ' Phanemuthienſis.
Antonius Antiochenus.
Neſtor ' Syedrenſis. ' Suedritanus.
Heſychius chorepiſcopus.
Cyrillus ' Sidenſis. ' Cumanadenſis.
Theodorus ' Vaſagadenſis. ' Vialbitanus.
Theodorus chorepiſcopus. Anatolius chorepiſcopus.
Paulus * Larandenſis. (* Larineſis.)
Quintus chorepiſcopus.
Tyberius Lyſtrenſis.
Aquila chorepiſcopus.
Euſebius ' Paralais Lycaoniæ. ' Parriciæ.

A

ANNO CHRISTI 325.

Provinciæ Cypri.

Cyrillus Paphenſis.
* Gelaſius Salaminenſis. (* Selanon)

Provinciæ Bithyniæ.

Euſebius Nicomedienſis.
' Theognis Nicænus. ' Theogenius.
Maris Calchedonenſis.
Cyrillus * Chius. (* a Chio.)
Heſychius Pruſenſis, juxta Hippium fluvium.
Gorgonius ' Apollonienſis. ' ab Apolloniade.
Georgius Pruſiadis, juxta Olympum montem.
Euethius ' Hadrianopolis. ' Hadrianenſis.

B

* Theophanes chorepiſcopus. (* Theuſtinus.)
Rufus Cæſarienſis.
Eulalius chorepiſcopus.

Provinciæ Europæ.

* Phædrius Heracleæ. (* Pedorus *al.* Prederus)

Provinciæ Daciæ.

Protogenes Sardicenſis.
Marcus ' Metropolitanus. ' Calabrienſis.

Provinciæ Myſiæ.

' Piſtus Marcianopolitanus. ' Piſtor.
Marcus * Comeenſis. (* Eubœæ)
Strategius ' Hephæſtienſis. ' Epheſienſis.

Provinciæ Macedoniæ.

Alexander Theſſalonicenſis.
* Budion Thebenſis. (* Budiſius ' Bodius Stobienſis aut Stridonenſis.)

C

Provinciæ Achaiæ.

Piſtus Athenienſis.
Feſtius Strategidis.

Provinciæ Theſſaliæ.

' Claudianus Theſſaliæ. ' Claudius.
* Chionius Thebanus. (* Cleonicus)

Provinciæ Calabriæ.

Marcus Calabriæ.

Provinciæ Africæ.

Cæcilianus Carthaginenſis.

Provinciæ Dardaniæ.

Dacius Macedoniæ.

Provinciæ ' Dalmatiæ. (' Dardaniæ)

' Bunius ' Stoborum. ' Bodius ' Stobiorum.

D

Provinciæ Pannoniæ.

Domnus Stridonenſis.

Provinciæ Galliarum.

Nicaſius ' Divionenſis. (' Dovenſis Dinienſis aut Dienſis.)

Provinciæ Gothiæ.

Theophilus Gothiæ Metropolis.

Provinciæ Boſphori.

' Domnus Boſphorenſis. ' Cathirius Boſpori.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

DE ſubſcriptionibus epiſcoporum qui interfuerunt concilio Nicæno multa congeſſit Ioannes Seldenus in notis ad fragmentum hiſtoriæ Eutychii patriarchæ Alexandrini, quæ per otium conſulere poterit harum rerum ſtudioſus lector; ac præcipue nomina 318. patrum, qui longa ſerie repræſentantur Arabice & Latine ex Oxonienſi codice

E

MS. Ioſephi cujuſdam Ægyptii, qui in Ægypto floruiſſe dicitur ſub annum Hegiræ Muhammedi 790. id eſt æræ Chriſtianæ 1400. Nos iis prætermiſſis hic dumtaxat exhibebimus nomina quorumdam patrum magnæ illius Nicænæ ſynodi ex charta Niliaca, quam ferunt fuiſſe antiquiſſimam apud Ioannem Sambucum: unde hæc deſcripta, quæ ſequuntur.

.... ἐπαρχίας ὁ εἴσως ὑπέγραψα.

Ἰουστῖνος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Τυανέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας Καππαδοκίας, ὁ εἴσως ὑπέγραψα.

Ὀλύμπιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Γαγγρηνῶν μητροπόλεως τῆς Παφλαγόνων ἐπαρχίας, ὁ εἴσως ὑπέγραψα.

Κυπριανὸς ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ημυ...... Διοσπολιτῶν, μητροπόλεως τῆς Οναείσων ἐπαρχίας, ὁ εἴσως ὑπέγραψα.

Πολύδεκτος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπό-

SVBSCRIPTIONES.

ANNO CHRISTI 325.

λεως τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Θεάτωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σταυροπόλεως μητροπόλεως τῆς Ηβρῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Τιβέριος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς ...... Λαοδικέων μητροπόλεως τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Κοσμᾶς ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Συμβαδίων μητροπόλεως τῆς Σαλυταείων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Κωνσταντῖνος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Βὴρ, μητροπόλεως τῆς Λυκίων ″ μητροπόλεως, ὁρ. ὑπ.

″ ἐπαρχίας

Στέφανος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Αντιοχέων μητροπόλεως τῆς Παμφίλων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Θεόπεμπτος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ιουστινοπολίτων, ἤτοι Μωκασιώων, μητροπόλεως δευτέρας τῶν Καππαδοκίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ισίδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ρουγίνων μητροπόλεως, τῆς Φρυγῶν Πατακίων, ὁρ. ὑπ.

Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ταρσέων μητροπόλεως τῆς Περτιέων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Στέφανος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς *Αναζαρβέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας τῶν Κιλικίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Μακρόβιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σελευκέων μητροπόλεως τῆς Ισαύρων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ιωάννης ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Αθηναίης καὶ λεγάτος τῆς ἁγίας συνόδου τοῦ ἀποστολικοῦ Θεσίου τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ὁρ. ὑπ.

Γεώργιος χάριτι Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Βιζυώων πόλεως τῆς Θράκων χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ζαχαρίας ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Νεοντοπολίτων τῆς Ισαύρων χώρας, ὁρ. ὑπ.

Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Πομπηιουπολίτων πόλεως τῆς Παφλαγόνων, ἐπαρχίας ὁρ. ὑπ.

Γρηγόριος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μιτυληνέων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ὁρ. ὑπ.

Σέργιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σελυμβρίων πόλεως τῆς Εὐρώπης ἱερῶν Θρᾳκῶν χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ανδρέας ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμνείων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ὁρ. ὑπ.

Θεογόνιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Νεαίων πόλεως τῆς Βεθυνέων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Αλέξανδρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως Κυπράδων, τῆς Ισαύρων χώρας, ὁρ ὑπ.

Επιφάνιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαίτων πόλεως τῆς. Ελενιώπων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Πέτρος χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπίσκοπος τῆς μεσημβρίων φιλοχρίστου πόλεως, ὁρ. ὑπ.

Πέτρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σωζοπόλεων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

...... ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Πτοβίων, ὁρ. ὑπ.

...... ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς τῶν Κυπρίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Τύχων ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως τοῦ ......

Cetera ab initio & in extremio tinea absumpsere. Ioannes Sambucus consiliarius & historicus Cæsareus ex originali misit ad L. Scradeum anno 1583. Originale ipsemet inspexi & contrectavi. L. SCHRADER.

″** EIVSDEM FIDEI NICÆNÆ expositio, cum canonibus, ex capite 6. libri II. ecclesiasticæ historiæ Ruffini Aquilejensis presbyteri.

Credimus in unum Deum, &c. *supra pag.* 27.
Statuunt præterea observandum esse in ecclesiis.

I.

Ne quis ex his qui semetipsos impatientia libidinis exciderunt, veniret ad clerum.

II.

Et ne quis nuper assumptus de vita vel conversatione Gentili, accepto baptismo, A antequam cautius examinetur, clericus fiat.

III.

Et ne quis episcoporum ceterorumque clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, vel sorore, vel θείᾳ, vel si quæ sunt hujusmodi necessitudinum personæ.

IV.

Et ut episcopus (si fieri potest) a totius provinciæ episcopis ordinetur. Si hoc difficile est, certe non minus quam a tribus, ita tamen ut metropolitani episcopi maxime vel præsentia, vel auctoritas habeatur. Absque quo ordinationem irritam esse voluerunt.

V.

Et ne, quem alius episcopus de ecclesia expulerit, sive clericum, sive laicum, suscipiat alius. Sane ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (ut fieri solet) injuste factum remedium non haberet, decernunt per singulos annos in singulis quibusque provinciis secundo ab omnibus episcopis C provincialibus concilia agi debere, & de hujusmodi negotiis judicari, ut si forte ab uno inique aliquid gestum est, a ceteris emendetur. Si recte, ut ab omnibus confirmetur.

VI.

Et ut apud Alexandriam, & in urbe Roma, vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat.

VII.

Et ut si forte in ordinando episcopo, duo vel tres pro aliqua contentione dis- D sentiant, reliquorum auctoritas, & præcipue metropolitani cum ceteris firmior habeatur.

VIII.

Et ut episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prærogativa servetur, manente nihilominus & metropolitani ipsius provinciæ dignitate.

IX.

Et catharos (qui apud nos Novatiani sunt) si forte pœnitentes ad ecclesiam convertantur, confessos ecclesiastica dogmata, clericos in ordine quidem suo su- E scipi debere. Sed ordinatione data, sane si episcopus ipsorum veniat ad episcopum nostrum debere eum in presbyterorum loco sedere. Episcopi vero nomen manere apud illum solum, qui catholicam semper tenuit fidem, nisi sua voluntate ipse eum tali nomine honorare voluerit; vel si placuerit ut quærat ei episcopi locum vacantem, hoc sit in ipsius potestate.

X.

Et ne in una civitate duo episcopi sint.

ANNO CHRISTI 325.

XI.

Et si qui forte indiscrete ad sacerdotium provecti, postmodum vel ipsi aliquid de se criminosum confessi sunt, vel ab aliis revicti, ut abjiciantur: sed & si qui de his qui lapsi sunt, & per ignorantiam forte ordinati recogniti, fuerint ut abjiciantur.

XII.

Et si qui absque tormentis in persecutionibus lapsi sunt, & ex corde agunt pœnitentiam, quinque annos inter catechumenos faciant, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione jungantur, & ita postmodum suscipiantur.

XIII.

Qui vero propter confessionem militiam abjecerant, & rursum ad hanc abierunt, hos tredecim annis pœnitentiam gerere, & postea suscipi, si tamen ex corde pœnitentiam gerant. Esse tamen in potestate episcopi moderandi facultatem, si eorum fructuosam & attentam pœnitentiam viderit.

XIV.

De his vero qui vita excedunt pœnitentibus, decernunt vacuum nullum debere dimitti. Si quis sane accepta communione supervixerit, debere eum statuta tempora complere, vel certe, prout moderari episcopus voluerit.

XV.

De catechumenis qui prolapsi sunt, statuerunt tribus annis eos a catechumenorum oratione separatos, postea recipi debere.

XVI.

Et ne de civitate inferiori ad majorem ecclesiam transire quis ambiat, sive episcopus, sive etiam alius clericus.

XVII.

Et ne quis clericus qui derelicta ecclesia sua, nulla existente causa probabili vagatur & oberrat per alias ecclesias, suscipiatur in communionem.

XVIII.

Et ut nemo eum qui ad alium pertinet, subripiens, in sua ecclesia ordinet clericum absque consensu illius ad quem pertinet.

XIX.

Et ne quis clericus aut usuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem, quod solet in novo datum, vel sesquiplum, vel etiam duplum recipi: quod si faciat, tamquam turpis lucri reum abjiciendum.

XX.

Et ne diaconi presbyteris præferantur, neve sedeant in consessu presbyterorum, aut illis præsentibus eucharistiam, sed illis agentibus solum ministrent. Si vero presbyter nullus sit in præsenti, tunc de- A mum etiam ipsis licere dividere: aliter vero agentes, abjici jubent.

EPISTOLÆ VARIAE.

XXI.

Et ut Paulianistæ, qui sunt Photiniani, rebaptizentur.

XXII.

Sed & diaconissas, quoniam quidem manus impositionem non accipiunt, etiam ipsas inter laicos esse debere. Igitur cum B de his, prout divinarum legum reverentia poposcerat, decrevissent, sed & de observatione paschæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, ecclesiis tradidissent, omnibus rite dispositis, ecclesiarum pax & fides in orientis atque occidentis partibus una atque eadem servabatur.

SYNODI NICÆNÆ "EPISTOLA AD SILVESTRVM PAPAM.

" Stylus arguit suppositionẽ cum temporis nota.

Epistola hæc a Surio primum edita fuit ex ve- C tusto libro Coloniensi, quæ reperitur etiam in antiquis codicibus manuscriptis Cresconianæ collectionis, sed ubique valde corrupta.

*Beatissimo papæ urbis Romæ cum omni reverentia colendo Silvestro, Osius episcopus provinciæ Hispaniæ civitatis Cordubæ, Macarius episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ, * Victor & Vincentius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua *.*

QVONIAM omnia * corroborata de divinis mysteriis ecclesiasticæ utilitatis * quæ ad robur pertinent sanctæ ecclesiæ catholicæ & apostolicæ, ad sedem tuam Romanam explanata, & D de Græco redacta scribere confitemur: nunc itaque ad * vestræ sedis argumentum accurrimus roborari. Itaque censeat vestra apostolica doctrina, episcopos totius vestræ apostolicæ urbis in unum convenire, vestrumque habere * concilium, sicut docet mystica veritas; * ut firmetur nostra sanctimonia, gradusque fixos, vel textus ordinationis tuæ sanctimoniæ nostra possit habere regula: quoniam decet numerum dictorum tuorum coepiscoporum a te discere gradus, * vel ordines constituere urbis. Quidquid autem constituimus in concilio Nicæno, precamur vestri oris consortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro universo concilio. Data VIII. Kalendas * Iulias. accepta XIII. Kalendas * Novembris, Paulino & Iuliano E summis consulibus.

* *Vitus.*
* *& trecenti decem & octo, in domino salutem.*
* corroborantur divinis
* causa
* veræ fidei argumentum
* consiliũ,
* confirmet n. sancita, ut gradus fixos connexa ordinationi
* conformes conscendere verbi. *Locus depravatus.*
* *Et hic quoque mẽdum irrepsisse videtur, forte scriptum fuerat*, Septembris.

RESCRIPTVM SILVESTRI EPISC. "AD SYNODVM NICÆNAM.

" nec sincerius est hoc respõsum, quod commentitium & mendosissimum vere dixeris, & non tantum fere, ut Binius.

Silvester episcopus sedis apostolicæ, & S. ecclesiæ catholicæ, reverendæ religionis urbis Romæ fratribus & coepiscopis, qui in Nicænum concilium convenerunt, in domino salutem.

GAVDEO promptam vos benignitatem servare. Nam & confirmo, figoque ad doctrinæ vestræ reclamantes de mysterio, vel unitate trinitatis, chrismatis vos secundum dicta, & doctrinam evangelicam, sanctam accepisse gratiam: de quo examinationis probo vera fuisse, & esse mansura, quæ in vestrũ nostrumque manavere mysterium meũ chirographum & discipulorum meorum

EPISTOLAE VARIAE.

offero in veſtro ſancto concilio, quidquid conſtituiſtis, una parem dare conſenſum. Atque in gremio veſtræ ſynodi parva propter diſciplinā eccleſiæ alligabo præcepta: propter "Victorinum, qui arbitrio ſuo, quidquid vellet, affirmabat, & cyclos paſchæ pronuntiabat fallaces, & cum epiſcopis totius urbis Italiæ examinatam univerſitas veſtri ſancti concilii dignetur accipere veritatem. Et alia manu: Oret pro nobis beatitudo veſtri ſancti concilii trecentorum decem & octo, ut caritatis, quæ A vobis data eſt, domini noſtri Ieſu Chriſti ſervetur augmentum. Data quinto Kalendas Novembris, accepta quarto Idus Februarii, Conſtantino ſepties, & Conſtantio Cæſare" quarto conſulibus.

" Victorium Aquitanum calculatorem, aut Victorem ep. Capuanum innuere quibuſdam forte videbitur.

ANNO CHRISTI. 325.

"** Hæc vocula, Quarto, delenda eſt: anno enim 326. Conſtantius Cęſar tum primum fuit conſul. Anno vero 329. cum Conſtantino magno octies conſule non Conſtantius ſed Conſtantinus ejus natu major frater conſul quarto fuit. Itaque erravit Blondellus poſt Bar. Binium, alioſque.

LIBELLVS EVSEBII NICOMEdienſis, & Theognii Nicæni.

Ex Socr. l. 1. c. 14.

TAMETSI cum antea a veſtra ſanctitate eſſemus condemnati, noſtrum fuiſſet, ea quæ erant B a vobis ſancte & religioſe judicata, tacite & cum ſilentio tuliſſe: tamen quoniam abſurdum eſt, ſilentio noſtro contra nos locum dare calumniatoribus quaſi convicti; idcirco vobis ſignificavimus nos fidei deciſioni conſenſiſſe, atque vi & notione verbi conſubſtantialis, diligenter ponderata, paci nos totos addixiſſe, atque nullam hæreſim ſecutos eſſe; ſed tum, quo eccleſiarum ſecuritati proinde conſuleretur, ea quæ in noſtram cogitationem venerant, ſuggeſſiſſe; tum quo illos, qui noſtro conſilio & ſententiæ acquieſcere deberent, certa perſuaſione confirmaremus, fidei illi ſubſcripſiſſe: anathemati autem Ario a conſilio denuntiato, nos ob eam C cauſam non ſubſcripſiſſe, non quod fidem illam incuſaremus, ſed quod minime crederemus, eum qui erat accuſatus, hominem ejus generis fuiſſe: præſertim cum ex illis, quæ privatim ad nos ab eo tum per epiſtolas relata erant, tum per eius ſermonem coram habitum declarata, pro certo eſſemus perſuaſi, ipſum longe alium eſſe. Quod ſi ſanctum veſtrum concilium ſibi de illo perſuaſit, ea quæ veſtro judicio decreta ſunt, non contradicendo impugnare, ſed conſentientibus animis confirmare decrevimus, & hoc libello conſenſum illum roboramus; non huc inducti, quod exilium graviter & iniquo animo ferimus, ſed quod libenter cupimus hæreſis vitare D ſuſpicionem. Nam ſi nos jam in veſtrum conſpectum venire permiſeritis, comperietis nos veſtris decretis omnino ſuffragaturos. Et quoniam veſtræ reverentiæ viſum eſt, illum qui rerum iſtarum reus agitur, humanitus excipere, & ad vos accerſere: eſt plane a ratione alienum, ut cum is, qui crimine tenetur implicatus, accerſitus ſit, illiſque quæ ipſi objiciuntur, reſponderit; nos reticendo, noſmetipſos culpæ convincere videamur. Ne gravemini igitur (ſicut veſtram benignam decet reverentiam) Dei amantiſſimum imperatorem de his commonefacere, noſtra poſtulata illi exponere, & mature ea quæ ſunt prudentiæ veſtræ conſentanea, de nobis ſtatuere.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Νικομηδείας, καὶ Θεογνίου Νικαίας.

Σωκρ. β.β. ά. κεφ. ιδ'. * ἴσ. πρόκρισιν.

ΗΔΗ μὲν οὖν καταψηφισθέντες * προκρίσεως παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ἐν ἡσυχίᾳ φέρειν τὰ κεκριμένα παρὰ τῆς ἁγίας ὑμῶν ἐπικρίσεως ὀφείλομεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον καθ' ἑαυτῶν δοῦναι τῶν συκοφαντῶν τὴν ἀπόδειξιν τῇ σιωπῇ, τούτου ἕνεκα ἀναφέρομεν, ὡς ἡμεῖς καὶ τῇ πίστει συνεδράμομεν, καὶ τὴν ἔννοιαν ἐξετάσαντες ἐπὶ τῷ ὁμοουσίῳ, ὅλοι ἐγενόμεθα τῆς εἰρήνης, οἱ μηδαμοῦ τῇ αἱρέσει ἐξακολουθήσαντες. ὑπομνήσαντες δὲ ἐπὶ ἀσφαλείᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, ὅσα τὸν λογισμὸν ἡμῶν ὑπέτρεχε, καὶ πληροφορήσαντες τοὺς δι' ἡμῶν πεισθῆναι ὀφείλοντας, ὑπεσημειωσάμεθα τῇ πίστει· τῷ δὲ ἀναθεματισμῷ οὐχ ὑπεγράψαμεν, οὐχ ὡς τῆς πίστεως κατηγοροῦντες, ἀλλ' ὡς ἀπιστοῦντες τοιοῦτον εἶναι τὸν κατηγορηθέντα, ἐκ τῶν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ διά τε ἐπιστολῶν, καὶ τῶν εἰς πρόσωπον διαλέξεων, πεπληροφορημένοι μὴ τοιοῦτον εἶναι. εἰ δὲ ἐπείσθη ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος, οὐκ ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ συντιθέμενοι τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις, καὶ διὰ τούτου τοῦ γράμματος πληροφοροῦμεν τὴν συγκατάθεσιν, οὐ τὴν ἐξορίαν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν ὑπόνοιαν τῆς αἱρέσεως ἀποδυόμενοι. εἰ γὰρ καταξιώσητε νῦν γοῦν εἰς πρόσωπον ἐπαναλαβεῖν ἡμᾶς, ἕξετε ἐν πᾶσι συμψήφους ἀκολουθοῦντας τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις· ὁπότε αὐτὸν τὸν ἐπὶ τούτοις ἐναγόμενον ἔδοξε τῇ ὑμῶν εὐλαβείᾳ φιλανθρωπεύσασθαι, καὶ ἀνακαλέσασθαι. ἄτοπον δὲ τοῦ δοκοῦντος εἶναι ὑπευθύνου, ἀνακεκλημένου καὶ ἀπολογησαμένου ἐφ' οἷς διεβάλλετο, ἡμᾶς σιωπᾶν καθ' ἑαυτῶν διδόντας τὸν ἔλεγχον. καταξιώσατε γοῦν, ὡς ἁρμόζει τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν εὐλαβείᾳ, καὶ τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα ὑπομνῆσαι, καὶ τὰς δεήσεις ἡμῶν ἐγχειρίσαι, καὶ θᾶττον βουλεύσασθαι τὰ ὑμῖν ἁρμόζοντα ἐφ' ἡμῖν.

EPISTOLA CONCILII NICÆNI I.

Legitur etiam hæc ſynodi epiſtola lib. 2. hiſt. trip. c. 12.

E *Sanctæ, eximiæque, Dei gratia, eccleſiæ Alexandrinæ, & dilectis fratribus Ægyptum, Libyam, & Pentapolim incolentibus, epiſcopi Nicææ congregati, & ad magnum ſanctumque concilium convocati, in domino ſalutem.*

Ex Theod. l. 1. c. 8.

QVONIAM Dei gratia, & religioſiſſimo imperatore Conſtantino nos ex variis provinciis & civitatibus in unum congregante, magnum & ſanctum concilium Nicænum coactum eſt: *Vide reliquum infra apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib. 2. cap. 33.*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΥΝΟΔΙΚΗ.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ, χάριτι τοῦ Θεοῦ, Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Θεοδ. βιβ. ά. κεφ. ή.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη·

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ANNO CHRISTI 325.

A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ βασιλέως, ταῖς ἐκκλησίαις.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς ταῖς ἐκκλησίαις.

Εὐσέβ. περὶ βίου Κωνστ. βιβ. γ. κεφ. ιϛ'.

ΠΕΙΡΑΝ λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις.

EPISTOLA CONSTANTINI imperatoris ad ecclesias.

EPISTOLAE VARIAE.

Constantinus augustus ecclesiis salutem.

CVM ex rebus pro republica feliciter gestis quanta sit divinæ virtutis erga nos benignitas, expertus fuerim; *Vide reliquum infra apud Gelasium in actis concilii Nicæni lib. 2. cap. 36.*

Ex Euseb. l. 3. de vita Constant. c. 16. 17. 18.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ βασιλέως τῇ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων.

B

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ.

Σωκρ. βιβ. α. κεφ. θ'.

ΧΑΙΡΕΤΕ ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. τελείαν παρὰ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν. ἵνα πάσης πλάνης ἀπαλλαγέντες, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιγινώσκωμεν πίστιν. οὐδὲν λοιπὸν τῷ διαβόλῳ ἔξεστι καθ' ἡμῶν· πᾶν * εἴ τι δ' ἂν κακοτεχνησάμενος ἐπεχείρησεν, ἐκ βάθρων ἀνῄρηται. τὰς διχονοίας, τὰ σχίσματα, τοὺς θορύβους ἐκείνους, καὶ τὰ τῶν διαφωνιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, θανάσιμα φάρμακα, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κέλευσιν, ἡ τῆς ἀληθείας ἐνίκησε λαμπρότης. ἕνα τοιγαροῦν ἅπαντες καὶ τῷ ὀνόματι προσκυνοῦμεν, καὶ εἶναι πεπιστεύκαμεν. ἵνα δὲ τοῦτο γένηται, ὑπομνήσει Θεοῦ συνεκάλεσα εἰς τὴν Νικαέων πόλιν τοὺς πλείστους τῶν ἐπισκόπων, * μεθ' ὧνπερ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγὼ ὁ συνθεράπων ὑμέτερος καθ' ὑπερβολὴν εἶναι χαίρων, καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἀνεδεξάμην, ἠλέγχθη οὖν ἅπαντα καὶ ἀκριβῶς ἐξήτασται, ὅσα δὴ ἀμφιβολίαν, ἢ διχόνοιαν, πρόφασιν ἐδόκει γεννᾷν· καὶ φεισάσθω ἡ θεία μεγαλειότης· ἡλίκα καὶ ὡς δεινὰ ταῦτα περὶ τοῦ μεγάλου σωτῆρος, περὶ τῆς ἐλπίδος καὶ ζωῆς ἡμῶν ἀπρεπῶς ἐβλασφήμουν τινές; τἀναντία ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, καὶ τῇ ἁγίᾳ πίστει φθεγγόμενοί τε, καὶ πιστεύειν ὁμολογοῦντες; τριακοσίων γοῦν καὶ πλειόνων ἐπισκόπων ἐπὶ σωφροσύνῃ τε καὶ ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν, ἣ καὶ ταῖς ἀληθείαις, καὶ ἀκριβείαις τοῦ θείου νόμου πέφυκε πίστις εἶναι, βεβαιούντων, μόνος Ἄρειος ἐφωράθη τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἡττημένος, καὶ τὸ κακὸν τοῦτο πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν, ἔπειτα καὶ παρ' ἑτέροις ἀσεβεῖ γνώμῃ διασπείρας. ἀναδεξώμεθα τοιγαροῦν ἣν ὁ παντοκράτωρ παρέσχε γνώμην. ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀγαπητοὺς ἡμῶν ἀδελφούς, ὧν ὑμᾶς τοῦ διαβόλου ἀναιδής τις ὑπηρέτης ἐχώρισεν· ἐπὶ τὸ κοινὸν σῶμα, καὶ τὰ γνήσια ἡμῶν μέλη σπουδῇ πάσῃ ἴωμεν. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἀγχινοίᾳ, καὶ τῇ πίστει, καὶ τῇ ὁσιότητι τῇ ὑμετέρᾳ πρέπει, ἵνα τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης ἐκείνου, ὃν τῆς ἀληθείας εἶναι ἐχθρὸν συνέστηκε, πρὸς τὴν θείαν ἐπανέλθητε χάριν. ὃ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἤρεσεν ἐπισκόποις, οὐδέν ἐστιν ἕτερον, ἢ τοῦ Θεοῦ γνώμη, μάλιστά γε ὅπου τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώτισε. διὸ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω, μηδεὶς ὑπερτιθέσθω, ἀλλὰ προθύμως πάντες εἰς τὴν ἀληθεστάτην ὁδὸν ἐπάνιτε· ἵν' ἐπειδὰν ὅσον οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφίκωμαι, τὰς ὀφειλομένας τῷ

* ὅ, τι δ' ἂν

* Gel. μεθ' ὧν ἦν καὶ αὐτὸς ἐγὼ καθάπερ εἷς τις ἐξ ὑμῶν συνθεράπων ὑμέτερος.

EPISTOLA CONSTANTINI imperatoris ad ecclesiam Alexandrinam.

Constantinus augustus catholicæ Alexandrinorum ecclesiæ.

Ex Socrat. l. 1. cap. 9.

SALVETE plurimum fratres carissimi. Permagnum certe & singulare beneficium a divina providentia in nos collatum est, quod omni errore liberati, unam eamdemque fidem agnoscamus. Non est profecto diaboli insidiis contra nos intentatis de cetero quidquam loci relictum: nam quidquid est per fraudem in nos molitus, illud funditus sublatum est. Dissensiones animorum, schismata, tumultus illos, & lethalia discordiarum (ut ita dicam) venena, veritatis splendor (juxta Christi monitum) penitus obruit, delevitque. Vnum igitur Deum omnes & nomine veneramur, & esse credimus. Vt (C) autem istud ad exitum perduceretur Dei admonitione magnam episcoporum turbam ad urbem Nicæam accersivi: quibuscum ego, qui unus ex vestrum numero sum, quique quod vester sim conservus plurimum gaudeo, operam dedi ut veritas diligenter investigaretur. Proinde omnia, quæ aut controversiæ, aut dissensionis materiam præbere videbantur, accurate excussa & exagitata sunt. Quanta & quam execrabilia probra (o bone Deus, sis nobis clemens & misericors) nonnulli in magnum salvatorem, in spem & vitam nostram scelerate nefarieque jecerunt, & scripturis divinitus inspiratis, fideique sacrosanctæ contraria non modo impudenter effutiverunt, sed se ita credere palam confessi sunt! Nam cum (D) amplius trecenti episcopi, viri propter animi modestiam & solertiam admirabiles, unam eamdemque fidem (quæ & veritate, & exquisitis legis divinæ testimoniis vera fides esse confirmatur) uno ore faterentur; solus Arius inventus est, qui vi ac fraude diabolica victus, ab ea penitus desciverit; quique impia animi impulsione incitatus, hanc erroris labem primum apud vos, deinde apud alios sparserit. Quocirca eam, quam omnipotens tradidit, doctrinam amplexemur: ad fratres nostros carissimos, a quibus nequam & impudens quidam diaboli minister vos segregavit, redeamus: ad commune corpus ecclesiæ, & ingenua nostra membra, toto pe- (E) ctore, ut dicitur, revertamur. Illud enim vestræ prudentiæ, fidei, & sanctitati in primis consentaneum est, ut errore illius, quem jam esse hostem veritatis perspectum est, penitus depulso, ad Dei gratiam vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis episcopis visum est, non est aliud, quam Dei sententia: præsertim cum in talium & tam præclarorum virorum mentibus sacer insideret Spiritus, qui illis divinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo vestrum hæsitet, nemo moram interponat; sed omnes lubentibus animis ad viam veritatis redire: ut simul atque ipse ad vos adventavero, debitas

EPISTOLAE VARIAE.

παντεφόρῳ Θεῷ μεθ' ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας, ὅτι τὴν εἰλικρινῆ πίστιν ἐπιδείξας, τὴν εὐκταίαν ἡμῖν ἀγάπην ἀποδέδωκεν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

A bitas gratias Deo, qui omnia lustrat, una vobiscum agam, quod fidem sinceram nobis patefecerit, & caritatem, quæ omnibus optanda erat, proinde reddiderit. Deus vos fratres carissimi diu servet incolumes.

ANNO CHRISTI 325.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ βασιλέως.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

Σωκρ. βιβ. α. κεφ. ζ'.

ΤΟΥΣ πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν.

EPISTOLA CONSTANTINI imperatoris ad universos.

Victor Constantinus, maximus, augustus, episcopis & populis salutem.

CVM Arius scelestos & impios homines sit imitatus, eamdem cum illis ignominiæ & turpitudinis notam merito subire debet. *Vide reliquum infra apud Gelasium in actis concilii Nicæni lib. 2. c. 36.*

Ex Socrat. lib. 1. c. 6.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ βασιλέως τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων κατὰ Εὐσεβίου, καὶ Θεογνίου.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων.

ΤΟΝ δεσπότην Θεὸν δηλαδὴ καὶ σωτῆρα Χριστὸν ἀκριβῶς ἅπαντες ἴστε, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πατέρα τε καὶ υἱὸν εἶναι.

B

EPISTOLA CONSTANTINI IMP. ad ecclesiam Nicomediensem, contra Eusebium & Theognium.

Constantinus augustus, catholicæ ecclesiæ Nicomediensium.

OMNES probe nostis, fratres dilectissimi, dominum Deum scilicet & salvatorem Christum Patrem & Filium esse: *Vide reliquum infra apud Gelasium in actis concilii Nicæni lib. 3. cap. 2.*

IN [a] CONCILIVM [b] NICÆNVM [c] primum [d] œcumenicum [e] approbatum, [f] trecentorum octodecim episcoporum, [g] contra hæreses Arianorum [h] & Quartadecimanorum, [i] sub Silvestro pontifice, [k] Paulino & Iuliano consulibus.

C

NOTÆ SEVERINI BINII.

Pontificis auctoritate, imperatoris consensu & auxilio hæc synodus indicta & cõgregata.

[a] *Concilium.*] Hortatu, concilio & auctoritate Silvestri Romani pontificis hæc sacrosancta synodus indicta, Constantini imperatoris consensu, opera & auxilio congregata fuit, hac ratione: Cum Osius Cordubensis ad ecclesiæ orientalis turbas, schismata & seditiones componendas in orientem ablegatus hæreticorum pertinacia impeditus, parum aut nihil effecisset, Alexandri, Osii, aliorumque episcoporum consilio, per Silvestrum auctoritate pontificia, ob causas prædictas, de quibus infra, concilii universalis celebratio decernitur. Sed quia episcoporum multitudo ea, quæ ad œcumenicam synodum celebrandam requiritur, sine imperatoris munificentissimi subsidio, consensu & auxilio, neque congregari, neque sustentari poterat, Silvestri pontificis hortatu, & Alexandri episcopi epistola, imperator ad consensum & impensas faciendas inductus, literis ad omnes totius orbis episcopos scriptis, locum & tempus habendi concilii designavit, ibique tempore constituto singuli ut adsint, rogavit. Hoc est quod Rufinus lib. 10. cap. 1. dicit: Constantinum ex sententia sacerdotum concilium indixisse: & quod legimus in sexta synodo act. 18. Silvestrum & Constantinum magnam synodum apud Nicæam congregasse. Idem testatur auctor pontificalis in vita Silvestri. Sozom. lib. 1. cap 16. Baron. an. 325. num. 13. Bellarm.. lib. 1. de concil. c. 13. Possevin. in app. sacro, verbo *Nicænum concilium*. Item vide notas epist. Marcelli ad episcopos Antioch.

D

Locus habiti concilii.

[b] *Nicænum.*] Sic dictum, quod celebratum fuerit Nicææ, quæ est in Bithynia. Ob quod sciendum, hujus nominis civitates plures florentissimas extitisse; unam in Gallia non procul a Varo fluvio a Massiliensibus conditam, quæ vulgo Nissa dicitur: alteram hujus nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios constituit. Tertia fuit in Thracia, quæ, teste Hilario in post. libro fragmentorum, ante Vstodizo nominabatur: in qua Ariani sub Constantio imperatore novam fidei formulam, *Consubstantialis* nomine omisso, & voce *similis* dolose substituta, ediderunt, eamque Nicænam appellari mandarunt, eo nimirum concilio, ut vera & orthodoxa Nicænæ catholicæ fidei formula tolleretur, aut saltem dubia & suspecta efficeretur. Qua de re hæc Socrates lib. 2. cap. 29. *Fidei formulam, quæ Arimini prælecta erat, in Græcum sermonem conversam, cœpit Vrsacius ratam facere, publicare, tamquam ex generali concilio editam præconiis celebrare, & fidem Nicææ stabilitam appellare, eo plane animo: ut homines imperitos ac simplices nominis similitudine in errorem raperet. Nam illi eam putabant fidem fuisse, quæ Nicææ urbe Bithyniæ erat olim confirmata. Verum istud commentum illis non magno adjumento fuit: nam non longo post tempore patefactum est, illique ipsi ludibrio habiti.* Baron. anno 359. num. 27. Quarta Nicæa est metropolis Bithyniæ, hujus sacrosancti concilii locus & receptaculum, de qua Strabo in geograph. lib. 12. hæc scribit: *Nicæa Bithyniæ metropolis juxta lacum Ascanium est, & campus ingens & valde felix circumstat, æstate non admodum salubris. Eam primo Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominavit. Postea Lysimachus eam ab uxoris nomine filiæ Antipatri Nicæam appellavit. Vrbis ambitus est stadiorum sedecim in figura quadrata, quæ in campo sita portas quatuor habet ad rectos angulos & in munitionem excisa. Quare ex uno lapide, qui circa medium gymnasium positus est, omnes quatuor portæ cernuntur.* Hæc licet antea non ignobilis, incolatu hujus concilii admirandis quibusdam beneficiis sibi divinitus impertitis potita, longe clarior & illustrior est reddita. De quibus hæc Gregorius presbyter orat. de patribus Nicæni concil. *Cum patres postridie essent precaturi salvatorem universorum pro suo domum reditu, & pro ea, quæ eos exceperat civitate, accidit ut in eo, qui dicitur μεσόμφαλος, id est medius umbilicus ingressus orientalis, scaturirent fontes circa medium apsidis, circa quam constiterat sanctorum chorus, qui quidem in hodiernum usque diem apparens ostendit orationum fructuosos effectus.* Subjungit, suo tempore cum Assyrii Romanum imperium depopularentur, omniaque barbarica insolentia consumerent, non tantum ipsam urbem, quam sæpe clanculum & aperte adorti erant, verum etiam ipsos urbis incolas universos a Babylonica contumelia illæsos remansisse. Item quemdam tribunum militum magica opera ibidem patrare incipientem, nocturna visione & diurnis terroribus deterritum, ab incepto desiisse, Christum verum Deum accensis in templo lucernis placasse, atque ex eo tempore omnem Babylonicum exercitum a templo barbaricam ferocitatem & ab incolis prohibuisse. Baron. num. 185. Constantii imperatoris decretum ac propositum Nicææ in Bithynia celebrandi concilii terræmotu urbis illius impeditum fuisse, non tantum concilio, sed & ipsi urbi ad celebritatem & nominis gloriam non parum adjecit. Qua de re præter Sozom. lib. 4. c. 15. pulcre Theodoret. lib. 2. 26. hæc ait: *Terræmotu*, inquit, *impedita fuit* (Nicæna synodus intellige, quæ ibidem consilio Eudoxi Antiocheni, & Constantii imperatoris mandato, ad veram Nicænam fidei formulam obscurandam celebrari debebat.) *Quod quidem factum divinæ plane sapientiæ adscribendum arbitror. Nam cum in illa urbe fidei apostolicæ doctrina a*

E

Nicææ in Thracia Ariani quid.

Nicæa Bithyniæ quæ & qualis.

Nicæa Bithyniæ propter concilium miraculis ornata.

sanctis

ANNO CHRISTI 325.

sanctis patribus descripta esset, & alii postea ibi congregati contrariam doctrinam conscribere in animo haberent; Deus qui ecclesiæ providere non desinit, concilium istud propterea prohibuit, ne ex similitudine nominis ansam Ariani arriperent ad fraudem; neve Ariani concilium istud Nicænum quoque appellando, simplicium animos circumvenirent. Quamquam sint; qui in aula palatii regalis episcopos convenisse scribant, verius tamen esse existimo, quod Act. 1. concil. Calched narratur: videlicet in templo congregatos certo ordine & loco, ut infra verbo *trecentorum octodecim* dicemus, sedentes, quæ erant synodali judicio discutienda & judicanda, plene & perfecte absolvisse.

An in templo vel in aula palatii concilium celebratum sit.

[c] *Primum.*] Sic dictum, non quod numero vel ordine primum fuerit, sed ut a septima generali synodo, quæ Nicæna secunda appellatur, nomine discernatur. Quamquam etiam non inconvenienter primum, id est; primarium dici possit: quoniam in eo de re omnium summa, legitimo & ordinatissimo judicio, auctoritate pontificia indicto, præsentia legatorum pontificiorum, imperatoris, & episcoporum ordinate sedentium condecorato, disceptatum fuit. Possev. in app. sacro.

Cur primũ appelletur.

[d] *Oecumenicum seu universale.*] Concilium œcumenicum, quod alias universale, vel etiam generale nominatur, est, cui episcopi totius orbis, nisi legitime impediantur, interesse possunt ac debent, cuique nemo alius, quam Romanus pontifex per se, vel per legatos præsidere solet: unde œcumenicum, id est, totius orbis terræ concilium appellatur. Accidit autem non raro, quod nationalia, quibus Romanus pontifex per se vel per legatos suos interfuit, universalia aut generalia nominentur, ut diximus supra in notis ad concilium Alexandrinum, &c.

Oecumenicum concilium quid.

Præsides hujus concilii fuerunt, non quod volunt hæretici, imperator, aut Athanasius, vel Eustathius Antiochenus; sed Osius Cordubensis episcopus, Vitus & Vincentius presbyteri, Romani pontificis legati. Hoc aperte asseritur quadam præfatione concilii Sardicensis. Hoc idem indicat Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes scripta, qua dicit Osium in hoc concilio principem fuisse: nomen vero ipsius Osii, cum presbyterorum Viti & Vincentii nominibus, ante aliorum patriarcharum nomina subscriptum, non aliud sane indicat, quam tres primo loco subscriptos, ejus vicem ac locum in synodo obtinuisse, cui primarius ac supremus locus jure meritoque debetur. Cedrenus in compendio historiarum, & Photius libro de septem synodis, scribunt, Silvestrum per suos legatos Nicæno concilio auctoritatem contulisse: quod sane non aliter intelligi potest, quam sacrosanctam synodum legatorum pontificiorum auctoritate inchoatam, præsidio eorumdem feliciter absolutam, ac demum confirmatione pontificis approbatam, inter oracula Spiritus sancti receptam, probandi ac confirmandi ea, quæ fidei sunt, legitimam vim & auctoritatem consecutam esse.

Præses concilii quis fuerit.

Ut concilii præsidem egerit Constantinus imperator, qui, teste Rufino lib. 10. cap. 2. se episcopis inferiorem, iisque subjectum esse aperte professus est, qui non nisi annuentibus episcopis, ut scribit Eusebius in vita ejus, sede humiliore sedere ausus fuit, qui non primo, sed ultimo loco post omnes alios episcopos, teste Basilio in fine octavæ synodi, subscripsit; ut hic, inquam, concilii præses fuerit, cui prima sedes, primaque subscriptio debebatur, non est credibile. Et Athanasius profecto, Osius atque Leontius Constantium, quod præsidium synodi illegitime sibi vendicasset, non tam acriter reprehendissent, si antea pater ejus Constantinus in Nicæno concilio præses fuisset. Athanasius epist. ad solitar. Constantium, quod in conciliis primas partes tenere vellet, redarguens: *Si*, inquit, *judicium episcoporum est, quid cum eo commune habet imperator?* Ibidem refert Osium eidem Constantio scripsisse hæc: *Ne nobis in hoc genere præcipe, sed ea potius a nobis disce: tibi Deus imperium commisit, nobis ea, quæ sunt ecclesiæ, concredidit.* Et non procul a fine: *Quis enim*, inquit, *videns eum in decernendo principem se facere episcoporum, & præsidere judiciis ecclesiasticis, non merito dicat, illum eam ipsam abominationem desolationis esse, quæ a Daniele prædicta est?* Ubi Constantium, ideo quia ausus fuit in judicio ecclesiastico præsidere, aperte antichristum vocat. Suidas in vita Leontii scribit, quod cum Constantium in conciliio præsidentem & loquentem videret, ad eum dixerit: *Miror quod propria* (bella nimirum, aliaque civilia negotia) *negligens, te in alienis* (id est, ecclesiasticis) *tam curiosum præbeas.* Hæc sane viri sanctissimi non tanto zelo filio, Arianorum patrono, objecissent, si parens ejus Constantinus Nicæno concilio jam ante præsedisset. Universale igitur & œcumenicum fuisse oportet magnum hoc concilium, cui cum Alexandrinæ & Antiochenæ ecclesiæ patriarchis, reliquisque trecentis & amplius episcopis undequaque convocatis, Romanus pontifex per legatos interfuit. Vide Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 4. 5. & 19.

An imperator præsederit concilio.

Athanasius.

Osius episcopus.

Leontius.

[e] *Approbatum.*] Hoc concilium ad petitionem SS. patrum hic congregatorum juxta synodalem epistolam hac de causa scriptam, supra post canones extantem, a Silvestro pontifice confirmatum esse, patet can. 1. sequentis concilii Romani, ubi hac de re in nostris annotationibus plura dicemus.

Concilium Nicænum approbatur.

Huic magnam fidem conciliaret Silvestri epistola ad synodum reddita, nisi eadem ob consules in fine ibidem perperam positos, suspectæ auctoritatis redderetur. Verum quia supra dixi, notas consulares decretalibus pontificum epistolis ut plurimum obreptitie superadditas, adeoque ea tantum de causa nullam rejiciendam esse; eam quæ prodiit ex collectione Cresconii, in qua synodali epistolæ concilii Nicæni ad Silvestrum conjuncta habetur supra posuimus, pag. 58.

Rectissime igitur hæc sacrosancta synodus in nomine Christi legitime congregata, ab Eusebio lib. 3. de vita Constantini, & sancto Augustino lib. 1. de baptismo cap. 18. orbis terræ concilium, cujus decreta ad cælestia mandata sint, appellatur. Eadem, alibi verbum domini, alibi divinum & sanctissimum oraculum Spiritus sancti nominatur, utpote cujus canones per Spiritum sanctum ordinati fuerint. Ita Athanasius epistola ad episcopos Africæ, Leo epistola 53. ad Anatolium, Cyrillus 1. de trinitate. Hoc, sicut & tria sequentia œcumenica sacrosancta concilia, se non minus quam quatuor evangelia venerari affirmat sanctus Gregorius lib. 1. epist. 24. Qui huic concilio contradicit, non esse catholicum, ideoque excommunicandum, sanctus Leo epistola 77. & 78. Quod idem epistola 78. Basilius asserit, dum ait; Suspectis de hæresi decreta Nicæni concilii proponenda esse, propterea nimirum, quod hac ratione hæretici a catholicis certissima nota discernantur, & singulorum fides intime exploretur. Propter hujus concilii fidem ac decreta fortiter propugnata, Athanasius & Hilarius exilium, alii vero sub Vandalica persecutione tormenta & violentam mortem sustinuere. Hieronymus contra Luciferianos, Hilarius de synodis, Victor Africanus lib. de persec. Vandal. Quorum exemplo sanctus Ambrosius epistola 32. *Sequor*, inquit, *tractatum Nicæni concilii, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare.* Ne quis existimet, sanctum Augustinum de concilii hujus auctoritate a prædictorum patrum sententia dissensisse; ideo quod lib. 3. contra Maximinum cap. 14. ait: *Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminense, tanquam præjudicaturus, proferre concilium: nec ego hujus, nec tu illius auctoritate detineris*, &c. Sciendum est, dum Maximinus de fide cum S. Augustino disputaturus, Nicæno concilio Ariminense Arianorum conciliabulum objiceret, ipse vero Augustinus ad impugnandum hæreticum meliora argumenta in promptu haberet, adeoque cum immensa temporis jactura, de utriusque concilii auctoritate prolixe disputare, inutile esse judicaret, ait: neque ego Nicænum, nec tu Ariminense, &c. quasi diceret; nolo ut hac disputatione conciliorum auctoritatibus teneamur, sed potius his omissis ad scripturas veniamus. Unde non vult dicere, Maximinum non teneri ullo modo auctoritate hujus synodi, sed tantum hac disputatione non teneri. Vide Bellarm. lib. 2. de concil. cap. 3. & 7. item in præfatione in lib. concil. & lib. 1. de cleric. cap. 1.

De concilii qualitatibus patrum sententiæ.

Defensores Nicæni concilii qui & quales.

Refellitur objectio contra auctoritatem Nicæni concilii.

[f] *Trecentorum octodecim episcoporum*] Ad hanc synodum trecentos octodecim episcopos, de quibus infra, convenisse testatur qui eidem præsens interfuit Athanasius epistola ad Iovian. imperatorem, & in disputatione adversus Arium. Epiphanius hæresi 69. Hilarius lib. contra Constantium. Ruffin. lib 1. cap. 1. idem profitentur. Quam quoque sententiam Hieronymus in chronico, Sulpitius lib. 2. Theod. lib. 1. cap. 7. ac demum omnes omnino scriptores hoc tempore sequuntur; ut stultum plane, ne dicam temerarium, sit, hanc rem deinceps in dubium vocare: ita enim vulgata nunc est hæc sententia, ut quoties hujus concilii mentio habetur, trecenti octodecim episcopi recenseantur. Hic numerus sanctorum patrum, auctore Ambrosio præfat. librorum de fide, sacer est, & mystice præfiguratus 318. militibus illis, quibus Abraham de quinque regibus victoriam reportavit. Quod Eusebius lib. 3. de vita Constantini, Eustathius Antiochenus epistola sua, quam recitat Theodoretus lib. 1. cap. 8. ducentos quinquaginta dumtaxat episcopos convenisse scribunt, ingens sane præjudicium sententiæ communiori afferret, nisi textus Eusebii notorie mendosus atque corruptus, Eustathii epistolam depravatam esse, probabiliter argueret. Socrates lib. 1. cap. 5. verba Eusebii recitans ait, ad trecentorum numerum & amplius eo convenisse. Manifestissimum igitur est mendum Eusebii. Theodoretus lib. 1. cap. 7. trecentos octodecim episcopos huic concilio interfuisse, ex sua sententia non scripsisset, si Eustathii epistola, quam cap. sequente recitat, ducentos septuaginta dumtaxat patres hac synodo convenisse, vere & citra mendum referret. Numerum episcoporum infra subscriptorum hoc numero longe minorem esse, ex immenso atque irreparabili Nicænorum actorum naufragio vere accidit. Ex provinciis Nicææ vicinioribus nullos vel saltem paucos; ex remotioribus Palæstinæ, Phœnicis, Ægypti, &c. plures episcopos subscriptos

Numerus episcoporum qui interfuerint concilio.

Numerus episcoporum sacer est, & mystice præfiguratus.

Diluitur objectio prima.

Objectio secunda a subscriptionibus petita diluitur.

ANNO CHRISTI 325.

Qui & quales fuerint epiſcopi.

ſubſcriptos reperiri, ingens naufragium ita manifeſtat, ut prope miraculoſum videatur, eos ibi conſcriptos haberi. Epiſcoporum, qui interfuere, ut infra patebit, alii confeſſionis gloria clariſſimi, alii vitæ ſanctitate celeberrimi, alii doctrina & virtutum ornamentis conſpicui extiterunt; adeo ut Marius Victorinus lib. 1. adverſus Arium, Theodoretus lib. 1. cap. 7. vere dixerint, in hac ſynodo Dei miniſtros, totius urbis lumina, martyrumque multitudinem in unum collectam conveniſſe. Quo ore igitur mendace, quave virulenta lingua Sabinus Heracleæ epiſcopus Macedonianæ hæreſeos ſectarius impudenter effutiverit, hunc ſacrum ac venerandum epiſcoporum conventum ex indoctis, malæ vitæ, & rerum ignaris hominibus collectum fuiſſe, ſatis evidenter conſtat. Imperator hoſce omnes, & quidem nonnullos equis, quoſdam vehiculis, publicis ſumptibus adduxit: & cum ſingulos honore epiſcopis conveniente (epiſcopali nimirum benedictione reverenter ab ipſis accepta) proſecutus eſſet, iiſdem in ſingulos dies cibaria munifice admodum ſuppeditari mandavit. Euſebius in vita Conſtantini. Baronius num. 14. & ſequentibus.

De conſeſſu Niceno.

Quibus ordinibus ſinguli conſederint, non ſatis liquet. Complures ſedes in utroque aulæ latere ordine diſpoſitas fuiſſe, ſingulosque epiſcopos unam ex iis ſibi convenientem occupaſſe, ipſumque imperatorem, poſtquam per medium conſeſſum intraſſet; & ad ſummum locum veniſſet, ibique aliquamdiu in medio conventu erectus conſtitiſſet, ſella quadam parva ex auro fabricata, ac ſummo loco in capite duorum ordinum collocata, ad nutum epiſcoporum conſediſſe, ſcribit Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini cap. 10. Eum vero epiſcopum, qui brevi quadam oratiuncula, quam ſupra poſuimus, imperatori gratias egit, quemque Theodoretus lib. 1 cap. 7. Euſtathium Antiochenum nominat, in dextro ordine primam ſedem occupaſſe, Euſebius prædicto loco aperte profitetur. Cum ergo locus ſiniſter dexteræ partis loco in eccleſia ſanctior & dignior ſemper habitus fuerit; quod imagines Petri & Pauli in diplomatibus, beatæ virginis & Ioannis crucifixo adjunctæ, aliaque plura, de quibus Baronius hic num. 59. & Bellarminus lib. 1. de Romanis pontif. cap. 17. indicant (Petri enim & beatæ virginis imagines velut digniores a parte læva collocantur) manifeſte colligitur in hoc Nicæno poſt legatos pontificios, Alexandrinæ & Antiochenæ eccleſiæ patriarchas tali ordine & loco conſediſſe, qualis act. 1. Calchedonenſis concilii deſcribitur: nimirum a læva parte velut digniore, digniorem poſt tres Romani pontificis legatos a latere, Oſium, Vitum, ac Vincentium, Alexandrum Alexandrinæ eccleſiæ primatem ſediſſe: a dextris vero Euſtathium, tertiæ ſedis Anthiochenæ epiſcopum ac patriarcham, primum locum obtinuiſſe, ac poſt illos ſuo ordine reliquos. Hæc Baron. num. 52. uſque ad 60. Bellarmin. lib. 1. de conc. c 19. de conſeſſu Nicæni concilii contra Magdeburg. diſputans ait: *Itaque ſi conjectare licet, tres ordines erant in concilio: unus a dextris, alter a ſiniſtris, & tertius in capite aulæ totius: & quidem in hoc tertio ſedebat medius imperator inter epiſcopos, Oſium legatum pontificis, & Alexandrum epiſcopum Alexandrinum, necnon Vitum & Vincentium, legatos item apoſtolicos. Deinde ordinis ejus, qui erat a dextris, primus ſedebat Euſtathius epiſcopus Antiochenus. Alterius autem ordinis, qui erat a ſiniſtris, ſedebat primus Macarius epiſcopus Hieroſolymæ: atque hac ratione ſervabatur ordo dignitatis inter primarios patriarchas.* Hæc Bellarminus. Baronii ſententia mihi ob cauſas prædictas verior eſſe videtur: lector, utram volet, eligat. Sacroſanctum evangelii codicem, qui Dei judicis perſonam repræſentaret, non minus in hoc concilio, quam in Epheſino & Calchedonenſi, ſede regia in medio conſeſſus epiſcopalis, ut eum omnium vultus intuerentur, collocatum fuiſſe, dubium non eſt. Baronius numero 60. Epiſcopis hoc ordine conſidentibus, Euſtathius Antiochenus habita ad Conſtantinum oratione, de omnibus bonis eccleſiæ præſtitis gratias egit, eumque rogavit, ut fidem conſubſtantialis trinitatis adverſus Arium & omnes hæreticos ſartam tectamque eſſe velit. Cum deinde Conſtantinus imperator brevem, eamque ob Romani imperii majeſtatem Latino & Romano idiomate prolatam, ſubjunxit, qua epiſcopis de conventu & læto conſpectu gratulabatur, eoſque a ſe laudatos, ad mutuam pacem ac concordiam exhortabatur.

Siniſtra dextera dignior.

Bellarmini ſententia de conſeſſu Nicæno.

Locus evangelii.

Cauſæ habiti concilii primariæ duę fuerunt.

g *Contra hæreſes Arianorum.*] Habiti concilii cauſæ primariæ duæ fuerunt. Vna, ut de Chriſti domini noſtri divinitate blaſphema Arii ſententia in judicium eccleſiæ vocata diſcuteretur, & quid de ea fideles ſentire deberent, definitivo judicio decideretur. Altera, ut ante ſæpius oppreſſa Quartadecimanorum ſecta nunc reviviſcens, ſemel radicitus evelleretur. Meletiani & Colluthiani, de quibus ſuis locis ſupra, hac quidem ſynodo vere condemnati fuerunt: ſed quia illi poſtea Arianis ſe conjunxerunt, velut rivi ſemel in flumen immiſſi, antiquo nomine appellari deſierunt, novoque Arianorum nomine deinceps nuncupari inceperunt.

Arii hæreſis quę.

Arius fœda animi elatione, ſacrilega lingua, non contentus oppugnaſſe Alexandrum, qui poſt Petri & Achillæ obitum Alexandrinam eccleſiam ſanctiſſime regebat, de Dei filio jactabat in vulgus: *Erat aliquando, quando non erat: ex non extantibus factus eſt, non de Patris ſubſtantia genitus; ex tempore, non ab æterno: haudquaquam Deus verus de Deo; ſed ex nihilo creatus, minor Patre, voluntate naturaque mutabilis.* Athanaſius, Rufinus, Socrates, &c. Præter hæc Arius librum quemdam conſcripſerat, quem Thaleiam, hoc eſt, *convivium & crapulam* prænotarat, quo per jocum & laſciviam, ſive per meretricias choreas & ſaltationes multorum ſibi animos devincire ſtuduit, ut & Athanaſius habet oratione 2. contra Arianos. Quibus artibus ſeptuaginta virgines Deo ſacras, ut habet Epiphanius hæreſi 69 ſeptem presbyteros, & diaconos duodecim peſtilenter infecit, Euſebiumque Nicomedienſem (a quo iidem alias Euſebiani nuncupati fuerunt) & alios paſtores in lupos convertit.

ANNO CHRISTI 325.

Scripta Arii quæ & qualia.

Euſebiani hęretici qui.

Res geſtę ante concilium.

Ad hanc peſtem Arii ab eccleſia avertendam, antequam Conſtantinus imperator adventaſſet, privatis collationibus epiſcoporum, impiæ aſſertiones illius aſſiduo tractatu diſcutiebantur, quidve adverſus eas teneri deberet, aut ſtatui, ſumma cum deliberatione quærebatur. Qua in re cum inter reliquos viros doctiſſimos Athanaſius Alexandrinæ eccleſiæ diaconus, ingenio & diſſerendi peritia acutiſſimus, ſummopere laboraſſet, meritoque contendiſſet, ne quid ab eo, quod traditum eſt, innovaretur, ipſe præ ceteris Arii omniumque Arianorum odium atque invidiam in ſe provocavit. Rufinus lib. 1. cap. 5. Sozomenus lib. 1. cap. 16. & 18. Poſt adventum Conſtantini factum eſt initium ſynodi. Principio Arii & Euſebii Nicomedienſis epiſcopi literæ recitatæ fuerunt, a quarum blaſphemia patres ſanctiſſimi abhorrentes, aures ſuas obſtruxerunt (Athanaſius oratione 1. in Arium) literaſque ipſas Euſebii blaſphemia pleniſſimas diſcerpſerunt. Theod. lib. 1. cap. 8. Acta illius ſynodi Alexandrinæ, quæ ſub præſidio Oſii Cordubenſis epiſcopi, anno domini 319. hanc eamdem ob cauſam celebrata eſt, eo conſilio publicabantur, ut qualis Alexandrini concilii ſententia fuerit, agnoſcerent, eique deinceps in omnibus morem gererent. Iulius epiſt. ad Athanaſium. His omnibus publicatis cauſæ diſcuſſio cœpta eſt; monentur Ariani, ut ſuæ ſententiæ rationes edant: qui æquis poſtulatis obtemperantes, ſubito noſtrorum impugnatione convicti obmuteſcunt, ſuamque hæreſim deteſtantes, catholicorum ſententiæ accedunt. Catholici autem ne ſimulata hæreticorum palinodia decipiantur, quadam fidei formula, quam Oſius compoſuit, quamque Nicænum ſymbolum appellavit, edita, Arii hæreſim condemnarunt: cui cum omnes catholici & plurimi hæreticorum ſubſcripſiſſent, Euſebius Nicomedienſis, Theognis Nicææ epiſcopus, cum tribus aliis, quos Socrates lib. 1. cap. 5. recenſet, id facere recuſarunt. Quamobrem ſedibus ſuis jure meritoque ſpoliati, relegati, inque locum eorum alii ſuffecti fuerunt: paulo tamen poſt, cum hortatu imperatoris (ut ex illius epiſtola ad Nicomedienſes ſcripta patet) metuque exilii ac depoſitionis ad reſipiſcendum inducti eſſent, oblato libello, quem infra ex Socrate huc tranſtulimus, palinodiam recantantes, iis quæ de fide decreta fuerant, ſubſcripſerunt. Arius vero cum ſcriptis ſuis turpiſſimis condemnatus, & juſſu imperatoris in exilium relegatus, pœnitentiam ſimulans, a patribus concilii ea lege receptus fuit, ut ad vitandas ſeditiones, Alexandrinæ urbis aditu abſtineret. Quæ cum omnium epiſcoporum judicio definita eſſent, foretque jam neceſſarium, ut ſtatim executioni mandarentur; Conſtantinus imperator edicto quodam publico, de quo infra, Arii nefaria & impia ſcripta exuri præcepit, ſic ut pœnam capitis incurreret, quicumque vel horum aliqua occultaret. Ad Alexandrinos autem catholicos epiſtolam ſcripſit, qua errantes revocat, ipſos vero orthodoxos ad conſtantiam hortatur. Baronius anno 325. num 74. & ſequentibus uſque ad 102. Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo *Nicænum concilium*.

Cauſa Arii in concilio acta.

h *Quartadecimanorum.*] In antiqua paſchatis controverſia, quam multis ante conciliis ſub Victore habitis ſopitam, Syri majorum ſuorum perverſæ traditioni inſiſtentes reſuſcitarant, ab hac ſynodo pie ſancteque conſtitutum eſt, vel ſaltem id quod canone 8. apoſtolorum traditur, confirmatum & renovatum eſt, ut poſt decimamquartam lunam primi menſis, in ipſum æquinoctium vernum incidentem, vel ipſum proxime ſequentem, prima dominica, omnes ubique terrarum Chriſtiani uno eodemque die paſcha celebrarent. Hoc patet ex epiſtola ſynodali, quæ ſupra poſt acta concilii Nicæni ex Socratis lib. 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 6. & Theodoreti lib. 1. c. 9. excuſa reperitur. Item can. 1. concil. Antioch. infra. Beda lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 25. & de rat. temp. cap. 42. 58. & ſeqq. Vide quæ diximus ſupra in notis can. 8. apoſt. & ad vitam Pii & Victoris pontificum. Item Clavium in cal. Greg. cap. 1. Ad periculum autem diſparitatis, quæ ex diverſa temporum ſupputatione oriri poterat, advertendum, ſanctæ ſynodo placuit, ut quod ante munus & officium Romani pontificis, id deinceps Alexandro,

Hęreſis Quartadecimanorum in Syria reſuſcitata componitur.

Alexandrinus epiſco-

ANNO CHRISTI 325.

dro, ejuſque ſucceſſoribus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopis harum rerum peritiſſimis, demandaretur; qui diligenter curarent, ut quo potiſſimum die ſingulis annis paſcha celebrandum foret, Romanæ eccleſię epiſcopis per literas paſchales ſignificarent; a quibus reliquæ omnes eccleſiæ certiores redderentur. Qui dies ex Alexandrinis literis cognitus, per apoſtolicæ ſedis epiſtolas omnibus eccleſiis promulgaretur, & ipſo die epiphaniæ in ſingulis eccleſiis inter miſſarum ſolennia a diaconis annuntiaretur. Ad hunc autem cujuſlibet anni paſchalem diem facilius inveniendum, aureus ille numerus novendecim annorum periodum continens, eadem hac ſynodo, teſte Ambroſio epiſtola 83. ad epiſcopos provincię Æmiliæ ſcripta, eſt conſtitutus. Tandem etiam ad hoc decretum de paſchate obſervando, illa appendix addita eſt, ut æquis ritibus omnes ſanctum diem dominicum agerent, illo die ſtantes vota ſua perſolverent, quo Quartadecimani reſurrectionis dominicæ immemores, ut in reliquis diebus genua flectebant. Poſt conſtitutionem de paſchate uniformiter obſervando, altera fax incendii oborti Meletius, qui, quod idolis ſacrificaſſet, ab epiſcopatu, ſynodali judicio ſub Petro Alexandrino habito, juſte deturbatus, Petrumque ipſum propterea, ejuſque ſucceſſores Achillam & Alexandrum fœdiſſimis criminationibus lacerans, totaque fere Ægypto bacchatus, & multis per civitates diaconis, preſbyteris, epiſcopis creatis pernicioſo ſchiſmate eccleſiam ſcindebat, in judicium deducitur; cauſaque hujus diligenter cognita, ob pacem eccleſiæ, cum eo tranſactum fuit hac ratione, ut nomen epiſcopi ipſe retineret, tantumque epiſcopali munere & functione deinceps abſtineret; illi quos ordinaverat, poſt impetratam ordinum ſibi collatorum confirmationem & ſufficientem atteſtationem, officiis, muneribus & functionibus ſacris relinquerentur: eſſent vero inferiores illis, qui ab Alexandro primate ſacros ordines ſuſcepiſſent. Hæc plenius fuſiuſque ex epiſtola ſynodica a patribus hujus concilii ad Alexandrinos ſcripta cognoſcere licet. Initium ejus tale eſt.

Pus arbiter diei paſchatis. Aureus numerus cur inventus. Dominicis diebus cur ſtantes oremus. Meletius ſchiſmaticus quis & qualis. l

Sancta eximiaque Dei gratia eccleſia Alexandrina, &c. in domino ſalutem.

QVONIAM Dei gratia & mandato ſanctiſſimi imperatoris, &c.

Extat apud Socr. lib. 1. cap. 6. Theod. lib. 1. cap. 9. Piſanum lib. 4. concilii Nicæni.]

Quæ de rebus in hac ſynodo geſtis ſupra enarravimus, ex diverſis fragmentis concilii, diverſiſque ſcriptoribus deſumpta ſunt. Acta ſynodi olim, teſte Athanaſio, diligentiſſime conſcripta, ab Arianis conſulto concremata, ab orthodoxis ſummo ſtudio conquiſita, & non inventa, eadem ne ſint, quæ a Gelaſio Cyziceno epiſcopo ſub Baſiliſco imperatore e tenebris in lucem eruta, ab Alphonſo Piſano tranſlata ſunt, alii doctiores & prudentiores dijudicent.

i *Sub Silveſtro.*] Mirum eſt, quod Sozomenus lib. 1. c. 16. quem Nicephorus lib. 8. c. 14. ſequitur, hanc ſynodum ſub Iulio habitam fuiſſe exiſtimarit, cum non tantum Vitus & Vincentius ſuis ſubſcriptionibus ſe Silveſtri pontificis legatos eſſe profiteantur, ſed etiam præter communem omnium ſententiam, diverſarum collectionum inſcriptiones, ipſumque Romanum concilium, quod infra ſubjungimus, idem manifeſtis & apertis verbis confirment. Error Photii, qui lib. de 7. concil. hanc eamdem Nicænam ſynodum ſub Silveſtro & Iulio eccleſiæ Romanæ pontificibus celebratam tradidit, gravior eſt. Nam ſi Nicæna ſynodus ſub pontificatu Silveſtri cœpta, ſub Iulio abſoluta eſt, prædictis duobus pontificibus tertius Marcus Romanæ eccleſiæ pontifex adjungendus fuerat, qui medio tempore, quod eſt inter unius finem & alterius initium, eccleſiæ gubernacula ſuſtinuit. Et quod abſurdius eſt, duodecimo anno Silveſtri pontificis inchoata, tempore Iulii pontificis abſoluta fuiſſet. Vide Baronium anno 325. num. 10. & 11. Vide præfationem Gelaſio Cyziceno præfixam infra.

Sub quo pontifice hoc concilium celebratum fuerit.

k *Paulino & Iuliano conſulibus.*] Ita præter diverſas conciliorum collectiones, concilium Calchedonenſe actione ſecunda, & Socrates lib. 1. c. 9. in fine. Certiſſimum igitur eſt hanc ſynodum anno Chriſti nati 325 Conſtantini 20. Silveſtri pontificis, 12. celebratam eſſe. Prædicta enim Chriſti nati, pontificis, imperatoris & conſulum tempora coincidere, ex emendatioribus faſtis liquidiſſime conſtat. anno imperatoris Conſtantini vigeſimo hoc conciliũ celebratum eſſe, Euſebius ſibi ipſi in chronico contrarius teſtatur lib. 3. c. 14. & lib. 4. c. 40. & 47. Graviter igitur aberrant, qui Euſebium ſecuti, hanc ſynodum anno Chriſti nati 324. vel 328. Conſtantini imperatoris 15. Ianvario & Iuſto conſulibus celebratam eſſe conſtanter affirmant. Eamdem Paulino & Iuliano conſulibus inchoatam, vigeſimo anno Conſtantini imperatoris abſolutam eſſe, communior eſt ſententia, ut ex præcedentibus manifeſtiſſime conſtat. Quomodo igitur, quod præter Covarruviam & Scaligerum Bellarminus aſſerit, triennio duraſſe potuit? Vno eodemque anno ſanctam ſynodum 18. Kalendas Septembris abſolu-

Tempus concilii. Quoto anno imperatoris. Quibus conſulibus. Quamdiu duraverit.

A tam eſſe, vetuſtiſſima Creſconiana collectio teſtatur his verbis: *Factum eſt concilium apud Nicænam metropolim Bithyniæ a die* XVIII. *Kalendarum Iuliarum, quod tenuit uſque ad diem* VIII. *Kalendarum Septembris, Paulino & Iuliano conſulibus.* Non poſſunt igitur non graviter aberrare, qui Paulino & Iuliano conſulibus cœptum ſub conſulatu Ianuarii & Iuſti, poſtquam triennio duraſſet, abſolutum eſſe ſcribunt. Caſſiodoro, omnibuſque qui eum ſequuntur, exordium Conſtantini imperatoris errandi occaſionẽ præbuit. Putavit ille Conſtantinum imperii ſceptrum anno poſt Diocletianum X. & Maximinum VII. qui ſecundum emendatiores faſtos cum anno Chriſti 309. coincidit, conſecutum eſſe. Quod ſi verum eſſet, vere Ianuario & Iuſto conſulibus, anno Chriſti 328. atque Conſtantini 20. ſancto concilio finis impoſitus fuiſſet. Verum cum auctoritate & teſtimonio Socratis lib. 1. cap. 1. Caſſiodori, ſui ipſius immemoris, in tripartita hiſtoria, quam collegit lib. 1. c. ult. Conſtantinum patri Conſtantio Eboraci in Britannia defuncto, 8. Kalendas augusti, anno 1. B olympiadis 271. Conſtantio & Galerio ſextum conſulibus anno nimirum Chriſti 306. ut ex faſtis patet, ſucceſſiſſe manifeſtum ſit, id quod fere omnium communior aſſerit ſententia, anno nimirum Chriſti 325. Silveſtri 12. Conſtantini imperatoris 20 Paulino & Iuliano conſulibus, hanc ſacroſanctam ſynodum celebratam eſſe, veriſſimum eſſe conſtat. Vide Baronium anno Chriſti 306. num. 2. & 9. Item anno 325. num. 1. & reliquis ſequentibus uſque ad num. 11. excluſive. Poſſevinum in apparatu ſacro, verbo *Nicænum concilium.*

ANNO CHRISTI 325.

Caſſiodori error unde ortus. Conſtantinus quando imperium adeptus ſit.

l *Inſcriptio.*] Hæc inſcriptio concilii partim falſa, partim depravata eſt. Quod enim hanc ſynodum celebratam eſſe refert Licinio Cæſare adhuc vivente, falſum eſt: quod de 31. anno Alexandri ſubditur, omnino depravatum eſt. Verior igitur & emendatior eſt illa, quæ in pervetuſta Creſconiana collectione extat his verbis: *Factum eſt concilium apud Nicænam metropolim Bithyniæ a die 18. Kalendas Iulias, quod te-* C *nuit uſque ad diem 8. Kalendas Septembris & Iuliano conſulibus, qui eſt apud Græcos 18. die menſis eorum dies ſecundus, Alexandri anno 636.*

Inſcriptio concilii qualis.

m *Licinio Cæſare.*] Licinio adhuc ſuperſtite, quem auctoritate Euſebii in chronico in privatam vitam redactum, Theſſalonicæ juſſu Conſtantini imperatoris occiſum eſſe conſtat, hanc ſynodum celebratam eſſe falſum eſt.

Licinius quando mortuus.

n *Decimo tertio Kalendas Iulii.*] Ita actione 2. concilii Calchedonenſis: apud Socratem lib. 1. cap. 9. legitur 11. Kalendas Iunias. In antiqua Creſconiana collectione 18. Kalendas Iulii. De qua varietate, niſi error vitio librariorum irrepſit, affirmare neceſſe eſt, id ex diverſis ſynodi actionibus (cum ſingulæ ſuis diebus conſignari conſueverint) vel ſaltem ex diverſis Conſtantini literis diverſo tempore ſcriptis ac conſignatis accidiſſe. Baron. num. 3.

o *Secundum Alexandriam trigeſimus primus.*] Hanc inſcriptionem in annis ab Alexandri regno numeratis depra- D vatam eſſe, Creſconiana collectio indicat, quæ ſic habet: *Alexandri anno ſexcenteſimo trigeſimo ſexto.* Cujus computationis initium ſi a morte Alexandri ſumatur, ipſa computatio erronea eſt. Inde enim uſque ad primum annum Chriſti nati, ut minimum 325. anni computantur. Nam Alexander, ut communis chronologorum ſententia aſſerit, defunctus eſt anno 1. olympiadis 114. Chriſtus vero anno 3. vel 4. olympiadis 194. natus eſt. Quibus ſi addantur anni 325. quorum poſtremo ſacroſancta ſynodus Nicæna celebrata eſt, ſequeretur eam non 636. ſed potius anno 650. poſt Alexandrum habitam eſſe. Sin vero initium horum ſexcentorum triginta ſex annorum conſtituatur primo anno regni Græcorum, cujus in libris Machabæorum frequens mentio habetur, præciſe ab initio regni Græcorum, quod alias regnum Alexandri appellari ſolet, uſque ad tempus habiti concilii Nicæni, ſexcenti triginta ſex anni inveniuntur. Cœpit enim regnum illud trecenteſimo decimo vel undecimo anno ante Chriſtum natum, decimo tertio vel decimo quarto poſt obitum Alexandri: quibus ergo 311. ſi addas E 325. poſt Chriſtum natum, vere ſequitur, hanc ſynodum ſexcenteſimo trigeſimo ſexto anno poſt Alexandri regnum, quod alias Græcorum regnum nominatur, celebratam eſſe.

Quoto anno Alexandrini regni Nicæna ſynodus habita. Initium regni Græcorum.

p *Æra 363*] Hoc eſt anno Chriſti nati 325. æra enim eſt nota numeri, qua in Hiſpania res ſacræ & profanæ conſignabantur; ſic dicta, quod ad agendum triumphum de Cerretanis in Hiſpania rebellantibus, per Domitium devictis, ingentem vim æris Auguſto Cæſari contribuiſſent, idque Marcio Cenſorino & Calviſio Sabino conſulibus, anno nimirum poſt triumviratum Auguſti quarto, & ante natum Chriſtum trigeſimo octavo. Cum ergo omnium fere ſcriptorum conſenſu æram 38. anno ante natalem Chriſti numerari cœptam fuiſſe conſtet, is qui hunc æræ numerum ad Chriſti domini noſtri annorum rationem deducere voluerit, ab æræ nota annos 38. deducere debet. Deductis igitur annis 38. a 363. æræ, qua Nicænum hoc concilium celebratum fuiſſe has inſcriptione notatur, relinquuntur anni poſt Chri-

Æra quid. Vnde dicta. Trigeſimo octavo anno ante natalem domini cœpta.

ANNO CHRISTI 325.

stum natum 325. Quibus ea, quæ supra de tempore hujus synodi celebratæ copiose scripsimus, mirifice admodum & egregie confirmantur. De etymologia hujus nominis, causa & origine, vide quæ scribit Vasæus in chron. Hispan. cap. 22. Baronius in notis ad martyrolog. Roman. die 22. Octob. & Garsia Loaysa in notis ad concil. Elibertinum, verbo *æra*.

Numerus canonum Nicænorum quantus.

¶ XX. *Canonum.*] Quamquam Græci omnes asserant & tueantur, Nicæni concilii canones viginti tantum fuisse, idque Theodoreti lib. 1. c. 8. & Rufini lib. 1. cap. 6. ex his duos in duas alias partes dividentis, atque ita viginti duos canones enumerantis, auctoritate confirment, addantque post diligentem inquisitionem factam, in archivis Alexandrinæ, Antiochenæ, & Constantinopolitanæ ecclesiæ (ut constat ex epistola & actis synodi Carthaginensis sextæ) non plures quam viginti canones repertos esse: verius tamen est plures quam viginti a patribus Nicæni concilii constitutos fuisse, eorumque nonnullos naufragium passos esse. Idque rationibus evidenter ostendo.

Plures fuisse canones quam XX. probatur. I. Ratio.

Primo, non extat canon ille, qui, ut Eusebius lib. 3. de vita Constant. Athanas. in epist. de synodo Arimin. testantur, unus ex præcipuis fuit, quo decretum est, ut pascha non nisi dominico die celebraretur.

Secunda.

Secundo, neque extat is canon de bigamis ab ordinibus arcendis constitutus, de quo S. Ambrosius epist. ad Vercell. episcopum hæc ait: *Sed prius cognoscamus non solum hoc apostolum de episcopo & presbytero statuisse, sed etiam patres in concilio Niceno tractatus addidisse: neque clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit.*

Tertia.

Tertio, ubi quæso invenitur canon de scripturis divinis & authenticis, cujus S. Hieron. epist. 3. meminit his verbis? *Sed quia hunc librum* (Iudith) *synodus Nicæna in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquievi postulationi vestræ.*

Quarta.

Quarto, S. August. epist. 118. allegat canonem Nicænum, quo ne duo episcopi in eadem ecclesia sedeant, sancte & pie cavetur: concilio Carthag. 3. cap. 48. dicitur, a patribus Nicæni concilii constitutum fuisse, ut non nisi a jejuno sacrificium offeratur. A concilio Carthag. 6. cap. 3. citatur ex Nicæno canon de appellatione ad apostolicam sedem episcopis concessa: quem ante habitum Sardicense concilium habitum fuisse, ex Theodoreto constat, qui de Iulio Romæ Athanasii causam cognoscente lib. 2. cap. 4. hæc ait: *Ille ecclesiæ canonem secutus, & vos jussit Romam venire, & divinum Athanasium, qui pro seipso in judicio responderet, vocavit.* Hoc eodem concilio Nicæno idem canon a patribus sancitus est, quo cautum fuit, ut res cognitæ in minori synodo, in majori iterum examinari atque tractari possent: de quo Iulius papa epist. ad Arianos hæc ait; *Episcopi in magna synodo Nicææ congregata, non sine Dei consilio permiserunt prioris synodi acta in alia synodo examinari.*

Quinta.

Demum in fine concilii Calchedonensis refert Atticus in Nicæno concilio canonem quemdam editum esse, quique ibidem cum annotationibus nostris reperitur, ut formatarum literarum certa quædam scribendi forma ac ratio determinaretur, quæ apud episcopos tantum catholicos secreta retineretur, ne vulgatam formulam impostor aliquis hæreticus vel schismaticus per fraudem confingens, se pro catholico venditaret, & catholicam communionem suffuraretur. Quæ fuerit ratio & forma scribendi formatas, loco allegato patebit. Plures ergo canones, quam hic reperiuntur, a sancta synodo constitutos fuisse, ne quidem ipsi Græci, numeri canonum vicenarii tenacissimi custodes ac vindices, negare possunt.

Sexta.

Hymnus glorificationis a quo institutus.

Huc illud etiam pertinet, quod teste Sozom. lib. 3. cap. 19. in fine, ex instituto hujus concilii ad hymnum glorificationis hunc, *Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto*, quem apostoli instituerant, hæc quæ sequuntur: *Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum*, addita fuerint, ideo quod Ariani blasphemantes dicerent Filium a Patre in tempore factum, & fuisse tempus quando non erat. Vide quæ dicemus concil. Vasen. cap. 5. Manifestum ergo satis est, quod numerus canonum Nicænorum vicenarium illum a Græcis assertum vere excesserit. Fuerintne præcise 70. vel 80. ut ex epistola Athanasii ad Marcum, & Marci ad Athanasium, Franciscus Turrianus, & Cyziceni interpres Alphonsus Pisanus, probant suis libris, "quos hac de re scriptos infra subjunximus," aliis discutienda relinquimus. Vide Baronium anno 325. numero 156. usque ad 180. Bellarminum lib. 2. de Rom. pont. cap. 25. Possevinum in refutat. David Chytræi, & in apparatu sacro.

"Pisani libri 4. a regio editore subducti sunt; quem nos secuti sumus.

NOTÆ CANONVM SINGVLORVM ejusdem Severini Binii.

Can. I.

Can. I.] Hujus canonis sanciendi causam dedisse videtur Leontius, qui accusatus de commercio cujusdam juvenculæ mulieris, jussusque proinde, ut ab ejus contubernio abstineret, seipsum castrandum dedit, quo ita libere ejus commercio uti posset; & nihilominus tamen cum presbyter esset, depositus est, & ad Arianos defecit. Athan. de fuga sua in fin. & epist. ad solitarios. Adversus abscissos igitur agens sancta synodus, quos necessitas fecit eunuchos, excepit: damnat autem qui suapte sponte se castraverunt. Vide quæ diximus in notis ad can. apost. & Baron. num. 146.

ANNO CHRISTI 325.

Leontius causam dedit huic constitutioni.

Tales in clerum admittit canon.] Vetus, scilicet, vigesimus apostolorum canon. Hunc canonem hic citari declarat articulus, quo synodus utitur: non enim dixit, *tales admittit* οὗτος ὁ κανὼν id est, hic canon: neque dixit κανὼν infinite ac sine articulo, sed dixit ὁ κανὼν cum articulo, significans de noto ac vetere canone se loqui, qui in nulla synodo reperitur, sed tantum inter eos, qui ab apostolis traditi, & a Clemente conscripti sunt.

Neophyti qui.

Can. 2.] Hoc canone decernitur, ut neophyti, id est, recens baptizati, non ordinentur episcopi aut presbyteri. Huic derogatum fuit in Ambrosio & Nectario, ad sedandos concitatos tumultus, & ob insigniorem aliquam personam. Vide quæ diximus in notis ad can. apost. 79. Baron. num. 154.

Lex cælibatus.

Can. 3.] Occasione eadem qua primus, etiam tertius canon sancitus esse videtur, quo vetatur, ne quis quovis prætextu apud se mulierem subinductam retineret aliam, quam vel matrem, vel sororem, vel amitam, vel suspicione carentem, nulla uxoris mentione facta: cujus sane nomen ante alias fuerat exprimendum, si ad rogationem Paphnutii, ut referunt Socrates & Sozomenus, de ea dubitatum esset.

An ad rogationem Paphnutii usus conjugii presbyteris uxorem habentibus permissus fuerit.

Quare verius est hoc concilio ad rogationem Paphnutii non modo non liberum cuique relictum esse uti uxoribus post susceptos sacros ordines, ut mentiuntur Socrates lib. 1. cap. 8. & Sozomenus libro 1. capite 22. sed illud idem hic, sicut & in concil. Arelatensi 2. capite 2. expresse vetitum esse, & absque controversia ab omnibus observatum fuisse. Cujus observationis testis est S. Basilius epist. 17. ad Paregor. in addit. qui hujus canonis auctoritate nisus, non permisit septuagenarium senem secum habitantem habere mulierem, sed inquit: *Ejice illam ex ædibus tuis, & trade in monasterium. Sit illa cum virginibus, tu inter viros ministra. Lege,* ait, *canonem a sanctis patribus nostris in Nicæna synodo constitutum, qui manifeste interdixit, ne quis mulierem subintroductam habeat.* Vnde Hieronymus epist. 50. in fine. *Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes; episcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici.* Vide Baron. anno 325. num. 148. & trib. seqq. item anno domini 58. num. 17. & 12. seqq. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 20. argumenti sexti solutione. Vide annotationes Francisci Turriani in canonem 4. Nicæni concilii infra.

Canonis quarti additamentum quod sit.

Can. 4.] Citatur canon hic in synodo sanctorum patrum, qui convenerunt ad sanctum œcumenicum concilium Constantinopolitanum, epistola ad Damasum cum hoc additamento: *Vt singularum provinciarum antistites una cum finitimis, modo ipsis ita visum fuerit, episcopis.* Vide Theodoret. lib. 5 cap. 9. Baron. num. 155.

Can. 5.] Constituitur hic, ut inter episcopos firmatataque perduret concordia, & ut bis in anno concilia celebrentur secundum canonem apostolorum 38. Vide quæ ibi notavimus, item Turri. annotationes in can. 7. infra.

Canon sextus a Græcis mutilatus.

Can. 6.] Initium hujus canonis, quod tale est: *ecclesia Romana semper habuit primatum*; in libris vulgatis deest: ita enim citatur a concil. Calchedon. patribus act. decima sexta. Cum hoc eodum initio extat idem canon a Dionysio abbate e Græco in Latinum translatus, ut refert Alanus Copus in 1. dialogo. intelligitur & explicatur his verbis: *Perpendimus omnem primatum & honorem præcipuum secundum canones antiquæ Romæ Deo amantissimo episcopo conservari*: quasi diceret: sicut Petrus ejusque successor Romanus episcopus ac pontifex, ex institutione Christi divino jure primatum consecutus est, & semper habuit, ac legitime usurpavit; ita Alexandrinæ ecclesiæ episcopus omnium ecclesiarum dumtaxat, quæ sunt in tota Ægypto, primatum & auctoritatem, quam Meletius schismaticus impugnaverat, juste usurpet: & non ex institutione Christi, sed ex concessione, ordinatione & institutione Petri, ejusque successoris Romani pontificis, qui omnes Ægypti provincias per Marcum Petri discipulum, & Marci successores, huc usque regere & gubernare consuevit. Cum enim Christus ipse instituerit in Petro pontificatum duraturum usque ad finem mundi, Ioan. 21. fit, ut quicumque

Explicatur canon sextus.

ANNO CHRISTI 325.

cumque Petro succedit; a Christo pontificatum accipiat. Bellarminus libro secundo de Rom. pontif. capite duodecimo. Cum igitur ex apostolica traditione, ex conciliorum generalium ac pontificum decretis & communi patrum consensu constet, solum Romanum episcopum Petro in episcopatu ac pontificatu succedere, fidem Christi impugnat, qui aliter quam a Christo Romanæ ecclesiæ primatum & pontificatum collatum esse affirmat. Si dicas; in concilio Calchedonensi act. decima sexta legimus, quod Romanus pontifex primatum habuit a patribus Nicænis, ideo quod illa civitas toti orbi imperaret. Respondeo, illud decretum non esse legitime factum, qua legatis apostolicæ sedis absentibus, & postea reclamantibus latum est: ideoque a Leone pontifice aperte & damnatum & reprobatum. Et merito. Nicænum concilium enim non attribuit Romano pontifici primatum, quasi antea non habuerit; sed agnovit eum habere, semperque habuisse. taceo quod S. Dionysius Alexandrinus episcopus apud S. Dionysium Romanum pontificem accusatus, eum judicem agnoverit, ejusque sententiæ lubens meritoque sexaginta circiter annis ante concilium Nicænum acquieverit. Si ob eam causam, quæ a decreto allegatur, primatus Romanæ ecclesiæ foret collatus, oportebat etiam post, Mediolanensi, Trevirensi, & Nicomediensi, primatum ecclesiæ esse collatum; cum Mediolanum, Ravenna, Sirmium, Treveri, &c. sedes imperii multis temporibus fuerint. Bellarminus libro secundo de Roman. pontif. capite decimo septimo. Errant igitur omnes graviter, qui putant hoc canone Alexandrinam Romanæ adæquatam esse, cum a Romanis pontificibus diversis, diversi Alexandrini episcopi, Dionysius nimirum & Athanasius accusati & citati comparuerint, judicioque eorum velut oraculo Spiritus sancti acquieverint. Quod Rufini expositio hæc: Alexandrinus habeat curam Ægypti, sicut Romanus habet curam ecclesiarum suburbicarum. quæ Romanæ ecclesiæ diœcesi peculiariter præ ceteris sunt subjectæ; mala sit, erronea, & ex ignorantia profecta, patet: quia hoc concilium, neque ut hic, neque ut in concilio Carthag. sexto, vel etiam in Calchedonensi, aut ut a Dionysio citatum reperitur, suburbicariarum ecclesiarum usquam meminit. Accedit quod ipsa ratio inepta foret, si ita restringenda esset. Ante victoriam igitur novantes nostri sæculi triumphant, quasi hoc loco definita fuerit Romanæ ecclesiæ jurisdictio, ut tantum præsit suburbanis ecclesiis. Baron. num. 134. Qui vero cum Balsamone sentiunt, hoc tempore & Romanum, & reliquos patriarchatus esse institutos, ipsique Romano totius occidentalis ecclesiæ dumtaxat curam demandatam esse, absurde sentiunt, ut patet ex epist. Nicolai primi, quam scripsit ad Michaelem imperatorem, quæ extat. Item patet ex superioribus. Vide præterea Baron. num. 130. Bellarmin. lib. 1. de Romanis pontificibus c. 24. & lib. 2. c. 13. notas nostras ad epistolam Anacleti 3.

Objectio quædam refellitur.

Primatus Petro ejusque successoribus a Christo collatus fuit.

Rufini expositio erronea.

Balsamonis interpretatio quæ & qualis.

Quoniam quidem & episcopo Romano parilis mos est.] Hæc verba corrupta sunt, ac proinde corrigenda sic: *Quoniam talis episcopo Romano consuetudo est*: ita legendum esse, canon decimus sextus, quem ex Romanæ ecclesiæ scriniis Paschasinus B. Leonis I. pontificis maximi legatus ad concil. Calched. attulit, aperte indicat. Vide Possevinum in app. sacro, verbo *Nicænum*.

Canonis emendatio.

Quia consuetudo obtinuit.] Hierosolymitana ecclesia per annos quingentos fere usque ad Iuvenalem ejusdem ecclesiæ episcopum, patriarchalis nomine, non re; honore, non potestate habita est; sic ut episcopus illius ecclesiæ quarto quidem loco in conciliis sederit, verum nulli archiepiscopo vel episcopo instar aliorum patriarcharum præfuerit. Ipsum autem Cæsariensi archiepiscopo Palæstinæ metropolitano, & Antiocheno patriarchæ, qui toti orienti præsidebat, subjectum fuisse, testantur Hieronymus in epistola ad Pammachium, Leo epistola sexagesima secunda ad Maximum Antiochenum, Bellarminus libro primo de Romanis pontificibus cap. vigesimo quarto. Nihil ergo magna synodus Hierosolymorum ecclesiæ contulit, nisi ut honor qui ex antiquo usu ei deferri solebat, juribus & subjectione metropolitani salvis, eidem deferatur. Idque propterea, quod Hierosolymitana ecclesia mater omnium aliarum ecclesiarum (sic enim nominatur in epistola synodali concilii Constantinopolitani œcumenici ad Damasum, quæ extat apud Theodoretum libro quinto, capite 9.) appellata fuerit, adeoque non immerito ipsius civitatis episcopus cum honorem, ut inter apostolicarum ecclesiarum antistites sederet, & in literis quoque ita nominaretur, antiquitus consecutus fuisse videatur. Baronius anno prædicto numero 139. Errat igitur Theodorus Bal-

Can. 7. Hierosolymitana ecclesia an & quomodo patriarchalis.

A samon non tantum hac in re, quod a patribus hujus concilii Hierosolymitanum patriarcham Romano, Alexandrino, & Antiocheno superadditum esse putet: verum & in eo, quod Constantinopolitanus patriarchatus eodem concilio sit institutus. Quod Constantinopolitanus in Constantinop. I. & Calchedonensi concilio non solum patriarchatum adipisci, sed etiam secundum locum inter patriarchales sedes obtinere conatus fuerit, verum est: ante Iustiniani autem tempora eumdem id a Romanis pontificibus impetrasse, nullo authentico scripto probari poterit. Post annum domini 500. Iustiniani imperatoris opera, & Rom. pontificum permissione, nullo amplius reclamante, Constantinopolitanum & Hierosolymitanum episcopum in numerum patriarcharum relatos fuisse concedo, ut patet ex iis quæ dixi supra in notis ad epistolam Anacle. 3. Vide Bellarm. libro 1. de Rom. pont. cap. 24.

Theodorus Balsamon redarguitur.

Si qui voluerint.] Novatianis ad ecclesiam redire volentibus, certis quibusdam conditionibus expressis, B janua adaperitur. Causam præbuit Acesius Novatianorum ecclesiæ episcopus, qui ab imperatore rogatus, an idem quod de fide in Christum, & festo paschatis celebrando patres concilii definivissent, ipse crederet; a Sozomeno libro primo capite vigesimo primo respondisse scribitur; *nihil novi decisum esse, conciliique decretum laudasse. Sic namque se ab ineunte ætate didicisse, tum credendum, tum festum agendum esse.* Quæsitus secundo, cur ergo se a catholicorum recte credentium communione segregaret, causamque in peccatores & immundos, quos illa reciperet, rejecisset: *imperator*, inquit Sozomen. *accepto sermone dixit: (fatuum ironice deridens) erigito tibi scalam Acesi, & tu solus in cœlum ascendito.*

Can. 8. Acesii Novatiani de concilio Nicæno sententia.

Imperatoris Constantini facetum responsum.

Vt in una civitate non videantur duo episcopi esse.] A patribus Nicæni concilii edita synodali constitutione prohibitum fuisse, ut plures, quam unus, episcopi sint C in una civitate, ex Innocentii Romani pontificis epist. quæ extat apud Sozomen. libro octavo, capite vigesimo sexto aperte constat, qua in causa S. Chrysostomus adversus eos qui in locum viventis alium episcopum creassent, Nicænum canonem id prohibentem citat. Augustinus etiam epistol. 110. & alibi se per ignorantiam excusat, quod Valerio prædecessore suo adhuc vivente, contra Nicæni concilii canonem prohibentem, ne duo sint in vna civitate episcopi, ordinatus fuerat. Verba illius hæc sunt: *adhuc in corpore posito beatæ memoriæ patre & episcopo meo sene Valerio, episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo, quod concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam.* Quod autem subjungit ibidem, B. Valerium eamdem prohibitionem ignorasse, his quæ in vita S. Augustini capite 8. refert Possidius, plane repugnat. Ille enim scribit Valerium corpore & ætate infirmum, ne suæ ecclesiæ sacerdos episcopali munere & officio, propter admirabilem doctrinam ac pietatem, dignissimus, ab aliis civitatibus episcopo carentibus eriperetur, secretis D literis apud primatem episcopum sedis Carthaginensis egisse, imbecillitatem corporis sui, ætatisque gravitatem allegasse, & obsecrasse, *ut Hipponensi ecclesiæ ordinaretur episcopus, qui sua cathedra non jam succederet, sed consacerdos accederet Augustinus.* Atque ita rescripto impetrasse, quod venerabilis senex exoptavit. Sunt qui præter ea quæ hic ponuntur, hac de re singularem constitutionem, injuria temporis & Arianorum cum multis aliis deperditam, editam fuisse; non citra probabilitatem, ut supra diximus, conjiciunt. Vide Baronium tom. quinto, anno 395. numero 31. & 32.

Plures episcopos in una ecclesia esse, prohibitum.

S. August. cur Valerio prædecessore adhuc vivente episcopus ordinatus fuerit.

De his qui prævaricati sunt.] Hoc & sequente canone statuitur, ut pro animi ardore, quo quis susceperit injunctam pœnitentiam peragere, episcopus illi indulgentiam præstare possit, ne præstitutum integrum tempus persolvere teneatur. Qui hanc ob E suorum facinorum magnitudinem se consequi posse diffidebant, commendatitiis sanctorum, qui fidei causa in carcere detenti essent, literis, de quibus supra in concil. Eliberitan. plura diximus, eam promereri studebant. Tertullianus ad martyr. capite primo scribens, indulgentiam pacem nominans, sic ait: *Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, a martyribus in carcere exorare consueverunt.* Sanctus Cyprianus multis in locis testatur, quod martyres in gratiam lapsorum libellis supplicibus ad episcopos transmissis, frequenter pro humilibus & sincere pœnitentibus indulgentiam obtinuerint; quandoque etiamsi pro talibus intercederent, quibus vigor sacerdotalis ignoscendum non esse judicabat, nihil impetrasse. Vide Baronium anno 58. numero 39.

Can. 10. Indulgentia lapsis dari solita.

ANNO CHRISTI 325.

Can. 11.

Inter audientes habeantur.] Catechumeni cur appellentur audientes; item quid sit, quod hic dicitur communicare sola oratione, sine oblatione vel cum oblatione communicare, vide quæ diximus in notis ad concil. Ancyran. can. 4.

Can. 12. Quæ militia hoc canone prohibita. Cingulum militiæ quid. Causa sanciendi hujus canonis.

Deposito militiæ cingulo.] Non omnis militia, ut calumniantur hæretici, hic prohibetur; sed ea dumtaxat, quæ est signum idololatriæ. Olim enim cingulum militiæ fuit res magni honoris & commodi, propter magna privilegia militibus concessa: & propterea antiqui imperatores ethnici, persecutionis tempore, cingulum militiæ iis qui Christiani erant, fidemque negare recusabant, ut patet apud Eusebium libro 8. capite 4. libro 9. capite 10. auferre, & exauctorare consueverunt. Quam ob causam cum plures Christianorum militum ardore fidei cingulum abjicerent, sine honore potius quam fide vivere malentes: ac demum posteaquam mundi & honoris tentationibus devicti essent, idem cingulum, parati deinceps fidem ejurare, vicissim ambirent: concilium iisdem severam hanc pœnitentiam imposuit. Vide Bellarminum libro 2. de concil. cap. 8.

Can. 13. Pœnitentibus in agone constitutis communionem non esse denegandam.

De his vero qui recedunt ex corpore.] Constituitur ne pœnitentibus in extremo periculo vitæ constitutis communio, quæ viaticum appellari solet, denegetur. Huic canoni primum Eliberit. concilii non obstare, prolixe ostendimus supra in notis ad eumdem primum canonem concilii Eliberit.

Can. 14. mutilus est. Eucharistia olim extra sacrificium preservata.

Pervenit ad sanctum concilium.] Apud Rufinum lib. 10. hist. cap. 16. quædam pars canonis, quæ hic nusquam extat, reperitur, qua jubetur ut in absentia presbyterorum diaconi eucharistiam porrigant. Cum itaque canones, quos Rufinus descripsit, sint veri & authentici canones Nicæni concilii, ut testatur S. Cyrillus in epist. ad concil. Carth. quæ extat in fin. act concil. Africani, merito hæc particula canonis, quam Kemnitius ideo in dubium revocare contendit, contra eumdem annotanda est & observanda. Et præcipue etiam propterea, ut hujus canonis, & præcedentis auctoritate & ratione discat & agnoscat, olim in ecclesia eucharistiam extra sacrificium in usum infirmorum præservari solitam fuisse. Vide Bellarminum lib. 4. de euch. capite 4. Possevinum in app. sacro.

Can. 19. Pauliani an rebaptizandi. Cur Novatiani non sint rebaptizandi.

Si qui confugiant ad ecclesiam.] Pauliani, reliquiæ & sectarii Pauli Samosateni, de quo supra in concil. duobus Antiochenis pluribus egimus; hi, si ad ecclesiam redire contendant, rebaptizari jubentur, non ut iterato baptismate abluantur, sed quod horum ministerio baptisma ipsis collatum initio nullum fuerit, ideo quia forma eadem, qua utitur ecclesia, per expressam scilicet S. trinitatis invocationem, non fuerit administratum. Nam in fide S. trinitatis, quod necessario fieri debet, haud dubie non baptizarunt, qui Christum purum hominem esse docentes, gloriosissimæ trinitatis mysteria abnegarunt. Id quod de Novatianis tempore Stephani pontificis contra Africanos constitutum fuit, huic canoni nihil obstat. Hi enim forma legitima baptizati ante fuerant, ideoque ipsos per iteratum baptismum in ecclesiæ communionem recipere, sacrilegum fuisset, juxta ea, quæ hac de re copiose scripsimus in notis ad canonem apost. 46. & seqq. in concil. Afric. 3. & can. 8. concil. Laodiceni supra.

Diaconissa.] Diaconissæ quæ, & cur sic appellatæ fuerint, vide quæ notavimus ad canonem 11. concilii Laodiceni.

Causæ additæ appendicis.

Quoniam sunt in dominica die.] Die dominico Quartadecimani resurrectionis dominicæ immemores genua flectebant non aliter, quam reliquis diebus profestis. Itaque horum occasione ad decretum de celebrando paschate, hæc appendix addita fuit, ut sanctum diem dominicum omnes æquis ritibus peragerent, memoresque se cum Christo resurgente, a morte animæ resurrexisse in spem vitæ æternæ, omnes fideles die dominico stantes vota persolverent. Vide Baron. an. 325. num. 115.

EIVSDEM DE SVBSCRIPTIONIBVS.

De numero episcoporum eorum, qui huic concilio interfuerunt, supra egimus in principio: hoc loco de celebrioribus, qui eidem præsentes adfuerunt, pauca subjiciemus.

Osius, Vitus ac Vincentius legati pontificis.

Inter eos qui subscripsisse leguntur, Osius Corbudensis occidentalis ecclesiæ in Hispania episcopus, vir doctissimus, virtutum præstantia, in rebus agendis dexteritate, prudentia, & confessionis gloria clarissimus, Silvestri pontificis personam gessit, ejusque legato primario fungitur cum Vito & Vincentio Romanæ ecclesiæ presbyteris. Vide ea quæ diximus supra verbo *Oecumenicum*. Item quæ de Osio diximus in notis ad subscriptiones concil. Elibertini.

Alexandrinus patriarcha.

Alexander patriarcha Alexandrinus, universæ ecclesiæ catholicæ clarissimum decus & ornamentum, innumeris ferme sanctorum elogiis prædicatus, totius agminis quasi dux, ille est, qui primus omnium adversus Arii impietatem & blasphemiam sublime vexillum erexit. Vide notas utriusque concilii Alexandrini supra præcedentis.

Antiochenus patriarcha.

Eustathius Antiochenæ ecclesiæ primatum tenens propter insignem virtutum ac doctrinæ excellentiam, ex Berœensi ad Antiochenam ecclesiam translatus, celeberrimus fidei confessor, pro fide exulans, & demum in exilio occumbens, ex tot tantisque sanctissimis episcopis delectus est, ut in eodem sacro concilio publicas Deo gratias ageret. Hic est, qui, ut ait B. Hieronymus, clarissima tuba in adversarios bellicum cecinit. Vide quæ diximus supra de consessu episcoporum, verbo *Trecentorum*. Item notas ad epist. Anteri.

Macarius Hierosolymitanus episcopus.

Macarius Hierosolymitanæ ecclesiæ patriarchali honore venerandus antistes, quartum locum post legatos pontificis occupans, ipsis Arianis attestantibus, acerrimus fidei Nicænæ propugnator extitit, ideoque ab ipso Ario apud Eusebium Nicomediensem in crimen adductus.

Potamon. Eusebius Pamphili fidem negat.

Potamon Hæracleæ in Ægypto episcopus ille est, qui in persecutione Maximini, illo nimirum certamine, quo Eusebius Cæsarensis episcopus Potamonis concaptivus sibi de oculo effodiendo metuens, præsidique obtemperans, timore mutilationis fidem abnegavit, ob egregiam Christi nominis confessionem altero oculo effosso privatus, atque ita pro Christi nomine sacris stigmatibus condecoratus, tandem post Meletium contemptum, causam ejus desertam, postque Arii hæresim graviter impugnatam, sub Philagrio Ariano præside sævissimo, infracto animi robore martyrium consummavit.

Paulus Neocæsareensis.

Paulus Neocæsareæ episcopus, qui tempore persecutionis Licinii ob insignem fidei confessionem manuum, nervorum, & quod magis horrendum est, genitalis membri ferro candente admoto combustionem, ut scribit Theodoret. lib. 11. cap. 7. perpessus, de impietate prostrata victorię trophæum secum portavit.

Iacobus Nisiben.

Iacobus Nisibenus in Mesopotamia episcopus, vir plane apostolicus, scripto & doctrina celebris, & mortuorum suscitator, fidei sub Maximino insignis confessor.

Leontius Cęsareę Cappadocię episcopus.

Leontius Cæsareæ Cappadociæ antistes, columna ecclesiæ ab Athanasio nominatus, angelicæ vitæ imitator, prophetico spiritu commemorabilis, qui dum iter haberet ad hanc synodum, Gregorii Nazianzeni patrem & baptismo lustravit, & futurum episcopum denuntiavit. Testis est Gregorius Nazianzenus oratione in funere patris habita. Sanctus igitur Basilius memoria lapsus est epistola 82. qua Hermogenem Leontii successorem huic concilio interfuisse scribit.

Aristeus Armenię episcopus.

Aristeus episcopus Armenię, quem rectius Arostanem nominaveris, successor illius Gregorii Armeni, qui regem majoris Armenię ad fidem convertit, eumque cum imperatore Constantino ad idololatriam destruendam, & Christianam religionem propagandam incitavit. Errat igitur Nicephor. libro 8. cap. 14. ubi ait, Gregorium Arostanis prędecessorem huic concilio interfuisse.

Eutychianus.

Eutychianus Amasenus episcopus, Basilei martyris successor, ab ipso secundum pręcedentes prophetias designatus.

Theophilus.] Pręsentia & subscriptio Theophili Gothorum episcopi indicat eos, qui apud Gothos Christiani erant, tempore hujus Nicęni concilii omnes catholicos fuisse, & permansisse tales usque ad Phritigernis defectionem, qui in gratiam Valentis imperatoris mendacio Eudoxii Ariani, nullam differentiam inter catholicos & Arianos esse asserentis, deceptus, cum quibusdam tantum catholicis a vera & orthodoxa fide ad Arianismum defecit. Vnde patet verum esse quod ait S. Augustinus lib. 18. civit. cap. 52. *Rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt.* Adeoque falsum esse, quod scribit Sozomenus lib. 6. cap. 38. eos qui in persecutione Gothica, authore Athalarico excitata, martyrium subierunt, Arianos fuisse, imperioque Phritigernis Ariani paruisse. Illud etiam, quod ibidem de Gothorum prima ad fidem conversione per Vulphilam facta, eorumdemque cum eodem Vulphila a fide catholica defectione tempore Constantii imperatoris, & concilii Constantinopolitani primi, peracta scribit, commentitium esse, hoc eodem argumento convincitur.

Inter celebriores, quorum nomina subscripta non sunt. primas jure meritoque tenuit

Paphnutius

Anno Christi 325.

Paphnutius miraculis clarus.

Paphnutius Thebaidos superioris episcopus, apostolicis miraculis clarus, qui verbo dæmones fugabat, ægros sola oratione curabat, cæcis visum reddebat, & paralyticos ad stabilitatem corporis revocabat; ideoque sub persecutione altero oculo orbatus, & sinistri poplitis excisionem passus est. Hunc Constantinus in tanta veneratione & affectu habuit, ut sæpius eum intra palatium evocatum complecteretur, & oculum illum, qui illi in confessione fidei evulsus erat, avidioribus osculis demulceret. Ita Rufin. lib. 1. cap. 4. Socrat. lib. 1. cap. 7. & 8.

Constant. confessorum cicatrices exosculatur. Spyridon confessor. Philosophi refutantur.

Spyridon Tremithuntis, alias Irimithuntis, in Cypro episcopus, ob insignem fidei confessionem, post dexteri oculi evulsionem, & sinistri poplitis succisionem, ad metalla damnatus, multorum mirabilium operum patrator, & sacrarum scripturarum admirabilis propugnator, celeberrimus hujus concilii defensor, Theodoreto & Rufino attestantibus, eidem interfuit. De quo duo hæc memoratu dignissima sunt. Primum, quod philosophos & sophistas, qui ob famam tam celebris conventus, ad ostendendas ingenii sui vires, & ad insultandum Christianæ religioni, ad Nicæam convenerant, admirabili quodam modo confutaverit. Alterum hoc memorabile est, quod ex homine agresti & ovium custode episcopus creatus, Triphyllium virum eloquentissimum, quem ante ad fidem Christi miraculis perduxerat, in synodo perorantem, & loco verborum Christi, *Tolle grabatum tuum*, dicentem, tolle lectum tuum humilem, objurgaverit ideo, quod verbis Christi uti dedignaretur, & eloquentia efferretur. Sozom. lib. 1. cap. 11.

Spyridon scripturæ defensor.

Alexander episcopus philosophos elinguavit.

Alexandrum Constantinopolitanum episcopum huic concilio interfuisse, eosdemque philosophos, de quibus supra, solo verbo elingues reddidisse ac confutasse, scribunt " Rufinus libro 1. cap. 5. Sozom. lib. 1. cap. 7.

" Vide notas nostras.

Nicolaus Myrensis.

Nicolaum episcopum Myræ in Lycia, cujus sanctitas illustri excelsoque loco semper fuit, cum aliis pluribus sanctitate ac doctrina conspicuis episcopis interfuisse, ex probatissimis aliis scriptoribus ostendit Baronius anno 325. num. 20. usque ad 47. inclusive.

Qui hæretici concilio interfuerint.

Adde, quod sicut olim cum venissent filii Dei, ut assisterent coram domino, inter eos satan etiam adfuit; ita, in hoc eodem sanctissimo patrum consessu astitit idem diabolus in membris suis hisce: Eusebio Nicomediensi episcopo, Eusebio Cæsareensi, Paulino Tyri, Theognidi Nicæno, aliisque pluribus, quos recenset Baron. hæreticis, qui licet magna ex parte huic concilio subscripsisse legantur, tamen cum id in gratiam imperatoris non tam veritatis, quam gloriæ & dignitatis suæ amore fecerint, ut constat ex iis quæ supra diximus, verbis *contra hæreses Arianorum*, certum est, quod supra diximus, eos hac synodo absoluta e vestigio fidem prævaricatos, Arium secutos esse. Vide Baronium num. 40. & 41. Possevin. in app. sacro, verbo *Nicænum concilium.*

An post mortem quidam concilio subscripserint.

Quod duos episcopos jam vita defunctos huic concilio per miraculum subscripsisse scribunt Gregorius presbyter in orat. de magna Nicæna synodo, & Nicephorus lib. 8. c. 23. quodque de Acesio Novatianorum episcopo lib. 1. hist. eccles. cap. 7. Socrates, ex eo de fide suspectum redditur, quod Athanasius, Hilarius, aliique plures, qui nihil plane intactum reliquerunt, quo insultantem Arianam hæresim oppugnare possent, harum historiarum nullam mentionem fecerint.

EIUSDEM DE FINE CONCILII.

Quid absoluta synodo gestum fuerit.

Absoluta synodo, patres concilii per literas ad Silvestrum Romanum pontificem scriptas, constitutionum suarum, juxta canonem apostolicum, quo, ne decreta aliqua absque sententia episcopi Romani in ecclesia sanciantur & promulgentur, prohibitum est, ut refert Socrat. lib. 1. cap. 13, confirmationem petunt, & impetrant: de qua confirmatione in notis ad concil. Roman. 3. quod sequitur, plura dicemus infra. Epistola synodalis ad Silvestrum, Silvestri ad synodum, extant apud Pisanum lib. 4. Eusebius deinde oratione quadam habita, Constantinum imperatorem laudat. Imperator vero episcopos omnes, ob insignem victoriam contra hostes ecclesiæ obtentam, munificentissime excepit, eosque amplissimis muneribus donavit: clericis, virginibus & viduis per multas provincias certum frumenti numerum suppeditari mandavit: dexteros oculos episcoporum in persecutione effossos pie exosculatus est; certo sibi persuadens, se sanctorum stigmatum exosculatione sacratissimam benedictionem consecuturum. Tandem, quos summis favoribus & studiis prosecutus fuerat, admonitione pietatis & amoris plenissima ad pacem & concordiam tranquille conservandam, prævia, singulos a se dimisit. Vide Baronium anno domini 325. num. 171. & sequentibus.

NOTÆ GABR. ALBALPINEI episcopi Aurelianensis.

AD CANONEM I. NICÆNUM.

VERBUM hoc, *οἱ πιστοὶ*, quod in hoc canone Græco habetur, nonnullis temere, & quasi gratis positum videtur, nec ad canonis sententiam ullo modo pertinere: alii arbitrantur ab iis censeri eos qui deliquerint, & peccatum in canone expressum commiserint, ea qua fideles pœna afficiendos, eosdemque remittendos inter audientes, propterea que vertunt Latine verbum hoc Græcum, *οἱ πιστοὶ* tanquam fideles, aut ut fideles. Contra autem judico verbum hoc non sine causa, & ratione additum, neque indicate, neque oportere reddi tanquam fideles; sed, *si sunt fideles*, immo non immutandam antiquam versionem, quæ ita habet, *si tamen sunt fideles*: peccata namque fidelium, & eorum qui baptisati essent, non eadem qua catechumenorum ratione puniebantur: verbi causa catechumenus ob admissum adulterium non pœnitentiam perpetuam, aut annorum plurimorum, perinde atque si baptisatus fuisset, sustinebat: ecclesia paulo eos humanius, quam fideles tractare consueverat, ut alibi ostendimus. ideo patres, quotiescunque pœnas aliquas de peccatis repetendas præscribunt; semper cum illa exceptione, *si sunt fideles* loquuntur, aut si id omittunt, subintelligi placet, quemadmodum patres concilii Eliberini canonibus 7. 9. 12. 41. 46. 47. 50. 51. 67. 73. 78. 79. Et cum ejusmodi crimen est; quod pari pœna, tam in catechumeno, quam in fideli mulctandum videatur; utriusque meminerunt: ut canone 67. Eliberini, *prohibendum ne qua fidelis vel catechumena aut comatos, aut cinerarios viros habeant. Quæcumque hæc fecerit a communione arceatur.* Ita patres Nicæni adjunxerunt verbum hoc *οἱ πιστοὶ*, ad secernendos a catechumenis fideles, moneamurq; canonem undecimum, decretumque eorum quod in eo inclusum est, ad fideles tantum pertinere, non autem catechumenorum causa esse factum: qui quanquam nulla impulsi, adactique necessitate peccassent, non adeo severe in eos animadvertebatur: & certe patres can. 14. ob idem crimen non nisi in pœnam triennium prorogassent, quo inter audientes versarentur, *ut iÿ tribus annis inter audientes sint*; ex quo clare colligas verbum istud *οἱ πιστοὶ*, de industria consultoque expressum, ut fideles a catechumenis separentur; atque aliter esse omnino de eorum statu factisque sentiendum. Illi autem qui idem verbum Latino sermone exprimunt, *quicumque ergo vere pœnitent, tribus annis fideles inter audientes habeantur*, caliginem offundunt sententiæ canonis, nec quod esset patrum judicium, aut distinctio allata, perspexerunt: nam qui inter audientes sunt, non sunt fideles, neque haberi fideles possunt, sed sunt aut pœnitentes, aut catechumeni. Quare dici non poterant esse inter *audientes* ut fideles, neque enim unquam fideles fuerunt inter audientes.

AD CANONEM XII.

MIHI omnino non placet ea explicatio, quam ad evolvendum, explicandumque canonem istum excogitarunt, & attulerunt interpretes; neque de militibus videtur ullum esse verbum, aut mentio facta, qui cum positis abjectisque armis ad martyrii lauream advolassent, iidem postea a fide deoque defecerant; pecuniæ vi ac magnitudine iterum ad arma tractanda sibi viam aperuerant, ut opinantur Zonaras & Balsamo. Primo quia canon nullo modo de martyribus disputat. Secundo quia canon iste, & qui præcedit nullo modo inter se discreparent, & ad idem plane crimen uterque revocaretur: quod dici non potest. Quamobrem quæso crimen, ceu peccatum eorum, qui studio Christianæ religionis incensi militiam deseruerunt, quique postea Christum dominum ejurarant, differre videtur ab scelere & perfidia illorum, qui cum nullam eis vim, ulla necessitas adferret, Christo nuntium remiserant? Num ideo eorum crimen majus videbatur, quod militares procurationes & honorum quosdam gradus in bello coëmissent? Perinde quasi idololatræ & apostatæ crimen ulla accessione gravius foret, quod dignitatem quandam militarem redemissent? Quænam quæso Christianis in bello dignitas, crimini aut fraudi esse potuerit nisi ob sacramentum quod sub imperatoribus falsorum Deorum nomine suscipiebatur, quod suæ fidei militaris testes futuros proferebant? Quod tamen idololatriæ genus inter hujusce criminis species minimum ducebatur, neque ejus augere crimen poterat, qui palam & publice Christi fidem esset detestatus, & qui immaniore hoc se se idololatriæ scelere & specie obligasset. Præterea nunquam mihi probabunt decreto aliquo prohibitum fuisse ne Christiani militatum abirent, quamvis non desint gravissimorum authorum testimonia,

testimonia, qui id consilii dederint, ne ad bella proficiscerentur Ethnicorum: quod cum atrocissima quædam in Christianos supplicia excogitarentur, verendum esset, ne quandoque propositis tot ante oculos vitæ periculis in idololatriam prolaberentur. Innumerabilia namque in antiquorum patrum monumentis exempla commemorantur, militum maxime qui in castris ad mortem graderentur Christi causa perferendam: velut ejus militis egregium illud facinus, qui detracta sibi corona, prodidit legiones abundasse ejusmodi fortissimis viris. Quid quod nec sileri illud potest, quod historiæ testantur, imperatores quandoque militum suorum, quos Christianos esse scirent, auxilio usos ad præsidia quædam impetranda: quæ portenti ac miraculi loco ducerentur, quæ omnia perspicue demonstrant ecclesiam non prohibuisse, ne ad militiam quis reverteretur. Postremo verba illa, *ut nonnulli etiam pecuniam profunderent & militiã beneficiis assequerentur*, adaugent accumulantque crimen illud, quod his verbis indicatur, *ad suum vomitum reversi sunt*. Quæ si quo sensu ac sententia exponunt interpretes perpendas, hæc est patrum ea de re interpretatio: qui non modo Christum dominum perfidiose & abjecte pernegarunt, verum etiam non pepercerunt pecuniæ, ut suos illos militiæ gradus honorum recuperarent: quæ una loquendi ratio, tam infirma & debilis fuisset, postremumque illud quod addiderunt augendi & exaggerandi primi criminis causa, ita leve nugatoriumque haberetur, ut non credibile sit ita patres esse loquutos & sensisse. His accedit, quod si arma capere, & ad militiam sese adscribere tribus illis primis sæculis non licuisset, tempore quidem concilii Nicæni bellare poterant, decretumque illud rescissum erat canone 3. concilii Arelatensis primi, quod multo ante concilium Nicænum viguerat, *ne arma projiciant in pace*, quamobrem non hujus canonis sensus ad eos qui arma tractabant, aut qui cum ea reliquissent, ea repetere viderentur, traduci debet.

Mihi plane potius persuasum est canone isto designari lapsos pœnitentes, quos benedictione percepta, secularium sumptoque habitu, posthabitaque rerum omnium ac munerum militarium, & fori cura ac cogitatione, voti postea pœnituisset: idque quod professi fuerant repetentes commutationis vitæ tædio quodam affecti, animum & cogitationem ad munera illa secularia rursus adjecissent.

Ab ea explicatione non aliena sunt, neque omnino abhorrent illa verba, *ut nonnulli etiam*, quibus patres eos insimulant & criminantur, quod non modo sui voti ac promissi cœpisset eos oblivio, verum etiam largitione & pecunia sua illa, quæ detestati fuerant, munera publica curationesque administrandas sese convertissent, cum ea, pœnitentium habitum induentes, valere jussissent.

Vetere patrum memoria illud commemorabile proditur, Pœnitentes eo animo fuisse, ut pœnitentiam nec se unquam (pœnitentiæ tempore) deposituros, nec habitum vestitumque qui communis ac peculiaris esset pœnitentium, voverent, quo facilius deplorandum ac miserandum suæ conditionis statum prætereuntium oculis subjicerent, comam seu capillitium alerent, a congressu & consuetudine uxorem abstinerent, a publicis se negotiis removerent, neque in publicum facile e tenebris domesticis emergerent, ut uno verbo complectar, nullam mercaturam exercerent, res ita plana & adeo canonibus agitata, ut diutius in earum rerum commentatione ac narratione versari putidum sit. Idcirco canon Nicæni illos vehementissime insectatur & carpit, quod non solum munerum publicorum administrationem, quæ prius studio pœnitentiæ neglexerant, attigerint, verum etiam ardentissimis animis ea conquisierint & ambitiosius pecuniæ vi maxima, rem unam redemerint; quam oblatam repudiare, ut adversariam ac repugnantem voto quod emiserant, debuissent.

Ceterum alia concilia, & patres qui eamdem rem seu quæstionem dirimerunt post concilium Nicænum, manifeste demonstrant & edocent canone isto notari & coargui illos, qui pœnitentiam intermiserant: eadem quippe verba usurpant: *redire ad vomitum & militiam deponere, & cingulum militiæ resumere*: quibus verbis admonemur, ne sententiam horum verborum ad solam militiam vertamus: atque in eo canone non agi de militibus qui vacationem militiæ sibi dari efflagitabant, ut ad Christianismum transirent, sed agi de pœnitentibus, qui relicta quam professi erant pœnitentia, rursus animum ad secularia negotia, aut ad militiam applicabant. Nam si consideremus & attendamus, hæc verba *militiæ cingulum* & *zonam*, generalem quamdam loquendi modum esse, quo non solum militaria munera; sed etiam forum, sæcularia negotia, mercatura ipsa, ecclesiastica insuper officia significantur: & verbum hoc *militia*, & apud patres & apud canones ad quatuor explicanda desumi, ad bellum, mercaturam, judicandi potestatem & ordines sacros, in eumdem sensum & sententiam hujusce canonis verba accipiemus.

Canone 5. Siricii epist. ad Tarraconensem episcopum perspicere licet explicationem istius duodecimi canonis concilii Nicæni, in quo non modo eamdem sententiam sensumque hujusce canonis sequitur Siricius, sed & eadem verba retinuit: nam iisdem omnino verbis utitur *militiæ cingulum*, quibus munera reipublicæ seu sæcularia designantur, non autem arma: & canone 1. epist. 3. vox ista *militare*, quamsæpe pro negotio curationeque reipublicæ usurpatur, *qui negotiis reipublicæ optaverunt militare*: ad hunc eumdem modum sumi videas can. 3. epistola 6. S. Innocentius ad episcopum Rothomagensem, can. 2. in eamdem sententiam. D. Leo ad Rusticum canonib. 10. & 12. cum eamdem quæstionem de pœnitentibus, qui votum suum infringunt, disputat, eodem verbo utitur *militia*, ubi agnoscas & deprehendas militiæ cingulum, ad omnia illa, belli gerendi munera, officiaque reipublicæ seu sæcularia usurpari solere: nec absimilis est sensus verborum illorum canone 18. 4. concilii Toletani: ad extremum in conciliis Ilerdensi & Matisconensi, verbum *cingulum*, ad ecclesiastica munera declaranda referri videtur.

AD CANONEM XIII.

Quo facilius canon iste intelligatur & omnes difficultates quæ occurrent evolvantur, bipartito dividendus est: prima quidem parte patres id decernunt, ne cui in extrema mortis necessitate posito usura viatici ultimi & necessarii subtrahatur: in postrema, cum ad certum vitæ periculum adductus quispiam pœnitens, eucharistiæ sacramentum requirit, episcopum oportere totam ejus vitæ rationem explorare & expendere; qua facta vitæ conquisitione durissima, si dignum tanto beneficio judicet, conferre posse. Quod autem medio canone sancitur, si sumpto viatico meliuscule habuerit, non est opus dicere: nihil enim quod difficultatem pariat, ibi reperias. In prima enim parte quod obscurum esse potest, vox ista *viaticum*, id totum sustinet, nimirum quæ sit ejus significatio & notio, & quid per viaticum intelligi velint patres. Zonaras & Balsamon Eucharistiam designari putant, *iisdem nihilominus in extremo vitæ discrimine positis, quamvis multâ nomine communione interdictum sit, sacramenta impartiri, ut eo quasi viatico instructi decedant, nec ea quæ ex illis efficitur sanctitate priventur, hoc canone patres jubent.* Balsamon, *jubet enim omnem, cui pœna imposita est & sacramentis est privatus, præclaro sanctæ participationis seu communionis viatico non privari in extremo spiritu, cum examinatione episcopi.* Quorum sententiæ accedunt multi recentiores, atque inter hæreticos Casaubonus in suis exercitationibus. Alii mihi assentientur hoc verbo, *viaticum*, Eucharistiam videlicet non declarari: sed simplicem tantum communionem & jus communicandi, quod pœnitentibus tali præsertim tempore, vel absolutione peccatorum, vel privata quadam manuum impositione concedebatur. Non me quidem fugit, & id illis largior, verbo hoc aliquoties indicari sanctissimum sacramentum, vocemque quandam generatim sumptam, qua quidquid morientibus prodesse magnopere possit intelligimus, cujus vis & gratia ipsa ad aliam usque vitam prosequi & comitari eos possit, ut alio quodam loco demonstrabitur, atque inter cetera viatica nobilissimum occupare & sibi vindicare locum eucharistiam, esseque potentissimam. Sed antequam nostræ sententiæ seu explicationis percenseantur rationes & argumenta, nemini dubium esse potest, quin hoc canone disputetur de pœnitentibus, aut de iis qui extra ecclesiæ communionem sunt, quique in eo vitæ statu accedente morte e medio tolluntur: nam canon ait, si morbo relevabuntur, iis ad pœnitentiam quam instituerant perficiendam, revertendum; quod non nisi de pœnitentibus, aut de iis qui peccati lethalis conscii fuerint, dici potest. Præterea interpretes qui hoc verbum, eucharistiam, quod est in secunda parte, communionem reddunt, ut in variis editionibus videre est, decipi omnino & labi magnopere, nec est ab antiqua versione facillime discedendum, in qua eucharistiam legas. Nam quamvis eucharistia sit quoddam genus communionis augustissimum sane & multo perfectissimum, tamen plurimi sunt communionis modi, qui non sunt eucharistia, nec erit difficile ostendere olim apud majores nostros, pœnitentes ad ecclesiæ corpus adjungi solere, & ad societates fidelium reduci aliis omnino viis atque modis, quam per eucharistiam; adeo ut qui ubi passim legunt ad eucharistiam; ibi reponunt communionem, pari in errore versantur atque ii, qui hic communionem collocarunt ad indicandam vocem hanc eucharistiam, genus pro specie, ut alii speciem loco generis posuerunt.

Id autem planum fiet explicatione totius canonis: rationes afferantur. Decepti ut ego suspicor fuerunt interpretes, quod crediderint verbum hoc, *viaticum*, aliud nihil sonare in primis illis temporibus quam eucharistiam, uti hodie nihil aliud sonat, solumque hoc fuisse sacramentum quod vicem viatici subiret iis maxime qui morerentur: & tamen alibi

alibi ostendimus baptismum, absolutionem'peccatorum, simplicem manuum impositionem, quia communionem fidelium pœnitentes recuperabant, impositionem manuum reconciliatricem potuisse æque ad eucharistiam loco viatici præberi, quantumvis eucharistia potentissima & perfectissima dicitur.

Verbum hoc *necessarium*, perpendi debet in hujus canonis explicatione, nam cum isto canone pateat eucharistiam non esse viaticum necessitate absoluta, argumento erit in prima parte verbum hoc *viaticum*, non sumi debere pro eucharistia, quandoquidem patres de viatico necessario in eo disserant, & vere necessitate absoluta non est necessaria eucharistia, quo pœnitens de sua salute æterna certus fiat & flammas numquam desituras evadat, cui periculo ac discrimini patres hoc canone prospicere & providere voluerunt, nec aliud in prima parte sanxerunt, quam id quod omnino necessarium videatur, ut sempiterni exitii metu liberi redderentur. Non eo hæc a me dicuntur, quod non multis partibus absolu- B tione præstet eucharistia, aut viaticum ejus aliis omnibus non antecellat, aut quod pœnitenti optanda non videatur; ideoque quidpiam de ejus dignitate ac præstantia detrahi ac eripi possit: sed quemadmodum mille aurei nummi necessitate absoluta non sunt necessarii ei, qui Romam proficisci velit; tamen præponderantur & prævalent minori summæ, quæ absolute necessaria est peregrinanti iter facienti. Ita ex eo quod pœnitenti licet morienti & vitiis carenti non daretur olim eucharistia, hujus sacramenti dignitas admirabilis corporisque Christi præsentia non minuitur.

Omnes autem interpretes, sic ut nullus dissentiat, confitentur, postrema parte canonis istius de eucharistia verba fieri: imo ii qui communionem loco eucharistiæ substituunt. Age vero, videamus utrum quod de eucharistia decretum est in posteriori, & cum eo convenire, & ad id referri possit, quod de viatico in prima parte definitum est. Nam si hæc inter se decreta discrepant, quodque de uno asseritur, in alterum non cadat, facile erit dijudicare, verbum hoc *viaticum* non habere vim & significationem eucharistiæ. Neque enim facile C quis persuaserit, eodem in concilio, canone eodem, quinque aut sex lineis, patres aliqua inter se contraria & pugnantia decrevisse. Et quo commodius, quod in fine canonis dictum est conferatur cum eo, quod in principio: Observandum est quandoquidem *viaticum*, istud necessarium vocabatur, necessario item fuisse porrigendum; ideoque qui illud largiri poterant, ut sacerdotes, sine ulla mora ac tergiversatione non explorato episcopi consensu, aut voluntate dare debuisse: Aliter pœnitens, eo quod necessario indigebat caruisset; aut sane viaticum istud quod non nisi permittente episcopo præbere potuissent, absolute necessarium non fuisset.

His ita discussis in secunda & ultima parte canonis definite statuitur, in ipso exitu seu morte eucharistiam inconsulto, aut invito episcopo non esse ministrandam, inquisiturumque episcopum in vitam moresque postulantis eucharistiam, ejusque arbitrio atque nutu post exactam conquisitionem dandam aut negandam. Id autem quadrare ne, aut convenire potest in *viaticum* necessarium? Si eucharistia significatur & intelligitur verbo isto *viaticum*, quod in principio cano- D nis est, sane *viaticum* omnino necessarium est. At si est necessarium, quid causæ esse potest, cur in fine canonis statuant, illam non sine episcopi auctoritate ac judicio conferendam, & faciant eam non necessarium viaticum? Quomodo illa retineri aut negari potest? Quamobrem examinandi pernoscendique mores ejus qui petit, si necessario illam præberi oporteat? Res una ad salutem omnino necessaria, non dilationem ferre potest, non tempus, non consilium, aut investigationem vitæ morumque momentum punctumque temporis judicium aliquod. vox una, aut signum voluntatis, vultusque satis valent ad extorquendam a presbytero absolutionem & viaticum necessarium tali in periculo: tantum abest, ut ad episcopum confugere aut concurrere quemquam deceat, aut ejus qui ex hac vita ad aliam proficiscatur, examinandi mores sint & conquirendi. Unde perspicias verbum hoc, *viaticum*, non pro eucharistia sumi initio hujusce canonis, cum hæc duo decreta inter se pu- E gnarent & confligerent, quodque de eucharistia dictum est, non possit viatico necessario convenire, de quo initio facta est mentio.

Illustrabit & illud explicationem nostram, si consideremus potuisse accidere, ut pœnitens, aut quivis alius, quem noxa lethifera fœdasset, in remotissimis locis ac regionibus ab episcopi dominatione, terra marique in periculum incideret mortis, cui viatico necessario carendum esset, si eucharistia pro viatico necessario haberetur, si ad hunc modum in ipso canone legeretur, aut exponeretur: nam multo antequam episcopus consuleretur, ægrotique mores cognitos & perspectos haberet, hujus lucis usura privatus fuisset. Unde quod canonis initio sancitum est, ad sacramentum traduci non potest; cum postrema parte id totum ad episcopi potestatem cognitionemque pertineat & transferatur.

A Si antiquæ disciplinæ rationem habueris, quod ad eos spectat qui tempore pœnitentiæ fato quodam suo e medio tolluntur, aut eucharistiam perpenderis, quanta animi provisione aut cautione iisdem pœnitentibus porrigi debeat, explicationem nostram, ut veram, & rationi consentaneam comprobabis Nam patres post tertium sæculum censent, nemini ut liceat sine ullo viatico mori. *Nemo enim vinctus anathemate mihi moriatur*: ait Synesius, *Nemo decedat vacuus communione*, ait concilium Arelatense: & sanctus Innocentius asserit dandum esse, ut a perpetuo exitio vindicentur, omnesque canones qui de pœnitentibus morientibus agunt, necessario subministrandum docent. Sed quando de iisdem pœnitentibus disserunt, utrum sit eis eucharistia concedenda, omnes fatentur non nisi facta ab episcopo potestate, licere. Quartus canon secundi concilii Carthaginensis, & 7. concilii Græci Carthaginensis idem affirmant; qua ex re ubivis locorum semper ecclesia id retinuit, absolutionem, quæ instar erat viatici necessarii, necessario fuisse impertiendam: quod ad eucharistiam vero attinet, tametsi pœnitens propius a morte abfuisset, eamque obnixe efflagitaret, denegandam omnino, donec compertum fuerit, elapsis ante diebus, nihil se ea indignum præbuisse, episcopumque ei communicandæ potestatem fecisse. Ea enim religione ecclesia semper fuit obstricta & obligata, ut nemini nisi integerrimo & innocentissimo eucharistiam condonaret, cum eam ne in morte quidem præberet. atque hæc mea explicatio, cum non a præscripto canonum aberret, ejusque rei praxis quædam & usus tot annorum curriculo invaluerit, mihi videor clare ostendisse verbum hoc, *viaticum*, in hoc canone absolutionem non eucharistiam nominandum.

Sententia ergo hujus canonis hæc est, in morte pœnitenti absolutionem negari non debere. Quod si præter absolutionem, copiam sibi fieri eucharistiæ postulet, episcopi esse examinare & vestigare ejus mores, quibus probe scienterque cognitis, sententiam ferat. Eam ergo canonis sententiam, & patrum mentem, & intelligentiam, qui ejus auctores fuerunt, puto fuisse; quo autem res illustrior fiat, exempli appositione illustrabo. Nam ut diximus totus ille canon, prima & ultima parte de pœnitentibus loquitur, qui pœnitentiæ tempus non terminarant, exempli causa, qui triginta annorum spatio, aut ipsa morte definitam pœnitentiam pœnæ nomine subiisset, is si in morbum lethalem, primo anno pœnitentiæ incurrisset, beneficii aut gratiæ loco ecclesia absolutionem peccatorum largiebatur, eumque in gregem fidelium adsciscebat impositione manuum: sed quia ejus peccata gravia cum essent, non ei illa expiare, propter rationem brevitatis ac temporis licuerat, ecclesia illi eucharistiam negabat, quo veteris ecclesiæ disciplina non relaxaretur, neve sacrosancta communio aut corporis Christi liberatoris nostri augustissimus cibus, certis quibusdam proponeretur, qui nequaquam ea vitæ sanctitate quæ requirebatur, præstarent, quamquam sceleris omnes & flagitii expertes essent. Ut autem nullus dubitationi locus relinquatur, considerandum anno domini 572. Martinum episcopum Bracarensem in Hispania natione Græcum, quosdam collegisse & coacervasse canones conciliorum Græcorum ex eorum numero, quos maxime utiles & accommodatos ad disciplinam ecclesiasticam in Hispania fore censebat, eosque in Latinum sermonem transtulisse: e quibus 13. canon iisdem plane verbis reperitur. *Si quis de corpore exiens novissimum, & necessarium communioni viaticum expetit, non ei denegetur. Quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus; tantum orationis particeps sit: nam non accipiat sacramentum, donec constitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione, & probatione episcopi accipere debeant.* In quo videas verbum, *viaticum*, exponi communionem, hoc est absolutionem, & verbum eucharistiam, sacramentum, quomodo nostra explicatione exposuimus; in eoque canone distingui ac secerni viaticum ab eucharistia: nam verbum ἐφόδιον, verbo communionis & absolutionis explicat, & eucharistiam verbo sacramenti. Denique his legibus veterem illam disciplinam viguisse, eucharistiamque pœnitentibus quandoque denegasse, etiamsi eam ferme morientes peterent, canone quarto concilii Carthaginensis secundi confirmatur. *Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem ejus precepto reconciliare.* Quo canone manifestum fit, non nisi episcopi jussu morientibus pœnitentibus concessam fuisse eucharistiam.

AD CANONEM XIX.

DIACONISSARUM autem meminimus. quæsitum a me plerumque, quid verba illa concilii Niceni sibi vellent.

ANNO CHRIS. I. 325.

Nam Zonaræ & Balsamonis explicatio, multis cum argumentis refelli posset, sed omnium ingenio, judicioque committo, an quisquam ex eorum explicatione lucem aliquam, aut verisimilitudinis auram aucupari possit. Ex earum numero opportuno tempore, cum videlicet quadragesimum annum implevissent, diaconissæ sufficiebantur: verum hæ mulieres quinto & vigesimo ætatis anno certum quemdam habitum ab episcopis accipiebant, ut decimo sexto allatæ synodi videre est. Eas ergo virgines diaconissarum nomine quæ habitu censerentur, manuum vero impositione sacratæ non essent, synodus intelligit, ac hæresim suam confitentes, laicis ordinibus adnumerandas esse decernit. Non bene ex his quæ diu post magnam synodum stabilita, & in ecclesiam inducta sunt, formam aliquam aliis anteactis rebus præscribes: ecclesia enim perturbationibus expedita, ubi cœpit respirare, multa ritibus & ceremoniis addidit, & in melius formavit, quæ difficillimis illis temporibus consulto seponebat: quapropter non est ex concilio Carthaginensi quærenda interpretatio hujusce canonis concilii Nicæni, sed ex ritibus, qui tum in ecclesia observabantur, quos huic explicationi omnino contrarios invenies. Virgines enim ad diaconatum numquam eligebantur; sed viduæ quæ sexagesimum annum, aut amplius implessent. Tertullianus de virginibus velandis: ad quam sedem præter annos sexaginta non tantum univiræ, id est nuptæ, aliquando eliguntur, sed matres & quidem educatrices filiorum, scilicet ut experimentis omnium affectuum structæ; facile norint ceteras, & consilio & solatio juvare. Non solum virgines ab hoc munere; sed etiam mulieres quæ numquam pepererant, arcebantur; imo monstrum ait virginem in hoc gradu constitutam esse. Plane scio alicubi virginem in viduatu, id est in diaconatu, ab annis nondum viginti collocatam: Cui si quid refrigerii debuerat episcopus, aliter utique salvo respectu disciplinæ præstare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum in ecclesia monstretur: virgo vidua hoc quidem portentuosior, quod nec qua vidua caput texit, utrumque se negans & virginem quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Deinde ob quam causam sacra synodus, has virgines quæ Deo consecratæ essent, perpetuæque virginitati ante diaconatum sese obligassent, (quamvis extra ordinem & absque ulla manus impositione ad diaconatum sese extulerant) utroque hoc honore spoliasset, & eas inter plebem relegasset? Adeone grave earum erat peccatum, ut ea animadversione punirentur, & non solum indignæ hoc gradu judicarentur; sed etiam quæ votum, quo nuptiis in perpetuum renunciarant, persequerentur? Quis magis probet sententiam cardinalis Baronii anno Christi 34. numero 283. qui ex hoc canone diaconissas aliquo ritu, aut manus impositione initiatas, aut consecratas fuisse negat, atque ob hanc causam in hac synodo eas inter laicas annumeratas fuisse. Quantumlibet prædictæ diaconissæ curarent, non tamen erant ejusmodi, ut sicut diaconi manus impositionem acciperent, vel aliquo sacramento initiatæ essent. Nam sacrosancta Nicæna synodus ea ex causa easdem inter laicos adnumerat. Multa possem argumentari, quæ ejus sententiam infirment: in posterioribus conciliis de earum consecratione & initiatione decreta multa inveniri: non nisi multo post hanc synodum de ecclesia eas sublatas esse. Eas denique post eamdem synodum rebus ecclesiasticis, matrimoniis puta, & lavacris serviisse, & in instruendis & docendis feminis catechumenis operam, & studium consumpsisse; sed ex hoc ipso loco perspicuum est, eas non solum in clericorum numero, sed etiam initiatas & consecratas fuisse. Nam cum synodus quasdam, quæ minus recte, & extra ordinem institutæ essent, inter laicas deputandas esse censet: subintelligendum profecto relinquit, quasdam fuisse, quæ rite & ordine consecratæ essent. Denique quid toto canone statuitur? quid præcipitur? quę est ejus sententia? si ab hæresi redeuntes diaconissas, eumdem jubet apud orthodoxos honoris locum retinere, quem inter hæreticos obtinuerant, nonne sequitur quasdam fuisse, quæ initiatæ & consecratæ essent.

Venio nunc ad hujusce loci explicationem quæ facilis est, si ex totius canonis sententia hauriatur: priore enim parte dixerat sancta synodus, eas, uti ceteros in clero esse retinendas, quæ manus impositione hoc munus adeptæ essent, si modo eo honore dignæ invenirentur, & modestiæ & pietatis exemplum inter hæreticos dedissent. Postrema vero hac parte addit, ne quidem eas pro diaconissis habendas, quæ prava licentia hanc dignitatem & habitum diaconissarum, sine manuum impositione sibi abrogassent, & in clerum, nullo auctore, nullisve sacris & ritibus irrepsissent. Quamobrem autem hatum diaconissarum sine manus impositione, & solitis ritibus hæ mulieres potius induissent apud hæreticos, A quam ceteri ex clero, nescio equidem nisi quod mulieres hæreticæ, ut ait Tertullianus, maxime sint procaces, aut quod licentia quadam, cum nulla sit apud hæreticos disciplina, hodie presbyter, qui cras laicus, id factum esset. Ceterum quod olim diaconissæ peculiari quodam habitu ornatæ & distinctæ essent a ceteris, nemini dubium esse puto, qui meminerit ceteris mulieribus in ecclesia & alibi eas præfectas esse, viduasque, quæ non essent ordinatæ ex canone vigesimo septimo concilii Arausicani veste propria & peculiari indutas fuisse. Denique in canone centesimo quarto concilii quarti Carthaginensis hæc verba habentur, & veste laica abjecta, sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparuerint, ut in canone quinquagesimo quinto Toletani quarti. Duo sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales: sanctimoniales sunt quæ jam mutato habitu seculari, sub B religioso cultu in conspectu sacerdotis & ecclesiæ apparuerunt.

"** EADEM SYNODUS NICÆNA œcumenica prima CCCXVIII. patrum, cum aliis, præcipue Arianorum, ab anno Christi 325. ad Damasi papæ tempora.

Ex libello synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ, οἰκουμενικὴ πρώτη, τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων, συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει, τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας· ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, Βίτων καὶ Βικέντιος πρεσβύτεροι, τὸν τόπον ἐπέχοντες Σιλβέστρου τοῦ πάπα C Ῥώμης, καὶ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ἰουλίου· Ἀλέξανδρος, Ἀλεξανδρείας· Μακάριος, Ἱεροσολύμων· Εὐστάθιος, Ἀντιοχείας· ἐκ προσώπου Μητροφάνους Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος· Ὅσιος ὁ Κουρδούβης ἐπίσκοπος· καὶ Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν Χριστιανοῖς βασιλεῦσιν ἀπόστολος. Ἥτις ἁγία σύνοδος τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ἁρμόσασα, καὶ τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα ὁρισαμένη, ἐξέθετο κατὰ πάσης αἱρέσεως τὸ θεουργὸν τῆς πίστεως μάθημα· Ἀρείου, Σαβελλίου, Φωτεινοῦ, Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μάνεντος, Οὐαλεντίνου, Μαρκίωνος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. D Ἀποκηρύττει δὲ καὶ τὸν τῆς Θηβαΐδος Μελίτιον, μετὰ τῶν χειροτονιῶν αὐτοῦ· καὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον. Τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους καὶ ἀποκρύφους, τοιῷδε τρόπῳ καταδήλους ποιήσασα. Ἐν γὰρ τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, κάτω παρὰ τῇ θείᾳ τραπέζῃ αὐτὰς παραθεμένη προσηύξατο· ὡς εὑρεθῶσι τὰς θεοπνεύστους ἐπάνω, τὸν κύριον ἐξαιτησαμένη, καὶ τὰς κιβδήλους, ὃ καὶ γέγονεν, ὑποκάτωθεν.

SYNODUS divina & sacra, œcumenica prima, trecentorum & octodecim patrū collecta Nicęæ, metropoli Bithyniæ provinciæ: cui præfuerunt & præsederūt Vito & Vincentius presbyteri locum tenentes Silvestri papę Romani, ejusq; "successoris Iulii: Alexander, Alexandriæ: Macarius, " errat E Hierosolymorum: Eustathius, Antiochiæ: vice Metrophanis Constantinopolitani, Alexander presbyter: Hosius, Cordubæ episcopus: & Constantinus inter Christianos imperatores apostolus, Quæ sancta Synodus unitatem essentiæ divinæ, sive ὁμοούσιοι sanctæ trinitati accommodans, & sanctum atque mysticum pascha definiens, contra omnem hæresim, divinam fidei disciplinam exposuit: Arii videlicet, Sabellii, Photini, Pauli Samosateni, Manetis, Valentini, Marcionis, & eorum qui cum ipsis sentiunt. Abdicavit eadem Meletium

Meletium Thebaidis episcopum una cum ordinationibus ipsius: & Nicomediæ Eusebium. Sacros etiam libros & apocryphos, hoc modo manifestos fecit. In domo enim Dei, inferiore loco juxta divinam mensam omnibus collocatis, dominum invocans oravit: ut qui divinitus inspirati essent, superius: qui autem adulterini, inferius (quod & factum est) invenirentur.

CÆSARIENSIS PALÆSTINA, ARIANOR.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ τοίνυν τοῦ πάπα Ἀλεξανδρείας μετὰ πενταμηναῖον χρόνον τοῦ ἀναστρέψαι ἀπὸ Νικαίας, πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Ἀθανάσιος τὴν προεδρίαν ἀξίως εἰσδέχεται. Οἱ δὲ προῤῥηθέντες κακόδοξοι μεμαθηκότες, μεγάλως ἐτάκησαν. πεῖρα τὸν ἄνδρα γινώσκοντες, καὶ ὡς φόνιον τῷ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ τοῦτον ἀναδιδάξαντες, ἐν Καισαρείᾳ Παλαιστίνης σύνοδον κατ᾽ αὐτοῦ γενέσθαι παρώξυναν. Ἀθανασίου γοῦν ἐκεῖσε μὴ παραγενομένου, καὶ τὸν αὐτῆς ἐπίσκοπον προδήλως αὐτῷ ἐκ πάλαι καὶ τῇ ἀληθείᾳ χρηματίσαντος δυσμενέστατον, ἡ μανικὴ ἄπρακτος διελύετο σύνοδος.

ALEXANDRO vero papa Alexandriæ quinto post mense, quam Nicæa domum reversus esset, ad dominum digresso, Athanasius præsulatum merito accepit. Quos autem prius nominavimus falsæ doctrinæ assertores, cum hoc rescivissent, vehementer perturbati sunt: quod jam ante, qualis hic vir esset, ipso usu didicissent: cumque tanquam homicidam, Christi amanti imp. Constantino detulerunt: & ut synodus contra ipsum Cęsareæ Palęstinæ instituereretur, incitarunt. Cum autem Athanasius, ut qui episcopum illius loci jam olim, & sibi & veritati expertus esset infensissimum, ibi non compareret: furiosa hæc, re infecta, dissoluta est synodus

TYRIA, EORVMDEM.

ΟΘΕΝ καὶ μᾶλλον οἱ ἀσεβεῖς κακουργοῦσι, καὶ τὸν θυμὸν τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἀνάπτουσι, κατὰ τὸν πολύαθλον Ἀθανάσιον· συνοδικῶς ἐν Τύρῳ κριθῆναι παρασκευάζουσι διατάξασθαι. Εὐσέβιος δὲ ὁ Νικομηδείας, ταῖς πιθανολογίαις βουκολήσας τὸν αὐτοκράτορα, ὡς ἐν τάξει θέας τῶν παρὰ τῆς μακαρίας Ἑλένης πρὸς δόξαν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν οἰκοδομηθεισῶν ἐκκλησιῶν ἐν Ἱερουσαλήμ, (προεχουσῶν πολλῶν θεαμάτων, ὧν τὰ μεγέθη ἑλλήνων παῖδες ἱστορίαις παραδεδώκασιν) ὀχήματι ἐπιβὰς, καὶ ἀριθμὸν πλείστων ἐπισκόπων, καὶ συγκλητικῶν λογάδων ἐπισυρόμενος, τὴν Τύρον κατέλαβεν, Ἀθανασίῳ πραγματευόμενος τὴν ἐκβολὴν καὶ καθαίρεσιν· καὶ σύνοδον συκοφαντίας ἀνάμεστον, κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ Ἀθανασίου τοῦ μάκαρος, ἐν αὐτῇ συνεκρότησε· πόρνην παραστησάμενος τῷ ἀθώῳ κατήγορον. Ἀθανασίου δὲ τὴν συσκευὴν διὰ Τιμοθέου πρεσβυτέρου καθολικῶς διελέγξαντος· ἐπὶ τὴν ἐκκοπὴν τῆς χειρὸς Ἀρσενίου τοῦ Μελιτιανῶν διακόνου * * * πλὴν καὶ ἐν τούτῳ συκοφάντας αὐτοὺς παραστήσας ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, διὰ τῶν δύο χειρῶν Ἀρσενίου τῆς ὑποδείξεως. οὐκ ἐδυσώπησεν αὐτοὺς λωφῆσαι τοῦ λυσσώδους φρονήματος· ἀλλ᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀναθεματίζεται, καὶ ὡς κακοῦργος ἐκβάλλεται· Ἄρειος δὲ καὶ Εὐζώιος εἰς κοινωνίαν εἰσδέχονται. Ἀθανάσιος μέντοι τὰ καθ᾽ αὐτοῦ θεασάμενος, φυγὰς ἐν Κωνσταντίνου πόλει πρὸς τὸν φιλόχριστον βασιλέα κατήντησε· τὰ τῆς συκοφαντίας αὐτῶν ἐξηγούμενος.

VNDE impii hi deteriora moliuntur, & pii imperatoris animum accendunt contra strenuum illum Athanasium: & ut synodice in Tyro judicetur, mandatum impetrant. Eusebius autem Nicomediensis blandis sermonibus imperatore decepto, & sub prætextu visendarum a beata Helena ad gloriam IESV CHRISTI veri Dei nostri Hierosolymis extructarum ecclesiarum (quæ multa spectatu habebant dignissima, quarumque magnitudines Græci historiis tradiderunt) vehiculo ascenso, & numero plurimorum episcoporum, primariorumque senatorii ordinis ad se attracto, Tyrum tenuit, Athanasio ejectionem & depositionem molitus: synodumque calumniis refertam contra divinum symbolum & beatum Athanasium ibi coegit: scortum sistens, a quo innocens accusaretur. Cum autem Athanasius subornationem hanc, per Timotheum presbyterum manifestissime redarguisset: ad excisionem manus Arsenii Meletianorum diaconi sunt conversi. Sed licet hac etiam in re calumniatores ipsos esse beatus Athanasius ostenderit, utraque Arsenii manu demonstrata: non tamen pudorem eis incussit, ut a rabioso proposito desisterent: sed ab ipsis anathemate notatus, & tanquam maleficus est ejectus: Arius vero & Euzoius in communionem sunt recepti. Athanasius autem ista adversus se designari animadvertens, fuga arrepta, Constantinopolim ad Christi-amantem imperatorem se se confert: & sycophantias ipsorum exponit.

MAREOTICA, EORVMDEM.

ΟΙ δὲ περὶ τὸν Εὐσέβιον, ἐπὶ τὴν θέαν τῶν Ἱεροσολύμων χωροῦντες, καὶ τὰ ἐγκαίνια· τὸν Νικαίας Θεόγνιον, καὶ τὸν Περίνθου Θεόδωρον, Νάρκισσον καὶ Μάριν Χαλκηδόνος, μετὰ συμμορίας ὁμόφρονος, κατὰ τοῦ θεόφρονος Ἀθανασίου ἐν τῷ Μαρεώτῃ ἐξέπεμψαν· ᾧ τινι ἐκ τῆς πλησιοχώρου λίμνης, καλουμένης Μαρίας, πρόσκειται τὸ ἐπώνυμον. Ἔστι γὰρ ἀκολούθως οὕτως· Αἴγυπτος, Θηβαΐς ἡ ἄνω καὶ κάτω, Μαρεώτης, Αὔγασις, Μαρμαρική, Λιβύη, Πεντάπολις, Ἀφρική, Βαρβαρία, Βοιωτία, Γάδειρα, Ὠκεανός. Θεόγνιος τοίνυν ἐν τῷ Μαρεώτῃ μετὰ τοῦ συνεδρίου τῆς ἀσεβείας γενόμενος, Ἰσχυρίωνα τὸν αὐτοχειροτόνητον Μαρεώτου ἐπίσκοπον, κατήγορον τοῦ θεοφόρου Ἀθανασίου, ἐν τῇ παρ᾽ αὐτοῖς συνόδῳ προεστήσατο, κατ᾽ αὐτοῦ μὴ παρόντος δεχόμενος τὰ ἐγκλήματα βέβαια.

QVI vero cum Eusebio erant, ad inspicienda Hierosolyma, & ad Encęnia sese convertunt: Nicææ autem Theognium, & Perinthi Theodorum, Narcissum & Marin, una cum societate idem sentiente, contra pium Athanasium in Mareotidem emittunt: quæ a vicina palude, Maria dicta, nomen habet. Est enim hic tractus: Ægyptus, Thebais superior & inferior, Mareotis, Augasis, Marmarica, Libya, Pentapolis

polis, Africa, Barbaria, Bœotia, Gadira, oceanus. Theognius igitur in Mareotide, una cum conventiculo illo impio consistens, Ischyrionem a semetipso electum Mareotidis episcopum, accusatorem divini Athanasii, in illa synodo constituit: contra absentem objecta crimina, tamquam certa recipiens.

ANTIOCHENA, EORVMDEM.

ΟΥ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ἀπάρας μετὰ τὴν θέαν, καὶ τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκαίνια, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν παραγίνεται, καὶ σύνοδον κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ B Εὐσταθίου συνέστησε τοῦ μάκαρος· πλέξας σαβελλισμὸν αὐτῷ καὶ μοιχείαν· δι' ὧν καθαίρεσιν ἐψηφίσατο, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως κατάκλεισιν ἐξορίας ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ παρεσκεύασε. Μόνον τοῦ ἑταιρικοῦ γυναίου ἔχοντος ἐν ἀγκάλαις τὸ βρέφος, καὶ Εὐσταθίου εἶναι διομνυμένου, τοὺς ὅρκους λήθῃ καλύψαι οὐκ ἴσχυσε. Τούτου γὰρ καὶ μακροτάτῃ κλινοβατίᾳ περιπεσόντος, κλῆρος καὶ λαὸς ἐξαγορεύοντος ἤκουον, ἣν παρὰ τῶν αἱρετικῶν χρυσίου κατὰ τοῦ μακαρίου Εὐσταθίου ποσότητα ἔλαβε· ἐπὶ τῶν ὅρκων φάσκοντος μὴ διαμαρτεῖν, ὡς ἔοικε, τοῦ ὀνόματος· Εὐσταθίου σπέρμα τοῦ χαλκέως, τοῦ ἐπιδειχθέντος βρέφους καὶ καθάπαξ C ὑπάρχοντος.

NEQVE hoc solum: sed & Nicomediensis Eusebius post spectata Hierosolyma & encænia ibi celebrata, Antiochiam se se confert, & synodum contra divinum symbolum & beatum Eustathium instituit: Sabellianismum ipsi objiciens, & adulterium: propter quæ depositionem illi decernit, & ab imperatore condemnationem exilii in Illyrico præparat. Veruntamen meretricia illa muliercula, quæ in ulnis infantem habuerat, & Eustathii eum esse dejeraverat, juramenta oblivione involvere non potuit. Cum enim in longissimam cubationem ex morbo inciDdisset: clerus & populus confitentem audiverunt, quantam ab hæreticis contra beatum Eustathium auri summam accepisset: de juramento autem affirmantem, se non aberrasse a nomine, cum Eustathii ærarii omnino fuerit infans demonstratus.

CONSTANTINOPOLITANA, EVSEBIAN.

ΟΙ γοῦν περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, καὶ οἱ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, ἐλθόντες εἰς τὸ Βυζάντιον, εὗρον τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον, Κωνσταντῖνον τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα αἰτούμενον, ἐπὶ τῇ ἐν Τύρῳ συκοφαντίᾳ κανονικὴν γενέσθαι ἐπὶ τοῖς διαβλήτορσιν ἐπεξέλευσιν· καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν E φωλεοὺς καταπλήξαντες οἱ ἀνήμεροι θῆρες κατέδυσαν. Εὐσέβιος δὲ ἀναιδῶς φρυαττόμενος κατ' αὐτοῦ ὄνομα φέροντος ἐπισκόπου, τέσσαρας συκοφάντας παρέστησεν· οἳ περὶ σιτοπομπίου, καὶ τῶν λοιπῶν ὅρκοις τὰς λοιδορίας ἐκύρωσαν, τὸν βασιλέα συνοδικῶς ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ κατὰ τὸν ἀοίδιμον πείσαντες Ἀθανάσιον ἐξετασθῆναι. Ὃ καὶ γέγονεν, συνεδρίου αἱρετικῶν κατὰ τοῦ ἁγίου συμβόλου πάντα λίθον κινήσαντος, καὶ Ἀθανάσιον τὸν ἀνεύθυνον, εἰς Τρίβερειν τῆς Γαλλίας ἐξόριστον κατακρίναντος, καὶ τὸν ὅσιον Κυματᾶν, A καὶ Εὐφρατᾶν Ἀνταράδου, Εὐτρόπιον Ἀδριανουπόλεως, καὶ Λούκιον τὸν ὁμολογητὴν, ὃς τελειοῦται ἐν ταῖς ἁλύσεσι, καὶ Μάρκελλον τὸν Ἀγκύρας, ὡς ἀνθρωπολάτρην, καθαιρέσαντος.

EVSEBIVS igitur Nicomediensis, & qui in Mareote convenerant, Byzantium cum venissent, sanctum Athanasium invenerunt: qui a piissimo imperatore canonicam vindictam institui peteret in delatores suos, propter calumniam illam in Tyro: quamobrem ad lustra immites illæ bestiæ metu perculsæ descenderunt: Eusebius autem impudenter insurgens contra cognominem sibi episcopum, quatuor calumniatores exhibuit: qui de procuratione annonæ & reliquis jurejurando calumnias confirmantes; imperatori persuaserunt, ut quæ contra celebrem Athanasium afferebantur, Constantinopoli synodice examinarentur. Quod & factum est consessu hæreticorum, omnem contra sacrum symbolum movente lapidem, & Athanasium innocentem Treviros Galliæ exilio condemnante. Sanctum etiam Cimaten, & Euphraten Antaradi, Eupre- pium Adrianopolis, & Lucium confessorem, qui in vinculis mortuus est, & Marcellum Ancyræ, tanquam homini-cultorem, deponente.

CONSTANTINOPOLITANA CONstantii.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ μὲν οὖν, ὁ ἐν Χριστιανοῖς βασιλεὺς ἀποστέλλει διὰ τῆς ἐξορίας, τὴν ὁσίαν Ἀθανασίῳ πραγματευσάμενος ἐλθὼν ἐπὶ Νικομήδειαν, καὶ ἀσθενείᾳ περιπεσὼν, ἐβαπτίσατο· καὶ μέλλων ἐκδημεῖν πρὸς τὸν κύριον, ἐνδιαθήκως ἀνακληθῆναι τῆς ἐξορίας τὸν θεσπέσιον διετύπωσεν Ἀθανάσιον· Κωνσταντῖνον καὶ Κώνσταντα τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τῶν ἑῴων Ῥωμαίων, ἐκ Ῥώμης ἀπάραντας, τῆς βασιλείας ἀντέχεσθαι· καὶ Κωνστάντιον ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς Ῥώμην, ὁμοίως ἀντιπορεύεσθαι. Ἀλλὰ τῆς διαθήκης φαλD σευθείσης ὑπὸ Εὐσταθίου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐπιτρόπου κεκρυμμένου Ἀρειανοῖς χρηματίζοντος· Κωνστάντιος βασιλεὺς τῆς ἑῴας ἀναγορεύεται· καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ὀρθοδοξούντων, μόνος εἰς τὸ Ἀρειανικὸν κατωλίσθησε φρόνημα. Εὐθὺς γὰρ οἱ περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, αὐτῷ κατὰ τοῦ μακαριωτάτου Παύλου προσέρχονται· σὺν πολλαῖς διαβολαῖς, καὶ τοῦτο φαίνοντες, ὡς δίχα τῆς σῆς, βασιλεῦ, διαγνώσεως, Ἀλεξάνδρου τελειωθέντος, εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ἑαυτὸν ἐνεκαθίδρυσεν. Ὁ δὲ συνέδριον αἱρετικῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι κατὰ τοῦ θείου συμβόλου διαταξάμενος, Παῦλον τὸν ὁμολογητὴν ἐκβληθῆναι τῆς ἐκκλησίας ἐκέλευσε. καὶ E ἀντεισαχθῆναι πρώην Βηρυτοῦ, Νικομηδείας Εὐσέβιον.

CONSTANTINVS igitur Christianus imperator, posteaquam exilio Athanasium multasset, Nicomediam veniens, cum in ægritudinem incidisset, baptisatus est: & cum jam ad dominum peregrinaturus esset, testamento facto revocari ab exilio divinum Athanasium jussit: & Constantinum quidem & Constantem filios suos, orientalium Romanorum, Roma relicta, imperium retinere: Constantium autem ab Antiochia Romam similiter proficisci. Sed testamento

mento ab Eustathio presbytero & curatore, qui Arianis occulte favebat, corrupto: Constantius imperator orientis renunciatur: & cum fratres ipsius orthodoxi essent, solus ipse in Arianorum sensum prolapsus est. Confestim enim, qui cum Eusebio Nicomediensi faciebant, ipsum contra sanctissimum Paulum accedunt, cum multis calumniis, & hoc deferentes, Sine tuo, imperator, decreto, Alexandro mortuo, in solium Constantinopolis seipsum collocavit. Ille autem consessum hereticorum Constantinopoli, contra divinum symbolum congregari precipiens, Paulum confessorem ex ecclesia ejici, ejusque loco pridem Beryti, tunc autem Nicomedię episcopum Eusebium introduci jussit.

ANTIOCHENA, ARIANORVM.

ΣΥΝΟΔΟΣ αἱρετικὴ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, τῶν ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐπισκόπων συνελθόντων· λόγῳ μὲν καὶ προφάσει τῶν ἐγκαινίων τῆς Κωνσταντιανικῆς ἐκκλησίας, ἑνὸς ὑπαρχούσης τῶν θεαμάτων· σκοπῷ δὲ καὶ πράγματι κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ τοῦ Ἀθανασίου τοῦ γενναιόφρονος· ἧσπερ ἐξῆρχον ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, καὶ Παλαιστίνης Ἀκάκιος, καὶ Καισαρείας Καππαδοκίας Διάνιος, Ἀστέριον ἔχων τὸν Καππαδόκην φιλόσοφον. Οἳ καὶ τὸ ἅγιον μεταποιήσαντες σύμβολον, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γρηγόριον ἐξαπέστειλαν, ὅστις ἐπιστὰς, σὺν τετρακισχιλίοις ὁπλίταις τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἐξεδίωξεν· καὶ αὐτὸς λυμαίνεσθαι, τὴν ἐκκλησίαν κατέστρεψεν. Οἱ γοῦν περὶ Εὐσέβιον Ἀρειανοὶ, τῆς συνόδου κρατοῦντες, κἂν ὑπῆρχον ἐν αὐτῇ καὶ ὀρθόδοξοι, τὸ θεῖον πάσχα κατὰ τὴν ἁγίαν ἐν Νικαίᾳ ὁρίζουσι σύνοδον· καὶ τοὺς ἐμφερομένους ἤδη κανόνας ἐξέθεντο.

SYNODVS heretica Antiochię Syrię, nonaginta septem episcoporum: qui verbo quidem & pretextu propter initiationem ecclesię Constantinianę, quę inter spectacula precipuum obtinebat locum: scopo autem & reipsa contra divinum symbolum, & generosa mente preditum Athanasium convenerant. Ei prefuerunt Nicomedię episcopus Eusebius, & Palestinę Acacius, Cesarię Cappadocię Dianius, Asterium habens Cappadocem philosophum. Qui & sacrum commutantes symbolum, Alexandriam Gregorium emiserunt, qui cum quatuor millibus armatorum beatum Athanasium persecutus est, & ipse corrumpere ecclesiam festinavit. Qui igitur cum Eusebio erant Ariani, cum in synodo superiores essent, quanquam ei orthodoxi quoque interessent, divinum pascha secundum Nicęnam synodum definiverunt, & canones, qui jam circumferuntur, exposuerunt.

ANTIOCHENA ALIA EORVMDEM.

ΠΑΥΛΟΝ τοίνυν ἐν Ῥώμῃ, καὶ Ἀθανάσιον ὁ μακάριος πάπας Ἰούλιος, καὶ Κώνστας ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς θεασάμενοι * * * καὶ οἰκείοις θρόνοις ἀποδεδώκασι. διόπερ οἱ ἑτερόδοξοι, καὶ αὖθις ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τοῦ θείου συμβόλου συναθροίσαντες σύνοδον, Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἀπεκήρυξαν· καθαψάμενοι πλεῖστα Ἰουλίου, ὡς μὴ καλῶς αὐτοῖς ἀντικανονίσαντος.

PAVLVM igitur & Athanasium, beatus Papa Iulius, & Constans piissimus imperator, Romę cum vidissent, sua eis solia reddiderunt. Quapropter qui diversum sentiebant, rursus Antiochię contra divinum symbolum congregantes synodum, Paulum & Athanasium deposuerunt: multis etiam Iulium incessentes, quod non bene contra ipsos canones constituisset.

ANTIOCHENA RVRSVS ALIA eorumdem.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΟΣ γοῦν καὶ Ἰουλίου διὰ τὸ ἅγιον σύμβολον τοῖς αὐτῶν συμμαχούντων συνίστορσιν, ἡ ἀληθὴς σωτήριος πίστις ηὐξάνετο. Ὅθεν καὶ φάλαγξ αἱρετικὴ πάλιν ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τοῦ θείου συμβόλου συῤῥέουσα, Φωτεινὸν, καὶ Σαβέλλιον, καὶ Μάρκελλον Ἀγκύρας, ἀνεθεμάτισε· καὶ εἰς Ῥώμην ὅρον ἐκτιθεμένη τῆς πίστεως ἐξαπέστειλεν. ὃν οἱ ἑσπέριοι καὶ Ἰούλιος οὐ προσήκαντο.

CONSTANTE ergo & Iulio propter sanctum symbolum auxilia sua cum illius (symboli) professoribus conjungentibus, vera & salutaris fides augebatur. Vnde & phalanx hereticorum rursus Antiochię contra divinum symbolum cōfluens, Photinum, & Sabellium, & Marcellum Ancyrę anathemate notavit, & Romam definitionem exponens fidei ablegavit: quam tamen occidentales & Iulius non admiserunt.

SARDICENSIS, ORTHODOXA.

ΚΩΝΣΤΑΣ δὲ ὁ θειότατος, Κωνστάντιον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ θεασάμενος δυσπρόφρονα, καὶ τοῖς Ἀρειανοῖς χαριζόμενον, δηλοποιεῖ σύνοδον ἁγίαν, ἐν Σαρδικῇ τῇ μητροπόλει τῶν Ἰλλυρικῶν καὶ Δακῶν ἀθροισθεῖσαν, ἐξετάσαι τὰ κατὰ Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον. Ἐν ᾗ συνῆλθον ἀπό τε Ῥώμης, καὶ τῶν Σπανιῶν, Γαλλίας, Ἰταλίας, Καμπανίας, Ἀφρικῆς, Σαρδινίας, Δαρδανίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Παιονίας, Μυσίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρου, Θρᾴκης, Εὐρώπης, Ἀσίας, Καρίας, Βιθυνίας, Ἑλλησπόντου, Φρυγίας, Πισιδίας, Καππαδοκίας, Εὐξείνου Πόντου, Κιλικίας, Φρυγίας ἄλλης, Παμφυλίας, Λυδίας, νήσων Κυκλάδων, Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, Λιβύης, Γαλατίας, Παλαιστίνης, Ἀῤῥαβίας, ο'. καὶ ς'. λογάδες ἐπίσκοποι. ὧν ἐξῆρχον, Ὅσιος Κουρδούβης ἐπίσκοπος, Ἀβράμιος, καὶ Πρωτογένης ὁ ταύτης ἀρχιεπίσκοπος. Ἡ τὸ ὑγιὲς φρονοῦσα μάθημα, προσεδέξατο Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον· εἰς παντελῆ καθαίρεσιν Γρηγόριον τῆς Ἀλεξανδρείας ἀποκηρύξασα, Κυντιλιανὸν Γάζης, καὶ τὸν Ἀγκύρας Βασίλειον· μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς, καὶ ἐπισκόποις οὐκ ὀνομάζεσθαι παρὰ παντὸς πιστοῦ κρίνασα, ὡς τυραννικῶς τῶν θρόνων κρατησάντων. Θεόδωρον δὲ τὸν Ἡρακλείας, καὶ Παλαιστίνης Ἀκάκιον, Στέφανον Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Συγιδόνου Ἰσαάκιον, Μηνόφαντα Ἐφέσου, καὶ τὸν Μύδης Οὐάλεντα, ἀπεκήρυξε μόνον, καὶ τὸν Κιλικίας Γεώργιον, οὓς τινας μετὰ θάνατον ἀπέβαλλετε, παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Ἀλεξάνδρου καταδίκους τὸ πρὶν ἐξιχνεύσασα.

CONSTANS vero diviniſſimus, cum fratrem A Constantium Euripi inſtar mutabilem eſſe, & Arianis gratificari animadverteret: ſynodum ſanctam Sardicam indicit, metropolin Illyriorum & Dacorum: ut Pauli & Athanaſii cauſam examinarent. In ea convenerunt Roma, ex Hiſpaniis, Gallia, Italia, Campania, Africa, Sardinia, Dardania, Macedonia, Theſſalia, Pæonia, Myſia, Achaia, Epiro, Thracia, Europa, Aſia, Caria, Bithynia, Helleſponto, Phrygia, Piſidia, Cappadocia, Ponto Euxino, Cilicia, Phrygia altera, Pamphylia, Lydia, inſulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæſtina, Arabia, ſeptuaginta ſex primores epiſcopi: quibus præerant Hoſius Cordubæ epiſcopus, Abramiæus, & Protogenes Sardicæ archiepiſcopus. B Hæc ſanam illuſtrans doctrinam, Paulum & Athanaſium recepit, perpetuaque depoſitione notavit Gregorium Alexandriæ, Quintilianum Gazæ, & Ancyræ Baſilium: decernens ne quis eis communicaret, neve a quoquam fideli epiſcopi nominarentur, tanquam qui tyrannice ſedes ſuas occupaſſent: Theodorum vero Heracleæ, & Palæſtinæ Acacium, Stephanum Antiochiæ, & Syngidoni Iſaacium, Menophantem Epheſi, & Mydæ Valentem abdicavit ſolum, & Ciliciæ Georgium: quos poſt mortem abjecit, cum comperiſſet, eos pridem ab Alexandro Conſtantinopolis condemnatos fuiſſe.

PHILIPPOPOLITANA, ARIANOR. C

ΟΙ γοῦν Ἀρειανοὶ διὰ τὸν Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἀποσχίσαντες, παρασυνάγωγμα ἐν Φιλιππουπόλει ἐπισκόπων ἑξήκοντα ἐποιήσαντο· καὶ δύσφημον ὅρον ἐκθέμενοι, Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἀπεκήρυξαν.

ARIANI igitur propter Paulum & Athanaſium ſciſſione facta, conventiculum aliud Philippopoli epiſcoporum ſexaginta fecerunt: & infami definitione expoſita, Paulum & Athanaſium abdicarunt,

CORDVBENSIS, HOSII.

ΔΙΟΠΕΡ Κουρδούβης ἐπίσκοπος ὁ πανόσιος σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐπισκόπων ἐν τῇ οἰκείᾳ πόλει προσκαλεσάμενος, τὸ θεουργὸν ἐξέφανε μάθημα· κατακρίνας οὓς ἡ Σαρδικὴ ἀπεκήρυξε σύνοδος· καὶ οὓς πάλιν ἐδικαίωσε, προσδεξάμενος.

QVAPROPTER Cordubæ epiſcopus ſanctiſſimus Oſius ſynodum divinam & ſanctam epiſcoporum ſua in civitate convocans, divinitus expoſitam illuſtravit doctrinam, condemnans eoſdem, quos Sardicenſis abdicaverat ſynodus, & quos ea abſolverat, recipiens.

ANTIOCHENA, ARIANORVM. E

ΑΛΛΑ καὶ ὁ εὐσεβέστατος Κώνστας, εἰς Ἀντιόχειαν ἐκ Ῥώμης πρὸς Κωνστάντιον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, ἐκδικῶν Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον, ἐξαπέστειλε δύο αἰδεσιμωτάτους ἐπισκόπους, καλουμένους Εὐφράταν καὶ Βικέντιον, μεθ' ὧν καὶ τὸν φιλόχριστον στρατηγέτην, ὀνομαζόμενον Σαλῖνον. Στέφανος δὲ ὁ ἄθεος, ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, αἱρετικῶν συνέδριον συκοφαντίας μεστὸν ποιησάμενος, χαμαιτύπην διά τινος νεανίου, A νυκτὸς πρὸς τοὺς εὐλαβεῖς ἐπισκόπους Ῥωμαίων εἰσήγαγεν, ὅπερ Σαλῖνος ῥᾳδιουργηθὲν ὑπὸ Στεφάνου διήλεγξε. διὸ ἡ συναχθεῖσα σύνοδος καθελοῦσα Στέφανον Ἀρειανὸν, Λεόντιον ἀντεχειροτόνησεν, ἐκτομίαν αὐτόχειρα. Ὃς τὸν ΚΑΙ σύνδεσμον ἐπὶ τῆς τοῦ υἱοῦ δοξολογίας τινὰς τιθέντας ἐνσημηνάμενος, καὶ τὴν ΔΙΑ ἄλλους προστιθέντας, ἑτέρους τὴν ΕΝ τῷ πνεύματι προσαρμόζοντας· σιγῇ τὸ τέλος τῆς δοξολογίας ἐπλήρου, μόνον ἐκφωνῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

VERVM & piiſſimus Conſtans, Paulum & Athanaſium defendens, reverendiſſimos B duos epiſcopos, Euphraten & Vincentium nominatos, & cum illis Chriſti-amantem ducem Salinum Roma Antiochiam ad fratrem Conſtantium miſit. Stephanus vero impius Antiochię epiſcopus hęreticorum conſeſſum calumniis plenum efficiens, ſcortum per quemdam juvenem noctu ad venerandos epiſcopos Romanorum introduxit, id quod Salinus a Stephano aſtu procuratum fuiſſe redarguit. Quapropter quę convocata fuerat ſynodus, Stephanum Arianum depoſuit, ejuſque in locum Leontium ſubſtituit, qui ſua ſe manu caſtraverat. Is cum animadvertiſſet, quoſdam in doxologia Filii, pro conjunctione ET, prępoſitionem PER ponere: alios vero prępoſitionem aliam IN, Spiritui ſancto accom- C modare: ſilentio finem doxologię complevit: tantummodo pronuncians, In ſæcula ſæculorum.

HIEROSOLYMITANA, ORTHODOXA.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ οὖν τοῦ φιλοχρίστου διὰ Σαλίνου Κωνσταντίῳ πόλεμον ἀπειλήσαντος, εἰ Παύλῳ καὶ Ἀθανασίῳ τοὺς ἰδίους θρόνους ἀποδοῦναι διαναβάλλοιτο, σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ἱεροσολύμοις ἠθροίζετο· Μάξιμον τὸν ὁμολογητὴν καὶ Μακάριον ἐκ τοῦ πάλαι διωγμοῦ, ἀγκύλην καὶ ὀφθαλμὸν, καὶ τὸν δέξιον μηρὸν ἀφῃρημένον, ἔξαρχον τῆς ἁγίας πό- D λεως ἀρχιεπίσκοπον ἔχουσα· ἡ τὸ σωτηριῶδες μάθημα βεβαιώσασα, Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον προσεδέξατο.

CVM" igitur Conſtantinus Chriſti-amans per Salinum Conſtantio bellum minatus eſſet, ſi Paulo & Athanaſio ſuos thronos reddere differret: ſynodus divina & ſancta provincialis Hieroſolymis congregabatur, Maximum confeſſorem & Macarium qui ſuperiore perſecutione, axillam & oculum, & femur dextrum amiſiſſet, ſanctæ civitatis archiepiſcopum præſidem habens: quæ ſalutarem doctrinam confirmans, Paulum & Athanaſium ſuſcepit. " Cõſtans.

E HIEROSOLYMITANA, ARIANOR.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ γοῦν καὶ Παύλου τιμίως πορευομένων πρὸς τὰ ἴδια ποίμνια, τῆς ἀσεβείας οἱ πρόμαχοι σύνοδον ἐν Ἱεροσολύμοις αἱρετικὴν συνεκρότησαν, καὶ τὸν μὲν ὁμολογητὴν ἀπεβάλλοντο Μάξιμον· τὸν δὲ κατηχιστὴν ὡς Ἀρειανὸν ἐχειροτόνησαν Κύριλλον. ὃν ἡ ἐπὶ Δαμάσου ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἡ ἐπὶ Νεκταρίου ἐν Κωνσταντινουπόλει, πολλοῖς ἐπαίνοις ἐξαίρουσι σύνοδοι. καὶ

Ἀκάκιος

Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας τῆς Φιλίππου, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου φοιτητὴς καὶ διάδοχος, χάριν πρεσβείων τοῦ θρόνου τούτου ἐξήγαγεν.

Athanasio igitur & Paulo honorifice ad sua ovilia proficiscentibus, impietatis antesignani synodum Hierosolymis hæreticam coegerunt; & confessorem quidem Maximum abjecerunt: catecheten autem Cyrillum, tanquam Arianum elegerunt: quem tamen sub Damaso Romæ, & sub Nectario Constantinopoli celebratæ synodi multis efferunt laudibus: & Acacius Cæsareæ Philippi Eusebii Pamphili discipulus & successor, propter primatum, sede hac exegit.

B

SIRMIENSIS, ARIANOR.

Ἀνταραντος οὖν Μαγνεντίου, καὶ τὸν μακάριον Κώνσταντα πατάξαντος· μεμαθηκὼς ὁ Κωνστάντιος, Γάλλον μὲν τὸν ἀδελφὸν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἀναγορεύσας Καίσαρα, τῶν ἑῴων ἐκέλευσε φροντίζειν· αὐτὸς δὲ κατὰ μεγίστης δυνάμεως διʼ Εὐρώπης ἐχώρησε· τοὺς πολεμίους χειρούμενος, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις κλόνον προσφέρων οὐ μέτριον. ὅθεν καὶ κελεύει σύνοδον αἱρετικὴν ἐν Συρμίῳ ἀθροίζεσθαι· προφάσει μὲν Φωτεινοῦ τοῦ ἐπισκόπου αὐτῆς, ὄντος ἀνθρωπολάτρου καὶ ἄφρονος· ἀληθείᾳ δὲ, κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ Ἀθανασίου τοῦ γενναιόφρονος, ἥτις C ὅρον πίστεως ἐξέθετο ἄθεον, φύσιν, ἢ οὐσίαν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν ἀπαγορεύοντα· ὅντινα φασὶν ἐπὶ παραβάτου Ἰουλιανοῦ, Μάρκον ἐκθέσθαι τὸν Ἀρεθούσιον, παρὰ τῶν Ἀρεθουσίων πολλὰ παθόντα διὰ τὸν κύριον ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Οὕτω σάρκας, μακαρίας ὁμοῦ καὶ ἀθλίας, ὁ Θεολόγος ἔφη Γρηγόριος.

Cum autem Magnentius seditionem movisset, & beatum Constantem percussisset: ea re cognita Constantius Gallum quidem fratrem Iuliani apostatæ, Cæsarem designatum orientis curam jussit gerere: ipse autem maximo cum exercitu per Europam peragravit, hostes D subigens, & ecclesiis turbas inferens haud parvas. Vnde & synodum mandat hæreticam in Syrmio congregari, prætextu quidem Photini episcopi illius loci, qui hominicultor esset & insipiens: revera autem contra divinum symbolum & Athanasium generosa mente præditum. Ea definitionem fidei exposuit impiam, quæ vetabat, naturam aut substantiam de Deo prædicari. Definitionem illam aiunt, sub Iuliano apostata, à Marco Arethusio compositam esse, qui ab Arethusiis multa perpessus sit propter dominum sub Iuliano apostata. Ita carnes beatas simul & miseras Theologus dixit Gregorius.

E

MEDIOLANENSIS, ORTHODOXA.

Μετὰ γοῦν τὴν σύνοδον ταύτην, Κωνστάντιος ἐν Μεδιολάνῳ πόλει τῆς Ἰταλίας, ἑτέραν γενέσθαι διαταξάμενος, τοὺς ἑσπερίους συνήθροισεν. Ἥτις ἁγία θεόπνευστος σύνοδος, μὴ ἀνασχομένη τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς Ἀρειανικῆς οὐ φροντίσασα φάλαγγος, ἀνατρέψαι τὸ θεῖον σύμβολον, καὶ τὴν ἐν Τύρῳ κυρωθεῖσαν Ἀθανασίου καθαίρεσιν ἀπηρνήσατο. Διὸ τοὺς ἐξάρχους A αὐτῆς ἐξορίᾳ Κωνστάντιος κατεδίκασε, τὸν τῶν ἀποστόλων διδαχῶν κήρυκα, τὸν Ῥώμης πάπαν Λιβέριον πρὸς αὐτοκράτορα πολλοῖς ἐλέγχοις τηνικαῦτα χρησάμενον, τοὺς Γαλλιῶν μητροπολίτας Παῦλον καὶ Διονύσιον, τὸν Ἰταλίας μητροπολίτην Εὐσέβιον τὸν μακάριον, καὶ Λουκίφερον Σαρδινίας τῆς νήσου ἀρχιεπίσκοπον.

Post hanc ergo synodum, Constantius Mediolani, civitate Italiæ, alia indicta, occidentales congregavit. Quæ quidem sancta divinitus inspirata synodus, cum nec imperatorem vereretur, nec Arianam phalangem curaret, divinum evertere symbolum, & Tyri procuratam Athanasii depositionem confirmare recusavit. Propterea principes ejus synodi exilio Constantius mulctavit: apostolicarum doctrinarum præconem, papam Romæ Liberium, multis adversus imperatorem argumentis tunc usum, Galliarum item metropolitas, Paulum & Dionysium, Italiæ metropolitam beatum Eusebium, & Luciferum Sardiniæ insulæ archiepiscopum.

ARIMINENSIS.

Τούτων ἐξορισθέντων, ἐνδελεχισμῷ τῶν ὀρθοδόξων, Κωνστάντιος ἐν Ἀριμίνῳ σύνοδον ἁγίων ἐπισκόπων ἑσπερίων διακοσίων συγκροτηθῆναι προστέταξε· καὶ τοὺς περὶ Εὐδόξιον Γερμανικείας, βραχυτελεῖς Ἀρειόφρονας. Ἥτις θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος, τὸ θεῖον κυρώσασα σύμβολον, ἀναθεμάτισεν Ἄρειον καὶ τοὺς ἐκείνου συνίστορας. ὅπερ οἱ ἑτερόδοξοι, Εὐσέβιος καὶ Οὐρσάκιος, Δημόφιλος καὶ Γρηγόριος οὐ προσήκαντο, διὰ τοῦτό γε τῆς συνόδου ἀπεκηρύχθησαν. ὕστερον μέν τοι γνησίως μετανοήσαντας, Οὐάλεντά τε καὶ Οὐρσάκιον, καίπερ Ἀθανασίου συκοφάντας δεινοὺς χρηματίσαντας, ὡς ἐπισκόπους ἐδέξαντο. Καὶ ἔνιοι ταύτην, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ, διὰ τοὺς εὑρεθέντας αἱρετικοὺς ἐν αὐταῖς, κακῶς διασύρουσιν.

D His in exilium exactis crebris permotus orthodoxorum precibus Constantius, Arimini synodum sanctorum episcoporum occidentalium ducentorum congregari præcepit, atque eos etiam, qui cum Eudoxio Germaniciæ, idem cum Ario compendiose sentiebant. Quæ divina & sancta synodus divinum confirmans symbolum, anathemate notavit Arium ejusque complices, quod qui diversum sentiebant, Eusebius & Vrsacius, Demophilus & Gregorius, non admiserunt: sed propterea a synodo abdicati sunt: postea tamen cum sincere pœnitentiam egissent, Valentem & Vrsacium, quamquam Athanasii calumniatores diri habiti fuissent, ut episcopos receperunt. Quidam tamen isthanc, ut & Nicæ- E nam, propter hęreticos in illis repertos valde insectantur.

NICÆNA THRACIÆ, HÆRETICA.

Οἱ γοῦν περὶ Εὐδόξιον τῆς ἀσεβείας ὑπέρμαχοι δόκιμοι, Εὐσεβίου συνάρσει πείθουσι τὸν Κωνστάντιον, ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, σύνοδον αἱρετικῆς συστῆσαι φάλαγγος, εἰς ἅπαν ἐξάραντα τὸ ὁμοούσιον, πίστεως ὅρον ἐκθέμενοι. εἰς ὃν οἱ μὲν δέει,

A οἱ δὲ φενακισμῷ, τῶν ὀρθοδόξων ὑπέγραψαν. Ὧν οἱ συνθέσθαι μὴ βουληθέντες, εἰς τὰς ἐσχατίας τῆς οἰκουμένης ἐξόριστοι διεπέμφθησαν.

EVDOXIANI igitur impietatis propugnatores præcipui, Eusebii auxilio, Constantio persuadent, ut in Nicæa Thraciæ contra divinum symbolum, hæreticæ phalangis synodum constitueret, fidei definitione exposita, quæ substantiale omnino tolleret: cui orthodoxorum aliqui metu, alii fraude decepti subscripserunt. B Quibus qui assentiri nollent, in extremas orbis partes exulatum mittebantur.

NICÆNA BITHYNIÆ, ARIANORVM.

TON ὅρον τοίνυν τοῦτον τῶν ἱερέων πατέρων καθυποβαλλέντων τοῖς πρέπουσιν ἀναθέμασιν, μαθόντες οἱ ἑτερόδοξοι, συναρπάσαντες τὸν Κωνστάντιον, ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνεκρότησαν σύνοδον, τὸ θεῖον ἀθετῆσαι σύμβολον. Ἀλλὰ καὶ πρὶν τῆς βλασφημίας ἐνάρξαιντο, Θεὸς τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων κατασείσας τὴν πόλιν, συντετριμμένοις αὐτοῖς ἐκεῖθεν ἐξέβαλεν.

DEFINITIONEM igitur istam cum occidentales patres meritis anathematismis subjicerent: ea re cognita qui diversum sentiebant simul arrepto Constantio, Nicææ Bithynicæ synodum congregarunt, ut divinum execrarentur symbolum: sed priusquam hanc inchoarent blasphemiam, Deus trecentorum & octodecim patrum concutiens urbem, contritos illos inde ejecit.

SELEVCIENSIS, ARIANORVM.

ΜΕΜΩΛΩΠΙΣΜΕΝΟΙ γοῦν διασπαρέντες οἱ ἑτερόδοξοι, τὸν Κωνστάντιον ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας ποιῆσαι παρασκευάζουσι σύνοδον· ὅρον ἐκθέμενοι, περὶ τῶν ἑσπερίων ὀρθοδόξων, πολλοῖς βαλλόμενον ἀναθέμασιν. ἐν ᾗ τὸν κατηχητὴν Κύριλλον Ἱεροσολύμων ἀρχιεπίσκοπον, παρὰ τῷ θείῳ Σιλβανῷ Σελευκείας Φιλίππου. * Ἀκάκιος Εὐδόξιον μεταστάντα εἰς Συρίας τὴν Ἀντιόχειαν μεθ' ἑαυτοῦ προσλαβόμενος, ἐν Κωνσταντινουπόλει ὥρμησε πρὸς Κωνσταντῖνον.

HAC igitur vibice affecti & dispersi diversa sentientes efficiunt, ut Constantius in Seleucia Isauriæ synodum convocet: definitionem exponentes de occidentalibus orthodoxis, multis eos anathematismis ferientem: in qua catecheten Cyrillum Hierosolymorum archiepiscopum; a divino Silvano Seleuciæ Philippi. * Acacius Eudoxium Syriæ Antiochiam translatum secum assumens, Constantinopolim ad [a] Constantinum profectus est.

[a] Cõstantiũ

CONSTANTINOPOLITANA ARIAN.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ δυάδι τῆς δυσσεβείας φενακιζόμενος, ἐν Βυζαντίῳ αἱρετικὴν συνεκρότησε σύνοδον, πολλῇ δυνάμει σπουδάσασαν τὸ θεῖον συμβόλου καταγωνίσασθαι. Καὶ οὐχ ἡ τυχοῦσα στάσις ἐντεῦθεν μεταξὺ τῶν ἑτεροδόξων καὶ ὀρθοδόξων παρηκολούθησεν. Ὁ γὰρ μακαρίτης Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, ἐκ τοῦ παρ' αὐτοῦ ἐκτεθέντος ἀσεβοῦς τόμου, ἀνόμοιον λέγοντος τὸ Ἐξ οὗ, τοῦ Δι' οὗ, τὸν ἄθεον Εὐσέβιον διήλεγξε καὶ Ἀέτιον. Τέλος καθελοῦσα, μὴ ὡς λέγοντα κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Μακεδόνιον· ἀλλ' εἰς τὸ θεῖον πνεῦμα μόνον προσκρούοντα, καὶ ἀλλότριον αὐτὸ φάσκοντα εἶναι παντελῶς τῆς θεότητος. ἀντεισάγει εἰς Βυζάντιον τὸν ἐκ Γερ- B μανικείας κατελθόντα εἰς Ἀντιόχειαν, Εὐδόξιον τὸν παμμιαρὸν, ἤδη τοῦ δυσσεβοῦς Εὐσεβίου τὸν βίον τελέσαντος, καὶ τοῦ ὁμολογητοῦ Παύλου πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος. πρὸς τούτοις ἀνεθεμάτισε καὶ τὸν διάκονον Ἀλεξανδρείας Ἀέτιον, τὸν ἀρχηγὸν Εὐνομίου καὶ Θεοφρονίου διδάσκαλον.

IMPERATOR autem isto quasi binario pietatis deceptus Byzantii hæreticam congregavit synodum, omni studio oppugnaturam divinum symbolum. Hinc vero non mediocris inter diversa sentientes, & orthodoxos secuta est dissen- C sio. Beatæ enim memoriæ Eustathius Antiochenus ex impio tomo quem proferebat, qui dissimile dicebat esse *Id ex quo*, *Ei per quod*, impium Eusebium & Aetium coarguit. Tandem synodus hæc Macedonium deposuit: non quod filium Dei creaturam diceret, sed quod in Spiritum tantummodo sanctum impingeret, eumque omnino a deitate alienum esse affirmaret. Introduxit eadem synodus in Byzantinum episcopatum, sceleratissimum illum Eudoxium, qui ex Germanicia Antiochiam venerat: cum quidem jam mortuus esset impius ille Eusebius, & confessor Paulus ad dominum emigrasset. Præterea anathemate notavit diaconum quoque Alexandrinum Aetium, ducem Eunomii & præ- D ceptorem Theophronii.

ANTIOCHENA, SVB CONSTANTIO.

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα μαθὼν ὁ Κωνστάντιος τοὺς Πέρσας πολιορκεῖν τὸν Ἰτζίβιον, ἐπὶ Ἀντιοχείας ὥρμησε· καὶ Σαβωρίου ἀναχωρήσαντος, αὐτὸν εἰς ἅπαν ἐξάρας τὸ ὁμοούσιον φρυαττόμενος, καὶ τὸ ἑτερούσιον κηρύξας, σύνοδον συνεκρότησε. τοῦ δὲ θρόνου Ἀντιοχείας χηρεύοντος, Ἀρειανοί τε καὶ ὀρθόδοξοι, Σεβαστείας Ἀρμενίας ἀρχιεπίσκοπον Μελέτιον προχειρίζονται. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἰσοσυστάτως ἐξαιτησάμενος, πλείστων δυσσεβῶν E προσελθόντων· Μελέτιος ὀρθοδόξως ἐκθέμενος, μεγαλοφώνως ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν τριάδα ἐκήρυξε. Καὶ τοῦ ἀρχιδιακόνου τὸ στόμα τούτου φιμώσαντος, ἐκεῖνος διὰ τῶν δακτύλων, τὸ θεουργὸν ἐκήρυξε μάθημα. Ὅπερ οἱ κακόδοξοι θεασάμενοι, Σαβελλιανισμὸν αὐτῷ πλέξαντες, ἐξορίᾳ παρέπεμψαν· καὶ τὸν σὺν Ἀρείῳ ἀναθεματισθέντα Εὐδόξιον προχειρίζονται· ὑφ' οὗ καὶ νοσήσας Κωνστάντιος βαπτισθεὶς, τὸν βίον κατέλιπεν.

POST hæc vero cum Constantius comperisset, a Persis Itzibium obsideri, Antiochiam properavit. Sed Saporio jam retrogresso, ipsum Homoousion

Homousion furiose semel evellens & Heterousium confirmans, synodum congregavit. Cum autem thronus Antiochiæ viduatus esset, Ariani pariter & orthodoxi Meletium Sebastiæ Armeniæ archiepiscopum elegerunt. Imperatore vero explicationem dicti hujus dominus ἔκτισέ με initium viarum suarum, ab episcopis seorsim flagitante, & plurimis ad eum impiis confluentibus, Meletius orthodoxe id exposuit, magnaque voce sacram trinitatem consubstantialem prædicavit. Cumque archidiaconus os ei obturasset, per digitos tamen divinam illam doctrinam prædicavit. Quod cum qui male sentiebant vidissent, Sabellismi eum accusatum in exilium egerunt: & Eudoxium cum Ario olim anathemate percussum ei substituerunt, a quo etiam Constantius ægrotans, baptizatus, vitam reliquit.

ALEXANDRINA, ATHANASII.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ τοίνυν Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης γενόμενος, τοὺς ὑπὸ Κωνσταντίου ἐξορισθέντας ἐπισκόπους, προσχήματι συμπαθείας ἀνεκαλέσατο. Ἀθανάσιος οὖν ὁ μακάριος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συναθροίσας τοὺς ἀφεθέντας ἐπισκόπους ἐκ τῶν ἀλύσεων, συνοδικῶς τὰ ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντα ἐκύρωσε, καὶ Ἀρειανικὴν ἀνεθεμάτισεν ἀθεότητα. Ἐπισκόπους δὲ τοὺς μέχρι τότε τῇ πλάνῃ ἐμμείναντας, μετανοοῦντας εἰς κοινωνίαν δεξάμενος, ἱερουργεῖν διεκέλευσεν.

IVLIANVS igitur apostata imperator factus, eos qui sub Constantio in exilium acti fuerant, episcopos, prætextu quodam compassionis revocavit. Athanasius ergo beatus convocatis Alexandriam, e vinculis jam dimissis episcopis, synodice ea, quæ Nicææ decreta fuerant, confirmavit, & Arianam impietatem anathemate notavit. Episcopos vero, qui eo usque in errore perseveraverant, sed jam resipiscebant, ad communionem receptos, sacris operari jussit.

ANTIOCHENA, MELETII.

ΟΜΟΙΩΣ δὲ καὶ Μελέτιος ὁ ἀοίδιμος, ἀναλαβὼν Εὐσέβιον καὶ Λουκίφερον, ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῖς Εὐσταθιανοῖς Παυλῖνον χειροτονήσαντα, καὶ πολλὰς καινοτομίας παραδεδωκότα τῷ ὑπ' αὐτοῦ διδασκομένῳ ποιμνίῳ, καὶ αὐτὸς θρόνον τὸν ἑαυτοῦ καταλαμβάνει, τὴν Ἀντιόχειαν. Ἐν ᾗ τοὺς ἐκ Συρίας καὶ Φοινίκης ἀρχιερεῖς συλλεξάμενος, τὰ ἐν Νικαίᾳ συνοδικῶς ἐκήρυξεν.

SIMILITER vero & celeberrimus Meletius, assumpto Eusebio & Lucifero, qui Antiochiæ Eustathianis Paulinum episcopum legerat, multaque nova instituta ovili, quod docebat, tradiderat: suum & ipse thronum recepit, Antiochiam. Vbi Syriæ & Phœnices episcopis congregatis, Nicæna decreta synodice confirmavit.

ALEXANDRINA, ATHANASII.

ΕΤΙ γε μὴν καὶ ὁ πολύαθλος Ἀθανάσιος τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀρχιερεῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ προσκαλεσάμενος, ἀναθεματίζει συνοδικῶς τὸν

A ἀνόμου Ἀπολιναρίου. καὶ τὴν σάρκα Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἔμψυχον, νοερὰν, λογικὴν, κατὰ τοὺς παλαιοὺς πατέρας, εὐσεβῶς ἀνεκήρυξε. καθ' ὃν χρόνον καὶ Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης ἐν Πέρσιδι ἀνῄρητο.

PRÆTEREA vero & victoriosus ille Athanasius, convocatis Alexandriam sibi subjectis episcopis amentem Apolinarium synodice
B anathemate notavit: & carnem Christi domini nostri, animatam, intelligentem, rationalem, secundum veteres patres pie pronunciavit: quo ipso tempore Iulianus apostata in Perside periit.

ALEXANDRINA ALIA, EIVSDEM.

Ὁ δὲ θεότατος Ἰουβιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ, ἀποστείλας εἰς Ἀλεξάνδρειαν Ἀθανασίῳ, τὸν ἀπαράλλακτον ὅρον τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἐζήτησεν. ὃς συναγαγὼν τοὺς λογάδας τῶν ἐπισκόπων Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, καὶ Λιβύης, ὅρον συνοδικὸν πλήρη ἀληθείας καὶ χάριτος, Ἰουβιανῷ τῷ φιλοχρίστῳ ἀπέστειλεν, οὐ μετὰ πολὺ ἐκ τῶν ἐπιγείων
C πρὸς τὰ οὐράνια μετελθόντι βασίλεια.

PIISSIMVS autem imperator Iovianus, missa Alexandriam ad Athanasium legatione immutabilem veræ orthodoxiæ definitionem quæsivit. Is igitur delectos Ægypti, Thebaidos, & Libyæ episcopos congregans, definitionem synodicam, gratia & veritate plenam, Ioviano Christi amanti misit: qui non multo post ex terrena regia ad cælestem transivit.

MEDIOLANENSIS, AMBROSII.

ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΥ τοίνυν τοῦ αὐτοκράτορος τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Οὐάλεντα, βασι-
D λέα τῶν Ῥωμαίων ἀναγορεύσαντος, καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπαίροντος, ἐν Μεδιολάνῳ συναθροίζεται σύνοδος· ὅπως Εὐδόξιον τὸν ἐκεῖσε καὶ γενόμενον ἐπίσκοπον Ἀρειανὸν καὶ Πνευματομάχον ὑπάρχοντα, καὶ μετὰ θάνατον ἀναθέματι καθυποβάλλῃ, τῷ πρέποντι θεόφρονα καὶ ποιμένα τῷ θρόνῳ ἐγκαθιδρύσειεν. Ἀρειανῶν τοιγαροῦν ἐπὶ τούτοις στασιαζόντων, Ἀμβρόσιος κατέλαβεν ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος ἀναστεῖλαι τὸν θόρυβον. τὸ δὲ ἄθροισμα τῶν ἑτεροδόξων αὐτὸν θεασάμενον, καὶ τῶν πιστῶν τὴν κραυγὴν ἀποστάμενον, ἐπίσκοπον ἀνηγόρευσεν. ὃν ἡ συνελθοῦσα θεία σύνοδος ἐπ' ὄψεσι τοῦ βασιλέως καταχοῦσα, ἐμύησε τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, καὶ χειροτονηθέντος αὐτοῦ, τοιοῦτον ὕμνον ὁ βασιλεὺς
E τῷ Θεῷ πάντων ἐπ' ὄψεσιν ἀνεπέμψατο· Χάρις σοὶ δέσποτα παντοκράτορ, καὶ σῶτερ ἡμέτερε· ὅτι τῷδε τῷ ἀνδρὶ ἐγὼ μὲν τὰ σώματα, σὺ δὲ τὰς ψυχὰς ἐνεχείρισας, καὶ τὰς ἐμὰς ψήφους δικαίας ἀπέφηνας.

CVM autem Valentinianus imperator fratrem Valentem Cæsarem Romanorum renunciasset, & Romam contendisset: Mediolani synodus congregata fuit, ut Eudoxius, qui illic Arianus & Pneumatomachus fuerat episcopus, etiam post mortem, debito anathemati subjiceretur, & recte sentiens alius pastor throno illi præficeretur. Arianis autem seditionem propterea moventibus, Ambrosius, qui urbi præfectus

esset, sedandi tumultus causa supervenit. Quem cum eorum, qui aliter sentiunt, turba aspexisset, & fidelium clamorem repulisset, episcopum eum, renunciavit. Quin & divina conveniens synodus, ipso inspectante imperatore eum comprehendens, sacro baptismate initiavit. Electo autem jam eo hujusmodi hymnum Deo imperator coram omnibus cecinit: Gratia tibi domine omnipotens & servator noster, quod cui ego viro corpora, tu animas commiseris, meumque de eo judicium justum esse declaraveris.

TYANENSIS, ORTHODOXA.

ΑΤΤΙΚΑ γοῦν οἱ τῆς ἀληθείας παῤῥησιασταὶ, πρὸς Οὐαλεντινιανὸν ἐποιήσαντο δέησιν, ἐν Τυάνοις ἀθροισθῆναι ὀρθόδοξον σύνοδον. ὡς ἂν τὰ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντα κυρώσειεν. ἐν ᾗ Γρηγόριος Ναζιανζοῦ τοῦ θεολόγου πατὴρ, καὶ ὁ Καισαρείας Καππαδοκίας ὑπῆρχεν Εὐσέβιος, ὁ Μελιτινῆς Ὀτρήϊος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐνθέου ζήλου ἀνάμεστοι. Ὁ πάπας τοίνυν Ῥώμης Λιβέριος πρὸς αὐτοὺς ὀρθοδοξίας τύπον ἀπέστειλε, καὶ χαρᾶς μεγίστης ἐνέπλησεν. Οὐάλης δὲ ὑπὸ Εὐδοξίου ἐν τῷ βαπτίζεσθαι ὅρκοις τὸν Ἀρειανισμὸν κρατύνειν διαβεβαιωσάμενος, τοὺς συνελθόντας ἐκεῖσεν ἀπέλυσεν.

CONFESTIM igitur, qui veritatem libere profitebantur, a Valentiniano petiverunt, ut Tyanis orthodoxa synodus congregaretur, quæ Nicææ decreta confirmaret. In ea Gregorius Nazianzenus, theologi pater, Eusebius Cæsareæ Cappadociæ, Otreius Melitenæ, episcopi, aliique multi divino zelo pleni, fuerunt. Liberius autem Romanus papa orthodoxiæ typum ad eos misit, maximoque eos implevit gaudio: Valens autem, qui cum ab Eudoxio baptizaretur, juramento confirmasset, se Arianismum defensurum, eos qui ibi convenerant dimisit.

CÆSARIENSIS CAPPADOCIÆ, BASILII.

ΜΕΤΑ ταῦτα τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας Καππαδοκίας τελειωθέντος, ὁ μέγας Βασίλειος ὑπὸ πάντων εἰς τὸν θρόνον ψηφίζεται· καὶ τοὺς ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀνακληθέντας προσκαλεσάμενος, τὸν Σαμοσατέα Εὐσέβιον, καὶ τὸν Σάρδεων Λουκίφερον, καὶ τὴν σὺν αὐτοῖς ὀρθόδοξον σύνοδον, ἀρχιερεὺς ὑπ᾽ αὐτῶν προχειρίζεται· καὶ ἀναθεματίζει Διάνιον τὸν αὐτοῦ πρὸ Εὐσεβίου ἐπίσκοπον, Ἀστέριον, Εὐνόμιον, καὶ Θεοφρόνιον, τοὺς Καππαδόκας.

POST hæc Eusebio Cęsareę Cappadocię mortuo, magnus ille Basilius ab omnibus throni illius suffragia accipit: & convocatis iis, qui in montanis degebant, Samosatense etiam Eusebio, & Sardensi Lucifero, & quę cum illis erat orthodoxa synodo, episcopus ab illis creatur: & Dianium, qui Cęsareę ante Eusebium episcopus fuerat, Asterium item, Eunomium & Theophronium Cappadocas anathemati subjicit.

** NICÆNA EADEM SYNODVS,

Ex epistola Photii P. CP. ad Michaelem Bulgariæ principem, seu libello de septem conciliis œcumenicis.

Η πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, τιή. καὶ τριακοσίων θείων ἀρχιερέων ὁμήγυρις τῆς ἀληθείας κρίσιν ἐνεχειρίζοντο, ὧν ἦσαν προέχοντες Ἀλέξανδρός τε ὁ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερατικὸν θρόνον λαχὼν διϊθύνειν ἀνὴρ βαθείᾳ μὲν πολιᾷ, παραπλησίῳ δὲ φρονήματι συμμηνυόμενος, βίου δὲ λαμπρότητι καὶ ὁσιότητι, γνώμης καὶ πίστεως ἀκριβείᾳ τὴν εἰς τὸ θεῖον παῤῥησίαν πολλὴν οἰκειούμενος, καὶ δὴ καὶ Σίλβεστρος καὶ Ἰούλιος τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπίσημοί τε καὶ διαβόητοι πρόεδροι. αὐτῶν μὲν οὐδέτερος παραγεγονὼς, Βίτωνα δὲ καὶ Βικέντιον ἑκάτερος ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ κατὰ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερατείας χρόνον τῇ κοινῇ παρεῖναι συνελεύσει προβαλλόμενος, ἀνθρώπους ἀρετὴν τιμῶντας, καὶ εἰς τὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἀξίωμα παραγγέλλοντας· οἷς καὶ ὁ Κορδούβης ἐπίσκοπος συνετέτακτο, ὃς κατὰ τοὺς ἑλληνικοὺς διωγμοὺς τὴν κλῆσιν ἐπαληθεύουσαν ἔδειξεν. Ὅσιος γὰρ ὀνομαζόμενος ἀβέβηλον αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν τῆς εἰδωλολατρείας διετήρησεν. ὁ μέντοι Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος αὐτός τε παρῆν ἱεροῖς ἐνδιαπρέπων κατορθώμασιν. ἦγε δὲ συναγωνιστὴν ἑαυτῷ καὶ Ἀθανάσιον, ὃς τότε μὲν τοῦ τάγματος τῶν διακόνων ἡγεῖτο, μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου κατέστη διάδοχος. ναὶ δὴ καὶ ὁ κλεινὸς Εὐστάθιος συμπαρῆν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὸ ἐγκαλλώπισμα, πίστεως μὲν ἐναστράπτων καθαρότητι, λόγων δὲ καὶ νοημάτων φρεσωύῃ θαυμαζόμενος. μεθ᾽ ὧν καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Μακάριος, πολλαῖς ἰδέαις ἀρετῶν ἐνευθυνούμενος, ἄλλοι τε πλεῖστοι ἀποστολικοῖς χαρίσμασι καὶ μαρτυρικοῖς πάθεσι διαλάμποντες, ὧν Παφνούτιος καὶ Σπυρίδων, Ἰάκωβός τε καὶ Μάξιμος ἀγαθοῦ καὶ θαυμασίου συστήματος ἀγαθοὶ καὶ θαυμάσιοι προστάται ἐγνωρίζοντο. ἐφ᾽ οἷς ἅπασι καὶ ὁ μέγας ἐξάγισος Κωνσταντῖνος τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς διϊθύνων τὰ σκῆπτρα διέπρεπεν τήν τε σύνοδον ἀθροΐζων, καὶ λαμπροτέραν τῇ παρουσίᾳ ἀπεργαζόμενος. ἀλλ᾽ ἐκ τοσούτων μὲν καὶ τοιούτων ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος συνίστατο σύλλογος. Ἄρειόν τινα νεωτεροποιὸν δυσσεβείας δίκας εἰσπραττόμενοι, καὶ τὸ ἀποστολικὸν καὶ θεῖον κρατύναντες κήρυγμα. ἦν δὲ οὗτος ὁ δείλαιος ἕλκων μὲν τὸ γένος ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου, εἰς κλῆρον δὲ καταλεγεὶς τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας καὶ εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν ἀνελθὼν, πρότερον μὲν κατὰ τοῦ ἰδίου ποιμένος ὑπερήφανον ἀνέλαβε φρόνημα, ἐκεῖθεν δὲ κατὰ τοῦ κοινοῦ ποιμένος καὶ δεσπότου παρέτεινε τὴν ἀπόνοιαν. τὸν γὰρ υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, ὢ τολμηρᾶς ἐκείνης καὶ γλώττης καὶ διανοίας; εἰς κτίσμα καὶ ποίημα κατεβίβαζεν. οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἐθέλων, κοινὸν ὑπάρχον πᾶσι καὶ αὐτοδίδακτον ὁμολόγημα, ὡς ἅπας υἱὸς τῆς αὐτῆς ἐστι τῷ γεγεννηκότι καὶ οὐσίας καὶ φύσεως, καὶ ὁ τὸν υἱὸν τάττων ἐν κτίσμασι, καὶ τὸν πατέρα δημιουργικῆς οὐσίας καὶ ἀϊδίου φύσεως ὁμολογῶν τῆς αὐτῆς εἶναι καὶ τὸν υἱὸν συνωμολόγησε. ποῦ δὲ ἂν εἴη τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος, ἄλλης μὲν οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἑτέρας δὲ τοῦ υἱοῦ χρηματίζοντες; πῶς δὲ οὐ τῆς ἑλληνικῆς πλάνης ἀνακύψει τὸ πολύθεον, εἰς ἐλάττω καὶ μείζω οὐσίαν τεμνομένης τῆς θεότητος, καὶ τῆς μὲν εἰς πρῶτον καὶ δημιουργὸν καὶ πρεσβύτερον Θεὸν ἀφοριζομένης, τῆς δὲ εἰς δεύτερον Θεὸν διακρινομένης καὶ ὑπουρ-

ὑπουργὸν, καὶ νεώτερον; ταῦτα γὰρ τὰ τῆς Ἀρείου πονηρᾶς ἀρορᾶς τὰ γεννήματα· ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὡς χείλη βλάσφημα κατὰ τοῦ πεποιηκότος ὁπλισάμενον τῆς ἱερωσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσε σύλλογος, τὴν δὲ δυσσεβεστάτην καὶ θεόμαχον αὐτοῦ αἵρεσιν τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν. ὁμούσιον καὶ ὁμοφυῆ καὶ συναΐδιον τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ τῷ γεγεννηκότι πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος, ὡς οἱ θεῖοι χρησμοὶ, καὶ τῆς εὐσεβείας τὰ κοινὰ δόγματα ἱερολογήσαντες διετράνωσαν, καλῶς εἰδότες, ὅτι ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τὴν τριαδικὴν μοναρχίαν καὶ κυριότητα ἰουδαϊκόν ἐστι καὶ μισόχριστον, οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους φύσεις τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἑνιαίαν θεότητα, ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ πολύθεον. ἀλλὰ ἐν τούτοις μὲν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ πρώτη.

PRIMVM & œcumenicum ſanctum concilium, in Nicęa Bithyniæ celebratum eſt. In quo trecentorum decem & octo divinorum epiſcoporum congregatio veritatis judicium ſuſcepit. Quibus præerat & Alexander, qui ſedem Conſtantinopolitanam obtinebat, vir cum ſenectute, tum prudentia gravis, viteque ſplendore, ac ſummo pietatis fideique ſtudio, & magna divinis in rebus loquendi libertate inſignis : & Silveſter & Iulius illuſtres ac celebres ecclesię Romanę pontifices. Quorum tamen neuter interfuit : Sed Bitonem & Vicentium nomine ſuo, uterque pontificatus ſui tempore communi congreſſui adeſſe voluerunt, homines virtute & presbyterii dignitate præſtantes. Cum his conjunctus erat Cordubenſis epiſcopus, qui in ethnicorum perſecutionibus nomen ſuum reipſa verum eſſe demonſtravit. Cum enim Oſius appellaretur, confeſſionem ſuam ab idolorum cultu puram, integramque ſervavit. Præterea Alexander archiepiſcopus Alexandriæ, ſacris officiis exornatus, qui ſecum etiam comitem duxit Athanaſium. Diaconorum tunc quidem Athanaſius ordini pręerat, haud multo poſt autem illi ſucceſſit etiam in archiepiſcopali ſede. Aderat & præclarum Antiochenæ eccleſię decus Euſtathius, qui cum fidei puritate fulgebat, tum verborum ac ſententiarum modeſtia erat admirabilis. Macarius item Hieroſolymorum epiſcopus, multis virtutum generibus approbatus, & complures alii gratiis apoſtolicis, & martyrii cruciatibus, illuſtres : inter quos Paphnutius & Spyridon, Iacobus & Maximus, boni admirandique cœtus boni admirabileſque ſocii, atque præfecti. In quibus omnibus magnus & admiratione dignus Conſtantinus Romani imperii moderator excellebat, qui & concilium congregandum curaverat, & illud præſentia ſua clarius efficiebat. Ex tot igitur ac talibus viris ſacer ille cœtus conſtabat. Coactus autem erat, ut Arium quemdam rerum novarum ſtudioſum, impietatis condemnaret & apoſtolicam atque divinam prędicationem confirmaret. Erat infelix iſte, oriundus ex Alexandria, & in clerum electus illius eccleſiæ ac presbyteri gradum aſcenderat. Primum adverſus paſtorem ſuum ſuperbam mentem extulerat, deinde contra communem paſtorem & dominum furorem exercuit ſuum. Filium enim ac verbum Dei (o temeraria lingua atque mens) in rerum quę creatæ factęque ſunt, numerum redi-

A gere conabatur : nec illud quod omnibus commune eſt & per ſe cognitum volebat conſiderare, nempe filios omnes eamdem eſſentiam habere atque naturam, quam patres habent, ex eoque fieri ut filium creatum diceret, patrem quoque creatum pronunciaret. Quemadmodum qui patrem eſſentię mundi effectricis, atque naturæ cognoſcit eſſe ſempiternę ejuſdem quoque filium confitetur. Præterea ubi filii proprietas eſſet, ſi aliam pater, filius aliam haberet eſſentiam ? Quid ? Nonne gentium error confirmaretur, ſi divinitas in majorem minoremque naturam ita diſſecta eſſet, ut illa primo Deo mundique opifici & ſeniori, hęc autem ſecundo, & miniſtro atque juniori Deo tribueretur ? Hæc ex improba Arii ſemente proficiſcuntur. Sed nefariam B atque impiam iſtius, qui maledicam in procreatorem linguam armaverat, ſacer ille pontificum cœtus hæreſim patefecit, anathemateque damnavit declarans ejuſdem eſſentiæ ejuſdemque naturæ & ſempiternum filium ac Verbum Dei cum ipſius genitore & eamdem habere poteſtatem, atque idem imperium, quemadmodum divina oracula & pii ſacrique ſcriptores tradiderunt. Neque enim ignorabant, ut trinam monarchiam & principatum in una perſona concludere Iudaicum eſt & odio Chriſtum proſequentium, ita omni eſſentia, naturaque præſtantiorem & ſingularem divinitatem in naturas impa- C res & inæquales diſſecare, aliarum gentium eſſe, quæ deorum multitudinem colunt. Atque ita quidem ſe habet ſanctum & œcumenicum primum concilium.

''** EADEM SYNODVS EX NILI RHODI *metropolitæ enarratione ſynoptica, ſeu libello de œcumenicis ſynodis.*

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τιη΄. θεοφόρων πατέρων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ ἰσαποστόλου Κωνσταντίνου κατὰ τοῦ ἄφρονος Ἀρείου πρεσβυτέρου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκ- D κλησίας. ἡγεῖτο δὲ τῆς συνόδου Σίλβεστρος Ῥώμης, Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, καὶ Μακάριος Ἱεροσολύμων. γέγονε δὲ κατὰ τὸ ͵εωιε΄. ἔτος ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τῷ ἀπὸ Χριστοῦ κατὰ τὸ τιη΄. ἀπὸ τῆς πρώτης συνόδου ἕως τῆς δευτέρας ἔτη νδ΄. ἡμεῖς ὡς παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν, ὅτι οὐ κτίσμα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλ᾽ ὁ ὢν ἐπὶ πάντα Θεὸς εὐλογητὸς κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν καὶ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα· καὶ τὸν μὴ οὕτω φρονοῦντα ἀναθεματίζομεν.

E

SANCTA & œcumenica prima ſynodus Nicææ congregata trecentorum octodecim patrum piorum imperante magno imperatore & apoſtolis æquali Conſtantino adverſus dementem Arium Alexandrinę eccleſiæ presbyterum. Præerant ſynodo Silveſter Romę, Alexander Alexandriæ, Euſtathius Antiochiæ, & Macarius Hieroſolymorum epiſcopi. Habita eſt autem anno 5815. a creatione mundi, Chriſti 318. A prima ſynodo uſque ad ſecundam ſunt anni 54. Nos ut accepimus ſic credimus, nempe domi-

num nostrum Iesum Christum esse, non creatu- A ram, sed Deum super omnia benedictum, secundum apostoli vocem, & consubstantialem Deo Patrique suo ac Spiritui sancto secundum divinitatem suam, & quisquis aliter sentit, eum anathematizamus.˛

″** EADEM EX ANONYMO DE VI. SYN.

ΧΡΗ γινώσκειν ὅτι ϛʹ. εἰσὶν αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι. καὶ ἡ μὲν αʹ. γέγονεν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ Σιλβέστρου πάππα Ῥώμης, καὶ Ἀλεξάνδρου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. ὑπῆρχον δὲ οἱ ἅγιοι πατέρες τριακόσιοι B ιηʹ. συνῆλθον δὲ κατὰ Ἀρείου τοῦ ματαιόφρονος πρεσβυτέρου, γενομένου μὲν τῆς ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας, βλασφημοῦντος δὲ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. κτίσμα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν ὁ δυσσεβής, καὶ οὐχ ὁμούσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ὅθεν τοῦτον ὡς ἐχθρὸν τῆς ἀληθείας ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ ἀναθεματίσαντες ἀπεβάλοντο. τὴν δὲ ὀρθόδοξον πίστιν ἐκράτυναν, ὁμούσιον τῷ πατρὶ κηρύξαντες, κτίστην δὲ τῶν ἁπάντων, καὶ οὐ κτίσμα, ἀλλὰ θεὸν ἀληθινόν, καθὼς καὶ τὸ σύμβολον περιέχει τῆς πίστεως. ὅπερ αὐτὸ τῇ ἐμπνεύσει τοῦ ἁγίου πνεύματος C ὑπηγόρευσαν.

SCIENDUM est esse sex sanctas & œcumenicas synodos. Et prima quidem habita est Nicææ sub imperatore nostro Constantino magno, & sanctis annumerando, & sub Silvestro papa Romę, & Alexandro patriarcha Constantinopolis. Intererant sancti patres trecenti octodecim. Congregati sunt autem adversus Arium dementem, qui fuerat quidem presbyter ecclesiæ Alexandrinæ: blasphemabat autem adversus filium Dei dominum nostrum Iesum Christum. Creaturam enim illum esse dicebat impius ille, non autem consubstantialem Deo & Patri. Quapropter illum veritatis inimicum, cum suffragatoribus suis anathematizantes ejecerunt. Orthodoxam vero fidem confirmarunt, consubstantialem Patri prædicantes, creatorem omnium, non inquam, creaturam, sed verum Deum, prout & tradit fidei symbolum, quod inspirante Spiritu sancto conscripserunt.

B OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Eadem ferme habet, sive idem, sive alter Anonymus, qui de septem synodis œcumenicis breviaria scripsit, edita G. & L. interprete Abrahamo Sculteto typis Commelinianis infolio anno 1604. post Gelasii Cyziceni ep. historiam actorum concilii Nicæni: Græce autem dumtaxat ab Elia Ehingero anno 1614. ex codice MS. bibliothecæ Augustanæ. Consulenda quoque nostri Michaelis Glycæ Græco-Latina historia pag. 270. editionis Regio-Lupareæ anni 1660. in-folio, versus Michaelis Pselli de synodis generalibus, Theophanis chronographia, S. Nicephori patr. CP. excerpta ex Antirrheticis, similesque epitomatistæ, ut omittam Euthymium patr. Alexandrinum in annalibus Arabice editis, somniantem post annum & duos menses Nicęæ convenisse bis mille quadraginta octo episcopos sententiis & religionibus inter se discrepantes, &c. Acta Metrophanis atque Alexandri tmemate 256. bibliothecæ μυριοβίβλου C patriarchæ Photii, qui lectorem monet, in iis quædam contra atque ab aliis narrata sunt reperiri; orationem Gregorii cujusdam Cæsariensis in Cappadocia sequioris ævi presbyteri in SS. trecentos decem & octo patres & Constantinum imperatorem; aliosque ejusdem salivæ scriptores, qui in multis recedunt ab antiquis probatę fidei tractatoribus Eusebio, Ruffino, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Gelasio, &c. ideoque vix momenti ullius esse debent apud veritatis ecclesiasticæ sedulos investigatores.

ANNO CHRISTI 325.

IN GELASII CYZICENI HISTORIAM
ADMONITIO AD LECTOREM
EX ROMANA EDITIONE ″.

″ Conciliorum generalium G & L. an. 1608. tomis 4. in-folio.

PENE consilium fuerat hanc synodi Nicęnę historiam, (quę alioqui suo loco inter cetera ejusdem synodi collectanea reponi debuisset) penitus omittere: quod etsi in urbe non de- D erant varia ejus exemplaria, ut Vaticanum, ex quo magnam Nicæni concilii sui partem excerpsit Alfonsus Pisanus, & Sfortianum, quod olim fuit Bessarionis cardinalis, atque alia in aliis bibliothecis; omnia tamen auctoris nomine carebant, & incerti auctoris opus in lucem dare non placebat. Illud quoque accedebat, quod non pauca in hac historia leguntur, quę meliorum scriptorum sententiis cum repugnent, illam falsitatis coarguere videantur. Initio enim operis auctor affirmat, Arianos concilii Nicæni tempore non solum contra Filium Dei, sed E etiam contra Spiritum sanctum blasphemasse: & in libro secundo introducit disputationes de divinitate Spiritus sancti in eodem concilio cum philosophis habitas. At id repugnare videtur verbis Epiphanii hęresi septuagesima quarta, quę est Pneumatomachorum, qui in fine sic ait: Non fuit tunc (id est, tempore Niceni concilii) de Spiritu sancto quæstio: item verbis sancti Basilii in epistola septuagesima octava, quę fidei Nicænæ confessionem continet: Spiritus sancti ratio, inquit, in transcursu posita est, nulla diligentia digna judicata, propterea quod nondum mota esset hęc quæstio, sed sententia de ipso in animis credentium nullas adhuc insidias sustinuisset. Pręterea idem historiæ hujus auctor libro secundo, capite primo, Eusebium Cæsariensem ab Arianismi suspicione diligenter purgare nititur, cum tamen sanctus Athanasius librum integrum scripserit de decretis Nicænæ synodi adversus Eusebium Cæsariensem Arianum, & sanctus Hieronymus libro secundo apologiæ adversus Rufinum, eumdem Eusebium modo non catholicum, modo Arianum, aliquando etiam principem Arianorum nominaverit. Denique (ut alia leviora sileantur, hic ipse auctor libri secundi capite trigesimo secundo scribit synodum

ANNO CHRISTI 325.

nodum Nicænam prohibere voluisse, ne episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi cum uxoribus, quas antea cum laici essent, duxissent, consuetudinem habere possent: obsistente autem Paphnutio, nihil de hac re decretum fuisse, & uniuscujusque arbitrio relictum, si ab eis abstinere vellent. Sed hoc esse manifestum figmentum, a veritate prorsus alienum, facile deprehenditur ex sancto Epiphanio, qui paulo post celebratum Nicęnum concilium scribens disertis verbis affirmavit hæresi quinquagesima nona, quę est catharorum, sacris canonibus adversari quod episcopus, presbyter, aut diaconus, ex uxore liberos gignat. Sanctus etiam Ambrosius B & sanctus Hieronymus Epiphanii ęquales, ille in libro primo de officiis capite ultimo, iste in libro adversus Vigilantium, scribunt non licere in occidente, neque in oriente ad sacrum ministerium assumi nisi virgines, aut continentes aut qui, si uxores habeant, mariti esse desistant. Quod idem in conciliis paulo post Nicęnum celebratis, ut in Arelatensi secundo canone secundo, & in secundo Carthaginensi, canone secundo, confirmatum legimus. Quid, quod in ipsa Nicęna synodo extat canon tertius, quo cavetur, ne ulli episcopo, vel presbytero, vel diacono liceat fęminam aliquam domi retinere, pręter matrem, sororem, vel amitam? quo canone satis aperte excluditur uxor, quę primo loco nominanda fuerat, si vera essent quę in hoc libro dicuntur. Sed nimirum auctor, non in actis concilii hanc historiam reperit, sed a Socrate libro primo capite octavo, vel a Sozomeno libro primo capite vigesimo secundo, qui primi eam tradiderunt, desumptam, in hac sua collectione inseruit. Quemadmodum autem nonnulla in ea legimus a concilio Nicęno aliena, si veteribus patribus credimus, sic etiam contra multa desunt, quę ex eorumdem patrum sententia in actis ejusdem extare deberent. Testantur enim sanctus Athanasius in oratione prima adversus Arianos, & Theodoretus libro primo historiarum capite octavo, Arii scripta & epistolam D Eusebii Nicomediensis lecta fuisse in synodo Nicæna. Testatur quoque Iulius pontifex Romanus in epistola quæ extat apud Athanasium in apologia secunda, in concilio Nicæno examinata fuisse acta synodi Alexandrinę. At horum omnium in hac historia nulla mentio habetur. Nihilominus tamen, cum ex Photii testimonio, cujus bibliotheca paulo ante in lucem prodiit, satis constet hujus operis auctorem fuisse Gelasium Cyzicenum, & ejus etiam nomine Græce & Latine jam" editum sit, atque in eo nonnulla habeantur, quę multis rebus usui esse possunt, ac pręterea veteres scriptores (quorum verba mox subjicientur) illius mentionem faciant tamquam actorum concilii Nicæni: ne a quopiam fortasse desideretur, ad calcem hujus tomi" adjiciendum censuimus.

"a Roberto Balforeo Scoto Parisiis an. 1600 in-octavo, typis Frederici Morelli & ann. 1604. in-folio in Cōmeliniano bibliopolio.

"De editione Romana GL. anni 1608. intellige.

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM de his libris & eorum auctore testimonia.

Φώτιος πατριάρχης ΚΠ. ἐν βιβλιοθήκῃ.

κεφ. ιε'. Ἀνεγνώσθη καὶ πρακτικὸν τῆς πρώτης συνόδου ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίου δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν· οὐ μᾶλλον ὑπάρχον πρακτικὸν, ἢ ἱστορικόν. εὐτελὴς δὲ καὶ ταπεινὸς τὴν φράσιν. A πλήν γε λεπτομερῶς διέξεισι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ.

ANNO CHRISTI 325. κεφ. πη'.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, ὡς ἐν ἱστορίας τύπῳ, τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα. τόμοι δὲ τοῦ βιβλίου τρεῖς. λέγει δὲ, τὸν μὲν Ὅσιον τὸν Κορδύβης, καὶ Βίτωνα καὶ Βικέντιον Ῥωμαϊκοὺς ἱερέας, ἐκ προσώπου Σιλβέστρου τοῦ Ῥώμης παρεῖναι· Εὐστάθιον δὲ τὸν Ἀντιοχείας, αὐτὸν ἐκεῖνον. Ἀλέξανδρον δὲ, ὃς τὸ τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχεν, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρεῖναι. ἐκεῖνος γὰρ ἐκωλύετο βαθυτάτῳ γήρᾳ. ἐν ἄλλῳ μέν τοι ἔχοντι τὰ αὐτὰ, Γελασίου τοῦ ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, εὗρον τὸ βιβλίον ἐπιγραφόμενον, καὶ ἀπάρχεται δὲ οὕτω· τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος. φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς οὗτος ἐπὶ Βασιλίσκου, ὃς ἐκβαλὼν Ζήνωνα ἐτυράννησεν, ἀκμάζειν.

Photius patriarcha CP. in bibliotheca.

Lecta sunt primæ synodi acta, tribus comprehensa libris. Gelasii titulum opus præfert. nec tam acta sunt, quam historia. Sermo simplex & humilis: ceterum minima quæque in synodo gesta narrat. Cap. 15.

Legimus historiæ forma res in Nicæna synodo gestas. liber autem divisus est in tres partes. Refert auctor* Osium Cordubæ episcopum, & Bitonem atque Vincentium Romanos sacerdotes Silvestri Romani pontificis legatos adfuisse. Eustathium autem Antiochenum patriarcham per seipsum: Alexandrum vero presbyterum, Metrophanis Constantinopolitani legatum. neque enim hic ætate confectus adesse poterat. In alio tamen exemplari, quo eadem prorsus continebantur, hunc titulum libro inscriptum reperi: Gelasii Cæsareæ Palæstinæ episcopi. Operis autem D ipsius principium ejusmodi est: Quæ in prima & magna & universali episcoporum synodo ex omnibus, ut sic dicam, Romani orbis provinciis, ipsaque adeo Perside congregata, &c. Affirmat hic scriptor * se sub Basilisco, qui Zenone pulso tyrannidem occupavit, vixisse. C

Cap. 88. * lib. 2. c. 5. * in Pręfat.

Νικήτας Χωνιάτης ἐν πανοπλίᾳ δογματικῇ.

Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, ἀπεῖναί φησι τὸν Κωνσταντινουπόλεως διὰ γῆρας· οὐ δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τούτου ὄνομα· ἀντ' αὐτοῦ δὲ παρεῖναι πρεσβυτέρους. τὰ δέ γε πρακτικὰ τῆς συνόδου διαλαμβάνουσι Μητροφάνη μὲν εἶναι Κωνσταντινουπόλεως E ἐπίσκοπον, διὰ δὲ βαθὺ γῆρας μὴ συνεδρεῦσαι τῇ συνόδῳ, ἀλλὰ πληρῶσαι ἐκείνου τόπον Ἀλέξανδρον. ὃς πρεσβύτερος ὢν, καὶ τοῖς συνοδικοῖς τότε πρὸς τὰ τῆς Εὐρώπης μέρη διηκονήσατο γράμμασι.

Nicetas Choniates de orthodoxa fide lib. 5. c. 6.

Eusebius Pamphili lib. 3. de vita Constantini imperatoris, Constantinopolitanum quidem pontificem à synodo Nicæna abfuisse scribit propter senium; at nomen ejus supprimit: cujus lo-

ANNO CHRISTI 325.

co presbyteri quidam comparuerint. At vero ex *synodi actis constat Metrophanem Constantinopoleos id temporis episcopum fuisse, qui decrepitam ob ætatem in synodo considere non potuerit: cujus tamen vicem Alexander suppleverit presbyter, cujus ministerio synodicæ literæ in Europam transmittebantur.

*lib. 2. c. 5.

Ἰωάννης ὁ Κυπαρισσιώτης δεκάδος γʹ. κεφ. δʹ.

Ἐν τῇ ἁγίᾳ πρώτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ἀπὸ τῆς δι' Εὐσεβίου τῶν πατέρων ἀποκρίσεως πρὸς τὸν φιλόσοφον, φασί. νοητέον οὖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κύριος, ὁ κτίσας τὴν λογικὴν σοφίαν εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἣν ηὐτρέπισε τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ αὐτοῦ.

Ioannes Cyparissiota decadis 3. cap. 4.

In prima & œcumenica synodo, ex responsione patrum ad philosophum, quam Eusebius reddidit.* Advertendum, inquiunt, est hunc esse dominum, qui sapientiam ratiocinantem creavit principium viarum suarum, quam præparavit homini ad imaginem suam a se creato.

*Lib. 2. c. 18

Ὁ αὐτὸς δεκάδος ιʹ. κεφ. βʹ.

Ἀπὸ τῆς πρὸς Φαίδωνα τὸν φιλόσοφον διαλέξεως, ἐκ τῆς πρώτης συνόδου. ἡ δὲ καθολικὴ πίστις μίαν μόνην οἶδε θεότητα, καὶ ταύτην πρεσβεύει, πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· παρ' ἣν οὐ λογισθήσεται ἑτέρα.

Idem decadis 10. cap. 2.

Ex disputatione contra Phædonem philosophum, quæ est in prima synodo. * Fides, inquit, catholica unam solam divinitatem novit, & hanc colit, Patris, Filii, & Spiritus sancti. præter hanc non reputabitur altera.

*lib 2. c. 22.

DE " TEMPORE QUO CELEBRATUM fuit concilium Nicænum.

" Ex eadem Romana editione an. 1608.

CONCILIUM Nicænum sub papa Silvestro celebratum fuisse, & [a] Latinæ subscriptiones canonum & omnium veterum, qui de ea re scripserunt, monumenta vel affirmant, vel significant, uno excepto [b] Sozomeni depravato loco, quem Cassiodorus historiæ tripartitæ concinnator, & alii recentiores secuti sunt. Inde orta est de tempore concilii Nicæni ingens apud posteros controversia, aliis calculum subscriptionum Latinarum & auctoritatem Eusebii, Hieronymi, Socratis, Theodoreti & Gelasii Cyziceni, qui omnes illud vel diserte vel tacite ad Silvestri ætatem referunt, proponentibus: aliis Sozomenum, qui contra omnium vel majorum vel æqualium suorum fidem, ipsum ad Iulii pontificatum mendose deprimit, opponentibus. [c] Photius ut utramque partem conciliet, & Sozomenum cum Gelasio Cyziceno in concordiam reducat, sub Silvestro inceptum, sub Iulio absolutum statuit. Hæretici nostri sæculi (quorum in omnibus studium est officere Romanę ecclesię, quæ ut antiquiorem, ita saniorem sententiam tuetur) Sozomeni corruptum locum abripiunt, & sub Iulio celebratum fuisse importune contendunt. Quod falso fundamento niti, mendumque manifestum in Sozomeni scriptione esse, vel ex marginali annotatione, quæ in textum irrepserit, vel ex voce παλιός, id est senex, canus, venerandus, quę vitio scribæ in Ιούλιος evaserit, sic ex Sozomeno ipso demonstratur. Primum, causa quam prætexit Sozomenus, cur concilio Nicęno non interfuerit Romanus pontifex, decrepitam scilicet senectutem, in Iulium cadere nullo modo potest, qui juxta Socratem & Sozomenum ipsum usque ad triginta fere annos post concilium Nicęnum ętatem produxit. Tradit enim [d] Socrates, atque ex ipso [e] Sozomenus, Constantium post tyrannos Magnentium, Silvanum & Gallum cęsos, Sirmio Romam ad triumphandum profectum, ac eodem tempore concilium in Italia convocasse, dumque ad illud episcopi iter pararent, Iulium episcopum Romanum e vivis excessisse. Magnentius autem cæsus fuit, juxta [f] Sozomenum, sub sexto consulatu Constantii, & secundo Galli, qui annus a concilio Nicæno XXVIII. numeratur: Gallus vero juxta eumdem [g] Sozomenum, sub septimo consulatu Constantii, & tertio suiipsius, qui annus est XXIX. a concilio: & Silvanus, teste [h] Ammiano Marcellino, post Gallum. Qui ergo fieri potuit, ut qui ecclesiam Romanam, secundum Sozomenum, trigesimo fere post concilium Nicænum anno regebat, ob graviorem ætatem concilio Nicæno adesse nequiverit? Præterea, Iulii pontificatum fuisse viginti quinque annorum scribit [i] Sozomenus, idque etiam mendose, ι in κ verso, ut constat ex [k] Socrate, unde Sozomenus illa omnia fere de verbo ad verbum expressit, qui solos quindecim annos Iulio tribuit. Sed concedamus Iulium annis viginti quinque ecclesiam rexisse: quomodo potuit qui viginti quinque annis in sede vixit, & obiit trigesimo fere post concilium Nicænum anno, tempore concilii Nicæni pontificatum tenuisse? Adde [l] Sozomeni ἐπογχὼ qui in prolegomenis concilii Nicæni, ut exordium historiæ suæ temporis nota signaret, sic prælocutus est: Crispo & Constantino Cæsaribus consulibus, Romanæ ecclesiæ antistes fuit Silvester. Fuisse autem tum consulatum Crispi & Constantini tertium, idem [m] Sozomenus ita in præfatione operis sui attestatur: Sum vero historiam exorsus a Crispo & Constantino Cęsaribus jam tertium consulibus. Atqui tertius consulatus Crispi & Constantini, qui annus Christi CCCXXIV. fuit, immediate præcessit consulatum Paulini & Iuliani, id est, annum Christi CCCXXV. sub quo celebrata est synodus Nicæna, auctore [n] Socrate, & [o] Sozomeno ipso, qui exitum concilii in principium vicennalium Constantini incidisse affirmat. Quomodo ergo dici potest, legatos ecclesiæ Romanæ in Synodo Nicæna missos fuisse a Iulio, quos ob locorum intervalla multo ante concilium destinatos oportuit, cum finis consulatus Crispi & Constantini vix quatuor mensibus concilium Nicænum mense [p] Maio anni sequentis celebratum anteverterit, & Marcus Romanus pontifex, eodem Sozomeno, ut mox videbitur, teste, inter Silvestrum & Iulium medius intercesserit? Accedit etiam querela Iulii, ut [q] Sozomenus ipse refert, apud episcopos orientales, quod eum ad synodum Antiochenam non vocassent. Hoc autem ut stare potest cum excusatione senectutis, ob quam non adfuit concilio Nicæno, quod sedecim annis Antiocheno illo antiquius fuit? Imo quare Iulio senectutis causam prætexuit Sozomenus, cur a concilio Nicæno abfuerit, non autem eam multo magis

a Euseb. in chron. ubi pro 22. male scriptū 2. Hieron. in chro. Socr. lib 2. c. 27. Theod. hist. eccl. l. 1. c. 3. Gelas. Cyzic. lib. 1.
b Sozo. hist eccl. lib. 1. cap 16.
c Phot. ep. ad Mich. Bulg.
" supra pag. 101. C.
d Socr. hist. eccl. lib. 2. cap. 27.
e Socr. hist. eccl. lib. 4. cap. 7.
f Soz. ibid. c. 6.
g Soz. ibid.
h Ammian. Marcel. l. 15.
i Soz. ib. c. 7.
k Socr. ibid.
l Soz. lib. 1. c. 2.
m Sozo. in præf.
n Socr. l. 1. c. 9.
o Sozo. l. 1. c. 25.
p Socr. l. 1. c. 9.
q Soz. l. 3. c. 9.

ANNO CHRISTI 325.

magis attulit, cur ad concilium Sardicense, quod A duobus & viginti annis posterius Niceno fuit, non profectus sit, sed tantum per legatos ei interfuerit? Sed quid argumentis opus est, cum extet apud Sozomenum ipsum locus expressus, qui uno ictu hanc difficultatem evacuat, disertisque verbis profitetur, Iulium longo post concilium Nicænum intervallo, & circa tempora conciliabuli Antiocheni adversus Eustathium (qui in concilio Nicæno episcopus Antiochenus fuerat) celebrati, in pontificem Romanum electum fuisse, atque ideo nunquam Sozomeno in mentem venire potuisse, ut concilium Nicænum sub Iulio collocaret? Ipse enim Sozomenus, qui lib. I. cap. XVI. asserit Romanum pontificem ob pondus ætatis concilio Nicæno non B adfuisse, quique ultimo capite ejusdem primi libri universam concilii Nicæni historiam omnino absolvit, præfixa fronti secundi libri hac clausula: Hactenus finem habuere quæ in Nicæa gesta sunt: ac deinde toto secundo libro ad ea descendit narranda, quæ sub reliquo Constantini imperio contigerunt: is, inquam, ipse Sozomenus, postquam rebus concilii Nicæni finem imposuit, per integra priora secundi libri septemdecim capita percurrit ea, quæ inter concilium Nicænum, & Antiochenum in causa Eustathii celebratum, intercesserunt; & demum XVIII. capite, Antiocheni concilii celebrationem, Eustathii abdicationem, & Euphronii subrogationem descripsit: tandem deveniens ad XIX. libri secundi caput, affirmat sub id tempus, Silvestro mortuo, ac in ejus locum ad breve spatium, id est secundum[r] Hieronymum, menses octo, suffecto Marco, Iulium in sedem Romanam evectum fuisse. verba eius sunt:[f] Per id tempus cum Marcus post Silvestrum ad exiguum tempus episcopatum Romanum gessisset, Iulius in illam sedem successit: in sedem autem Hierosolymitanam post Macarium, Maximus. Hæc non advertisse Bedam & ceteros Latinos scriptores, qui pene Cassiodori vestigiis institerunt, minor culpa est: non enim extabat apud eos integrum Sozomeni exemplar, ubi hic locus habetur, sed tantum tesserulæ quædam in illo historiæ tripartitæ vermiculato opere insertæ. At novos istos censores & integro Sozomeni exemplari fretos, & adeo oculatos, ut sibi nihil non videre videantur, quis excusare poterit? Sed de his hactenus.

PRÆFATIO

r Hieron. in chr.

f Sozo. l. 2. c. 19.

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ[a]

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ἁγίαν σύνοδον πραχθέντων.

GELASII CYZICENI COMMENTARIUS

ACTORUM CONCILII NICÆNI.

a Roberto Balforeo Scoto interprete post Alfonsi Pisani S. I. ampliorem eorumdem actorum non solum ex Gelasio, sed etiam ex aliis veteribus scriptoribus historiam in IV. partes distributam, quam exhibuit Binius sequutus hic ut in ceteris Venetam Nicolini editionem. Regius vero collector omnino sustulit ut minus necessariam exemplo Romanorum, qui Gelasium G. & L. loquentem duntaxat publicarunt anno 1608.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΤΑ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐν τῇ Νικαιέων, ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τῆς Ῥωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ θεσπίσματος τοῦ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ἡμετέρου, ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ * ὀρθοδόξου πίστεως, κατὰ τῶν μοχθηρῶν καὶ ἀσεβῶν δογμάτων τοῦ θεομάχου Ἀρείου· πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διατυπωθέντα πάλαι τε καὶ πρόπαλαι ἀναγνοὺς ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, εὑρηκὼς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀπαραλείπτως ἐχούσαις· γενομένης μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως, περιελθούσης δὲ εἰς τὸν τοῦ ποτε ἡμετέρου οἴκου δεσπότην, λέγω δὴ τὸν κατὰ σάρκα πατέρα ἐμὸν, τὸν αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρεσβυτερείου ἠξιωμένον. ᾗ τινι ἱερᾷ βίβλῳ ἐντυχὼν, καὶ σχολὴν πολλὴν ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ἐπὶ μνήμης μὲν φέρειν πάντα οὐχ οἷός τε ἤμην· οὐδὲ γὰρ ἄν τις ἀνθρώπων τὸ ἄφατον ἐκεῖνο πέλαγος τῶν ἐν αὐτῇ ἐγκειμένων ἐπὶ μνήμης διὰ σώματος φέρειν δυνηθείη· πλεῖστά τε ὅσα ἐπεσημειωσάμην, ὥστε τῶν ἡμετέρων ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων τῶν τοῦ ὑγιαίνοντος λόγου διδασκαλίας αὐτῶν δόγματα, τάς τε πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας αὐτῶν ἀντιθέσεις, καὶ τοὺς κατὰ τῶν ἐκείνων βλασφημίας ἐγγράφοις ἐλέγχοις, ἧς ἐβλασφήμησαν οἱ μιαροὶ Ἀρειομανῖται κατὰ τοῦ

* καθολικῆς

LIBER PRIMUS.

C QUÆ in sancta[a], magna & universali episcoporum synodo ex omnibus, ut sic dicam, Romani orbis provinciis, & ex Perside, Dei gratia, & pii ac Deo cari imperatoris nostri Constantini edicto, Nicææ congregata, pro apostolica & orthodoxa fide, contra perversa & impia impii Arii dogmata: omnia, inquam, quæ in præclara illa & sancta synodo dicta, facta & constituta fuerant, jampridem, cum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi cum illa invenissem in antiquissimo libro in membranis plane inte- D gris descripta, qui fuit divini & celebris Dalmatii, in illustri Cyzicenorum metropoli sanctæ atque catholicę ecclesię[a] archiepiscopi; quique tandem ad familię nostræ dominum devenit, patrem dico meum secundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum ejusdem ecclesię cooptaretur. In quem sacrum librum cum incidissem, multumque in eo posuissem studii, nec potuissem memoria omnia retinere, (nemo enim hominum immensum illud mare omnium quæ in eo recondebantur, memoriter in ore habere poterit) plurima annotavi E sanctorum nostrorum patrum, sanę doctrinæ episcoporum dogmata, quæque iidem adversus Ariomanitas objecerunt: & scriptas redargutiones adversus illorum blasphemiam; qua scelesti non solum contra Filium

a Socrates VII. 28.

PRAEFATIO

ANNO CHRISTI 325.

etiam contra Spiritum ſanctum blaſphemabant: & mercenariorum Arii philoſophorum adverſus epiſcopos contradictiones, & noſtrorum adverſus illorum ſophiſmata per doctrinam e ſcriptura petitam firmas & apertas ſolutiones: & de una divinitate Filii & Spiritus ſancti, quę ante ſæcula extitit, quæque principium non habet, ſed ſemper cum Deo & Patre ſubſiſtit: & de ejuſdem Filii Dei verbi in noviſſimis temporibus pro ſalute noſtra ex deipara virgine Maria ineffabili incarnatione: & de apoſtolicis eccleſiæ conſtitutionibus, omnem omnino tractationem illic habitam cum in ſacro illo libro legiſſem, & omnium maxime fideliſſimi imperatoris Conſtantini, qui in ſynodo conſederat, divinas & vere apoſtolicas ſententias: ita delectatus ſum iis quæ in ſacro illo libro continebantur, ut ſubinde ad dominum dixerim: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Sic ſupra modum admiratus ſum quæ illic ſcripta erant de pura, irreprehenſa, orthodoxa, & apoſtolica fide. Poſt aliquot annos cum huc, in provinciam dico Bithynorum, volente Deo perveniſſem, & commotio atque inquiſitio plurima fieret ſub impii Baſiliſci" tyrannide adverſus catholicam & apoſtolicam Dei eccleſiam, & fidem apoſtolicam in ea vigentem, ſuccendente potiſſimum atque commovente regis aulam eorum factione qui hæretico Eutychi conſentiebant: qui nobis ſubdole aiebant, ſe fidem patrum, Nicænam inquam, tenere. Sed convincebantur a nobis illius fidei hoſtes. Neque enim noverant quæ dicerent, aut de quibus affirmarent. Nam cum proferrem quæ in ſacra illa corona orthodoxorum Dei ſacerdotum in Spiritu ſancto de domino per eos fuerant explicata, reſiliebant a nobis miſeri, pejorem Ariana blaſphemiam lingua ſua proferentes contra ea quæ illic definita ſunt, & anathema jacientes adverſus eos qui ita ſentiunt. Propter hęc aliaque multa que movebantur contra fidem antiquam, primum a ſanctis apoſtolis, deinde & a ſanctis patribus noſtris Nicææ congregatis, in Dei eccleſia matre noſtra vigentem, plurimam omnino & ubique diligentiam adhibui, &, quod dici ſolet, omnem rudentem movi, ut perveſtigarem quæ in ſancta illa ſynodo acta ſunt pro ſanctæ & apoſtolicæ fidei determinatione, quam Dei eccleſia non ab hominibus, neque per homines accepit, verum ab ipſo omnium noſtrum ſalvatore ac Deo Ieſu Chriſto, Dei viventis filio, qui poſt adventus ſui in carnem œconomiam, *magnum certe pietatis myſterium*, ſicut ſcriptum eſt, *manifeſtatus in carne, & angelis viſus*: neque enim vel angelis viſibilis eſt unigenitus in ſuæ divinitatis eſſentia, niſi carnem aſſumpſiſſet: poſtquam omnia quę ad œconomiam incarnationis ſuæ ſpectabant compleviſſet, voluntariam pro nobis paſſionem, ſepulturam, & reſurrectionem in illa ſancta & peccato non obnoxia carne ſua per quam genus noſtrum a morte liberavit, ſecedens hinc, & in cælum aſcendens, hujus ſanctæ & irreprehenſę fidei divinam & adorandam formam per ſeipſum ſtabilivit, & ma-

Pſal. 118.

* Zenonem ſolio deiecit Baſiliſcus anno æræ Chriſtianæ 475. & cum Marco filio orthodoxos inſectatus eſt.

1. Tim. 3.

A υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τάς τε τῶν μισθωτῶν Ἀρείου τῶν φιλοσόφων πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἀντιῤῥήσεις, τάς τε τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους διὰ γραφικῶν διδαγμάτων κατὰ τῶν αὐτῶν σοφισμάτων ἐναργεῖς ἐπιλύσεις· περί τε τῆς ἀνάρχου καὶ ἀεὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ συνυπαρχούσης τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος προαιωνίου μιᾶς θεότητος, περί τε τῆς αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου ἐπ' ἐσχάτων, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας, ἐκ τῆς θεοτόκου παρθένου Μαρίας ἀποῤῥήτου σαρκώσεως, καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικῶν διατυπώσεων, πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἐκεῖσε B γεγενημένην πραγματείαν ἐνιστορήσας ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ ἱερᾷ βίβλῳ, πρό γε πάντων τὰς τοῦ πιστοτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ ἐν τῇ συνόδῳ συνεδρεύσαντος, θείας καὶ ἀληθῶς ἀποστολικὰς ἐννοίας· ἥσθην εἰς τοσοῦτον τοῖς τῇ βίβλῳ ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ περιεχομένοις, ὥστε εἰπεῖν με πρὸς τὸν κύριον· ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. οὕτως ὑπερηγάσθην ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀναγεγραμμένοις περὶ τῆς ἀσπίλου καὶ ἀμωμήτου, ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς πίστεως. μετὰ δὲ καιρούς τινας φθάσας ἐνταῦθα, τῇ τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ λέγω, κατ' εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, κινήσεώς τε καὶ συζητήσεως πλείστης οὔσης, γεγενημένης ἐπὶ C τῆς ἀνταρσίας τοῦ ἀνοσίου Βασιλίσκου κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῇ πολιτευομένης ἀποστολικῆς πίστεως, ὑπεκκαιόντων μάλιστα καὶ κινούντων τὰ βασίλεια τῶν τῆς τοῦ αἱρετικοῦ Εὐτυχοῦς ὁμοφρόνων συμμορίας, προβαλλομένων ἡμῖν ὑπούλως, τὴν ἐν Νικαίᾳ φημὶ, ὑπὸ τῶν πατέρων κρατεῖν πίστιν· οἳ διηλέγχοντο πρὸς ἡμῶν πολέμιοι ἐκείνοις ὑπάρχοντες. οὐ γὰρ ᾔδεσαν τί λέγουσιν, ἢ περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. προφέροντος γάρ μου τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ χορείᾳ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ Θεοῦ ἱερέων ἐν πνεύματι ἁγίῳ * τὰ τοῦ κυρίου D δι' αὐτῶν ἐκφωνηθέντα, ἀπεπήδων ἀφ' ἡμῶν, χείρονα τῶν τοῦ Ἀρείου βλασφημιῶν κατὰ τῶν ἐκεῖσε ὁρισθέντων διὰ γλώττης * προσφέροντες, καὶ ἀναθεματισμὸν ῥίπτοντες κατὰ τῶν ταῦτα οὕτως φρονούντων οἱ ἄθλιοι. διὰ ταῦτα καὶ δι' ἄλλα πολλὰ κινηθέντα κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἡμῶν, τῆς ἀνέκαθεν ἔκ τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν προῤῥηθέντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συνειλεγμένων, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῇ μητρὶ ἡμῶν πολιτευομένης, πλείστην ὅσην ἔρευναν ἐποιησάμην πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ, τὸ δὴ λεγόμενον, πάντα κάλων κινήσας, ἀνερευνῆσαι τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ E πεπραγμένα ὑπέρ τε τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ὅρου, ἣν οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὔτε δι' ἀνθρώπων ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία παρείληφεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὃς μετὰ τὴν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας οἰκονομίαν, τὸ μέγα ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καθὼς γέγραπται, φανερωθείς τε σαρκὶ, καὶ ἀγγέλοις ὀφθείς. οὔτε γὰρ ἀγγέλοις θεατὸς ὁ μονογενὴς κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν, εἰ μὴ ἐσαρκώθη· τὰ πάντα πληρώσας τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, τό, τε ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον πάθος, καὶ τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ καὶ ἀναμαρτήτῳ σαρκὶ * αὐτοῦ διαχωρήσας, δι' ἧς τὸ ἡμέτερον ἀπεθανάτισε γένος, ἀναβαίνων εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ταύτης τῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου πίστεως τὸν θεῖον καὶ προσκυνητὸν ὅρον δι' ἑαυτοῦ ἔπηξε, καὶ μέγα βρον-

* ἴσ. περὶ

* ἴσ. προφέροντες

* αὐτῆς

ANNO CHRISTI. 325.

γὰρ βροντήσας κατὰ τὸ γεγραμμένον. κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐβρόντησε. καὶ ἐν ἑτέρῳ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ κύριος, καὶ ὁ ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. καὶ τί ἐβρόντησεν; ποίαν δὲ φωνὴν ἔδωκεν ὁ ὕψιστος; πορευθέντες, φησὶ, πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγων, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν, τὴν ἡμῶν σάρκα ἔμψυχον καὶ ἔννουν ἐκ τῆς πανσέμνου καὶ ἁγίας παρθένου Μαρίας προσείληφεν, ἀλλ' ἡ τῆς σαρκὸς πρόσληψις προσθήκην τῇ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τριάδι οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ μένει ἡ τριάς. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ προσκυνητὸν ὅρον τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως παρὰ τοῦ κυρίου λαβόντες οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐκήρυξαν· ὡς πληρωθῆναι ἐπ' * αὐτοῦ τὸ προφητικὸν λόγιον, τὸ φάσκον· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. * ὅν τινα ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν ταύτην δωρεὰν, τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τῶν θείων ἀποστόλων παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δεδεμένην, * μετὰ πλείστους ὅσους καιροὺς παυσαμένου τοῦ κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διωγμοῦ, δι' Αρείου πάλιν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας καὶ ἀμωμήτου ὁπλίζεται πίστεως, ξένα τινὰ παρεισφέρων κατὰ τοῦ σωτῆρος βλάσφημα ῥήματα, δι' ὧν τὴν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου ἐτάραξεν. οὗ χάριν καὶ τὴν πολυάνθρωπον ἐκείνην ἐπὶ τὴν τῶν Νικαέων πόλιν ὁ πιστότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συνήγαγε σύνοδον, ἧς τὰ πεπραγμένα πάντα προεγνωκὼς, ὡς ἀνωτέρω ἔφην, καὶ διερευνησάμενος, μόλις ἠδυνήθην εὑρεῖν φανερὰ τῶν ἐκεῖσε ἐσκεμμένων καὶ ἐγγραφέντων παρά τισι διαφόροις φιλομαθέσιν ἀνδράσιν, * Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ παλαιῷ, ἄγαν γραφικῷ, ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν, οὐ μὴν ὅλα. καὶ ἐξ ἄλλων δὲ συγγραφέων διαφόρων, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας, καὶ Ρουφίνου πρεσβυτέρου Ρώμης, '' τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, καὶ ἄλλων πλείστων ὅσων. οὐ μὴν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὅλης ἁρμονίας εὗρον κατὰ τὴν ἱερὰν ἐκείνην βίβλον, ᾗ προενέτυχον, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται. μόνος γὰρ Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος ὁ Παμφίλου ἀτρεπτὶ τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας ἕως τῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνων διώδευσεν. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ὅλα εὑρεῖν ἠδυνήθην, πλὴν ὅσα γνώριμά μοι καὶ τῆς ἀληθείας ἴδια, κατὰ τὴν προαναγνωσθεῖσάν μοι βίβλον, εὗρον. καὶ ἐξ ἑκατέρων ἀναλεξάμενος, ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐγγράψαι τῷδε τῷ βιβλίῳ πρὸς ὠφέλειαν κοινὴν, καὶ στήριγμα τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι. ἄρξεται δή μοι λοιπὸν ὁ λόγος, προοδοποιοῦντός μοι καὶ ποδηγοῦντος τοῦ ἀεὶ ζῶντος Θεοῦ λόγου, ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ χριστοφόρου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ καὶ τὴν σύνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ Νικαέων συναθροισθῆναι προστάξαντος πόλει. ἐν ἑτέρῳ γὰρ, εἰ τῷ Θεῷ φίλον, τὰ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν χρόνων τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ * Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλείας τὴν διήγησιν ἐντάξω συγγράμματι.

* ἴσ. αὐτοῖς.
* ἡμῖν ἐπιρρεῖν.
* πλείστοις.
'' ἢ τῶν.
* ἴσ. Κωνσταντίου.

A gnum intonuit, sicut scriptum est: *Dominus in cælos ascendit, & intonuit.* & alibi: *Et intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam.* Et quid intonuit? quam vocem dedit altissimus? *Euntes*, inquit, ad apostolos loquens, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quamvis enim propter suam erga homines caritatem, nostram carnem cum anima & mente ex veneranda plane & sancta virgine Maria suscepit, illa tamen carnis susceptione, nulla ad trinitatem Patris, Filii, B & Spiritus sancti facta est accessio, sed trinitas manet trinitas. Euntes igitur docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Hanc sanctam & adorandam sanctæ & irreprehensæ fidei regulam cum sancti apostoli ab ipso domino accepissent, in universa sub cælo Dei ecclesia eam prædicaverunt: ut ita propheticum oraculum impleretur, quo dicitur: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Postquam fidei summam, & adorandum istud donum nobis per sanctos apostolos a Dei filio concessum, cum plures jam annos ecclesiæ persecutio cessasset, nostræ salutis hostis iterum C per Arium contra sanctam & irreprehensam fidem armatur, inusitata quædam blasphema verba contra salvatorem nostrum introducens, quibus Dei ecclesiam in toto orbe terrarum conturbavit. Quam ob causam fidelissimus imperator Constantinus numerosam illam in urbe Nicæa synodum congregavit. Cujus acta omnia cum, ut supra dixi, cognovissem prius, perquisivi: vix tamen invenire potui nonnulla ex iis quæ illic tractata & conscripta erant, apud plures viros literarum studiosos, ut apud Ioannem quemdam presbyterum, antiquum virum & scribendi admodum peritum, in quaD ternionibus valde antiquis: neque tamen omnia inde habui, sed ex aliis etiam scriptoribus variis, ut ex Eusebio Pamphili episcopo Cæsareæ, & Rufino presbytero Romano, '' qui etiam sanctæ illi synodo interfuerunt, aliisque plurimis. Neque tamen totius harmoniæ consequentiam inveni, ut in sacro illo codice, in quem, ut supra dixi, prius incideram. Solus namque admirandus ille Eusebius, Pamphili constanter publicam veritatis viam ab adventu domini usque ad magni Constantini tempora ingressus est. Sed neque omnia invenire potui, præter nota mihi & veritatis propria, ex eo E libro quem prius ego legeram. Cum autem ex utrisque aliqua collegissem, necessarium existimavi illa in hoc libro describere ad communem utilitatem, atque confirmationem eorum qui in hæc scripta inciderint. Exordiemur deinceps sermonem nostrum (præeunte atque ducente nos Deo verbo semper vivente) a temporibus regni religiosissimi & christigeri regis Constantini, qui synodum episcoporum in civitate Nicæa congregari jussit. In alio commentario, si Deo placet, nativitatem ipsius Deo carissimi Constantini, ac statum temporum quibus pater ejus regnavit, referam.

PRAEFATIO
Psal. 67.
Psal. 17.
Matth. 28.
Psal. 18.
Roman. 10.

'' *& ex aliis, qui* &c. habet Alfonsi Pisani versio, quam identidem interpolavit Balforeus substituitque *ex iis qui sanctæ illi* &c. Romani vero editores illis sublatis & substituta particula *etiam* ut melius responderet Græco textui, rem omnem obscurarunt, dum Rufinū non secus atque Eusebium cōcilio Nicæno præsentem insinuant.

Libri I. Caput I. Euseb. l. 1. hist. c. 26.

CAPVT I.

NON multo post tempore (ut inquit Eusebius) quam tyranni Diocletianus & Maximianus deposita regali purpura, privatam vitam ele gerunt, imperator Constantius [tota vita clementissimus] subiectis benevolentissimus, & erga divinum verbum amicissime affectus, cum germanum filium suum Constantinum imperatorem & Augustum pro se reliquisset, communi naturæ lege finem vivendi fecit. Post mortem dignus habitus omni honore qui imperatori debebatur, quippe vir & optimus & mansuetissimus fuit, quique solus inter imperatores nostræ memoriȩ, totum regni sui tempus, ut imperii dignitas postulat, exegit: & cum in aliis omnibus humanissimum & beneficentissimum sese prȩberet, laudabilem admodum & beatum vitȩ exitum consecutus est. Solus ex imperatoribus ob filium ingenuum, quem post se in imperio successorem reliquit, principem in omnibus modestissimum & sanctissimum, prospere ac gloriose excessit e vita. Hujus filius Constantinus, statim a principio imperator summus & Augustus cum ab exercitibus, tum multo ante ab ipso Deo summo omnium imperatore declaratus, paternȩ pietatis erga religionem nostram æmulum sese & imitatorem prȩstitit. Et post aliqua: Cum sic Constantinus (quem imperatorem ex imperatore, religiosum ex religiosissimo patre & omnino modestissimo natum diximus) prudentia & pietate ornatus, Dei imperatoris omnium & salvatoris instinctu, contra impiissimos tyrannos excitatus esset; Romȩ quidem, Deo opem ferente, Maxentius prӕter omnium opinionem ab ipso devictus cadit: qui vero in oriente erat tyrannus, non multo tempore illi superstes, a Licinio nondum insaniente (quem religiosissimus imperator Constantinus eo contra illum miserat) superatus, turpissima morte vitam finiit. Constantinus autem honore & imperii gradu summus, prior ipse eorum qui Romȩ tyrannide opprimebantur, antea misertus, postquam Deum cæli, verbumque ejus Iesum Christum salvatorem omnium, adjutorem sibi precibus invocasset, Romam cum omnibus copiis proficiscitur, ut Romanis pristinam libertatem, quam a majoribus acceperunt, restitueret. Hęc Eusebius. Rufinus vero licet non ordine rerum omnem consequentiam, & veritatis harmoniam secutus, illustris illius Eusebii Pamphili historiam exposuerit: tamen ego quæcumque affinia Eusebianæ historię invenero, cum in Rufino, tum in scriptoribus aliis, colligens, ut supra dixi, huic operi inseram. Ille vero sic ait: Postquam Diocletianus & Maximianus regni insignia deposuissent, ac Constantius excessisset e vita, reliqui Romani imperii reges qui simul imperabant, hi erant. Constantinus in partem patris sui successit, quæ ab ea quæ vocatur Europa incipiens, ad Danubium usque protenditur, utramque Scythiam, Celtas omnes, Illyrios, Sarmatas, & omnem barbarorum terram quæ ad Rhenum fluvium porrigitur, atque Macedoniam, & vicinum ma-

Euseb. l. 9. cap. 8.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

Anno Christi. 325.

ΜΕΤΑ τὴν ἀπόθεσιν τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος τῆς τῶν τυράννων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, τὸν ἰδιωτικὸν ἀπειληφότων αὐτῶν βίον, καθά φησιν Εὐσέβιος, χρόνου οὐ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνστάντιος, * τὸν πάντα βίον πρᾳότατος,] καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατος, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατον ἑαυτὸν διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. ἁπάσης μετὰ θάνατον, ὅση βασιλεῖ τις ἂν ὀφείλετο, τιμῆς ἠξιωμένος, χρηστότατος, καὶ ἠπιώτατος βασιλεὺς γεγονώς. ὃς δὴ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ τὰ ἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμακάριον ἀπείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ * τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ, τὰ πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελειότατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον παρ' αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. καὶ μεθ' ἕτερα· οὕτω δὴ Κωνσταντίνου, ὃν βασιλέα ἐκ βασιλέως, εὐσεβῆ τε ἐξ εὐσεβεστάτου καὶ τὰ πάντα σωφρονεστάτου γεγονέναι εἰρήκαμεν, συνέσει τε καὶ εὐσεβείᾳ τετιμημένου, παρὰ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ σωτῆρος κατὰ τῶν δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγηγερμένου, Θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ, παραδοξότατα πίπτει μὲν ἐπὶ Ῥώμης ὑπὸ Κωνσταντίνου Μαξέντιος· ὁ δ' ἐπ' ἀνατολῆς οὐ πολὺν ἐπιζήσας ἐκείνῳ χρόνον, αἰσχίστῳ καὶ αὐτὸς θανάτῳ ὑπὸ Λικινίου, οὔπω τότε μανέντος, * πεμφθησομένου κατ' αὐτοῦ ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, καταστρέφει τὸν βίον. πρότερός γε μὴν ὁ καὶ τιμῇ καὶ τάξει τῆς βασιλείας πρῶτος Κωνσταντῖνος τῶν ἐπὶ Ῥώμης κατατυραννουμένων φειδὼ λαβὼν, Θεὸν τὸν οὐράνιον, τόν τε τούτου λόγον, αὐτὸν δὴ τὸν πάντων σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν σύμμαχον δι' εὐχῶν ἐπικαλεσάμενος, πρόεισι πανστρατιᾷ τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας Ῥωμαίοις προμνώμενος. ταῦτα ὁ Εὐσέβιος. ὁ δὲ Ῥουφῖνος, εἰ καὶ μὴ κατὰ τάξιν τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἁρμονίαν Εὐσεβίου τοῦ πάνυ τοῦ Παμφίλου τὴν ἱστορίαν ἐνέθηκεν· ἀλλ' ὅμως ὅσα συγγενῆ τῆς Εὐσεβίου πραγματείας εὕροιμι, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ῥουφίνου καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων ἀναλεξάμενος ἐνθήσω, καθὰ ἀνωτέρω εἴρηκα, τῷδε τῷ βιβλίῳ. λέγει δὲ καὶ οὗτος· μετὰ γοῦν τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ ἀπόθεσιν, καὶ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίου, ὑπολείπονται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁμόχρονοι βασιλεῖς οἵδε. Κωνσταντῖνος μὲν τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν εἰληφώς· αὕτη δὲ ἦν ἀπό τε τῆς καλουμένης Εὐρώπης ἀρξαμένη, ἐπί τε τὸν Ἴστρον διήκουσα, Σκυθίαν τε ἑκατέραν, καὶ Κελτοὺς ἅπαντας, Ἰλλυριούς τε καὶ Σαυρομάτας, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν καθήκουσαν τῶν βαρβάρων γῆν, τήν τε Μακεδονίαν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλασσαν, Θεσσα-

* ἴσ. παρέλ καὶ τὸ, ἐπὶ

* ἴσ. πεμφθέντος

ANNO CHRISTI 325.

LIBRI I. CAP. II. III.

Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν, καὶ ὅσα πρὸς ἥλιον δυόμενον ἐπιστρέφοντα, τὸ Ἰόνιον ὁρίζει πέλαγος. καὶ Μαξιμῖνος δὲ ὁ Διοκλητιανοῦ παῖς, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἔθνη, καθά φησιν ὁ Εὐσέβιος. Μαξέντιος τε τὴν Ῥώμην, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας εἰς αὐτὸν καθήκοντα τὸν ὠκεανὸν, διεῖπον.

Are complexa, Thessaliam, & Achaiam, & quæcumque ad occidentem solem vergentia, Ionio terminantur mari. Maximinus Diocletiani filius (ut ait Eusebius) omnes ad orientem gentes: Maxentius vero Romam, & quę ab Italia ad oceanum protenduntur, administrabant.

ΚΕΦΑΛ. β'.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ οὖν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἔννομον κηδείαν, καὶ τὰς νομιζομένας τιμὰς, ζημίαν ἡγήσατο * τῆς Ῥωμαίων συμφορᾶς τὴν ἡσυχίαν. ἤκουε γὰρ τὴν Ῥωμαίων πόλιν κάμνουσαν τοῖς Μαξεντίου κακοῖς· εἰς γὰρ ὠμότητα τυραννίδος ὁ τῆς βασιλείας αὐτῷ μετεβάλλετο τρόπος. πολλούς τε γὰρ ἀκρίτως τῶν ἐν τέλει θανάτῳ παρεδίδου, ζημίας τε καὶ φυγὰς καὶ τῆς γῆς ἀναδασμὸν, καὶ προτιμήσεις ἀνεξετάστως ἐπέβαλλεν. ἤδη δὲ καὶ γυναικῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν, ἢ κακίᾳ διέφθειρεν, ἢ τοῖς ἐπιτάγμασιν ἐβιάζετο. καὶ λοιπὸν ἀνασφαλὲς ἦν γυναῖκα ἔχειν εὐπρεπῆ· καὶ διὰ σωφροσύνης φυλακὴν πολλή τις ἦν κατὰ τὴν πόλιν μιαιφονία. ταῦτα καὶ πλεῖστα ἕτερα ἀκούων ὁ θεοφιλέστατος Κωνσταντῖνος, ἃ μὴ τῆς παρούσης ἐστὶ συντάξεως, παρωξύνετο. ποιεῖ γὰρ οἰκείαν λύπην τοῖς φιλοθέοις ἀνδράσιν ἡ τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων ἀδικία.

*ἴσ. ἐπὶ ταῖς Ῥωμ. συμφοραῖς.

CAPVT II.

POSTQVAM Constantinus patri legitime parentasset, & consuetos persolvisset honores, otium in ea Romanorum calamitate sibi damnum esse duxit. Audivit enim B Romam Maxentii improbitate graviter affligi, qui regni moderationem in sævam tyrannidem commutaverat. Multos enim principes viros indicta causa neci dedit: supplicia & exilia irrogabat, agros & honores sine delectu tribuebat: alienas conjuges, quarum amore capiebatur, aut fraude in stuprum illexit, aut imperiis ad flagitium impulit. nulli tutum erat formosam uxorem habere: pudicitię tutandę causa multa erat in tota urbe cędes. Cum hæc aliaque plurima, quę hujus instituti non sunt, Constantinus Deo carissimus audivisset, graviter commotus est. Viris enim piis proprium C dolorem commovet aliena iniuria.

Περὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, ὅπως κατὰ τοῦ τυράννου Μαξεντίου ἐστρατοπεδεύσατο.

De rege Constantino, quomodo exercitum contra tyrannum Maxentium duxit.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

ΕΔΟΚΕΙ δὴ αὐτῷ λοιπὸν τῶν ὅπλων ἅπτεσθαι, καὶ τοῖς τοιαῦτα πάσχουσι Ῥωμαίοις ἐπαμῦναι. τὸ γὰρ ἐκείνους τῶν κακῶν ἐξελέσθαι, ἴσον ἦν, εἶπεν, καὶ πάντας ἀνθρώπους διασῶσαι. βουλὴν δὲ λαμβάνει, πρότερον τὰς ἀποστατούσας πόλεις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνακαλέσασθαι, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις, τὰς δὲ τῇ τῆς φιλανθρωπίας εὐποιΐᾳ. τούς τε γὰρ φόρους αὐτοῖς κουφοτέρους ἀπέφηνε, καὶ τὴν τῆς ἀκροάσεως ἰσότητα παρεῖχε, τάς τε νεωτεροποιΐας καὶ ἀπονοίας συνετῶς διέλυε, σιωπῶν μᾶλλον ἢ φοβῶν· εἰδὼς τὰ Σαυρῶν καὶ τὰ Φράγγων καὶ τὰ Γερμανῶν ἔθνη φιλόκαινά τε εἶναι, καὶ πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις εὐρίπιστον ἔχειν ὁρμὴν, καὶ νόμον πολλάκις τὴν γνώμην ποιεῖσθαι. ὑπηγάγετο δὲ καὶ Σπάνους, καὶ Βρετανοὺς, καὶ τὰς αὐτόθι νήσους, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ἅπαντας τοὺς τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν γινομένους μάρτυρας· εἰδέναι φασὶν, εἴτε ἀληθῶς τῷ ὠκεανῷ καταδύεται, εἴτε καὶ περὶ τὸ ὕδωρ φθάσας, πάλιν δι' ἑτέρας ὁδοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀνακάμπτει. εἷλε δὲ καὶ τῷ κράτει τῶν ὅπλων τὰ αὐτόθι βάρβαρα φῦλα, παρέργῳ τῆς μάχης πρὸς τὸ ἔργον συγχρησάμενος. τοὺς μὲν γὰρ ὑποτάξας, τοὺς δὲ μισθοδοτήσας, τοὺς φίλους ἀντὶ πολεμίων, καὶ συνήθεις ἀντὶ παλαιῶν ἐχθρῶν καταστήσας, ἐπανήγαγε πάντας συμμάχους, οὐδένα λυπήσας, οὐδὲ πολιορκήσας, καὶ ἐπὶ τὴν ἑτέρων σωτηρίαν ἐπειχθείς. ὅπου γὰρ ὁ Θεὸς συμμαχεῖ, πάντα κατευθύνεται, καὶ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπεραίρει. μετὰ τοιαύτης φιλοθέου γνώμης ὁ πάντα πιστότατος Κωνσταντῖνος τὸν Ῥῆνον ἐπὶ δε-

CAPVT III.

PLACVIT ergo Constantino arma capere, & Romanos a talibus injuriis vindicare. nam illos ex malis eripere perinde esse dicebat, atque omnes homines servare. Primum statuit revocare urbes quæ a Romano imperio descriverant; alias quidem verbis, alias vero armis, nonnullas etiã beneficentiæ & humanitatis officiis. Nam tributa D leviora reddidit, in hominibus audiendis admittendisque æquabilem se præbuit: rerum novarum studia & insolentias caute sustulit, silentio magis quam metu; sciens Saurorum, Francorum, & Germanorum gentes novitatis studiosas, contra reges motus facile concitare, ac sæpe animi sensum tamquam legem sequi. Adduxit etiam Hispanos, Britannos, & insularum quæ illic sunt incolas, atque nationes reliquas: omnes etiam occasus solis testes, qui se scire gloriantur utrum sol vere oceano immergatur, sive circum aquas currens, rursum alia via ad E nos redeat: barbaras illic gentes vi & armis cepit, hac velut belli accessione ad susceptum opus opportune usus. Ex iis enim populis alios quidem subegit, aliis stipendia solvit, nonnullos etiam ex hostibus amicos, ex veteribus inimicis familiares & conjunctos reddidit: omnes vero futuri belli socios sibi adjunxit, neminem lædens, nec obsidione premens, & ad aliorum salutem magna festinatione properans. Deo enim belli adjutore, omnia recte geruntur, & res supra humana consilia ad meliores provehuntur exitus. Cum hoc igitur tam pium consilium in animo haberet fidelissimus imperator Constantinus, Rhenum flumen ad dex-

LIBRI I. CAPVT IV

ANNO CHRISTI. 325.

tram trajecit ; multos montes , multos, etiam ſine nomine fluvios cum exiguis primum copiis tranſmiſit : deinde barbaris multis ſubactis , Gallorum , Francorum , & Hiſpanorum decem nationibus ſibi adjunctis , reliquum omnem exercitum ad Italiæ montes perduxit. Maxentium tam inopinatæ rei nuntius magnopere commovit. Nunquam enim putavit fore , ut quiſpiam exercitum per tam latas regiones trajiceret, eaſque montibus , fluviis , & multorum barbarorum armis interclusas , atque aliis etiam difficultatibus, quæ in locis deſertis ſua B ſponte proveniunt. Regnorum enim præſidium maximum plerumque fit ipſa locorum ſolitudo. Placuit interim exercitum clam Roma egreſſum multa cum celeritate adverſum ducere , & hoſtem ab Italia depellere. Vbi vero contra inſtructæ erant acies , & viſa utrimque militaria ſigna ; tum non eadem ſpe pugnaturi videbantur. Romani enim expoſiti , & per phalanges effuſi, tum multa ceſſatione & quiete recreati, digni videbantur qui pugnam cum hoſte committerent , ſpiritus magnos gerentes & urbe ipſa dignos. Conſtantini vero milites in armis ſtantes inſtructi , multam quidem terram occupaverant , multa vero ſpolia & C exuvias belli collegerant , curſu magis victoriæ utentes, quam fructum aliquem percipientes ex rebus captis. Ceterum longa defatigatione fracti , nimia laborum aſſiduitate languentes erant & remiſſi.

De cruce quæ apparuit Conſtantino in cælo.

CAPVT IV.

CVM ad hunc modum pugnare decreviſſent , & copiæ viribus pares utrimque ſtarent inſtructæ, Deus Conſtantinum cælitus armat , oſtendens ei in cælo ſalutare D crucis ſignum ex lucis ſplendore in cælo figuratum. literæ vero viſionis vim omnem & ſenſum explicabant , quibus ſcribebatur : Hoc vince. Hæc narratio infidelibus fabula & commentum eſſe videtur in gratiam doctrinæ noſtræ : ſed vera credere aſſuetis, certa rei geſtæ declaratio. Nam Deus qui ſignum iſtud pinxit, reipſa poſtea oſtendit gratiam literis ſignificatam, minime vanam fuiſſe. Quod ſi nondum perſuademus quod ſcribimus , (prius enim hiſtoriam ſcribimus, eo quod rem omnem paulo altius arceſſentes, colligamus quæ ab illo utiliter geſta ſunt in vita) verum iis quæ deinceps ſequūtur credere oportet, quę cum noſtra etiam ętate qui E ſub Conſtantio Conſtantini filio militabant, ſuis vidiſſent oculis, veterem infidelitatē novis viſionibus ſanarunt. Si Hebręi his cōtradixerint , multa ex eorū libris incredibiliora proferri poſſunt , quæ tamen vera eſſe creduntur : ut maria pedibus peragrari, aquas velut muros concretas ſtare & ſolidas , per pelagus iter fieri, Deum in rubo loqui, flammam leges ferre, tubam ſine organo in ſolitudine perſonare , angelos ad prælium inſtrui, principes militiæ domini pro exercitu pugnare , & lapides velut grandinem cadere, & tela ignea pro conſuetis haſtis emitti, nihilominus omnes qui recte ſapimus,

A ξιᾶ διαβὰς , καὶ πολλὰ μὲν ὄρη , πολλοὺς δὲ ποταμοὺς ἀνωνύμους ὀλίγῳ στρατῷ περαιωθεὶς , πολλά τε βάρβαρα ἔθνη χειρωσάμενος , Γάλλων τε καὶ Φράγκων καὶ Σπάνων δέκα ἔθνη προσαγόμενος , προσῆγε λοιπὸν τῆς Ἰταλίας ὄρεσι τὸ στράτευμα. ταῦτα ἀκούσαντι τῷ Μαξεντίῳ , ταραχή τις ἦν ἀδόκητος. οὐ γὰρ ἄν ποτε τοσαύτην χώραν διαβῆναι προσεδόκα , ὄρεσι , καὶ ποταμοῖς , καὶ ποικίλοις βαρβάροις πεφραγμένην , καὶ ταῖς αὐτοφυέσι τῆς ἐρημίας δυσχερείαις. μέγιστον γὰρ γίνεται πολλάκις ἐπιτείχισμα βασιλείας ἡ τῶν τόπων ἐρημία. καὶ B δὴ ἐδόκει , σὺν πολλῷ τάχει τῆς Ῥώμης ὑπεξελθόντα τὸν στρατὸν ἀνθυπεξάγειν , καὶ τῆς Ἰταλίας που παρανακρούσασθαι. ὡς δὲ ἀντιπαρετάττοντο , καὶ τὰ σημεῖα εἶδον ἀλλήλων , ἐνταῦθα ἡ μάχη λοιπὸν ἄνισον εἶχε τὴν ἐλπίδα. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Ῥώμης προεκτεθέντες , καὶ κατὰ φάλαγγας ἐκχεόμενοι , καὶ ἐκ πολλῆς ἐκεχειρίας διαναπαύσεως ὄντες , ἐδόκουν ἀξιόμαχοι καταφαίνεσθαι φρόνημα φέρειν ἄξιον τῆς πόλεως ἐφάμιλλον. οἱ δὲ μετὰ Κωνσταντίνου παραταττόμενοι πολλὴν μὲν κατειλήφεσαν γῆν , πολλὰ δὲ λάφυρα καὶ σκῦλα τοῦ πολέμου συνήγοντο , δρόμῳ δὲ μᾶλλον τῆς νίκης , ἢ ἀπολαύσει τῶν εἰλημ- C μένων χρησάμενοι. ἤδη δὲ λοιπὸν ἦσαν πρὸς τὸν κάματον ἀπαγορεύοντες , καὶ πρὸς τὴν πυκνότητα τῶν πόνων ἐνδιδόντες.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ὀφθέντος ἐν οὐρανῷ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ.

ΚΕΦΑΛ. δ΄.

ΟΥΤΩ δὲ κεκριμένης τῆς μάχης , καὶ τῆς παρατάξεως ἰσορρόπου οὔσης , οὐρανόθεν ὁ D Θεὸς Κωνσταντῖνον ὁπλίζει , δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν οὐρανῷ· γράμματα δὲ ἐμήνυε τῆς ὄψεως τὴν δύναμιν , λέγοντα· τούτῳ νίκα. τοῦτο τὸ διήγημα τοῖς μὲν ἀπίστοις μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα , τοῖς δὲ ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον· τοῖς δ᾽ ἀληθῆ πιστεύειν συνειθισμένοις , ἐναργὴς τοῦ πράγματος ἡ ἀπόδειξις. ὁ γὰρ τοῦ συμβόλου ζωγράφος Θεὸς ἔδειξεν ἔργῳ μετὰ ταῦτα τὴν ἀληθεύσασαν τοῦ γράμματος χάριν. εἰ δὲ μήπω πείθομεν ἃ γράφομεν· πρότερον γὰρ ἱστορίας γράφομεν , διὰ τὸ μικρὸν ἄνωθεν ἡμᾶς τὰ χρήσιμα συλλέγειν τῶν ἐκείνῳ βεβιωμένων. ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἀπιστεῖν δεῖ , ἃ καὶ ἐπὶ E τῆς ἡμετέρας γενεᾶς οἱ Κωνσταντίῳ τῷ Κωνσταντίνου παιδὶ συμπαραταξάμενοι , καὶ αὐτοπτήσαντες , τὴν παλαιὰν ἀπιστίαν νεαραῖς ὄψεσιν ἐθεράπευσαν. εἴτε γὰρ Ἑβραῖοι εἶεν οἱ τούτοις ἀντιλέγοντες , πολλῷ τούτων ἀπιθανώτερα τὰ ἐν ταῖς ἐκείνων βίβλοις πιστευόμενα· θάλασσα πεζευομένη , καὶ ὕδωρ τειχίζον , καὶ πέλαγος ὁδοιπορούμενον , καὶ Θεὸς ἐν βάτῳ φθεγγόμενος , καὶ φλὸξ νομοθετοῦσα , καὶ σάλπιγξ ἄνευ ὀργάνου τὴν ἔρημον συνηχοῦσα , καὶ ἄγγελοι συμπαρατάττόμενοι , καὶ ἀρχιστράτηγοι δυνάμεως κυρίου τῆς φάλαγγος ὑπερμαχοῦντες , καὶ λίθοι χαλάζης , καὶ βέλη πυρὸς ἀντὶ τῶν συνήθων δοράτων βαλλόμενα· καὶ ὅμως ἀνεξετάστως πάντες οἱ εὖ φρονοῦντες

συντιθέ-

ANNO CHRISTI 325.

LIBRI I. CAP. V. & VI.

συντιθέμεθα. Θεοῦ γὰρ βουλομένου οὐδὲν ἄλυτον. εἴτε Ἕλληνες εἶεν οἱ τὸ θαῦμα μὴ παραδεχόμενοι, πολλὰ ἔχομεν εἰπεῖν, ἃ μὴ βουλόμεθα λέγειν. πόσα Ἀλεξάνδρῳ μέλλοντι περαιοῦσθαι τὸν ἐπὶ Γρανικῷ πόλεμον, καὶ τὴν ἐπὶ Δαρείου παράταξιν, ἐπεθείασαν οἱ χρησμολόγοι; καίτοι τὰ ἐκείνων πλάσματα τὴν φαινομένην ἀπόδειξιν οὐκ ἔχει. πῶς τε Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ δαιμόνιον διὰ φωνῆς προεμήνυε τὴν μὴ πρακτέων τὴν ἔκβασιν; καὶ τὰ περὶ Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ὑπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν συνταχθέντα; ἐῶ λέγειν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν πλάσματα, καὶ πῶς τινες τῶν παρ' αὐτοῖς εὐδοκίμων, καὶ συμπολεμεῖν αὐτοῖς τινας τῶν παρ' αὐτοῖς νομισθέντων Θεῶν· ἵνα μή τις τὰ μυθώδη τοῖς ἀληθέσι, καὶ τὰ μηδαμῶς πραχθέντα τοῖς πραχθεῖσιν ἀντεξετάζειν νομίσῃ. τὴν γὰρ πολυδύναμον τοῦ * Θεοῦ χάριν, ἀφ' οὗπερ εἰς ἀνθρώπους ἐπλήθυνε, καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν ξύλοις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν νόσῳ, καὶ ἐν ὑγιείᾳ, καὶ ἐν βρωτοῖς, καὶ ἐν ποτοῖς, ἀλεξιφάρμακόν τε γινομένην, καὶ γινομένων καὶ ἐσομένων θεραπείαν, καὶ οἱ πειραθέντες μὲν ἴσασι, καὶ ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν προϊούσης τῆς ἱστορίας ἐκθησόμεθα.

*Χριστοῦ

A istis citra examen assentimur. Deo enim volente, nihil est quod fieri non possit. Si vero gentiles miraculum istud minus probaverint, multa dicere possumus, quibus nunc censemus esse supersedendum. Quanta Alexandro volenti copias Granicum flumen trajicere & bellum Dario inferre, vaticinati sunt arioli? atqui hæc eorum commenta nullam evidentem sui demonstrationem habent. Quomodo Socratis philosophi dæ- B monium voce prænuntiabat illi rerum non agendarum eventus? Quomodo vero quæ de Pythagora Samio ab ipsius discipulis scripta sunt? Poetarum figmenta, ac quo pacto inter illos nonnulli fama celebres, quosdam eorum quos deos esse existimant, una cum ipsis militare & bellare scribant, consulto prætereo, ne quis fabulosa cum veris, & quæ nusquam gesta cum gestis comparare me putet. Præpotentem enim Christi gratiam, ex quo inter homines ea exuberavit & in cœlo, & in terra, & in mari, & in plantis, & in lignis, & in vestibus, & in morbo, & in sanitate, & in cibo, & in C potu, tutissimum præsidium, & malorum tam præsentium quam futurorum remedium esse, experti norunt, & nos etiam in progressu historiæ suo tempore exponemus.

Plutarch. in Alexand.

Περὶ τοῦ σίγνου οὗ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀντίτυπον τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ σταυροῦ ἐν οὐρανῷ.

ΚΕΦΑΛ. ε'.

Ο Δ' οὖν Κωνσταντῖνος τὴν τοῦ θαύματος ὄψιν εἰς τροπαίου σχῆμα μεταβαλὼν, καὶ χρυσοκολλήτοις λίθοις συναρμόσας, εἰς δόρατός τε ἀπαρτήσας ὑψηλοτάτου ὄψιν, ἐδίδου φέρειν τοῖς προϊππεῦσι, τὴν τῶν γραμμάτων ὑπόσχεσιν διὰ τῶν ἔργων λοιπὸν ἐπιζητῶν. καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτε, θᾶττον μὲν οἷς τεθέαται πιστεύσας, ταχυτέραν δὲ τῆς ὄψεως τὴν νίκην ὑποδεξάμενος.

De vexillo quod fecit Constantinus ad exemplum crucis in cælo a se visæ.

CAPVT V.

CONSTANTINVS igitur signum quod viderat, in vexillum suum transtulit, idque auro & lapidibus preciosis intextum: ac in longissimæ hastæ cuspide præfigens, primis equitibus perferendum dedit, litera- D rum promissa reipsa deinceps explorare cupiens. Nec spe sua frustratus est. cito enim cum credidisset iis quæ viderat, pene citius victoria potitus est.

Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς Μαξεντίου νίκης τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

ΚΕΦΑΛ. ς'.

Ο ΜΕΝ οὖν Κωνσταντῖνος τὸν πολὺν τοῦ πολέμου κάματον τῇ πίστει ὑποτεμνόμενος, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης στρατὸν οὐχ ὑφορώμενος, γενναίως ἀντιπαρετάττετο. Μαξέντιος δὲ τὴν Κωνσταντίνου ἀλκὴν δείσας, ἔτι τε καὶ τὸ μῖσος Ῥωμαίων ὑφορώμενος· πρὸς γὰρ τοὺς πλείστους διὰ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ διεβέβλητο· ἐσκέψατο δόλῳ τὴν ἐπιβουλὴν μετελθεῖν. ὁ δὲ δόλος γέφυρα ἦν εἰς μηχανῆς εἶδος ἀπὸ τῶν τοιούτων συμπαγεῖσα. τὸ μὲν γὰρ φαινόμενον ἄνωθεν, διάβασις ἦν τὸν Κωνσταντῖνον ὑποδεξομένη· τὸ δὲ λανθάνον, παγὶς ἦν πλάνης, τοῖς ἐκείνου βήμασι συντεθεῖσα. διαβῆναι γὰρ μικρὸν ἔδει, καὶ τὸ μηχάνημα λέλυτο, καὶ ὁ πολέμιος εἴληπτο, τάφον ἀδόκητον τῆς ἀπωλείας τὸν τόπον λαβών· ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ἐσκεύασε τῆς ἐπιβάσεως τὰ θήρατρα· θεία δὲ χάρις τοῖς οἰκείοις σοφίσμασι τὸν τῶν κακῶν τεχνίτην περιβάλλει. πρὶν γὰρ Κωνσταντῖνον ἁλῶναι, φθάσας αὐτὸς ὑποπίπτει ταῖς οἰκείαις τέχναις ὁ τύραννος, κἀκεῖ τυραννοκτόνος ἑαυτοῦ γεγονὼς, καὶ χρηστὴν ἐπιβουλὴν καθ' ἑαυτοῦ

De victoria quam pius Constantinus ab impio Maxentio reportavit.

CAPVT VI.

CONSTANTINVS magnum belli laborem fide præcidens, & Romanum exercitum minime reformidans, suos contra fortiter instruxit. Maxentius vero Constantini vires metuens, & Romanorum in se odium suspectum habens (plurimis enim E ob nequitiam suam invisus erat) dolo moliebatur insidias: dolum in ponte parabat, quem hac arte compegit. Quod aperte extabat & apparebat, Constantinum recipere & transitum prębere posse videbatur: sed latebat occulte deceptionis laqueus, ad illius pedes irretiendos paratus. Nam progredi solum in eo paulum oportebat hostem, ut soluta machina captus, inopinata morte in eo loco periret. atque sic ille flumen trajecturis retia posuit. Sed divina gratia malorum artificem suis ipsius technis implicuit. Nam antequam caperetur Constantinus, tyrannus ipse prior progressus in sua incidit retia; & illic sui ipsius tyrannicida factus, non inutiles ipse sibi insidias in conspectu

LIBRI I. CAP. VII. conspectu Romæ posuisse visus, ad pontem A Milvium dictum. Maxentius ipse demersus in flumen, suffocatus periit; ut merito (quemadmodum inquit Eusebius Pamphili) exclamarit universus populus Romanus: *Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem dejecit in mare: adjutor & protector factus est mihi ad salutem.* &, *Quis similis tibi in diis domine? quis similis tibi, gloriosus in sanctis, admirabilis in laudibus, faciens prodigia?* Quibus hæc addit idem, aliaque insuper his similia & germana Constantinus omnium ducem & victoriæ auctorem Deum & unigenitum ejus filium Iesum Christum reipsa celebrans, Romam cum triumpho & celebri pompa ingreditur, omnibus confertim, tam qui B senatorio ordine, quam qui aliis dignitatum ornamentis illustres erant, cum toto populo Romano, infantibus simul & mulieribus, læto oculorum obtutu & lubentibus animis, tanquam liberatorem, servatorem & beneficum patronum suum, cum faustis acclamationibus & insatiabili gaudio illum excipientibus. Ille vero insita in Deum pietate imbutus, applausu illo strepituque populari nullo pacto elatus, sed auxilii a Deo allati sibi probe conscius, statim salutaris passionis trophæum in manu propriæ imaginis poni jubet: & cum statuam ipsius dextra crucis signum tenentem, Romæ in C loco populi frequentia maxime celebri collocassent, hanc inscriptionem his ipsis verbis Latino sermone in ea incidi mandavit: Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, civitatem vestram tyrannidis jugo liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, pristinæ amplitudini & splendori restitui. Hæc Eusebius.

Lib. 9. hist. eccles. c. 8.

Exod. 15.

Loco cit.

De Licinio à Constantino pio misso contra tyrannum qui in oriente erat.

CAPVT VII.

D RVFINVS autem (sive Gelasius) sic ait: Post hæc rogavit senatus Licinium Constantiæ sororis Constantini illius pii maritum, ut una cum Constantino regnaret: hunc statim in orientem contra tyrannum qui illic erat misit, salutem Christianorum qui illic erant, procurans. Pius enim imperator tantis beneficiis a Deo affectus, bonam gratiam benefico rependere omni studio contendit. Ea erat Christianorum afflictionem quiete aliqua & remissione levare, & alios de exilio reducere, quosdam e carcere & vinculis emittere, nonnullos cum bonis suis publicatos, in integrum restituere, & ipsorum ecclesias instaurare: om- E nia vero summa cum animi alacritate fecit, ea quæ Christi sunt sapiens in omnibus. Cum Christianus esset, omnia tamquam Christianus fecit, Dei quidem ecclesias extruens, & preciosis ornans donariis; gentilium vero templa dirui jubens & incendi.

A σκεδάσας περὶ τῆς Ῥώμης, περὶ τὴν καλουμένην Μουλβίαν γέφυραν, ὁ περιρρηθεὶς Μαξέντιος αὐτὸς καταδὺς εἰς τὸν ποταμὸν, ἀποπνιγεὶς ὤλετο. ὥστε τὸν δῆμον ὅλον Ῥωμαίων, καθά φησιν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, βοῆσαι λέγοντα· ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, φησίν· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. καὶ τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε; τίς ὅμοιός σοι, δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα; οἷς ἐπιλέγει ὁ αὐτὸς ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις ἀδελφά τε καὶ ἐμφερῆ Κωνσταντῖνος τὸν πανηγεμόνα καὶ τῆς νίκης αἴτιον Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν αὐτοῖς ἔργοις ἀνυμνήσας, ἐπὶ Ῥώμην μετ' ἐπινικίων εἰσήλαυνε, πάντων B ἀθρόως αὐτὸν τῶν τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τῶν ἄλλως διαπρεπεστάτων, σὺν παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶ, φαιδροῖς ὄμμασιν, αὐταῖς ψυχαῖς, οἷα λυτρωτὴν, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην μετ' εὐφημιῶν καὶ ἀπλήστου χαρᾶς ὑποδεχομένων. ὁ δὲ ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μηδ' ὅλως ἐπὶ ταῖς βοαῖς παρασαλευόμενος, εὖ μάλα τῆς ἐκ Θεοῦ συναισθόμενος βοηθείας, αὐτίκα τὸ τοῦ σωτηρίου πάθους τρόπαιον ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἀνατεθῆναι προστάττει. καὶ δὴ σταυροῦ σημεῖον ἐν τῇ δεξιᾷ κατέχοντα αὐτὸν ἐν τῷ μάλιστα τῶν ἐπὶ Ῥώμης δεδημοσιευμένων C τόπῳ στήσαντες, αὐτὴν δὴ ταύτην προγραφὴν * ἐνταχθῆναι ῥήμασιν αὐτοῖς ἐγκελεύεται, τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρίας, τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τῶν τυράννων διασώσας ἠλευθέρωσα. ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα. τοσαῦτα Εὐσέβιος. * ἐγχαράξαι

Περὶ Λικινίου πεμπομένου παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου κατὰ τοῦ ἐπ' ἀνατολῆς τυράννου.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

D ΟΤΕ μὲν Ῥουφῖνος, ἢ γοῦν Γελάσιος, ταῦτα λέγει ὧδε. μετὰ ταῦτα Λικίνιον γαμβρὸν τυγχάνοντα τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ, συμβασιλεύειν τῷ Κωνσταντίνῳ ἡ Ῥωμαίων ᾐτήσατο σύγκλητος· ὅν τινα αὖθις ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψε κατὰ τοῦ ἐκεῖσε τυράννου, τὴν σωτηρίαν τῶν ἐκεῖσε χριστιανῶν προμηθούμενος. ἀπολαύσας γὰρ τῶν τηλικούτων εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος, εὐχαριστήρια τῷ εὐεργέτῃ προσφέρειν ἐσπούδαζε. ταῦτα δὲ ἦν τὸ ἀνεῖναι τοὺς χριστιανοὺς τοῦ διώκεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ὄντας ἀνακαλεῖσθαι, τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις ἀφίεσθαι, καὶ E τοῖς δημευθεῖσι τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀποκαθίστασθαι, τάς τε ἐκκλησίας αὐτῶν ἀνορθοῦσθαι· καὶ πάντα ἐποίει σὺν προθυμίᾳ πολλῇ, τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονῶν. τὰ πάντα χριστιανὸς ὢν, ὡς χριστιανὸς πάντα ἔπραττεν, ἀνεγείρων τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πολυτελέσι τιμῶν ἀναθήμασιν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἑλλήνων ναοὺς καθαιρεῖσθαι, καὶ πυρὶ διαφθείρεσθαι προστάττων.

ANNO CHRISTI 325.

Περὶ τῆς τοῦ κατὰ τὴν ἀνατολὴν τυράννου Μαξιμίνου ἀπονοίας.

ΚΕΦΑΛ. η'.

ΟΜΕΝ τοι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τύραννος τὰς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐπόρθει. ἐκπεριῆλθε δὲ αὐτὸν τοιαύτη τις αἰτία. τὸ μέγεθος τῆς οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῷ ἐπιτραπείσης ἡγεμονίας μήτε οἷός τε φέρειν ὢν, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν σώφρονος καὶ βασιλικοῦ λογισμοῦ ἀπειροκάλως τοῖς πράγμασιν ἐγχειρῶν, ἐπὶ πᾶσιν ἐξ ὑπερηφανίας μεγαλαυχίᾳ τὴν ψυχὴν ἀλόγως ἀρθεὶς, ἤδη καὶ κατὰ τῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν, καὶ τοῦ μάλιστα Κωνσταντίνου, τοῦ πάντα αὐτοῦ διαφέροντος, γένει τε καὶ τροφῇ καὶ παιδείᾳ, ἀξιώματί τε καὶ συνέσει, καὶ τό γε πάντων κορυφαιότατον, σωφροσύνῃ, καὶ τῇ περὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν εὐσεβείᾳ διαλάμποντος, τολμᾷν ὥρμητο Μαξιμῖνος θρασύνεσθαι, καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ὑπαγορεύειν. ἐπιτείνας δὲ εἰς ἀπόνοιαν μανίας, τάς τε συνθήκας, ἃς πρὸς Λικίνιον πεποίητο, παρασπονδήσας, πόλεμον ἄσπονδον αἱρεῖται. εἶτα ἐν βραχεῖ τὰ πάντα κυκήσας, πᾶσάν τε πόλιν ἐκταράξας, καὶ πᾶν στρατόπεδον μυρίανδρον τὸ πλῆθος συναγαγὼν, ἔξεισιν εἰς μάχην πρὸς Λικίνιον, κατά τε αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτὸν στείλαντος Κωνσταντίνου. καὶ δὴ συμβαλὼν εἰς χεῖρας, ἔρημος τῆς ἐκ Θεοῦ καθίσταται ἐπισκοπῆς, ἐξ αὐτοῦ τῆς νίκης τοῦ πάντων μόνου Θεοῦ πρυτανευθείσης τῷ τότε κρατοῦντι Κωνσταντίνῳ. ἀπόλλυσι μὲν πρῶτα τὸ ἐφ' ᾧ ἐπεποίθει ὁπλιτικὸν πλῆθος ὁ ἀλιτήριος· τῶν τε ἀμφ' αὐτὸν δορυφόρων γυμνωθεὶς, καὶ πάντων ἔρημον αὐτὸν καταλελοιπότων, τῷ τε κρατοῦντι προσπεφευγότων, ὑπεκδὺς ὁ δείλαιος ὡς τάχιστα, τὸν οὐ πρέποντα αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον δειλῶς καὶ δυσμενῶς καὶ ἀνάνδρως ἀποδὺς, ὑποδύεται τὸ πλῆθος, καὶ ἔπειτα διαδιδράσκει, κρυπταζόμενός τε ἀνὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας, μόλις τῶν πολεμιστῶν τὰς χεῖρας διέξεισι, τὰ τῆς σωτηρίας αὐτῷ προμνώμενος. ἔργοις αὐτοῖς εὖ μάλα πιστοὺς καὶ ἀληθεῖς τοὺς θείους ἀποφῆναι ἔνεστιν ὧδε χρησμοὺς, ἐν οἷς εἴρηται· οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. ὁ δὲ δυσσεβὴς ἀθρόα Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι, ἐν δευτέρᾳ πολέμου συμβολῇ καταστρέφει τὸν βίον. γίνεται δέ αὐτῷ τὰ τῆς καταστροφῆς, οὐχ οἷα στρατηγοῖς πολεμάρχαις ὑπὸ ἀρετῆς καὶ γνωρίμων πολλάκις ἀνδριζομένοις ἐν πολέμῳ τὴν εὐκλεῆ τελευτὴν εὐθαρσῶς ὑπομεῖναι συνέβη. ἀλλὰ γὰρ ἅτε τις δυσσεβὴς καὶ θεομάχος, τῆς παρατάξεως ἔτ' αὐτῷ πρὸ τοῦ πεδίου συνεστώσης, οἴκοι μένων αὐτὸς καὶ κρυπταζόμενος, τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν ὑπέχει, ἀθρόως Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι· ὡς ἀλγηδόσι δειναῖς καὶ περιωδυνίαις ἐλαυνόμενον, πρὶν ἢ καταπεσεῖν, λιμῷ τε διαφθείρεσθαι, τάς τε σάρκας αὐτῷ ὅλας ἀοράτῳ καὶ θεηλάτῳ πυρὶ κατατήκεσθαι· ὡς διαρρεῦσαι τὸ μὲν πᾶν εἶδος τῆς παλαιᾶς μορφῆς ἀφανισθῆναι, ξηρὸν δ' αὐτὸν μόνον ὀστέον γεγονέναι, οἷόν τι μακρῷ χρόνῳ κατεσκελετευμένον εἴδωλον ὑπολειφθῆναι· ὡς μηδὲν ἄλλο τι νομίζειν τοὺς παρόντας, ἢ τάφον αὐτῷ τῆς ψυχῆς

De Maximini orientis tyranni dementia.

CAPUT VIII.

ORIENTIS autem tyrannus Dei ecclesias interea depopulabatur. Decepit ipsum hujusmodi causa. Magnitudinem imperii, quod ei supra meritum obtigerat, ferre atque sustinere non poterat, sed honesti regiique ingenii expers, inepte & perperam res gerebat. Gravi tandem atque intolerabili arrogantia elatus, etiam contra imperii socios, maxime vero contra Constantinum (qui rebus omnibus illi longe antecellebat, genere, educatione, institutione, dignitate, & prudentia; quique, quod omnium caput est, animi moderatione & vera erga Deum pietate præfulgebat) audere quævis & attentare animum induxit, & in honoribus votisque publicis sese primo loco renuntiare. mox stultitiam in furorem vertens, fœdera cum Licinio pacta rupit, ac bellum atrox concitavit. Postremo cum brevi omnia miscuisset, omnesque civitates turbasset, atque numerosissimum confecisset exercitum, exit ad pugnam, tam contra Licinium ipsum, quam qui illum miserat, Constantinum. Sed manus conferens, divina ope destituitur, victoria tunc ab ipso uno omnium Deo rerum potienti Constantino subministrata. Primum sceleratus ille eam armatorum militum manum, cui confidebat, amisit: mox satellitum præsidio nudatus, & ab aliis omnibus, qui relicto illo ad victorem confugerant, desertus, clam discessit miser; & regium ornatum, qui parum sane illum decebat, timide simul & iracunde & muliebriter exuens, multitudini sese immiscet: fuga deinde elapsus, & in agris vicisque latitans, vix hostium manus evitavit, saluti suæ consulens. Atqui inde reipsa ostendere licet, certa admodum veraque esse divina oracula, in quibus dicitur: *Non salvatur rex per multas copias suas, & gigas non salvabitur in multitudine fortitudinis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi domini super metuentes eum, & in iis qui sperant super misericordia ejus; ut eruat a morte animas eorum.* Porro impius ille repentina Dei plaga percussus, in secunda belli conflictatione occumbit, alium vitæ exitum sortitus, quam qui ducibus bellicosis contingere solet, qui pro virtute & pro amicis fortiter se gerentes, fidenti animo gloriosam mortem oppetunt. Ille vero impius & Dei adversarius, dum adhuc exercitus suus in armis staret, ipse domi moratus, intra parietes latitans, debitas luit pœnas, inopinato Dei flagello percussus: sic ut gravi dolore, & acerbo cruciatus sensu agitatus, priusquam occideret, dira fame conficeretur; ejus etiam caro universa igni non conspicuo & per Dei iram immisso intabesceret, sic ut diffluens pristinæ formæ effigies tota deleretur, exiccatusque in nuda ossa ipse redigeretur, & tamquam simulacrum quoddam longinquitate temporis exhaustum attenuatumque relinqueretur: ita ut qui præsto aderant, ejus corpus nihil aliud esse existimarent,

Psal. 32.

quam sepulcrum animæ, quæ in eo jam mortuo & plane putrido defossa esset. æstu porro intimas adhuc medullas vehementius perurente, exilierunt ei oculi, & e suis sedibus excidentes, cæcum reliquerunt: qui post hæc ægre spiritum ducens, domino confitetur, mortemque invocat: ad extremum confessus se ista propter amentiam, qua contra Christum usus fuerat, merito perpeti, animam emittit.

γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ἤδη νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀπορρεύσαντι κατορυγμένης. σφοδρότερον δὲ ἔτι μᾶλλον τῆς θέρμης αὐτὸν ἐκ βάθους μυελῶν καταφλεγούσης, προπηδῶσιν αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀποπεσόντα, πηρὸν αὐτὸν ἀφιᾶσιν. ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀναπνέων, ἀνθομολογούμενος τῷ κυρίῳ, θάνατον ἐπεκαλεῖτο· καὶ τὸ πανύστατον ἐνδίκως ταῦτα τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ παροινίας ἕνεκα πεπονθέναι ὁμολογήσας, ἀφίησι τὴν ψυχήν.

B

De ecclesiarum instauratione.

CAPVT IX.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως.

ΚΕΦΑΛ. θʹ.

CVM ad hunc modum Maximinus, inter reliquos pietatis hostes longe deterrimus, e medio sublatus esset: ecclesiæ, gratia Dei omnipotentis, ab ipsis fundamentis erigebantur, & Christi verbum ad gloriam Dei rerum omnium moderatoris efflorescens, majori quam antea libertate prędicabatur. Hæc in nono libro ecclesiasticæ historiæ scripsit optimus ille Eusebius Pamphili: ex illius enim & aliorum laboribus, ut supra dixi, summa capita decerpens, præsentem hunc libellum qua possum brevitate contexo, summo studio festinans sermonem deducere ad summum illum, illustrem, sanctum & divinum montem apostolicæ illius & laudabilis synodi sacerdotum Dei, quæ Nicææ fuit: maxime cum prophetam velut manu prehendentem me & hortantem videam, *Venite*, inquit, *ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob: & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea. Ex Sion enim exibit lex, & verbum domini ex Ierusalem.* Vere enim Sion & Ierusalem, & mons domini altissimus, & domus Dei Iacob, est divinus ille orthodoxorum Dei sacerdotum cœtus, qui in Spiritu sancto perscrutati docuerunt per scripturas propheticas, evangelicas & apostolicas, de verbo vitæ, hoc est, Filio Dei, quod vere increatus sit secundum naturam divinitatis, non creatus, quemadmodum contra illum blasphemavit Dei hostis & impius ille Arius: quod ejusdem naturæ & substantiæ sit cum Patre qui eum ante omnia sæcula genuit: quod denique & Spiritus sanctus ejusdem pariter divinitatis & essentiæ sit cum Patre & Filio, manifestissime ostenderunt. Et vere altus Dei mons, quæ nobis ab initio est, ut antea declaravit sermo, ab ipso domino per apostolos nobis tradita, & nunc per ipsius sacerdotes Nicææ congregatos scripturæ testimoniis clare explicata veneranda illa & sancta fidei regula, de qua clarius juvante Deo, progrediente longius sermone a nobis disseretur. Sed ad propositum ecclesiasticæ historiæ argumentum revertamur, repetentes ea quibus Deus populo suo subvenerit, & tyrannos e medio sustulerit per dilectum servum suum imperatorem Constantinum: quam per eumdem pacem conciliaverit suis in toto orbe ecclesiis. Solus magnus dominus, qui facit mirabilia magna solus, & inscrutabilia, quorum non est numerus: qui rerum opportunitates & tempora commutat, qui deponit reges & constituit: *Suscitans a terra inopem & de stercore*

Isai. 2.

Euseb. l. 10. hist. c. 4.
Psal 135.
Iob. 5.
Psal. 112.
Luc. 1.

ἀνεκραύγασε μέγα, εἰπών· δόξα σοι ὁ Θεὸς ὁ ἐμπνεύσας τούτοις τοῖς ἁγίοις σου τὸ ὑπὲρ πάντα νοῦν μυστήριον τῆς ἀχράντου καὶ ἀχωρίστου καὶ ἀκτίστου θεότητος. ἀλλὰ δέομαί σου Χριστὲ, ὡς παναγάθου πατρὸς πανάγαθος υἱὸς, πάρες ἅπερ εἰς σὲ, ὑπαχθεὶς ταῖς ἀσεβέσι παρὰ τοῦ Αρείου δόξαις, ἥμαρτον, καὶ μὴ εἰσπραχθήσομαι δίκας παρὰ σοὶ τῷ δικαίῳ κριτῇ ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν ῥημάτων ἐκείνων, ὧν κατὰ σοῦ ἀπέφηνα ὁ τάλας. οὐαὶ Αρείῳ καὶ τῇ συμμορίᾳ αὐτοῦ τῇ ἀσεβεῖ, βλασφημήσασιν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, λέγουσιν· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι κτίσμα καὶ ποίημα, καὶ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἧς ὁ πατὴρ εἰρηκόσι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀναθεματίζω νῦν καὶ * πάντως Αρειον καὶ τὰς ἀσεβεῖς αὐτοῦ δόξας, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας πάντας, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας κατά τε τοῦ πατρὸς, κατά τε τοῦ υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ τὸν υἱὸν μὴ ἔχων, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. καὶ ὁ εἰς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσας, εἰς τὸν πατέρα ἐβλασφήμησε. καθικετεύω τὴν ὑμετέραν ἱερὰν γερουσίαν, βοηθήσατέ μοι διὰ τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἱκεσιῶν ὑμῶν, ἀκολουθοῦντι μάλιστα τοῖς δι' ὑμῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκτεθεῖσι καὶ ὁριζομένοις· καὶ ὁμολογῶ ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, καὶ βέβαια. τοῦτο γὰρ πιστεύω εἶναι, ὅπερ ὁ ἱεροφάντης εἶπε Παῦλος· τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, ὃ νῦν ἀπεκαλύφθη, καθὼς εἴρηται τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποστόλοις καὶ προφήταις, καὶ ὑμῖν ἐν πνεύματι, ἀεὶ ὄντα καὶ συνυπάρχοντα καὶ συνδιαμένοντα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον.

* ἀεί ποτε.

Προσθέντες οἱ ἅγιοι πατέρες εἶπον πρὸς τὸν φιλόσοφον περὶ πηγῆς, καὶ ποταμοῦ, καὶ ὕδατος, διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου.

reversus clamavit valde, dicens: Gloria tibi Deus, qui inspirasti sanctis his tuis mysterium, quod omnem intellectum superat, immaculatæ, immensæ & increatæ divinitatis. Sed oro te, Christe, tamquam undiquaque boni Patris undiquaque bonum Filium, condona quæ impiis adhuc Arii opinionibus seductus peccavi: nec pœnis graver apud te justum judicem propter impia illa verba, quæ adversus te miser protuli. Væ Ario & eius impio cœtui, blasphemantibus adversus Filium Dei, dicentibus: Erat quando non erat, & quod creatura sit & opus, ex alia substantia Filius Dei & Spiritus sanctus; & dicentibus Filium Dei & Spiritum sanctum non esse ejusdem substantiæ, cujus est Pater. Anathematizo nunc & semper Arium & impias ejus opiniones, & omnes cum eo sententias, & blasphemantes adversus Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Qui enim Filium non habet, neque Patrem habet: & qui contra Filium aut Spiritum sanctum blasphemavit, in Patrem blasphemavit. Supplico autem sacræ "vestræ" senectuti, adjuvate me per vestras de me ad Christum Filium Dei preces, maxime cum jam consentiam his quæ a vobis de sancto Spiritu exposita & definita sunt: & confiteor illa esse vera atque firma, hoc esse credens, quod sacrorum scriptor Paulus dixit: *Mysterium absconditum a sæculis & generationibus, quod nunc revelatum est*, ut asserit *sanctis ejus apostolis & prophetis*, & vobis in Spiritu sancto, semper scilicet existentem, & simul subsistentem, ac permanentem cum Deo & Patre Filium ejus, & Spiritum ejusdem sanctum.

" Senatui; hoc est cœtui vestro sacro.

Addentes sancti patres de fonte, fluvio, & aqua, locuti sunt ad philosophum per episcopum Leontium.

ΚΕΦΑΛ. κβ'.

Καὶ ἐκεῖνο δὲ νοητέον ὦ φίλε λοιπὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφε. πηγὴν νοήσωμεν γεννῶσαν ποταμὸν ὕδατος· πᾶς γὰρ ποταμὸς, ὡς οἶσθα, πηγὴν ἔχει γεννήτειραν· εἶτα προέρχεται μὲν ὁ ποταμὸς τοῦ ὕδατος. ἀλλ' οὐδεὶς καλεῖ τὸν ποταμὸν πηγὴν, ἢ τὴν πηγὴν ποταμόν· ἀλλ' ἡ πηγὴ πηγὴ καλεῖται, καὶ ὁ ποταμὸς ποταμός· καὶ ἀμφότερα ἓν ὕδωρ. ἐπὰν δέ τις ἐθέλοι ἀρύσασθαι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἢ τῆς πηγῆς ὕδωρ, μεταβάλλει τὴν προσηγορίαν. οὐκ ἐρεῖ γὰρ, ἄπελθε, πορευθεὶς ἄντλησον, καὶ φέρε μοι τὴν πηγὴν, ἢ τὸν ποταμὸν, ἀλλ' ὕδωρ. καὶ μία μὲν ἡ φύσις, τρία δὲ πρόσωπα λεκτέα, πηγὴ, ποταμὸς, ὕδωρ. ἀλλὰ καὶ ἡ θεία γραφὴ ταῦτα φράζουσα δείκνυται. οὐ γὰρ ἀλλότρια ταύτης ἡμεῖς σοι φθεγγόμεθα, γνήσιον λοιπὸν τέκνον τῆς χάριτος· εἰ καὶ ὡς ἐν ὑποδείγμασι, καὶ τύποις, καὶ εἰκόσι τῆς ἀληθείας τὸν λόγον εἰσηγησάμεθα. λέγει οὖν περὶ τοῦ υἱοῦ ἡ θεία γραφή· κλίνω, φησὶν, ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης· ἐκπορευόμενος δηλονότι ἐκ τῆς ἀληθοῦς πηγῆς τῆς ζωῆς, τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος, καθά φημι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις βοᾷ· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. κἀκεῖνο δὲ ὅπερ ἔφη λευκότατα. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὅτι ἐξ αὐτοῦ λαμβάνομεν ἅπαντες οἱ πιστοὶ, τῆς αὐτῆς ὂν οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ υἱὸς, ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ ὂν τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἀνωτέρω ἀπεδείξαμεν. ὅτι δὲ ἐξ αὐτοῦ

CAPUT XXII.

Illud etiam, amice philosophe, quod superest hujus veritatis, considerandum est. Fontem cogitemus, qui fluvium aquæ generat: omnis enim fluvius, ut nosti, fontem habet genitorem: inde procedit aquæ fluvius. Sed nemo fluvium appellat fontem; neque fontem fluvium: Sed fons, fons appellatur, & fluvius fluvius, & utrumque aqua una. Quando autem vult quispiam e fonte vel fluvio aquam haurire, mutat nomenclaturam: non enim dicit: Vade, progrediens haurias & feras mihi fontem aut fluvium, sed aquam. & una quidem natura, tres autem personæ dicendæ sunt, fons, fluvius, & aqua. Sed & divina scriptura eadem asserens demonstrat. Neque enim ab eadem aliena nos tibi loquimur, o legitime in posterum gratiæ fili, quamvis in similitudinibus, typis & imaginibus sermonem veritatis enarramus. Ait igitur de Filio divina scriptura: *Inclino in eos quasi fluvius pacis*: egrediens videlicet ex vero vitæ fonte, Patris divinitate, ut ipse dominus in evangelio clamat: *Ego a Patre exivi, & venio.* & quod ipse apertissime dixit: *Ego & Pater unum sumus.* & illud: *Ego in Patre, & Pater in me.* & quod Spiritum sanctum ex ipso fideles omnes accipimus, qui ejusdem substantiæ est cujus & Pater & Filius, procedens a Patre, proprius vero Filii, ut superius ostendimus. Quod autem

Isa. 66.

Ioan. 8.

Ioan. 10.

autem ab ipso nobis effundatur, clarissime in evangeliis docuit ipse dominus, dicens: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: qui credit in me, ut scriptura testatur, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Quibus evangelista divinitus inspiratus, dictum interpretans, subinfert: *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* & propheta David de hoc utique fonte vitæ, sancta trinitate, vide quid clamet: *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: fontem vitæ Deum & Patrem appellans, ad Filium vero loquens: si quidem Pater est in Filio, & Filius in Patre: lumen autem ipsum Filium nominat, in quo lumine testatur videndum esse lumen, Spiritum sanctum: In lumine, inquit, tuo videbimus lumen. Fons enim vitæ ac luminis vere est Pater: lumen etiam est Filius ex Patre lumine: lumen etiam est Spiritus sanctus ex eodem lumine. Siquidem, ut nobis sæpe dicendum est, una est divinitas Patris & Filii & Spiritus sancti, ut ipse clamat per verba prophetica: *Ego sum Deus, & non est alius: & ego primus, & ego postea, & in sæculum ego sum.* & rursum: *Ego sum, & non mutor, & in sæculum ego sum.* & quæ sequuntur. Et juxta prius demonstrata necessarium arbitror dicta repetere, quamvis non omnia propter multitudinem, sed clariora, ut firmiorem habeant consistentiam quæ dicta sunt. Quæ igitur erant ex ore Ieremiæ prophetæ proponemus: *Qui præparavit*, inquit, *terram in æternum tempus, & implevit eam jumentis quadrupedibus. Qui mittit lumen, & vadit: vocavit illud, & obedivit timore: stellæ splenduerunt in custodiis suis, & exultaverunt: vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: splenduerunt cum exultatione factori suo. Hic Deus noster, non reputabitur alius adversus eum.* & quæ sequuntur. Necessarium igitur, o Deo dilectissime philosophe, huc animum advertere, & scripturæ sensum aperire. Ostendit enim, ut tu ipse pariter confessus es, de Filio hæc dicta esse. *Post hæc enim*, inquit, *in terra visus est, & inter homines conversatus est.* Si ergo iuxta impiam Arii pravitatem, alia quidem est Filii substantia creata, ut sit Deus Patre posterior: ait autem de ipso scriptura: Hic Deus noster, & non reputabitur alius adversus eum: sequetur ex impietate Arii Patré Deum non esse, siquidem ait de Filio: Et non reputabitur alius adversus eum. & convincuntur impii Ariomanitæ cum suæ blasphemiæ auctore, præter Filii negationem ipsum Patrem a divinitate depellere, & athei prorsus deprehenduntur veritatis adversarii. *Qui enim Filium non hábet*, ut in catholicis ait, *nec Patrem habet.* Fides autem catholica unam deitatem novit & colit, Patris & Filii & Spiritus sancti: adversus quam non æstimabitur alia. Porro mysterium hoc sanctæ atque adorandæ & consubstantialis trinitatis, omnem intellectum atque sermonem superat, & prorsus comprehendi non potest, sed sola fide percipi.

Ioan. 7. — Psal. 35. — Isai. 41. & 45. — Malach. 3. — Baruch 3. — Ibid. — 1. Ioan. 2.

A ἡμῖν ἀναβλύζον ἐστὶ, σαφέστατα ἐν εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν αὐτὸς ὁ κύριος εἰπών. ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. οἷς ὁ εὐαγγελιστὴς θεόθεν ἐμπνευσθεὶς, τὸ ῥηθὲν ἑρμηνεύων, ἐπιφέρει λέγων· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. καὶ ὁ προφήτης δὲ Δαυὶδ ὅρα τί περὶ ταύτης τῆς πηγῆς τῆς ὄντως ζωῆς τῆς ἁγίας τριάδος βοᾷ. ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· πηγὴν ζωῆς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα καλῶν. B πρὸς τὸν υἱὸν δὲ λέγων, ἐπείπερ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. φῶς δὲ τὸν υἱὸν ὑπαγορεύει, ἐν ᾧ φωτὶ λέγει ὄψεσθαι φῶς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐν γὰρ τῷ φωτί σου, φησὶν, ὀψόμεθα φῶς· πηγὴ γὰρ ὄντως τῆς ζωῆς καὶ φωτὸς ὁ πατήρ· φῶς καὶ ὁ υἱὸς, ἐκ φωτὸς τοῦ πατρός· φῶς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτοῦ τοῦ φωτός. ἐπείπερ, ὡς πολλάκις ἡμῖν λεκτέον, μία θεότης τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὰ αὐτὸς βοᾷ διὰ τῶν προφητικῶν λόγων· ἐγώ εἰμι Θεὸς, οὐκ ἔστιν ἄλλος· καὶ ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι. καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι. C καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ κατὰ τὰ προαποδειχθέντα, ἀναγκαῖον γὰρ οἶμαι ἐπαναλαβεῖν τὰς ῥήσεις, εἰ καὶ μὴ πάσας διὰ τὸ πλῆθος, ἀλλ' οὖν τὰς σαφεστέρας, πρὸς τὸ βεβαιοτέραν τὴν σύστασιν ἔχειν τὰ εἰρημένα. τὰ οὖν ἐκ στόματος Ἱερεμίου τοῦ προφήτου παραθήσομεν· ὁ κατασκευάσας, φησὶ, τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται, ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν· ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπαν· πάρεσμεν. ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· καὶ τὰ ἑξῆς. ἀναγκαῖον οὖν, ὦ θεοφιλέστατε φιλόσοφε, D ἐπιστῆσαι ὧδε τὸν νοῦν, καὶ ἀναπτύξαι τῆς γραφῆς τὴν διάνοιαν. ἔδειξε γὰρ, καθὰ καὶ αὐτὸς συνωμολόγησας, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ ταῦτα προείρηται. μετὰ ταῦτα γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. εἰ οὖν κατὰ τὴν ἀσεβῆ μοχθηρίαν Ἀρείου, ἄλλη τις οὐσία κτιστή ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ μεταγενέστερος τοῦ πατρὸς Θεός· λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ ἡ γραφή. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· οὐ Θεὸς ὁ πατὴρ κατὰ τὴν Ἀρείου ἀσέβειαν, ἐπείπερ λέγει περὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. καὶ ἐλέγχονται οἱ ἀσεβεῖς Ἀρειομανῖται σὺν τῷ τῆς βλασφημίας αὐτῶν αὐθέντῃ, πρὸ τῆς περὶ τοῦ υἱοῦ ἀρνήσεως, αὐτὸν τὸν πατέρα ἐκβαλόντες τῆς θεότητος· καὶ ἄθεοι παντελῶς εὑρίσκονται οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι. ὁ γὰρ τὸν υἱὸν μὴ ἔχων, καθά φησιν ἐν καθολικαῖς, οὐδὲ τὸν πατέρα E ἔχει. ἡ δὲ καθολικὴ πίστις μίαν θεότητα οἶδε, καὶ ταύτην πρεσβεύει, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· παρ' ἣν οὐ λογισθήσεται ἑτέρα. τὸ δὲ μυστήριον τοῦτο τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἀπερινόητον καὶ ἀνέκφραστον καὶ πάντῃ ἀκατάληπτον ὑπάρχει, πίστει μόνῃ νοεῖσθαι δυνάμενον.

ANNO CHRISTI 325.

LIBRI II. CAP. XXIII.

A

Ο φιλόσοφος.

ΚΕΦΑΛ. κγ'.

ΘΕΙΑ ὡς ἀληθῶς καὶ φωτὸς ἔμπλεα, τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δι' ὑμῶν ἐκφωνηθέντα. δέομαι δὲ ὑμῶν, ἐξεχομένων μοι ὄντων τῶν ἱερῶν τῆς διδασκαλίας ὑμῶν λόγων, ὑπόσχετέ μοι τὰς διαγεῖς ὑμῶν ἀκοάς, καὶ πρὸς ἃ ἐπερωτῶ διδάξατε, ἵνα πληρεστάτην λήψεσθε παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτηρίας ἀμοιβήν.

Philosophus.

CAPUT XXIII.

DIVINA revera & lucis plena sunt, quæ a Spiritu sancto per vos fuerunt explicata. Oro autem vos (amo enim sacros doctrinæ vestræ sermones) spondere mihi pias & religiosas aures vestras, & de his docete quæ adhuc inquiro, ut plenissimam a Deo pro salute mea remunerationem accipiatis.

B

Απόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ αὐτοῦ Λεοντίου ἐπισκόπου.

Εἰπὲ ὃ βούλει, ἐπιθυμητὸν γὰρ ἡμῖν πληροφορῆσαί σε ἐν πᾶσιν, εὐμαρῶς δυναμένου σου νῦν μάλιστα δέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις τῶν ῥήσεων, ἐλλαμφθέντος σου ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Responsio sanctorum patrum ad philosophum per eumdem Leontium episcopum.

Dic quod vis, cupimus enim te plenissime scire de omnibus, maxime cum jam te illustrante Spiritu sancto, facile possis dictorum demonstrationem percipere.

Εὐχαριστία τοῦ φιλοσόφου, καὶ ἐπερώτησις περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως.

Χάρις ὑμῶν τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ. φατὲ δέ μοι ὦ ἱερώτατοι, πῶς νοητέον τὸ τὸν Θεὸν λόγον, τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ἐπὶ τῆς γῆς ὦφθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφθαι, ἀθέατον ὄντα πάσῃ κτιστῇ φύσει, ὁρωμένῃ τε καὶ νοουμένῃ· καὶ τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ταῦτα ἐπραγματεύσατο, διδάξατε, παρακαλῶ.

C

Gratiarum actio philosophi, & interrogatio de divina incarnatione.

Gratia sacro vestro capiti. Dicite autem mihi, o sanctissimi, quomodo sit intelligendum Deum Verbum Dei Filium in terra visum esse, & inter homines conversatum, cum aspectabilis non sit ab omni creata natura, & quæ videtur, & quæ intelligentia percipitur: & quæ sit causa, propter quam hæc gesta sunt, doceatis rogo.

Απόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου.

Η μὲν αἰτία τῆς αὐτοῦ παρουσίας ᾠκονομήθη ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τῶν πρωτοκτίστων ἀνθρώπων τοῦ τε Αδὰμ καὶ τῆς Εὔας γεγενημένην ἀπόπτωσιν, ἣ τις ἅπαν τὸ αὐτῶν ἐπενέμετο γένος. ἐπεὶ οὖν παραβάντες τὴν ἐντολὴν, τοῦ θείου χαρίσματος ἐστερήθησαν, τοῦτο ἀποδοῦναι ἠθέλησεν ὁ δημιουργὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. καὶ νοητέον ἐνταῦθα, ὅτι ὥσπερ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατὰ τὰς προῤῥηθείσας ἀποδείξεις· ὁ αὐτὸς πάλιν εἶπε, σώσωμεν τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον, ὃν κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐποιήσαμεν. καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ εἶπε τὸ ποιήσωμεν, καὶ ὁ υἱὸς ἐδημιούργησεν, Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ· ὁ αὐτὸς πάλιν, βουλῇ πατρικῇ ἀνασῶσαι ἐν ἑαυτῷ ἠβουλήθη τὸν ἄνθρωπον.

Responsio sanctorum patrum ad philosophum per episcopum Leontium.

Causa præsentiæ ejus ab ipso dispensata est propter primorum hominum Adami & Evæ lapsum in paradiso, qui totum ipsorum genus invasit. Postquam igitur transgressi præceptum, divina gratia privati fuerunt, eam humano generi opifex voluit restituere. Et considerandum hic est, quod
D quemadmodum Deus dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & fecit Deus hominem, juxta prius dictas demonstrationes; idem rursus dixit: Servemus perditum hominem, quem ad imaginem & similitudinem nostram fecimus. Ut autem Deus & Pater dixit, Faciamus; & Filius Deus ex Deo fecit: idem rursus ex Patris sententia salvare hominem voluit in semetipso.

Επερώτησις τοῦ φιλοσόφου περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ πῶς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ συνανεστράφη ὡς ἄνθρωπος τοῖς ἀνθρώποις, Θεὸς ὢν ἀναλλοίωτος.

Interrogatio philosophi de eodem.

E Et quomodo in terra visus, & quasi homo inter homines conversatus est, cum sit Deus immutabilis?

Απόκρισις παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων διὰ Μακαρίου ἐπισκόπου Ιεροσολύμων.

Κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ θεσπεσίου Παύλου, μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὃ ἐφανερώθη ἐν σαρκί. τοῦτ' ἔστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός. τότε αὐτὸς ὤφθη καὶ ἀγγέλοις. οὐδὲ γὰρ ἀγγέλοις, ἢ ἀρχαγγέλοις, ἢ ποσὶ τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων θεατὸς ὁ μονογενής· ἐπείπερ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. οὗπερ τὴν ἐξ οὐρανῶν καταφοίτησιν

Responsio sanctorum patrum per Macarium episcopum Hierosolymitarum.

Juxta divini Pauli vocem: *Magnum pietatis est sacramentum quod manifestatum est in carne:* hoc est, Dei Filius. Eodem tempore idem apparuit angelis. Neque enim angelis vel archangelis, vel aliquibus cœlestibus potestatibus visibilis est unigenitus, quandoquidem Deum nemo vidit unquam. Cujus de cælis adventum

A audiens, nullatenus immensæ divinitatis localem migrationem suspiceris, sed dispensationem cogita totius hujus magni revera pietatis sacramenti, in quo sumus renovati. Renovatio enim fuit novitatis resumptio. Per hoc enim qui nobis dedit similitudinem suam, Deus Verbum ad similitudinem nostram descendit. Impossibile est autem Deum nobis assimilari, & non incarnari: neque enim species incorporea substantiæ incorporeæ, quæ quidem ipse erat, accessit, sed corporea; corporea autem substantia absque assumptione non erat: propterea corpus vere assumpsit, ut qui a prima fraternitate, hoc est, gratia sancti Spiritus, quam per primos B parentes Adamum & Evam amisimus, per figuræ incorporeæ mutationem excideramus; ad fraternitatem per corporis assumptionem reduceremur, & iterum incorpoream speciem divinam acciperemus. Accipit autem carnem ex muliere: sic enim nobis similis factus est, ut nos sibi similes participes suæ gloriæ faceret, & ut mulierem per nativitatem suam salvaret. (1. Tim. 2.) *Salvabitur enim*, inquit, *mulier per filiorum generationem.* Caro autem assumpta est, quæ secundum naturam habebat quod vitale est: nulla enim caro eo quod vitale est caret, quod scriptura proprie animam C appellat.

A ἀκούων, μὴ τοπικὴν μετάστασιν τῆς ἀχωρήτου αὐτοῦ ὑποπτεύσῃς θεότητος, οἰκονομίαν δὲ νόει τὸ ὅλον τοῦτο τὸ μέγα ὡς ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐν ᾧ ἀνεκαινίσθημεν. ἀνακαίνισις γὰρ γέγονε καινότητος ἐπανάληψις. διὰ δὴ τοῦτο ἀποδιδοὺς ἡμῖν τὴν πρὸς ἑαυτὸν ὁμοίωσιν, ὁ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ λόγος εἰς ὁμοίωσιν ἡμῶν κατῆλθεν. ἀδύνατον δὲ τὸν Θεὸν ὁμοιωθῆναι ἡμῖν μὴ σαρκωθέντα· οὐ γὰρ ἀσώματον εἶδος αὐτοῦ ἀσωμάτου οὐσίας προσεγίνετο, ὅπερ ἦν αὐτὸς, ἀλλὰ τὸ σωματικόν· σωματικὴ δὲ οὐσία ἄνευ προσλήψεως οὐκ ἐγίνετο· διὰ τοῦτο σῶμα ἀληθῶς προσέλαβεν, ἵνα οἱ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀδελφότητος ἐκπεσόν- B τες, διὰ τὴν τοῦ ἀσωμάτου εἴδους ἀλλαγὴν, τοῦτ' ἔστι τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, ἧς διὰ τῶν πρώτων ἀνθρώπων τοῦ τε Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας ἀπωλέσαμεν, εἰς ἀδελφότητα εἰσαχθῶμεν διὰ τῆς σωματικῆς προσλήψεως, καὶ πάλιν τὸ ἀσώματον εἶδος τὸ θεῖον ἀπολάβωμεν. λαμβάνει δὲ σάρκα ἐκ γυναικός. οὕτως γὰρ καὶ ὁμογενὴς ἡμῖν καθίσταται, ἵνα καὶ ὡς ὁμογενέσιν ἡμῖν μεταδῷ τῆς δόξης ἑαυτοῦ, ἵνα καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς γεννήσεως ἀνασώσῃ. σωθήσεται γὰρ, φησὶν, ἡ γυνὴ διὰ τῆς τεκνογονίας. σὰρξ δὲ προσείληπτο τὸ κατὰ φύσιν ἔχουσα ζωτικόν· οὐδεμία γὰρ σὰρξ ἄνευ τοῦ ζωτικοῦ, ὃ καὶ ψυχὴν ἰδίως ἡ γρα- C φὴ καλεῖ.

Philosophus.

Quis non stupeat in his Dei magnalibus, ut dicebatis? Verumtamen quomodo accepit carnem ex muliere, ut paulo ante asseruistis?

Ὁ φιλόσοφος.

Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγῇ ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις τοῦ Θεοῦ τούτοις, ὡς ἔφατε; πλὴν πῶς λαμβάνει σάρκα ἐκ γυναικὸς, καθὼς ἀρτίως εἰρήκατε.

Responsio sanctorum patrum per eumdem Macarium episcopum Hierosolymorum.

Iam monuimus te, vir optime, nequaquam in divinis mysteriis dicere, quomodo? ineffabilia enim sunt, & incomprehensibilia. ut au- D tem ex sacris literis edocti sumus, dicemus quantum oratio consequi poterit. Omnimodam enim mysterii illius cognitionem, quomodo dispensatio in carne domini facta sit, nullus neque hominum, neque angelorum, nec ipse Gabriel qui eidem mysterio ministravit, neque omnino sancta, pura, & casta virgo Maria consequi poterit totam hujus Dei Verbi incarnationis intelligentiam. ipse etenim solus unigenitus Dei Filius exacte novit suam propter nos inhumanationem. sed quæ nobis tradiderunt, qui ab initio ipsi viderunt, (Lucæ 1.) & ministri fuerunt sermonis, ut ait Lucas, de illius in carne dispensatione, quod scilicet ex (Matth. 1.) semine David & Abraham secundum carnem; E &, *De qua natus est Iesus, qui vocatur Chri-* (Roman. 9.) *stus*, id est, ex virgine: *& quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem*: & quod (Hebr. 2.) *non angelorum, sed semen Abrahæ apprehendit*: & (Hebr. 4.) quod *per omnia nobis assimilatus est, excepto peccato*: hæc scimus: modus autem quo hæc gesta sunt, omnis creaturæ rationalis cogitationem transcendit. Ait autem & de hoc (Ierem. 17. b.) Ieremias propheta: *Homo est, & quis cognoscet illum?* Admirante autem philosopho, & tota multitudine collecta ad auscultationem, addentes sancti patres, per Macarium episcopum Hierosolymorum dixerunt.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ τοῦ αὐτοῦ Μακαρίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων.

Ἤδη εἰρήκαμέν σοι, ὦ βέλτιστε, μηδαμῶς ἐπὶ τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων λέγειν τὸ ὅπως· ἀπόρρητα γάρ εἰσι D καὶ ἀνεπινόητα. ὡς δὲ ἐκ τῶν ἱερῶν λόγων ἐδιδάχθημεν, ἐροῦμεν ὅσον ὁ λόγος παραστῆσαι δυνήσεται. τὸ γὰρ παντελῶς καταληπτικὸν τοῦ μυστηρίου ἐκείνου, τῆς τοῦ κυρίου ἐνσάρκου οἰκονομίας, πῶς γέγονεν, οἶδεν ἀνθρώπων οὐδὲ ἀγγέλων οὐδεὶς, οὐδὲ αὐτὸς Γαβριὴλ ὁ διακονησάμενος τῷ μυστηρίῳ ἐκείνῳ, οὐδὲ ἡ πάναγνος καὶ καθαρὰ καὶ ἁγία παρθένος Μαρία παραστῆσαι δυνήσεται τὴν ὅλην τῆς αὐτῆς τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκώσεως κατάληψιν. αὐτὸς γὰρ μόνος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς τὸ ἀκριβὲς οἶδε τῆς ἑαυτοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσεως. εἰ γὰρ καὶ παρέδωσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καθά φησιν ὁ Λουκᾶς, περὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας· ὅτι ἐκ σπέρματος Δαυὶδ καὶ Ἀβραὰμ τὸ κατὰ σάρκα, καὶ τὸ ἐξ ἧς E ἐγεννήθη Ἰησοῦς, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς παρθένου, ὁ λεγόμενος Χριστός· καὶ ὅτι ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα· καὶ ὅτι οὐκ ἀγγέλων, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καὶ ὅτι κατὰ πάντα ὡμοιώθη ἡμῖν, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ταῦτα ἴσμεν· ὁ δὲ τρόπος, πῶς ταῦτα γεγένηται, πάσης λογικῆς φύσεως ὑπερβαίνει διάνοιαν. λέγει γὰρ καὶ περὶ τούτου Ἱερεμίας ὁ προφήτης· καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; θαυμάζοντος δὲ τοῦ φιλοσόφου, καὶ παντὸς τοῦ συναθροισθέντος πλήθους εἰς τὴν ἀκρόασιν, προσθέντες οἱ ἅγιοι πατέρες, διὰ Μακαρίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων εἶπαν.

ANNO CHRISTI. 325.

* χ. ὑ γέγονεν.

LIBRI II. CAP. XXIII.

Ἤδη διὰ πλείστων ὅσων ἀπεδείξαμεν, ὅτι Θεὸς A ὢν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, * γέγονεν ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν, σαρκωθεὶς καὶ γεννηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας ἀπορρήτῳ γεννήσει. ἐπειδὴ γὰρ ἠβουλήθη, ὡς προαπέδειξεν ὁ λόγος, ἀνακαινίσαι τὰ διὰ τὴν ἀπόπτωσιν τῶν πρωτοπλάστων λυθέντα, γέγονεν ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἵνα ἡμᾶς ποιήσῃ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, συγκαταβὰς ὡς ἰατρὸς ἄριστος τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν. πάλιν ἐροῦμεν τὸ συγκαταβαίνειν, καὶ τὸ κατελθεῖν, καὶ τὸ ἀπεστάλθαι, κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τρόπον διαληπτέον, ὡς προαπεδείξαμεν, τῇ γὰρ θεότητι αὐτοῦ τὰ πάντα σὺν τῷ πατρὶ πληροῖ ἀεὶ κατὰ τὰς προαποδοθείσας ἐννοίας. ἄκουε τοίνυν. γεννώμεθα ἐκ B γυναικός· ἦλθε διὰ φιλανθρωπίαν εἰς τοῦτο. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἐξ ἡδονῆς ὕπνου, καὶ σπέρματος ἀνδρός· αὐτὸς δὲ μόνος ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. γαλακτοτροφούμεθα· ἦλθε καὶ εἰς τοῦτο σαρκί, ὁ τῇ θεότητι αὐτοῦ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. γινόμεθα εἰς προκοπὴν καὶ αὔξησιν ἡλικίας· οὐκ ἀπηξίωσε γενέσθαι καὶ αὐτὸς τοῦτο σωματικῶς, καθὼς γέγραπται, ὅτι Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· καὶ ἕως τριακονταετοῦς χρόνου διανύσας, ἵνα πᾶσαν ἡλικίαν εὐλογήσῃ· τότε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται, κηρύσσοντος Ἰωάννου υἱοῦ Ζαχαρίου τῷ λαῷ βάπτισμα μετανοίας, οὐκ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, C οὔτε υἱοθεσίας δῶρον διδόντος· οὐ γὰρ ἦν Ἰωάννου ταῦτα δοῦναι, ἀλλ' οὔτε ἀγγέλου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ λόγου. καὶ ἀνέχεται τὸ ὑπὲρ ἡμῶν βάπτισμα, καὶ Θεὸς ὢν ἀναμάρτητος ἐβαπτίσθη σωματικῶς ὡς ἄνθρωπος, οὐκ αὐτὸς δεόμενος βαπτίσματος, ἀλλ' ἵνα τὸ ἡμέτερον βάπτισμα δοξάσῃ· ἵνα πιστεύωμεν, ὅτι ὥσπερ ἐπ' αὐτὸν κατῆλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὕτως καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς εἰς αὐτὸν βαπτιζομένους. εἶτα συναναστραφεὶς τοῖς ἀνθρώποις, τάς τε τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν παραδοὺς ἐκδόσεις, τάς τε τῶν σημείων ἐργασάμενος θαυματουργίας, ἐπὶ τριετῆ χρόνον, καὶ τετάρτου ἀρξαμένου, οὕτως ἐπὶ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον αὐτοῦ σωματικὸν ἔρχεται πάθος. ἡμῖν γὰρ κεχρεώστητο τιμωρία σταυροῦ· D ἀλλ' εἰ πάντες ἐσταυρώθημεν, οὔτε ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ θανάτου ἁρπάσαι ἰσχύσαμεν. ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. πολλοὶ ἅγιοι, πολλοὶ προφῆται, πολλοὶ δίκαιοι. καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τῆς τοῦ θανάτου ἐξουσίας ἑαυτὸν ἠδυνήθη λυτρώσασθαι. ἀλλὰ ἦλθεν αὐτὸς ὁ τῶν πάντων σωτήρ, καὶ τὰς ἡμῖν χρεωστουμένας τιμωρίας εἰς τὴν ἐξ ἡμῶν, ἀνθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἀναμάρτητον αὐτοῦ ὑπεδέξατο σάρκα. κατεφερόμεθα μετὰ τὸν θάνατον εἰς τὸν ᾅδην· ἀνεδέξατο, καὶ τοῦτο, καὶ κατῆλθεν ἑκουσίως εἰς αὐτόν· οὐ κατηνέχθη καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ κατῆλθεν· οὐ γὰρ ἦν ὑποκείμενος τῷ θανάτῳ, ἀλλ' ἐξουσιαστὴς τοῦ θανάτου· καὶ μόνος κα- E τελθὼν, μετὰ πλήθους ἀνελήλυθεν. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ νοερὸς κόκκος τοῦ σίτου, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν πεσὼν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἀποθανὼν σαρκί, ὃς τῇ τῆς θεότητος αὐτοῦ δυνάμει ἀνέστησε τὸν σωματικὸν αὐτοῦ ναόν, κατὰ τὰς γραφάς, καρποφορήσαντα τὴν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ἀνάστασιν, καὶ ἐμφανίσας τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν τριήμερον ταφὴν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ σώματος αὐτοῦ πάθη, εἰπών· ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι, ὁ θαυματουργῶν, ὁ καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου γένους ἐν τῇ σαρκί μου καταδεξάμενος πάθη.

Pluribus jam demonstravimus, quod Deus unigenitus Filius Dei factus sit homo propter benignitatem erga genus humanum, incarnatus & genitus ex virgine Maria inexplicabili generatione. Postquam enim voluit, ut sermo prior ostendit, instaurare quæ per primorum parentum lapsum fuerant soluta, natus est in nostris, ut nos in suis ipsius reficeret; condescendens quasi optimus medicus infirmitati nostræ. Iterum dicemus hoc condescendere, & descendere, & mitti, juxta suæ inhumanationis modum accipiedum, ut prius demonstravimus. Divinitate enim sua omnia cum Patre semper implet, secundum prius traditas intelligentias. Audi ergo. Nati sumus ex muliere: venit in hoc propter caritatem erga homines. at nos ex delectamento somni & semine viri: ipse autem solus ex Spiritu sancto & Maria virgine. Lactamur nos: venit etiam in hoc secundum carnem, qui deitate sua omni carni alimentum præbet. Proficimus in ætatis augmentum: non dedignatus est & ipse hoc fieri corporaliter, sicut scriptum est, quod *Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum & homines*: & usque ad tricesimum annum transigens, ut omni ætati benediceret, tunc ad baptismum venit, prædicante Ioanne Zachariæ filio ad populum baptismum pœnitentiæ, non autem remissionis peccatorum, aut adoptionis filiorum donum largiente: non enim erat Ioannis hoc dare, sed neque angeli, verum ipsius dumtaxat incarnati & inhumanati Dei Verbi. Et accipit nostrum baptismum, & cum esset Deus sine peccato, corporaliter baptizatus est ut homo; non ipse indigens baptismo, sed ut nostrum baptismum approbaret: ut credamus quod quemadmodum in eum descendit Spiritus sanctus, ita & in nos in ipso baptizatos. Deinde conversatus cum hominibus, & suorum divinorum præceptorum mandans traditiones, signorumque admiranda opera perficiens, post tertium annum, quarto jam inchoato ad corporalem pro nobis passionem sponte pervenit. Nobis quidem debebatur crucis supplicium: sed si omnes crucifixi fuissemus nosipsos a morte non potuissemus liberare. *Regnavit enim mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt*: multi sancti, multi prophetæ, multi iusti: & eorum nemo seipsum e potestate mortis redimere potuit. Sed venit ille salvator omnium, & a nobis debita supplicia in sua carne, quæ sine peccato erat, pro nobis & ex nobis & nomine nostro suscepit. Descendebamus nos post mortem ad inferos: suscepit & hoc, descenditque sponte ad eos: non tamen detentus, sicut & nos, sed descendit tantum: non enim erat subjectus morti, sed mortis dominus. Cumque solus descendisset, cum multis rediit. Ipse enim erat spirituale granum frumenti, quod pro nobis cadens in terram, & carne moriens, per suæ divinitatis potentiam corporale suum templum suscitavit secundum scripturas, fructum afferens totius humani generis resurrectionem, & post triduanam sepulturam, & reditum ex mortuis ad vitam, apparens discipulis, ostendit eis quas in cruce pertulerat sui corporis passiones, dicens: *Palpate me, ac videte quod ego sum*, qui facio admirabilia, qui & pro vestro genere in carne mea passiones suscepi. Deinde

Lucæ 2. *Luc. 3.* *Rom. 5. v. 14* *Ioan. 12.* *Luc. 24.*

Deinde per dies quadraginta versans cum eis, tradensque illis salutaria præceptorum pignora, ipsis videntibus ad cælos rediit, sedereque illum ad Patris dextram sacri libri demonstrant. Quem & in fine sæculi ad judicandum vivos & mortuos venturum expectamus: qui in æternum, ut semper una cum Patre regnat per infinita sæcula. Hæc est ecclesiæ fides apostolica & inculpata, quam desuper ab ipso domino per apostolos, & a patribus ad filios traditam ecclesia colit, & usque nunc & in sempiternum retinet, dicente suis discipulis domino: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.*

Act. 1.

Matth. 28.

De omnium consensu circa consubstantiale.

CAPUT XXIV.

HIS hoc modo a sancto Spiritu per sanctos patres nostros in sacra illa synodo collectos, explicatis, magnificabat Deum tota illa multitudo, quæ ad auditionem illam convenerat. Auscultabat autem & ipse Deo amabilissimus rex, qui ut plurimum aderat synodo, & admirabundus laudabat Deum, cum divina hæc audisset dogmata; & gaudens de nostrorum episcoporum concordia, exultabat spiritu: studebat enim neminem neque magnum, neque parvum ab hac confessione dissentire. Post longam igitur atque diuturnam hujus adorandæ considerationis plenitudinem, visum est simul omnibus nostris, consubstantiale in ecclesiastica fide definiri oportere, ad eumdem modum quo & post apostolos sancti patres nostri fidem hanc tradiderant, hoc est, confiteri Filium & Spiritum sanctum ejusdem substantiæ cum Patre. Quam fidem omnes Nicææ congregati sancti episcopi confirmarunt, & tota sacrorum & confitentium virorum multitudo, & ipse laudatissimus & Deo dilectissimus rex, & tota fidelium quæ illic convenerat multitudo, gaudentes hanc fidei confessionem susceperunt, præter septemdecim episcoporum numerum, de quibus supra etiam diximus: quibus cum delectari Arius videretur, convictus est cum ipsis ei consentientibus, qui cum eo asserebant, exterius factum esse a Deo Filium ex quibusdam substantiis non extantibus, & non ex ipsa Patris divinitate genitum fuisse.

Quomodo ab universa synodo excommunicatur impius Arius, & qui cum illo erant.

CAPUT XXV.

PROPTEREA rursus extra ecclesiæ catholicæ communionem pelli eos cum Ario omnibus suffragiis sancti patres nostri definierunt, anathematizantes ipsos, & impiam ipsorum opinionem, & verba eorum, atque blasphemas sententias, quibus adversus Filium Dei utebantur, dicentes: Ex non extantibus ipsum esse, & quod erat quando non erat, & quod libertatis ad malitiam atq; virtutem capax est ipse Filius Dei, & quod sit creatura & opus. Omnia hæc & ipsosmet

A εἶτα ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συναυλιζόμενος αὐτοῖς, δούς τε αὐτοῖς σωτηρίων ἐντολῶν ὑποθήκας, ἀνελήλυθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, βλεπόντων αὐτῶν, ἐκ δεξιᾷ τε τοῦ πατρὸς κεκαθικέναι αὐτὸν οἱ ἱεροὶ ἐδίδαξαν λόγοι. ὃν καὶ ἥξειν προσδοκῶμεν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀϊδίως, ὡς ἀεὶ συμβασιλεύοντα τῷ πατρὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. αὕτη ἡ τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικὴ καὶ ἀμώμητος πίστις, ἣν τινα ἄνωθεν παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου διὰ τῶν ἀποστόλων ἐκ προγόνων εἰς ἐκγόνους παραδοθεῖσαν ἡ ἐκκλησία πρεσβεύει, καὶ νῦν καὶ εἰς ἀεὶ ταύτην κρατεῖ, εἰπόντος τοῦ κυρίου τοῖς μαθηταῖς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. B

Περὶ τῆς τῶν πατέρων ὁμοφωνίας τῆς εἰς τὸ ὁμοούσιον.

ΚΕΦΑΛ. κδ.

ΤΟΥΤΩΝ οὕτως ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνειλεγμένων, ἐκφωνηθέντων, ἐμεγάλυνε τὸν Θεὸν ἅπαν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, τὸ εἰς τὴν ἀκρόασιν ἐκείνην συνελθόν. ἐπηκροᾶτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, συμπαρὼν καὶ αὐτὸς τὰ πλεῖστα τῇ συνόδῳ· καὶ ὑπεραγασθεὶς, ἐδόξαζε τὸν Θεὸν, τοιούτων ἐπακούσας θείων δογμάτων, χαίρων δῆτα ἐπὶ τῇ τῶν ἡμετέρων ἐπισκόπων συμφωνίᾳ, ἠγαλλιᾶτο τῷ πνεύματι. ἔσπευδε γὰρ μηδένα, μὴ μέγαν, μὴ μικρὸν διαφωνῆσαι ταύτης τῆς σωτηρίου ὁμολογίας. μετὰ γοῦν τὴν πολλὴν ταύτην καὶ χρονίαν τῆς προσκυνητῆς σκέψεως ἐκπλήρωσιν, ἔδοξε πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἡμετέροις, τὸ ὁμοούσιον δεῖν ὁρίσασθαι ἐπὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως, ὃν τρόπον καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἅγιοι ἡμῶν πατέρες ταύτην παρέδοσαν τὴν πίστιν, τοῦτ᾽ ἔστι τῆς αὐτῆς οὐσίας τῆς τοῦ πατρὸς ὁμολογεῖν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἣν τινα πίστιν πάντες οἱ ἐν τῇ Νικαέων συναθροισθέντες ἅγιοι ἐπίσκοποι ἐβεβαίωσαν, τό, τε τῶν ἱερατικῶν καὶ ὁμολογητῶν ἀνδρῶν πλῆθος, αὐτός τε ὁ πανεύφημος καὶ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, καὶ ἅπαν τὸ ἐκεῖσε τῶν πιστῶν συνεληλυθὸς πλῆθος, χαίροντες ἀπεδέξαντο τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, παρεκτὸς ἑπτακαίδεκα ἐπισκόπων τὸν ἀριθμὸν, περὶ ὧν καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν· οἷς ὁ Ἄρειος ἐπιτέρπεσθαι δοκῶν, σὺν αὐτοῖς ἑάλω, συμφώνοις αὐτῷ οὖσι, λεγόντων αὐτῶν σὺν αὐτῷ, ἔξωθεν τὸν υἱὸν δεδημιουργῆσθαι τῷ Θεῷ ἐκ μὴ ὄντων τινῶν ὑποστάσεων, καὶ οὐκ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος γεννηθέντα.

C D

Ὅπου ὑπὸ τῆς κοινῆς τῆς συνόδου ἐκκηρύττεται ὁ ἀσεβὴς Ἄρειος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

ΚΕΦΑΛ. κέ.

E

ΔΙΟ ἐκκηρύκτους αὐτοὺς καὶ αὖθις γενέσθαι σὺν Ἀρείῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, παμψηφὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἡμῶν πατέρες ὡρίσαντο, ἀναθεματίσαντες αὐτούς τε καὶ τὴν ἀσεβῆ αὐτῶν δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ νοήματα αὐτῶν τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρηντο κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι, καὶ ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καί αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κτίσμα λέγοντες αὐτὸν εἶναι καὶ ποίημα. ἀνεθεμάτισεν ἅπαντα ταῦτα καὶ αὐτοὺς

ἡ ἁγία

ANNO CHRISTI. 325.

ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης αὐτῶν, καὶ ἀπονοίας, καὶ τῶν βλασφήμων αὐτῶν ῥημάτων ἀνασχομένη. ἀλλὰ καὶ τὸ πιττάκιον δὲ αὐτῶν, ὅπερ γέμον τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐπιδοῦναι ἐτόλμησαν, παραχρῆμα διέρρηξαν. καὶ τὰ μὲν κατ᾽ ἐκείνους τοιοῦτον εἴληφε παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τέλος. τὰ δὲ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως συμφώνως ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἐν ὀλίγοις ῥήμασι, διὰ τὴν τοῦ πιστοῦ πλήθους τῶν λαῶν ἁπλότητα τὸ ὅλον περιλαβόντες, ὧδέ πως ἐγγράφως ἐκτίθενται τὸ τῆς καθολικῆς πίστεως σύμβολον.

A sancta synodus anathemate percussit, nec audire quidem sustinens impiam eorum opinionem & amentiam, atque blasphema verba. Quin & tabellas ipsorum impietatis plenas, quas offerre ausi fuerant, protinus dilacerarunt. Et quæ quidem illorum erant, a sancta synodo talem sortita sunt finem. Quæ autem fidei erant orthodoxæ, & concorditer omnes episcopi comprehensum brevibus verbis complectentes, propter fidelis populorum multitudinis simplicitatem, ita scripto exposuerunt catholicæ fidei symbolum.

LIBRI II. CAP. XXVI.

Ἔκθεσις τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, ἐκτεθείσης ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, ἔτους ἀπὸ Ἀλεξάνδρου χλϛ᾽. ἐν μηνὶ Δεσίῳ τῇ πρὸ δεκατειῶν καλανδῶν Ἰουλίου, ἐν Νικαίᾳ μητροπόλει τῆς Βιθυνίας. B

Expositio catholicæ & apostolicæ fidei in Nicæna synodo promulgata, sub Deo carissimo imperatore Constantino, in consulatu Paulini & Iuliani illustrium, anno ab Alexandro DCXXXVI. *mense Iunio ante* XIII. *Kalend. Iulias, Nicææ in Bithyniæ metropoli.*

ΚΕΦΑΛ. κϛ᾽.

CAPVT XXVI.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτ᾽ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις, ἣν ἐξέθεντο οἱ ἐν Νικαίᾳ ἅγιοι ἡμῶν πατέρες οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι· πρῶτον μὲν κατὰ Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέγοντος κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ Σαβελλίου τε καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ Μανιχαίου, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ κατὰ πάσης δὲ αἱρέσεως, ἥ τις ἐπανέστη τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ· οὓς κατέκρινεν ἡ ἐν τῇ Νικαέων πόλει συνηγμένη τῶν ἁγίων ὀρθοδόξων σύνοδος, ὧν τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν, ἐστὶν ὑποτεταγμένα. ἀναφέρεται τοίνυν ἐπὶ τὸν εὐσεβῆ καὶ πανεύφημον βασιλέα τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κεκριμένα, ἥ τε κατὰ τῶν θεομάχων ἀπόφασις, καὶ ἡ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἔκθεσις· ἣν ὡς θεόθεν προσενεχθεῖσαν ἀσμένως προσεδέξατο μετὰ πλείστης ὅσης σεβασμιότητος· τοὺς δὲ ταύτης πολεμίους, ὡς ἅτε Θεῷ ἐναντιουμένους, ἐξορίαν ὑποστῆναι ψηφίζεται. ἓξ τοίνυν ἐκ τῶν μετὰ Ἀρείου ἐπισκόπων σὺν αὐτῷ Ἀρείῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν συναπωθῆναι ἠνέσχοντο: οἱ δὲ γὰρ ἕνδεκα

CREDIMVS" in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium creatorem: Et in unum dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum ex Patre natum, id est ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est, sepultus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, & sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est judicare vivos & mortuos: Et in Spiritum sanctum: Iis autem qui dicunt fuisse aliquando tempus cum non esset, & ex iis quæ non sunt ortum, vel ex alia subsistentia aut substantia esse, vel creatum esse, vel converti aut mutari posse Filium Dei; istis catholica & apostolica ecclesia anathema denuntiat. Hæc est fides quam exposuerunt Nicææ sancti nostri patres, orthodoxi episcopi; primum quidem adversus Arium blasphemantem & dicentem creaturam Filium Dei, & contra Sabellium & Photinum, & Paulum Samosatenum, & Manichæum, & Valentinum, & Marcionem, & adversus omnem hæresim quæ orta est in catholica & apostolica ecclesia: quos damnavit synodus sanctorum orthodoxorum in civitate Nicæa congregata, quorum nomina, quemadmodum & provinciarum quibus præerant, subjuncta sunt. Referuntur igitur ad pium & illustrissimum imperatorem quæcumque a synodo fuerant judicata, & sententia contra Dei hostes lata, & orthodoxæ fidei expositio: quam ut divinitus oblatam libenter & magna cum reverentia excepit, hostes autem ejus tamquam Deo adversantes exilio mulctandos censuit. Sex porro ex Arianis episcopis cum ipso Ario, & qui cum eo erant, exulare sustinuerunt. Vndecim enim,

"Vide supra pag. 27. hujus II. tomi.

C D E

Libri II. cap. XXVII.

enim, qui religiosissimi imperatoris præsentiam, & synodi episcoporum multitudinem reveriti sunt, non fuerunt relegati. Simulantes enim, manu quidem, non proposito, in consubstantiale subscripserunt. Simulationis hujus Eusebius Nicomediensis princeps fuit, qui & usque in finem alterutra sententia usus fuisse ostenditur, ut Eustathius Antiochenus, & Eusebius Pamphili, & magnus Athanasius, & omnes alii qui synodo subscripserunt, referunt. Propter hanc simulationem virum hunc nostræ sententiæ fuisse arbitrati sunt, qui ad- B versariorum cœtum generosius propugnaverunt.

Subscriptiones episcoporum fidem approbantium.

CAPUT XXVII.

Osius episcopus Cordubæ sanctis Dei ecclesiis, quæ Romæ sunt, & in Italia & Hispanis tota, & in reliquis ulterius nationibus usque ad oceanum commorantibus, per eos qui cum ipso erant, Romanos presbyteros Vitonem & Vincentium.

Alexander Alexandriæ cum Athanasio C tunc archidiacono, ecclesiis per totam Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, & regiones finitimas, usque ad Indiæ provincias.

Eustatius magnæ Antiochiæ episcopus, ecclesiis in Cœlesyria & Mesopotamia tota, & Cilicia utraque.

Ioannes Persa, ecclesiis in tota Persia & magna India.

Leontius Cæsareæ Cappadociæ, ecclesiæ domini ornamentum, ecclesiis in eadem Cappadocia, Galatia, Ponto Diosponti, Paphlagonia, Ponto " Polemaico, Armenia magna & parva.

" Polemoniaco.

Theonas Cyzici, ecclesiis in Asia, & Hellesponto, & Lydia, & Caria, per episcopos qui D sub ipso erant, Eutychium Smyrnæ, & Marinum Troadis.

Macarius Hierosolymorum cum Eusebio Pamphili episcopo Cæsareæ Palæstinæ, ecclesiis in Palæstina, Arabia & Phœnicia.

Alexander Thessalonicæ episcopus per eos qui sub ipso censentur, ecclesiis in Macedonia prima & secunda, cum iis quæ in Græcia & Europa tota, in utraque Scythia, & omnibus denique in Illyrico, Thessalia & Achaia.

Nunechius Laodiceæ episcopus, ecclesiis E quæ in Phrygia prima & secunda.

Protogenes ille admirabilis, Sardicæ civitatis, sanctis Dei ecclesiis in Dacia, Calauria, Dardania, & provinciis vicinis.

Cæcilianus Carthaginensis, sanctis Dei ecclesiis in provinciis Africæ, Numidiæ, atque Mauritaniæ utriusque.

Pistus Marcianopolis episcopus, ecclesiis in Mysia, Athenarum, & Gallorum gentibus, & civitatibus quæ his vicinæ sunt.

Alexander Constantinopolis tunc solum presbyter, postea vero ecclesiæ illius episcopatum sortitus, cum Paulo tunc lectore atque

δείσαντες τοῦ τε θεοφιλοῦς βασιλέως τὴν παρουσίαν, καὶ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων τὸ πλῆθος, μὴ ἐξοστρακισθεῖεν, ὑποκρινάμενοι ὑπογράφουσιν εἰς τὸ ὁμοούσιον, χειρὶ, οὐ προθέσει. ταύτης τῆς ὑπουλίας ἔξαρχος ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ὃς καὶ μέχρι τέλους δείκνυται τῇ ἐφ' ἑκάτερα κεχρημένος γνώμῃ, καθὰ Εὐστάθιός τε ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, Ἀθανάσιός τε ὁ μέγας, καὶ πάντες οἱ τὰ τῆς συνόδου συγγραψάμενοι διηγοῦνται. τῇ τε πρὸς ἡμᾶς δι' ὑποκρίσεως τὸν ἄνδρα τοῦ δοκεῖν εἶναι καὶ τῶν ἐναντίων συμμορίας γενναίως ὑπερμαχοῦντες.

Anno Christi 325.

Αἱ τῆς πίστεως προγραφαὶ τῶν ἐπισκόπων.

ΚΕΦΑΛ. κζ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κουρδούβης τοῖς κατὰ Ῥώμην καὶ Σπανίαν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν, καὶ ταῖς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ οὖσιν, ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε ἀρχιδιακόνῳ ὄντι, ταῖς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν καὶ τὰ ὅμορα τούτοις, ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

Εὐστάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης τῆς κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

Ἰωάννης Πέρσης * τῆς ἐν Περσίδι πάσῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ. * ἴσ. ταῖς.

Λεόντιος Καισαρείας Καππαδοκίας, τὸ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κυρίου καλλώπισμα, ταῖς κατ' αὐτὴν Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Πόντον Διοσπόντου, Παφλαγονίαν, Πόντον Πολεμαϊκὸν, Ἀρμενίαν μικρὰν καὶ μεγάλην.

Θεωνᾶς Κυζίκου, ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Ἑλλήσποντον, Λυδίαν τε καὶ Καρίαν, διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, Εὐτυχίου Σμύρνης, καὶ Μαρίνου Τρῳάδος.

Μακάριος Ἱεροσολύμων σὺν Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου ἐπισκόπῳ Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην καὶ Ἀραβίαν καὶ Φοινίκην.

Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων, ταῖς κατὰ Μακεδονίαν πρώτην καὶ δευτέραν, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τήν τε Εὐρώπην πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ ταῖς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσαις, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν.

Νουνέχιος Λαοδικείας ταῖς κατὰ τὴν Φρυγίαν πρώτην καὶ δευτέραν.

Πρωτογένης ὁ θαυμάσιος πόλεως Σαρδικῆς, ταῖς ἐν Δακίᾳ, Καλαυρείᾳ, Δαρδανίᾳ, καὶ ταῖς ὁμόροις τούτοις.

Κεκιλιανὸς Καρθαγένης ταῖς κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικῆς, καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ Μαυριτανίας ἀμφοτέρας, οὔσαις ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις.

Πιστὸς Μαρκιανουπόλεως ταῖς κατὰ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ τῶν Ἀθηνῶν καὶ Γάλλων ἔθνη, καὶ ταῖς πλησιοχώροις τούτων πόλεσιν.

Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ἔτι ὤν, εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἱερατείας τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας λαχὼν, σὺν Παύλῳ ἔτι τότε ἀναγνώστῃ

ὄντι

ANNO CHRISTI 325.

LIBRI II. CAP. XXVIII. ET XXIX.

ὄντι καὶ νοταρείῳ αὐτοῦ, ταῖς ἐν ταῖς νήσοις πάσαις κυκλάσιν.

Οὗτοι πάντες οἱ ἅγιοι καὶ ἀποστολικοὶ ἄνδρες πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις τὰ ἐν τῇ Νικαέων ἁγίᾳ μεγάλῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ κεκειμένα διαπορθμεύσαντες, πανταχοῦ γῆς παρέδωκαν.

ipsius notario, ecclesiis omnium Cycladum insularum.

Hi omnes sancti atque apostolici viri omnibus sub cælo sanctis Dei ecclesiis, quæ in Nicæna sancta magna & generali synodo decreta sunt, transmittentes, ubique tradiderunt.

Ὅπου ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἐκ τοῦ θρόνου, εὐχαριστηρίοις φωναῖς ἀναπέμπει τῷ Θεῷ.

ΚΕΦΑΛ. κη΄.

Ο ΔΕ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐπὶ τῇ ἐκθέσει τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, τῆς ἐκ πνεύματος ἁγίου διὰ τῶν τριακοσίων ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκφωνηθείσης, ὥσπερ δι᾽ ἑνὸς στόματος, καὶ κυρωθείσης παρὰ πάντων τῶν συνδραμόντων εἰς τὴν ἁγίαν ἐκείνην τῆς πίστεως ἀκρόασιν, καὶ τὰς χεῖρας ἁπλώσας, καὶ τὸ ὄμμα τείνας εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Θεὸν, εὐφήμοις ῥήμασιν ἀνύμνησε τὸν τῶν πάντων ἡμῶν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην Θεὸν, ὅτι τὴν ποθουμένην αὐτῷ τῶν ἐπισκόπων ὁμόνοιαν, καὶ τὴν περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ σωτηρίου πίστεως αὐτῶν ὁμοφωνίαν, αὐτῷ ἐπρυτάνευσε. τοσοῦτος ἦν ὁ πάντα ἄριστος ἐκεῖνος καὶ θεοφιλὴς βασιλεὺς περὶ τὴν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν φροντίδα καὶ τὴν τῶν ποιμένων εἰρηνικωτάτην ὁμόνοιαν. οὐκ ἄτοπον δὲ ἡγοῦμαι καὶ τὰ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ἅπερ περὶ τούτων, τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραγματευθέντων λέγω, ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἀρχόμενος καλῶς διελάβετο ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως, ἐντάξαι τῇδε τῇ συγγραφῇ. ἔστι δὲ ταῦτα· πλείστων δῆτα ὑφ᾽ ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιβολίας τὰ πρῶτα παρά τινων γινομένης, ἐπηκροᾶτο πάντων ὁ βασιλεὺς ὁ πανεύφημος, σχολῇ τε εὐτονωτάτῃ τὰς προτάσεις θατέρου τῶν μερῶν ὑπεδέχετο· ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ᾽ ἑκατέρου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα τε συνῆγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πρᾴως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ, ἐπειδὴ μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν καὶ ἡδὺς, τοὺς μὲν συμπείθων, τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ εὖ λέγοντας ἐπαινῶν, πάντας τε εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους * ἐπ᾽ αὐτοῦ κατεστήσατο· ὡς ὁμοφρόνως μὲν κρατῆσαι τὴν εὐσεβῆ δοξολογίαν, κρατυνθῆναί τε τὴν ἀληθῶς ἐκ πνεύματος ἁγίου παρὰ πάντων τῶν προῤῥηθέντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκφωνηθεῖσαν σωτήριον πίστιν. ἐν ταὐτῷ δὲ καὶ περὶ τῆς σωτηρίου ἑορτῆς τοῦ πάσχα ἕνα παρὰ πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρὸν ἐνομοθέτησε. τότε δὴ καὶ ἐγγράφως δι᾽ ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα κυρωθῆναι ὡρίσατο· καὶ περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων καὶ κανόνων ἐγγράφως ἐκθεῖναι τοῖς ἐπισκόποις παρεγγυᾷ.

* ἐπ. αὐτ.

Quomodo imperator ex solio surgens Deo gratias egerit.

CAPUT XXVIII.

IMPERATOR autem Constantinus post expositionem rectæ atque apostolicæ fidei, a Spiritu sancto per trecentos sanctos patres quasi ore uno promulgatæ, & ab omnibus comprobatæ, qui ad sanctam illam fidei disceptationem concurrerant, expansis manibus, & oculis in cælum ad Deum sublatis, ipsum dominum omnium nostrum salvatorem & benefactorem claris verbis laudavit, quod desideratam episcoporum concordiam, & eorumdem circa rectam & salutarem fidem consensum largitus sit. Tanta scilicet cura optimus ille ac Deo carus imperator in ecclesias Dei & pacificam pastorum concordiam incubuit. Non absurdum autem existimo huic commentario inserere, quæ pulcre disseruit Eusebius Pamphili de vita Constantini Deo amabilis imperatoris, de gestis inquam in synodo verba facere incipiens. sunt autem hæc: Cum igitur multa essent ex utraque parte proposita, magnaque controversia in ipso disputationis ingressu a quibusdam concitata; imperator ille celeberrimus omnes benigne audiebat, intentissimo studio utriusque partis propositiones excipiebat: interdum etiam ferens opem alterutri disceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliabat, cum singulis comiter & benigne sermonem conferebat Græce: nam ne hujus quidem linguæ ignarus erat. Suavis erat & blandus, dum aliis persuadere, aliis sermone pudorem exprimere, alios qui diserte dixissent collaudare, omnes denique ad concordiam reducere contendebat: usque eo donec tandem eos tum conspirantes animis, tum opinionibus consentientes redderet: ut pium dominicæ gloriæ studium principatum uno consensu obtineret, & prævaleret fides salutaris vere a Spiritu sancto per omnes prædictos sanctos patres nostros promulgata. Ibidem etiam lege sanxit, ut apud omnes unum tempus constaret pro salutaris paschatis festivitate: tum etiam ut per expressam singulorum subscriptionem, quæ in communi decreta fuerant, firmarentur. Denique episcopos ut de ecclesiasticis constitutionibus & canonibus scriptum ederent, hortatus est.

Περὶ Ἀκεσίου ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΚΕΦΑΛ. κθ΄.

ΚΙΝΕΙ δὲ ἡμᾶς ἡ τοῦ βασιλέως πίστις καὶ ἑτέρου πράγματος ἐπιμνησθῆναι· ὃς τὴν σπουδὴν καὶ πρόνοιαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐποιεῖτο, ὡς μηδὲ τὰ ἐλάχιστα

De Acesio Novatianorum episcopo, & qui cum illo erant.

CAPUT XXIX.

MOVET autem nos imperatoris fides, ut & aliud quiddam commemoremus: qui tanto studio & prudentia in ecclesiasticam pacem incumbebat, ut ne minima quidem

Socr. lib. 1. cap. 7. & Sozom. lib. 1. cap. 21.

Libri II. Cap. XXX.

Anno Christi 325.

Primum igitur omnium perquisita sunt impia perversaque Arii dogmata & sectatorum ejus, coram sanctissimo imperatore Constantino: & placuit concilium communibus suffragiis anathema denuntiare & ei ipsi, & nefariæ ejus opinioni, & verbis sententiisque execrabilibus, quibus usus est ad Filium Dei blasphemiis onerandum, dicens eum ex iis quæ non sunt esse, nec fuisse antequam natus esset: fuisse tempus aliquando cum non esset: Filium Dei libero voluntatis suæ arbitrio virtutis & vitii capacem esse inquiens, & creaturam esse: quibus omnibus sanctum concilium indicit anathema: imo vero ne pati quidem potest, ut vel impia ejus opinio, vel amentia, vel blasphema verba ad aures perveniant. Quem autem exitum consecutæ sint res ejus, omnino vel audivistis, vel saltem a nobis audietis, ne nos insultare homini videamur, qui meritas sceleris sui pœnas luit. Tantum vero invaluit ejus impietas, ut cum eo una perierint Theonas Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis, episcopi: nam & illi cum aliis quibusdam eisdem malis affecti sunt. Verum cum jam Ægyptus nonmodo perversa illa opinione & blasphemia, sed etiam certis hominibus qui in populo antea pacato & tranquillo seditionem & discordiam concitare ausi sunt, Dei gratia penitus liberata esset: tamen petulantia Meletii & eorum qui ab illo in sacrum ordinem cooptati sunt, restabat adhuc: de qua re quid concilium decreverit, vobis carissimi fratres indicamus. Concilium clementius aliquando in Meletium animatum (nam summo jure nullam merebatur veniam) decrevit ut in sua civitate maneat, potestatem autem nullam habeat vel manus imponendi, vel administrandi, vel quequam ad munus aliquod ecclesiasticum deligendi, vel in aliena regione aut civitate ejus rei gratia comparendi, sed ut solũ dignitatis nomen retineat. Illi vero qui ab eo in sacrũ ordinẽ lecti sunt, simul atque sanctiore ordinatione confirmati fuerint, ad cõmunionem post hæc admittantur, & permittatur illis quidem honoribus frui, & sacris muneribus fungi; sed tamẽ omnibus in singulis parœciis & ecclesiis, qui sũt ab honoratissimo viro & collega nostro Alexandro ordinati, sint omnino inferiores. Quinetiam nulla potestas eis sit vel designandi quos velint, vel omnino quidquam faciendi absque consensu episcoporum catholicæ & apostolicæ ecclesiæ qui sub Alexandro sunt sanctissimo collega nostro. Hi

Libri II. Caput XXXIV.

Anno Christi. 325.

A autem qui Dei gratia & vestris precibus adjuti, ad nullum schisma deflexisse comperti sunt, & se intra catholicam & apostolicam ecclesiam impollutos continuerunt, jus habeant & ordinandi, & eos qui digni clero fuerint nominandi, denique & omnia ex lege & instituto ecclesiastico libere exequendi. Quod si quis forte eorum qui ecclesiæ funguntur muneribus, diem suum obierit, tum unus ex illis qui nuper in ecclesiam adsciti sunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, episcopusque Alexandriæ & suffragetur & consentiat, in locum succedat demortui. Atque sit istud aliis quidem omnibus concessum. De Meletio autem nominatim aliter statutum est, ut videlicet, B cum propter petulantiam quam antea ostendit, tum propter temeritatem & protervíam mentis, nulla potestas auctoritasve ei tribuatur: quippe cum homo is sit qui possit denuo ecclesiæ statum & ordinem perturbare. Hæc sunt quæ ad Ægyptum & sanctissimam ecclesiam Alexandrinam proprie & separatim pertinent. Si quid præterea vel canonibus vel decretis constitutum est, honoratissimus dominus frater & collega noster Alexander ad vos reversus certius perferet, ut qui actorum omnium auctor fuerit & particeps. Lætum etiam nuntium vobis afferimus de consensu omnium in celebrando sanctissimo festo paschatis, quod C ea res etiam vestris precibus recte constituta est; ita ut omnes fratres in oriente, qui antea Iudæos imitari consueverant, jam deinceps cum Romanis & vobis, omnibusque nobis, qui eumdem morem vobiscum a primis temporibus in eo recolendo tenuimus, sanctissimum festum paschatis concordissime celebrabunt. Læti igitur ob res prospere gestas, & ob pacem & concordiam communiter inter omnes constitutam, tum denique ob excisas radicitus hæreses, collegam nostrum & episcopum vestrum Alexandrum majore honore & ardentiore caritate complectimini: qui nos præsentia sua recreavit, & permultum laboris in hac ætate sua suscepit, quo vos aliique omnes D tranquilliore pace frui possitis. Orate pro omnibus nobis, ut quæ a nobis recte sunt constituta, ea rata stabiliaque maneant, ut credimus, beneficio Dei Patris omnipotentis, & unigeniti filii ejus domini nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti, cui sit gloria in sæcula. Amen.

A ὑμετέραις ἐν μηδενὶ σχίσματι εὑρεθέντας, ἀλλὰ ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ ὄντας, ἐξουσίαν ἔχειν καὶ προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. εἰ δέ τινα συμβαίνῃ ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ, καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι συνεχωρήθη. ἐπὶ δὲ τοῦ Μελετίου προσώπου οὐκέτι τὰ αὐτὰ ἔδοξε, B διὰ τὴν ἀνέκαθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης, ἵνα μηδεμία ἐξουσία ἢ αὐθεντία αὐτῷ δοθείη, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ἐμποιῆσαι. ταῦτά ἐστι τὰ ἐξαίρετα καὶ διαφέροντα Αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ. εἰ δέ τι ἄλλο ἢ ἐκανονίσθη ἢ ἐδογματίσθη συμπαρόντος τοῦ κυρίου καὶ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβέστερον ἀνοίσει ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἅτε δὴ καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου πάσχα, ὅτι ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας C τοὺς ἐν τῇ ἑῴᾳ ἀδελφούς, τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν, καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ᾽ ὑμῶν φυλάσσουσι τὸ πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην ἑορτὴν τοῦ πάσχα. χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ κοινῇ εἰρήνῃ καὶ συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν αἵρεσιν ἐκκοπῆναι, ἀποδέξασθε μὲν μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ὑμῶν δὲ ἐπίσκοπον Ἀλέξανδρον, τὸν εὐφράναντα ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην γενέσθαι παρά τε ὑμῖν καὶ πᾶσιν. εὔχεσθε δὲ καὶ περὶ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχειν δόξαντα, ταῦτα βέβαια μένοι, D κατ᾽ εὐδοκίαν γεγενημένα, ὡς πιστεύομεν, παρὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Publica epistola scripta ab Eusebio episcopo Cæsareæ Palestinæ.

CAPUT XXXIV.

Esti verisimile est, fratres carissimi, ea quæ de fide ecclesiastica in amplo & frequenti concilio Nicææ coacto tractata sunt, E ad vos aliunde perlata esse, præsertim cum fama ipsa accuratam rerum gestarum narrationem sua celeritate præcurrere soleat: tamen ne veritas, si auditione sola ea acceperitis, contra ac se habeat vobis nuntietur, primum eam fidei formulam, quæ a nobis concilio proposita est, deinde alteram, quam episcopi, ubi nostris pauca adjecerunt, ediderunt, ad vos mittere necesse putavimus. Nostra vero formula, quæ tum coram imperatore nostro sanctissimo perlecta est, tum recte se habere pro certo explorata, ad hunc modum se habet.

Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ.

ΚΕΦΑΛ. λδ΄.

Τα περὶ ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὲν ὑμᾶς, ἀγαπητοί, E καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν πραττομένων πραγμάτων ἀληθῆ λόγον· ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν, πρῶτον μὲν τὴν ὑφ᾽ ἡμῶν προτεθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφήν, ἔπειτα δὲ τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. τὸ μὲν οὖν παρ᾽ ἡμῶν γράμμα ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθέν, εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθέν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

ANNO CHRISTI 325.

LIBRI II. CAP. XXXV.

Η ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις. A

Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερείῳ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτω καὶ νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν ὑμῖν προσφέρομεν· ἔστι δὲ αὕτη.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα· τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύομεν καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἀληθῶς πνεῦμα ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν, καὶ οὕτω φρονεῖν, καὶ πάλιν οὕτως ἐσχηκέναι καὶ μέχρι θανάτου ὑπὲρ ταύτης ἐνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πάντως πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἔγνωμεν ἑαυτοὺς, καὶ νῦν φρονεῖν τε, καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα, δεικνύναι ἔχοντες, καὶ δι' ἀποδείξεων πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν. ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως, οὐδενὶ παρῆν ἀντιλογίας τόπος. ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς, ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν· οὕτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκατατίθεσθαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι, καὶ συμφωνεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου, ὃ καὶ αὐτὸ ἡρμήνευσε, λέγων· ὅτι μὴ κατὰ τὰ τῶν σωμάτων πάθη λέγοιτο τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, οὔτε κατὰ διαίρεσιν, οὔτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι· μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον, καὶ νοερὰν, καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι· θείοις δὲ καὶ ἀπορρήτοις λόγοις προσήκειν τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώτατος ἡμῶν καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ τοιάδε ἐφιλοσόφει· οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προσθήκης, τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασι.

Fides a nobis exposita.

Sicut ab episcopis qui nos antegressi sunt, accepimus tum cum fidei fundamenta in nostris animis primum jacta essent, cumque lavacro baptismi abluti essemus, audivimus; sicut a divinis scripturis didicimus, & sicut cum fungeremur presbyteri munere, & cum episcopatum obtineremus, credidimus & docuimus; sic etiam jam credentes nostram fidem patefacimus: ea est talis.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium omnium & invisibilium creatorem: Et in unum dominum Iesum Christum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia sæcula ex Patre genitum; per quem etiam omnia facta sunt: Qui propter nostram salutem incarnatus est, & inter homines versatus: qui passus est; & resurrexit tertia die, & ascendit ad Patrem, & iterum venturus est in gloria judicare vivos & mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum sanctum, vere Spiritum sanctum, sicut dominus noster cum discipulos suos ad prædicandum mitteret, locutus est: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* De quibus confirmamus ita esse, nos ita sentire, sic etiam sensisse, & usque ad mortem huic fidei insistere velle, anathemate impiæ cuique hæresi denuntiato. Atque de istis rebus omnibus nos sincere ex animo ita sensisse, ex quo nosmet noscere poteramus, & jam etiam vere tum sentire, tum dicere, Deum omnipotentem & dominum nostrum Iesum Christum coram testamur, certaque demonstratione ostendere possumus, vobisque ratione persuadere, nos temporibus præteritis ita credidisse, & prædicasse. Cum hanc fidem exposuissemus, nulli erat contradicendi locus. Quinetiam imperator ipse noster sanctissimus hanc nostram fidem veritatem in se complecti primus omnium testificatus est, seque eodem animo esse constanter asseruit, præcepitque ut omnes eidem assentirentur, decretis ejusdem subscriberent, congruerent cum eisdem, dummodo una vox consubstantialis adscriberetur, quam quidem ille ipse explicavit: quod non secundum corporis affectiones dicatur patri consubstantialis, neque quod per divisionem vel sectionem ullam ex patre constaret. Nam fieri non potest, ut natura quæ materię expers est, quæ sola intelligentia percipitur, quæ corpore vacat, corpoream ullam affectionem in se excipiat: sed ejusmodi res nos divinis & arcanis verbis debere complecti. Sapientissimus quidem & pius noster imperator de his isto modo philosophatus est. Episcopi autem propter hanc vocem, consubstantiale, istam formulam ediderunt.

Η ἐν τῇ συνόδῳ ὑπαγορευθεῖσα πίστις.

ΚΕΦΑΛ. λέ. E

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς

Fidei formula in concilio edita.

CAPVT XXXV.

CREDIMVS [a] in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium creatorem: Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de

[a] Vide supra pag. 28 & 226. Ath. Socratē passim, Theod. Rufinum, & alios.

LIBRI II. CAPUT XXXV.

de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cælo, & quæ in terra sunt: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homo factus est, sepultus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cælos, venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui vero dicunt, quod erat aliquando tempus cum non esset, & antequam genitus esset non erat, vel quod ex nihilo ortus est, vel quod ex alia essentia substantiave quam ex Patris genitus, vel quod converti aut mutari potest Filius Dei: istis catholica & apostolica Dei ecclesia anathema denuntiat.

Cum ista formula ab illis præscripta esset, illud: *Ex substantia Patris esse*; & illud, *Patri consubstantialem esse*; quomodo essent intelligenda, ab eis diligenter quærere cœpimus. Unde quæstiones, & responsa nata sunt, rationeque accurate pervestigatum, quæ illis verbis subjecta esset sententia. Fatebantur illi, ex substantia Patris esse, idem significare, quod ex Patre esse, non tamen partem patris esse. Nobis sane videbatur pulcre consentire cum pia illius doctrinæ sententia, quæ docet filium ex Patre esse, non tamen partem substantiæ illius esse. Quapropter huic sententiæ etiam a nobis assensum est: neque vocem, *consubstantiale*, rejecimus, propterea quod pax tamquam scopus ad intuendum ante oculos nostros versabatur: & cautio erat a nobis adhibita, ne recta fidei sententia excideremus. Pari ratione, *genitum*, *non factum*, approbavimus. Nam factum Verbum cum ceteris creaturis, quæ per filium factæ sunt, commune esse dixerunt, nec filium earum simile quidquam habere: ac propterea eum non esse creaturam illarum similem, quæ ab ipso factæ sunt, sed præstantioris esse substantiæ, quam qua ulla creatura prædita sit: quam quidem ex Patre genitam esse sacræ literæ perdocent, cum modus ejus generationis a nulla mortali natura vel verbis exprimi, vel cogitatione comprehendi possit. Eodem modo etiam illud: *Filium Patri consubstantialem esse*, ratione & exquisitum est, & probatum, non more corporeo debere intelligi, nec quidquam habere simile cum mortalibus animantibus: nam neque divisione substantiæ, neque sectione, sed nec affectione ulla, aut versione, mutationeve paternæ essentiæ & facultatis posse constare: ingenitam enim Patris naturam ab his omnibus prorsus alienam esse. & hoc, patri consubstantialem esse, nihil aliud ostendere, quam Filium Dei ad reliquas creaturas nullam habere similitudinem, sed Patri solum, qui eum genuit, omnino similem esse, neque ex alia quam Patris subsistentia & essentia genitum. Quod quidem, sic rectum videbatur assensione approbare. Nam nonnullos veteres episcopos & scriptores, viros sane disertos & illustres, in Patris & Filii divinitate explicanda hoc verbo, *consubstantiale*, usos fuisse cognovimus. Sed de fide in concilio Nicæno exposita & divulgata, hæc hactenus. Cui quidem omnes ad unum assensi sumus, non temere & inconsulto, sed secundum sententias coram ipso sanctissimo imperatore propositas, discussasque. Quinetiam anathematis formulam, quæ post fidem

ANNO CHRISTI 325.

A ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, τά τε ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀναθεματίζει ἡ ἀποστολικὴ καὶ καθολικὴ ἐκκλησία.

B Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται αὐτοῖς τὸ, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ, τῷ πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς * καταλαμβανόμενον. ἐπερωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο, καὶ ἐβασανίζετο ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων. καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ὡμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ πατρός. ταύτῃ δὲ καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας, ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν C υἱὸν, οὐ μὴν μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τυγχάνειν. διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ συνετιθέμεθα, οὐδὲ * τὴν φωνὴν παραιτούμενοι, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας. κατὰ ταῦτα δὲ, καὶ τὸ, γεννηθέντα, καὶ οὐ ποιηθέντα καταδεξάμεθα. Ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν ἔφασκον εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν υἱόν· διὸ δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ἐμφερὲς, κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γενητῇ φύσει τυγχάνοντος. οὕτω δὲ καὶ τὸ, ὁμοούσιον εἶναι D τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστη, οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως· οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, οὔτε κατὰ ἀποτομὴν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος, ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως· τούτων γὰρ πάντων ἀλλοτρίαν εἶναι τὴν ἀγέννητον τοῦ πατρὸς φύσιν· παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ φέρειν, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον ἀφομοιοῦσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός. ᾧ καὶ E αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκατατίθεσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν, ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι· ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως, ᾗ συνεφωνήσαμεν οἱ πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀποδοθείσας διανοίας, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξετασθείσας. καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν

* καταλιμπανόμενον.

* τὴν φ. τοῦ ὁμοουσίου παρ. ex Soc.

πρὸς

ANNO CHRISTI 325.

πρὸς αὐτῶν ἐκτεθέντα, * ἄλυτον εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπεῖρχθαι ἀγράφοις χρῆσθαι φωναῖς, δι' ἃς σχεδὸν ἡ πᾶσα γέγονε σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς ἐκκλησίας. μηδεμιᾶς γοῦν θεοπνεύστου γραφῆς, τῷ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τῷ, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις, κεχρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθέμεθα. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθαμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν, ἔτι μὴν τὸ ἀναθεματίζεσθαι, τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τῷ παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς καὶ αὐτὸς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζεν, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὴν πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτόν. ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ σωτῆρος ἀεὶ, δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε κατὰ τὰ * αὐτῷ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος.

γρ. ἄλυτοι.

* ἴσ. αὐτὰ

Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοὶ, τὸ κεκριμένον τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὸν ὑμῖν καθιστῶντες· καὶ ὡς εὐλόγως τότε μὲν καὶ μέχρις ὑστάτης ὥρας ἐνιστάμεθα, ὅτε ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅτε ἡμῖν εὐγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐφάνη συντρέχειν τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις. ἀσπαζόμεθα ὑμᾶς σὺν τῇ παρ' ὑμῖν ἀδελφότητι. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

LIBRI II. CAP. XXXVI.

A approbandam quoque putavimus: propterea quod vetet, ne quiſquam vocibus a ſcripturis abhorrentibus (ex quibus in eccleſias omnis fere confuſio & diſcordia invecta eſt) omnino vtatur. Cum itaque nulla ſcriptura divinitus inſpirata his vocibus vſa ſit: *Filium Dei ex nihilo ortum eſſe, & tempus fuiſſe aliquando cum non eſſet*; & quæ ſequuntur in eandem ſententiam: minime conſentaneum videbatur, eas vel proferre, vel docere. Cui ſententiæ tam præclare decretæ conſtitutæque nos conſenſimus, quandoquidem nunquam antehac ejuſmodi verba vſurpare conſuevimus. Præterea non abſurdum videtur illud etiam anathemate ferire: *Quod antequã gigneretur non eſſet*: cum omnes fateri debeant Filium Dei prius fuiſſe quam in carne naſceretur. B imo vero piiſſimus imperator noſter etiam ratione confirmavit, ipſum ſecundum divinam generationem ſuam ante omnia ſæcula fuiſſe: ſi quidem priuſquam actu gigneretur, facultate erat in patre modo quodam ingenito, cum pater ſemper pater eſſet, quemadmodum ſemper rex & ſalvator, cum ſemper facultate omnia ſit, ſemperque ſecundum ſuam ipſius naturam eodem modo ſe habeat.

Iſta ad vos, fratres cariſſimi, neceſſitate coacti miſimus, non ſolum ut decretum, quod noſtram diſquiſitionem & aſſenſionem ſecutum eſt, vobis planum faceremus, verum etiam ut intelligeretis, quod primo ſicut ratio poC ſtulabat, cum ea quæ aliter ab aliis ſcripta erant, animum noſtrum offenderent, in una eademque ſententia ad extremam uſque horam perſtitimus. Verum poſtea facile ſane, & ſine ulla contentione, ea quæ nullam habebant offenſionem, tum demum amplexati ſumus, cum nobis verborum ſenſum & ſententiam æquis animis diſquirentibus, illa quæ expoſita erant, conſentire viderentur cum his quæ in fidei formula ante propoſita, a nobis conceſſa & probata fuerant. Salutamus vos, & cum ea quæ apud vos eſt fraternitate, valere vos in domino precamur, fratres cariſſimi.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

ΚΕΦΑΛ. λς'.

ΤΟΥΣ πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν. ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς συντάγματα ἄττα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὕρατο μισθὸν, καὶ τοιοῦτον, ὥστε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν, Ἄρειόν τε καὶ τοὺς αὐτῷ ὁμογνώμονας Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι, ἵν' ὧν περ τοὺς τρόπους μεμίμηνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν. D πρὸς δὲ τούτῳ καὶ εἴ τι σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι· ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολείποιτο. ἐκεῖνο μέντοι προαγορεύω, ὡς εἴ τις σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν καὶ πυρὶ καταναλώσας, τούτῳ θάνατος ἔσται ζημία· παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ, κεφαλῆς ὑποστήσεται τιμωρίαν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξει, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Victor Conſtantinus, maximus, Auguſtus, epiſcopis & populis.

CAPVT XXXVI.

Socr. lib. I. cap. 6.

CVM malignos & impios Arius ſibi imitandos duxerit, par eſt, ut eamdem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius divinæ pietatis hoſtis, iniquis de religione compoſitis libris, condignam reperit mercedem, per quam futuris ſæculis omnium probris obnoxius erit, plurimaque obruetur infamia, atque inſuper impia eius abolita ſunt ſcripta: ita & nunc placitum nobis eſt, Arium & Arii ſuffragatores Porphyrianos quidem nominare, ut quorum imitati ſunt mores, eorum quoque obtineant appellationem. Si quod autem ſcriptum ab Ario compoſitum reperiatur, igni tradatur, ut non modo improba ejus doctrina tollatur, verum etiam ne monumentum quidem aliquod ejus relinquatur, Illud equidem prædictum volo, ſi quis libellum aliquem ab Ario conſcriptum occultaſſe deprehenſus ſit, nec continuo eum prol um igne abſumpſerit, morte mulctabitur. illico namque in crimine tali comprehenſus pœnam capitis luet. Deus vos ſervet, fratres dilecti.

Libri II. Cap. XXXVI.

A Et cũ alias epistolas imperator adversus Ariũ & cum illo sentientes, magnificẽtius scripsisset, passim per singulas civitates eas proposuit.

Epistola imperatoris Constantini ad Alexandrinos adversus Arium, & ad omnes orthodoxos.

Constantinus Augustus, catholicæ Alexandrinorum & omnium orthodoxorum ecclesiæ. Salvete plurimum, fratres carissimi.

Socr. l. 6.

PERMAGNAM certe & singularem gratiam a divina providentia accepimus, quod omni errore liberati, vnam eamdemque fidem agnoscamus. Non licet amplius B diabolo quidquam contra nos moliri. nam quidquid mali est in nos molitus, illud funditus sublatum est. Dissensiones autem animorum, schismata, tumultus illos, & lethalia discordiarum, ut ita dicam, venena, veritatis splendor, Dei jussu, vicit. Vnum igitur Deum omnes & nomine veneramur, & esse credimus. Vt autem istud fieret, Dei voluntate magnam episcoporum turbam in urbem Nicæam convocavi: quibuscum ego ipse tamquam unus ex vestro numero (nam me conservum vestrum esse supra modum gaudeo) operam dedi, ut veritas diligen- C ter investigaretur.

Proinde omnia, quæ aut controversiæ, aut dissensionis materiam præbere videbantur, accurate excussa & exagitata sunt. Quantas & quam graves blasphemias (ignoscat nobis divina majestas) nonnulli de saluatore nostro, de spe & vita nostra indecore protulerunt, & scripturis divinitus inspiratis, fideique sacrosanctæ contraria effutiverunt, & se ita credere palam confessi sunt. Nam cum amplius trecenti episcopi, viri propter animi modestiam & solertiam admirabiles, unam eamdemque fidem (quæ revera exacta divinæ legis fides est) constabilivissent, solus Arius inventus est D vi ac fraude diabolica victus, qui impio consilio hâc erroris labem primũ apud vos, deinde apud alios sparsit. Quocirca eam quam omnipotens Deus nobis tradidit doctrinam amplexemur: ad fratres nostros, a quibus nequam & impudens diaboli minister nos segregauit, redeamus: ad commune corpus ecclesiæ, & ingenua nostra membra omni studio revertamur. Illud enim vestram prudentiam, fidem & sanctitatem decet, ut errore illius quem veritatis hostem esse constat, penitus depulso, ad Dei gratiam vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis sanctis episcopis visum est, non est aliud putandum, quam solius Filij Dei sen- E tentia: præsertim, cum in talium & tam præclarorum virorum mentibus sacer insideret Spiritus, qui illis divinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo vestrum hæsitet, nemo moram interponat, sed omnes lubentibus animis ad viam veritatis redite: ut simul atque ipse ad vos adventavero, debitas gratias Deo, qui omnia lustrat, una vobiscum agam, quod postquam sinceram fidem nobis ostenderit, charitatem, quæ nobis optanda erat, benigne largitus sit. Deus vos, fratres carissimi, servet incolumes.

Anno Christi 325.

A Καὶ ἄλλας δὲ ἐπιστολὰς ὁ βασιλεὺς κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν ὁμοδόξων αὐτοῦ πανηγυρικώτερον γράψας, πανταχοῦ κατὰ πόλιν προέθηκεν.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Ἀλεξανδρεῖς κατὰ Ἀρείου, καὶ πρὸς πάντας ὀρθοδόξους.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ Ἀλεξανδρέων καὶ πάντων τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ. Χαίρετε ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

ΤΕΛΕΙΑΝ παρὰ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν, ἵνα πάσης πλάνης ἀπαλλαγέν- B τες, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιγινώσκωμεν πίστιν. οὐδὲν λοιπὸν τῷ διαβόλῳ ἔξεστι * μεθ' ἡμῶν· πᾶν ὅ, τι δ' ἂν κακοτεχνησάμενος ἐπεχείρησεν, ἐκ βάθρων ἀνῄρηται· τὰς διχονοίας, τὰ σχίσματα, τοὺς θορύβους ἐκείνους, καὶ τὰ τῶν διαφωνιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, θανάσιμα φάρμακα ἡ τῆς ἀληθείας, κατὰ Θεοῦ κέλευσιν, ἐνίκησε λαμπρότης. ἕνα τοιγαροῦν ἅπαντες καὶ τῷ ὀνόματι προσκυνοῦμεν, καὶ εἶναι πεπιστεύκαμεν. ἵνα δὲ τοῦτο γένηται, θελήσει Θεοῦ, συνεκάλεσα εἰς τὴν Νικαέων πόλιν τοὺς πλείστους τῶν ἐπισκόπων, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς ἐγὼ καθάπερ εἷς τις ἐξ ὑμῶν, συνθεράπων ὑμέτερος καθ' ὑπερβολὴν εἶναι χαίρων, καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἀνεδε- C ξάμην.

* ἴσ. καθ' ἡμῶν.

Ἠλέγχθη γοῦν ἅπαντα, καὶ ἀκριβῶς ἐξήτασται, ὅσα ἀμφιβολίας καὶ διχονοίας πρόφασις ἐδόκει γεννᾷν· καὶ φεισάσθω ἡ θεία μεγαλειότης· ἡλίκα, καὶ ὡς δεινὰ περὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος, περὶ τῆς ἐλπίδος καὶ ζωῆς ἡμῶν, ἀπρεπῶς ἐβλασφήμησάν τινες, τἀναντία ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς καὶ τῇ ἁγίᾳ πίστει φθεγγόμενοί τε, καὶ πιστεύειν ὁμολογοῦντες. τριακοσίων γοῦν καὶ πλειόνων ἐπισκόπων ἐπὶ σωφροσύνῃ τε καὶ ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν, ἣ καὶ ταῖς ἀληθείαις ἀκριβὴς τοῦ θείου νόμου πέφυκε πίστις, εἶναι βεβαιούντων, μόνος Ἄρειος ἐφωράθη τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἡττημένος, καὶ τὸ κακὸν τοῦτο πρῶτον D μὲν παρ' ὑμῖν, ἔπειτα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις ἀσεβεῖ γνώμῃ διασπείρας. ἀναδεξώμεθα τοιγαροῦν ἣν ὁ παντοκράτωρ Θεὸς παρέσχε πίστιν· ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδελφούς, ὧν ἡμᾶς τοῦ διαβόλου ἀναιδής τις ὑπηρέτης ἐχώρισεν· ἐπανίωμεν ἐπὶ τὸ κοινὸν ἡμῶν σῶμα, καὶ τὰ γνήσια ἡμῶν μέλη σπουδῇ πάσῃ ἴωμεν. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἀγχινοίᾳ, καὶ τῇ πίστει, καὶ τῇ ὁσιότητι τῇ ὑμετέρᾳ πρέπει, ἵνα τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης ἐκείνου, ὃν καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸν εἶναι συνέστηκε, πρὸς τὴν θείαν ἐπανέλθητε χάριν. ὃ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἁγίοις ἤρεσεν ἐπισκόποις, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ μόνου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γνώμη, μάλιστα ὅπου γε καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς E διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώτισε. διὸ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω, μηδεὶς ὑπερτιθέσθω, ἀλλὰ προθύμως πάντες εἰς τὴν ἀληθεστάτην ὁδὸν ἐπανίητε· ἵν' ἐπειδὰν ὅσον οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφίκωμαι, τὰς ὀφειλομένας τῷ παντεφόρῳ Θεῷ μεθ' ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας, ὅτι περ τὴν εἰλικρινῆ πίστιν ἐπιδείξας, τὴν εὐκταίαν ἡμῖν ἀγάπην ἀποδέδωκεν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξῃ, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ἐπιστολὴ

ANNO CHRISTI 325.

A

LIBRI II. CAPUT XXXIV.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τὴν ἀπὸ τῆς Νικαέων ἀπέστειλε τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς συνόδου ἐπισκόποις.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς ἐκκλησίαις καὶ ἐπισκόποις τοῖς τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἀπολειφθεῖσι, χαίρειν.

ΠΕΙΡΑΝ λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον καὶ πρὸ πάντων ἔκρινα εἶναί μοι σκοπὸν προσήκειν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πλήθεσι πίστις μία καὶ εἰλικρινὴς B ἀγάπη, ὁμογνώμων τε εὐσέβεια περὶ τὸν παντοκράτορα Θεὸν τηρῆται. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἑτέρως οὐχ οἷόν τε τὴν ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν * τάσιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταυτὸν πάντων ὁμοῦ, ἤγουν τῶν πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἑκάστου τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκα πλείστων ὅσων συναθροισθέντων ἐν ταύτῃ τῇ Νικαέων πόλει θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ αὐτὸς δὲ ἐγὼ καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν τυγχάνων, συμπαρῆν· οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἄν, ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράποντων ὑμέτερος πεφυκέναι· ἄχρι τοσούτου ἅπαντα C τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις οὗ ἡ τῷ παντεφόρῳ Θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη πρὸς τὴν τῆς ἑνότητος συμφωνίαν εἰς φῶς προήχθη· ὡς μηδὲν ἔτι πρὸς διχόνοιαν ἢ πίστεως ἀμφισβήτησίν τι ὑπολείπεσθαι. ἔνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ πάσχα ἁγιωτάτης ἡμέρας γενομένης ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἅπαντας τοὺς ἁπανταχόσε Χριστιανοὺς τὴν σωτήριον ἑορτὴν ἐπιτελεῖν τοῦ ἁγιωτάτου πάσχα. τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξαι δυνήσεται, τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην, παρ' ἧς τὴν τῆς ἀληθείας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ παρὰ πᾶσιν ἀδιαπτώτως φυλάττεσθαι; καὶ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι τὸ τὴν ἁγιωτάτην ἑορτὴν ἐκείνην τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομένους συνηθείᾳ πληροῦν· οἳ τὰς ἑαυτῶν D χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώττουσιν. ἔξεστι γὰρ τοῦ ἐκείνων ἔθνους ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει, ἣν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐκτείνεσθαι. μηδὲν τοίνυν ἔστω ἡμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. εἰλήφαμεν γὰρ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἑτέραν ὁδόν· πρόκειται δρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ, καὶ νόμος πρέπων. τούτου συμφώνως ἀντιλαμβανόμενοι, τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης συνειδήσεως ἑαυτοὺς ἀποσπάσωμεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ἔστι γὰρ ἀληθῶς ἀτοπώτατον, ἐκείνους αὐχεῖν καθ' ἡμῶν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐ- E τῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ ἦμεν ἱκανοί. τί δὲ φρονεῖν ὀρθῶς ἐκεῖνοι δυνήσονται, οἱ μετὰ τὴν κυριοκτονίαν ἐκείνην ἐκστάντες τῶν φρενῶν, ἄγονται οὐ λογισμῷ τινι, ἀλλ' ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος αὐτῶν ἀπάγοι μανία. ἐκεῖθεν τοίνυν καὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐχ ὁρῶσιν, ὡς ἀεὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αὐτοὺς πλανωμένους, ἀντὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον αὐτοὺς τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν. τίνος οὖν

*al. τάξιν.

Litera Constantini, quas Nicæa ad episcopos misit, qui concilio non interfuerunt.

Constantinus Augustus ecclesiis & episcopis qui sancto & magno concilio non interfuerunt, salutem.

CVM ex florenti & prospero rerum publicarum statu, quanta sit divini numinis erga nos benignitas, compertum haberem, illum maxime finem mihi propositum esse debere judicavi, ut beatissimis catholicæ ecclesiæ populis una fides, sincera caritas, & consentiens erga Deum omnipotentem religionis cultus servaretur. Verum quoniam istud haud poterat in loco tuto firmoque collocari, nisi vel omnes episcopi, vel certe plurimi in unum convenissent, singulique suum judicium de rebus ad sacratissimam religionem pertinentibus interposuissent: eam ob causam, cum cœtus, quantum fieri poterat, maximus religiosissimorum episcoporum in hac vrbe Nicææ coactus esset, ipse tamquam unus e vestro numero (non enim negaverim, ex qua re jam maximam capio lætitiam, me conservum vestrum esse) præsto una adfui. Atque eousque omnia debita disquisitione excussa sunt, quo ad sententia Deo omnium contemplatori grata ad concordiæ consensum in lucem producta esset & promulgata: sic ut nihil amplius, quod vel ad discordiam, vel ad fidei controversiam spectaret, omnino reliquum fieret. Vbi etiam, cum de sanctissimo die paschatis disceptaretur, communi omnium sententia videbatur rectum esse, ut omnes ubique Christiani uno eodemque die salutare festum sanctissimi paschatis celebrarent. Quid enim præstabilius, quidve augustius esse poterit, quam ut hoc festum, per quod spem immortalitatis accepimus, uno modo & ratione apud omnes sincere inviolateque observetur? Ac primum omnium indignum plane videbatur, ut consuetudinem Iudæorum sequentes, sanctissimum festum celebraremus: qui quoniam suas ipsorum manus immani scelere polluerunt, cæco animorum errore merito tenentur irretiti. Licet enim nobis ea gente rejecta, veriore instituto (quod quidem usque a prima passionis die hactenus servavimus) hujus festi celebrationem ad posterorum sæculorum memoriam transmittere. Nihil igitur sit nobis commune cum Iudæorum turba, omnium maxime odiosa. Aliam enim viam, quam insistamus, a salvatore didicimus. Proponitur namque sanctissimæ nostræ religioni cursus quidam & legitimus & decorus. Hunc igitur uno consensu tenentes, fratres honoratissimi, ab illa detestabili Iudæorum opinione nos ipsos removeamus. Est enim revera absurdissimum, illos gloriando jactare, nos absque ipsorum doctrina hæc nullo modo posse observare. Quid tandem est, de quo illi recte sentire queant, qui post necem domino illatam ex mentis statu deturbati, non ratione ulla, sed impotenti impetu, quocumque eos insita rapit insania, feruntur? Hinc etiam est, quod ne in hac quidem parte veritatem perspiciant: qui semper utplurimum aberrantes, non modo errorem non corrigunt, sed in eodem anno alterum pascha celebrant. Proinde

Socr. l. 1. c. 9. Theod. l. 1. c. 10.

LIBRI II. CAPUT XXXV.

quid eſt cur iſtos imitemur, quos conſtat gravi errore implicatos eſſe? Eodem namque anno bis celebrari paſcha non permittemus. Verum quamvis iſta non a me fuiſſent propoſita, tamen veſtræ ſolertiæ eſſet, dare operam ne qua illorum ſimilitudine, animorum noſtrorum integritas nequiſſimorum hominum moribus admiſceri videatur. Ex his item illud poteſt intelligi, nefas eſſe, ut in tanto negotio, tam ſolenni religionis noſtræ feſto, diſſenſio ulla ſit. Vnum enim libertatis noſtræ diem feſtum, hoc eſt ſanctiſſimæ paſſionis, ſalvator noſter nobis tradidit, unamque eccleſiam catholicam eſſe voluit, cujus quidem membra, tametſi in multis variiſque locis congregentur, tamen uno ſpiritu, hoc eſt, divina voluntate & nutu foventur. Veſtræ igitur ſanctitatis prudentia ſecum reputet, quam grave & indecorum ſit, ut iiſdem diebus alii jejuniis vacent, alii agitent convivia: ac poſt dies paſchatis, alii in feſtis & animorum remiſſione verſentur, alii præſcriptis jejuniis ſe dedant. Quapropter iſtud, ut decet, emendari, & ad unam normam reduci, divina providentia poſtulat, ſicut vos omnes ſatis animadvertere exiſtimo. Et quoniam iſtud erat ita corrigendum, ut nihil nobis cum parricidis illis & necis domini auctoribus commune ſit: eſt modus ille decorus, quem omnes eccleſiæ ſervant, quæ orbis partes vel verſus occidentem, vel verſus meridiem, vel verſus ſeptemtrionem incolunt, quem nonnulli qui ad orientem habitant, non admittunt: idcirco omnes in præſentia hoc recte ſe habere arbitrati ſunt. Ipſeque etiam in me recepi, veſtram ſapientiam facile aſſenſuram: ut quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in Ægypto, in Hiſpania, Gallia & Britannia, in Libya, & univerſa Græcia, in diœceſi Aſiatica & Pontica, in Cilicia denique, una & conſentiente ſententia conſervatur, hoc etiam veſtra prudentia libenter approbet: illud ſedulo reputantes, non ſolum quod in locis ante dictis major eccleſiarum numerus exiſtat, ſed etiam quod ſanctiſſimum ſit, illud omnes communi conſilio ſtatuere, quod recta ratio poſtulare videtur, nihil cum Iudæorum perjurio habere commercii. Verum ut ſummam rei breviter complectar, viſum eſt communi omnium judicio ſacratiſſimum paſchatis feſtum uno eodemque die celebrandum eſſe. Neque enim de re tam ſancta ac ſolenni ulla diſſenſio debet exiſtere: & longe pulcrius eſt eam ſequi ſententiam, cui nullus a fide alienus error, nullum vitium admixtum ſit. His itaque divino judicio a tot tantiſque ſanctis epiſcopis ad hunc modum conſtitutis, ea velut dona cælitus demiſſa, & divina vere mandata accipite. Nam quidquid in ſanctis epiſcoporum conciliis decernitur, id univerſum divinæ voluntati debet attribui. Quamobrem vos, ubi omnibus dilectis noſtris fratribus ea quæ ante ſcripta ſunt, & jam dictam catholicæ fidei formulam, & ſanctiſſimi diei paſchatis obſervationem denuntiaveritis; eadem ipſi approbare, & effecta reddere debetis: ut ſimulatque in pietatis veſtræ conſpectum jampridem a me deſideratum pervenero, uno eodemque die vobiſcum una ſacroſanctum feſtum recolere poſſim, & ſimul omnium cauſa

ANNO CHRISTI 325.

A χάριν τούτοις ἑπόμεθα τοῖς δεινὴν πλάνην ὡμολογημένως ἔχουσι; δεύτερον γὰρ τὸ πάσχα ἐν ἑνὶ ἐνιαυτῷ οὐκ ἄν ποτε ποιεῖν ἀνεξόμεθα. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα μὴ προὔκειτο, τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν ἐχρῆν πάντως ἐν μηδενὸς ὁμοιότητι ἐκείνων τὸ καθαρὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν δοκεῖν ἀνθρώπων ἔθεσι παγκάκων. πρὸς τούτοις, κἀκεῖνο πάρεστι συνορᾷν, ὡς ἐν τηλικούτῳ πράγματι, καὶ τοιαύτης θρησκείας ἑορτῇ διαφωνίαν ὑπάρχειν ἐστὶν ἀθέμιτον. μίαν γὰρ ἡμῖν τὴν τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τοῦτ' ἔστι τοῦ ἁγιωτάτου πάθους, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε σωτήρ, μίαν εἶναι τὴν καθολικὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν βεβούληται· εἰ καὶ τὰ μάλιστα εἰς πολλούς τε καὶ διαφόρους τόπους B τὰ μέλη συνάγοιτο, ἀλλ' ὅμως ἐν ἑνὶ πνεύματι, τοῦτ' ἔστι τῷ θείῳ βουλήματι θάλπεται. λογισάσθω δὴ ἡ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἀγχίνοια, ὅπως ἐστὶ δεινόν τε καὶ ἀπρεπὲς κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις σχολάζειν, ἑτέρους δὲ συμπόσια ἐπιτελεῖν· καὶ μετὰ τὰς τοῦ πάσχα ἡμέρας, ἄλλους μὲν ἐν ἑορταῖς καὶ ἀνέσεσιν ἐξετάζεσθαι, ἄλλους δὲ ταῖς ὡρισμέναις ἐκδίδοσθαι νηστείαις. διὰ τοῦτο γοῦν τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τυχεῖν, καὶ πρὸς μίαν διατύπωσιν ἄγεσθαι τοῦτο, ἡ θεία πρόνοια βούλεται, ὡς ἔγωγε ἅπαντας ἡγοῦμαι συνορᾷν. ὅθεν ἐπειδὴ τοῦτο οὕτως ἐπανορθοῦσθαι προσῆκεν, ὡς μηδὲν μετὰ τῶν πατροκτόνων τε καὶ κυ- C ριοκτόνων ἐκείνων ἡμῖν κοινόν· ἔστι δὲ τάξις εὐπρεπὴς, ἣν ἅπασαι αἱ τῶν δυτικῶν καὶ μεσημβρινῶν, καὶ ἀρκτῴων τῆς οἰκουμένης μερῶν φυλάττουσιν ἐκκλησίαι, ἣν τινες τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τόπων οὐ προσίενται. ὧν ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ παρόντος καλῶς ἔχειν ἅπαντες ἡγήσαντο. καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγχινοίᾳ ἀρέσκειν ὑπεσχόμην, ἵν' ὅπερ δ' ἂν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, Ἰταλίαν τε, καὶ Ἀφρικὴν πᾶσαν, Σπανίαν τε, καὶ Γαλλίαν, Βρεττανίαν, Αἴγυπτόν τε, καὶ Λιβύας, Ἑλλάδα τε ὅλην, Ἀσιανήν τε διοίκησιν, καὶ Ποντικήν, καὶ Κιλικίαν, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ συμφώνῳ φυλάττεται γνώμη, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδέξηται σύνεσις, λογιζομένη, ὡς οὐ μόνον πλείων ἐστὶν ὁ τῶν κατὰ τοὺς προειρημένους D τόπους ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιωτάτους ἐστὶ βούλεσθαι, ὅπερ καὶ ὁ ἀκριβὴς λογισμὸς ἀπαιτεῖν δοκεῖ, τὸ μηδεμίαν μετὰ τῆς Ἰουδαίων ἐπιορκίας ἔχειν κοινωνίαν. ἵνα δὲ τὸ κεφαλαιωδέστερον συντόμως εἴπω, κοινῇ πάντων ἤρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ πρέπει ἐν τοσαύτῃ ἁγιότητι εἶναί τινα διαφορὰν, καὶ κάλλιον ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ, ἐν ᾗ οὐδεμία ἐστὶν ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος ἐπιμιξία. τούτων θείᾳ κρίσει διὰ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων ἐπισκόπων E διατυπωθέντων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν οὐράνιον χάριν, καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν. πᾶν γὰρ ὅ, τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις ἐπράχθη, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. διὸ πᾶσι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ προγεγραμμένα ἤδη, καὶ τὸν προειρημένον τῆς καθολικῆς πίστεως λόγον, καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς ἁγιωτάτης τοῦ πάσχα ἡμέρας ὑποδέχεσθαί τε καὶ διαπράττειν ὀφείλετε· ἵν' ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας διαθέσεως ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ, καὶ πάντων

ἕνεκα

Anno Christi 325.

Liber III. Caput XXXV

ἕνεκα μεθ' ὑμῶν εὐδοκήσω, συνορῶν τὴν διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ὑμετέρων πράξεων ἀνῃρημένην· ἀκμαζούσης δὲ πανταχοῦ τῆς ἡμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας, εὐχαριστηρίους ὕμνους μεθ' ὑμῶν ἀναπέμψω τῷ πανευεργέτῃ καὶ σωτῆρι Θεῷ. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς συνόδου ἀπέστειλε. τοὺς δὲ συνεληλυθότας ἐφιλοφρονήσατο καὶ λόγοις καὶ δώροις. πολλὰς δὲ στιβάδας εὐτρεπισθῆναι κελεύσας, κατὰ ταὐτὸν εἱστίασεν ἅπαντας· τοὺς μὲν ἐπισημοτέρους ὁμοτραπέζους λαβὼν, τοὺς δὲ ἄλλους διελὼν εἰς τὰς ἄλλας τραπέζας. θεασάμενος δέ τινας τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ ἔχοντας, ἀλλ' ἐκκεκομμένους, καὶ μαθὼν ὡς τὸ περὶ τὴν εὐσέβειαν τὴν εἰς Χριστὸν ἑδραῖον τοῦ πάθους ἐγένετο αἴτιον, τὰ χείλη τοῖς τραύμασι προσενηνοχὼς, ἑλκύσειν ἐκεῖθεν τῷ φιλήματι τὴν εὐλογίαν ἐπίστευε. τέλος δὲ τοῦ συμποσίου λαβόντος, ἕτερα πάλιν αὐτοῖς προσενήνοχε δῶρα· καὶ μέντοι καὶ γράμματα πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν στρατεύοντας δέδωκεν ἄρχοντας, καθ' ἑκάστην πόλιν χορηγεῖσθαι παρεγγυῶν ἀειπαρθένοις καὶ χήραις, καὶ τοῖς τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἀφιερωμένοις ἐτήσια σιτηρέσια, φιλοτιμίᾳ μᾶλλον, ἢ χρείᾳ ταῦτα μετρήσας. περὶ ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου διαλαμβάνων ὧδέ πως λέγει· οὕτω δὴ τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους μετὰ πλείστης ὅσης εὐλαβείας διαναπαύσας ὁ πανεύφημος καὶ πιστότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, συνταξάμενός τε σφᾶς ἐπανιέναι οἴκαδε, τοὺς πάντας ἠφίει. οἱ δὲ ἐπανήεσαν σὺν εὐφροσύνῃ πολλῇ. ἐκράτει τε λοιπὸν μία γνώμη παρὰ τοῖς πᾶσι, παρ' αὐτοῦ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, συναπτομένων ὥσπερ εἰς ἓν σῶμα τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων. χαίρων δῆτα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ παρατυχοῦσι τῇ συνόδῳ ἐπισκόποις καρπὸν εὐθαλῆ δι' ἐπιστολῶν ἐδωρεῖτο· λαοῖς τε πᾶσι, τοῖς τε κατ' ἀγροὺς καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις οἰκοῦσι, χρημάτων ἀφθόνους διαδόσεις ποιεῖσθαι παρεκελεύετο· ὧδέ πη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς αὐτοῦ βασιλείας· ἑκκαιδεκάτῳ μὲν ἔτει καὶ μησὶν ἓξ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἀνωτέρω ὁ λόγος ἀπέδειξε, κατὰ τὰ παλαιὰ διηγήματα, τὴν ἁγίαν τῶν ἐπισκόπων συναθροίσας σύνοδον. εἰκοστῷ δὲ ἔτει διαλυσάντων τὸ τῆς συνόδου συνέδριον, ἀπέλυσεν ἕκαστον εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, καθὼς προανατέτακται. ἐγὼ δὲ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ περὶ τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, τῆς τε σεβασμίου ἑορτῆς τοῦ ἁγίου πάσχα, τῶν τε τῆς ἐκκλησιαστικῆς θείας λειτουργίας διατυπώσεων, τῶν τε περὶ τῆς ἐν αὐτῇ εὐταξίας κανόνων κριθέντα καὶ ὁρισθέντα ἐντάξας κατὰ δύναμιν τῇδε τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ, πρὸς πληρεστάτην ἀσφάλειαν τῶν ἐντευξομένων τῷ γράμματι, ἐνταῦθα καταπαύσω τὸν λόγον· τὰ λοιπὰ τοῦ πανευφήμου καὶ πιστοτάτου βασιλέως εὐσεβῆ ὑπὲρ τῆς πίστεως σπουδάσματα ἐν τρίτῳ κατατάξαι συνιδὼν συντάγματι, εἰς δόξαν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ εἰς ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν τῆς τοῦ πιστοτάτου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας. ἐκεῖνο μόνον προσθεῖναι ἐνταῦθα ἀναγκαῖον ᾠήθην· μὴ πάρεργον ἡγησάμενος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἁρμόδιον· τὰ τῶν ἐπισκόπων ὀνόματα, τῶν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων τῶν ἐπισκόπων εἰς τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἐπαρχίας σταλέντων· δι' ὧν τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κριθέντα,

permagnam animo capiam voluptatem, cum intellexero, diabolicam crudelitatem a divina virtute per vestra recte facta prorsus profligatam esse: & fide nostra ubique florente, pace itidem & concordia, hymnos cum gratiarum actione vobiscum concinam in laudem benefactoris & salvatoris Dei, qui vos, fratres carissimi, servet incolumes.

Hæc igitur absentibus a concilio per literas significavit: eos autem qui convenerant, sermonibus atque muneribus multis benigne excepit. Cum autem plures lectos præparari jussisset, simul omnibus epulum dedit; & illustriores quidem mensa sua dignatus est, alios vero ad alias mensas dimisit. Cum autem vidisset dextros oculos quibusdam effossos, & intellexisset constantiam pietatis & fidei in Christum, cladis ejus causam fuisse; labra vulneribus admovens, sese osculo benedictionem inde eruere credebat. Convivio peracto, alia dona rursus iis attulit: quinetiam literas ad provinciarum præfectos dedit, mandavitque ut virginibus perpetuam virginitatem voventibus, & viduis, & iis qui divinis ministeriis obeundis consecrati essent, in singulis civitatibus annua frumenta suppeditarentur, quæ non tam egentium necessitate, quam sua ipsius magnificentia mensus est. De quibus & Eusebius Pamphili differens in hunc fere loquitur modum: Sic denique sanctos episcopos cum maxima reverentia interquiescere faciens laudabilis prorsus ac fidelissimus imperator Constantinus, præcipiensque illos domum redire, omnes dimisit. Ipsi vero cum lætitia multa redierunt. Obtinebat autem apud omnes una in posterum sententia, in quam præsente imperatore conspirarunt, conjunctis velut in unum corpus iis qui diu separati fuerant. Imperator igitur lætus ob rem feliciter gestam, iis qui concilio non interfuerunt episcopis uberem fructum per epistolas dabat: populis omnibus tam agros quam civitates habitantibus, pecuniarum effusas largitiones fieri jubebat. Hoc modo vicesimum sui regni annum condecorabat. Sexto quidem decimo anno & sexto mense regni sui, juxta veteres historias, ut supra diximus, sanctum episcoporum concilium congregavit. Anno vero vicesimo cum synodi conventum dissolvissent, in suas parœcias, ut dictum est, unumquemque dimisit. Ego autem, quæ in ipsa sancta synodo de catholica & orthodoxa fide, & veneranda sancti paschatis festivitate, de divini ecclesiastici officii constitutionibus, & de ipsius disciplinæ canonibus judicata & definita sunt, cum ad plenissimam eorum securitatem qui hoc scripto utentur, in hac ecclesiastica historia, ut potui, ordine proposuerim, huic sermoni finem imponam: reliqua prorsus laudabilis atque fidelissimi imperatoris pia pro fide studia in tertio commentario relaturum me reputans, in gloriam omnium nostrum salvatoris Christi, & in manifestissimam pietatis demonstrationem imperatoris nostri fidelissimi. Illud solum hic addere necessarium existimavi (non extra rem esse arbitratus, sed valde accommodatum) eorum scilicet episcoporum nomina, qui ex communi omnium episcoporum consensu in provincias ubique terrarum missi sunt: per quos

LIBRI II. CAP. XXXV.

quæ a synodo fuerant judicata, per synodicas epistolas, & laudatissimi regis literas, ad omnes sanctas sub cælo Dei ecclesias sunt transmissa, in gloriam Dei Patris, & Flii ejus Iesu Christi domini nostri, & sancti Spiritus. Amen.

Catalogus sanctorum episcoporum, per quos sancta magna & universalis synodus Nicææ coacta, misit omnibus in toto orbe terrarum Dei ecclesiis ea, quæ ab ipsis per Spiritum sanctum in ea constituta sunt.

OSIUS episcopus Cordubæ sanctis Dei ecclesiis, quæ Romæ sunt, & in Italia & Hispania tota, & in reliquis ulterius nationibus usque ad Oceanum commorantibus, per eos qui cum ipso erant, Romanos presbyteros "Vitonem & Vincentium.

" Vitum seu Victorem.

Alexander Alexandriæ cum Athanasio tunc archidiacono, ecclesiis per totam Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, & regiones finitimas, usque ad Indiæ provincias.

Macarius Hierosolymorum cum Eusebio Pamphili episcopo Cæsareæ Palæstinæ, ecclesiis in Palestina, Arabia & Phœnicia.

Eustathius episcopus Antiochiæ magnæ omnibus in Cœlesyria, in Mesopotamia, & Cilicia utraque.

Ioannes Persa, ecclesiis in toto Persia & magna India.

ΟΣΗ τῆς θείας ὀργῆς ἡ ἰσχὺς πέφυκε, καὶ ἐξ ὧν Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος πεπόνθασιν εὐχερές καί σε μαθεῖν· οἳ εἰς τὴν ἁγιωτάτην παροινοῦντες θρησκείαν, τὸ τοῦ σωτῆρος Θεοῦ ὄνομα τῷ συστήματι τοῦ οἰκείου λῃστηρίου καὶ μετὰ τὸ τυχεῖν συγγνώμης ἐμίαναν. ὅτε γὰρ μάλιστα μετὰ τὴν τῆς συνόδου ὁμογνώμονα συμφωνίαν ἐχρῆν τὴν προτέραν ἐπανορθώσασθαι πλάνην, τότε τοῖς αὐτοῖς ἀτοπήμασιν ἐμμένοντες ἑάλωσαν. διὰ τοῦτο γοῦν ἡ θεία πρόνοια αὐτοὺς τοῦ ἑαυτῆς ἀπώσατο λαοῦ· ἐπειδὴ μηδὲ ἔφερε τὰς ἀκάκους ψυχὰς ὀλίγον ἀπονοίᾳ φθειρομένας καθορᾶν· καὶ νῦν μὲν ἀξίαν παρ' αὐτῶν ἤτησε δίκην, μείζονα δὲ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς διὰ τοῦ παντὸς αἰῶνος λήψεται. ὅπερ τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ δηλωθῆναι δεῖν ἡγησάμην, ἵν' εἴ τις κακὴ παραίνεσις τῶν τούτων, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τῇ σῇ ἐνεκαθέσθη προαιρέσει, ταύτην τῆς ψυχῆς ἀφελόμενος, καθαρὰν, ὡς προσῆκε, τὴν διάνοιαν, εἰλικρινῆ τε καθοσίωσιν, καὶ ἄχραντον πίστιν τῷ σωτῆρι Θεῷ παρέχεσθαι προθυμηθῇς. καὶ γὰρ τοῦτο προσῆκόν ἐστιν ὑπὸ τούτου πράττεσθαι, ὃς δή ἂν ἀκηρατῶν τῶν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπάθλων ἀξιοῦσθαι βούληται. ὁ Θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

** NOTÆ SEVERINI BINII

In epiſtolam Alexandri epiſcopi Alexandrini ad omnes epiſcopos quæ ſupra habetur col. 143. omiſſæ in editione regia anni 1644.

a *Epiſtola.*] Hanc epiſtolam libellum illum eſſe exiſtimamus, cui alios catholicos epiſcopos ſubſcripſiſſe ab eodem Alexandro in aliis encyclicis literis memoriæ proditum eſt. Hanc ante alias conſcriptam fuiſſe, ipſa ab aliis encyclicis citata indicat.

b *Re tamen ipſa indicat.*] Hinc manifeſtum eſt ex ſententia Alexandrini epiſcopi non Arium, ſed Euſebium Nicomedienſem epiſcopum, fuiſſe primum Arianæ impietatis fautorem, ut non mireris, ſi ſæpe contingat eoſdem, quos dicimus Arianos, ab antiquis patribus eſſe dictos Euſebianos. Baron. num. 60.

c *Creatum enim & factum eſſe Filium.*] Ex his aperte conſtat, Arium ſenſiſſe: aliud eſſe Dei Verbum, aliud Dei Filium; hunc ait non eſſe Verbum, ſed qui ſit factus per Verbum, quique non niſi abuſive Verbum dicitur. Huc facit illud Athanaſii contra hæreſ. Arian. in decretis. *At illi porro quod ſit Deo Verbum non inficiantur, ſed id pro Dei Filio non agnoſcunt:* Iactantes nimirum Chriſtum Fi-

lium Dei alium esse a Verbo Dei. Ambros. de incarn. dom. c. 6. eamdem sugillans sententiam; *Nonnulli*, inquit, *alium Dei Verbum, alium verum Dei Filium crediderunt.*

Ab Arianis non unicū, sed multa Verba Dei ponuntur.

d *Ut Deus pie ipsum tanquam per.*] Cum Arius negare non posset, per Verbum omnia facta esse; sic Filium Dei Verbum esse asserebat, ut tamen per Verbum aliud factum esse diceret. Plura namque Verba Arium excogitasse, & sua cantilena occini voluisse, idem Athanasius in decreto Nicænæ synodi contra Arian. tradit his verbis: *Arius in suis cantiunculis & convivalium libro per speciem subdubitandi fabulatur; multa, inquiens verba profert Deus. quodnam igitur ex istis verbis Filium & Verbum unigenitum Patris esse recipiemus.* Baron. ann. 318. num. 62.

** NOTÆ EIUSDEM SEVERINI BINII

In epistolam Alexandri ejusdem episcopi Alexandrini ad alterum Alexandrum, quæ habetur supra pag. 7. prætermissa a collectore regio.

Occasio scriptę epistolæ secūdæ.

a *Epistola.*] Alexander cum a catholicis episcopis Ægypti, Thebaidis, Libyæ, aliarumque plurimarum provinciarum epistolas adversus Arium scriptas accepisset, iidemque contra Arianos conscripto libello fidei subscripsissent, optans hæc eadem præstari a reliquis, encyclicam rursus aliam epistolam scripsit, cui & exemplaria dictarum epistolarum adjunxit, easque cum subscriptionibus eorumdem episcoporum, libello fidei oppositas Apioni diacono perferendas dedit.

Inscriptio vitiosa.

b *Ad Alexandrum Constantinopolitanum.*] Hanc inscriptionem quam titulus præ se fert, non esse germanam auctoris; sed ab alio aliquo superadditam, ipsa epistola, epistolæ inscriptio & tempora indicant. In epistola plures episcopi appellantur. pluribus igitur episcopis non uni duntaxat scriptam esse oportuit. Constantinus suam hoc anno 318. ad Alexandrum & Arium transmisit. Itaque quod hac epistola ante illam Constantini scripta, Alexander Constantinopolitanus episcopus inscribatur, surreptitium esse, necessario dicendum est: ideo, quod Byzantium hoc tempore in Constantinopolim nondum mutatum fuerit. Erroris occasionem hanc esse puto; quod cum eadem epistola (ut dictum est) fuerit communis ad omnes episcopos, ejusdem ab ipso descriptæ exemplar, inter Alexandri episcopi Constantinopolitani monumenta repertum, eo titulo fuerit pariter consignatum. Bar. præd. ann. num. 49.

Cur Arius 700. meretriculas circūduxerit.

c *Suas tenellas meretriculas.*] Quas hic Alexander tenellas Arianorum meretriculas nominat, erant illæ septingentæ professæ virgines ecclesiæ Alexandrinæ, quas ut testatur Epiphanius hæresi 69. Arius seduxit ac circumduxit; eo nimirum fine, ut his deliciarum illecebris perditissimus hæresiarcha quosvis seduceret.

Canon apostolicus.

d *Quod canon apostolicus permisit.*] Canonem apostolicum, quem Alexander hic citat, plane illum esse constat, quo præcipitur, *Ne clerici a suo episcopo excommunicati, ab alio episcopo recipiantur.* Vide notas in canonem apost. 33.

Lucianus an Arianæ hæresis auctor.

e *Cujus perversa doctrina Lucianus successor factus.*] Quod hoc loco Lucianus Antiochenæ ecclesiæ presbyter ab Alexandro Sabellianismi insimulatur, accidit ex errore tali: sicut Dionysius Sabellium, ita Lucianus Pancratium urgentes, iis qui scripta illorum legerant, sensum vero scriptorum non erant assecuti, visi sunt in contrariam partem licentius inclinasse. Et sicut ille ab episcopis Libyæ; ita hic a tribus Antiochenis episcopis invicem sibi succedentibus falso accusatus est, & simul ab ecclesia ejectus. Sed dum suam Lucianus causam agens, scriptis sæpe libellis fidei suam integritatem, sinceramque fidem catholicam; omnibus manifestam reddere conatur, persecutione Maximini, dolo adversarii Sabelliani hæretici interceptus, summa cum laude martyrium consummans, magnam inde gloriam assecutus est. Qua abusi complures illius discipuli jam errore lapsi, Arianam hæresim consectantes, magistri gloria exultantes, seipsos, ut patet ex literis Arii, Collucianistas nominabant; turpiter mentientes, ea se docere, quæ a Luciano accepissent. Qua de causa Alexander cum res adhuc recens esset (novissimo enim persecutionis tempore ille martyrium subiit) inexploratis ad huc Luciani elucubrationibus, quæ ferebat fama ore ipsorum Arianorum falso ubique vulgata, Alexander episcopus vehementius in Lucianum justo zelo commotus, hæc de ipso scripsit. Verum cum is, quem edidit libellum fidei, exacte cognitus & disquisitus est, non tantum S. Hieronymus de script. eccles. in Luciano; sed etiam ipse Athanasius Alexandri successor, Lucianum digno præconio celebrat. Vide Baron. anno 318. num. 77.

Lucianus martyrium subiit.

Collucianistæ hæretici qui, & cur sic dicti.

Cur Alexāder Lucianum Arianism. insimulaverit.

Eusebius Cæsariensis Arianus apostata.

f *Quin etiam tres episcopos Syriæ.*] Baron. præd. loco putat, inter hos tres episcopos Ario adhærentes, Eusebium Cæsariensem Syriæ Palæstinæ episcopum annumeratum esse. Verisimile enim videtur, non nisi malis artibus episcopatum tam nobilis ecclesiæ, quæ totius Syriæ Palæstinæ metropolis erat, arripuisse eum, quo tempore persecutionis sub Maximino timore pœnæ a fide excidisset.

Hæretici novantes moribus Ariani.

g *Qui etiam neminem nolunt ex antiquis patribus sibi comparari, neque illis, &c.*] Sequentibus verbis, quibus Alexander Arianorum effigiem vivis hisce coloribus depictam exhibet, omnium plane novantium nostri temporis hæreticorum veram certamque imaginem repræsentat: ut plane appareat vultu simillimos, fratres esse germanos, qui eodem patre diabolo geniti sunt, ejusque dominio solius parere, illius legibus vivere, ejusque insigne frontibus suis impressum gestare, qui est rex super omnes filios superbiæ.

Explicatur locus scripturæ.

h *Pater major me est.*] Hunc locum sicut Alexander hic; ita eundem Hilarius lib. 9. de trinit. Nazianzenus orat. 4. de theol. Basilius lib. 1. de Eunom. Cyrillus lib. Thes. c. 3. Augustin. lib. 1. de trinit c. 7. de divina generatione quatenus ipse pater in trinitate principium, fons & origo quædam dicitur, intelligunt; communior tamen sententia, prædicta verba Christi de humana illius generatione accipit & exponit.

** NOTÆ EIUSDEM SEVERINI BINII

In epistolam imperatoris Constantini, quam habet Eusebius libri II. de ejus vita cap. 67. cujusque partem præcipuam refert Gelasius Cyzicenus capite 4. libri II. supra pag. 151. prætermissa in collectione Regia Luparæa anni 1644.

An ab Eusebio epistola Constātini corrupta.

a *Epistola.*] Hæc epistola ab Eusebio Ariano recitata est, eoque fine in medium adducta, ut obortæ controversiæ atque dissidii culpa in Alexandrum rejiceretur. sitne in omnibus fideliter recitata, nullaque ex parte violata, dicere non auderem; cum aliqua præsertim in se habeat, quæ jure optimo censuræ subjiciantur; nimirum, quod Alexander obortæ Arianæ hæresi originem dedisse dicatur, verbis hisce: Inde igitur, &c. de quibus vide quæ notabimus infra.

b *Alexandro.*] Nomen episcopi Eusebium in Alexandro expunxisse, valde probabile est.

Prima censura hujus epistolæ.

c *Inde igitur præsentis controversiæ fundamentum.*] Cum hoc loco culpa exortæ Arianæ hæreseos in Alexandrum rejiciatur, hinc liquido constat alterutrum horum necessario esse statuendum: vel quod Eusebius Arianus homo, parum fideliter hanc epistolam Constantini descripserit: attexueritque ipsius vitæ, quam in gratiam Constantini Augusti pariter Ariani conscripserit, ac proinde ea minus digna tanto pontifice ab eo jactata confinxerit: vel si hæc verba, vere germanum exemplar epistolæ continebant, illud necessario affirmandum est, argumentum illius suppeditatum esse imperatori ab Eusebio ejusdem civitatis episcopo, omnium Arianorum facile principe: propterea quod multa hic mendacia coagmententur; ut cum imprimis potior culpa in Alexandrum rejicitur, quod importune nimis de re difficillima presbyteros Alexandriæ sciscitando, fomitem discordiæ illis suppeditarit; cum tamen ex iis, quæ supra diximus*, in notis ad præcedens concilium Alex. constet, ipsum Arium, quid sentiret, ab Alexandro interrogatum esse, pluresque jam seduxisse, antequam synodus Alexandriæ cogeretur.

Alexander a calumnia defenditur.

* pag. 491. tomi I.

Secunda censura hujus epistolæ.

d *Neque novus ullus de religione introductus error.*] Hæc dicit & quæ sequuntur, ex Arianorū officina prodiisse necessario dicendum est. Nam quo pacto dici potest, Alexandrum & Arium unam eamdemque de fide sententiam tenere, ita ut discordia inter utrumque facile conciliari possit, cum Alexander filium Dei patri coæternum esse affirmaret? Arius vero idem pertinaciter negaret? quomodo item levissima controversia haberi potest, in qua de Christi divinitate, quæ est summa totius fidei catholicæ, disceptatur? Itaque hinc evidentius patet, verum esse quod supra dixi; hæc, quæ ex Arianorum officina prodierunt, vel ab Eusebio Cæsariensi huic epistolæ superaddita esse, aut saltem mutata: vel a nequiore illo & veternoso serpente Eusebio Nicomediensi imperatori persuasa fuisse.

CANONES

ANNO CHRISTI 325.

* Tomis conciliorũ inseruerunt Nicolinus, Binius, regiusq; collector.

CANONES CONCILII* NICÆNI LXXX. EX ARABICO IN LATINUM

conversi & recogniti

A FRANCISCO TURRIANO SOCIETATIS IESU.

PROOEMIUM.

FUISSE alios canones in magna synodo Nicæna editos præter 20 qui adhuc Græce extant, quia Magdeburgenses in centuria 4. cap. 9. de synodis negant, ceteris testimoniis, quæ sunt infinita, prætermissis, satis Africani episcopi testantur. Illi enim nisi hoc certum, & explorate cognitum habuissent, nunquam sic ad Bonifacium pontificem scripsissent, quia in nullo codice Græco eos reperire possent, desiderare se vehementer, ut ex ecclesiis orientis opera & studio ipsius Bonifacii sibi mitterentur, de reliquis canonibus loquebantur: 20. enim jam habebant a Cyrillo Alexandrino, & Attico Const. missos, & in concilio Carthaginensi sexto recitatos. Cur autem viginti illi ubique fere & omni tempore servati fuerint, reliqui vero minus, non potest alia esse causa, nisi sæpissime descriptos fuisse, ob majorem eorum in ecclesiis usum & necessitatem, quam reliquorum. quod facile intelligi potest, si quis omnes eos inter se conferat. De numero autem testatur Athanasius in epistola ad Marcum pontificem, fuisse 80. qui postea consilio patrum concilii Nicæni in 70. sententias redacti fuerint. Quod quidem ita facile fuit, ut 70. sententias, quas Zephyrinus scribit in epistola 1. a sanctis apostolis constitutas esse, in 85. canones apostolorum distribuerint. Fuisse vero Nicænos canones e Græco in Arabicum translatos, quia testes habere non possumus, tota res ad conjecturas & signa, quibus veritas illustrari solet, traducenda est. Conjecturæ autem capiendæ sunt a causis, a temporibus, a locis, a personis, a canonibus ipsis. Quis enim cum ratione dubitare possit, quin Alexander archiepiscopus Alexandrinus, qui magnæ synodo interfuit, illos ipsos Nicænæ synodi canones ex integro & incorrupto exemplari Græce descriptos secum Alexandriam reversus attulisset, & in ecclesia sua diligenter servari curasset? Sed cum lingua Græca non esset provinciis Alexandriæ, & Ægypti, & Pentapolis vernacula, sed Arabica, quis rursus non judicet ad providum pastorem pertinuisse curare, ut synodus Nicæna, qua ut beatus Athanasius ad Marcum pontificem scripsit, populus & clerus imbuebatur, in Arabicum sermonem converteretur? Qui enim loquitur lingua, semetipsum, inquit, ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat. Sciebat Alexander, quod apostolus ait: Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Sic pontifex Evaristus, cum decretum de forma nuptias celebrandi ad Africanas ecclesias misit, quia vulgus non intelligebat Latinam linguam, curavit, ut literæ suæ Latinæ in linguam Punicam transferrentur, quas literas prophetarum, id est, interpretum vocavit. Sic enim in vetustis & emendatis codicibus legitur prophetarum, & non præfectorum, ut alias a me notatum est. Et beatus Augustinus eadem ratione cum vellet ut sua cum Crispino Latina disputatio de rebaptizatis ab eo Mappaliensibus, ab illis ipsis Mappaliensibus, qui Latine nesciebant, intelligeretur, sic scripsit in epistola 173. Si voluntate sua Mappalienses in tuam communionem transierunt, ambos nos audiant, ita ut scribantur quæ dicemus; & a nobis subscripta eis Punice interpretentur. Hactenus Augustinus. Sed quomodo, dixerit quispiam, si canones isti Nicæni ex eo tempore Arabice saltem servati sunt, non potuit eos beatus Athanasius Alexandriæ reperire? Imo capitula synodi Nicænæ combusta fuisse querebatur, & dolebat? At quis ignorat in reperiendis libris, sive ad delendum, sive ad servandum, casum esse? Si qua Ariani 70. capitula synodi Nicænæ combusserunt, ubique canones Nicæni perierunt, neque viginti, quos semper Græce & Latine habuimus, & qui adhuc in omnibus ecclesiis extant, habere deberemus. Deinde quid interest, utrum hi canones Arabici ab illis Græcis ab Alexandro ex synodo allatis, an ab illis a Marco pontifice ad Athanasium postea missis profecti sint? Imo quid interest, curasse Arabicam interpretationem e Græco Alexandrum, qui primus canones Nicænos Alexandriam ex concilio attulit, an aliquem ex successoribus ejus, aut etiam alium quempiam ex episcopis provinciarum Alexandriæ, quibus, ut dixi, lingua Arabica vernacula est? una enim ratio & causa erat prophetandi, id est, interpretandi Arabice, ut ecclesia, quæ alia lingua quam Arabica loquentem non intelligeret, ædificationem ex canonibus Nicænis acciperet. Præterea, quod nos facere solemus, ut bonum auctorem ex Græcis utraque lingua, & Græca & Latina, pari diligentia custodiamus; ut si Græcum casu aliquo amiserimus, superfit qui jacturam compenset: si Latinum, Græcus. Cum ergo illis temporibus, & illis potissimum locis, quibus Arius cœpit, omnem memoriam synodi Nicænæ Ariani omni studio & vigilia delere studerent, quis non facile credat, dedisse operam episcopos Alexandriæ, ut canones & acta concilii Nicæni & Græce & Arabice scripta custodirentur? Unde vero factum sit, ut diutius Arabici canones servati sint, quam Græci, in promptu est ratio, quia quo notior erat tunc, ac magis familiaris lingua Græca, ut nunc etiam, quam Arabica, eo facilius ab hostibus ecclesiæ, qui eos quærebant ad delendum, Græci, quam Arabici agnosci & deleri potuerunt. sed concedamus. Rursus dicet alius, translatos fuisse in Arabicum canones Nicænos Græcos, unde scimus, aut probamus, esse hos Arabicos, illos Nicænos? hic jam non caremus testibus, ut conjecturis tantum agendum sit. testes enim sunt tum ipsi illi canones Græci viginti qui extant, qui in his ipsis Arabicis feruntur; tum alii, quos antiqui patres testantur a synodo Nicæna factos esse; quos quidem cum in his Arabicis reperiamus, quis eos non numerabit Nicænos? Qui vero nec ex illis viginti sunt, nec ex illis quorum testes habeamus Nicænos esse, si graves sunt, imo gravissimi, & illa magna synodo digni, & plerique eorum cum aliorum conciliorum canonibus consentientes, quis suppositios esse dicat, nisi aliquis fastidiose contentiosus, aut contentiose fastidiosus? Dicendum est jam, quis nobis hos canones attulit, & de interprete eorum ex Arabico, ut de omnibus ratio constet: nam hæc etiam scire avebunt, qui sunt paulo curiosiores. Igitur pater Baptista" Romanus

// Consule sis præfa-

ANNO CHRISTI 325.

tionem ad historiã Niceni cõcilii authore Alfonso Pisano ejusdẽ Soc. IESV sacerdote.

nus societatis Iesu, cum esset Roma Alexandriam profectus comes Roderici Hispani patris reverendi ejusdem societatis Iesu a Pio quarto cum mandatis missi, ex libro patriarchæ Alexandriæ commodato, in quo erant etiam, ut affirmabat, acta concilii, hos canones manu sua exscripsit, & Romam attulit: quos cum Latine interpretatus esset, & cum domino Georgio archiepiscopo Damasceno natione Maronita contulisset; ego, qui vehementer desiderabam ne quid interpretationi desideraretur, dedi operam, ut Ioannes Senatus Alexandrinus mercator, qui eo tempore ex Melite insula huc advenerat, B & Arabicam linguam probe noverat, ad recognoscendam & emendandam interpretationem adhiberetur: & quia non parum interesse putabam percunctari accurate & subtiliter, quam vim hoc, aut illud verbum haberet, volui semper interesse, tametsi ut ego Ioannem intelligerem, & ille me, interprete Baptista opus erat. Hos canones, & hanc eorum interpretationem diu apud me retinui, & suppressi, quod majore adhuc studio & industria limari eam cuperẽ. Sed cum reverendus pater Pisanus nostræ societatis Iesu eos flagitaret, multis de causis negare neque potui, neque debui, præsertim cum in investigandis magna solertia & sagacitate, & C multiplici lectione colligendis actis, & canonibus Nicænis, jam diu illum laborare intelligerẽ.

Primam editionẽ Pisani intelligit.

Vsus est ille arbitratu suo non omnibus, sed quibus pro ratione propositi & instituti sui visum est, & iis quidem non satis emendatis & integris. Ego interim cum magno adhuc desiderio tenerer priorem interpretationẽ cum alio si possem aliquando recognoscere & conferre, incidi in Paulum Vrsinum neophytum natione Turcam, qui quia erat studiis Arabicæ, & aliarum linguarum imbutus, & Latine, atque Italice mediocriter loqui didicerat, effeci quod volebam: recognita & collata sunt omnia, & correcta non pauca. accessit ad hanc recognitionem aliud exemplar Arabicum vetustum ex D bibliotheca pontificis Marcelli secundi quod ita cum Alexandrino conveniebat, ut plane videretur utrumque ex eodem exemplari descriptum, licet in exemplari Marcelli aliquot paginas anteriores vetustas consumpsisset. Hos igitur Nicænos canones eo numero & ordine, quo reperti sunt, ex Arabico translatos quia multi desiderabant, neque laborem meum in eo negotio sumptum, nec alienam industriam in hoc studio positam amicis & studiosis invidere volui. erit id etiam reverendo patri Pisano, mihi in domino carissimo, non ingratum modo, sed jucundum etiam & probatum. Vterque enim canones Nicænos celebrare, & sempiternæ memoriæ mandare volumus; licet partim eosdem Nicænos numeremus, partim non eosdem, sed alios, in quo E licuit quidem illi judicium suum sequi; & quos in epistola Iulii prima & secũda Nicænos canones legebat, in num. 70. sententiarum recensere: & mihi rursus licere existimavi, confiteri quidem illos Nicænos, sed extra hanc recensionem ponere, & dare illis locum in actis ipsis, quæ accuratissime scripta testatur beatus Athanasius in epistola de synodis Arimini & Seleuciæ, & Photius Constant. legisse affirmat acta synodi tribus voluminibus a Gelasio quodam scripta. movit me etiam, quod legeram Isidorum sive Hispalensem, sive alium, in prologo collectionis canonum audisse quosdam episcopos ex oriente, qui A affirmabant vidisse ingens volumen actorum synodi Nicænæ; in quibus aiebant judicia querimoniarum & definitiones, ac constitutiones cõtineri. Vbi autem judicia & actiones causarum tractantur, necesse est interdum, ut leges ecclesiasticæ recitentur, & judiciales sententiæ inter actiones ipsas sanciantur, ut in actis concilii Calchedonensis factum est, quæ illi episcopi ex oriente ad exemplum actorum synodi Nicænæ scripta esse dicebant, ut perspici potest in actione 11. ubi causa Bassiani & Stephani episcoporum ecclesiæ Ephesiorum acta & judicata est; & quia contra leges ecclesiasticas ibidem recitatas facti fuerant episcopi, privati sunt. Item in actione septima, controversia Maximi Antiochiæ episcopi, & Ioannis Hierosolymorum de parœciis dirempta est. Ad acta igitur synodi Nicænæ semper arbitratus sum pertinere, quæ Iulius in epistola prima ad orientales in synodo Nicæna statuta esse testatur de prærogativa ecclesiæ Romanæ in conciliis generalibus, in provincialibus, in judiciis & causis episcoporum, de appellationibus in judiciis ecclesiasticis, & illa tam multa capitula, quæ idem Iulius in rescripto contra orientales sumpta item ex Nicæno concilio affirmat & recenset, quæ sunt omnia judicialia. Imo ipse idem Iulius pertinere quidem ista ad acta synodi Nicænæ, & inde sumpta esse non obscure significasse videtur, cum recensioni capitulorum finem imponens, subjungit: plura de his ideo non inserimus, ne vacuare, vilemve prædictam synodum facere videremur, aut fastidium legentibus, audientibusque prolixa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostræ sedis scrinio, & ea quæ prædiximus, invenire poterit, &c. cum dixit, ne vacuare, vilemve facere prædictam synodum videremur, perfecta acta synodi intellexit: non enim synodus in canonibus tantum consistit, alioqui nullæ synodi essent, quæ nullos canones composuerunt; neque rursus si totos sive 70. sive 80. canones synodi Nicænæ Iulius recitasset, continuo totam synodum exinanisset, vilemve fecisset, cum canones separatim etiam de actis synodi ferri soleant. Deinde cum dicit Iulius: si quis his ampliora, & abundantiora scire voluerit, in sacro nostræ sedis scrinio invenire poterit; non poterit dubitari, quin ad acta hoc retulerit; in canonibus enim non copiose, sed breviter & strictim agitur. loquitur ergo mea quidem opinione Iulius de legibus sive canonibus ecclesiasticis, quas decisiones vocant, quæ erant per acta & actiones causarum tamquam sanguis per venas corporis fusus: nec enim judiciales decisiones aptius collocari poterant, quam inter causas ipsas, & causarũ actiones quæ in actis continebantur. Confirmat hoc quoque illud Nicolai I. dist. 19. c. Si Romanorum: præsertim, inquit, cum synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habeantur. Hoc ipsum testatur etiam Theodorus Balsamon canonum synodorũ Græcarum interpres, qui acta concilii Niceni legit. Is ergo explanans primum canonem synodi Antiochenæ in eos qui canonem concilii Niceni de celebratione paschæ non servant; hoc, inquit, in canonibus Nicæni concilii non est inventum, sed in actis primæ synodi invenitur. In illis actis continebatur quoque ille canon de appellationibus, quem Zosimus pontifex Nicænum esse in 6. synodo Carthaginensi testatur, qui fuerat post Nicænum

ANNO CHRISTI 325.

ANNO CHRISTI 325.

canum concilium in synodo Sard. c. 7. renovatus. ad eadem acta referendi sunt Nicæni canones de generibus non ordinandorum, de pœnitentibus in epist. 6. Innoc. ad Agapetum Macedonium, & de aliis in epist. 24. ad synodum Toletanam, & de bigamis in epist. Ambros. 82. & si qui alii sunt, de quibus auctores meminerunt, quos reverendus pater Pisanus in libro suo de actis & canonibus synodi Nicænæ diligenter & erudite notavit. De primo autem canone ex 20. Græcis, qui in his ex Arabico desideratur, arbitror dicendum esse, aut illud de eunuchis non ordinandis in primo ex Arabicis, de insanis & energumenis item non ordinandis, ab interprete e Græco in Arabicum per negligentiam prætermissum esse, ut accidere solet interpretibus: aut illud de insanis & energumenis eadem negligentia prætermissum in Græco ab eo qui descripsit. quod vero factum est initium descriptionis canonum a canone de non ordinandis, valde apposite factũ mihi videtur, ut in ecclesiasticis regulis illę prius collocētur, quę sunt de prohibendis ordine ecclesiasticorum, ad quos ecclesiasticæ regulæ, sive canones in primis pertinent. Alter canon est in Græcis viginti, id est, 14. de catechumenis lapsis perbrevis, qui in his quoque ex Arabico cum illo de eunuchis deest; quod culpa etiam interpretis fieri potuit. reliquos canones synodi Nicænæ Græcos facile est in his ex Arabico notare; tametsi aliquos κατ' ἐπιτομὴν Grece, Arabice vero eosdem pleniores. Si quis vero ita delicatus sit, ut quia ex barbara lingua interpretatio Latina canonum Nicænorum facta est, parvifaciendos esse existimet; aut quia aliæ non paucæ aliorum argumentorum & librorũ interpretationes incertæ, ac sine auctoritate ferri soleant, hanc quoque interpretationem Arabicam talem este arbitretur, non puto cum eo contendendum esse: quæ pacis sunt, sectemur, inquit apostolus, & quæ ædificationis sunt custodiamus, dicamusque istis, quod idem apostolus Thessalonicensibus scripsit: Prophetias nolite spernere, omnia probate; quod bonum est, tenete: interpretationes enim in scriptura prophetiæ quoque, licet homonyme dici consueverunt. Ego ita sentio, cum omnia, quæ in his canonibus sunt, recte expensa, & accurate recognita erunt, nihil fortasse reperietur, quin probatum & magna illa synodo Nicæna dignum appareat. Sed satis hactenus præfati sumus: reddamus jam canones Nicænos, qnibus, cum opus esse visum est, annotationes quasdam adhibuimus.

* Hanc interpretationem canonum ex Arabico idiomate cōferat per otium Lector cum ea, quam vulgavit Alfonsus Pisanus ex eadem societate theologus libro III. historiæ actorum ejusdē concilii Nicæni, quam Nicolinus & Binius ediderunt.

CANONES ARABICI.

De iis, qui fuerunt insani, aut energumeni, non ordinandis. Cap. 1.

IUBEMUS [a], ut insanus non fiat clericus, nisi cum ægrotaverit, & opus fuit calidam medicinam facere, unde in melancholiam incidit. hujus insaniæ cum non sit causa in ipso, neque sit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire. Quare jubemus, ut dæmoniacus non possit admitti ad clerum.

33. c. Maritum. c. communiter. c. clerici, 15. q. 1. c. fi. can. apost 78. concil. Aurel. c. 16. Quia in eo qui fuit energumenus, semper suspecta est ἀνανδρεία, ut Dionys. Areopag. vocat; id est, mollitia animi, quæ fecit, ut idem ait, ut iste terroribus dæmonis succumberet, idcirco non potest ordinari. Similis suspicio est redeuntis ad insaniam, cum non ex accidenti, ut febri, vel medicina calida extitit causa, sed ex ipsius natura.

A *De servis non ordinandis.* Cap 2.

Si quis fidelium servus alicujus gentilis, a quo diligebatur, quia fideliter & diligenter res domini sui custodiebat; postea vero, quia dura servitute premebatur, invito domino recessit; non potest iste admitti ad clerum, nisi a domino libertate donetur, & sit judicatus dignus.

Dist. 54. c. nullus. c. nulli. & multa alia c. ibid. de eadem re.

De neophytis in fide non ordinandis ordine sacro antequam scientiam scripturæ sacræ habeant: & de convictis post ordinationem de peccato gravi, cum ordinatore deponendis. Cap. 3.

Can. Nic. Græcus 2.

Qui recenter baptizatus est, & veritatem suæ fi-
B dei nescit, non erit episcopus, neque presbyter, neque diaconus, donec possit scire & intelligere libros sacros, & perfectum habitum, ac fructum spiritualem in corde suo producat; qui si ad maturam ætatem non pervenit, non potest ad gradus jam dictos admitti. Quod si episcopus aliquē cito * ordinaverit, in quo aliquod peccatum gravius postea reperiatur, & duo, aut tres testimonium dicant, uterque deponendus est, & ordinator, & ordinatus; quamvis ordinatus sit presbyter, aut episcopus; qui etiam a synodo excommunicatur, ut meritus est.

Leo epistola 85. Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem hono-
C rem tribuere non probatis?

De cohabitatione mulierum prohibita episcopis, presbyteris, & diaconis propter cælibatum. Cap. 4.

Can. Nic. Græcus 3. Epitome hujus ex Arabico. Carthag. 3. c. 4. Græc. Carth. 1. c. 2. Lat. Apost. c. 26. Calched. c. 14. Cle. episc. 2. Cōc. Elib. c. 33. Agath. 8. Tolet. 3. c. 1. Hilar. in syn. c. 2. Syr. ep. 1. c 6. Innoc, episc. 3. c. 1. Aurel. 4 c. 17. Aurel. 5. c 4. Tur. 2. c. 20. Leo epist. 70. & epist. 90. c. 3. Zachar. episc. 6.

Decernimus, ut episcopi non habitent cum mulieribus; neque presbyter, qui * viduus est; nec illas comitentur; neque familiarem consuetudinem cum eis habeant, nec in eas studiose aspiciant. Idem decernitur de omni sacerdote cælibe, idemque de diaconis, qui sive uxore sunt. Hoc autem intelligendum est, siue mulier pulcra sit, sive deformis, sive puella virgo, sive ancilla adolescens, aut natu grandis, sive puella orphana prætextu educandi eam propter caritatē.
D Siquidem diabolus hujusmodi armis religiosos, episcopos, presbyteros & diaconos occidit, & immittit eis ardorem libidinis. Sin autem fuerit anus & provectæ ætatis, aut soror, aut mater, aut amita, aut avia, licebit cum eis habitare, quia tales personæ alienę sunt ab scandalo suspicionis.

* Non permittit hic canon, ne quis erret, sic istos habitare cum uxoribus, cum ait, neque presbyter viduus, ut uxoribus uti liceat; imo concedit ut cum eis habitent, quia non licet eas prætextu religionis excludere, juxta canonem apostolorum 5. sic tamen habitare concedit, tamquam cum sororibus? ut, sicut apostolus ait, qui habent uxores, sint tamquam non habentes. etenim si præter anus non suspectas propter ætatem provectam, & præter matrem, sororem, amitam & aviam, non suspectas propter magnam cognationis propinquitatem, reliquas mulieres tamquam suspectas canon excludit a contubernio clericorum sacri ordinis: ergo quas in contubernio relinquit canon, liberas esse vult a suspicione; propter hanc enim causam, ut dixi, relinquit matrem.
E sororem, amitam & aviam: igitur propter eamdem causam, sublatæ scilicet suspicionis, relinquit presbyteris & diaconis uxores. ut enim æquum est non suspicari propter vinculum propinquitatis naturalis, & propter mulieris senectutem; ita quoque æquum est non suspicari propter religionem ac reverentiam ipsius ordinis sacri, nisi cum aut vita ipsa non est gravis & sancta, aut ætas uxoris periculosa. Denique comprehensum esse in his gradibus sacri ordinis cęlibatum, testis est epistola B. Basilii canonica ad Greg. presbyterũ de excludenda muliercula propter suspicionem; & includenda in monasteriũ: in qua epistola hunc canonem Nicænum citat. fuisse autem uxorem, cum qua habitare prohibet, argumento est & quidem certissimo, quod eam jubet includere in monasterium, sicuti canon 48. synodi

ANNO CHRISTI 325.

synodi sextæ jubet, ut post ordinationem episcopi, uxor A ejus in monasterio collocetur. Denique contineri in hoc canone Nicæno legem continentiæ sacri ordinis a propriis uxoribus, antiquissimum & gravissimum testimonium est synodi secundæ Arelat. cap. 2. hæc enim synodus illis temporibus synodi Nicænæ habita hunc canonem renovans, ac magis explicans, si quis, inquit, de clericis a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam suam uxorem habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. conversam vocat, quia ex quo sacræ ordinationi mariti consensit, carni renuntiavit, & ex uxore facta est soror, ut ipse ex marito frater, juxta canonem concilii Tur. secundi. Quisquis est presbyter aut diaconus, divino munere benedictione percepta, uxoris suæ pius frater illico efficiatur. itaque uterque jam pertinet ad titulum de convers. conjug. iis vero qui existimant permisisse unquam ecclesiam Romanam Græ- B cis eam consuetudinem, quam hodie habent, contradicit Nicolaus primus, qui in responsis ad consulta Bulgarorum, cap. 70. distinct. 28. cap. consulendum: Consulendum, inquit, decernitis, utrum presbyterum uxorem habentem debeatis sustentare & honorare, an a vobis projicere: in quo respondemus, quoniam licet ipsi valde reprehensibiles sint, vos tamen dominum imitari convenit, qui solem suum, (ut evangelium testatur) oriri facit super bonos & malos, &c. nemo cum ratione dubitare potest, quin illos presbyteros, Græcos scilicet, ob eam causam pontifex Nicolaus reprehensibiles dixerit, quod uxores haberent, non quasi non habentes, id est, haberent tanquam sorores & conversas, sed quod haberent eas tamquam uxores: habere enim presbyterum uxorem, id est, non ejicere eam prætextu religionis, apostolorum canon jubet. Si ergo presbyteros illos Græcos habere uxores, ut hodie habent, reprehensibile pontifex Romanus & quidem eruditissimus, ac sanctissimus esse judicavit, quomodo quod repre- C hensibile est, ab ecclesia Romana concedi dicendum est? restat ergo, ut quod hodie Græci faciunt, repugnante & reprehendente ecclesia Romana faciant, quod nunquam scilicet approbavit, nec ullo tempore approbatura est.

De electione episcopi, & de approbatione electionis. Cap. 5.

Siricius epist. 4. ad episc. Africanos c. 2. Innoc. in epist. ad Victricium c. 1. Concil. Ant. c. 19. Can. Nic. Græc. 4.

Decernimus, ut nullius episcopi electio approbetur, nec ullus episcopus constituatur in civitate magna, nisi voluntate episcoporum provinciæ, & nisi de fide ejus & timore Dei inquirant. ad approbandum vero convenire debent coram archiepiscopo aut patriarcha, aut D si fuerit hoc difficile, quia non est archiepiscopus aut patriarcha, vel quia metuunt, ne lupi subditos rapiant, vel propter urgentem necessitatem, vel propter longitudinem itineris, quamvis non sit præsens archiepiscopus vel patriarcha, sufficiat tunc ut sint tres episcopi ad constituendum eum, qui cognoscant ex absentibus per scripturam propriæ manus, esse in eo virtutem, doctrinam, & sanctitatem; fiatque cum consensu populi.

De excommunicatis ab uno episcopo, non recipiendis ab alio: & de absolvendis illis ab archiepiscopo, vel patriarcha, cum constiterit de iniqua excommunicatione. Cap. 6.

Apost. 36. Ant. c. 6.

Nullus episcopus recipiat ab alio quocumque E episcopo excommunicatum, sive presbyterum, sive alium e numero clericorum, siue laicum; nec eum ab excommunicatione liberet, ne excommunicatio illius episcopi contemnatur. Quod si episcopus, qui illum excommunicauit, est iniquus, & tyrannus, potest absolvi ab archiepiscopo, vel patriarcha, postquam per literas cognoverit, & admonitus fuerit de illius episcopi iniquitate; & debet patriarcha, vel archiepiscopus scribere ad episcopum, quid actum sit; ad moneatque eum de injustitia & iniquitate eius.

De conciliis provincialibus bis quoque anno habendis ad consideranda omnia quæ ad ecclesias provincialium episcoporum pertineant. Cap. 7.

Apost. c. 36. Conc. Ant. 19. Calch. ca. 19. Leo epist. 4. c. 7.

Statuimus, ut omnes episcopi provinciæ bis singulis annis concilium habeant; archiepiscopo, aut patriarcha præsente, semel ante quadragesimam secunda hebdomada post festum Epiphaniæ, & iterum mense Septembri; ut in eo concilio omnia quæ ad eorum episcopatus pertinent, considerentur: & si inventus fuerit aliquis propter blasphemiam contra fidem excommunicatus, denuo ab omnibus excommunicetur, donec episcopi defensionem eius recipiant facta inquisitione veritatis Dei.

Ut illis temporibus & diu deinceps visus est hic Canon utilis, & necessarius ecclesiis, ita postea necessarium visum est contrahere bina concilia singulorum annorum in singula, ne bis uno anno futurus esset absens ab ecclesia sua episcopus, & oves propter crebram absentiam pastorum facile a lupis vorari possent. hanc enim causam fuisse mutandi canonem hunc de conciliis bis habendis quoque anno scripsit Athanasius patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad episcopum Sardensium. de conciliis vero semel habendis singulis annis, est canon synodi 6. cap. 9. synodi Nicænæ 2. cap. 6. Lateranens. concilii cap. 6. Hac nostra ætate cognita, & explorate percepta majore adhuc necessitate præsentiæ episcopi in ecclesia sua, & majore periculo absentiæ, singula concilia singulorum annorum in tertios quosque annos prorogata sunt. Si igitur frequens absentia episcopi ab ecclesia sua tam periculosa & pestifera judicata est, ut (ne tempus & occasio frequens ei daretur) synodus provincialis alioqui tam necessaria & salutaris, non nisi ut tertio quoque anno habeatur, synodus Tridentina prudentissime & saluberrime sanxerit, quid excusaturi sunt, qui tanto animarum periculo, & ecclesiæ Dei incommodo & detrimento, electiones aut nominationes differunt, & tam diuturnas vacationes muneris pastoralis invehunt? quid excusabunt, qui interim silent & dissimulant, quos Deus posuit in ecclesia tamquam tubas & buccinas ad canendum, cum, ut ait propheta Ezechiel, viderint gladium venientem, quorum est clamare; & exaltare vocem suam? & quæ sequuntur in propheta Isaia.

De patriarchis Alexandrino, & Antiocheno, & eorum jurisdictione. Cap. 8.

Can. Nic. Græc. 6. Epitome utriusque horum octavi, & noni.

Constitutum est, ut episcopus Ægypti, id est, patriarcha Alexandrinus, præsideat & habeat potestatem totius Ægypti, & omnium locorum, civitatum & oppidorum, quæ sunt circum eam, quia sic convenit; & quia similiter episcopus Romæ, id est, successor Petri apostoli, potestatem habet omnium civitatum, ac locorum quæ sunt circum eam: ac similiter episcopus Antiochiæ, id est, patriarcha, potestatem habeat provinciæ illius totius: & in aliis item locis servari debet, quod in præterito constitutum est.

De ambiente episcopatum, nolente eum episcopum populo; vel volente quidem, sed sine voluntate archiepiscopi. Cap. 9.

Nic. Græc. 6.

Si quis, populo nolente & sine voluntate archiepiscopi, atque injussu ejus ambierit episcopatum, repellendus est. Quod si populus diœcesis voluerit eum sine archiepiscopi voluntate, non est admittendus; quia solius archiepiscopi est hæc potestas; & qui contradixerit, est excommunicatus. & iste episcopus privandus est. Sin autem electioni communi omnium episcoporum cum archiepiscopo, aut patriarcha recta ratione & secundum cano-

nem ecclesiasticum factæ, duo aut tres ex populo precibus, vel studio contendendi contradixerint, majorem partem populi, si voluerint, sequentur.

De episcopo Hierosolymitano honorando, salvo honore metropolitani Cæsariensis, cui est subjectus. Cap. 10.

Quia est consuetudo honorandi episcopum Æliæ nomine patriarchæ, cum est dignus honore, propter sanctitatem loci, & propter probitatem ejus: præsit illi provinciæ, & locis ei vicinis, reddatque archiepiscopo ejus loci debitum honorem; & vocetur ille exarchus, id est, major quam archiepiscopus.

Nic. Græc. 7. Hier. to. 2. epist. ad Pāmachiū cōtra errores Ioannis Hierosol. & Nic. in resp. ad consult. Bulg. c. 92. meminerūt de Hierosolymitano subjecto Cæsariensi. Can Nic. Græc. 10. epitome hujus c. 3.

De iis qui irrepserunt in ordinem presbyterorum sine electione & examinatione. Cap. 11.

Si fuerint aliqui presbyteri sine probatione & electione, & sine examine vitæ & morum; & examinati confitentur se peccasse id genus peccatorum, de quibus supra scriptum est, ejiciantur ex sacerdotio, & non reputabitur eis in peccatum, quod illis, cum non essent probati & electi, manus imposuerunt; nec erunt in culpa hoc faciendo, siquidem faciunt in eis quod a Christo domino ordinatum est.

De episcopo ordinante quem intellexit fidem negasse; & de ordinato, qui postquam negavit, irrepsit in ordinem. Cap. 12.

Si quis prælatus receperit aliquem in ecclesiam sanctam, qui fidem negarit, quem prælatus ex aliquo cognoverit fidem negasse, & ordinaverit eum sacerdotem, aut in alio gradu, deponendus est ipse, & ordinator ab omni ordine: aut si iste irrepserit in ordinem, nec examinatus, nec interrogatus; & postea ab iis qui cognoverunt falsitatem, sciatur hoc; deponendus est iste.

De transeunte ad aliam ecclesiam sponte sua, & electo ab illa, cui postea displicet manere in ea. Cap. 13.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ab ecclesia sua ad aliam electione illius ecclesiæ, & voluntate sua se transferat, & postea non placet ei esse ibi, volueritque eo, unde prius se transtulit, redire; non est postea recipiendus, sed potius ab hac & illa ecclesia sit exclusus, quia ipse se sponte sua elegit.

Can. Nic. Græc. 15. epitome hujus 13. ex Arabico.

De dante operam, ut transferatur a sua ecclesia ad aliam.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, ut ex sua ecclesia transferatur, non est in alia recipiendus, sed potius cogere eum debent, ut ad locum suum redeat: quod si noluerit, ejiciendus est in totum ex ecclesia, deponendusque ex ordine, & communione fidelium illorum, qui ad illam ecclesiam pertinent, privandus.

Ne quis fiat monachus sine licentia episcopi, & quare requiratur licentia. Cap. 14.

Si quis laicus voluerit monachus fieri sine licentia episcopi sub cujus potestate est, movendus est gradu in quo est, & non est recipiendus in religionem. Hoc autem idcirco statuimus, ne iste uxorem, aut filios, aut alios similes, quibus auxilium debet, deserat.

De clericis aut religiosis fenerantibus dejiciendis de gradu. Cap. 15.

Si quis eorum qui sunt in clero, aut subjectus regulæ, avaritiæ, & turpi lucro studeat, aut data pecunia fenori, centesimas exigat, aut sescuplas, dejiciatur ex gradu, & sit alienus a regula.

Can. apost. 44. Laod. 4. Arel. 1. ca. 12. Carth. Græc. c. 5. Synod. 6. c. 10. Nic. Græc. 17.

De honore episcopo & presbyteris a diaconis tribuendo. Cap. 16.

Diaconus non debet excommunicare priusquam episcopus, neque priusquam presbyter, quia gradus diaconi infra gradum presbyteri est; scireque debet officii sui esse ministrare episcopo & presbyteris. Sciatque diaconus facultatem suam, cui neque licet communicare nisi postquam episcopo & presbyteris ministraverit: neque ei rursus licet ministrare sacramentum communionis sacerdoti, siquidem ministrare hoc sacramentum, proprium est presbyteri, & non diaconi; presbyteris enim data est hæc gloria: neque decet ut diaconi sedeant inter presbyteros, aut sint ad latus eorum, nec intus in sacrario: ubi est altare; neque foris, nisi de sententia eorum: quandoquidem gradus diaconi inferior est gradu illorum. Diaconi, qui huic decreto contradixerint, ejiciantur ex gradu suo, & a synodo excommunicentur.

Can. Nic. Græc. 18. Hier. in ep. ad Evagriū 85. Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi.

De ratione & modo recipiendi conversos ex hæresi Pauli Samosatensis. Cap. 17.

Si quis ex hæresi Pauli Samosatensis convertatur ad fidem ecclesiæ, debet iterum baptizari: & in quocumque gradu ecclesiastico antea fuerit, si convertatur digne & cum humilitate, ejusque vita anteacta reprehendi non possit, sed laudari potius; restituendus est in gradum suum, & imponendæ ei manus, ut imponi solent ei cui nunquam antea impositæ fuerunt, cum benedictione diaconali, id est, quæ fit super ministros ecclesiæ. Sed si aliquis eum accusaverit, & non fuerit dignus gradu propter malam fidem & prava opera, non est ordinandus. Quod si aliqua diaconissa ex ista hæresi ad fidem convertatur, oportet iterum eam baptizare, & cum ea benedictione recipere, quæ super sæcularem fieri solet; examinandumque, ut supra diximus, utrum vere convertatur.

Can. Nic. Græc. 19. epitome hujus. Innoc. 1. epist. 22. ad Rufum Eusebium explanat hunc canonem.

De ratione & modo recipiendi conversos ex hæresi Novatianorum. Cap. 18.

Si qui ex iis qui se catharos vocant, se humiliaverint, & ad ecclesiam accedere voluerint, oportet, ut qui ex illis erant ordinati, remaneant in clero. oportet præterea ante omnia profiteri per scripturam, quod assentientur, & sequentur dogmata catholica, id est, quod communicabunt cum pœnitentibus & cum digamis, & cum iis qui in persecutione lapsi sunt a fide, in quibus est constitutum tempus, ut sequantur omnia ecclesiæ catholicæ dogmata. itaque ubi omnes reperientur sive in civitatibus, sive in villis ipsi soli ordinati, reperti in clero, erunt in eodem gradu. Sed si fuerit in civitate, aut villa

Can. Nic. 8. Innoc. in eadem epist. explanat hunc can.

ANNO CHRISTI 325.

villa episcopus, aut presbyter ecclesiæ catholicæ; & ibi aliqui ex Catharis accedant ad ecclesiam, debet episcopus catholicus habere dignitatem episcopi: & ille qui vocabatur episcopus ecclesię catholicæ, voluerit honorare eum nomine episcopi. quod si hoc ei non placeat, excogitabit ei locum chorepiscopi, aut presbyteri, ut omnino videatur esse in clero, ne sint in civitate duo episcopi.

De ratione & modo recipiendi redeuntes post lapsum a fide, & recipiendi relapsos, & de adductis in periculum mortis ex infirmitate ante completam pœnitentiam, & de convalescentibus. Cap. 19.

Nic. 12. & 13. Hic canon multo explicatior est quã Græc in hoc Lat. ex Arab. Arelatens. I. c. 13. Valent. Galliæ c. 3. Inno. I. epist. 24. c. 3.

Si qui ex iis qui sine violentia & periculo negaverunt, & sine illis tribulationibus quas passi sunt fideles Christi a regibus, & principibus, & gentilibus, perfecte & recto corde voluerint ad fidem redire, recipiendi sunt. sed oportet, ut cum fidelibus communionem non habeant donec pœniteat eos, & tribus annis pœnitentiam inter audientes agant, & inter pœnitentes annis septem: postea poterunt intrare in ecclesiam ad orandum cum populo tempore sacrificii duobus annis, sed debent abstinere a communione corporis domini. Quod si hoc tempore pœnitentiæ ad vomitum redeant, & rursus agnoscant peccatum suum, debent agere pœnitentiam annis decem, post tres annos peractos inter audientes. Post hæc autem omnia oportet examinare propositum eorum, & modum pœnitentiæ. Qui enim cum timore Dei, & lacrymis, ac patientia, & bonis operibus conversionem opere & non simulatione ostendunt, post impletum tempus constitutum manendi inter audientes, merito communicabunt cum aliis fidelibus in oratione, licebitque episcopo aliquid benignius de eis decernere. Qui autem negligenter se gesserunt, & simulatione ingrediendi in ecclesiam sufficere sibi ad conversionem putaverunt: omnino isti tempus pœnitentiæ a nobis constitutum impleant. Sed si quis istorum ad mortem, dum in pœnitentia est, pervenerit, non est privandus sacra communione, quæ est viaticum vitæ, si eam petierit. Quod si post orationem & communionem ex infirmitate, in qua erat, convaluerit, communicabit postea in oratione tantum cum fidelibus, & non accipiet communionem sacram; adhibeaturque diligentia, ut cuicumque proximo morti sacramenta, si petierit, ministrentur; idque cum episcopus diligenter inquisierit, an dignus sit; quia non licet ut privemus eos sacramento communionis.

De vitanda conversatione cum maleficis & divinis; & de eorum, qui non vitaverunt, pœnitentia. Cap. 20.

Faciunt cũ hoc canone multa, c. 26. q 5.

Nemo fidelium conversetur cum maleficis & divinis, & qui hoc fecerit, & eos interrogaverit, eorumve dicta approbaverit, in domumque eorum intraverit, aut in suam eos receperit, & eorum cibis & potionibus usus fuerit, si sacerdos est, movendus est suo gradu, ac fidelium communione & ingressu ecclesiæ, communioneque sacra prohibendus. Si vero fuerit laicus, prohibendus est ecclesia. Quod si ad agendam pœnitentiam venerint, agenda est eis pœnitentia annis viginti, quo tempore pane tantum & sale vesci debent, & a vino abstinere; A aqua contenti, ut sic castigati non redeant.

De incestis nuptiis contra legem spiritualis cognationis, & de pœnitentia eorum qui sunt in ejusmodi nuptiis. Cap. 21.

Nemo fidelium cum patre aut matre spirituali matrimonium contrahat, id est, non cum patrinis, aut matrinis: & qui hoc commiserit, habeatur tamquam ethnicus, quousque separetur; & spatio viginti annorum pœnitentiam agat. decem annis non intrabit in ecclesiam, & abstinebit a communione fidelium; alteris decem licebit intrare in ecclesiam, ad audiendum tamen scripturas. Quando autem impletum fuerit hoc tempus pœnitentiæ viginti annorum, licebit intrare in ecclesiam, & sumere sacram communionem. B

Hinc extitit can. 53. sextæ synodi in Trul. & Mogunt. c. 55. &c. pervenit, 30 q 1.

De susceptoribus in baptismo. Cap. 22.

Viri non teneant in baptismo feminas, neque mulieres teneant mares: sed potius mulieres teneant feminas, & viri teneant mares.

De nuptiis prohibitis fratrum & sororum spiritualium ex susceptione in baptismo. Cap. 23.

Neque vir det filio suo in matrimonium eam quam uxor sua tenuit in baptismo; neque mulier det filiam suam in matrimonium ei quem maritus tenuit in baptismo; quia isti habentur uti fratres & sorores spirituales; & eorum pater & mater, similiter ut pater & mater spirituales. C

De eo qui duas uxores simul duxit, aut per libidinem alteram mulierem uxori superinduxit; & de pœna ejus. Cap. 24.

Nemo debet duas uxores simul ducere, nec uxori suæ alteram mulierem propter voluptatem & desiderium carnis subintroducere, projiciendo se in periculum peccandi, versando cum pluribus ad concupiscentiam. nec ad semen suscipiendum, sicut Deus ordinavit: & qui hoc fecerit, si fuerit sacerdos, prohibeatur ministerio sacrificandi, & communione fidelium, quousque ejiciat domo secundam, & debet retinere D * primam. idem judicium est de laicis.

* Non concedit hic canon, ut sacerdos secunda ejecta, retineat primam ad utendum; sed jubet ut retineat, ne prætextu religionis ejiciat: jam enim antegressus est canon de cælibatu sacri ordinis, capite 4.

De nemine arcendo a sacra communione, nisi ratione pœnitentiæ. Cap. 25.

Nullus sacerdos ullum fidelem a communione sacra arceat, neque propter odium, neque propter aliam causam quamcumque mundanam: & qui hoc commiserit, deponatur, & excommunicetur, qui usurpavit hanc potestatem tamquam dominans. E

Pertinet hic canon ad canonem apost. 25. de repellente pœnitentem.

De sponsione & testimonio in causa criminis dicendo, clerico prohibitis. Cap. 26.

Nullus clericus pro aliquo spondeat, neque testimonium contra ullum in causa criminali dicat, nec eam ad regem deferat; nec ad ea se ingerat, quæ ad alios pertinent; neque seminet dissidia inter fideles: & qui hoc commiserit, ejiciatur

11. q. 1. ca. testimoniũ & c. si quis quam.

ANNO CHRISTI 325.

ejiciatur ex gradu, & prohibeatur communione fidelium.

De vitandis excommunicatis, & de non accipienda oblatione ab eis: & de excommunicatione non vitantis excommunicatum. Cap. 27.

De excommunicatione communicantis cum excom. Tur. 2.c.8. De non accipienda oblatione ab excom. est apostolica const. lib.3. Clem.c.8. Qui excõmunicationem parvi facit; fidem contemnit.

Quicumque fuerit a sacerdote ligatus, quàmvis calumniam passus sit, non est ab eo accipienda oblatio, nec ulla alia res, quam ad ecclesiam afferat: necullus fidelium debet eum eo prandere, nec in domum ejus ingredi, nec eum in domum suam recipere, priusquam sit ab excommunicatione absolutus: & qui hoc non servaverit, parvi faciens excommunicationem, & fidem contemnens, oportet eum quoque excommunicare, quia fuit particeps & consentiens.

De ira, indignatione, odio, fugiendis sacerdoti, & ei potissimum, qui potestatem habet excommunicandi. Cap. 28.

Non erit presbyter ullo modo malevolus, aut velox ad iram, aut ad offensionem, præsertim episcopus, aut alius, qui potestatem habeat excommunicandi, ut non omni tempore excommunicet & liget. Et si quis talis extiterit, debet hæc auferre; necesseque est, ut sit moderatus, & deponat odium, & non exerceat semper excommunicationem Quod si non paruerit, deponatur; siquidem ira, malevolentia, indignatio, & clamor, opera dæmonis sunt; neque convenit, ut sit in sacerdote aliquid ex vitiis diabolicis; sed potius, ut sit mundus ab omnibus vitiis & maculis, sicut * scriptum est.

Hoc dicit, quia scriptum est in Levit. c. 21. ut qui eligendus est ad sacerdotium, careat omni macula: quod quidem in spiritu significabat, ut careret omni vitio, & peccato gravi. unde apostolica constit. lib. 2. cap. 3. exploretur, inquit, qui eligendus est episcopus, an careat omni macula in iis quæ pertinent ad usus vitæ: Scriptum est enim, inquit, inspicite maculas ejus qui eligendus est ad sacerdotium. Hinc beatus Gregorius scribens de eligendo episcopo ecclesiæ Ariminensis, 7. quæst. 1. cap. qualiter, jubet eligere diligenti examinatione adhibita: Si in eo, inquit, quæ in textu pentateuchi continentur. non fuerint reperta, id est, si caruerit mortalibus peccatis, quæ per maculas in Levit. notatas significantur. Hæc idem Gregorius clarius expressit in epist. ad Pasinum episcopum de alio quodam ordinando loquens: Si nulla, inquit, ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obvient: peccata mortalia, quæ a regno Dei excludunt, dicit morte mulctanda secundum regulam legis sacræ, qualis est illa: Neque fornicarii, nec idolis servientes, nec adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt.

De non flectendo genua in oratione. Cap. 29.

Can. Nicænus 20.

In oratione dominici diei, & in diebus Pentecostes, & in magnis festis domini oportet non flectere genua, sed stantes orare, & inclinari.

De imponendis nominibus Christianorum in baptismo, & de hæreticis fidem trinitatis, & formam baptismi integram retinentibus; & de aliis non retinentibus, dignis pejore nomine; & de modo eos recipiendi, cum veniunt ad fidem. Cap. 30.

Fideles nomina gentilium filiis suis ne imponant; sed potius omnis natio Christianorum suis nominibus utatur, ut gentiles suis utuntur; imponanturque nomina Christianorũ * secundum scripturam in baptismo, & baptizentur in nomine sanctissimæ trinitatis semper colendæ, & adorandæ anima, mente, & corde; & sanctificent dies festos omnes. Sed si fuerint alii Christiani contrarii in aliquibus, vocabuntur hæretici, & hoc nomine appellabuntur, Ioanium, & Memarium, & Surianium, quæ nomina * Arabice significant homines secundum carnem, & non secundum Deum agentes; quamvis non corruperint scripturas, neque combusserint. Qui enim corruperunt, & dies festos mutaverunt, & fidem conturbarunt, ac confuderunt, reliqueruntque genuflexionem, spreverunt ordinem ecclesiæ, & alium sibi modum instituerunt, non debent appellari Memarium, sed potius homines perditi & errantes, & numerantur inter cultores idolorum, & veræ fidei negatores. Si vero aliquis ex istis conversus fuerit, recipiat episcopus petitionem ejus, & doceat eum, sicut recipiuntur & docentur Iudæi & gentiles; & baptizabuntur iterum, postquam sectam suam malam abnegaverint, & fidem ecclesiæ Dei confessi fuerint. Similiter intelligendum est de Secundiis, Marcuniis, Simonianis, Menandrianis, Sethianis. Syn. Const. c.7.

* Secundum scripturam imponuntur nomina in baptismo, quia scriptum est in evangelio impositum esse nomen Ioanni, & Iesu in circumcisione, cui successit baptismus. & Dionys Areopag. in baptismo scribit dari nomen; quod ex sanctis apostolis didicit. Illud etiam advertendum est, non imponi a fidelibus nomina gentilium, si quando in baptismo imponitur nomen Pompeii, aut Octavii, & similium: non enim ut nomen gentilis, sed ut nostrum imponitur. sic enim gentilium nominibus tamquam nostris uti possumus, ut gentiles nostris tamquam suis utebantur, cum Antonios, Marcos, & Marcellos, & Iulianos vocabant.

* Quia interpres e Græco, ut verbum verbo redderet, verbis aliquanto obscurioribus usus erat, interpretatur verba Arabica obscuriora Arabicis clarioribus.

De ratione & modo recipiendi conversos ad fidem orthodoxam ex hæresi Arii, & aliorum talium. Cap. 31.

Si quis ad fidem orthodoxam convertatur, recipiendus est in ecclesiam per manus episcopi, vel presbyteri, qui præcipere ei debet, ut anathematizet cunctos qui contra fidem orthodoxam faciunt, & qui apostolicæ ecclesiæ contradicunt. Debetque anathematizare Arium & hæresim ejus, & aperte fidem profiteri, quam in hac perfecta confessione definivimus, ac sincere fidelis esse. Oportet etiam anathematizare eos qui huic fidei non credunt, & eam non recipiunt. Et postquam hæc fecerit, accipiat eum episcopus, vel sacerdos, ad cujus potestatem pertinet, & ungat eum unctione chrismatis, & signet ter ungendo, & orando super eum * orationem Dionysii Areopagitæ, & fiat oratio ad Deum pro eo devote, ut recipiat eum. Et postea erit particeps divinorum sacramentorum & communionis, per quam fit remissio peccatorum. Si autem is in quo hæc facta sunt, fuerit episcopus, manebit post conversionem suam in gradu presbyteri; si presbyter, in gradu diaconi; si diaconus, in gradu hypodiaconi; & similiter in reliquis deinceps, ut ad gradum inferiorem descendat.

Syn. Const. c.7. Dionysi. Areopag. citatus in syn. Nic.

Huic canoni testimonium tribuit sanctus Athanasius, qui in epistola de synodis Arimini & Seleuciæ, & in epist. ad episcopos Africæ scribit patres Nicænos edidisse in concilio perfectam fidei confessionem, & anathematizasse omnes hæreses, & inter eas Arianam. utrumque est in hoc canone. est autem renovatus, & denuo sancitus hic can. in syn. Const. can. 7.

* Oratio quam dicit Dionysii Areopag. est in canone Græco 7. syn. Const. σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, id est, obsignatio, sive sigillum doni Spiritus sancti. Quod vero est hic de ungẽdo istos chrismate, non est necesse accipere de sacramento confirmationis, ut accepit Bessarion in libello de eucharistia; siquidem ad multa alia utitur ecclesia

clesia secundum apostolicam traditionem unctione chrismatis, ut in benedictione sive sanctificatione aquæ baptismi & altaris, & in ordinatione, & in aliis.

De ratione recipiendi eos qui salvis dogmatibus fidei, & ecclesiæ legibus, a nobis recesserunt, & postea redeunt. Cap. 32.

Sed qui fuerunt ex secta Caguadanorum, aut Cabariorum, aut Taimainorum, non necesse est eos ungi, nec iterum baptizari, neque gradu suo moveri; sed potius redire oportet ad eosdem gradus, & recipi cum orationibus, quas supra diximus; orandumque pro eis, ac præcipiendum eisdem ut abhorreant ab iis in quibus antea fuerunt.

Sic agendum est cum quocumque qui a vera fide non vacavit, & qui baptismum & leges ecclesiæ retinuit, sicut alii Christiani; & qui ex istis clericus fuerit, si non mutaverit scripturam, neque desierit festos dies celebrare; qui ejusmodi fuerint, non sunt annumerandi infidelibus & Iudæis, quia non negaverunt nos, sed nobis propter iram & indignationem adversati sunt: & quicumque contradixerit, excommunicetur.

Hujusmodi fuerunt Audiani, sic dicti ab Audio quodam, tempore Arii, de quo sanctus Epiphanius libro tertio, hæresi 70. qui cum sodalibus suis nihil, inquit, habebat in fide diversum, sed rectissime credebat. Audiani non desierunt festum pascha celebrare, licet per errorem cum Iudæis azymorum dies agerent. Istos credo corrupte vocari in hoc canone Caguadanos. tales etiam fuerunt Meletiani, Meletii Ægyptii sectatores, de quo idem Epiphanius libro secundo, hæresi 68. non est, inquit, immutata fides ipsius aliquo tempore a sancta ecclesia catholica. Fortasse etiam corrupte legitur in hoc canone Taimainorum, pro Meletianorum.

De loco patriarchæ resistendo, & de honore episcopo Hierosolymitano & Seleuciæ habendo. Cap. 33.

Patriarcha sit in civitate regia, ut sit honori ipsi & regi, & aliis simul presbyteris. Honoretur etiam episcopus Æliæ plusquam alii episcopi, quia ipse residet in sancta civitate, unde crux Dei domini nostri cœpit, & ubi est locus * judicii. Honoretur quoque similiter sedes Seleuciæ, quæ est ex civitatibus orientalibus, qui debeat etiam appellari nomine catholici; & possit is ordinare archiepiscopos, sicut faciunt patriarchæ, ut orientales non patiantur damnum expectando patriarcham Antiochiæ, aut eundo ad eum, & gentiles reperiant viam ad necessitates suas: quia in hoc non fit injuria patriarchæ Antiocheno. Siquidem ipse consensit, postquam hoc ab eo synodus petivit, ne de sublata potestate ista quæreretur; quæ nihil aliud desiderabat, ut illius provinciæ fideles pace & quiete fruerentur; simul etiam, ut is qui tenet sedem Seleuciæ, nomine catholici honoraretur.

* De judicio accipiendum est, quo victa est mors mortе domini, & eo resurgente reddita mortuis vita.

De honore habendo archiepiscopo Seleuciæ in synodo Græciæ. Cap. 34.

Si acciderit, ut necesse sit convenire episcopos Græciæ, & fuerit præsens prælatus Seleuciæ, quẽ diximus, quæ Seleucia est in provincia Babyloniæ in regno Zabur, & hodie est Civitatulæ, oportet honorare eum multũ, & magnificare, atque extollere supra omnes episcopos Græciæ. Siquidem ipse tenet locum patriarchæ in oriente; & sedes ejus in concilio debet esse sexta post episcopum Hierosolymitanum. & quicumque hanc constitutionem violaverit, synodus eum excommunicat.

De non habenda synodo provinciali in provincia Persidis sine auctoritate patriarchæ Antiocheni, & ut episcopi Persidis subjecti sint metropolitanis Antiochiæ. Cap. 35.

Non permittit magna synodus, ut congregentur in provincia Persidis ad disponendum aliquid ad ordinem ecclesiæ pertinens sine consensu & auctoritate patriarchæ Antiocheni; quia quamvis prælatus Persidis sit loco patriarchæ, & non quærat aliud præterquam quietem & tranquillitatem ipsorum Persarum, tamen non licet immittere se ad constituendum ordinem ecclesiæ, sed potius in omnibus sint metropolitanis patriarchæ obedientes: & qui contradixerit, synodus eum excommunicat.

De creatione patriarchæ Æthiopiæ, & de potestate ejus, ac de honore ei habendo in synodo Græciæ. Cap. 36.

Ut non possint Æthiopes creare nec eligere patriarcham; quin potius eorum prælatus sub potestate ejus sit, qui tenet sedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco patriarchæ, & appelletur catholicus; non tamen jus habeat constituendi archiepiscopos, ut habet patriarcha; siquidem non habet patriarchæ honorem & potestatem. Quod si acciderit ut concilium in Græcia habeatur, fueritque præsens hic prælatus Æthiopum, habeat septimum locum post prælatum Seleuciæ; & quando facta fuerit ei potestas constituendi archiepiscopos in provincia sua, non licebit illi constituere aliquem ex illis: & quicumque non paruerit, synodus eum excommunicat.

De electione archiepiscopi Cypri subjecti patriarchæ Antiochiæ. Cap. 37.

Si episcopus Cypri diem suum in hieme obierit, & non potuerint populi propter tempestatem maris mittere Antiochiam, ut patriarcha Antiochenus constituat ipsis archiepiscopũ loco mortui, debent scribere ad patriarcham, & petere ab eo ut permittat eis constituere quem voluerint; neque prohibebit hoc patriarcha, postquam ad eum scriptum fuerit; sed potius concedat tredecim episcopis, ut congregentur & constituant archiepiscopum loco mortui; ne defuncto archiepiscopo principio hiemis, sine capite propter tempestatem remaneant, & ne aliquis fortassis ex tredecim episcopis a vita recedat, & non sit archiepiscopus qui constituat episcopum loco mortui; atque ita fiat, ut toto eo anno archiepiscopo careant: ob hanc causam constitutum est hoc; & qui contradixerit, synodus eum excommunicat.

Attestatur huic canoni canon synodi Ephesinæ septimæ Græcæ: ait enim antiquum morem esse, ut patriarcha Antiochiæ ordinationes in Cypro faciat: ordinat enim archiepiscopum Cypri, sine cujus auctoritate non possunt episcopi Cipri constitui, quisque ab ecclesia sua electus, & non ab ecclesia alterius, secundum veteres canones.

Quid hic rursus excusabunt qui electiones, aut nominationes episcoporum diutius protrahunt, cum synodus Nicæna, ne evenire posset, ut anno uno Cyprus sine archiepiscopo esset, si ad electionem ejus auctoritas patriarchæ Antiochiæ expectanda esset, censuerit, concedendum esse episcopis Cypri, ut ipsi quem vellent eligerent, ac constituerent archiepiscopum, si per tempestatem hiemis non liceret de electione ad patriarcham referre.

De

ANNO CHRISTI 325.

Can. Nic. 16 can. apost. 35.

De ordinatione ministrorum ecclesiæ episcopis prohibita in aliena diœcesi. Cap. 38.

Vt nullus episcoporum in parœcia alterius ordinationes presbyterorum aut diaconorum faciat, exceptis patriarcha & archiepiscopo in locis quæ sub potestate eorum sunt; nec quidquam disponat in aliena parœcia sine licentia proprii episcopi.

De cura & potestate patriarchæ in episcopos & archiepiscopos sui patriarchatus : & de primatu episcopi Romani in omnes. Cap. 39.

Consideret patriarcha ea quæ archiepiscopi & episcopi in provinciis suis faciunt; & si quid reperiat secus quam oporteat factum, mutet, & disponat, prout sibi videatur; siquidem ipse est pater omnium, & illi filii ejus. Et quamvis sit archiepiscopus inter episcopos tamquam frater major, qui curam habet fratrum suorum, & ei debeant obedientiam, quia præest; est tamen patriarcha iis omnibus qui sub potestate ejus sunt, sicut* ille qui tenet sedem Romæ, caput est & princeps omnium patriarcharum; quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, ut qui sit vicarius Christi domini nostri super cunctos populos & universam ecclesiam Christianam, & quicumque contradixerit, a synodo excommunicatur.

* Similis est hic canon sexto ejusdem synodi Nicænæ, & eamdem auctoritatem, hoc est, summam esse in episcopo Romano principe omnium patriarcharum, & ob eamdem causam, scilicet propter formam, quam habet episcopus Romanus relictam a sanctis apostolis, ut sanctus Anacletus in epistola tertia divine explicat. formam enim quam sancti apostoli inter se habebant, ut ait idem Anacletus, suis successoribus, scilicet patriarchis, & metropolitanis, & reliquis episcopis reliquerunt : ut sicut beatus Petrus reliquis apostolis præfuit, sic idem sancti apostoli statuerunt, ut omnes episcopi singulatum nationum suum primum haberent, juxta canonem apostolorum 34. quare consequens necessario est, ut sicut apostoli beatum Petrum caput habuerunt, sic successores apostolorum, qui sunt patriarchæ, & infra patriarchas metropolitani, & infra metropolitanos reliqui episcopi, successorem beati Petri, id est, episcopum Romanum principem & caput agnoscant, & habeant, ut hic canon profitetur, cum eum principem omnium patriarcharum vocat, & primum esse dicit, sicut fuit beatus Petrus, cui in omnes Christianos data est potestas : quo testimonio nullum luculentius neque gravius a synodo Nicæna dari potuit.

De synodo provinciali bis singulis annis habenda, & de usu ejus, cum excommunicatione contrahentium. Cap 40.

Vt omnes episcopi bis * singulis annis apud archiepiscopum suum conveniant, ubi omnia quæ in locis suis acciderint, considerent : item considerent, quæ opus sunt, cognoscantque omnia, & consentiant inter se ad expellendum procul malum, & operandum justitiam, ut sint excusati in die illo tremendo, sitque hæc eorum excusatio manifesta, ne excidant e vita in æternum permanente, ac dedecus & ignominiam propter caduca & pereuntia ferant : & quicumque contradixerit, synodus eum excommunicat.

* Non est hic canon temere aut frustra repetitus : quin potius, ut solet sæpe in scriptura idem utiliter & necessario repeti, sic hoc de synodis provincialibus bis quotannis habendis ut saluberrime constitutum, sic enim ait Leo epistola quarta cap. 7. iterato canone repetitum est, in quo decreta est pœna excommunicationis contradicentibus, & comprehensum totum negotium hujusmodi conciliorum, quod positum est in studio expellendi malum & operandi justitiam. Similis comprehensio facta est in sexto canone synodi Nicænæ secundæ: Studium, inquit, & cura erit congregatis, ut divina & vivifica mandata Dei serventur.

De synodo archiepiscoporum apud patriarcham semel quotannis, & de usu ejus; item de collecta per provincias & loca patriarchæ subjecta facienda ad victum patriarchæ. Cap. 41.

Similiter statuimus, ut omnes archiepiscopi semel per annum apud patriarchā suum conveniant, & in eo concilio faciant ad eumdem modum in omnibus rebus, & in peccatis, quæ in locis eorum contingunt; faciantque hoc, ne in judicio eorum sit fraus, sed potius tale sit, quale erat judicium LXX. seniorum cum filiis Israel, qui causas suas Moysi proponebant : sic etiam & episcopi apud patriarcham facere debent, & dispertiatur benedictio patriarchæ secundum vires omni provinciæ, & omni loco magno vel parvo, quæ sub potestate ejus sunt, mittaturque ei singulis annis ut inde vivat & alatur. caretque excommunicatione hic canon.

De clerico vel monacho lapso in peccatum, & vocato semel & iterum & tertio, & non sistente se in judicio, Cap. 42.

Si quis ex clero, aut ex monachis lapsus fuerit in aliquod peccatum, & vocatus a congregatione, ut videatur causa ejus, & purget peccatum suum, dato primum tempore ad veniendum, non venerit, vocatusque iterum & tertio, obstinate non se sistat, ejiciatur de medio eorum, ut meritus est; & insuper deponatur: & qui contradixerit, synodus eum excommunicat.

De reo manifesto dimisso impunito ab episcopo, vel presbytero, vel etiam diacono judice, quid facere debeat patriarcha. Cap 43.

Si ad episcopum, aut sacerdotem, aut diaconum allatum fuerit aliquod crimen manifestum, non opus est testimoniis ad judicandum. Quod si propter affectionem eum qui delictum commisit, non judicaverint secundum meritam pœnam, dimiserintque eum in peccato, & hoc postea patriarchæ patefactum fuerit, oportet ut ipse patriarcha judicet eum qui crimen commisit, ut meritus est; illumque deponat qui habebat exploratum de crimine, & dimisit eum qui commisit; & illum item deponat qui fuit illius criminis socius : & quicumque contradixerit, a synodo excommunicatur.

Quomodo archiepiscopus episcopum sibi subjectum judicare debeat. Cap. 44.

Vt archiepiscopus nullum episcopum ex iis qui sub potestate ejus sunt, cujus peccatum sciat, judicet, nec imponat ei pœnitentiam pro peccato, nisi interveniente patriarcha, qui rem explorate cognitam habeat: & qui non paruerit, a synodo excommunicatur.

ANNO CHRISTI 325.

De ratione admittendi querelas & judicia archiepiſcopi contra patriarcham ſuum.
Cap. 45.

Vt non admittatur querela archiepiſcopi contra ſuum patriarcham de ullo peccato, neque reprehenſio, neque judicium, niſi adhibito altero patriarcha uno ex fratribus ejus, qui ejus cauſam excutiant. Et nullus in hac re archiepiſcopo accuſatori faveat, neque cum eo conſentiat, niſi auctoritate alterius patriarchæ: & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Quomodo patriarcha querelam aut judicium archiepiſcopi contra archiepiſcopum admittere debeat. Cap. 46.

Neque patriarcha querelam unius archiepiſcopi de alio archiepiſcopo, qui ſub poteſtate ejus ſit, accipiat, neque reprehenſionem, neque judicium ſuper peccato ejus, niſi altero archiepiſcopo ex fratribus interveniente; ut conſiderent hoc, ſicut ſupra dictum eſt in canone; & non oportet ut is interveniat qui querelam habuit in hoc judicio: & qui contradixerit, habebitur excommunicatus.

De excommunicatis ab uno aliquo; quando ab alio abſolvi, vel non abſolvi poſſint. Cap. 47.

Nullus epiſcopus ſolvat quem alius epiſcopus ligavit, quamdiu qui ligavit, vixerit. Quod ſi epiſcopus qui ligavit, obierit, & ſucceſſori viſum fuerit ſolvere ligatum, licebit facere, poſtquam cauſam, propter quam fuit excommunicatus, cognoverit; modo excommunicatus non fuerit propter blaſphemiam, aut propter aliquod peccatum publicum, aut aliud ſimile. Eadem lex erit de ſacerdote; id eſt, ut nullus ſacerdos ſolvat aut liget, quem alius ſacerdos ſolverit aut ligauerit, quamdiu ille qui ſolvit aut ligavit vixerit. Poſt mortem vero ſucceſſor ejus ſolvet quem mortuus ligavit; ſed debet epiſcopus præeſſe huic negotio, neque convenit, ut archiepiſcopus, aut epiſcopus ſolvat aut liget eum qui digne a ſacerdote ſolutus aut ligatus eſt, quamdiu is qui ſolvit aut ligavit, vixerit. Patriarcha tamen re cognita habet auctoritatem ſolvendi omnes iſtos, ſi ei viſum fuerit; ſiquidem eſt loco patrisfamilias, qui in eos, & in omnes alios poteſtatem habet: & hic canon non habet excommunicationem.

De non eligendo ſibi ſucceſſore in epiſcopatu.
Cap. 48.

Huic canoni atteſtatur Concilium Antioch. c. 23. epiſt. Innocentii I. ad Clerum Conſtant. quæ eſt in lib. 13. Nicephori, cap. 23. ep. Aug. 110.

Vt nullus epiſcopus dum vivit, alterum eligat qui poſt mortem loco ſuo ſuccedat, nec ex multum * propinquis, nec ex primariis civitatis; ſed cum epiſcopus erit mortuus, tunc eligendus eſt aliquis ex ſacerdotibus, aut religioſis qui habitant in monaſteriis per deſertum, aut aliquis de doctrina, & ſtudio ſcripturæ notus, & cujus præſtantia, & probitas ſit cunctis manifeſta; quamvis ſit externus, ordinetur epiſcopus, ſi his conditionibus præditus reperiatur; & dives ſi fuerit, nihil impediet quominus ſit epiſcopus. & hic canon caret excommunicatione.

Non facit contra hunc canonem, qui aſſentiente clero & populo aliquem, qui dignus ſit, deſignat futurum ſucceſſorem, ut Auguſtinus in Eradio fecit: is enim non ab epiſcopo, ſed potius a clero & populo eligi dicendus eſt. Auguſtinus vero a Valerio electus fuit, & ordinatus, ut poſt mortem ſuccederet: quod idem Auguſtinus contra canonem Nicænum factum fuiſſe per ignorantiam dicit. ſic igitur intelligendus eſt hic canon: Nullus epiſcopus dum vivit, alterum eligat ſine clero & populo: nec ita cum clero & populo eligat, ut ordinetur epiſcopus, dum vivit cui ſucceſſurus eſt.

* Dixit, nec ex multum propinquis; quia eſſe multum propinquum, ut fratrem, aut filium, aut fratris vel ſororis filium, multum valere poſſet, ut electio hujus multum propinqui, quam facit epiſcopus vivens, a clero & populo approbaretur; ſimiliter ex primariis.

Quia ait beatus Iacobus; Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad judicia? & Paulus: Qui cupiunt, inquit, divites fieri, incidunt in deſideria multa, inutilia & nociva: idcirco ut dives ordinatione epiſcopi dignus ſit, explorare oportet, an ſit etiam, ſicut Apoſt. dives in bonis operibus, & an facile tribuat, & communicet. hinc ſynodus Sardic. cap. 10. Si quis, inquit, dives, aut ſcolaſticus a foro, velit epiſcopus fieri, ne prius fiat quam in omnibus gradibus miniſterium impleat; ut ſi in ſingulis dignus cenſeatur, poſſit ad verticem dignitatis epiſcopi aſcendere. Cum curialibus conjunxit ſynodus divites.

De non ordinando ſimoniace.
Cap. 49.

Teſtatur decretum fuiſſe hoc in Concilio Niceno beatus Greg. 16. q. 7. c. peravenit.

Vt nullus audeat ordinare epiſcopum, aut ſacerdotem, aut diaconum pro quavis re data, ſiue ante ordinationem, ſive poſt: & qui ſecus fecerit, deponatur; & quicumque contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

De epiſcopo uno tantum unius civitatis, & uno tantum parocho unius villæ; & de non movendo primo, ſive epiſcopo, ſive parocho, propter alium ſecundum ab aliqua parte populi petitum, ſi primus vacat a manifeſto crimine.
Cap. 50.

Can. Nic. 7.

Vt non ſit niſi unus epiſcopus unius civitatis; nec in una eccleſiæ villa ſint duo ſacerdotes; & ſi fuerit magna, poterit ſacerdos habere ſecum diaconos, & ſolus ſacerdos in iis quæ ad altare pertinent, præſit; ſicut ſolus epiſcopus eſt in eccleſia ſua ſuperior: & ſi in civitate aut villa fuerit aliqua diſcordia, ita ut alii hunc ſacerdotem aut epiſcopum, alii alium velint, debet tunc populus conſiderare hoc juſte: & ſi non auditur de eo aliquod delictum manifeſtum, oportet relinquere eum in loco ſuo: ſin vero infamia alicujus peccati in eo reperta fuerit, ejiciendus eſt, & in locum ejus alter ſubſtituendus, qui ſit ſine crimine. Denique ſecundus epiſcopus aut ſacerdos non intret in locum primi, ſi primus fuerit manifeſte probus; ſiquidem copulatus eſt cum eccleſia, ſicut conſtitutum eſt. quæ eſt etiam lex ſecularibus, ut nemo eorum accipiat in matrimonium per vim uxorem alterius, donec vir ejus mortuus ſit; dimittatque eam liberam, ut abeat quo velit. Qui huic canoni contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Iſta ipſa ratione comparationis ac ſimilitudinis matrimonii carnalis cum ſpirituali uſus eſt Evariſtus in epiſt. 1. Et ſicut vir, inquit, non debet adulterare uxorem ſuam, ut dimittat illam abſque inevitabili neceſſitate, aut apoſtolica vel regulari mutatione.

De non permittenda ab epiſcopo ſeparatione uxoris a viro propter diſcordiam. Cap. 51.

Tolet. 11. cap. 8.

Si quis uxorem ducat, & poſtea inter eos propter aliquam cauſam non conveniat, & uxor ſit in culpa, quæ cauſam dedit diſcordiæ, debet vir patienter eam tolerare, & cum ea ſocietatem habere, quouſque res adducatur ad concordiam. Quod ſi non toleraverit, debet intervenire epiſcopus; & ſi epiſcopo parare illa noluerit, nec audire eum, & a viro diſceſſerit, debet

ANNO CHRISTI 325.

episcopus hortari illam ad redeundum: & si noluerit redire, debet cogere ut redeat. Sed si vir quæsivit occasionem ut ab ea separetur, non est ei credendum, quin potius, velit, nolit, cogendus est ut cum ea habitet. Quod si hoc facere noluerit, oportet ut separetur a communione & ingressu ecclesiæ.

De feneratione, & turpi quæstu clericis interdicto, & de non conversando neque comprandendo cum Iudæis. Caput 52.

Can N. 17. Ca. apost. 44. Cart. 5. Sy. Nic. 2. c. 17. Sy. 6. c. 10.

Nullus sacerdos det fenori, neque quæstum iniquum faciat, neque societatem cum Iudæis habeat, neque fraternitatem; neque cum eis cibum aut potum sumat: siquidem sancti apostoli hoc statuerunt, & hoc fideles facere oportet: & quicumque non paruerit, synodus eum excommunicat.

De conjugio disparis cultus vitando. Caput 53.

Cont. Tolet. 3. c. 14. Agath. 67. Elib. 15. & 16. Aurel. 2. c. 18. Aurel. 4. c. 13. Amb. epi. 70. idem. lib. de Abr. cap. 9.

Vt Christiani uxores ducant ex quacumque natione, modo ad fidem veniant: sed non debent Christiani dare filias suas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum pervertantur, & fiant vel Iudææ, vel gentiles propter infirmitatem suam & proclivitatem ad malum, & qui non paruerit, a synodo excommunicatur.

De electione chorepiscopi, & de officio ejus in castellis, & pagis ac monasteriis. Caput 54

Eligat episcopus ex bonis religiosis qui habitant in deserto, aliquem qui sit doctus, & optimis moribus, & maxime omnium qui in universa illa congregatione sunt, intelligens, qui nihil de electione sua cognoverit: & qui sunt illius congregationis, debent adducere eum; & unus ex diaconis congregationis dicat alta voce: Nos eligimus talem in chorepiscopum, qui habeat totam potestatem in nos; ut sciant omnes electum esse eum in eo gradu: & debet episcopus recitare super electum orationem consuetam, & benedicere illi, dareque ei nomina omnium ecclesiarum, & monasteriorum quæ sub potestate ejus sunt, ut eligat ipse, prout melius ei visum fuerit, eos qui sint idonei, & in sermone suo constantes, quos ecclesiis & monasteriis præficiat; & eis qui curam habent ecclesiarum, ne imponat curam monasteriorum; & eis qui præfecti sunt monasteriis, ne mandet curam ecclesiarum; obligetque eos ad ea loca quæ eis data sunt; & eat postea ad visitandas ecclesias & monasteria. Qui si in aliqua ecclesia, aut monasterio aliquid deesse, aut supra quam opus sit, abundare repererit, oportet quod uno in loco superfluit, apponere ubi deest; id quod cum timore Dei, & ædificatione illorum locorum fieri debet: & si fuerint pauci sacerdotes, debet augere numerum ex illis qui sunt illius loci; & si inter eos non fuerit aliquis illius castelli idoneus ut ordinetur, debet sumere aliquem ex monasteriis, vel ecclesiis, & curet ut fiat sacerdos, ut oratio sit assidua, & non cesset ministerium altaris, destituanturque templa oratione & missa, & Christiani non habentes pastorem nomine & opere sint sicut gentiles. item curet ut in omni castello, & parua villa sit aliquis qui colligat proventus episcopi secun-

A dum vires cujusque loci, & afferantur ad eum; siquidem ad eum pertinet ut faciat eleemosynas pauperibus & peregrinis, & sacerdotes egentes recreet, ut maneat inter eos caritas. & hic canon caret excommunicatione.

Quod in extrema parte hujus canonis continetur de cura chorepiscopo habenda, ut ex omnibus castellis & pagis suppeditetur episcopo ad victum, & eleemosynas pauperibus & peregrinis & clericis egentibus faciendas, satis convenit cum eo quod ait Damasus epistola 4. non fuisse jam suo tempore necessarios, sicut inquit, in primitiva ecclesia, vel propter studium quod erga pauperes exigebant. hos etiam syn. Neocæs. cap. 14. dicit honorari propter studium in pauperes. Deinde quod præcipit canon, ut episcopus recitet super chorepiscopum orationem, & benedicat ei, declarat quod ait Damasus fuisse olim chorepiscopos ad formam septuaginta discipulorum, id est, non fuisse ordinem eorum nisi presbyte- B rorum tantum: idcirco chorepiscopus non ordinabatur, sed per orationem benedicebatur. Ad vicem chorepiscoporum, quibus jam non opus est, accedunt nunc visitatores quos vocant. in Mediolanensi ecclesia vocant vicarios foraneos. hi sunt sacerdotes probati, quos episcopus deligit, & certas regiones diœcesis suæ attribuit inspiciendas & lustrandas, ut in civitate sua gregem qui extra civitatem est, quasi præsens intueri & curare possit. quibus qui primi nomen hoc imposuerunt, videntur mihi nomen chorepiscopi ab inspiciendis regionibus interpretati. de horum nomine & officio est caput in secunda parte const. synodi provincialis Mediolanensis anni MDLXVI. reverendo D. Carolo Borromæo archiepiscopo.

De ratione visitandi ecclesias & monasteria qua in potestate sua habet chorepiscopus. Caput 55.

C Chorepiscopus cum visitat ecclesias, & monasteria quæ sub potestate sua habet, videat an pauci sint, vel desint fratres, & sorores; congreget seniores castelli, & prædicet, atque exponat eis scripturas sacras; eosque de omnibus sanctis præceptis admoneat. item interroget, an habeant filios, aut filias, & faciat ut ad se adducantur, ut signet eos; & oret super eos, imponatque manus, ac benedicat; & instituat ministros, sicut prius eos admonuerat; debetque distribuere eos per ecclesias & monasteria, & providere ut * discant; ut reddantur apti & D idonei ad ædificationem monasteriorum, & ecclesiarum, & aliorum locorum quæ horum opera indigebunt, & hic canon caret excommunicatione.

* De pueris clericis instituendis Tolet. 4. cap. 23. Vasen. 2. c. 1.

Cernitur in hoc canone ratio quædam seminarii ministrorum ecclesiæ, ceu vestigium quoddam seminariorum, quæ nuper secundum decretum synodi Tridentinæ instituta sunt. Ministri quos juxta hunc canonem chorepiscopi instituebant, non erant diaconi neque presbyteri, quos Ancyr. syn. cap. 12. prohibet ordinare, sed juxta canonem Antioch. Syn. cap. 10. lectores, exorcistæ & hypodiaconi, qui juxta Carth. 4. cap. 5. manus impositionem non habent. Quare cum hic canon ait, imponatque manus, intelligenda est manus impositio, non ut imponitur in ordinibus sacris.

E *De profectione presbyterorum ex castellis & pagis cum chorepiscopo ad salutandum episcopum bis quotannis, & religiosorum ex monasteriis semel, & novi abbatis monasterii ter.* Caput 57.

Vt chorepiscopus bis per annum congreget presbyteros ad salutandum episcopum, & tradendum se ei, & ad communionem cum eo habendam; & prandeant cum eo: fiatque hoc in principio anni, & in festo resurrectionis domini nostri Iesu Christi. Religiosi tamen semel per annum cum eo congregabuntur, quando ei videbitur. Sed qui fuerit tunc primo factus caput in aliquo monasterio, debet proficiscitet

ANNO CHRISTI 325.

proficisci ter per annum ad salutandum episco- A pum, & tradendum se ei: semel, & iterum proficiscetur solus, ut ab episcopo adjuvetur in officio suo; tertio cum omnibus suis fratribus.

Ut semel in anno in loco quem episcopus elegerit, accepta vocatione, abbates conveniant, Aurel. 15. 21. Tarrac. 2.

De loco episcopi, archidiaconi, & chorepiscopi ad sedendum in ecclesia cum celebratur officium; & de officio archidiaconi, & de honore archipresbyteri. Cap. 57.

Locus episcopi in oratione sit in summo sacelli, sive capellæ intra locum altaris, ut qui sit pastor & gubernator: post eum sit archidiaconus ad latus dextrum, ut qui sit loco ejus, & B præsit omnibus quæ ad orationem & ecclesiam pertinent: chorepiscopus autem sit post archidiaconum ad alterum latus; quia ipse etiam est loco episcopi super villas, & monasteria, & sacerdotes villarum, quæ sub potestate ejus sunt. Protopapa vero, id est, archipresbyter quoque honoretur in absentia episcopi tamquam episcopus, quia est loco ejus, & caput sacerdotum, qui sub potestate ejus sunt in ecclesia. in omnibus vero quæ ad diaconos spectant, quibus præest archidiaconus, sive quid inimicitiæ, aut peccati, aut litis inter eos ortum fuerit, aut aliud quidquid ad judicium ejus necessario pertineat, nihil referat archidiaconus ad episcopum, sed ipse potius eorum controversias dirimat; si- C quidem sub potestate ejus sunt diaconi, & debet levare episcopum hoc onere: archidiaconus enim præest universo officio orationis, & per eum gubernari, & disponi debent quæcumque ad ecclesiam pertinent; ne, si huic officio desit, transferatur hoc judicium & gubernatio ad sæculares. quæ quidem possit esse causa, ut merito clerici minus episcopum timeant, & potestas episcopi, & sacerdotum debilitetur, quia non possint tueri veritatem; ex quo fiat, ut populus multa peccata incurrat, nec acquiescat judicio in quo oporteat acquiescere; & in universo populo alii aliis placeant & non Deo, & hoc etiam populum ab oratione avertat. Canon sine ex- D communicatione.

Satis cum his congruunt quæ de officio archidiaconi scripta sunt, c. ad hæc ab Innoc. & distinctione vigesima quinta, archidiaconi est præesse ordinationi ecclesiæ. Conc Agat. c. 23 archidiaconi officium suggerere episcopo constitutiones. Tolet. 1. c. 20. Tolet. 4. c. 3.

De honore habendo archidiacono & chorepiscopo, cum sedent in ecclesia absente episcopo, & cum deambulant cum episcopo. Cap. 58.

Quando chorepiscopus & archidiaconus sedent in ecclesia, nullus sacerdos neque diaconus ecclesiæ, neque cujusvis alterius gradus clericorum audeat sedere supra illos, præterquam episcopus, quia hi sunt duæ manus & duæ alæ, E quibus episcopus volat. Sed quando episcopus ambulat, sive in ecclesia, sive foris, oportet ut archidiaconus sit ad dextram, & chorepiscopus ad sinistram, & episcopus sit inter eos tamquam pater in medio filiorum. & qui non paruerit, synodus eum excommunicat.

Hæc eo spectant, ut omnia honeste & secundum ordinem fiant in ecclesia, sicut apostolus præcipit.

De omnibus gradibus clericorum, & ministeriis eorum publice describendis & proponendis. Cap. 59.

Describantur & exponantur omnes gradus clericorum, & ministeria eorum, ne ulla sit inter eos dissensio; & ne catholici misceantur, quando venerint clerici aliarum ecclesiarum, & aliorum monasteriorum: siquidem omnia ministeria sunt uniusmodi in cuncta parœcia, sive diœcesi, quæ sub potestate ejus est.

Ne cum clericis laici misceantur. Turon. 2. c. 4.

Fortasse non est alienum ab hoc canone quod scripsit beatus Basilius in epistola ad chorepiscopos, ut mitterent descriptos in tabella eos qui in singulis pagis essent hypodiaconi, a quo quisque lectus esset; & ut servarent sibi chorepiscopi exemplum, ut cum missum esset ad episcopum, recognosceretur.

De ratione eligendi ex diœcesi ad sacros ordines, & de ratione examinandi eos. Cap. 60.

Si qui sunt ex diœcesi ad sacerdotium, id est, ad sacros ordines eligendi, primum quidem adducendi sunt ad episcopum; postea examinent eos archidiaconus & chorepiscopus, & videant an idonee & intelligenter legant scripturas, & an sciant leges sacerdotales & statuta ecclesiæ. Qui si fuerint vere approbati quod ipsi sciunt ista, sintque vere digni sacerdotio, & a Deo, qui novit secreta, electi, orabunt pro eis orationem solitam, ut fiant digni remissione, & accipiant indulgentiam. Postea adducendi sunt ad episcopum, ut imponat eis manus, & benedicat, eosque ordinet: qui cum erunt ordinati, debet archidiaconus adducere eos ad chorepiscopum, ut moneat eos, ne ministrent in ministerio sacerdotali, id est sacrificii, sed tantum orationis, donec didicerint omnes leges sacerdotii, & postea veniant ad chorepiscopum, ut videat an in hoc profecerint, & iterum eos de hoc admoneat: non enim licet, ut ullus ex sacerdotio ministret in sacello, sive capella diœcesis, sine licentia chorepiscopi, quandoquidem ipse est caput illorum. Et si archidiaconus non fuerit prope, qui fuerint ordinati accipiant literas a chorepiscopo ad archidiaconum, qui debet tunc suscipere curam eorum in iis quæ ad statuta ecclesiæ pertinent, & dare illis curam secundum ordinem ecclesiæ. Nec episcopus, neque chorepiscopus debent eos a clero removere sine archidiacono: siquidem ipse est, ut ante diximus, nutritus in civitate, & habet totius populi notitiam, præestque officio orationis, & omnibus diaconis. Et quando episcopus proficiscitur ad villam, aut castellum diœcesis, nulli debet chorepiscopus permittere, ut sine licentia archidiaconi ordinetur, nec episcopus, nec ullus alius sacerdotem ordinare debet, neque religiosum facere, nisi præsente chorepiscopo: siquidem ipse quoque præest officio orationis, & cæteris omnibus, quæ in villis suis fiunt. & quicumque non paruerit, synodus eum excommunicat.

Huic canoni attestatur epistola beati Basilii ad chorepiscopos. ex ea enim constat chorepiscopos non diaconos, qui sunt ordinis sacri, & sacrificio ministrant, sed hypodiaconos & alios ministros ordinare potuisse, ut ex canone superiore 56. liquet, modo essent examinati & probati a presbyteris & diaconis.

Ministrare in ministerio sacerdotali est ministrare altari, quod presbytero & diacono ministro presbyteri convenit.

Anno Christi 325.

De honore diaconis habendo, ne se clerici in eos efferant. Cap. 61.

Vt diaconi non sint præcincti cingulis suis tempore orationis, quia sunt liberi, & non dominatur eis nisi dominus Christus rex universi mundi, & eorum Deus; hæc est enim eorum, qui liberi sunt, consuetudo. Servi vero hanc consuetudinem non habent, quamvis divites & potentes sint: atque hoc honore honorandi sunt diaconi, & non alii clerici. Sacerdotes enim sunt servi Christi, qui constituti sunt ut præsint ecclesiæ & orationi, quæ non possunt ab eis derelinqui. At diaconi oratione & laudibus finitis, B eunt discincti quo eis libet, sive per vias, sive per plateas. Hæc de omnibus diaconis & sacerdotibus dicta sunt. & hic canon sine excommunicatione positus est.

Eo spectat hic canon, ut omnia in ecclesia honeste & secundum ordinem fiant, ne clerici in diaconos se efferant; sicut in superiore canone 17. ne in presbyteros diaconi.

De numero presbyterorum & diaconorum ad ministerium ecclesiæ, & ad facultatem ejus accommodato. Cap. 62.

Vt non sint pauci presbyteri in ecclesia, ne deficiat oratio, & ministerium ecclesiæ; & ne sit magnus sacerdotum numerus, ne sumptus ecclesiæ augeatur. Quamobrem qui ecclesiis C præsunt, ii quidem quid in hac parte opus sit, videbunt: atque ita oportet, ut tot in ecclesia diaconi sint, quot ecclesia ferre possit; & ut illis archidiaconus præsit, sicut sancti apostoli canonibus suis constituerunt, & sancti patres qui ante nos fuerunt; & ut sint septem diaconi, qui ecclesiæ sumptu vivant, ac reliqui gratis ministrent. Et hic canon non habet excommunicationem.

Hic canon canonem synodi Neocæsar. testimonio synodi Florentinæ actione septima, corrigit. illa enim jubet ut in civitate quamvis magna sint septem diaconi; hæc vero, ut tot sint in ecclesia, quot ecclesia ferre possit; ut si plures scilicet non possit, sint saltem septem, reliqui gratis ministrent. totidem debere esse scripsit quoque Evaristus ante synodum Nicænam, ad custodiam episcopi prædicantis; ut duo essent, sicut ego interpretor, ad dextram, duo ad sinistram, duo retro, & unus a D fronte. postquam non opus fuit custodire prædicantem, successit, ut puto, hic numerus curæ septipartitæ rerum ecclesiæ: ut in ecclesia Græca ex diaconis eligitur unus magnus œconomus; alius magnus σκευοφύλαξ hic curam habet sacrorum vasorum & vestimentorum. Alius curam habet sacrarum domorum, sive monasteriorum; hic est magnus sacellarius, alius servat scripta & tabulas de judiciis & causis; & hic vocatur magnus chartophylax. Alius habet curam sacratum domorum quæ sunt in civitate, qui curat etiam ornatum altaris; hic vocatur sacellarius, nos vocamus sacristam. alius curam habet de iis qui ad fidem redeunt, qui præest custodiæ legum sacrarum, & inquirit de homicidiis, & aliis criminibus. hic dicitur πρωτέκδικος. Septimus est, qui istis omnibus præest, archidiaconus. Fortassis hæc fuit causa, cur synodus Nicæna statueret, ut septem diaconi essent in ecclesia, quæ tot alere possit, quod essent hæc omnia ab illis curanda. constitutio apost. lib. 3. Clem. c. 19. jubet, ut numerus E diaconorum sit proportione multitudinis populi. hic habetur ratio ministerii obeundi; major enim multitudo populi plures presbyteros requirit, & plures presbyteri plures diaconos, quia diaconi sunt ministri presbyterorum.

De œconomo ecclesiæ, & de aliis cum eo, qui curent res ecclesiæ. Cap. 63.

Vt sit in unaquaque ecclesia œconomus, & cum eo alii, qui habeant curam proventuum & agrorum; & alii villarum & sumptuum quotidianorum; alii frumenti & leguminum; alii va- A sorum auri & argenti, & vestimentorum, ac ornamentorum ecclesiæ; alii habeant curam loci, in quo sancta eucharistia servatur; & quisque habeat curam eorum quæ sibi commissa sunt, idque cum timore Dei, & ne inter eos sit, qui illum servum nequam imitetur, qui talentum domini sui abscondit, & non est in eo negotiatus; quem iratus dominus in tenebras exteriores mitti jussit. Et hic canon caret excommunicatione.

De officio in ecclesia horarum diurnarum, & nocturnarum, & de oratione pro omnibus qui eam ecclesiam gubernant. Cap. 64.

Vt in omnibus horis diurnis & nocturnis in principio & in fine orationis fiat cum devotione memoria episcopi, & oretur pro salute ejus, & ut oratione ejus populus adjuvetur. Sabbato autem & in diebus festis, quando sunt sancta super altare posita, diaconus memoriam faciat, nominatim primum patriarchæ, deinde archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, archipresbyteri, archidiaconi, quia isti sunt gubernatores ecclesiæ; idcirco nominandi sunt ad altare in ecclesia, quandoquidem per eos omnia ecclesiastica administrantur, & ipsi sunt in ecclesia superiores. Et qui contradixerit, sit excommunicatus.

De ordine ducendi funus episcopi, chorepiscopi & archidiaconi, & de officio exequiarum. Cap. 65.

Quando moritur episcopus, debent chorepiscopus & archidiaconus præire funeri, ut si filii præeant funeri patris: quando vero aliquis horum moritur, debet præire episcopus, ut si pater præeat filiis mortuis. & legantur in funere ea quæ doctores & sancti patres spirituales de oratione constituerunt: intersintque funeri omnes subjecti eis, siquidem vocabantur eorum omnium patres; & nuntietur de morte eorum omnibus ecclesiis & monasteriis illius parœciæ, ut fiat oratio pro eis. & hic canon caret excommunicatione.

De ducente alteram uxorem, dimissa quacumque de causa priore, vel etiam non dimissa, & de falso accusante uxorem de adulterio. Cap. 66.

Quicumque sacerdos aut diaconus uxorem suam propter fornicationem dimiserit, aut ob aliam causam, ut supra dictum est, aut domo ejecerit propter bona externa, vel ut illam altera pulcriore aut meliore aut ditiore mutet, vel propter concupiscentiam suam, quod Deo displicet; & illa ob has causas dimissa, ipse cum altera matrimonium contraxerit; aut non dimissa, alteram duxerit, sive liberam, sive servam; & ambas pariter habeat licet separatim habitantes, & singulis noctibus cum altera earum cubet, vel eas in eadem domo vel in eodem lecto habeat, deponatur. Si vero fuerit laicus, prohibeatur communione fidelium. Sin autem falso aliquis uxorem suam de adulterio infamarit, ut eam dimittat, inquirendum diligenter de hac re est; & si hoc falsum fuerit, deponatur, si ex clero est: sin autem laicus, prohibeatur ingressu ecclesiæ & communione fidelium, & cogatur habitare cum ea quam infamavit, quamvis deformis & pauper

ANNO CHRISTI 325.

pauper & insana sit. & qui non obedierit, a synodo excommunicatur.

De ducente simul duas uxores, & de muliere fideli nubente viro infideli; & de forma recipiendi eam ad pœnitentiam.
Cap. 67.

Quicumque duas mulieres in matrimonium simul acceperit, ipse cum secunda excommunicetur: & quæcumque mulier fidelis viro infideli nupserit, ipsa quoque a communione fidelium separetur: quæ si pœnitentiam maleficii egerit, & eum virum quem habere non poterat, id est, infidelem, dimiserit, non est recipienda nisi eo modo quo recipitur is qui postquam fidem negavit, ad fidem revertitur; debetque ipsa infidelem relinquere. erit autem pœnitentia ejus qui ad fidem revertitur, & ejus quæ virum infidelem reliquit, ferre cilicium, dormire super cinerem: constituendumque est eis de jejunio & de bonis operibus, prout conveniat; & postea licebit cum fidelibus conversari, & communionem sacram accipere. & qui contradixerit, a synodo excommunicatur.

De dante filiam, aut sororem neque scientem, neque volentem, viro infideli in matrimonium. Cap. 68.

Si quis fidelis filiam, aut sororem non consciam, neque volentem, neque cogitantem, neque præsentem dederit nuptum infideli, separabitur, & prohibebitur communione fidelium: ipsa vero quæ data est in matrimonium, non est prohibenda. Si autem qui hoc fecit, pœnitentia ductus illam ab infideli separaverit, constituenda est ei pœnitentia secundum peccatum ejus, quanta sacerdoti videbitur convenire illi, & ab eo sustineri posse. quod si pœnitentiam patienter sustineat, debet humanius cum eo agere sacerdos. & qui non paruerit, synodus eum excommunicat.

De fideli discedente a fide propter libidinem, & amorem infidelis; & de forma recipiendi eum, aut ad pœnitentiam. Cap. 69.

Si quis fidelium mulieri infideli morem gerat propter fornicationem, aut mulier fidelis viro infideli; & ob hanc causam a fide recedant; pœnitentia horum sit, ut spatio trium annorum stent ad januam templi in cilicio & cinere; & peracto hoc tempore intrent in ecclesiam ad orationem; sed ita, ut spatio unius anni stent in angulo ecclesiæ ab aliis separati: neque liceat eos salutare, neque cum eis communionem participare. transacto autem anno, debet sacerdos benedicere aquam & oleum, non sicut benedicitur in baptismo, nec ut benedicitur chrisma, sed ut oleum infirmorum, & ut benedicitur aqua ad emundationem immunditiæ eorum qui comederunt morticinium: & sic debet eis benedicere sacerdos, & aspergere eos aqua ista; & ipsi etiam debent compungi, & mundabuntur, remittetúrque eis peccatum orando pro ipsis. faciendaque est diligens de eis inquisitio, & sic dabitur communio. & qui non paruerit, synodus eum excommunicat.

De hospitali faciendo in omni civitate, & de electione præfecti, & de officio ejus. Cap. 70.

Ut sit in omnibus civitatibus locus separatus peregrinis, infirmis & pauperibus, qui vocetur xenodochium, id est, hospitium peregrinorum. Et eligat episcopus aliquem ex fratribus qui habitant in deserto, qui sit peregrinus, & procul distet a patria, & a familia domus suæ, qui sit etiam vir probus; & hunc præficiat xenodochio, qui in eo faciat lectos, & quæcumque infirmis & pauperibus opus sunt. Quod si bona xenodochii non sufficiant, debet colligere omni tempore, & ex omnibus Christianis provisionem secundum uniuscujusque vires; atque his facultatibus sustentet fratres peregrinos, & pauperes, & infirmos, ut cuique opus erit: siquidem ipse est protector eorum ad adjuvandum eos, & eis diligenter providendum; quia in hoc opere est remissio peccatorum, solutio iniquitatis, & appropinquatio ad Deum. & hic canon est sine excommunicatione.

De collocando episcopo aut archiepiscopo in sua sede post ordinationem quæ dicitur inthronizatio. Cap. 71.

Cum archiepiscopus episcopum ordinaverit, oportet ut mittat episcopum cum eo, qui illum introducat in civitatem & in ecclesiam, & faciat sedere primo die in throno: & postquam tribus mensibus in civitate sua resederit, debet archiepiscopus cum visitat, salutare eum, & committere archipapæ, id est, archipresbytero, & archidiacono, ut eum in statutis episcopatus examinent: & si repererint didicisse eum omnia perfecte, confirmabitur in episcopatu, & in statutis ejus. Sic etiam facere debent patriarchæ suis archiepiscopis. & qui contradixerit, synodus eum excommunicat.

Ut nulli liceat de ecclesia, in qua ordinatus est, ad aliam se transferre; & de translatione ejus qui per vim ejectus est sine culpa. Cap. 72.

Nullus episcopus ab episcopatu minore civitatis & territorii, ubi ordinatus est, ad alterum propter caritatem annonæ, aut propter parvitatem civitatis, aut paucitatem populi, & paucitatem monasteriorum transeat. idem requiritur in majore, quia non convenit hoc, siquidem unusquisque sortem habet a Deo; nam & hoc statutum est maritis. Quicumque enim laicus uxorem suam repudiat, excepta causa fornicationis, mœchatur, quia hoc facit, ut eam altera meliore mutet. Sic sunt episcopi, & sacerdotes, si civitates suas, & altaria pro aliis majoribus relinquant, idcirco hanc pravam consuetudinem prohibuimus & resecavimus. Quod si episcopus propter causam aliquam e civitate sua expulsus fuerit, non debet quærere alium locum, ut ad eum transeat, quia per vim ejectus est; & tunc oportet constituere eum in alia civitate, si tamen perspectum fuerit esse eum mundum, & sine crimine, justum, ac fidelem, & aliqua culpa ejus non extiterit causa expulsionis. Quod si primus locus erat parvus, & cognitum fuerit esse eum dignum archiepiscopatu, creandus est archiepiscopus in ea civitate quæ archiepiscopo indigeat. Quod si mutatur iste ad majorem episcopatum, nihil obstat, quia non propter desiderium suum, sed propter necessitatem translatus est. Similiter presbyteros, & diaconos per castella & vicos non oportet relinquere altaria sua, & transferre se ad alia, sed manere ubi sunt ordinati, nisi de

Nicæn. 15. Apost. ca. 1. Ant. c. 21. Calch. 5. 12. 20. Sard. 15.

ANNO CHRISTI 325.

de licentia chorepiſcopi ex cauſa juſta, & ad profectum vitæ & fidei. quod ſi ſponte ſua hoc fecerint ob aliquam cauſam ex ſupradictis, non licebit hoc illis, quin potius movendi ſunt gradu ſuo qui hoc commiſerint, & non eſt admittenda eorum excuſatio. Et hic canon caret excommunicatione.

Differt hic canon a ſuperiore 13. quod ille prohibet, ne quis patiatur eligi ſe ab eccleſia, acquieſcens electioni, ut eccleſia ſua relicta, in qua ordinatus eſt, ad illam a qua electus eſt, tranſeat; & ne det operam, ut ab eo in cujus poteſtate eſt, transferatur. hic vero prohibet ſimpliciter, ne quis ſua voluntate a ſua eccleſia ad aliam, quæ ei magis placet, tranſeat.

De non eligendo ſacerdote a laicis per caſtella & pagos ſine auctoritate chorepiſcopi; nec abbate per monaſteria; & de non præcipiendo, ut aliquis eligatur poſt mortem ſuam; & quando hoc liceat ſuperiori. Cap. 73.

Ut non audeant laici qui ſunt in pagis, eligere ſibi ſacerdotem, neque monachi ſuperiorem, ſine auctoritate chorepiſcopi. Quod ſi aliquis ſuperior dum vivit, præcipiat ut aliquis poſt mortem ſuam loco ſuo ſuccedat, non ſuccedet iſte, ſi ſit nationis ſuæ, aut cônſanguineus; ſuccedet tamen ſi ſit quiſpiam ex filiis prædeceſſoris, propter utilitatem, probitatem, ſanctitatem, continentiam, & timorem Dei, ut omnes ſint mundi a vitiis. Et hic canon caret excommunicatione.

Differt hic canon a ſuperiore 49 quod ille prohibet ne epiſcopus dum vivit, eligat ſucceſſorem; hic prohibet ne deſignet qui eligatur poſt mortem, ſi conſanguineus aut nationis ſuæ ſit, ne ſuſpicio eſſe poſſit, quod affectioni hoc tribuat, & non meritis.

De habitatione ſororum, viduarum, & diaconiſſarum in monaſterio retinenda, & de ratione docendi eas, & de electione diaconiſſarum, & officio atque uſu earum. Cap. 74.

Ut monaſteria non relinquantur ſine ſororibus, inter quas erunt mulieres viduæ; & conſtituatur illis probus magiſter, qui doceat eas legere libros & pſalmos, donec bene didicerint, præſertim diaconiſſæ. Hæ autem ex iis eligantur quæ non male audiant ex eo uſque tempore quo fuerunt adoleſcentulæ, ſintque annos natæ 60. ſicut beatus Paulus ordinavit; & hujuſmodi diaconiſſæ ad hoc ſolum paratæ ſint, ut feminas in baptiſmo ſuſcipiant. Et hic canon caret excommunicatione.

De non eligendo ambiente electionem, quamvis virtute præſtante; & de non prohibenda electione laici ad dictos gradus, & de non privandis electis ante mortem niſi propter crimen. Cap. 75.

Si congregatio fidelium alicujus parœciæ elegerit aliquem præſtantiorem aliis doctrina, prudentia, & fide ex iis qui miniſtrant altari, aut ex * monachis, id eſt, ex ſacerdotibus monaſteriorum, ut ſit epiſcopus, aut archidiaconus, aut chorepiſcopus, aut præfectus xenodochii, id eſt, hoſpitalis, non debet ambire ille qui eligitur, alioqui ejiciatur ex congregatione. Quod ſi laicus fuerit, non eſt prohibendus quin eligatur; & electus non eſt privandus ante mortem, niſi propter crimen meritus ſit, alios vero gradus clericorum ii qui præſunt, privare poſſunt, quando eis viſum fuerit. Et qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

* monarchis.

De alio habitu, & aliis moribus, ac converſatione monachorum & monialium. Cap. 76.

Ut religioſi tum monachi, tum moniales, habeant alia indumenta & alios mores, quam habent laici; ac tondeant caput in modum coronæ, & cingant ſe honeſte, neque ſigillis aureis, aut argenteis obſignent, neque ferant crumenam ad latus, neque cultellos, ſicut ſolent milites & homicidæ, quando eunt ad bellum & homicidium; & ſicut ſolent alii ex mercatoribus & peregrinis ferre crumenam ad voluntatem ſuam, ſicut omnes ex populo. Quin potius ſint probi, & inter ſe & alios patientes, & ne eant per plateas niſi cum modeſtia, nec inter ſe jocolariter & ridicule loquantur, nec alius alium irrideat, aut ludat; ſed potius ſilentium teneant & gravitatem, præſertim apud adverſarios fidei; ſintque in omnibus quæ ad honorem eorum pertinent, patientes, & in omnibus moribus perfecti. & hic canon caret excommunicatione.

Meminit hujus canonis: Nicæni Gratianus 16. q. I. ca. placuit.

De epiſcopo deprehenſo in adulterio, aut alio ſimili crimine, deponendo tantum ſine ſpe reſtitutionis in eumdem gradum, & non excommunicando. Cap. 77.

Si quis epiſcopus deprehenſus fuerit in adulterio, aut in alio ſimili crimine, deponendus eſt, nec eſt amplius in eumdem gradum reſtituendus. Quod ſi pœnitentiam egerit, non eſt ſocietate fidelium, neque ſacra communione prohibendus; quia non eſt eadem ratio peccati ejus, & peccati laici. & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Ca. apoſt. 25. Leo epiſtolæ 92. c. 2. Baſil c. 3. Syn. Carthag. 17.

Quod hic dicit canon, non eſſe eamdem rationem peccati laici, & epiſcopi, ſic intellexit Leo, quia ſcriptum, inquit, eſt; Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro eo? idcirco alienum eſt, inquit, ab eccleſiaſtica conſuetudine, ut qui in preſbyterali honore, aut gradu diaconi fuerint conſecrati, pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitentiæ. Et ſubjungit: Unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam expetenda eſt privata ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa. B. Baſil. aliam cauſam eſſe judicavit, cur iſti deponantur tantum, & non excommunicentur; quia ſcilicet ſatis videatur crimen vindicatum depoſitione, ex qua nunquam reſtituendus ſit, ut reſtitui ſolet laicus in eumdem gradum, poſtquam fuerit ei interdicta eccleſia. ſcriptum eſt enim: Non vindicabis bis in idipſum. quod eſt etiam in canone apoſtolorum citatum.

De lapſis ſemel tantum in adulterium preſbyteris & diaconis, ſi nunquam duxerant uxores; & de eiſdem lapſis viduis, & lapſis habentibus uxorem ſuperſtitem. idem de reverſis ad idem peccatum tum viduis tum habentibus adhuc vivas uxores; & qui ex his non recipiendi ad pœnitentiam, & qui ſemel tantum, & qui bis. Cap. 78.

Si quis ſacerdos lapſus fuerit in adulterium, & hoc peccatum nunquam antea commiſerit, quin potius ſemper bene audierit, & non duxerat uxorem, ſed erat virgo; pœnitentia ejus erit in jejunio & oratione; & de eleemoſynis ſecundum vires uno anno; quo exacto debet redire ad communionem fidelium, & communionem ſacram, & ad miniſterium & ſacrificium, ut prius, & deinceps attendere diligenter, & cavere ſibi per univerſum vitæ tempus. Si vero ad idem peccatum reverſus fuerit, deponendus eſt omnino, & non eſt prohibendus communione fidelium,

ANNO CHRISTI 325.

& sacra communione. Quod si uxorem duxit, imponenda est ei duplex pœnitentia. idem servandum est in diacono; qui si ad idem scandalum redierit, omnino deponendus est. quod quidem intelligendum est, si fuerit viduus: nam si uxorem duxit, & adhuc vivit, & cum eo habitat, debet remanere in pœnitentia, & tribus annis excommunicatus. denique in his omnibus episcopus cum primum in hoc peccatum lapsus fuerit, debet ex gradu suo cadere, cui non est pœnitentia imponenda, neque communione fidelium, neque communione sacra prohibendus. Sacerdos ἄγαμος, id est, qui nunquam uxorem habuit, vel viduus, recipiendus est ad pœnitentiam; qui uxorem habet, non est recipiendus. Diaconus ἄγαμος, id est, qui nunquam habuit uxorem, vel viduus, bis est ad pœnitentiam recipiendus; diaconus conjugatus semel: & non erunt prohibiti communione fidelium, & communione sacra, sed ministerio altaris. Alii vero ex clero, & monachi, & laici, si hujusmodi peccatum commiserint, fiet judicium de eis, ut eorum judici, & ei qui eis præest, prout pœnitentiæ convenit, visum fuerit: & non debet qui eis præest, & judex imponere gravem pœnitentiam quæ noceat, neque levem, ne currant ad peccatum, & eorum damnatio crescat. & qui non paruerit, synodus eum excommunicat.

De remedio cuicumque fidelium, dum adhuc peccatum ejus non est manifestum, per privatam exhortationem & admonitionem adhibendo; & de excommunicando, si non profecerit. Cap. 79.

Et quicumque ex ecclesia aliquid indignum faciat, adhibebitur ei remedium per exhortationem & diligentem admonitionem, dum non est manifestum quod facit, ut non perseveret in eo, & discedat a via sanctorum Dei, eorumque conversatione; imponentque ei pœnitentiam prout conveniet. Quod si pœnitentia & exhortatione non emendetur, separetur a communione fidelium, & abscondatur tamquam membrum putre, ne contagio ejus in reliquum corpus pervadat. & qui non paruerit, synodus eum excommunicat.

Interpres est hic canon quando quis frater in me peccare dicendus est, scilicet quando peccatum commisit, cujus contagio in reliquum corpus pervadere potest, nisi pœnitentia corrigatur, aut si nolit corrigi, ex ecclesia ejiciendus sit.

De electione procuratoris pauperum, & de officio ejus. Cap. 80.

Eligatur in omni civitate aliquis sæcularis vel religiosus, qui sit disertus & patiens, & quem manifestum sit via recta & orthodoxa incedere; habitetque prope ecclesiam, aut in hospitali, & habeat apud se bona hospitalis, & provideat hospitali & ægrotis; provideat etiam iis qui in carcere sunt. Quod si inter eos qui sunt in carcere, aliquem Christianum reperiat qui sit dignus ut liberetur, debet adjuvare eum ut e carcere liberetur. Et si quid ei opus fuerit, aut victu indigeat, & non potest habere ab iis qui sunt in custodia, liberare. & si cui opus fuerit aliquo sponsore, debet quærere qui pro illo spondeat, ut liberetur. Et si quis fuerit alicujus criminis gravis reus, & non sit dignus liberatione, debet saltem adjuvare eum, ne ei victus & vestitus desint; neque debet differre subsidium, neque negligens esse in omni eo quod ad causam ejus expediendam pertineat, quousque juste, & ut meritus est, judicetur: quia ignorant homines quæ sibi aut filiis evenire possunt. mundus * enim & casus ejus sunt in tribulationibus & molestiis positi. Et si quis ex fidelibus bona sua epulando, potando, & scortando consumpserit, & ob hanc causam in hanc necessitatem inconsiderate incidit, non est deserendus, sed debet unusquisque fidelium tum virorum, tum feminarum, dare secundum vires suas & bonam voluntatem; & colligatur hoc, ut ille a creditoribus & afflictione liberetur. Et hic canon caret excommunicatione.

Sic hodie vocatur Romæ procurator pauperum, qui eos qui sunt in carcere, iis modis adjuvat, quibus hic canon adjuvare præcipit: quem disertum esse vult, ut causas eorum bonas possit defendere. est autem rationi consentaneum, ex eo tempore, cum habita est hæc synodus Nicæna, & episcopi in suis civitatibus præsidio & studio magni Constantini florere cœperunt, venisse in usum hunc canonem pietatis plenissimum, qui utinam in omni civitate Christiani nominis sanciatur, si forte non est sancitus. * Interpretatus est canon illud in epistola Ioannis cap. 5. Mundus totus in maligno positus est; malignum enim vocat tribulationes & molestias, quibus mundus refertus est.

** MAGNI CONCILII NICÆNI CANONES LXXXIV.

præter XX. *vulgatos*

NOVA EX ARABICO VERSIONE Latine redditi

AB ABRAHAMO ECCHELLENSI.

INTERPRETIS AD LECTOREM ADMONITIO.

Quoniam, benigne Lector, tam inter octoginta quatuor canones, quam reliquos alios, qui sequuntur, nonnulli sunt subreptitii, & nothi, & a singulis pene sectis excogitati, additi, & accommodati ad sua quædam tanti concilii auctoritate confirmanda dogmata, & alia similis notæ ad eumdem finem quibusdam inserta canonibus, operæ pretium duximus, te hic admonere, ne in ipso cespites limine & offendas. Quinam autem sint isti subreptitii canones, & quænam sint additamenta aliis inserta dolose canonibus, infra ad calcem totius hujus operis ex nostris habebis notis, & ad eas præfatione: inde enim plane constabit, quæ sit singularum sectarum de his canonibus, & additamentis mens, & sententia; sed & ipse facile discernere, & dijudicare poteris quæ sunt legitima, & quæ non item, ex ipsarum sectarum consensu & dissensu: Nam ea omnia, in quibus consentiunt omnes, legitima profecto sunt habenda, in quibus vero non, illegitima, ut infra suo loco luculentissime demonstrabimus. Nos autem omnes sectarum editiones nostra interpretatione hac complecti, & exprimere voluimus, nec quicquam prætermisimus, ne veritatis hostes, & calumniatores, aut aliquam harum editionum aliquando nobis opponant, cavillandi studio assueti, aut infidelitatis inurant nota, & macula, ut illis in more positum est. Interim hæc observa in præsens, benigne lector, & bene vale.

Canon I. *Ne remaneat in clero quisquam insanus aut energumenus.*

Nullus remaneat in clero insanus, nisi quem insanum reddiderunt medici ob morbum aliquem, qui evenit ipsi, unde necesse illi fuit sumere medicamenta, & herbas calidas ad sanitatem

tem recuperandam, atque inde hoc ei accidit. Is autem per nos culpa vacat, quoniam hæc infirmitas curabilis est, cum non sit a dæmone in eo habitante. Ille enim in quo spiritus dæmonis habitat, omnino dejiciendus est gradu sacerdotii, & nunquam admittendus: nec etiam religionem ingrediatur, qui spiritu infestatur diabolico, ac ejusmodi est infirmitati obnoxius.

Canon 2. *Servi quos invitos castraverunt domini, aut circumciderunt, ad clerum admittantur, si habeantur digni.*

Si quem servorum circumciderunt domini, aut castraverunt duram exercentes in eum potestatem, & dominium, cum sint infideles, hacque de causa fideles servos crudeli prosequuntur odio, adeoque invitos, ac per violentiam oppresserunt; nihilominus si bonis ille præditus fuerit moribus, & operibus, ac proinde dignus censeatur sacerdotio, ad id admittatur post adeptam a servitute libertatem, & manumissionem.

Canon 3. *Qui nuper ad baptismum venit, ne fiat episcopus, aut presbyter.*

Quicumque recens baptizatus fuit, cujus fidei adhuc non dignoscitur experimento certitudo, ne episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinetur, donec post aliquod temporis intervallum sacrarum scripturarum fuerit auditor, ut boni producantur inde in corde illius fructus. Et quidem si adolescens is fuerit, donec terminum excesserit adolescentiæ. Qui vero cito intruditur, dein comperta fuerit in eo vel culpa aliqua, vel scandalum testimonio duorum, vel trium sacerdotio dejiciendus est, tam ipse, quam ordinator. Qui autem huic contradixerit decreto, presbyter sit ille, vel pontifex, suo removeatur gradu, & synodi patrum anathemati subjectus esto.

Canon 4. *Ne cum mulieribus habitent episcopi, aut cum eis conversentur.*

Ne habitent episcopi cum mulieribus, neque conversentur cum eis, vel frequentent, aut illarum utantur familiaritate, neque obsequantur, neque studiose aspiciant: pariter & presbyteri cœlibes, atque diaconi non habentes uxores. Item ne contrahant cum adolescentulis mulieribus familiaritatem, neque cum speciosis puellis virginibus, vel famulabus juvenibus, neque cum juvenculis orphanis educationis prætextu. Diabolus namque mediantibus ejuscemodi personis bellum inferre assolet monachis, episcopis, presbyteris, & diaconis. Porro si quæ cogit necessitas, & urget, contubernio utantur mulieris provectæ ætatis, unde nulla possit concipi suspicio; vel habitent cum matre, sorore, avia, aut amita, vel aliis ejusmodi affinitatis, quæ nullam præbere possint suspicionem, aut scandali occasionem.

Can. 5. *Nullus ordinetur episcopus super civitate aliqua sine episcoporum comprovincialium consensu.*

Nullus ordinetur episcopus super aliqua civitate aut urbe absque episcoporum comprovincialium consensu, prævio examine de illius fide, ejus comprobata pietate, atque timore erga potentissimum, ac timendum Deum, nec non præsentia aliquorum episcoporum tempore ordinationis apud metropolitanum, vel patriarcham, qui illum ordinat. Si vero adesse nequeunt omnes, ne sua loca relinquerent, ob timorem, & imminens gregi periculum a rapacibus lupis, & necessitas cogeret metropolitanum, ut quantocius episcopum illum constitueret ante eorum conventum, fiat id præsentia trium, reliquis per scripturam consensum præbentibus, qua testentur se cognoscere illum optimis moribus esse præditum, & sic constituat illum metropolitanus provinciæ populo consensum præbente.

Canon 6. *Nullus episcopus excommunicatum ab alio recipiat.*

Nullus episcoporum excommunicatum ab alio episcopo recipiat, presbyter ille sit, vel monachus, aut laicus, & ne illum exsolvat ab excommunicatione, aut absolutionem impendat ei ullam, ne contemni videatur, & parvipendi episcopus ille, & ejus excommunicatio tamquam nullius ponderis habeatur. Verum si episcopus ille iniquus, atque tyrannus fuerit notorius, petieritque excommunicatus se purgare apud suum metropolitanum, aut patriarcham, id licitum ipsi sit; illi enim in eum potestatem habent, scribant tamen prius ad episcopum de ejus inquirentes causa.

Canon 7. *Episcopi singularum regionum congregentur bis in anno ad patriarcham, seu metropolitanum.*

Congregentur episcopi singularum regionum ad suum metropolitanum, vel patriarcham bis singulis annis; semel quadraginta diebus ante jejunium; secundo vero mense Septembris in festo Crucis, mensis Tuth secundum computum Ægyptiorum, ut in eo consilio considerent omnia, quæ ad ipsorum res, & negotia pertinet. Et si quis excommunicatus a suo episcopo compertus fuerit, & in sua blasphemia in religionem, ac fidem præstiterit, denuo (si ita ipsis videbitur) excommunicetur, & a fidelium segregetur consortio, quousque visum fuerit ejus episcopo, atque reliquis illius admittere excusationem, & causam investigare; id quidem ipsorum erit.

Canon 8. *De patriarcha magnæ Alexandriæ, ut toti præsideat Ægypto, ejusque provinciis, quemadmodum Romanus, & Antiochenus.*

Episcopus Ægypti, nimirum magnæ Alexandriæ patriarcha toti præsideat Ægypto, & omnibus ejus provinciis adjacentibusque civitatibus ei subjectis, quoniam ita convenit episcopo Romano, nempe patriarchæ successori Petri, ut præsideat etiam omnibus suis provinciis, & regionibus quæ ei subjectæ sunt. Pariter & episcopus Antiochiæ nempe patriarcha ejus præsideat omnibus provinciis, & regionibus ei subjectis. In aliis vero regionibus antiquus servetur mos ecclesiæ, nimirum quod in præterito constitutum, & servatum est.

Canon 9. *Nemini in episcopum ordinari licet absque metropolitani consensu.*

Notum sit in omni loco, & omni regione, quod

ANNO CHRISTI 325.

quod si quis hominum episcopatum obtinuerit cum consensu congregationis, sine consensu metropolitani provinciæ, ac sine illius imperio, ejus episcopatum nullatenus admittendum esse, etsi omnes homines illius provinciæ consensum ei præbuerint, metropolitano excepto, id enim consentaneum, & necessarium est. Sciat prætereaquod synodus nequaquam ejus episcopatum admittat, & anathemati etiam illum submittit. Si vero consensum ei præbuerint comprovinciales secundum convenientem veritatem, & leges ecclesiasticas in episcopatu, patriarchatu, & archiepiscopatu quoque, contradicentibus in hoc duobus vel tribus, aut uno ex populo per modum contentionis, & contradictionis, & placuit metropolitano, & patriarchæ, visumque illis fuit illum fieri, episcopum constituant illum, & plurium sequantur sententiam.

Canon 10. *De honore deferendo episcopo Hierosolymitano.*

Antiqua consuetudo, & mos servetur in honore deferendo episcopo Hierosolymitano nomine patriarchæ, cum honore dignus sit ob nobilitatem loci, cui præsidet cum justitia, puritate, & conversationis rectitudine, & præsideat illi provinciæ, subjectisque ei regionibus. Agnoscatur vero metropolitani dimoti dignitas, & honor, voceturque exarchus, nimirum qui præest metropolitanis.

Canon 11. *Qui ordinatur presbyter sine electione atque peccans, & perseverat in peccatis, ejiciatur.*

Si qui presbyteri ordinantur sine probatione, electione, & perquisitione de vita & moribus; deinde examinati confitentur se peccasse, & in peccatis suis, adhuc perseverant, uti memoravimus, & scripsimus superius, dejiciantur ex presbyterio, & non reputabitur illis, qui qui manus imposuerunt ipsis sine electione, peccatum, neque culpa etiam, siquidem usi sunt in eis lege ecclesiæ Christi.

Canon 12. *Infidelis recens ad fidem conversus, & statim sacerdos constitutus deponatur ipse, & ordinator.*

Si quis pontifex receperit in ecclesiam Dei quempiam infidelem, cujus infidelitas jam notoria erat, & recens conversum constituerit presbyterum, aut in aliquo illuminantis sacerdotii gradu, deponendus est tam ordinatus, quam ordinator. Si vero clam irrepserit ille, nulla de ipsius conditione facta inquisitione, aut examine, postea vero cognitus a quibusdam fuerit, de mala ejus fide redarguendus est, atque deponatur.

Canon 13. *De illo qui ab altari suo ad aliud transire studet.*

Si quis episcopus, aut presbyter, vel diaconus transire curat a suo altari ad aliud, sive propter contentionem, & discordiam cum plebe, sive sponte; deinde vero exosus factus iis ad quos transierat, voluerit ad locum a quo prius recesserat redire, nequaquam post hac recipiendus erit ab illis; sed utroque loco privandus, sponte enim id sibi elegit.

Canon 14. *Qui ab una ad aliam ecclesiam transire studet, ne recipiatur.*

Si quis presbyter, aut diaconus, sive alius alicujus monachorum quoque ordinis transire curat a sua ecclesia, ne recipiatur in alia, sed redire cogendus est ad priorem suum locum. Sed si facere noluerit, ex ecclesia ejiciendus est, & sacerdotii ordine deponendus, ac omnino communione fidelium privandus.

Canon 15. *Non licet laico ingredi monachorum ordinem sine episcopi licentia.*

Si quis laicus ingredi voluerit in aliquem monachorum ordinem sine licentia episcopi, in cujus jurisdictione, & potestate est, gradu, quem recepit, movendus, & in religionem ne suscipiatur. Hoc autem idcirco statuitur, ut dignoscatur an impedimentum habeat aliquod, uti est uxor, liberi, mater, vel ejusmodi.

Canon 16. *De monachis, & clericis usurariis.*

Si quis monachus, aut ex ordine clericali fœnerator inventus fuerit, aut usuris deditus, vel illicitis studens lucris suo deponendus est gradu, & ministerio privandus.

Canon 17. *Diaconus communionem ne sumat ante episcopum, vel presbyterum.*

Ne communicet diaconus ante episcopum, & presbyterum, quia gradus diaconi inferior est gradu presbyteri. Et scire debeat etiam se esse ministrum episcopi, & presbyteri, quamobrem suam agnoscat conditionem, ideo ne sumat communionem, nisi post eum, cui ministrat, nimirum post episcopum, & presbyterum; nec ipse communione participet nisi ab episcopo, & presbytero; nec porrigat diaconus communionem presbytero, quia oblatio sacrificii presbyteri est, & non diaconi, nec diacono data est gloria ista. Neque etiam sedeant diaconi coram presbyteris, vel ad latus eorum intra altare, vel extra illud, nisi ab eis facultatem habeant, quia inferioris ordinis sunt. Quicumque autem diaconorum huic sanctioni contradixerit, suo movendus est gradu, & patres synodi anathemate illum percellunt.

Canon 18. *Iterum baptizandi sunt qui redeunt ad fidem ex Pauli Samosateni hæresi.*

Iterum baptizandus est quicumque revertitur ad fidem ecclesiæ apostolicæ ex hæresi Pauli Samosateni. Quicumque vero eorum in aliquo clericali extiterit gradu, placueritque ejus reversio, & humilitas, nec reprehensibilis fuerit, quin potius probitate notus, volueritque restitui in gradum suum, restituat illum episcopus, & imponat ei manuum, ac benedicat ut benedici solet qui nunquam diaconalem habuit benedictionem. At si reprehensibilis extiterit, & gradu illo indignus habeatur propter prava opera, corruptam fidem, ac turpes mores, nec sic restituatur, nec ad ipsum admittatur diaconatum.

Canon 19. *De monialibus ex Pauli Samosateni secta ad fidem revertentibus.*

Quæ ex hac secta monialis ad fidem revertitur, iterum baptizanda, & benedicenda est benedictione monachali velut sæculares benedici solent, & de illis fiat, uti supra diximus.

Canon 20. *De iis, qui ex Catharis ad ecclesiam redire volunt.*

Si quis ex secta, qui Cathari dicuntur, ad ecclesiam catholicam, & apostolicam redire voluerit, oportet ut qui ex illis erant in gradu cleri in jisdem maneant gradibus, ita tamen ut incipiant ante omnia

Anno Christi 325.

omnia sacras, Spiritu sancto afflatas, & apostolicas confiteri scripturas; & communicent etiam cum pœnitentibus in pœnitentia, uti sunt polygami, & qui fidem quoque abnegarunt tempore tribulationis, & persequutionis, cum vim passi sunt, & maneant juxta constitutum ad hoc a lege tempus, & laudabilia catholicæ, & apostolicæ ecclesiæ sequantur dictata, & decreta. Si autem extiterint eorum aliqui cum suo episcopo in civitate vel oppido, in quibus non fuerint orthodoxi presbyteri, sintque in aliquo clericali gradu, in eo maneant gradu, & ordine. Si vero fuerit episcopus, aut presbyter catholicæ quoque ecclesiæ, catholicus episcopus potestatis habeat prærogativam, & ipso præsente, quem episcopum cathari appellant presbyterorum adscribitur ordini, nisi catholicæ ecclesiæ episcopo visum fuerit eum honorare quoque nomine episcopi. Si vero non placuerit ei, deferat illi honorem chorepiscopi, vel presbyteri, ut constet eum in cleri mansisse gradu, ne videantur duo esse in eadem civitate episcopi.

Canon 21. *De iis, qui fidem abnegarunt, deinde resipuerunt.*

Si qui ex iis, qui fidem abnegarunt sine necessitate aliqua, violentia, aut vi illata, quibus tentati sunt fideles a regibus, & gentilibus reversi a sua infidelitate voluerint sponte, sincere, ac sine simulatione, redeant, recipianturque, & si hoc indigni sint, dummodo resipiscant, & per triennium agant pœnitentiam inter audientes, & annis novem cum pœnitentibus; postea orabunt cum populo duobus annis, temporibus oblationis, & sacrificii, a communione tamen arceantur. Si vero ea peracta pœnitentia ad suam reversi fuerint infidelitatem, ac deinde suam rem muneribus, & malo dolo componere conati fuerint, ut ad suos redirent ordines, pœnitentiam agant, qui id faciunt, annis decem, ex quibus tribus ut audientes. Post hæc vero diligenter perquirere oportet de ipsorum statu, & an sincere eos pœnituerit, & utrum pœnitentiam egerint cum timore Dei, & summa animi sinceritate a perpetrato resipuerint excessu, & in bonis operibus vere, & non simulate, ac per hypocrisim perseveraverint. Completis autem tribus annis, quibus fuerunt ut audientes, communicent cum fidelibus in oratione, atque missa, agatque cum ipsis episcopus misericorditer, nec malam suspicionem de illis habeat. Sin vero eorum aliquis ecclesiam ingredi voluerit per hypocrisim, & malum dolum, constitutam illi pœnitentiam adimpleat. Si autem aliqui eorum mors aderit, non completa pœnitentia, nequaquam viaticum ipsi negandum erit, si id postulaverit, sed communicet in oratione, & communione. Si vero a sua infirmitate, qua ad extremum vitæ perductus fuerat, convaluerit, postquam orationis, & communionis particeps factus erat, maneat cum illis, qui communicant in oratione, & oblatione. Diligentia præterea maxima adhibenda est circa eos, quibus mors adest, si petierint illibatorum, & sacrorum mysteriorum, nempe communionis, participes esse. Et diligentissime, atque sedulo perquirat episcopus de illis, & exhibeat ipsis communionem, si eos dignos esse intellexerit.

Canon 22. *Nemini fidelium fas est familiaritatem contrahere cum magis, & incantatoribus.*

Nemo fidelium familiaritatem contrahat, aut habeat consuetudinem cum magis, & maleficis, qui autem hoc fecerit, & eorum habuerit conversationem, eos interrogaverit, vel illorum dictis fides adhibuerit, domum suam introduxerit, vel illorum ingressus fuerit domos, & ex eorum comederit escis, vel ex potionibus biberit, si ex sacerdotali fuerit ordine, suo dejiciendus est gradu, & ab ecclesia ejiciendus, ac fidelium prohibendus consortio, atque ingressu ecclesiæ, & communione arcendus. Si vero laicus fuerit prohibendus item est ecclesia, conversatione fideliũ, arcendusque est ingressu ecclesiæ, & sacræ communionis participatione. Quod si ad pœnitentiam venerint isti, pœna eorum pœnitentiæ erit per spatium viginti annorum, quibus non degustabunt nisi panem & salem, nec vinum bibent, sed aquam ad vitæ eorum sustentationem.

Canon 23. *Ne matrimonium contrahant fideles cum matribus suis spiritualibus, quæ ex baptismo susceperunt.*

Nemo fidelium matrimonium contrahat cum matribus spiritualibus, quæ eos ex baptismo susceperunt, nempe eorum paranymphis; & qui hoc fecerit ut ethnicus habeatur, donec separentur, & resipiscant a suo peccato, & ejusmodi solvant connubium. Eorum autem pœnitentia pro hoc erit per spatium viginti annorum, ex quibus per decem ecclesiæ ingressu, & fidelium communione arceantur; reliquis vero aliis decem ingrediuntur ecclesiam ad audiendas scripturas tantum, quibus completis sinceræ pœnitentiæ annis ingrediantur ecclesiam, & communioni admittantur.

Canon 24. *Ne viri suscipiant in baptismo puellas.*

Ne suscipiant viri puellas in baptismo, neque mulieres pueros, sed viri suscipiant pueros, & mulieres puellas.

Canon 25. *Ne contrahat vir matrimonium cum ea, quam ex baptismo uxor ejus suscepit.*

Neque contrahat vir matrimonium cum ea, quam uxor ejus ex baptismo suscepit; neque mulier in matrimonium det filiam suam puero, quem suscepit ejus maritus ex baptismo, quia isti habentur ut fratres & sorores; & matres ac patres quoque sunt patres & matres spirituales.

Canon 26. *Ne duas ducat vir uxores simul.*

Nullus vir duas ducat simul uxores, neque introducat uxori suæ (si eam habeat) alteram causa voluptatis concupiscentiæ explendæ, & volutationis in luto iniquitatis cum pluribus mulieribus ad concupiscentiam, non autem ad prolem suscipiendam prout Deus præcepit. Qui autem hoc fecerit, si fuerit ex ordine sacerdotali ministerio dejiciatur, & prohibeatur sacrificio, atque communione fidelium quousque separabit se a secundæ consortio, & adhærebit primæ. Si vero ex laicorum fuerit numero fidelium communione arceatur, & prohibeatur ingressu ecclesiæ, & sumptione quoque communionis, quousque separabit se a consortio secundæ, & adhærebit primæ. In hoc autem sacerdotis, & aliorum idem judicium est.

Canon 27. *Neminem fidelium arceant presbyteri a communione ob iracundiam, & indignationem.*

Neminem fidelium arceant presbyteri a sacra communione ob iracundiam, & indignationem qua in illum irascuntur, neque propter rem ullam mundanam. Qui autem id fecerit, suo dejiciatur gradu, & communione fidelium prohibeatur, quia diabolico inductus est dolo.

Canon

ANNO CHRISTI 325.

Canon 28. *Ne spondeant presbyteri, neque testimonium perhibeant in accusationibus.*

Ne spondeant presbyteri pro aliquo, neque testimonium dicant in accusationibus, neque ipsi quempiam accusent, aut deferant ad reges, neque sint observatores criminum, aut dissidia inter fideles disseminantes. Qui autem hoc fecerit suo dejiciatur gradu, & communione fidelium prohibeatur.

Canon 29. *Ne mulier menstruata ingrediatur ecclesiam, neque sumat sacram communionem.*

Ne ingrediatur mulier menstruata ecclesiam, nec sacræ communionis particeps fiat, donec complentur dies illius mundationis, & purificationis, quamvis sit ex regum mulieribus, sed in domo sua maneat. Si autem presbyterorum aliquis, aut diaconorum ausus fuerit sacram tradere illi communionem, & in ecclesiam introduxerit illis diebus, & non remiserit eam potius in domum suam, suo dejiciatur gradu, & fidelium communione privetur, eo quod illibata mysteria, & ecclesiam sanctam parvi fecit, prout ait Paulus apostolus veritatis de corpore Christi, nimirum de sacrificio, & sanguine ejus pretioso, qui ad peccatorum remissionem datur.

Canon 30. *Ne recipiatur oblatio ab ullo, qui a sacerdotibus ligatur.*

Ne recipiatur oblatio ab ullo, qui a sacerdotibus ligatur, aut quidquam aliud, quod ad ecclesiam affert, quamvis calumniam passus fuerit. Neque cum illo comedat, aut bibat quisquam fidelium, neque in domum suam inducat, nec ingrediatur in ipsius domum etiam, quousque ab excommunicatione absolvatur. Quicumque vero fidelium id fecerit, parvi pendens excommunicationem, & religionem quoque contemnens, multetur pœna excommunicati, qui sponte cum illo conversatus est; quia ipsius particeps in hoc factus, & ei consentiens.

Canon 31. *Ne sacerdos sit iracundus.*

Nullus sacerdos sit nimis iracundus, aut velox ad iram, aut loquax, sive sit ille episcopus, aut quispiam alius, qui excommunicandi habet potestatem, quibus impellitur ad ligandum, & excommunicandum omni tempore. Qui itaque ejusmodi est, hoc deponat, & dignitatis suæ habeat rationem omni remota indignatione; nec excommunicatione utatur omni tempore. Quod si hoc non fecerit suo dejiciatur gradu, quoniam ira, indignatio, audacia, importunitas, tædium, & dolus ex diaboli operibus sunt. In sacerdote autem nihil ex dæmonis moribus esse oporteat, sed omnis reprehensionis, & vitiorum expertem esse decet, uti scriptum est.

Canon 32. *Ne fiat genuflexio inter orandum diebus dominicis, & a pascha usque ad pentecosten.*

Oratio persolvenda est diebus dominicis, & a pascha usque ad pentecosten, ac dominicis solennitatibus sine genuflexione in terram, sed tantum adoratione, & inclinatione.

Canon 33. *Ne commisceantur nomina Christianorum nominibus idololatrarum.*

Ne commisceantur nomina Christianorum

A cum idololatrarum nominibus, sed suis contineantur singuli terminis, & ad sua referantur idololatræ idola; Christiano vero nuncupentur nomine, qui sacrarum scripturarum lectioni operam navant, sacro sunt lustrati baptismatis lavacro, in sanctissimam colendam, atque adorandam credunt trinitatem; & omnes insuper illibatos celebrant dies festos. Reliqui vero Christiani qui his adversantur, & quibusdam in rebus contradicunt, & contendunt circa Dei (cujus exaltetur memoria) incarnationem, sacras tamen minime corruperunt scripturas, aut commutarunt, hæretici sunt appel-
B landi, quo nomine vocantur ab Ioniis & Syris (Arabum vero idiomate contentiosi dicuntur.) Porro illi, qui corruperunt scripturas, dies festos commutarunt, & confuderunt fidem, atque pertubarunt, ac debitam Deo adorationem prætermiserunt, & ecclesiasticas contempserunt constitutiones, alias sibi comminiscentes, nequaquam contradicentes, vel hæretici appellandi sunt, sed vanæ, & errantes sectæ nuncupandæ, & cum idololatris, & infidelibus reputandæ. Ex his itaque si quis conversus fuerit ad electos episcopos vocatus, & instructus ab eis, recipiatur quemadmodum recipitur Iudæus, & idololatra, & denuo quoque baptismo regeneretur, postquam priorem
C suam abjuraverit sectam, & ecclesiæ apostolicæ amplexatus fuerit fidem. Hoc autem intelligendum quoque est de sectis Sabbatinorum, Marcionistarum, Simonitarum, Manichæorum, Pauli Samosateni, Dissanitarum, Cucalitarum, Barbarorum, atque similium sectarum.

Canon 34. *De Arianis ad fidem conversis.*

Qui ad fidem orthodoxam ex Arii convertitur hæresi, statuat illum episcopus, vel presbyter coram se in ecclesia, & præcipiat illi anathematizare omnes adversæ fidei assertores, qui vulgo hæretici vocantur, cunctosque contradicen-
D tes apostolicæ ecclesiæ, nec non ipsum Arium, & publice profiteatur fidem in hoc sacro, & magno concilio definitam, quam sincere se tenere profiteatur; anathematizet præterea quoscunque eam non tenentes, & profitentes, aut suscipientes. Quo facto suscipiat episcopus, vel presbyter, cui ille sese sistit, sacrum chrisma, & signet illum ter recitans orationes Dionysii Areopagitæ, & suppliciter Deum precetur, ut suscipiat. Deinde vero particeps fiat illibatorum mysteriorum, idest missæ & communionis, qua peccatorum consequetur remissionem. Si autem conversus fuerit episcopus, sit post ejus conversionem in gradu presbyteri. Si vero presbyter, in gradu diaconi; si diaconus, in gradu
E hypodiaconi. Tandem in quocumque fuerit gradu ad inferiorem descendat.

Canon 35. *Non oportet ungere eos, qui sunt ex hæresi Cudanorum, & Cabariorum, neque iterum baptizare.*

Qui sunt ex secta Cudanorum, Cabariorum, & Calimeorum non oportet eos ungere sacro chrismate, neque iterum baptizare, vel suis dejici gradibus, sed tantum renunciare debent suis opinionibus, & recipiantur cum supradictis orationibus coram Deo fusis, deinde jubeantur suam abjurare priorem sectam.

ANNO CHRISTI 325.

Canon 36. *Idem agendum est cum iis, qui firmiter, & sane in sanctissimam credunt trinitatem.*

Idem quoque agendum est cum omnibus iis, qui firmiter & sane in sanctissimam credunt trinitatem, & baptismum, atque ecclesiæ leges tenent ut reliqui Christiani orthodoxi. Qui autem ex his in aliquo sacerdotii sunt gradu, nec scripturas adulterarunt, nec dies quoque festos celebrare prætermiserunt nequaquam velut Iudæi, vel Gentiles reputandi sunt, quoniam fidem minime deseruerunt isti, aut abnegarunt, sed contendunt nobiscum dumtaxat, & disputant, ac in certamen deveniunt, & sic a nobis schismate recedunt. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 37. *De patriarchis.*

Et sint patriarchæ in universo mundo quatuor tantum, quemadmodum sunt scriptores evangelii quatuor, & flumina quatuor, & elementa mundi quatuor, & anguli quatuor, & venti quatuor, & compositio hominis quatuor, quoniam hisce quatuor universus constituitur orbis. Et sit princeps, ac præpositus ipsis dominus sedis diui Petri Romæ, sicut præceperunt apostoli. Post illum vero dominus magnæ Alexandriæ, & est sedes Marci. Tertius vero dominus Ephesi, & est sedes Ioannis Theologi diuina eloquentis. Quartus tandem dominus Antiochiæ, & est sedes Petri quoque. Et diuidantur omnes episcopi sub manibus horum quatuor patriarcharum; episcopi vero parvarum civitatum quæ sunt in ditione magnarum urbium, sub manibus metropolitanorum. Vnusquisque autem metropolitanus harum magnarum urbium constituat episcopos suæ provinciæ, ipsum vero nullus episcoporum constituat, quoniam ipsis major est. Agnoscat itaque unusquisque suum ordinem, & ad alienum ordinem ne transeat. Qui autem huic legi, quam constituimus, contradixerit, synodi patres anathemati subjiciunt.

Canon 38. *De translatione patriarchatus Ephesi ad urbem Regiam.*

Transferatur patriarchatus Ephesi ad urbem Regiam, ut honor sit regno, & sacerdotio simul; & honoretur episcopus ejus nempe Ephesi, nec parvipendatur propter translationem patriarchatus ejus, honoreturque nomine primatis, scilicet catholici. Neque etiam subjiciatur episcopus Hierosolymorum aliis episcopis, sed honoretur, & in veneratione habeatur, quia præest sanctæ civitati, & in potestate eius crux Christi est, & locus illius resurrectionis. Honoretur quoque dominus sedis Seleuciæ, quæ est in regione orientis, vocaturque Almodaien; nomine catholici, & ex nunc permittatur ei constituere Metropolitanos, quemadmodum faciunt Patriarchæ, ne damnum patiantur orientales patriarcham adeuntes, nimirum Antiochenum, ob necessaria negotia, sive ab illo redeuntes, inveniantque Gentiles occasionem nocendi eis, quia patriarcha Antiochenus in hoc præbuit consensum, postquam rogavit eum synodus, ne ipsi displiceret de sublata ab eo potestate orientis. In hoc enim nihil aliud quærebatur, nisi pax, & quies Christianorum regionis Persidis. Honoretur etiam dominus sedis Thessalonicæ, quia ita decet.

Canon 39. *Si concilio adfuerit dominus Seleuciæ, septima assignetur illi in ordine sessio.*

Si acciderit res aliqua, propter quam congregentur episcopi in regione Romæorum, & adfuerit prædictus dominus hujus principatus, nempe dominus Seleuciæ, quæ est Almodaien, honoretur, extollatur, & magnificetur in sessione super omnes metropolitanos Romæorum; siquidem ipse habetur loco patriarchæ in oriente, & sit ejus sessio in ordine septima post episcopum Hierosolymitanum, & quicunque huic sanctioni contradixerit patres synodi eum excommunicant.

Canon 40. *Non licet synodum congregare in regione Persidis.*

Non permittit magna synodus, ut congregentur in provincia Persidis, ne constituant leges ullas sine licentia Patriarchæ Antiocheni, quia quamvis eorum dominus factus sit in dignitate patriarchæ, in hoc tamen consultum est eorum utilitati, & exemptioni a damno, & nocumentis, atque eorum paci, & tranquillitati provisum. Non propterea tamen ipsis licet solvere, aut ligare, vel constituere ullas ecclesiasticas leges, vel addere eis, vel diminuere quidquam propria auctoritate, sed potius in omnibus sint obedientes principibus, & patriarchæ. Quicunque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi eum excommunicant.

Canon 41. *De patriarcha Alexandrino, ut sit Tertius in ordine sessionis.*

Post hanc autem sessionem tributus est patriarchatus domini Ephesi domino Constantinopolis, & factus est secundus in gradu: Alexandrinus vero tertius.

Canon 42. *Ne constituatur patriarcha Æthiopibus, sed sint sub Alexandrini jurisdictione.*

Ne patriacham sibi constituant Æthiopes ex suis doctoribus, neque propria electione, quia patriarcha ipsorum est constitutus sub Alexandrini potestate, cujus est ipsis ordinare, & præficere catholicum, qui inferior patriarcha est. Cui præfato in patriarchæ constituto nomine catholici, non licebit Metropolitanos constituere, sicut constituunt patriarchæ; Etenim honor nominis patriarchatus illi defertur tantummodo, non vero potestas. Porro si acciderit ut congregetur synodus in terra Romæorum, & adfuerit iste, sedeat loco octavo post dominum Seleuciæ, quæ est Almodajen, nempe Babylonia Harac, quoniam isti facta est potestas constituendi episcopos suæ provinciæ, prohibitumque fuit, ne ullus eorum ipsum constituat. Quicunque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi eum excommunicant.

Canon 43. *De metropolita Cypri, si obierit.*

Si obierit diem suum metropolitanus insulæ Cypri in hyeme, & non potuerint populi illius propter mare clausum tempestatibus mittere Antiochiam, ut patriarcha ejus constituat illis metropolitanum loco defuncti, scribant Patriarchæ permissionem ab eo petentes ut constituant sibi quem voluerint loco Metropolitani; nec prohibeat id Patriarcha, si ad illum scripserint,

ANNO CHRISTI 325.

rint, sed permittat tredecim episcopis provinciæ Cypri, ut simul congregati metropolitanum sibi constituant loco defuncti. Etenim fieri potest, ut mors ejus contingat principio hyemis, remaneantque provincia, & populi ejus propter mare clausum tempestatibus tota hyeme sine metropolitano. Et forte etiam aliquis ex episcopis e vita discedet eo quoque tempore, & non sit metropolitanus, qui constituat alium loco ejus, remaneatque insula tota illa hyeme sine episcopo; ideoque decrevit illis synodus hanc constitutionem, ne ægre ferat patriarcha, si res eorum damni aliquid interim patiantur. Qui autem huic sanctioni contradixerit, synodi patres eum excommunicant. Nemo episcoporum manum imponat in alterius episcopi jurisdictione (exceptis metropolitano, vel patriarcha) capiti alicujus ad constituendum eum presbyterum, vel diaconum, aut civitatibus, quæ sub illorum potestate sunt, nec quicquam præcipiant in eis, neque prohibeant sine illorum episcoporum licentia, & voluntate. Qui autem sanctioni huic contradixerit, synodi patres eum excommunicant.

Canon 44. *Patriarcha inspicere debet quidquid faciunt ejus metropolitani, & episcopi.*

Patriarcha igitur inspiciat quodcunque negotium fecerit aliquis suorum metropolitarum, sive episcoporum in provinciis, quibus præsunt. si autem invenerit ex illis quidquam, quod non decet, permutet illud, ac de illo constituat, prout ipsi videtur; etenim omnium ipsorum pater est, & illi filii sunt ipsius. Metropolitæ autem principatum supra se agnoscere, eumque venerari debent instar fratris majoris, quem sibi fratres anteponunt, illique parere ducunt ob ejus optimū regimen, & majoritatem. Patriarcha porro instar patris est in sua jurisdictione super filios suos. Et quemadmodum patriarcha potestatem habet super subditos suos, ita quoque potestatem habet Romanus pontifex super universos patriarchas, quemadmodum habebat Petrus super universos Christianitatis principes, & concilia ipsorum: quoniam Christi vicarius est super redemptionem, ecclesias, & curatos populos ejus. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi anathemate illum percellant.

Canon 45. *Oportet episcopos convenire ad suum metropolitanum bis singulis annis.*

Conveniant episcopi singularum provinciarum ad metropolitanum bis singulis annis, & conficerent omnes simul omnia negotia, quæ contingunt in suis regionibus, & quæ ex eis indigent consideratione, inquisitione, comprobatione, atque investigatione, & percipiant de singulis, in quo consentiant, sive spectet illud ad illatam injuriam, sive ad justitiam, ut comprobatio ab illis statutorum solida dignoscatur, & excusatio quam pro se afferunt plana sit, ac manifesta, nec celent, quæ ducunt ad vitam æternam, & permanentem, & quæ detrimentum, & crimen eis afferunt propter caduca, & pereuntia. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 46. *Oportet metropolitas ad suum convenire patriarcham semel in anno.*

Conveniant metropolitani etiam ad suum patriarcham semel quotannis; statuantque, similiter de singulis rebus quæ contingunt in eorum regionibus, ne committatur in judicio quid injustum, vel personarum acceptio. Et quemadmodum judices septuaginta filiorum Israel deferebant ad Moysen prophetam omnia gravia negotia, pariter episcopi similia ad suum referant patriarcham. Et decernatur atque præscribatur singulis civitatibus, & oppidis magnis, vel parvis, quæ in patriarchæ sunt potestate, benedictio ipsi patriarchæ, secundum singulorum vires, & mittatur ei singulis annis, ut ipsi adjumento sit. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 47. *De eo qui accusatur de crimine aliquo, & adesse renuit ad se expurgandum.*

Si quis ex genere sacerdotum, aut monachorum crimen aliquod commiserit, & vocatus ad synodum quæ congregatur ad inspiciendum hoc, & alia ejusmodi, ad expurgandum se, & excusandum de suo crimine, dato primum temporis spatio, & non venerit; deinde vocatus iterum, & tertio, & obstinate renuerit, & abstinuerit venire, ejiciat illum synodus de fidelium consortio, quia parvi eam pendit, & sacerdotio quoque privetur. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 48. *Si delatum fuerit ad episcopum, vel presbyterum crimen aliquid manifestum, & judicium de illo non tulerit contra delinquentem propter acceptionem personarum.*

Si delatum fuerit ad aliquem episcoporum, vel presbyterorum crimen aliquod manifestum, & apertum, quod probatione non eget, & non tulerit de illo judicium secundum meritam pœnam, vel propter acceptionem personarum, vel propter oblata sibi munera, & reliquerit eum in crimine, patefactumque fuerit id patriarchæ secundum hanc rationem, ipse ferat judicium contra delinquentem, scilicet patriarcha, prout convenit, & ejiciat eum, qui secundum veritatem corripiendus, & puniendus, & factum non fuit, & illum insuper qui socius, & particeps factus est, & dejiciat utrumque e sacerdotio. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 49. *Ne metropolitanus, & episcopi ejus, sibi assumunt cognitionem criminis delinquentis episcopi, sine patriarcha.*

Neque metropolitanus, & episcopi ejus, cognitionem criminis sibi assumant delinquentis episcopi, qui sub ejus potestate est, & judicium de illo ferant, vel pœnitentiam ejus recipiant etiam sine interventu patriarchæ. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 50. *Ne recipiat patriarcha querelam alicujus metropolitani adversus alium metropolitanum sine interventu alterius patriarchæ.*

Neque recipiat patriarcha querelam alicujus metropolitani contra alium metropolitanum, qui sub ejus sunt potestate, neque dictum ejus, neque probationem alicujus criminis, neque judicium ferat adversus eum sine interventu alterius patriarchæ ex fratribus suis, & utriusque inspectione circa negotium ipsius, neque oportet, ut cuipiam aliorum comministrorum metropolitani

litani querelam deferentis, id permittatur, aut A quispiam ei consentiat in hoc sine patriarchæ interventu. Et quicumque sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 51. *Non licet cuipiam episcoporum absolvere quem alius episcopus excommunicavit.*

Non liceat cuipiam episcoporum solvere vinculum alicujus, quem alius episcopus juste excommunicavit, quamdiu episcopus ille vixerit. Si vero diem suum objerit episcopus, qui ligavit eum, & visum fuerit episcopo, qui suffectus est loco illius, ut illum solvat, id ipsi licitum est. Idem judicium de presbytero ferendum quoque B est; non licet enim presbytero absolvere quem vincivit, & ligavit alius similis presbyter, quandiu presbyter ille vixerit, sed eo decedente licet presbytero vivo absolvere quem ligavit defunctus. Eadem lex esto de patriarcha, metropolitano, & episcopo; quia non licet metropolitano, vel episcopo absolvere, quem presbyter juste ligavit, quandiu vixerit. Patriarcha vero solvere potest omnia vincula, si ipsi visum fuerit, quia ipse est instar patris familias super eos omnes, & quoscumque alios. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 52. *Ne quisquam episcopus vivens eligat, vel designet sibi successorem.*

Ne eligat, vel designet episcopus, dũ vivit, aliũ qui sibi succedat post obitũ, neq; ex propinquis, neq; ex longinquis: neque eligat civibus suis virũ aliquẽ ex primariis qui constituatur ipsis episcopus: sed decedente episcopo, eligant virum aliquem, sive ex sacerdotibus, sive ex monachis incolentibus monasteria in desertis posita, sive virum aliquem ex sæcularibus notum doctrina, & lectione sacrarum scripturarum, ac virtutibus, & probitate insignem, quamvis extraneus fuerit, & episcopus ordinetur. Etenim si ejusmodi compertus fuerit vir, quamvis primarius, & dives, nihil impediet quin episcopus constituatur. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 53. *Nemo accipere audeat munera ab eo, qui ordinatur episcopus, vel presbyter, vel diaconus.*

Nullus accipere audeat ab eo, qui ordinatur episcopus, vel presbyter, vel diaconus, munus aliquod, & qui dederit, vel acceperit munus, ejiciatur ex sacerdotio. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi eum excommunicant.

Canon 54. *Ne uni civitati duo constituantur episcopi, neque ulli villæ duo presbyteri.*

Ne uni civitati duo constituantur episcopi; neque ecclesiæ villæ duo presbyteri, & si magna evaserit, sed tunc sint cum presbytero tot mini- E stri, quot opus est, & presbyter solus præsit iis, quæ ad altare pertinent, quemadmodum solus præest episcopus iis, quæ ad altare pertinent. Si autem acciderit aliquid, in quo dissident cives, & villæ incolæ, itaut in duas discindatur partes, & id propter alius cõstituatur episcopus, vel presbyter, tunc inspiciant juste de hoc cives, & si nullũ compererint manifestum, & apertũ crimen adversus priorem, stabiliant hunc in loco suo. Sin secus dimittant illum, suffecto in loco ejus, qui omnis criminis expers extiterit. In summa non licet secundo episcopo, aut presbytero intrudi in locum prioris, si probitate notus fuerit, nec in ecclesiasticas leges prævaricatus; si quidem matrimonium cum sua is contraxit ecclesia. Hæc autem lex obligat quoque sæculares, quia nemo contrahere debet secundum legem cum muliere habente virum, & vim illi inferre, donec e vivis excesserit vir ejus, & libera dimissa fuerit. Quicumque autem huic sanctioni quoque contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 55. *De discordia inter virum, & uxorem.*

Si quis ducat uxorem, & accidat inter eos discordia, aut lis aliqua, & ipsa sit in eum injuria, patienter ferat vir, & humaniter cum illa agat, quousque res ad meliorem, & commodiorem statum redeat. Si autem illam ferre non poterit, & creverit in illum malitia ejus, interponat se sacerdos ecclesiæ; cui si non obedierit, interponat se episcopus, & si episcopo non obedierit, nec dicto ejus paruerit, & recesserit a viro suo, iterum adeat ipsam idem episcopus, & si noluerit obedire, & ad virum redire suum, excutiat episcopus vestimenta sua, & calceos ad portam illius, & tunc viro facere licebit quidquid vult; si enim aliam ducere libuerit, ducat, si vero patienter ferre potuerit, in eo maneat statu, & si probus, atque castitatis amator fuerit, religionem ingrediatur. Sed si revera pateat, ipsum in eam injurium esse, atque malorum quærere causam, ut se separet ab ea, ne admittatur ejus querela, & volens nolens cum illa manere cogatur. Quod si facere noluerit, volueritque ab ea omnino separari, & ex domo sua illam ejicere, privetur communione, & ecclesiæ ingressu.

Canon 56. *Nullus sacerdos det fœnori pecuniam suam.*

Nullus sacerdos det fœnori pecuniam suam, neque usura utatur, aut quæstum iniquum, & illicitum faciat, neque cum Iudæis ineat societatem, aut fraternitatem. Si quidem hoc apostoli D statuerunt, & proinde juste, ac debite hoc facere oportet omnes fideles, atque sequi. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, excommunicatus denunciatur.

Canon 57. *Qui ex aliis sectis uxorem ducit, eam ad fidem reducat orthodoxam.*

Christiani ex quacumque secta uxores ducant, dummodo ad orthodoxam fidem suas reducant uxores; sed ipsi ne dent filias suas fideles nuptum infidelibus, ne illas a fide devient, & transferant ad suos errores, & fiant vel Iudęæ, vel gentiles propter infirmitatem suam, & proclivitatem mendacis naturæ. Quicumque autem contradixerit huic sanctioni, excommunicatus denunciatur.

Canon 58. *De electione chorepiscopi, id est episcopi pagorum.*

Eligat episcopus virum aliquem ex probis monachorum incolentium deserta, scientia praeditum, & optimis moribus, & timore Dei in primis ornatum, atque omnium qui in ea congregatione sunt prudentissimum; & tam ipse, quam illi nihil de electione cognoverint; & eos, qui illius sunt congregationis, adesse præcipiat, & stans tunc diaconus alta voce exclamet: Iam elegimus

ANNO CHRISTI 325.

gimus N. ut sit chorepiscopus in tota nostra jurisdictione, ut sciant omnes, eum in illa dignitate constitutum esse. Deinde consuetas, & ad id præstitutas fundat super illum orationes, & benedicat. Tum vero tradat illi nomina omnium ecclesiarum, & Monasteriorum, quæ in sua sunt jurisdictione, & ipse chorepiscopus eligat aliquos ex illis, qui sunt in eis ecclesiis & monasteriis, quæ sunt in ejus potestate, idoneos, & sermone quoque potentes, quorum nonnullos præficiat ad visitandas ecclesias, & nonnullos ad visitanda monasteria; at ne præficiat ecclesiasticos monasteriis, neque monachos ecclesiis; sed unusquisque curam gerat eorum, quibus præfectus est. Ipse vero post hæc perlustret, & percurrat omnes ecclesias pagorum, & cuncta monasteria. Quod si in aliquibus earum ecclesiarum, & monasteriorum aliquid abundare compererit, & aliquod, quo opus est deesse, accipiat quod abundat, & suppleat quod deest cum timore Dei, & locorum illorum consulatur utilitati. Dispiciat quoque pagos, & si in aliquo pauci fuerint sacerdotes, assumat ex loci illius civibus aliquos, & augeat sacerdotum numerum. Si vero nulli fuerint idonei cives, aut monachi in sacerdotes constituendi, assumat aliquem fratrem ex monasteriis vel ecclesiis, quæ sub ejus sunt potestate, & sacerdotes constituat eos, qui præstitutas, & decretas orationes in eis suis occinant temporibus, nec patiatur ullas ecclesias, vel monasteria sacerdotibus carere, ne destituantur templa oratione & sacrificiis, & parvi pendatur altare, sintque cives illi pastore carentes nomine tenus Christiani, opere vero Gentiles. Item videat quot in sua habeat jurisdictione pagos, & villas, ac singulis præscribat aliquid secundum vires cujusque loci in sumptus episcopi, & colligens illud ad ipsum afferat; quia præter ejusdem alimentum necessarium, ipsius est eleemosynas elargiri pauperibus, peregrinos excipere hospitio, & caritatis officia in sacerdotes exercere, ut vinculum amicitiæ inter eos maneat, & caritatis. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 59. *De institutione puerorum & puellarum ad ecclesiasticam, vel monasticam vitam a chorepiscopo procuranda.*

Videat chorepiscopus cum egreditur ad ecclesias, & monasteria, quæ in sua sunt jurisdictione visitanda, an pauci in eis sint fratres, & sorores; & si desint, congreget seniores pagorum, & alloquatur eos, atque adhortetur; sacras legat ipsis scripturas, ac divina omnia in memoriam revocet præcepta, & roget omnes, qui filios habent, & filias, ut segregent aliquos eorum, & ad se adducant, & signet illos cum oratione, & precibus, imponatque ipsis manum & benedicat, & constituat ex eis ministros secundum singulorum vocationem, & distribuat illos per omnes ecclesias, & monasteria, præcipiatque ut erudiantur, & instituantur, ut boni reddantur clerici, ut sic instaurentur ecclesiæ, monasteria, & alia loca ejusmodi ministris indigentia. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 60. *Oportet chorepiscopum congregare sacerdotes pagorum ad salutandum episcopum bis quotannis.*

Congreget chorepiscopus simul omnes pagorum sacerdotes bis quotannis ad salutandum episcopum, ut communionem cum illo habeant, & de illius sumant cibis. Hoc autem bis in anno; semel principio hyemis, secundo in solennitate resurrectionis domini nostri Iesu Christi. Monachi vero ad episcopum conveniant semel in anno, si ita collibuerit chorepiscopo.

Canon 61. *De monasteriorum item abbatibus.*

Qui autem recens monasterio præfectus est, veniat quoque ad episcopum salutandum ter singulis annis. Bis veniat solus ad implorandam episcopi opem, ac ut ipsi præsto sit ad suum bene gerendum officium, atque in occurrentibus causis. Tertio tandem cum omnibus fratribus suis, ut eos agnoscat episcopus, & archidiaconus quoque, quia unusquisque istorum, nempe episcopus, & abbas, extraneus est: archidiaconus vero est altaris alumnus, & urbis civis, & bene dignoscit monachos novitios, quos recipit abbas. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 62. *Episcopus in oratione stet in fronte templi ad medium altaris.*

Stet episcopus in oratione in fronte templi ad medium altaris, ut pastor, & gubernator; post illum vero ad latus dexterum stet archidiaconus, ut ejus vicarius, & omnibus eleemosynis & ecclesiæ rebus, & negotiis præfectus. Porro chorepiscopus stet item post archidiaconum ad latus sinistrum episcopi, quia ipse quoque vicarius episcopi est super pagos, monasteria, & pagorum sacerdotes, qui in ejus sunt potestate. Archipresbyter vero qui est protopapas stet etiam prope episcopum, & episcopo absente sit loco illius, & præfectus quoque omnibus presbyteris, qui illius ecclesiæ subsunt potestati. Si autem ortæ fuerint inter diaconos, qui sub archidiaconi sunt potestate, causæ aliquæ aut lis, aut crimen, aut controversia, in quibus dissident, ne referat ex his quidpiam episcopo, sed ipse archidiaconus hæc dirimat, & dissidentes conciliet partes, quoniam diaconi sunt sub ejus potestate, & ipse sustinere debeat onus ejusmodi litium pro episcopo. Archidiaconus enim præest universo officio orationis, & per manus ejus cunctam ecclesiasticam œconomiā disponi, atq; dispensari; oportet, ne solvantur rerum, & negotiorum vincula, & judicia relaxentur, & ad sæculares transferantur. Et forsitan ita sese hisce habentibus, eo res progredietur, ut flocci habeatur episcopus, & sacerdotes quoque, & parvi pendatur eorum auctoritas, & manus episcopi, & sacerdotum invalida efficiatur ad sustinendam, tuendamque veritatem, & populus ad peccata committenda audacior reddatur; atque in hoc propriam sequatur propensionem, & perpetret quæ Deo neque grata sunt, neque placent, & deflectat in hoc a rectitudine. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 63. *Nemini fas est sedere supra episcopum.*

Vbi sedent chorepiscopus, & archidiaconus in sedilibus ecclesiæ, & in ea præsentes sunt, nemini sacerdotum ecclesiæ, diaconorum, & reliquorum clericorum fas est supra ipsos sedere, aut præcedere, nisi solus episcopus, quia hi sunt loco duarum manuum, & duarum alarum, quibus volat episcopus. Cum autem deambulat episcopus

scopus, sive in ecclesia, sive alibi, oportet, ut archidiaconus sit ad dexteram, chorepiscopus vero ad sinistram, ipse vero in medio eorum tanquam pater inter filios. Quicumque autem huic contradixerit sanctioni, patres synodi illum excommunicant.

Canon 64. *Clerici describantur secundum suos ordines, ne accidat in hoc inter illos dissensio.*

Describantur, & dignoscantur singuli clerici secundum suos ordines, ne accidat in hoc inter illos dissensio, & ne confundantur catholici, cum venerint ad ordines suscipiendos in ecclesiis, & monasteriis, quia in hoc unus, idemque B ordo est in tota provincia, quæ episcopi subest potestati.

Canon 65. *Oportet eos, qui ad sacros ordines suscipiendos accedunt, probare sacrarum scripturarum lectione.*

Eos, qui ad sacerdotalem benedictionem suscipiendam accedunt, & jam a congregatione sunt electi, examinent prius chorepiscopus, & archidiaconus simul, & videant, an probe sciant scripturarum lectionem, & in sacerdotalibus C legibus, ac statutis ecclesiasticis sint periti. Quod si cognoverint, eos dignos esse, qui sacerdotes constituantur, & quod a Deo, qui secreta novit, sint electi, tunc recitentur super illos preces absolutoriæ, ut digni efficiantur purificatione, & propitiatione, & post hæc adducantur ad episcopum, ut imponat eis manum, benedicat, & ordinet sacerdotes. Sic autem ministros constitutos offerat archidiaconus chorepiscopo, qui præcipiat eis, ne quidquam ex ministeriis ecclesiasticis exerceant, idest, ne sacrum, aut aliquid ejusmodi ministrent, oratione tantum excepta, donec probe didicerint omnes ecclesiasticas leges. D Rursus deinde veniant ad chorepiscopum examinandi, qui impense admoneat eos de hac re, nimirum nemini sacerdotum licere ecclesiæ ministerium exercere, aut obire, præter ipsius chorepiscopi licentiam, quoniam ille caput illorum est, atque ipsius est curam illorum gerere. Si vero chorepiscopus longe distans fuerit ab archidiacono accipiant recens ordinati libellum chorepiscopi ad archidiaconum, simulque cum illis proficiscatur ipsius missus, qui eos archidiacono sistat; & ille totam eorum suscipiat curam juxta ecclesiastica statuta. Nec episcopus, neque chorepiscopus ad clerum eos promovere debent sine archidiacono; siquidem ut supra diximus, ipse civitatis alumnus est, & in ipsa nutritus, ac populum cognitum habet, & præest E orationi, atque universo ministerio. Porro extra civitatem, cum egreditur episcopus ad pagos, & oppida suæ diœcesis, ad chorepiscopum pertinet promovere ad sacerdotium quoscumque vult sine archidiacono: at nec episcopus, aut quisquam alius foris in pagis, & oppidis debet quempiam in aliqua ecclesia promovere in sacerdotem, aut monachum constituere in aliquo monasterio, nisi præsente chorepiscopo, siquidem ipse quoque præest orationi in pagis, atque suburbanis locis, qui ejus subsunt ditioni. Quicumque autem huic contradixerit sanctioni, patres synodi illum excommunicant.

Canon 66. *Clerici ne præcingant lumbos suos tempore orationum.*

Ne lumbos suos præcingant zonis tempore A orationum clerici, quia ingenui, ac liberi sunt, & nemo eis dominatur nisi dominus Christus Deus eorum; etenim hic est mos, & liberorum habitus: servorum vero non item, quamvis divites evadant, & polleant dominio, & potestate. Idcirco hoc honore honestati sunt præ sacerdotibus, quia presbyteri servi sunt Dei sui Christi, & ecclesiarum ejus sunt mancipati servitio, & orationibus, nec ab his vacare possunt. Porro clerici absoluta oratione, & ministerio, & ecclesia egressi poterũt quocumque volunt si eis libet per vias, & plateas discinctis lumbis deambulare. Hæc quidem nostra sententia est de clericis, & presbyteris universe. Hoc autem caput & ejusmodi sine anathemate est.

Canon 67. *Ne diminuatur, vel augeatur sacerdotum numerus.*

Ne minuatur numerus sacerdotum in ecclesia, ne imminuatur oratio, & ministerium, & sedes quoque vilipendatur, neque etiam augeatur eorum numerus, ne augeantur ecclesiæ impensæ; quamobrem his prospiciant, qui ecclesiæ præsunt, totque statuant diaconos, quot ecclesia ferre possit, & sit diaconorum numerus sicut beati statuerunt apostoli, & veteres sancti patres, qui ante nos extiterunt, suis canonibus, nimirum septenarius, qui ecclesiæ alantur sumptibus, reliqui vero sponte, & gratis ministrent. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 68. *De ecclesiæ œconomo, & procuratoribus.*

Constituatur in unaquaque ecclesia œconomus, & una cum illo alii procuratores, quorum aliqui simul cum eo præsint proventibus, & expensis, alii villis, & agris, alii sumptibus, nonnulli thecis vasorum auri, argenti, vestimentorum, & ornamentorum ecclesiæ, alii vero thecis oblatorum, & perdiligenter custodiat unusquisque ea, quæ sibi concredita sunt, secundum debitum Deo honorem, & non sit, ut servus ille nequam, qui talentum domini sui sepelivit, & non est negotiatus, nec lucrum ei addidit; ideoque jussit dominus ejus foras eum ejici, & mitti in tenebras exteriores. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 69. *Memoria fiat nominis episcopi in omnibus publicis orationibus.*

Fiat memoria nominis episcopi omnibus temporibus, & in omnibus orationibus tam diurnis, quam nocturnis, in principio & fine orationis, & quidem suppliciter, & devote, & pro ejus rogetur salute, atque ejus precum imploretur præsidium. Porro diebus dominicis, & festis memoriam ejus faciat diaconus in prædicatione quoque cum offeruntur sancta super altare, & primũ memoriam faciat patriarchæ, deinde metropolitani, episcopi, chorepiscopi, & archidiaconi, si his libuerit, quia isti sunt ecclesiæ moderatores, ideoque eorum fieri memoriam oportet super altare in orationibus hisce sanctis diebus, quia per illos perficiuntur omnia ecclesiastica ministeria, & ipsi sunt ecclesiæ præsides. Quicumque autem huic contradixerit sanctioni, patres synodi illum excommunicant.

Canon 70. *De funere episcopi, & quid agere tunc tenentur sacerdotes.*

Quando moritur aliquis episcoporũ, præeant, funeri

ANNO CHRISTI 325.

funeri chorepiscopus & archidiaconus quemadmodum filii præeunt funeri patris sui. Quando vero aliquis horum moritur præeat episcopus ejus funeri, quemadmodum præit pater funeri filii sui. Et multæ fundantur in harum trium personarum obitu preces & orationes, veluti optimis doctoribus & spiritualibus patribus convenit. Intersit quoque eorum funeri cunctus grex, quia pastores & patres illis omnibus erant. Item denuncietur eorum mors universis ecclesiis & monasteriis illius provinciæ, ut eorum fiat commemoratio. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 71. *De presbyteris & diaconis dimittentibus uxores suas.*

Quicunque presbyter, aut diaconus uxorem suam dimiserit sine fornicationis offensa, aut aliqua alia de causa, de qua supra commemoravimus, & domo sua ejecerit propter bona temporalia, vel ut illam altera pulchriore, aut ditiore mutet, vel ad concupiscentiam explendam & libidinosam voluptatem, quæ displicent Deo, & aliam duxerit, ea dimissa, has ob causas, aut matrimonium cum secunda contraxerit ante prioris dimissionem, vel ambas in unam compulerit domum, vel seorsim singulas in diversis domibus segregaverit & ad utramque ingressus fuerit & cum eis congressus, vel alternis noctibus apud alterutram cubaverit, vel utramque uxorem in eodem habuerit lecto, vel uxorem & concubinam & ambas cognoverit; ejiciatur ejusmodi persona de clero, si clericus fuerit, si vero laicus prohibeatur communione fidelium. Sin autem horum aliquis uxorem criminatus fuerit & accusaverit adulterii & falso insimulaverit, eodem collimans & eam dimittere volens, perdiligenter inquirendum est hac de re; & si inventus fuerit mendax in iis, in quibus eam accusaverit & prævaricator, ejiciatur de clero, si clericus est; sin autem laicus, prohibeatur ecclesiæ ingressu & communione fidelium, & cogatur manere cum uxore, quam criminatus est, quamvis deformis sit & pauper. Si vero respuat mulier illa, id est ejus uxor, illius societatem ob illatam injuriam & criminationem, de qua innocens est, libere dimittatur & scribatur ei libellus repudii notata falsa criminatione. Tum si nubere hæc voluerit viro alicui fideli, fas illi erit, nec prohibeatur ecclesia; & hoc quidem omnibus permissum est tam viris, quam mulieribus, cum par utrisque sit ratio. Si autem ad meliorem redierit frugem, qui ejusmodi est, & amorem atque benevolentiam sibi conciliaverit consortis, & in pristinam reverti voluerit amicitiam, condonetur ei crimen post actam, uti convenit, ac par est, pœnitentiam. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

NOTA INTERPRETIS.

In aliquibus codicibus, & editionibus, loco hujus canonis alius habetur canon, cujus titulus est: De appellationibus episcoporum ad Romanum pontificem. Ex quo liquido patet, canonem istum de repudio ex eorum esse numero, qui ab omnibus orientalibus non recipiuntur, ut suo notabimus loco. Canon autem de appellationibus episcoporum ad Romanum pontificem est ejusmodi.

A Canon 71. *De appellationibus episcoporum ad Romanum pontificem.*

Si quis episcoporum delatus fuerit aliqua in re, propterea convenientes episcopi illius sedis, & exolverint illum suo ordine, & ministerio interdixerint, volueritque ille appellare, & querimoniam deferre ad beatissimum episcopum ecclesiæ Romanæ, nempe Papam, placueritque ei audire querimoniam, atque justum ipsi visum fuerit, iterum perscrutari negotium ejus, & rogaverit illum delatus, ut pro se scribat ad universam illius provinciam, & ad episcopos contiguarum provinciarum, ut perdiligenter exquirant de suo negotio, & pervestigantes judicium de illo ferant juxta justitiæ æquitatem. B Si vero rogaverit ille episcopum Romæ, & commoverit eum, ut mittat a suo latere duos presbyteros ecclesiasticarum causarum peritos, & exquirant, & investigent auctoritate, seu potestate illius quid agendum sit de ipsius causa, & sub anathemate obstringat legatos quos mittet, ut judicent cum episcopis, at principatum habeant legati. Et profecto obediendum in hoc est, statimque acquiescendum in causa illius episcopi, atque judicio de ipso lato, qua consentaneum, rectumque visum fuerit episcopo Romano Papæ. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

C Canon 72. *De ducente duas uxores.*

Quicumque duas simul duxerit uxores, communione fidelium ejiciatur tam ipse, quam secunda ejus uxor. Quæcumque item mulier fidelis nupserit viro infideli, communione fidelium privetur. Si autem resipuerit, qui id commiserit, a suo crimine, & dimiserit mulierem, quæ ei non licet, & reliquerit mulier virum infidelem, qui ei non licet, non est recipiendus ille, nisi uti recipitur infidelis, qui a sua convertitur infidelitate, & eodem prorsus modo corripiendus, & illa, ut quæ convertitur a conjunctione viri infidelis. Horum autem pœnitentia est vestiri cilicio, D domire in cinere, decernere sibi jejunium & abstinentiam, prout conveniat; & postea admittantur fidelium consortio, & communionis participes fiant. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 73. *Nemo filiam, aut sororem invitas, aut inscias in matrimonium tradat.*

Quicumque vir fidelis dederit nuptum filiam suam, aut sororem ipsam nolentem, insciam, aut absentem, viro infideli, ejiciatur ecclesia, & fidelium prohibeatur communione, ipsa vero ne E arceatur ecclesiæ ingressu. Porro si vir ille resipuerit, & pœnitentia ductus illam separaverit ab infidelis consortio, decernendum est illi tantum pœnitentiæ, quantum criminis meretur gravitas, & prout visum fuerit sacerdoti, & ille ferre possit; deinde ipsi condonandum est. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 74. *De viro fideli si obsequatur mulieri infideli, vel mulier fidelis viro infideli.*

Quicumq; vir fidelis obsequitur mulieri infideli, aut mulier fidelis viro infideli, adulterium, sive fornicationẽ simul cõmittendo, ita ut alteruter sit alteri causa infidelitatis subeundi crimen, & a fi-

ANNO CHRISTI 325.

de recedendi ejusmodi agant pœnitentiam. Spatio trium annorum maneant ad portam ecclesiæ in cilicio & cinere; post triennium vero intrent in ecclesiam ad orandum sejuncti in aliquo angulo, ibique maneant per integrum annum, nec interim cũ fidelibus participent pacem neque communionem. Transacto autem anno, benedicat sacerdos aquam & oleum, non uti benedicitur in baptismo, neque ut chrisma, sed uti benedicitur oleum infirmorum, & ut aqua quæ benedicitur ad mundandos eos, qui comederunt morticinium, ita hæc benedicere debet sacerdos; deinde accipiens ex ejusmodi aqua, aspergat eos, sumque illi confiteantur delictum, & peccata, & a suis expientur immunditiis; sacerdos vero orans & deprecans pro eis ad propitiationem & veniam impetrandam, communionis participes illos faciat. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 75. *De xenodochiis, seu hospitalibus ad ægrotos & pauperes peregrinos excipiendos.*

Separentur peregrinis, pauperibus & ægrotis domicilia in omnibus civitatibus, quæ xenodochia & hospitia dici solent. Et eligat episcopus virũ aliquem ex monachis deserta habitantibus qui sit alienigena, & e longinqua patria, atque a suis distans domesticis, quique bonum habeat de se testimonium, ac notæ sit etiam probitatis, & præficiat eum domicilio; illiusque officii erit parare lectos, strata, & omnia ea, quæ ægrotis & pauperibus opus sunt. Quod si bona ecclesiæ non sint, ut sufficere possint ad ejusmodi impensas, colligat eis per diaconos sumptus a fidelibus omni tempore, & accipiat a Christianis per singulos secundum uniuscujusque facultates & vires & his sustententur fratres, peregrini, pauperes & ægroti, ut cuique opus est, siquidem ipse illorum procurator & provisor est, ac proinde eorum necessitatibus pro viribus consulere debet: in hoc quippe magna remittuntur peccata, delicta expiantur, & maxime ad Deum acceditur. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 76. *De episcopi consecratione & inthronizatione.*

Cum metropolitanus episcopum aliquem ordinaverit, mittat simul cum illo chorepiscopum, ut illum introducat in civitatem & ecclesiam, & sedere faciat eum prima die ingressus in throno. Et postquam tribus mensibus in civitate sua resederit, adeat metropolitanum ad visitandum & salutandum eum; tunc præcipiat metropolitanus archipresbytero & archidiacono, ut eum examinent in statutis episcoporum, & an ea omnia teneat & si repererint eum ea omnia tenere perfecte, atque plene, tunc confirmetur, licebitque illi episcopales exercere functiones & statuta secundum consuetudinem. Similia facere debent cum suis metropolitis patriarchæ. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 77. *De translatione episcoporum, & aliorum a suis ecclesiis.*

Nullus episcopus transeat a civitate & provincia, supra quam constitutus est episcopus, ad aliam, sive propter caritatem, sive quod parva & pauci sint ejus cives, & parva monasteria, ac id propter, meliorem quærit. Quod quidem illicitum est, quia unusquisque sortem suam a Deo sortitus est. Hujus autem rei exemplũ & comparationem præmisimus conjugii, quia unusquisque vir ex laicis, qui uxorem suam repudiat sine offensa fornicationis, vel adulterii, mœchus & adulter habendus est, quandoquidem hoc tantum quærit, ut uxorem altera meliore commutet, quapropter id ipsis & nos interdiximus. Pari ratione episcopi quidam & sacerdotes cum suis non sint contenti civitatibus & altaribus, in meliores eas commutare quærunt, idcirco hoc ipsis interdiximus, ac tam pessimam resecavimus consuetudinem. Quod si contigerit causa aliqua, propter quam e civitate sua expelleretur episcopus, ita ut omnimode inde sit transferendus, tunc justam habet excusationem, ideoque ad aliam civitatem transeat, si tamen perspectum fuerit, eum non esse in culpa, sed innocentem, continentem, & optimis moribus & religione præditum; neque exprobrandus est ei, aut defectui vertendus egressus illius e priori civitate. Et si civitas e qua recesserit, fuerit parva, ipse vero doctrina magnus & præclarus, proindeque dignus qui metropolitanus constituatur, constituendus est in ea civitate, quæ metropolitano indiget, & ad sublimiorem priore promoueatur locum; hoc enim haud crimini vertendum illi est, quia non sponte migravit e suo loco, sed justam ob causam. Pari ratione mariti transitus ab una uxore ad aliam hanc ob causam, nimirum mulieris nequitiam, & viri continentiam, haud piaculo vertendus est ei, quia ad meliorem transit. Nec presbyteri sua deserant altaria, nec diaconi quoque, quorum ministerio presbyteri & diaconi ordinati sunt, atque segregati & ad alia transeant, nisi de licentia chorepiscopi, & justam quidem ob causam, accedente illorum optima fide, devotione & religione: at sponte sua ob memoratam a nobis causam nequaquam licebit eis, & perpetuo quidem ob id facinus reprehensibiles erunt & interdicti, ne ad aliud transeant, nisi occurrat causa aliqua justæ excusationis. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 78. *De electione presbyterorum & abbatum.*

Ne laici qui sunt in pagis, sibi eligant presbyterum, neque fratres monasteriorum incolę sibi eligant abbatem sine auctoritate chorepiscopi. Si vero commendaverit abbas, dum vivebat, ut aliquis post se abbas constitueretur, & non fuerit commendatus ex genere illius, neque ex propinquis, sed filius abbatis prædecessoris, & ad aliam totus contendens vitam & electio hæc ad utilitatem tendat & commodum, cum sit vir purus, ac timens Deum, & omnes eum irreprehensibilem habeant, præficiatur abbas, ut præcepit defunctus. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 79. *De diaconissis.*

Ne relinquantur civitatum ecclesiæ sine sororibus continentibus, ex quibus sint aliquæ viduæ, quæ assidue in eis resideant. Habeantque istæ aliquem magistrum perspicacem, ac probum, qui eas doceat legere scripturas, donec probe erudiantur in eis, præsertim in psalmorum ministerio. Ex his vero eligantur, quæ irreprehensibiles extiterunt, nec male audierunt ab ipsa adolescentia usque ad eam ætatem, nimirũ annos sexaginta, ut beatus Paulus apostolus præcepit, in diaconissas ad assistendum præcipue mulierum baptismo. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 80.

Canon 80. *Si congregatio elegerit virum aliquem virtutibus præditum in episcopum, aut ad alium gradum & non acquieverit is, communione privetur fidelium.*

Si congregatio elegerit virum aliquem virtutibus præditum & præstantem doctrina & scientia fidei, sive ex iis qui altari ministrant, sive ex monachis sacerdotibus qui monasteria incolunt, ut sit episcopus, sive archidiaconus, sive chorepiscopus, sive præfectus xenodochii & non acquieverit eorum voluntati, privetur communione fidelium; si vero laicus fuerit, ne privetur. Quicumque autem in aliquo horum quatuor graduum constituitur, non est eo ejiciendus, donec diem suum objerit, aut aliquod commiserit crimen, propter quod meretur excommunicari, abscindi & dejici suo gradu. Ex reliquis vero gradibus superiorum erit, ejicere qui ejici merentur. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, synodi patres illum excommunicant.

Canon 81. *Alius sit habitus monachorum & clericorum ab habitu laicorum.*

Alius sit habitus & cultus omnium graduum & ordinum clericorum & monachorum tam virorum, quam mulierum, ab habitu & cultu laicorum. Sua tondeant capita recte orbiculariter, idest in modum coronæ, suosque cingant honeste lumbos, nec se annulis ornent aureis, vel argenteis, neque suspendant ad lumbos suos crumenas, aut simile aliud, uti sunt thecæ cultellorum, quemadmodum facere solent, qui egrediuntur ad bellum & certamen, veluti mercatores & iter facientes; Quin imo probam quamdam præseferant mansuetudinem & optimos mores tam erga se invicem, quam quoscumque alios. Per plateas & vias ne immodeste ambulent, aut cursent. Nec inter se colloquantur joculantes & corridentes & colludentes; neque assuescant se invicem irridere, sed se exhibeant potius omni modestia & optima conversatione exornatos, præsertim apud fidei hostes & in omnibus eorum eluceat virtus. Hoc autem caput sine anathemate est.

Canon 82. *Qua ratione corripiendus est episcopus si in adulterio, aut alio simili crimine deprehensus fuerit.*

Si quis episcoporum deprehensus fuerit in adulterio, aut alio simili crimine, deponatur sacerdotio, nec amplius est restituendus. Quod si pœnitentiam egerit, non est consortio fidelium, aut sacra quoque communione prohibendus, etenim haud eadem ratione corripiendus est pro crimine, ac laici. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 83. *De adulterio, seu fornicatione presbyteri & diaconi.*

Si quis presbyter cæspitaverit & in adulterium lapsus fuerit (dummodo ante hac in id crimen labi consuetus non erat, quinimo bene audiebat, neque uxorem habebat, sed continentia erat notus & ejusmodi peccatorum generi minime antea deditus) hæc est ejus pœnitentia. Iejunet & oret per annum, & eleemosynam elargiatur ex suis bonis secundum vires, & ministerio prohibeatur quousque compleatur annus ejus pœ-
A nitentiæ; quo exacto restituendus est suo ministerio & sacrificio missæ, ut erat prius. Si vero post actam pœnitentiam reversus fuerit ad ejusmodi crimen, suo ejiciatur penitus sacerdotio, sed prohibendus non est communione fidelium, neque sacræ synaxeos sumptione. Si vero maritus est, & uxor ejus adhuc vivit & cum illo in eadem domo moratur, duplam agat pœnitentiam. Eadem lex est in hoc, diacono, ac presbytero, si rursus lapsus fuerit, sed si tertio, suo gradu dejiciendus est: Si cœlebs; sin maritus & uxor ejus, adhuc in vivis est & apud illum commoratur, debet manere in pœnitentia tribus annis excommunicatus, quibus expletis, ad suum restituatur ministerium; si
B vero ad eumdem reversus fuerit vomitum, omnino deponendus est. In summa sic de omnibus his statuendum est: Episcopus primo commisso crimine, suo dejiciatur gradu & non est admittenda illius pœnitentia, at non est prohibendus fidelium societate, aut sacra communione. Presbyteri cœlibis suscipiatur etiam pœnitentia, mariti vero non item. Diaconi cœlibis admittatur bis pœnitentia, mariti vero semel, sed non sunt prohibendi sacra communione, nec fidelium societate. Porro reliqui clerici & monachi, ac laici ejusmodi admittentes flagitium judicio superioris, qui eis præest, subjaceant; qui consentaneam imponat eis pœnitentiam, at ne
C nimis duriter cum eis agat ne pereant, nec leviter ferat & negligat ne perseverent in suo flagitio & peccato, & duplex fiat eorum perditio. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Quicumque autem ex ecclesiasticis petulans & devius extiterit & indigna ecclesiastico patraverit viro, curandus erit (dum ejusmodi admittit scandala) adhortationibus & sollicita cura, ut ad rectum reducatur tramitem, ne minime ille curans peccatum egrediatur e via sanctorum Dei, decernaturque ei pro suo crimine tantum pœnitentiæ, quantum ipse videtur se ferre
D posse, ne perseveret in suo delicto & peccandi contrahat habitum. Quod si pœnitentiam neglexerit, contempseritque simul adhortationes, ejiciatur communione fidelium & abscindatur tanquam membrum pessimum. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Canon 84. *De œconomo & procuratore ægrotorum & pauperum.*

Eligant cives cujusque civitatis & regionis virum aliquem insignem vel ex ecclesiasticis, vel ex monachis monasteriorum eloquentem, atque
E prudentem & optimis moribus, & designetur ipsi cella vel in hospitali ægrotorum ad habitandum, habeatque penes se eorum bona, & ipsa visitet frequenter hospitalia, nec non eos, qui in carcere detinentur; & si quis Christianus in carcere detentus dignus sit, qui dimittatur, loquatur pro ipso & curet ut dimittatur & liberetur e carcere. Et si indigeat iste victu aliisque necessariis, quæ ejus facultates supplere non possunt, petat ei præsidium ab omnibus fidelibus tam viris quam mulieribus, & a carceribus emittat illum. Et si cui opus fuerit fidejussore vel spondeat ipse pro illo, vel quærat qui pro eo spondeat & sollicitus sit, donec dimittatur liber. Et si quis fuerit magni alicujus criminis reus, qui dimitti dignus non sit, nec ullus sup-

petit modus ad illum dimittendum & liberandum, curet ne illi desit victus & vestitus, & impigre ferat illi subsidium, quousque causa expediatur, & justum pro meritis subeat judicium, quia omnes homines ignorant quid sibi, vel filiis suis in hoc mundo eventurum sit, cum in maligno positus sit hic mundus, & multiplices in eo sint eventus. Et si quis fidelium debitum contraxerit, solvere non potest, & is sua dilapidaverit bona epulando, potando, scortando, & adulteria etiam committendo, & hanc ob causam in ejusmodi infortunium inconsiderate incidit, non est deserendus, sed commendetur in ecclesia apud plebem, detque illi unusquisque fi- B delium tam ex mulieribus, quam viris secundum vires suas & colligatur hoc ut liberetur a creditoribus, & a sua afflictione vindicetur. Hoc autem caput sine anathemate est.

EORUMDEM SANCTORUM PATRUM CCCXVIII. NICÆÆ CONGREGATORUM DE MONACHIS ET ANACHORETIS decreta & constitutiones.

Cap. 1. *De abbate monasterii.*

C

Ne præficiatur monachis monasterii, nisi qui in monasterio fuerit educatus, ejusque religiosa noverit instituta, leges, ac constitutiones, & cui noti sint religionis ignari, rudes, & imbecilli concilii & propositi. Vir autem iste optimæ conversationis esse debet, optimæ famæ, timens Deum, rectæ fidei & religionis, & qui sciat legere, scribere, atque intelligat quidquid inter religiosos viros & mulieres in disputationem cadere possit; nec non qui præfecturam & dignitatem sustineat auctoritate & animi constantia. Qui itaque ejusmodi optimis moribus, & virtutibus fuerit ornatus, ex quo sub magistri sui constitutus erat disciplina, atque aptus subinde, & idoneus dignoscebatur ad ecclesiasticas constitutiones & decreta edocenda, aliosque in hisce erudiendos, & omnibus habeatur gratus, fidelisque in cunctis, quibus præficitur, talis præficiatur monasterio.

Cap. 2. *De abbatissa monasterii.*

Ejusmodi item legibus & statutis mulierum regenda sunt monasteria. Quamobrem si præficiatur monasterio quæ hujusmodi ornata est virtutibus, id in primis curæ illi erit, ne quidquam sui monasterii monialibus desit ex iis, quæ ad earum victum & sustentationem necessaria sunt, ne forte necessitate compulsæ & rerum egestate, illam ferre non valentes ea admittant, quæ displicent Deo, eaque plurimum odio habet. Præsertim si alienigenæ illæ sint & extraneæ, nec habent unde sustentari possint, neque qui opem, & præsidium ferat aliquod, atque sic prævaricari coguntur, & ad obscæna quæque admittenda crimina adiguntur. Etenim mulierum indoles & natura infirma & imbecilla est, atque ad res expetitas proclivis.

Cap. 3. *De honore deferendo episcopo ab abbate, & abbatissa.*

Abbas & abbatissa maximum deferant episcopo honorem, & sese illi submittant; pari A modo etiam chorepiscopo & archidiacono. Nec vendatur quidquam ex monasterii frugibus, aut eorum quæ ad illud pertinent, nec aliquid ematur sine episcopi licentia, vel chorepiscopi, quia is quoque curæ præest monasteriorum ipsiusque est eis providere, illorum consulere necessitatibus atque bono invigilare. Hoc autem caput sine anathemate est.

Cap. 4. *De œconomo monasterii.*

Intelligat monasterii abbas quisnam fratrum boni nominis sit, & famæ, ac plurimum Deum timens, sibique præcavens, & providens, & deditus omnibus iis, quæ illum Deo gratum reddunt, & fratrum quoque suorum boni amator, & necessitatibus eorum sedulo consulens, & hunc constituat œconomum ad ministerium, & officia monasterii, præficiatque omnibus monasterii promptuariis, ut fratribus is invigilet, & prospiciat quæ eis opus sunt. Sit illis præterea hypodidascalos, & fratres ad orationes statis temporibus rite persolvendas sollicitet, & admoneat, & enixe singulos ad id probe præstandum adhortetur, suumque in hoc diligenter impleat officium. Hoc autem caput sine anathemate est.

Cap. 5. *De eodem œconomo.*

Sit autem is monasterii œconomus lenis sermonis, comis, benignus, & familiariter excipiat hospites ad monasterii adventantes januam, omnibus beneficus, & largiens, secundum datam ei facultatem, hilari vultu & corde simplici. Fratrum quoque, qui monasterii incumbunt operibus & laboribus, provide consulat necessitatibus.

Cap. 6. *De ejusdem officio erga monasterii ægrotos, & fratres advenas.*

Magnam adhibeat œconomus ægrotis curam. Ne sit requiei deditus. Potum ne sumat solus, fratribus suis posthabitis. Ne quempiam mona- D sterii despiciat amicorũ, benefactorum, inferiorũ œconomorum, aut sacerdotũ ejusdem, sed honoret eos iis rebus, quæ penes ipsum sunt & comiter excipiat, ac humaniter tractet. Ne piger sit in disquirendo, & invisendo ea, quæ in monasterii sunt condita promptuariis, maxime res illas, & escas, quæ corruptioni obnoxiæ sunt, nec eas deneget advenis, scilicet monachis fratribus, illasque corrumpi per injuriam, & projici potius quam dari egentibus & cupientibus, patiatur: id enim maximo crimini, delicto, & peccato vertendum illi erit, quia Dei corrumpere sinit bona, complacens diabolo, & inserviens avaritiæ, & inhumanitati.

E

Cap. 7. *De monasterii janitore.*

Sit janitor, qui monasterii præficitur, januæ, lenis, & comis sermonis tam cum extraneis propinquis, quam longinquis, nec non mansuetus, & humilis cum contentiosis & litigiosis secum contendentibus, nec contumeliosus sit, injuriosus, pertinax, vociferator, aut seditiosus, quin potius omnes honoret & injuriarum patiens sit, neminem despiciens sive dives ille sit, sive pauper. Cito vocantibus & monasterii pulsantibus januam adsit & respondeat; unumquemque honoret secundum conditionem & dignitatem, prout virum decet religiosum. Si autem quempiam monasterium ingredientium, aut egredientium

ANNO CHRISTI 325.

egredientium injurias in abbatem proferentem, & proloquentem audierit, ne statim hoc illi referat, ne molestia eum afficiat, & monachos perturbet omnes, & rem ad pejorem perducat statum; sed præstoletur potius, & ad opportunius differat id tempus, cum nimirum viderit hoc haud tam ægre abbatem laturum. Tunc enim composite, & secreto hoc illi denunciare poterit, ut dignoscat monasterii abbas, quis honore se prosequitur & amat, & quis odio habet, injuriis proscindit & aspernatur. Nec permittat fratribus egredi porta monasterii sine abbatis licentia. Neque patiatur ullos eorum edere, & bibere in cella sua cum strepitu, & immodestis vocibus, ut fratres hæc percipiant. Neque permittat ut convenientes confideant apud se ad januam monasterii jocose, & otiose colloquentes. Neque accipiat quidquam ab ullo eorum apud se deponendum, aut reponendum; & si quispiam ad monasterium advenerit extraneus, & aliquid apud illum deposuerit, caveat, ne solvat illud, aut inspiciat, vel manibus attrectet; id enim abominatio est apud Deum & ad iram & indignationem provocat illum. Et quamvis oporteat, ut cunctos ad monasterium adventantes excipiat, & nuncios referat, nihilominus in his excipiendis & referendis cautus esse debet. Si vero noverit, monasterium impotens esse ad sustinendum sumptus & impensas, oportet ut benigne & humanis dimittat verbis hospites omnes ad januam monasterii adventantes & honestam ac religiosam prætexat excusationem, nec aucupetur hominum benevolentiam, quo abbatis minuat apud eos existimationem, & malum reddat, velut Judas Iscariotes, qui zelo quodam motus se extulit propter unguentum quo meretrix unxit pedes domini sui & magistri, ostentans erga pauperes caritatem, & se supra suum magistrum efferre voluit, eumque accusabat proinde apud Judæos, ac tandem prodidit. Quinimo suo monasterio inservire debet janitor totis viribus, & eo amore, qui nulli dolo ac nulli fraudi sit obnoxius, nec se exponat justissimo Dei omnipotenti supplicio & damnationi male adimplens concreditum sibi officium.

Cap. 8. *De procuratore monasterii.*

Procurator, qui monachorum consulit rebus & necessitatibus, & curam sustinet negotiorum, sit continens, temperans, minime avarus, minime avidus, non extraneus, nihil affectans, iis contentus, quæ abbatis benedictione ipsi impertiuntur, quia quod benedictione caret, maledictione est refertum, & anathema est. In negotiis gerendis prudentiam in primis adhibeat & præseferat gravitatem. Suam cohibeat concupiscentiam, & temperet motus, oculorumque visum ne sequatur, nec obsequatur auditui aurium & blanditiis. Prævideat offensionis pericula, pareatque ea arma, quibus illa facile a se propulsare queat, omnesque adhibeat in primis vires ad fornicationis, & ejusmodi criminum omnia evitanda discrimina, & in omnibus rebus peragendis ante oculos proponat justitiam, æquitatem, puritatem, innocentiam, caveatque finale supplicium. Ne edat, bibat, aut dormiat solus in eadem cella cum mulieribus, quando veniunt ad monasteria orationis causa; nec earum utatur familiaritate, nec frequentius illas alloquatur solus, nec confabuletur cum eis, nec aspiciat, nec legat ipsis scripturas & libros, quia diaboli fraude & dolo sub lectionis specie in pessimam incidit sensim concupiscentiam, & illaqueatur. Quamobrem plurimum ab hoc caveat, ne admisso peccato aliquo & delicto in monasterio videat Deus hoc, & irascatur, avertatque faciem suam ab illo loco. Nec largiatur quidquam domesticis, propinquis, aut amicis suis ex iis, quæ sunt monasterii, sed talem se præbeat, ut exemplar habeatur omnibus, qui illum vident, nec non opera illius, & inde utilitatem capiant, laudentque Deum propter continentiam, & fidelitatem, quas in eo conspiciunt, adimpleaturque de illo dictum illud scripturæ ita dicentis. Beatus servus ille, cujus causa laudatur nomen domini sui. Hoc autem caput, & ejusmodi alia, sine anathemate est.

Cap. 9. *De discipulis & tyronibus.*

Discipulus abbatis & minister ei adsistens exemplum sibi Elisæi prophetæ proponat, qui, cum esset filius cujusdam hominis de magnatibus filiorum Israel, non est tamen dedignatus servire Eliæ prophetæ, qui erat vir rusticanus de habitatoribus Galaad; nec dixit apud se: quomodo deserviam viro huic rusticano, cum sim de magnatum filiis? neque venire abhorruit in medium regionis Israel, ubi notissimus erat ad virum pauperem & advenam ad inserviendum ei. Quinpotius reputabat apud se, Eliæ, qui patriam reliquerat & domesticos, ac jussu Dei pene privatus est parens ei, neminem ex regione illa ad quam se transtulerat, dignum fuisse, qui minister esset, aut discipulus. Ejusmodi sane cogitationem apud se versare debent discipuli, scilicet discipulus abbatis monasterii, discipulus episcopi, discipulus patriarchæ, discipulus metropolitani, monachorum, doctorum, & aliorum. Et quidem si magistris suis generis nobilitate antecellant, par est, ut apud se dicant: Si parentibus nostris carnalibus parem servitutem, & remunerationem expendere pro meritis erga nos nequimus, quomodo spiritualibus parentibus id præstare poterimus? Oportet quoque ut is sit monasterii abbas erga discipulum, & ministrum suum, qualis fuit Iob justus, qui singulis diebus summo mane pro filiis, uxore, & famulis sacrificium offerebat; ita inquam oportet, ut superiores preces offerant pro discipulis suis, & misericordem suppliciter orent pro eorum salute. Hoc autem caput sine anathemate est.

Cap. 10. *De cultu & disciplina.*

Sint fratres congregationis monasterii dediti assidue & continenter orationi, jejunio & sacrarum scripturarum lectioni, ad quæ urgeat instanter monasterii abbas. Monasteriū autem, & officia per hebdomadas vicissim inter se partiantur tam in ecclesia, quā extra in monasterio. Fratres advenas ad monasterium adventantes secum ad mensam sedere faciant, & una cum illis cibum sumant, & solentur eos, atque reficiant; laicos non item; sed seorsim reficiantur, sedeantque cum abbate ad mensam ejus. Si autem frater aliquis ex monachis cibum sumere abstinuerit in mensa, ejusmodi a se removeat morem & consuetudinem, quemadmodum modo præcipimus & mandamus in ipsarum animarum commodum & bonum, ac stricte id prohibemus. Si autem pertinax permanserit, denuncietur

ANNO CHRISTI 325.

tur hoc chorepiscopo, ut illum corripiat. Si vero A conqueratur ille contra abbatem aut aliquem monachorum causa cibi, huic incommodo consulat chorepiscopus ut ipsi videbitur & ad meliorem frugem illum reducat, curetque ne ad similia revertatur. Verum si compertum fuerit, eum id facere ob nimiam cupiditatem & aviditatem edendi & bibendi, pœna mulctetur pro tali crimine prout meretur. Si inter duos fratres altercatio aliqua orta fuerit, & eorum unus manum extenderit & percusserit socium & percussus mansuete & patienter id pertulerit & percutienti ignoverit injuriam, ignoscenti dignoscatur justificatio & justitia, & ab omni culpa eximatur & percutiens jejunet quadraginta dies excommuncatus & benedictione prohibitus. B Si vero manum extenderit percussus ad rependendam fratri percutienti injuriam, jejunet & ipse pariter quadraginta dies excommunicatus. Si quis frater manum extenderit in abbatem monasterii & percusserit illum, quadragies percutiatur virga & in exilium projiciatur ad aliquod monasterium, ut abbati videbitur, ubi jejunabit, pœnitentiam aget, suumque per integrum annum expiabit crimen, & fidelium prohibebitur communione. Completo autem anno ad suum revertatur monasterium. Si autem is fuerit ex antiquioribus monasterii, ut novitius & nuper receptus ad religionem tractandus erit & eo modo cũ illo agendum. C Quicumque frater dolum & fraudẽ clanculo struit in fratrem suum & susurratione monachos perturbat, e monasterio ejiciatur, nec ibi morari sinatur, si in hoc perseveraverit. Quicumque frater ebrius compertus fuerit, ter ei ignoscatur, si vero post hac non resipuerit pœna mulctetur pro crimine. Quicumque frater pertinax, inobediens & obstinatus extiterit, e monasterio ejiciatur, nec ibi morari sinatur. Quicumque frater in adulterium incidit, aut fornicationem, semel ei ignoscatur, jejunetque quadraginta dies excommunicatus & degradatus, per annum vero integrum pœnitentiam agat. Quicumque frater molestiam infert monachis seditionem inter illos dissemi- D nans, e monasterio ejiciatur. Quicumque frater nimium dormitat inter orandum, seorsim cibum sumat & minus quam reliqui sodales. Quicumque frater suæ vicissitudinis ministerium ita oscitanter prosequitur, ut inde ad fratrum vitæ commoditatem notabile consequatur damnum, monasterio ejiciatur, nec ibi morari sinatur. Porro norma & modus servandus in victu & potu, ejusmodi erit. Si fuerint inter monachos agricolæ, & qui campis colendis navant operam, bis in die isti vescantur; semel sexta elapsa hora diei, secunda ad occasum solis. Qui vero agricolæ non sunt, unica vice sint contenti, sive E hora nona diei, sive ad occasum solis. Omnes dormiant in eadem domo super terra: Abbas tamen monasterii & ægroti fratres si super lectulos cubare volent, id ipsis fas erit; verum sua ne exuant vestimenta, nec suas solvant zonas, nec bini dormiant super eodem pulvinari & sint ad occasionem & vigiliam parati, velut vigilat miles paratus ad pugnam.

Cap. 11. *De oratione.*

Septies in die orent fratres 1. ad Matutinum. 2. hora Tertia diei. 3. hora Sexta. 4. hora Nona. 5. ad Vesperas. 6. ad Completorium. 7. ad Nocturnum, ut impleant dictum beati Davidis in psalmis dicentis: Septies in die laudo te super judicia tua ô juste. Si autem multiplicetur opus & labor imbecillioribus & infirmis requiei concedatur spatium, deturque eis quoque intervallum aliquod, quo orationis impleant præceptum; sani vero & qui firmo corpore sunt, operentur per vicissitudines. Vestimenta autem dentur eis mense Novembri, qui solennitatem sequitur Crucis & cum adest hyems, sua scribant nomina super vestimenta æstiva & in monasterii reponant vestiario, ut ea agnoscant exacta hyeme, idemque præstent de hyemalibus vestibus, cum adest æstas. Tempore æstatis summo surgant mane ad opus, incalescente vero die, sedeant & conquiescant usque ad orationem meridiei, qua peracta cibum sumant, & quietem capiant, donec frigescat dies, tum resumant opus, & laborem usque ad vesperas & persoluta vesperarum oratione detur illis cœna, ita ut in tres partiatur dies partes, quarum una orationi & lectioni dicetur, altera cibo, tertia operi, quod vero reliquum est, requiei.

Cap. 12. *De potu.*

Ex vino potent fratres quantum apponi opus est ad utilitatem, sanitatem & usum stomachi, quemadmodum dixit apostolus. Detur autem unicuique monacho libra vini diebus majorum solennitatum, nec non diebus festis martyrum. Cæterum prout fraterna dictat caritas, ut refocillentur fratres.

Cap. 13. *De iis, qui religionem monasticam ingredi volunt.*

Si quis monasterium ingredi vult ad monasticum suscipiendum habitum, ibique habitandum, diligentissime perquirat abbas monasterii, & interroget eum, cujus est, quam profitetur artem, & qua de causa monasticam sequi vult vitam, & utrum uxorem habeat & filios, quos deserere forsan quærit ob temporis gravitatem, & incommoda. Etsi compertum fuerit hunc ejusmodi implicitum esse impedimentis, ne suscipiat illum. Item si fidelium alicujus fuerit mancipium, ne suscipiat illum, nisi habita prius a domino facultate. Si vero liber fuerit ex filiis fidelium, sed filius familias, ac minime emancipatus, nec consensum præbent illi parentes, ne suscipiat illum. Si vero emancipatus fuerit & ab illis separatus ab heri & nudius tertius & sui juris est, suscipiatur. Si uxorem habeat, & non præbeat ei consensum ad monasticam amplectendam vitam, item ne suscipiatur. Si vero uxor molesta illi fuerit, ac nimis morosa, quæritque propterea ad religionem aufugere, suscipiatur. Si autem homicidium admiserit nullo intercedente odio, aut inimicitia, sed fortuito id accidit & in considerate, volueritque religionem ingredi ad pœnitentiam agendam, suscipiatur etiam. Si autem venient, postquam monasticum habitum induit interfecti consanguinei, sanguinem ejus ab eo repetentes, omni conatu curet abbas monasterii, ad illum liberandum, quia non consulto occidit. Et quamvis etiam consulto, quia aufugit ad Deum cum pœnitentia, bona intentione & fletu, & ad religionis confugit asylum, ideoque de illius absolutione, & liberatione sollicitus sit abbas.

ANNO CHRISTI 325.

ANNO CHRISTI 325.

Cap. 14. *De legibus & statutis monastici instituti, ac de non ducendis uxoribus.*

Monachi & qui monasteria incolunt, uxores ne ducant, neque etiam ii, qui monasticum in sæculo præseferunt habitum & formam, neque concubinas habeant, nec earum utantur familiaritate, quemadmodum faciunt Diaconi, quibus uxores ducere licitum est; neque ut laici, quibus conjugia inire non solum fas est, sed laudabile etiam. Neque carnes edant tam in monasteriis, quam alibi coram laicis, ne scandali præbeant occasionem hominibus. Alba vestimenta ne induant, nec subalba pallia, & B alia ejusmodi. Ne se ornent, aut unguentis utantur, vel adornamentis. Nec ocreas gestent oblonga habentes crura, neque ex mollioribus confectas pellibus, sed breves, rudes, atque crassiores. Sua tondentes capita, ne capillatas sibi faciant coronas, quemadmodum facere solent sacerdotes. Zonis coriaceis rudioribus suos accingant lumbos. Habitus ex asperiori fiat lana, non autem ex molliori, qui præseferat continentiam, & mundi contemptum. Vniusmodi sint omnes tam habitu & forma, quam moribus, & mundanorum, ac sæcularium vitent habitus, modos & mores, quemadmodum prisci præstabant quoque patres virtutibus & probitate præclari, quorum vestigiis insistendum nobis est, cum fuerint vere monachi & monastici instituti parentes, & se ipsos tanquam mundo mortuos reputabant. Si quis frater monasterio suo egressus fuerit, & monasticam contempserit professionem, & a recto deflexerit tramite, & profectus fuerit ad pagum aliquem, civitatem, aut alium locum ad habitandum ibi; is velut laicorum unus illius loci habendus est, nec ipsi fas erit post egressum e suo monasterio & profectionem ad mundanos, alium gestare habitum, quam laicorum; nam fieri forte potest, quod nequeat parem servare habitui & instituto honorem & decus; ac propterea causa illius homines ejusdem habitus & instituti reprehensibiles reddantur & contemptibiles, & malum creetur monachis nomen.

Cap. 15. *De monachorum delictis & pœna.*

Si quis ex cœtu sanctorum & spectatorum monachorum, qui lucidum & angelicum induerunt habitum, & a consanguineis, notis & proximis longius discesserunt, ut stultus, ac male sanus deliquerit, & id admiserit peccati, unde pœnam meritus sit & correptionem, quemadmodum decrevimus, & ad sæculares fideles confugerit, ut a se magistrorum & superiorum coercerent correptionem & pœnam pro admisso crimine; tunc permittant archidiaconus & chorepiscopus illis fidelibus disquirere, atque patefacere illius fratris delictum, forte enim id ignorabant, putabantque propterea bonum se præstare illi præsidium. Si autem opem illi ferre definunt, & manus auxiliatrices post cognitum delictum, bene quidem faciunt, & laude, atque commendatione digni sunt, quia in bonum contendebant opus; sin minus, voluerintque illum defendere, ac pro eo propugnare, denũcient eos superiores & magistri sacra communione interdictos, prohibitos fidelium societate, & ejusdem quoque criminis participes. Si autem adhuc non resipuerint, nec iniquam opem ferre destiterint, super ecclesiarum suggesta tam ipsi, quam A delinquens & contumax, publice denuncientur, & excommunicati declarentur, ut omnes illos cognoscant, & eorum evitent communionem. Quicunque autem huic sanctioni contradixerit, patres synodi illum excommunicant.

Finis judiciorum monachorum & monasteriorum.

EORUMDEM SANCTORUM PATRUM CCCXVIII. ALIÆ VARIÆ ECCLESIASTICÆ CONSTITUTIONES.

Cap. 1. *De templorum consecratione & ad quem jure hæc pertinet.*

Quotiescunque templa & sanctorum martyrum construuntur ædes in civitatibus, monasteriis & suburbanis locis, eorum consecrationem obire debeat episcopus; si vero longe distent, nec eo profici possit negotio aliquo distentus & occupatus, mandet chorepiscopo, ut eorum obeat consecrationem, quandoquidem hoc jus ad solos episcopum & chorepiscopum & superiores gradu spectat, non autem ad inferiores, nec facultatem ad id præstandum concedant isti aliis, hoc enim ludicrum esset & C audaciæ plenum. Hoc autem caput & alia ejusmodi sine anathemate est.

Cap. 2. *De lege, seu constitutione circa sanctorum martyrum ossa servanda.*

Sanctorum martyrum & omnium, qui bonum certamen pro Christo, ejusque orthodoxa fide certarunt, ossa deponantur in ecclesiis & monasteriis, ut emanent ex iis sanitates, & utilitates ægrotis, infirmis, paralyticis & indigentibus aliis, & ne ponantur in domibus laicorum. Eorum fiat quotannis commemoratio ab universa Christiana plebe; nec reputentur etiam ut reliqui mortui, sed maximus deferatur illis honor, quoniam amici Dei & ecclesiæ diadema D & corona, suo quippe pretioso sanguine cornu Christianæ religionis extulerũt præ cunctis gentibus & populis. Et in hoc profecto distinguuntur orthodoxi tam a gentibus ethnicis, quam ab hæreticis, & heterodoxis qui desciscentes ab ecclesia, horum sanctorũ martyrum, quos portentis & miraculis illustres reddidit Deus, & in æterna collocavit requie, ossa detestantur, abominantur, execrantur, & immunda atque polluta vocant. Verum hos pro tanto scelere arguit Deus, emanare faciens ex eis miracula & omnium morborum sanitates, atque dæmones ab eorum fugans conspectu. Et quidem hanc sanxit sancta hæc synodus constitutionem, juxta quod beati apostoli spiritu sancto afflati consti- E tuerunt, uti continuata usque ad nos habet traditio. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, sancta synodus illum excommunicat.

Cap. 3. *Nemo abbatum monasteriorum, vel presbyterorum pagorum altare ab uno in alium locum trasferre audeat.*

Ne abbates monasteriorum, aut pagorum presbyteri altare alicujus ecclesiæ, vel monasterii de uno in alium locum transferre audeant, sine chorepiscopi licentia, nisi tamen aliquis inevitabilis contigerit casus. Tunc enim suo loco movere illud poterunt & alio transferre; verum sacro-sanctum sacrificium super illud offerre post translationem

ANNO CHRISTI 325.

translationem e suo loco minime illis licebit A absque chorepiscopi licentia. Quicumque autem sanctioni huic contradixerit, sancta hæc synodus illum excommunicat.

Cap. 4. *De ordinibus & gradibus sacerdotum & monachorum.*

Cognoscat, oportet, chorepiscopus ordines & gradus sacerdotum in tota sua ditione, similiter & monachorum, cœnobitarum; eorumque statuta, nec non sanctorum anachoretarum, qui in speluncis sunt inclusi & eremum incolunt, atque a suis recesserunt consanguineis & notis, & bis quotannis adsit cum ipsis sancto missæ sacrificio & sacræ synaxi; & unumquemque ordinem B confirmet & stabiliat in constitutis ei legibus & statutis, ut firmiter & probe illa observent, ne sint velut oves palantes absque pastore & a recto aberrent tramite. Itaque singulorum dignoscere debeat distinctius gradus & præficiat illis magistros, qui eis invigilent & juxta ecclesiæ statuta dirigant. Hoc autem caput sine anathemate est.

Cap. 5. *De clericorum gradibus & ordinibus.*

Ne pagorum presbyteros posthabeat chorepiscopus & negligat, sed frequentius visitet & sollicite disquirat de eorum rebus, ut bene di- C gnoscere possit quænam sit eorum de altaribus cura; quomodo missarum defungantur officiis, benedictione olei & aquæ ad baptizandum; quomodo homines baptizent & sacro obsignent unguento, quod est perfectio omnis rei imperfectæ, & videat quo baptizent ritu & utrum id præstent, quemadmodum decrevimus nos & patres ante nos constituerunt. Omnem præterea adhibeat diligentiam, intendatque conatus & singulas examinet sacro-sanctæ missæ administrationis partes, idemque præstet circa externum ministerium, & videat quomodo suum adimpleant fratres & sorores officium in ecclesia, & D utrum per ignorantiam & errorem inter ministerium obeundum aliquid ex hæreticorum ritibus intrusum fuerit, & utrum administrationem prosequantur segniter & confuse, an vero cursim & præcipitanter; Et ut versiculos & responsoria bene memoriæ mandent & claudant laudatione, id est alleluia. Et ne edentes & bibentes ecclesiam ingrediantur & aliquid sacrarum precationum prætermittant: Quamobrem stricte præcipiat eis, ne id admittant. Tandem dispiciat utrum hæc fiant magistrorum & superiorum culpa, & id propter tota puniatur plebs. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, pa- E tres synodi illum excommunicant.

Cap. 6. *De œconomis frugum ecclesiarum & monasteriorum.*

Ne concredant, aut præficiant quempiam sacerdotes pagorum & monasteriorum monachi frugibus ecclesiarum & monasteriorum, sed videat episcopi vicarius in pagis quorum tota ipsi incumbit cura, nimirum chorepiscopus, & dignoscat quasnam habent singulæ ecclesiæ & monasteria fruges & illis quos ex eis presbyteris & monachis probos & integerrimæ vitæ comperiet, præficiat. Qui autem œconomi & procuratores ea bona sacerdotibus, diaconis & fratribus distribuant, uti convenit, ac par est singulis distribuere; idemque præstent erga advenas; quod vero residuum est, impendatur in necessitatibus & commodis ecclesiarum, ne earum direptis facultatibus & in alienos conversis usus in ruinam & destructionem res abeat. Si autem fuerint in pagis viduæ, aut aliqui membris mutili, qui arte & labore victum sibi comparare nequeunt, præcipiat vicarius episcopi, ejusque in pagis procurator, nempe chorepiscopus, ut aliquid ex ecclesiæ frugibus tribuatur eis & colligatur etiam ipsis a populo secundum singulorum vires & suppeditetur eis ad vitæ sustentationem, quoniam fratres sunt eorum & coadjutores, nempe sacerdotes, per quos fidelibus dixit Deus. Afferent munera ad templa mea, ut in servorum meorum sacerdotum & pauperum cedant victum, quia hi omnes sancti mei sunt. Hoc autem caput sine anathemate est.

Cap. 7. *De magis & incantatoribus.*

Ne sint inter omnes Christi fideles incantatores, neque fascinum, neque divinatio, neque ligatio, neque solutio, neque astrologia, neque præstigiæ, neque auspicium, verum ad ecclesias properent, & monasteria ejusmodi indigentes ut insani & energumeni, necnon ad ædes, ubi sanctorum martyrum ossa sunt reposita, eorumque v sitent vestigia & reliquias, & benedictionis ungantur oleo, orabuntque pro eis sacerdotes Dei, & sanitatem consequentur. Ne conveniant itaque ejusmodi maleficorum turbam, neque sese immisceant infidelium abominationibus, ne aberrent a semita Dei. Quicunque autem huic sanctioni contradixerit sancta hæc synodus illum excommunicat.

Cap. 8. *De sacrosancta missæ sacrificio.*

Ne celebrent monachi sacrosanctum missæ sacrificium in sacellis, quæ sunt in domibus laicorum, neque in ædibus martyrum, quæ sunt prope civitates palam, & publice omni tempore, sed celebrent pro se si hoc illis libeat, & sacram præbeant communionem fidelibus, & baptizent, qui ab eis baptizari volet. Publice autem sacrificium offerant in ejusmodi locis diebus festis, & quadragesimæ, nempe jejunio majori, & jejuniis minoribus, ac supererogatoriis tantum. Quia ubi est altare, ibi oportet celebrare festos dies, convenire diaconos, & rite offerre sacrificium, & adimplere ut par est, ceremonias, quas prætermittere magnum piaculum esset. Si quis autem rogaverit eos, ut commemorationem facerent martyris alicujus, vel ut celebrarent missam pro viro aliquo principe, & ædium domino, & incensum offerrent in propriis eorumdem ædibus, & memoriam agerent; tunc facultatem ab archidiacono petant, qua data sacrum faciant.

Cap. 9. *De privilegiis urbium matricum.*

In omnibus vero magnæ Romæ, magnæ Alexandriæ, Constantinopolis urbis regiæ, Ephesi civitatis, throni Antiochiæ Theopolis, Hierusalem sanctæ civitatis, martyrum templis, ædibus, monasteriis, tam mulierum, quam virorum, & xenodochiis sanctum missæ celebretur officium, & publice quotidie offerantur ad libitum sacrificia ad honorem, & gloriam dignitatum, & ordinum, qui in eis sunt, & honorentur etiam illarum monasteria & ædes. Hoc idem quoque præstandum est in civitate Corinthi, neque hoc facere prohibeatur ejus episcopus propter hæreticorum, qui ibi sunt, multitudinem. Idem etiam

ANNO CHRISTI 325.

etiam fiat Tiberiade, & ne interdicatur id eis propter Iudæorũ eam incolentium frequentiam. Idem fiat Æliopoli propter Ethnicos ibi, & loca circa eam incolentes. Idem fiat quoque Cæsaræx, Basane & Samariæ propter Samaritas ibi habitantes. Idem Seleuciæ & in urbibus orientis, quæ circa eam sunt, propter magos & reliquos reges infideles. Idem fiat ubicumque repериuntur hæretici, adversarii, contradicentes, Ethnici & Iudæi. Hoc autem caput sine anathemate est.

Cap. 10. *De chorepiscopis.*

Si fuerit in monasteriis, quæ prope urbes sunt, abbas aliquis, qui dignus sit assumi in vicarium episcopi super pagos, nempe constitui chorepiscopus, constituatur; verum ne prohibeatur monasterium eius missæ celebratione, sed potius honoretur monasterium illius propter eum, quia si non major quam reliquorum monasteriorum ejus haberetur ratio, monasterium ejus parvipendi potius videbitur. Nam si episcopi vicarius super pagos, qui tertius est in throno & ordine, in eodem habeatur ordine, ac reliqui ecclesiastici & monachi, nec ejus cognoscatur dignitas, id tenderet in contemptum ecclesiæ. Quicumque autem huic contradixerit sanctioni, hæc sancta synodus illum excommunicat.

Cap. 11. *De episcoporum collationibus, seu synodis & conciliis.*

Quoties convenient episcopi alicujus provinciæ ad suum patriarcham, vel metropolitanum de aliqua re in illa synodo acturi & ut oportet, scrutaturi & judicium laturi, nequaquam aliquid decidant, aut decernant episcopi isti, sine chorepiscopis & archidiaconis, qui sunt iis regionibus nempe pagis & civitatibus. Nec eorum adsit secretis ullus presbyter, aut diaconus, nisi homine illo opus sit propter multam ejus scientiam, doctrinam & religionem. Neque ullus stet in medio eorum clericus, neque prope illos, ne audiat quæ colloquuntur, & confabulantur. Cum autem convenit ejusmodi episcoporum synodus apud patriarcham, vel metropolitanum, præparetur illis ad considendum locus, in cujus fronte ponatur thronus, super quem collocetur evangelium, & sedeat patriarcha ille, vel metropolitanus coram throno, super quo est evangelium, & ad dexteram illius considеat archidiaconus, & ad sinistram e regione ipsius chorepiscopus, & sic consessio disponatur. Porro si synodus magna fuerit, in qua dispiciendum sit de metropolitanorum & episcoporum causis, nemini fas erit cum eis considere, neque presbytero, neque diacono, neque archidiacono, neque chorepiscopo: sed consessionis præparato loco, & sedentibus singulis secundum suos ordines, stet episcoporum unus, & alta proclamet voce. Quicumque episcopus non est, non liceat ei per verbum Dei potentissimum, & vivum in hoc magno commorari concilio, nec etiam cuiquam liceat per idem potentissimum Dei verbum ex portis, aut fenestris auscultare quæ in eo dicuntur. His autem ab eo proclamatis claudantur portæ; statimque surgant omnes & orent, atque obsignent singuli orationem precatione ad dominam & omnes sanctos fusa. Deinde revertantur ad sedes suas, & secreto agant, & confabulentur de causa, propter quam congregati sunt, & conveniant secundum divina jura, & disquirant de causa illius hominis sive metropolitanus sit, sive episcopus, vel presbyter, vel diaconus, etiam posita præ oculis caritate, nec celent quidquam illius. Et si occurrerit aliquid propter quod aliquis eorum meretur suo dejici gradu & ordine, prout fert judicium secundum ecclesiæ canones, & id fecerint, & præstiterint qua Deum decet clementia, & misericordia, & ita condemnaverint; qui condemnari promeritus est, id in publicum divulgent, & omnibus quoque illud significent. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, sancta hæc synodus illum excommunicat.

Cap. 12. *De licentia petenda a prælatis.*

Nemo episcoporum, qui sub metropolitanorum sunt potestate de ulla re licentiam petat a patriarcha, absque consensu, & conscientia metropolitani.

Cap. 13. *De ingressu ad regem, seu de non eundo ad comitatum.*

Ne audeat quisquam metropolitanorum, aut episcoporum ingredi ad regem absque patriarchæ licentia & permissione. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, sancta hæc synodus illum excommunicat.

Cap. 14. *De absentia episcoporum a suis sedibus.*

Si quid coegerit episcopos a suis abesse sedibus, hoc licebit eis sex mensium spatio, ut plurimum. Si autem plus temporis produxerint sine ulla necessitate, aut impedimento, propter hostium incursiones, vel ejusmodi aliam causam absque patriarchæ licentia, & solemnitatem diei resurrectionis domini nostri Iesu Christi celebraverint alibi, quam in sedibus suis, exilio mulctentur & ejiciantur sacerdotio. Quicumque autem huic sanctioni contradixerit, sancta hæc synodus illum excommunicat.

Cap. 15. *De excommunicationibus, earumque ratione & conditionibus.*

Excommunicatio est aliquid necessarium, quamobrem qui eam parvipendit a fide descіscit. Patriarcha auctoritatem, & jus habet in tota sua diœcesi judicandi metropolitanos, episcopos, presbyteros, diaconos, monachos, & laicos, ejusque excommunicatio valida habenda est, & legitima in omnibus provinciis ei subjectis. Non habet porro patriarcha potestatem judicandi, aut excommunicandi alium patriarcham sibi similem: aut in alterius patriarchæ diœcesi ullam exercendi jurisdictionem, neque in alienæ sedis se intrudat negotia, nisi quando orietur schisma aliquod, & dissidium inter clericos & prælatum, & id propter deferent ad eum ex consensu tam cleri, quam prælati querelam. Tunc enim insinuare se poterit & judicium ferre, & suam dicere sententiam secundum veritatis præscriptum, non autem secundum amorem, aut odium, & conciliare dissidentes, cum omnes communi consensu id arbitrio illius detulerint. Non est episcopi in patriarcham insurgere, neque obsistere illi, neque contradicere, neque excommunicare; & si quis episcoporum hæc ausus fuerit sine legitima causa, patriarchæ erit illum abscindere; nisi tamen omnes episcopi concitati fuerint

ANNO CHRISTI 325.

fuerint adversus patriarcham propter aliquid, quod fidei, & veritati repugnet & adversetur. Tunc enim congregari oportet omnes episcopos illius sedis, & abbates monasteriorum & disquirere de facto, de quo patriarcha accusatus fuit, & dispicere ex ecclesiæ Dei scripturis quid veritati magis consonum sit. Si autem compererint veram esse querimoniam & non fictam, admittenda quidem est, & judicium prosequendum est inter partes secundum ecclesiæ Dei scripturas & statuta; eligantque communi consensu presbyterorum doctiores, & magis probatæ vitæ, quorum judicio, & sententiæ standum erit ipsi patriarchæ & acquiescendum. Etenim cum patriarcha, & episcopi sint partes ex cõtrario contendentes; necesse erit, ut sacerdotũ seniores de controversia, quæ inter eos vertitur, cognoscant & interponant judicium sine acceptione facierum, aut simulatione, & ratum firmumque habeatur illud judicium uti par est; nec in patriarcham insurgant sine legitima, & urgentissima causa. Quicumque autem ex omnibus presbyteris, diaconis, aut quibuscumque aliis huic nostro contradixerit statuto, suo ejiciatur gradu, & communione fidelium privetur. Nemini quoque ex plebe fas est in episcopum insurgere, aut ei contradicere de iis, quæ nesciunt; munus quippe seniorum sacerdotum est ad metropolitanum, vel patriarcham deferre querimoniam adversus episcopum, si aliqua in re deliquerit, non autem laicorum in eum insurgere, aut adversus eum extollere voces. Qui ergo in prælatum insurgit ex grege, aut sine veritate contradicit, communione fidelium privetur. Eadem ratio est de universo clero. Neque episcopo fas est, chorepiscopum excommunicare, neque quidquam in ejus exercere diœcesi, nisi licentia ab eo habita. Si quam querimoniam episcopus aliquis habeat adversus coepiscopum vel abbatem monasterii, qui ejus jurisdictionis non est, nemo judicet inter eos præter patriarcham, nisi utriusque cõmuni consensu res ad seniores sacerdotum, qui eam componant, delata fuerit. Neque presbytero fas est excommunicare episcopum, quamvis injuriam passus fuerit, nisi diploma habeat patriarchæ ad illum ejus nomine & auctoritate excommunicatum denunciandum. Nec presbytero fas est, aut diacono, vel cuiquam sacerdotum contra patriarcham stare, neque contra episcopum, eique contradicere & adversari; quicumque autem presbyter id fecerit, abscissionis, & excommunicationis reus denunciabitur, nisi veniam det ei episcopus, & ignoscat, & virtutis in eum inductus studio, illum absolvat; maxime si presbyter ille antehac probus extiterit, & diu serviverit altari antequam episcopus ad illum episcopatum fuisset assumptus, & Deo pro reatu votum fecerit, jejunium, orationem, & abstinentiam a pinguibus & oleo, antequam reciperetur ab episcopo; eo quod contempsit Dei sacerdotium & Christi habitum ab omnibus hominibus venerandum & colendum. Pari quoque ratione diacono haud quaquam fas est presbyterum excommunicare, anathematizare, dejicere præcipere, aut prohibere. Si quis itaque diaconus hæc contemnens presbyterum denunciaverit excommunicatum, & de hoc etiam gloriatus fuerit, merito profecto excommunicationis se ipsum reum declaravit, nisi æquo animo hæc ferens presbyter voverit Deo pro diacono illo jejunium orationem & eleemosynam, illique ignoverit injuriam in se illatam, venia tamen prius ab episcopo pro tanto reatu habita. Nec laico pariter excommunicationem pronunciare licet in diaconum, aut presbyterum, vel in laicum alium, & qui hoc ausus fuerit, & sic prævaricatus, sciat, se in excommunicationem incidisse, & fidelium privatum communione. Excommunicatio autem perpetuo perseverare, & renovari intelligitur, donec vel diem suum obierit excommunicatus, vel suum confessus fuerit malum facinus, & nequam opinionem coram concilio ecclesiæ deposuerit; tunc enim oret pro eo episcopus ejus, vel presbyter, & absolvat solitis ad hoc adhibitis precibus & absolutionibus. Item si quis laicus ausus fuerit excommunicare, & anathema jactare in episcopum suum, vel presbyterum, rejiciatur & communione privetur fidelium, nec ulla detur tanto facinori venia, nisi condigna acta prius pœnitentia, aut vitam amplectatur reus monasticam, & sic suum placaverit episcopum, postquam eleemosynam elargitus fuerit & diu jejunaverit. Presbyteris autem publicis orationibus præfectis, & jugi sacrificio incumbentibus necessaria alimenta providere debent episcopi & patriarchæ, & justus quoque exhibeatur eis honor, & dentur ipsis escæ quantum satis est & illis sufficit, ne indigentia compulsi aliquid suo ordine indignum admittant. Episcopis autem metropolitanis & patriarchis census aliquid pendendum est a singulis civitatibus, pagis, ecclesiis & monasteriis secundum singulorum locorum facultates; pari modo a procuratoribus pagorum, & ab œconomis agrorum, & vinearum aliquid bonorum pendendum est, juxta uniuscujusque vires & facultates. Ipsorum quoque est bene prospicere & consulere monachis, & monialibus, & quæ necessaria sunt tempestive illis exhibere, nimirum fructus, vinum, oleum & frumentum, quantum ipsorum ferunt facultates & istis sufficit. Pagorum autem sacerdotes legitimum jus habent in paganos, & integram excommunicandi potestatem. Monasterii abbas in alium abbatem, qui ejus non subest jurisdictioni, nullam habet potestatem, neque excommunicandi jus. Si autem ortum fuerit inter eos dissidium aliquod, judicium ad chorepiscopum vel episcopum spectabit, si eis placuerit, sin minus ad patriarcham; quia omnia monasteria ejus subsunt jurisdictioni, nisi tamen controversiæ judicium ad probatos communi consensu deferant sacerdotes, & selectos aliquos patres. Abbas legitimam habet in monasterii monachos, & sacerdotes potestatem: ideo quicumque monachus aut ex monachorum sacerdotibus ausus fuerit pronuntiare excommunicationem in abbatem suum, aut in faciem ei resistere, excommunicationis fit reus. Si conquesti fuerint monachi de sui monasterii abbate, aut de aliis monachis, judicium ad patriarcham deferatur, ut controversiam dirimat, & sola veritas pro scopo ab illis habeatur, & in disceptando inter se maxima adhibenda est reverentia, & religionis studium, pro ut timentes Deum, religiosos viros & veritatis cultores decet. Qui autem ex monachis pertinax extiterit, excommunicationis fit reus, & rejiciatur & expellatur e monasterio & monachorum societate. Monachus in monachum excommunicandi non habet facultatem, neque jus,

ANNO CHRISTI 325.

jus, nisi id faciat authoritate abbatis, aut ejus qui præest monachis sacerdotibus, aut præfecti œconomorum monasterii, isti enim præsunt loco, & jus in monachos habent post abbatem. Neque presbyter jus habet in alium presbyterum qui ejus ecclesiæ non sit, neque illius subsit jurisdictioni, neque facultatem habet excommunicandi eum, sed jus tantummodo habet in suæ ecclesiæ clericos, diaconos & laicos tam in civitatibus quam in pagis. Fas etiam est monialibus quæ monasteriis regendis præficiuntur, omnem exercere in suis monasteriis jurisdictionem, una excommunicatione excepta, quia nullum excommunicandi jus aut facultatem mulieres moniales habent, neque monachis etiam nisi sacerdotibus, neque ulli e plebe sive viri sint sive mulieres, neque ulli mortalium, nisi sacerdotibus, qui ad sanctum altare Dei accedunt, & sacrum offerunt sacrificium in nomine Dei ineffabili, & sancto, nimirum trinitatis sanctissimæ, scilicet Patris & Filii & Spiritus sancti secundum veram fidem, & illuminationis confirmationem Diaconus major qui est archidiaconus excommunicandi habet jus in sua ecclesia tantum in sibi subjectos, nempe diaconos, subdiaconos & lectores seu psaltes; ordinis quippe hujus ipse est caput, quemadmodum & in reliquos altaris ministros qui sub ejus sunt potestate. Pariter ecclesiæ & altaris chartophylaces ei parere debent, meritum deferre honorem atque illius exequi mandata. Oportet autem ut qui in excommunicationem incidit, quamvis injustam & per injuriam patienti animo id ferat & sustineat, donec a præsulibus & sacerdotibus absolutus fuerit; hæc enim est salus cupientis animæ suæ salutem. Qui autem suam transgreditur conditionem, & præstare audet quæ sui ordinis non sunt, divinum subeat judicium secundum sanctæ ecclesiæ præscripta, decreta & sacerdotum sententiam, atque ab ecclesia Dei amovendus est, anathemate percellendus, sacra probibendus communione & penitus abscindendus. Divino præterea jure omnes tenentur episcopi & pagorum, ac civitatum præsules subditos de fide, & religione examinare perdiligenter, ne quisquam in orthodoxa religione comperiatur per ignorantiam male sentiens de vera fide, quam profitetur. Quibus quidem, cum eos examinaverint, & recte de fide sentire comprobaverint, gratias rependant, & bene illis precentur. Si quis vero a recta fide devius compertus fuerit, eum reducere studeant, & in orthodoxa instruant fide. Qui autem acquiescit eis, servetur; qui vero non acquiescit eorum doctrinæ, & veritatem amplecti recusat, nec a sua resipiscit ignorantia & erroribus, excommunicetur, anathemate percellatur, atque ut reliqui hæretici a fidelium segregetur cõmunione. Item presbyteros, & sacerdotes examinare tenentur episcopi non solum circa fidem, verum etiam missarum dogmata & necessarias ecclesiæ ceremonias, nec his desint omnino. Qui autem in hisce bene instructus compertus fuerit, gratias ei rependant, & bene precentur; qui vero suo deest muneri, ut instruatur, curent & jubeant. Quamobrem nemo promoveatur, nisi qui in librorum lectione bene eruditus & doctus; & si quos compererint e sacerdotibus & laicis non bene de fide sentientes, moneant illos, instruant & a suo reducant errore & peccato. Si quis calumniis vexatus fuerit, & querimoniam habet cum aliquo suorum fratrum, aut aliquam quæstionem, vel controversiam, suam interponant auctoritatem & rem in melius componant. Et si quis ministrorum aut œconomorum piger fuerit, & segnis in ecclesiis reparandis, vel in officio orationis negligens, & illud ut par est, persolvi non curat, & debitum non adhibet studium, corripiant illum, & ad meliorem mentem redigant & bonam frugem. Excommunicandi potestatem & judicandi jus habent episcopi, tam in civitatibus quam oppidis & pagis, adeoque honor & obedientia illis ab horum civibus deferenda sunt, & debita jura ipsis persolvenda Pari modo quoque oportet ut superiores monachorum, & monialium divina servent jura, nec non suæ religionis, & suis pareant prælatis, cum eis quæ ad bonum, & æquum conducunt, præcipiunt. Officii etiam patrum familias est, filios, & domesticos, orationes, divinasque preces docere, & quæ ad fidei cognitionem necessaria sunt, quibus si quid amplius addunt, bene faciunt, at his ne desint: quia qui hisce deest necessariis, tam in hoc quam in alio mundo extremum sibi comparat supplicium, & crudelissimam pœnam. Qui autem perfide in Deum ausus fuerit & vendiderit ecclesiæ legata, aut fruges, aut vineam; aut agrum, aut ligna, aut lapides, & ejusmodi, aut schismata, & dissidia disseminaverit inter fratres, is nequaquam spiritum Dei habet sanctificantem, nec est de grege domini Dei nostri Iesu Christi; neque de filiis dexteræ, sed sinistræ, quibus perpetuus cruciatus destinatur; qui omnibus nequam, & peccatoribus impœnitentibus est paratus. Felix itaque est proborum, obedientium, & timentium Deum conditio, isti quippe dexteræ filii sunt, eosque patria manet beata, regnum & gaudium æternum; & Deo laus in omnia sæcula. Amen.

Caput 16. *De adoratione seu genuflexione.*

Genua flectant fideles temporibus orationum semper per totam hebdomadam incipiendo ab hora nona elapsa diei dominici pentecostes, nimirum quinquaginta diebus post gloriosum pascha usque ad vesperas sabbati insequentis paschatis. Porro in sanctis dominicis diebus sacrisque aliis solennitatibus nullæ fiant genuflexiones, quia tota sancta ecclesia in hisce lætatur, & exultat diebus, genuflexiones autem afflictionis tristitiæ, timoris & mœroris tessera sunt & signum, ideo omittendæ sunt diebus festis, ac maxime die resurrectionis domini nostri Iesu Christi a mortuis. Hoc autem caput sine anathemate est.

Caput 17. *De sacrosanctæ missæ celebratione & solennitate.*

Ne solennes & consuetæ omittantur per negligentiam & injuriam ceremoniæ in sacrosancti missæ sacrificii celebratione, quoties fratrum, sororum & monachorum simul adsunt ordines, nec non laici etiam; sed omnia rite absolvantur sacrarum scripturarum lectione ac reliquis omnibus præstitutis precibus, quemadmodum harum constitutionum initio statutum est.

Caput 18. *De ministerio, & officio diaconi.*

Presbytero offerre non licet oblationem super altare ad consecrandum eam, nisi secum habeat

Anno Christi 325.

habeat diaconum qui homines ad preces persolvendas invitet, atque ad reverentiam, venerationem, & exultationem adhibendam adhortetur. Hoc vero non ut submittamus diacono presbyterum, sed ad honorem ministerii, & altaris, & ut cum majori veneratione, & devotione missæ audiatur officium. Itaque clara, & diffinita voce proferat diaconus præconium de officio orationis, ut audiat, & bene intelligat populus, quale sit in hoc munus fidelium. Illi porro diaconi qui sibi vivere volunt in propriis domiciliis degentes, & a turba laicorum qui audire indigent a diaconis tremendi sacrificii præconia, sejuncti, culpa quidem vacant, B nec est ulla constitutio, quæ hoc illis prohibeat quamobrem in hisce sui juris sint, & ad libitum suas persolvant preces. Hoc autem caput sine anathemate est.

Caput 19. *De eucharistia, & quomodo sit conservanda, & consumenda.*

Quoties fiunt commemorationes in ecclesiis, monasteriis & martyrum ædibus, & aliquid eucharistiæ residuum fuerit, eo honorentur sacerdotes insequentis diei mane, antequam communicent si autem residuum multum fuerit partiantur illud inter se, & unusquisque suam sumat portionem unica tantum vice per modum C unius boli, siue parva sit illa, sive magna, nec iterum aut tertio id fiat. Nequaquam enim ulli fas est sacram sumere communionem per frusta, & successive unum post aliud. Si quis autem vel per negligentiam, & injuriam, vel inopinato aliquo casu eam evomuerit, aderitque aliquis, qui eo perfectionis pervenit, ut illam hac ratione sumere vellet, sumat; alioquin cum honore & reverentia in terra sepeliatur, & componatur in loco satis mundo, & ne comburatur igne, maximum enim id piaculum esset. Etenim nullatenus quoque consuevimus corpora sanctorum martyrum combustione ignis honorare, verum vel in loco mundo condere, vel D in terra sepelire. Reliqua tandem quæ ad sacrificii rationem spectant, in aliis nostris continentur libris; Vulgaria vero Christianis satis nota sunt.

EORVMDEM SANCTORVM PATRVM CCCXVIII. SANCTIONES ET DECRETA alia ex quatuor Regum ad Constantinum libris decerpta.

Professio & symbolum fidei CCCXVIII. patrum.

Ex codice Vaticano.

CREDIMVS in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, omnium E visibilium & invisibilium: Et in unum dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, genitum a Patre ante omnia sæcula. Lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, genitum non creatum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælo, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus, crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, mortuus, sepultus, & resurrexit tertia die secundum scripturas. Ascendit ad cælos, sedit ad dexteram Dei Patris in excelsis: Iterum venturus est cum glo- A ria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.

Anno Christi 325.

Hucusque sanctorum Patrum Nicæni CCCXVIII. In sancto vero secundo concilio CL. patrum hæc addita sunt.

Et in Spiritum sanctum dominum vivificantem, qui a Patre procedit, & qui cum Patre & Filio adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et in unam ecclesiam catholicam & apostolicam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, & expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi.

HOC FIDEI SYMBOLVM NVNC legitur in omnibus liturgiis & orationibus.

Et subjunxerunt SS. patres CCCXVIII.

Qui dixerit fuisse aliquando tempus in quo Filius non extitit cum Patre, & quod non fuerit antequam ex Maria virgine nasceretur, & quod sit ex non existentibus, aut dixerit eum extitisse ex alia persona, aut alia substantia, aut aliqua alia re diversa, deinde in Filium Dei mutatum esse, apostolica autoritate excommunicatur & anathemate percellitur. Dicimus itaque unum esse Deum Patrem Verbi vivi, sapientiæ, potentiæ & majestatis ejusdem. Filius perfectus a Patre perfecto; Pater generans Filium suum unigenitum. Vnus est Deus Verbum ab uno Deo Patre. Filius Patris, divinitatis imago, Verbum operum ejus, sapientia omnia condens, virtus creans omnia, Filius verus, veri Patris, invisibilis ab invisibili, immortalis ab immortali, sempiternus a sempiterno. Deus Pater super omnia, & in omnibus Filius super omnia, & in omnibus. Spiritus unus procedens a Patre, & emanans a Filio, vivificus super omnia, & in omnibus. Trinitas perfecta in divinitate una æterna, una dominatio, regnum unum indivisum, proprium, non alienum. In trinitate nihil est creatum, aut de novo productum; nihil servile. Pater nullo temporis momento extitit sine Filio; neque Filius ullo temporis momento extitit sine Spiritu sancto; sed omnibus temporibus, & ante omnia tempora trinitas immutabilis, sempiterna, non habens finem. Deus Pater principii expers ipse solus genuit filium principii item expertem, operantes sine principio, & sine fine. Nec pater extitit unquam sine filio (absit hoc) neque filius extitit post aliquod temporis momentum; sed semper cum patre fuit, vivens, immortalis, creator cum patre immortali sine fine. Sicut Pater, & Filius, & ita & Spiritus sanctus, qui non desinit esse cum Patre, & Filio. Spiritus sanctus est absolutissimæ perfectionis, sicuti perfectissimi sunt Pater, & Filius. Hæc est sanctorum apostolorum tradita nobis sententia, & quemadmodum traditum nobis est a Deo, ita tradimus nos, & decernimus in civitate Nicæa. Hæc est orthodoxorum & proborum fides. Quorum autem omnium cognitio ex divinis scripturis clare patet; & nos trecenti octodecim profitemur & confitemur, atque cunctis protestamur, hanc eamdem esse fidem, quam accepimus. Quamobrem rejicimus, & reprobamus omnes rejicientes, reprobantes & in aliam mutantes, & contrariam asserentes; & maledicimus, anathematizamus, & excommunicamus cunctos, qui fidei huic aliquid vel addunt,

addunt, vel detrahunt, vel aliquid ex proprio A proferunt cerebro, & suo privato confisi spiritui, & ingenio ea dicunt de Deo, quæ neque nos, neque apostoli ejus dixerunt. Nominatim autem reprobamus fidem impij Pauli Samosateni asserentis, Patrem eumdem esse ac Filium, & Spiritum sanctum, in quo longe a veritate aberravit stultus ille & maledictione dignus, cum arbitratus sit male sanus, eumdem esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum existimans unam esse numero personam, & nomine tenus trinum; ideo alienus factus est ab orthodoxa fide, & a plano veritatis tramite deflexit. Porro nos orthodoxi dicimus, quemadmodum dixerunt apostoli, & e divinis edocti sumus scripturis, & agnoscimus patrem esse patrem, B & filium filium, & spiritum sanctum, spiritum sanctum tres distinctas personas regnum unum, substantiam unam, divinitatem unam. Item anathematizamus, & reprobamus fidem Gnatii asserentis, filium ex Maria initium habuisse, existimavit namque impius ille, filium non extitisse ante nativitatem ex Maria, contra quam scripturæ loquuntur. Hos quidem removemus, anathematizamus, & a fide esse alienos pronunciamus, & rejectos. Dicimus autem filium Dei semper extitisse, omnia implere loca, semper fuisse in patre, & patrem in eo, quemadmodum edocti sumus & accepimus. Nullum fuit tempus, in quo unus alio caruit, sed semper C coexisterunt, pater habens filium, & filius habens patrem. Etenim impossibile est patrem existere sine filio vel ad unum momentum temporis vel oculi ictum; deinde fieri patrem; sed est verum nomen veri patris. Ideo filius genitus a patre dicitur ab æterno, nec unquam sine illo extitit, quemadmodum ex scripturis didicimus. Hæc sunt quæ summatim de patre, & filio sunt credenda. Porro Spiritus sanctus est spiritus Dei vivi, spiritus sanctitatis, spiritus perfectus, spiritus paraclitus, consolator, director, spiritus pacis, increatus, loquens per legem, per prophetas, & apostolos, descendit super Salvatorem nostrum in Iordane juxta convenientem suæ D humanitatis dispensationem, nempe illius incarnationem de Spiritu sancto ex Maria virgine. Sic credimus & firmiter asserimus & famur Verbum Dei scilicet incarnatum fuisse de Spiritu sancto ex Maria virgine sine humano semine, & perfectum hominem (peccato excepto) factum, vera anima intellectuali, & rationali præditum. Ex quo asserimus esse Deum, & hominem, duas habentem naturas, duas voluntates, duas operationes in una persona: nimirum naturam divinam, & naturam humanam, operationem divinam, & voluntatem divinam, & operationem humanam in una E persona sine divisione, neque divina in humanam mutata est, neque humana in divinam, nec in ipsa incarnatione, neque in passione, neque post resurrectionem e sepulchro; sed semper extitit duabus præditus naturis, & una persona, idest persona filii Verbi geniti a patre ante omnia sæcula. Qui incarnatus est in fine sæculorum de Spiritu sancto ex Maria virgine non quidem phantastice, & apparenter, sed vere. Ita factus est homo perfectus, passus, mortuus, sepultus, resurrexit tertia die a mortuis, ascendit ad cælos, sedit ad dexteram Patris divinitate unita humanitati, quam a nobis assumpsit in duabus naturis. Qui venturus quoque est ad judicandos vivos, & mortuos, cujus regni non est finis. Quæ autem de illo dicuntur juxta hominum loquendi usum, ea dispensationi in carne congruunt, uti cum dicimus natus, creatus, passus, & ejusmodi. Insuper excommunicamus, & anathematizamus quicumque non credunt resurrectionem corporum & quacumque hæresim post definionem hujus rectæ fidei futuram. Item reprobamus, & anathematizamus Arii hæresim asserentis esse phantasma creatum; nos vero dicimus, esse genitum, non creatum. Et reliquos credimus fidei articulos, uti sequitur. Asserimus, & credimus unum baptisma, & unam gratiam, & unam carnis resurrectionem, & unum regnum in cælis vitam æternam post redditionem rationis, & remunerationem; itemque supplicium æternum juxta operum promerita, quemadmodum comminatus est altissimus Deus male operantibus. Credimus item in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Patrem incomprehensibilem, Filium incomprehensibilem, Spiritum sanctum incomprehensibilem, & est Deus super omnia, qui verbis exprimi non potest; angustiores namque sunt mentis nostræ cogitationes, quam ut eum capiant; imbecillior oculorum visus, quam ut eum videre queat, nec ullus eum ambit locus. Invisibilis, sponte nihilominus vere, & non phantastice, vel apparenter, apparuit; & allocutus est prophetas, & sanctos; hic est Deus, & verbum ejus; & spiritus illius sanctitatis. Vna divinitas, creator priorum, & posteriorum, qui præcepta dedit utriusque testamenti. Quæ autem Deo tribuimus cum dicimus oculus domini, auris domini, dextera domini, & ejusmodi, hoc juxta scripturarum loquendi usum usurpamus, & hominum intelligendi modum, non quidem quod vere hæc habeat, cum sit infinitus, & incomprehensibilis, non autem comprehensibilis, ut homines, licet ad ejus imaginem, & similitudinem conditi dicantur. Quamobrem dicimus, & decernimus ut sanctæ ecclesiæ sacerdotes primum, deinde monachi, & religiosi viri, & mundi contemptores suos doceant filios, ut eam amplectantur vitæ rationem, qualem & ipsi ita a Deo edocti, quia ipsi eorum salutis tenent clavum. Hinc, Dei caritate tenentur eorum consulere rebus, corde illuminato, & pura conscientia, ut evadant filii Dei, filii sapientiæ, ac omnia prudenter agant, declinantes malum, & diligentes bonum. Hæc ab eis desideramus, ac talia opera requirimus.

Constantinus autem princeps fidelis, erat inter eos tanquam unus illorum, quamvis imperator præstantissimus, erantque omnes in una ecclesia sancta cum quiete, tranquillitate, & domini timore de divinis solliciti rebus. Cumque suscepit ipse Constantinus sanctum expositionis fidei libellum a nostris sanctis patribus, valde gavisus est eo ut sacrosancta Dei lege. Et scripsit de hoc per universum imperium, habuitque illum ut maximum disciplinæ typum, atque hereditatem, & misit ejus exemplaria per universum orbem, quo gavisi sunt, & laudarunt Deum omnes congregationes. Adoravit post hæc imperator sanctos patres episcopos & rogavit, ut constituerent sedem civitatis Byzantii nomine suo, unde Constantinopolim translata est & ut ejus prælatus nomine archiepiscopi honoretur cum Hierosolymitano. Qui acquieverunt ei ob illius humanitatem, demissionem, fidem, & in Deum pietatem & curam, ac sollicitudinem

nem de fide recta in sanctissimam trinitatem. Quibus juxta optata & petitionem adimpletis, bene imperatori precati sunt, & discesserunt singuli ad suas civitates collaudantes dominum Iesum Christum, cui gloria, & laus cum ejus Patre bono, & Spiritu sanctissimo ex nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Prolusio ad has sanctiones & decreta.

Laus Deo uni in trinitate suæ sanctitatis, & trino in unitate suæ majestatis. Credimus in unum Patrem qui est ante omnia Pater futuri sæculi, qui omnia condidit, & a nemine ipse est conditus, creavit & fecit omnia, ipse vero nullum habet creatorem, aut factorem, æternus permanens, quem visus non deprehendunt, nec rationes comprehendunt, aut narrationes exponere & explicare possunt, neque auditus percipiunt. Credimus item in filium Iesum Christum Verbum Dei genitum a patre ante omnia sæcula, & ab ipso Deo patre missum in mundum, qui habitavit in Maria virgine, & carnem ab ea assumpsit, qua suæ a mortalibus occultavit majestatem divinitatis, estque in hoc Deus perfectus, & homo perfectus non confusus, aut divisus, qui pertulit pro creaturis crucis lanceam, & omnes sanctificavit mortales illustratione baptismatis, & una elargitus est eis chrismatis unguentum cum baptismate, quo mundavit omnes ab abominationibus, & credentes in se, atque accedentes ex omnibus gentibus expiavit. Qui per gratiam elargitus est eis panem eucharisticum, & sanctum vinum, cibum angelorum, nimirum veram carnem, & verum sanguinem suum, dicens. Hic est enim sanguis meus novi & sancti testamenti, quod dedi vobis: quoties ergo ex eis edetis & bibetis, in meam memoriam facite; Patrem qui misit me ad vos collaudantes, & Spiritum sanctum conglorificantes; quibus fœdus meum renovo vobiscum, & vestra dimitto peccata. Qui sustinuit ea omnia, quibus a peccatoribus affectus est in carne, quam a sua matre Maria virgine assumpsit, quæ mater ejus dicta est quia ex ea incarnatus est, & ex ea natus ad salutem mundi. Ipse enim salvavit omnes creaturas ab inferorũ carcere, & a sepulchri tormentis. Ipse est qui confudit omnes inimicos suos, nempe diabolum, & omnes satellites ejus, ut & infideles ex Adami prosapia. Ipse erubescere fecit hostes suos Iudæos, qui illum abnegarunt, nec sacris crediderunt scripturis, scilicet legis testimoniis, & prophetarum vaticiniis de illius adventu, & nativitate ex Maria semper virgine & immaculata. Neque cœlestibus etiam crediderunt miraculis, quæ coram eis operatus est. Ipse est qui resurrexit a mortuis, ascendit ad cœlum, sedit ad patris dexteram, & misit Spiritum sanctum cum virtute ad discipulos suos dicens eis: Baptizate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & docete eos omnia novi testamenti præcepta, de quibus prædixerunt prophetæ. Ipse est qui iterum venturus est ad judicandos vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Ipse est per quem creavit omnia Deus ab exordio sæculorum, quia est verbum Dei ab illo genitum, per quod condidit omnia. Credimus & in Spiritum sanctum qui a Patre procedit, & inhabitat ubi vult, & ubi vult spirat, ad quem nulla accedit turpitudo, nec ipse ad inquinata delabitur. Hæc est fides nostra, hæc religio.

Cap. I. *Canones, sive officia Deo debita a viris, & mulieribus præsules non habentibus, qui eos avertant a malis viis, neque episcopos, neque monachos qui eos regant, sed sui ipsimet sunt juris.*

Primum horum officium erga Deum, & ab illis exigit, ut illum timeant, & diligant ex tota anima sua, & ex totis cordibus suis & affectibus. Item exigit ab illis Deus, ut diligant proximos suos, & fratres in fide Christi salvatoris, velut se ipsos. Item ut non adorent idola, ned ad imagines precesfundant, sed ad solum Deum, ad patronum vero imaginis ut ad mediatorem, & intercessorem suas porrigant preces, nec quidquam colant præter ipsum Deum in trinitate suæ sanctitatis Patrem, & Filium & Spiritum sanctum. Item exigit ab eis ne mentiantur, ne falsum dicant testimonium, ne ariolentur, ne fornicentur, ne quempiam calumnientur, aut defraudent; & ut patienter ferant infortunia, gratias Deo pro collatis sibi beneficiis referant, & ne sua prodige profundant bona. Exigit etiam ab illis, ut patrocinium suscipiant filiorum spiritualium, quos e baptismo susceperunt, nec non pupillorum, quos Deus eorum commisit curæ, ac tutelæ, ut illos educarent, amplecterentur & velut se ipsos diligerent. Exigit item ab eis Deus, ut non pejerent, aut falsum jurent in nomine ejus. Exigit item ab eis, ut jejunent, orent, observentque diem Dominicum, quia est dies festus domini. Item exigit ab eis Deus, ut observent dies festos Dominicos domini nostri Iesu Christi, vacentque in eis a servilibus operibus, & laudent illum ob mirabilia & sancta ejus. Hi autem dies festi sunt Nativitas, Epiphania, Cereorum, sive Purificationis, septimana Passionis, & Resurrectionis Christi a mortuis, Ascensio illius in cælum, Pentecostes, sive descensio Spiritus sancti paracliti, quem promisit dominus noster Christus discipulis suis, dies festus Thabor, seu Transfigurationis, in quo demonstravit iisdem Discipulis gloriam suæ divinitatis. Hi sunt septem dies festi Dominici. Item exigit ab illis Deus, ut ne foveant odium in cordibus suis adversus proximum, nec glorientur suis genealogiis, neque suis divitiis, cum sint unius matris filii, quæ est baptismus, quo descendit super illos Spiritus sanctus, & efficit filios luminis. Et quemadmodum una mater genuit cunctos homines in carne; pariter in fonte Christi una mater, quæ est baptismus, genuit vos omnes in spiritu, quæ est præclarior & proximior Deo, quam nativitatis in carne. Quandoquidem sic dicit dominus noster & mediator, ac salvator Christus Filius Dei Iudæis in sacrosancto evangelio, ipsos Iudæos arguens: ne gloriemini & dicatis, patrem habemus Abraham, etenim potens est Deus suscitare ex lapidibus istis filios Abrahæ. Quo significavit, & innuit gentes operibus, & cordibus præditas lapideis, quæ cum ignorarent Deum, illum cognoscere cœperunt per regenerationem ex sancta matre, baptismo scilicet, ex quo regeneravit eos spiritus sanctus, ac proinde filii luminis vocati sunt. Scitote igitur vos omnes, tam liberos, quam servos fratres esse, & filios unius matris, quæ est baptismus. Item exigit a vobis Deus, ut largiamini filiis, & fratribus pauperibus & egenis ex decimis bonorum vestrorum, quibus præfecit vos Deus concredens vos gratiæ suæ,

quæ

quæ sunt mundi hujus divitiæ. Æterno enim A statuit Deus decreto, terram nequaquam vacaturam pauperibus & egenis; Et quidem si libitum ipsi fuisset cunctos omnium rerum affluentibus copiis ditasset: sed hoc est Dei decretum, cui nemo resistere, aut ejus obsistere voluntati potest. Item exigit a vobis Deus, ut rationem habeatis ecclesiarum, quæ sunt Dei ædes ejus laudibus dicatæ, & asylum, ac refugium afflictorum, quo tentationibus vexati confugiunt, & ibi divinam implorant opem, ut ab ejusmodi angustiis illos eripiat, quemadmodum sapienti præcipit Salomoni Deus, cum ædificavit templum, dicens: Erit domus ita angustiatis animæ, afflictis, pauperibus, oppressis & pupillis, quoniam quoties invocaverint me, respiciam ad B eos, & a suis redimam afflictionibus, & vindictam sumam ab inferente injuriam proximo. Item exigit a vobis Deus, ut offeratis primitias frugum vestrarum, & primitias fructuum vinearum, & jumentorum vestrorum ecclesiis, ut ex eis alantur sacerdotes, & ecclesiæ ministri. Item exigit a vobis Deus ut honorem deferatis sacerdotibus, & debita exhibeatis eis officia, præsertim doctis, & in divinis scripturis bene versatis, earumque lectioni noctu, diuque incumbentibus; quandoquidem beatum prædicat Deus per linguam Davidis prophetæ illum qui ejusmodi est, dicens. Et in lege ejus meditatur nocte, ac die. Vestri quoque officii est, infirmis sacer- C doribus subsidio esse, seniores eorum honorare, quamvis hanc ob causam deliros, & alia quavis ægritudine detentos; & junioribus debitum præstare honorem, ne ansa eis præbeatur suis egrediendi terminis & ordine. Item exigit a vobis Deus, ut monachos in honore habeatis, ipsorum inopiæ adsitis, monasteriis, vel ædificandis, vel reparandis opem feratis, fidelium tam virorum quam fœminarum qui lege mortis obdormiunt & requiescunt, legatis sublevetis, ut id sit eis in remissionem peccatorum. Etenim ea monasteria confugium sunt omnibus qui Deum quærunt & mundum ejusque conversationem contemnunt, atque ad solitudines & deserta D loca perfugiunt, ibique cum feris, belluis & volucribus cæli vitam agunt: quandoquidem mundum omnesque ejus divitias relinquentes, ut ait evangelium, ad Deum se conferunt, pœnitentiam de suis agentes peccatis. Item exigit a vobis Deus, ut caveatis, vosque contineatis a voluptatibus, illecebris, conversationibus mundanis & diabolicis concupiscentiis, quibus, ut bene scitis, diabolus fideles a Deo sejungere & expugnare conatur. Ejusmodi est conjugium cum affinibus ex baptismo, quod omnibus prohibetur Christi fidelibus, atque interdicitur. Quicumque itaque id admiserit, religionem vio- E lat, & in die, qua singulis juxta sua opera rependetur, erit sors ejus cum cultoribus idolorum, qui Deum ignoraverunt, & longe aberit a divina gratia.

Cap. 2. *De cognitione graduum, in quibus conjugia contrahere non licet.*

Nemini, quam uxor ejus suscepit ex baptismo, in uxorem ducere licet; pariter nec eam, cujus ipse filium, vel filiam ex eodem suscepit fonte, nec matrem ejus, nec sororem, nec filiam. Similiter uxor viri suscipientis non est ducenda ab eo, cujus vir suscepit filium. Tam viris itaque, quam mulieribus prohibemus, ne ducant ex baptismi affinibus, hæc enim est vera affinitas, uti est matris, sororis, filiæ, & ejusmodi. Pariter non licet filiis in uxores ducere compatres, & commatres ex baptismo. Illicitum quoque est tam viris, quam mulieribus conjugia contrahere cum paranymphis nuptiarum, quibuscum coronarum accipiunt benedictionem. Filiis pariter cum paranymphis nuptiarum patrum, & matrum suarum contrahere, nefas est. Qui enim peccat, & rem nefariam committit cum affine ex baptismo (quod est summum peccatum, quia in spiritalia admittitur) idem est, ac si blasphemaverit in Spiritum sanctum, adeoque non remittitur ei hoc delictum, neque in hoc, neque in alio mundo, ut sacrosanctum ait evangelium. Sunt quippe ejusmodi illicitæ abominationes multo detestabiliores quam carnales, quia carnales omnes condonantur, hæc vero spirituales nequaquam remittuntur, nisi ab invicem separatione, jejunio, jugi oratione quamdiu vixerint super terra Et hæc est pœnitentia illorum qui in ejusmodi incidunt peccatum, & in illud incurrunt, ut religiosam agant vitam, sua defleant peccata, idque præstent toto vitæ curriculo, si animæ suæ cupiant salutem, & omnium suorum peccatorum remissionem, veniam a Deo consequi velint, qui facile crimina sincere pœnitentibus condonat. Oportet etiam, ut baptizatorum parentes, & susceptores pro se invicem orent, ejusmodi enim pro invicem & preces Deo acceptabiles sunt & gratæ. Qui ex his præterea opibus affluunt & bonis, indigentes juvent, & eorum subveniant necessitatibus, quantum ipsorum ferre possunt facultates, & ad vitam transigendam sufficit; sic enim sibi invicem succurrentes, divinum adimplent præceptum, nimirum officium charitatis erga proximum. Conventiones evitent, ne hinc mala disseminet inter eos inimicus, & sui consortes efficiat, & hac ratione pereant.

Cap. 3. *De gradibus, in quibus nemini Christianorum matrimonium contrahere licet.*

Matrimonium in hisce gradibus nequaquam Christianis contrahere licet; nimirum cum matre, avia, sorore patris, sorore matris, filiabus, sororibus, nepotibus ex fratre, vel sorore, vel ex filiis, aut filiabus, vel cum uxoribus patrum, avorum, patruelium, fratrum & avunculorum, vel cum uxoribus nepotum ex fratribus, vel sororibus, neque cum sororibus uxoris, neque cum aviis uxoris, neque cum filialibus fratrum uxoris. Avis non licet ducere uxores filiorum, nepotum, aut pronepotum.

Cap. 4. *Nemo cum ancillis matrimonium contrahat, nisi prius manumissis & dotatis, alioquin separentur.*

Servorum, & servarum conjugia non licent Christianis, nisi post manumissionem, qua facta, contrahant jure matrimoniali, & libere dote assignata, secundum consuetudinem illius regionis, quam incolunt. Concubinam etiam ducere in uxorem nemini licet, nisi prius dimissa publice fuerit, & publico edito scripto quo assignetur dos, & palam appareat, id matrimonium jure contractum fuisse, juxta morem ingenuarum nuptarum. Et hæc est lex ingenuitatis, & probæ religionis.

Cap. 5.

ANNO CHRISTI 325.

Cap. 5. *Nulli Christianorum contrahendum est cum duabus, tribus, vel pluribus uxoribus simul.*

Nulli Christianorum duas habere uxores licet, vel plures simul gentilium more, qui tres & quatuor simul ducunt, sed una post aliam ducenda est, nimirum cum secunda contrahendum, mortua prima. Porro si quis ausus fuerit, & ejusmodi contraxerit matrimonia, is profecto iniquus, & injurius sibimet est, sciatque se esse abscissum, excommunicatum, & fidelium segregatum communione per omnipotentissimum Dei verbum, per quod omnia creata sunt a domino nostro Iesu Christo, & a discipulis ejus, omnibus sanctis patribus, & episcopis in hac sancta synodo congregatis, & reliquis antistitibus ab omnibus angelis, & sacerdotibus ecclesiæ ministris. Hac autem lege omnes obligantur Christiani sive laici sint, sive sacerdotes, presbyteri, diaconi, principes, reges & imperatores. Quicumque ita huic contradixerit legi in hoc sancitæ libro, sanctorum discipulorum cœtus, & hæc sancta synodus anathemate illum percellunt, & maledictionis feriunt mucrone.

Cap. 6. *De benedictionibus nuptiarum, & qua ratione sunt faciendæ.*

Exigit Deus ab omnibus Christianis tam viris, quam mulieribus, ut matrimonia sacris celebrent benedictionibus & precibus, quoniam hisce mediantibus licita sit virorum, & mulierum copula. Quamobrem a sponsalium celebratione usque ad nuptiarum benedictionem potest sponsus, ac debet sponsa servitutis exhibere obsequia, eam invisere, & confabulari, at conversatione ejus frui nequaquam, quia id minime licitum est ante nuptiarum celebrationem, quæ fit benedictionibus, precibus & virginali incoronatione. Oportet itaque tam viros, quam mulieres casta, & pura habere corpora coram Deo, cum ad nuptialem accedunt benedictionem, nuptialesque coronas, ne erubescant in conspectu Dei tanquam salaces & impuri: sed sint velut angeli Dei, ut descendat in eos omnis gratia, & benedictiones consequantur in filiis suis, suoque semine, & perpetuo permaneat in ipsis cælestis, ac divina gratia.

Cap. 7. *Constitutio de matrimonio viduarum, seu de bigamis.*

Viduorum, & viduarum matrimonia sincere, & sancte divulganda sunt, & in vulgus hominum indicenda, nec dotis, & reliquarum conditionum ad matrimonium spectantium prætermittendus est contractus. Tamen coronarum benedictio eis adhibenda non est, hæc enim semel datur tantum in primis nuptiis; nec iteranda: quia permanens est, & indelebilis: loco ejus igitur propitiatorias fundat pro illis sacerdos preces. Si vero alter eorum viduus non fuerit, ipse solus coronæ accipiat benedictionem una cum paranymphis, quoscumque vult. Hæc autem constitutio æque communis est viris & mulieribus. Convivia autem celebrare in nuptiis viduarum, quæ bis, aut pluries nubunt, minime fas est, nec sacerdotibus licet earum adesse comessationibus, & epulis, quia id ex consilio sacerdotum haud factum fuit. Sacerdotibus enim non licet conviviis, & gaudiis adesse, ubicumque suas non impertiuntur benedictiones, quoniam sancti Deo sunt, & divinis ejus præsunt ædibus, missæ sacrificium offerendo, & quotidianas concinendo laudes in ipsius templis, adeoque omni honore, & veneratione sunt digni.

Cap. 8. *Constitutio de purificatione a sanguine menstruo.*

Omnes fideles, & Christianæ mulieres continere se debeant ab ingressu ædium Dei, quæ sunt ejus templa, quamdiu menstrua patiuntur; item a communionis sumptione, quousq; adimpleantur earum dies. Verumtamen divinas laudes, & Dei memoriam in suis domibus prætermittere minime debent, quamvis menstruatæ, ne locum dent inimico, malas injiciendo eis cogitationes ad prævaricationem illas inducendi, & ad vanitatis vias deflectendi, quia diabolus in omnes sua instruit tela & jacula, maximè in mulieres, cum Dei memoriam omittunt & laudes. Pariter & viris ex divino statuto illicitum est ad suas accedere uxores, quamdiu menstruis laborant, ne corpora sua, & natorum elephantiasis, & lepræ morbo obnoxia reddant, quia ejusmodi sanguis tam patrum, quam filiorum corpora corrumpit. Est enim sanguis iste a natura datus mulieribus ad concipiendum, nutriendumque fœtum post purificationem, & mundationem.

Cap. 9. *Constitutio de sanguine partus.*

Pariter se continere debeant mulieres ab ingressu ecclesiæ, & sacræ communionis sumptione quadraginta dies post partum, quibus elapsis diligenter lavet vestimenta sua mulier, & corpus quoque in balneo, nec non filium suum, deinde offerat illum una cum marito in ecclesia Dei catholica apostolica ad gradus altaris, quos suscipiat sacerdos, eorumque etiam paranymphos, & recitet pro illa orationem purificationis, & benedicat puerum secundum præstitutas ecclesiæ Dei catholicæ ceremonias. Id autem fiat antequam accedant invicem, aut copula maritali utantur secundo post partum. Oportet quoque ut se contineant ab invicem maritus, & uxor per noctem & diem illum, cum eorum baptizantur filii in Spiritus sancti reverentiam & venerationem, quia Spiritus sanctus descendit super aquas, in quibus baptizatur infans, super sacerdotem, qui mystica profert verba, & preces super aquas, super pueros, qui iis sanctificatis generantur aquis, & sacro chrismate benedictis, descendit etiam super puerorum illorum parentes, ipsorumque ex sacro baptismatis fonte susceptores, & super omnes baptismati adstantes & super omnes, qui iis aquis se aspergunt cum fide, & cunctos baptizatum exosculantes, & osculo benedictionis complectentes.

Cap. 10. *Quamdiu arcendi sunt infantes ab ingressu ecclesiæ, & de termino suscipiendi baptismum.*

Nati benedictionem suscipiant secundum ecclesiæ legem & constitutionem, nimirum post quadragesimum a nativitate diem, nec ultra hoc tempus differendum est, sed baptizentur & Christiani efficiantur sine ulla cunctatione, ut sacram suscipiant eucharistiam & edant panem & bibant vinum, quæ sunt caro & sanguis domini & Dei nostri Iesu Christi, quæ dedit omnibus, nobilibus & ignobilibus, ingenuis & servis, regibus & plebeis, in remissionem peccatorum, id est sanctificationem, qua illos sanctificavit,

sanctificavit. Verum si nato timor aliquis instet A mortis ante quadraginta hos dies, introducatur in ecclesiam, si licet cum alia muliere a matre, & baptizetur, & si per unam horam ante mortem, vel plus, aut minus, quia ita scriptura dicit: Qui non regeneratur ex aqua, & spiritu sancto non ingreditur regnum cælorum. Si vero nullum instet mortis periculum, ne introducatur in ecclesiam, neque baptizetur, nisi secundum statutum ecclesiæ catholicæ, & apostolicæ. Si autem contigerit, ut moriatur puerpera, expolite lavetur aqua, & novo ferali amictu involvatur, aliisque induatur vestimentis ab iis, in quibus peperit, & efferatur in ecclesiam, & B preces pro illa ex more fundantur, nec ullus Christianus pro immunda illam habeat.

Cap. 11. *Lex justitiæ Deo debita ab omnibus Christianis.*

Exigit in primis a cunctis Christianis Deus ut sint humiles, justi, æquitatis studiosi, fidei & promissorum observatores, ac minime fallaces aut fraudulenti. Exigit item ut parentibus obtemperent, ac ut in eos sint benefici, atque ut erga omnes homines æqui sint quibuscumque in rebus. Honorandi etiam iis, & subveniendi sunt avi, patrui, avunculi, fratres, sorores, matertetæ & amitæ, itaut si quis istorum in corporis C incommodam valetudinem, aut animi infirmitatem inciderit, illi subsidio veniant, & sustentent, sive grandævus ille sit, sive junior, nec eis penitus desint in quibuscumque necessitatibus aut ægritudinibus. Tenentur etiam Christiani omnes ex divino statuto suas diligere uxores, & optimam cum eis inire societatem, servos bene tractare; sacerdotum dignoscere jura, principibus subjecti esse, senioribus deferre honores; erga doctos viros esse officiosi, & eorum assentire dictis; superioribus obedire, & ipsorum obsequi præceptis, & tanquam divinum jus & legem observare. Tenentur præterea suos bene instituere liberos, eosque docere, quodnam D sit illorum erga Deum officium, nec non erga sacerdotes, & religiosos viros, & ne illos contemnant, nec verba ipsorum aspernentur, nec se ingerant & intrudant, præcipiendo, aut prohibendo ea, quæ ad altaria ecclesiarum Dei spectant, id enim sacerdotum est. Qui autem id fecerit, peccat quidem, & pœnitentia ipsi pro tanto delicto agenda est; quod si facere renuerit hæc sancta synodus illum excommunicat & anathemate percellit. Item hæ omnium mulierum, nempe mulierum Christianorū, qui e baptismatis aquis sunt regenerati, sunt partes, ut sint pudicæ, verecundæ, & castæ, & omnem a se amoveant impudicam & impuram conversationem, & virorum colloquia: ne sint ut extraneæ, & E barbararum gentium mulieres. Tenentur insuper se castas servare, & ab omni fornicationis & adulterii labe & suspicione alienæ & aversæ esse: quemadmodum & viri. Illegitima ne contrahant matrimonia, sicuti faciunt gentes, nec ad ullum fornicationis accedant genus, aut concumbant cum mulieribus sibi similibus, nec fraudent maritos vel in se, vel in re quapiam alia. Ipsarum quoque est curam habere orphanorum utriusque sexus, quarum fidei concredit illos Deus post parentes, & quidem in illos liberales esse debent, ut in filios suos; in masculos benignæ & faciles; fœminis ne vim inferant, aut opprimant, & quidquid bonorum habent ne eis detrahant, nec proprios filios eis præferant tam in cibo & potu, quam in vestitu. Illorum conforment mores, & in timore Dei instituant, & erga eos se gerant, sicuti præcepimus. Quæcumque autem mulier Christiana, quæ aliter fecerit, aut oppresserit orphanum, vel orphanam, quorum cura ipsi commissa est ex Dei præcepto, nec benefecerit eis juxta Dei mandatum, sciat, & certo intelligat, se Dei odio dignam esse, & pro certo habeat filios suos iisdem post se obnoxios fore rebus, & necessitatibus, & eodem modo Dei permissu ab aliis tractandos. Porro fideles mulieres, quæ Dei observant hoc præceptum erga orphanos, & orphanas, sua complectitur gratia Deus, & mundana elargitur eis bona, nec vanos earum reddit labores, & ab omnibus calamitatibus liberabit illas, & optimam curam geret erga filios & posteritatem ipsarum; dimittit earum peccata, & suam gratiam elargitur eis in hoc & alio sæculo, & pro suis filiis exorantes exaudiet.

Cap. 12. *Constitutio de monachis.*

Monachorum qui Christi militiæ sunt adscripti, & ejus sunt bellatores, & nigris vestimentis ornati & armati, atque crucibus instructi, officium erga Deum est, ut sint ingenuo corpore, & casti, & ne proferant ore suo quicquam obscœnum, aut inhonestum, nec sæcularibus se immisceant negotiis, nec habitent cum mulieribus, neque cum eis conversentur, aut frequentius confabulentur, nec sæcularium imitentur opera, aut similia faciant; sed orationibus, & jejunio perpetuo incumbant, & hoc se muniant præsidio ad expellendam longe a se fornicationis concupiscentiam.

Cap. 13. *Constitutio de monialibus.*

Moniales perpetuo jejuniis dent operam, nec cesset ab earum oribus divina laudatio, ne aditum inveniat in eis inimicus ad decipiendas eas mundanis concupiscentiis. Moniales quippe semper orare, & jejunare ex ipso suo instituto tenentur; nec sint, ut sæculares, deditæ carnalibus voluptatibus & concupiscentiis, sed diu noctuque se exerceant perdiligenter in ii, ad quæ se ipsas obligarunt, nec sint ut illæ, quæ post mundana currunt lucra, & pauca lucrantes multa amittunt, nimirum animarum, & spirituum ingentes opes. Similes enim monachi, & moniales, stulti & male sani habendi sunt profecto, quandoquidem semetipsos seduxerunt, mundanis renunciantes concupiscentiis, & angelicum assumentes habitum, tum vero in iisdem mundanis volutantur voluptatibus, concupiscentiis & blandis illecebris, evaseruntque sic improbi mundani; & ad aliam vitam minime idonei, aut digni, & duplicem meriti sunt pœnam. Illi porro qui monasticum, ut par est, observant institutum, & certamina subeunt pro Deo in monasticis disciplinis, & ad finem usque sustinent, magnum consequentur præmium, & mercedem, eruntque ut angeli Dei, sedebuntque coram magno illius throno super sedes lucidas, & vocem audient lætam.

Cap. 14. *Statuta sacerdotum & quid ipsi debent, & quid illis debetur.*

Oportet ut Christi fidelium sacerdotes, qui Dei servitio sese addixerunt, adimpleant officium, ad quod consecrati sunt, proindeque sancti,

ANNO CHRISTI 325.

sancti, & electi ab hominibus nuncupantur, &c, ut quæ grata ei sunt exequantur tanquam præfecti atrio sanctitatis ejus, & ecclesiis ejus præpositi. Et quidem convenit illis in primis, ut enixe operam dent divinis laudationibus, & canonicas orationes persolvant & supererogatorias, ne intermittant, & singuli ea, ad quæ promoti sunt, diligenter servent, & sincero observent corde & dignoscant. Si quis autem eorum gravitate cordis & mentis cæcitate, & ignorantia præditus sit, assiduam & diligentem navet librorum lectioni operam & studium, ne careat iis, quæ opus sunt ad suum ministerium obeundum. Ipsorum quoque officii est ecclesias frequentare, eas adire publice oratum media nocte, summo mane, & ad occasum solis labente die, & nocte ingruente. Oportet etiam, ut mundi sint corpore, casti in membris, ventre continentes, nec ad ea sint proclives, quæ suum ordinem non decent, nec cibum aut potum sumant cum delatoribus, vinolentis & sceleratæ vitæ hominibus & facinorosis, nec in flagitiosi alicujus domo, & qui turpitudinis sit inustus nota, ne obloquendi & detrahendi dent plebi ansam, eorumque apud ipsam minuatur existimatio & authoritas. Sint præterea castissimi sacerdotes Dei ædium ministri, oportet, nec sint in mulieres propensi, nec eas ducant in matrimonium, nec sint dediti facultatibus accumulandis, aut liberis procreandis, ne uxorum, liberorum & facultatum cura, & molestia distenti posthabeant ministeria ecclesiarum Dei, & debitis desint officiis & muneribus. Si quis vero sacerdos utrumque miscuerit statum, & caduca junxerit permanentibus uxorem ducens, liberos suscipiens & accumulans, id moderate faciat & intra modum, ne desit suo officio erga Deum, & sibi concreditam plebem. Si autem contingat, ut uxor ejusmodi sacerdotis impudica sit, nequam & adulteriis dedita, remittat illi nuncium, & ecclesia Dei sit contentus, & hac una consolatione se leniat loco tanti infortunii & calamitatis. Si autem contingat, ut e vita discedat uxor sacerdotis, aliam ne ducat, ne videatur reverti ad pueritiam & suam parvipendere dignitatem, atque carnales appetere voluptates & suo deesse muneri erga Deum; Verum sustineat & contineat se, & ecclesia Dei sit contentus loco sponsæ & prolis. Item si accidat, ut aliqua sacerdotis propinqua in adulterio deprehensa fuerit, velut mater, soror, filia, frater, aut alia quæpiam persona illi sanguine conjuncta, sive mas ille sit, sive fœmina, caveat ad ejusmodi personas ingredi, aut familiaritate uti, aut convivam esse, aut ullo modo eas frequentare, donec ad se redeant & agant pœnitentiam, ac bene audiant. Et quidem si ab eorum conversatione & contubernio minime se continuerit, illorum facinorum particeps efficiatur, proindeque prohibeatur ministerio, aut resipiscat, ne scandalum creet iis, quibus præest & sacerdotis illis fungitur munere. Quinimo sacerdotis officii est, tam propinquos, quam alienos adulteros & mœchos exhortari & ad pœnitentiam adhortari, divinis prolatis scripturis, ut sic forte ad meliorem redeant frugem & misericordiam consequantur, nec sinantur perire. Oportet etiam, ut sacerdos sit pastor suo gregi invigilans & dubios in fide confirmet & corroboret, & si qua controversia orta fuerit inter ejus cives, vel circa religionem, vel circa conventionem aliquam, aut transactionem, suam interponat operam & concitatos conciliet animos. Quamobrem oportet ut sacerdos accuratus sit disputator, & in controversiis dirimendis bene peritus, ut quæ dubia sunt in religione, & in controversiam veniunt, tam inter viros, quam mulieres, facile decidere possit. Si autem mali aliquid, aut litis acciderit inter virum & uxorem, ut animos reconciliet, totis viribus enitatur. Nec sit sacerdos vinolentus, neque caupo, neque tabernarius, neque delator, neque quadruplator, neque illusor, vel derisor, neque calumniator, neque facinorosus, neque exosus, neque effæminatus, neque leno, neque ludificator, neque aleator, neque publicis principum implicitus negotiis, neque percussor, neque suspectus, neque susurro, neque maledicus, ne ludibrio sit & despectui, nec quempiam irrideat, neque flagitii alicujus & sceleris nota inustus, neque suspectæ religionis & fidei, vir unius uxoris non bigamus, aut trigamus, aut qui ancillam duxit, aut affinem, vel consanguineam, ne scandalo sit plebi, cui præest & sacra administrat. Oportet quoque, ut ingenuus sit sacerdos, non autem servus, vel ex servili genere; hæc enim lege sancita sunt sacerdotibus. Oportet etiam ne tonsor sit sacerdos, vel chirurgus, aut ferramentarius, nec jurator, nec mendax, nec latrocinii suspicione notatus, ne scandalo sit plebi, cui præest & sacra administrat. Neque fas est, ut ad sacerdotium promoveatur, nisi qui in clericatus instituto ab ineunte ætate nutritus & institutus est, ejusque novit leges, & ministerio altaris navam dedit operam. Porro si necesse fuerit, laicorum aliquem ad sacerdotalem promovere ordinem, hunc spectati eligant sacerdotum seniores & spondeant pro illo, & interrogent seniores sæcularium, qui hujus familiaritate usi sunt, & cum illo conversati, de illius vita & moribus ut in omnibus perfectus & absolutus comperiatur. Nec promoveatur ad tertium ordinem, nempe diaconum, vel ad superiores, idest presbyteratum, vel episcopatum, qui puer sit ætate, aut intelligentia, neque de fide male suspectus, neque mente captus, aut membris minutus, velut monoculus, cœcus, surdus, claudus, neque altera manu mancus, neque leprosus, neque elephantiasi laborans, neque vitiis aliis, aut facinoribus notatus; sed ille ex laicorum numero eligendus & promovendus est, qui sanus, & integer est tam corpore, quam animo & fide, & in suos beneficus. Nec ducat sacerdos viduam, neque dimissam, neque adulteram, neque mœcham, neque impudicam, aut impudentem. Nec ebriosus sit sacerdos oportet, neque seditiosus, aut litigia adornans. Suas quoque pro plebe interponere debent sacerdotes preces, & diu noctuque, uti par est, pro illa orare. Vicissim debitos honores, & obsequia plebs illis deferre debet & jura agnoscere. Sacerdotum proventus ex ecclesiarum Dei bonis attribuendi sunt singulis annis ad victum & vestitum, moderate tamen, ac sine ulla prodigentia, aut profusione, ut divinis officiis in ædibus Dei vacare semper possint. Porro si tenues extiterint ecclesiarum Dei proventus aliquibus in locis, sæculares tunc succurrere debent sacerdotibus in necessitate constitutis; etenim si divitum est subvenire egenis, multo magis sacerdotibus.

Cæterum utriusque sexus Christi fideles suas

preces

ANNO CHRISTI 325.

A preces fundere, & sacrosanctum missæ sacrificium audire debent stantes, laudantes & supplices, animoque præsentes: Caveantque eo tempore ne blasphemi sint in Spiritum sanctum, colloquia miscentes prophana, aut de sacerdotum, qui pro illis exorant Deum, existimatione detrahant; etenim hæc diaboli sunt tela, quæ in Christi fideles tunc jaculatur, ut sic eos privet præmiis & fructibus orationum, & laudum quas occinunt, aut abstrahat eos, ne attento adsint animo, dum sacrosanctum celebratur missæ sacrificium; sed ut vacui abeant inde. Christi fideles cum quempiam concionem ad vos habentem ex divinis scripturis auditis, auribus & animo verba illius excipite, & acquiescite dictis, quia nihil is a se ipso profert, sed ex Dei vos B tunc adhortatur scripturis, proinde animum ad opera, & facta eorum ne attendatis, quia operum, & factorum suorum rationem ipsi sunt redditurí; vestrum vero est, eorum audire dicta & verba excipere. Christi fideles mandata observate sacerdotum, etenim hæc vobis mandant ex verbo veritatis, quemadmodum in sua lege præcepit eis Deus, adeoque ex illius lege hæc percipitis, nec animum ad opera & facta illorum attendatis, quia operum, & factorum suorum rationem ipsi sunt redditurí, vestrum vero est, eorum audire præcepta, & ex eorum ore illa excipere cum fide. Tandem ô sacerdotum & monachorum cœtus ne repuerascatis, & ad C pueritiæ mundi redeatis opera; sed estote pastores curam habentes gregis vestri pingues tuentes, macilentos alentes, confractos alligantes, scabie laborantes inungentes, fœtus humeris portantes, ut fidelium gregis crescat & augescat numerus. Quamobrem vestram impertite benedictionem omnibus sæcularibus utriusque sexus, qui operam navant orationi, jejunio, cæterisque bonis operibus; & orate pro iis qui eleemosynam largiuntur, errantes reducite, docete ignorantes & qui orare nesciunt, ne sint coram Deo ut muta jumenta. Avertite stultos D a sua stultitia, peccatores exhortemini, ut se a peccatis convertentes recte, & probe conversentur cum hominibus & a vitiis & iniquitatibus recedant, & confugiant ad opera virtutis, seseque iis ornent. Vos vero ante hæc omnia a vobismetipsis incipite, & his omnibus virtutibus vos exornate, ne scandalo sitis aliis, & vestra apud gregem diminuatur fides, existimatio & authoritas.

Cap. 15. *Quid Deo debeatur pro defunctis, & qua ratione adeunda est hæreditas.*

Deo debetur defuncti bonorum portio, quia E domini est terra & plenitudo ejus, & omnia bona sunt commodata hominibus ad vitam traducendam. Morte itaque oppetita, domino Deo cedit homo terrena omnia, domesticos, liberos, & quicquid bonorum est, ita ut nihil hinc illi comitetur. Decernat igitur Deo portionem aliquam ex bonis, quæ illi largitus est in hæreditatem, quemadmodum hæredes instituit filios, vel parentes, vel propinquos & proximos aliquos: hinc enim maximum consequitur homo ille præmium, peccatorum remissionem, & cum fiducia sese sistet coram tremendo Dei throno in die remunerationis. Illi autem qui hæreditatem bonorum, nimirum Dei, & defuncti lege, & obdormitione mortis adeunt, gratias Deo agere debent pro bonis illis, in quorum partem vocati sunt, iisque utantur in charitate & obsequio Dei. Si autem pro indiviso instituti sunt hæredes sive nullo facto testamento suo jure succedunt defuncto, dividant hæreditatem inter se secundum legis & æquitatis præcepta & morem. Porro si avaritia & aviditate distenti inter se non conveniant, adeant simul judices, qui in divinarum scripturarum & legum lectione studium, & meditationem impendunt, & Dei sunt vicarii, ut diiudicent inter eos secundum leges veritatis & æquitatis, & sciat unusquisque quod suum est, & acquiescant judicio & patienter ferant, juxta veræ religionis præcepta, amoto omni mendacio & fraude, vel dolo, nec præferatur major minori, nec minor majori.

Cap. 16. *De primogenitis.*

Primogenitorum officium est, matrum, fratrum & sororum curam habere, quia sancti sunt coram Deo & justi, ac legitimi parentum successores & propinquis præfecti, comitante eos Dei ope & scientia. Qui autem primogenituram sortitus est, Deo obsequi, & eum timere apprime tenetur & debet. Idcirco omnes qui in patris locum succedunt, & aliis præficiuntur, ad hæc quoque omnia obligantur.

Cap. 17. *De orationibus, earumque cognitione, ad quas tenentur fideles.*

Omnes Christi fideles ad septem tenentur singulis diebus orationes, incipiendo a vespere, sacra asserente scriptura: Factumque est vespere & mane dies unus, initio sumpto a nocte. *Gen. 1. 5.* Ideo prima oratio est ea, quæ dicitur ad vesperas; secunda est oratio dormitionis, idest antequam eamus cubitum; tertia oratio mediæ noctis, quarta oratio matutini, quinta oratio horæ nonæ. Monachi porro observantiores se se statuto obstrinxerunt, has canonicas horas persolvere cum adorationibus, genuflexionibus, psalmodiis & canticis; plebs autem ex his tres tantum persolvere debet cum genuflexionibus & psalmodiis, quatuor vero reliquas sua sponte & voluntate faciat sine psalmodiis. Tres autem orationes, ad quas plebs tenetur sunt oratio ad vesperas, oratio dormitionis & oratio matutina. Qui autem in his genuflectit, bene quidem facit, qui vero non, nullius culpæ est reus, easque persolvat vel stans, vel sedens, vel in lecto cubans. Media autem nocte Deum laudare mementote, ut vestri quoque ipse memor sit, dum in lectis vestris jacetis, & vestri misereatur, ac vestra dimittat peccata. Idem in aliis præstate orationibus, cum vestra agitis opera & negotia, ut dum mundana agitis, cœlestia lucremini. De his quippe orationibus sic ait David propheta: Septies in die laudavi te, idest nocte & die. *Psal. 118. v. 164.*

Cap. 18. *De ordine & præstantia orationis.*

Matutina oratione gratias Deo agimus, qui tenebras expulit, & caliginem noctis, & lustravit diei lumine terras, & quod ascendant angeli noctis, & descendant angeli diei, & quidem quicquid animo certo petimus hoc tempore, consequemur. Oratio horæ tertiæ eo persolvitur tempore, quo descendit Spiritus sanctus super discipulos Domini nostri Iesu Christi, & quo præparare nos debemus ad sacrosanctum missæ sacrificium. Oratio sextæ horæ persolvitur eo tempore quo cruci affixus est Dominus noster Iesus Christus, & passus est in sanctissima carne, &

ANNO CHRISTI 325.

& est tempus quo adimplevit pactum suum cum A Adamo, & ex ejus progenie fidelibus, & expiavit terram a maledictione, cui obnoxia erat ob Adami peccatum; & est sanctum illud tempus, quo augustissimum Christi edimus corpus, & ejus pretiosum bibimus sanguinem. Oratio horæ nonæ persolvitur eo tempore, quo Dominus noster Iesus Christus ex cruce depositus fuit, & de diabolorum triumphavit potestatibus, fregitque portas æneas, & ferreos vectes in libertatem vindicatis in inferorum carcere detentis, & ab eorum tormentis laxatis creaturis. Et est tempus quo latro qui ad domini dexteram crucifixus erat, dum in cruce pendebat, petiit, ut illius memor esset in regno suo, & meminit illius, & ex cæteris hominibus primum in Paradi- B sum misit. Quamobrem orate hac hora, ô Christi fideles fidis animis, & petite quia consequemini petitiones vestras. Oratio ad vesperas persolvitur eo tempore quo descendunt angeli Dei ad custodiendos omnes dormientes, & somno sopitos a tenebris noctis, & ab hostibus diaboli, & ascendunt angeli diei e terra abeunte die, & nocte ingruente. Hoc tempore aperiuntur januæ cælorum, quamobrem orate & petite, & dabitur vobis. Oratio dormitionis cum cubitum itur, est constitutio & lex apostolorum patrum, & prophetarum, & est maxime justis, probis hominibus & monachis præcipua, & quidem orantis hac hora exaudit preces Deus. Oratio mediæ noctis eo C persolvitur tempore, quo Dei celebrantur laudes ab omnibus cælestibus, terrenis, spiritu, anima, corde, venis, nervis, fructibus, foliis, arboribus, arbustis, fœno, herba, nec non ab omnibus terræ animantibus, iisque quæ in maribus sunt & fluminibus. Quamobrem certo animo orate hac hora omnes Christi fideles; & consequemini postulationes vestras. Hæc sunt orationum præstantiæ, & excellentiæ, quas gratuito hominibus largitus est Deus, ut quoties Domini sui memores comperiantur, ejusque celebrantes laudes, exaudiantur, & sua dentur eis postulata, & peccata dimittantur. Quamobrem impigri orate fideles, nec orandi vos tædeat D unquam.

Cap. 19. *De jejunio, ejusque excellentia.*

Omnibus Christi fidelibus tam viris, quam mulieribus, pueris, servis, cæterisque aliis jejunandum in primis est jejunium majus, nimirum per octo septimanas, cujus initium est postremum hyemis, & finis, initium veris, singulis autē septimanis jejunandū est quinque diebus dumtaxat, & duobus diebus frangendum jejunium, nempe die sabbati & die dominico. Quo autem tempore hisce duobus diebus, nimirum sabbati, & die dominico omnibus Christi fidelibus sacrum E audiendum est hora nona in ecclesiis, quoniam sunt dies festi, in quibus haud jejunandum est. Sabbatum est dies festus veteris legis, proinde sacrum eo die Christianis audiendum est, sed integrum illis est, opera servilia in eo facere, & frangere jejunium. Dominicus vero dies est novæ legis festus, ideoque oportet ut Christi fideles vacent hoc die ab omnibus servilibus operibus, sacrum audiant & frangant quoque jejunium. Et est dies, de qua ait Deus per linguam
Psal. 117. v. 24. Davidis prophetæ. *Hæc est dies, quam fecit dominus; exultemus & lætemur in ea.* Si autem dicet aliquis, Davidem locutum fuisse de die sabbati, huic respondemus & dicimus: David ut diem festum sabbatum celebrabat, & magnificiebat ex legis instituto, hic vero loquitur de die dominico ut de re nova dicens: *Exultemus & lætemur in ea*, quod quidem & veritati consentaneum est. Atque ita omnes dies dominici totius anni colendi, venerandi sunt Christi fidelibus. Et hoc quidem jejunium Christi fidelibus hac ratione observandum est quotannis. Abstinere quoque tenentur per septem sanctæ quadragesimæ septimanas a carnibus, omnibusque pinguibus, & quo magis se continent a cibo & potu, eo plus accrescit meritum justitiæ & bonorum operum, quia jejunium simile est officinæ fullonis, in qua vestes nonnisi lotione & nimia attritione, & confricatione dealbantur: sic peccata non absterguntur, aut condonantur, nisi jejunio, fame, abstinentia a concupiscentiis, puris & supplicibus orationibus, humilitate, inedia & fletu; non quidem pinguescendo, & operam dando cibis, gulæ, gaudiis & carnalibus voluptatibus. In paschate autem incumbere enixe debent Christi fideles orationibus & psalmodiis, & edant, bibant & lætentur, ita tamen ut non excedant modum & iniquitates, ac peccata admittant, quia hæc est magna illa solemnitas & pascha, in quo ab hoste liberati sumus, & præmia operum a Deo expectamus, spe adepta remunerationis.

Cap. 20. *De iis quæ tempore jejunii interdicuntur.*

Tempore jejunii quadragesimæ nulla celebranda sunt, aut agenda gaudia, neque sponsalia, neque nuptiæ, neque pontificum, aut sacerdotum promotiones, neque electiones, neque consecrationes, neque inaugurandi sunt reges, neque coronandi, neque baptismata celebranda, quia dies jejunii sunt dies luctus & mœstitiæ, quibusque preces & supplicationes diu, noctuque Deo porrigendæ sunt. Neque etiam cuiquam ulla de re congratulandum est. Defunctorum tamen exequæ & funera non sunt prætermittenda, neque infantis, cui mortis instat periculum, baptismus. Adhuc sacerdotes, seniores populi, patres-familias, cunctique Christi fideles jejunare singulis diebus feriæ quartæ & sextæ a carnibus, atque lacticiniis abstinere semper his duobus diebus per totum annum, exceptis solemnitatibus dominicis, & diebus Pentecostes, nimirum qui intersunt inter Pascha & Pentecosten, quia hi omnes sunt dies festi, in quibus Christus cum discipulis suis conversatus est post resurrectionem suam a mortuis, usquequo ascendit ad cælos, sedit ad dexteram patris, misitque Spiritum sanctum qui est Paraclitus. Christi autem fideles, qui sua sponte religionis observantiæ sese addixerunt, jejunare debent jejunium discipulorum Christi, quod Pentecosten insequitur, cum discipuli homines ad fidem in sanctissimam Trinitatem vocabant, & invitabant, in quo idem ac in aliis observatur ciborum delectus. Scitote demum fratres, Christianam religionem totam ad alterius vitæ tendere opera, non autem ad mundana, quia recta opposita est voluptatibus & concupiscentiis, adeoque qui eam amplecti vult, bonis operibus impense det operam ad aliam vitam consequendam.

Cap. 21. *De Paschate eodem tempore ab omnibus Christi fidelibus ubique celebrando.*

Facta est inter nos maxima contentio de instan-

ANNO CHRISTI 325.

tis sancti Paschatis celebratione. Comperimus enim tria præcipua orbis climata una cum reliquo universo sub sole orbe concorditer eumdem celebrare Paschatis diem. Asiam vero solam, & subjectas ei regiones, quæ minima respectu cæterarum pars est, in hoc dissidentem. Quamobrem bene nobis visum est, ut Asiatici & qui ad eos attinent, Romanorum, Alexandrinorum, ac reliquorum sequentes exemplum, cæteris conformentur orbis habitatoribus, & concorditer Pascha celebrent, una eademque die, qua dominus resurrexit a mortuis, quæ quartam decimam" horam primi mensis subsequitur, ut in hoc etiam opere simus concordes, unum idemque verbum proferamus ubique de morte, & resurrectione Domini nostri Iesu Christi, utque inconversi in eadem maneamus fide, & sanctum nostrum glorificetur fundamentum, & ex hoc uno opere dignoscatur, omnium nostrum unam esse fidem.

Cap. 22. *De privilegiis sanctorum altarium, eorumque juribus & statutis.*

Singularum gentium locorum & altarium primatus, privilegia, & jura servanda sunt, nec ad illa ullus promoveatur extraneus, nimirum ad officia orationum & regiminis, quia hęc spectant ad singularum urbium cives, & ministros ipsorum altarium, nisi iidem aliquem honorare, promovere & sibi præficere velint. Neque etiam fas est patriarchis, metropolitanis, episcopis, monasteriorum abbatibus, regibus, aut imperatoribus potestatem exercere & dominium in locorum cives & altarium ministros, nisi legitimum jus ad id habeant: neque etiam privilegiis earum ecclesiarum & altarium derogare, mutare consuetudines, aut ceremonias, nec præficere illis quempiam, nisi in quem ipsi conveniunt, vel is præficiatur, promoveaturque ab habente legitimum jus, ipsis præbentibus consensum, & adhibitis testibus, ne deinceps inficiari hoc possint. Porro ut Christi fideles potestatibus subjecti sint, & suis obediant prælatis, eorum acquiescant præceptis & interdictis, secundum divina jura & leges a priscis, & fidelibus sanctis patribus præscriptas & constitutas. Ipsi quoque justitiam præseferant & æquitatem, divinamque observent legem & custodiant, & Dei obsequantur dispensationi, quæ præ cæteris gentibus illis tributa est.

Cap. 23. *De cognitione fidei, ejusque conservatione & observantia.*

Christi fideles suam religionē intelligant oportet, ac bene capiant quæ sit eorum fides. Et primo quidem credere debent in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum; in Patrem ut originem" divinitatis, in Filium ut Verbum Dei, in Spiritum sanctum ut spiritum Dei ex utroque procedentem, qui descendit super patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, omnesque sanctos benedictos, & quiescit ubi vult, & egreditur unde vult. Fides autem in filium Dei æternum Iesum Christum est, quod descendit de cælo, habitavit in Maria virgine, & assumpsit ex ea corpus, quo suam majestatem occultaret a creaturis, ne viderent eum oculi, quia si videret illum oculus in substantia suæ majestatis, nequaquam ad momentum viveret super terram, quia non est naturæ concretæ spiritualem videre substantiam; Ideoque corpus assumpsit, in quo ostendit opera cælestia, ut ita illum cognosceremus. Item crucifixus est in sua humanitate pro suis creaturis, & obsecutus est in hoc voluntati patris explens fœdus, quod pepigit suo servo Adam, & prostravit hostem ejus, ac eadem arte (qua perdidit hostis ille hominem sua natura infirmum, invidiose instruens illi dolos, ut rebellem & contumacem eum redderet in dominum & creatorem suum, & occultans se sub corpore & specie serpentis Adamum & Evam sub ementita natura fefellit) Christus dominus divina dispensatione infirmam assumens humanam naturam diabolum fefellit. Et quemadmodum diabolus expugnaverat veterem hominem, ita homo nouus, qui est humanitas Christi, expugnaverat veterem hominem, ita homo nouus, qui est humanitas Christi, expugnavit diabolum, & irritum reddidit artificium ejus, & liberavit quem absorbuerat peccatum, & pretio sui pretiosi sanguinis redemit suos tam superioris sæculi, quam futuros, & salutis tradidit legem, ut nulli relinquatur deinceps legitima excusatio. Et laus, atque gratiarum actio Patri, & Filio, & Spiritui sancto Deo uni in sæcula. Amen.

Cap. 24. *De delatoribus & contumacibus.*

Nemini proximum criminari licet, aut invidiose eum deferre. Si quis autem hujus criminis infamia notatus fuerit, compescatur. Et si resipiscere, & ad meliorem frugem redire recusaverit, coarguant eum filii ecclesiæ Dei, deprimant, & e sua expellant vicinia. Quod si facere non valebunt, ab ejus conversatione se contineant, nec edant, vel bibant cum illo, aut familiaritate utantur, quia vendit suos fratres in fide, quemadmodum vendidit Iudas dominum, & magistrum suum, illumque prodidit. Nos itaque præcipimus omnem penitus abesse e clero delationis criminis suspicionem. Et si quis e clero compertus fuerit hac nota inustus, dejiciatur suo ordine & officio privetur.

Cap. 25. *Statuta & canones eorum sanctorum patrum CCCXVIII. per modum exhortationis & comminationis.*

Filii ecclesiæ Dei fideles, ne ejus transgrediamini præcepta, neque commercium ineatis cum hæreticis execrandis, hostibus verbi veritatis, nec simul cum illis oretis; eorum funeribus, aut celebritatibus ne adsitis, pejores enim hi sunt gentibus præteritis. Excommunicationem maximopere timete, & eam spernere cavete, nec familiaritatem ineatis cum spernentibus illam, nec eos pervicaciter perseverare in hoc sinatis, sed ut resipiscentes pœnitentiam agant, omnem conferte operam & studium. Contumacis ne ingrediamini domum, celebritatibus ejus ne adsitis, neque funeri, vel exequiis. Qui ad veritatem non revertitur, nec ejus rationem habet, rescindite & projicite illum. An nescitis, aut ignoratis dictum illud evangelii. *Quodcumque ligatur in terra, ligatum erit & in cælis?* Filii Matth. 16. v. 19. ecclesiæ Dei Christi, quos suo redemit pretioso sanguine, ne ægre feratis injurias vobis propter Deum illatas, neque religioni vestræ præferatis amorem propinquorum, aliorumve illius domini & Dei nostri Iesu Christi in evangelio memores dicti. *Qui amat patrem, aut matrem, aut quidquam bonorum plusquam me, non* Matth. 10. v. 37. *non est me dignus.* Filii ecclesiæ Dei cavete a falso testimonio

testimonio dicendo, & a veritate impugnanda ob animi in aliquem propensionem & affectum, quia qui hoc facit, jam se ipsum de libro vitæ obliteravit. Filii ecclesiæ Dei a partibus state veritatis, & omnem a vobis procul rejicite affectum, & juxta datam a Deo veritatis normam, ne celetis quam scitis veritatem, quia qui celat quæ scit in proximi perniciem & damnum; perditioni traditur a Deo æternæ, & opera ejus execrabilia erunt. Filii ecclesiæ Dei, mortis memores estote, proinde crimina quæcumque & flagitia extimescite, & ingenui animo & corpore estote, omnem utriusque evitantes labem, & maculam, ignem gehennæ timete, vermesque insomnes, iterata tormenta, ad ultimum aspirate finem, caducas & fragiles spernite voluptates, æternas, & permanentes expetentes, nec non regnum illud in sempiternum duraturum, & Dei famulis ingenuis animo & corpore paratum. Filii ecclesiæ Dei, ecclesiæ sanctæ, fideles estote in iis, quibus præpositi estis, & animarum vestrarum curam gerite, nec vitiosi, aut corruptores sitis, nec secessiones facientes, quia omnes vitiosos, & corruptores odio habet Deus, & execrabiles ei sunt, qui secessiones faciunt, & seorsim sibi altare constituunt. Filii ecclesiæ Dei, qui aliquid commodat de suis bonis, ne det illud fœnori, quia odio jam habuit Deus fœneratores, nec illos benedicit, nec benedicit eis, imo eorum dissipat bona. Porro illi, qui commodant fratribus suis in fide, aliisque etiam propter Deum, sancti Dei sunt nuncupandi, & nequaquam benedictionibus & bonis carebunt. Filii ecclesiæ Dei, qui vestrum commodat alicui quidquam, patienti animo expectet debiti exactionem, donec sciet eum esse solvendo, nec illum nimis urgeat iteratis petitionibus. Iam enim scitis Domini nostri Iesu Christi quænam sit de re ejusmodi sententia in sacrosancto evangelio dicentis: *Assimilatum est regnum cælorum* Matth. 18. v. 33.
homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et vocavit unum eorum, qui debebat ei decem millia talenta, cum autem non haberet unde redderet, jussit eum dominus ejus venundari, & uxorem ejus & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me domine, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum & debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum dicens: redde quod debes. Et procidens conservus ejus rogabat eum dicens. Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conservi ejus ejusmodi facinus, conterriti sunt valde & convenientes abierunt, & narraverunt domino suo omnia quæ fecit; quod turpe ducens, dixit eis: Ego misertus sum ejus, cum multo plura mihi deberet, & patientiam in illo habui, & ipse patientiam non habet in conservo suo. Et accersito servo illo dixit: Serve nequam & tibimet injurius, non ne rogasti me pro te ipso, & exaudivi petitionem tuam? Maxime, inquit, Domine mi. Ait illi: Serve crudelis quomodo misertus non es conservi, quemadmodum & ego sum misertus tui? Nunc sicut fecisti, tibi fiet. Iubente autem domino in carcerem detrusus est, vendiditque uxorem & filios, & omnia quæ habebat, quoadusque redderet ultimum quadrantem, nec dimisit illi quidquam. Ita faciet vobis Deus Pater, nisi invicem miserti fueritis. Hæc quidem ex sacrosancto evangelio plane habetis & intelligitis. Qui ergo alieno ære obstrictus est, præ oculis ponat quæ debet Deo, & illud dissolvat, quamvis vendat agrum, vineam, fruges, nec non aurea ornamenta & vasa, ac tenuiorem sibi, suisque præscribat vivendi normam, & rationem. Si autem creditor debitum condonat ei, qui solvendo non est, maximum quidem a Deo consequetur præmium. Porro si debitor alienum æs iniquis modis fraudare nititur & solutionem cavillatur, maximi criminis efficitur reus; ubi creditor patienter ferens, & gratias Deo agens suorum peccatorum veniam obtinebit. Quamobrem consulite vobismet Christi fideles & Deum timete, ejusque cavete indignationem, ardentes avaritiæ extinguentes in vobis ignes & componite affectus, sic enim reliquos facile componetis mores. Filii ecclesiæ Dei, cui vestrum concredita est res aliqua, aut traditum depositum ingenua sit fidelitate, remque eadem prorsus qua accepit, ratione restituat; illius enim, qui concredita sibi fideliter non restituit, haud miserebitur Deus, imo meritis in die judicii destinatur pœnis. O ecclesiæ Dei antistites, qui vestrum judiciis, & causis decidendis præficitur, secundum debitam veritatem judicia decernat, nec hominum propter Deum timeat reprehensiones & injurias, nec dissimulet, nec munera accipiat. Quia principes qui justa ferunt judicia, & justitiæ Dei inter populum sustinent pondera & servant momenta, collocabit Deus ad dexteram suam in ultimo die, cum ipse in lucido sedebit throno super mansiones majestatis, eruntque cum principibus angelorum. Verum qui iniqua decernunt judicia, & superbia efferuntur, & arrogantia, sui animi sequentes cupiditates & affectus, judicia Dei, & veritatem deserentes & posthabentes, in ima detruduntur tartara, cum diabolorum principibus torquendi. Filii ecclesiæ Dei, & sacerdotes ejus, ne permittatis quicquam turpe, obscœnum, aut fœdum admitti in domibus vestris, nec vetita comedatis munera, & ejus, qui vitiis, flagitiisque corruptus est, ne utamini familiaritate, aut cum illo conversemini, nec tangatis, nec cohabitetis. Aspicite quæso & considerate quid fecit Deus Moabitis, Ammonitis & Amalecitis tempore Moysis, dum turpia in suis domiciliis admittere non sunt veriti, nec obscœnitatum eos puduit, quomodo perdidit illos Deus, & omnes ad interitum perduxit. Quamobrem dilectissimi Dei, Deum gloriosum timete & colite. Filii ecclesiæ Dei ne seducat vos mundus suis concupiscentiis, illecebris & voluptatibus, quia quæ editis, ad sterquilinia tendunt & quæ induitis obsolescunt, Vos vero rationem pro his reddituri estis. Deum itaque aspicite, & in eo spem collocate vestram, cum eleemosynam ex bonis vestris elargimini, aut cibum præbetis famelicis, aut siti laborantibus potum, aut nudos induitis, aut munera offertis Deo, & ab illo solo in illo ultimo die mercedem expectate. Filii ecclesiæ Dei timete Deum, & si qui vestrum præficiuntur, aut populis regendis, aut familiis, aut ecclesiis, enitantur omnia bene gerere, omnibus benefacere, omnesque suos conferre conatus, ut probe obeant munus sibi collatum. Paterfamilias ne suis desit domesticis, nec unum præferat alteri, illicita ne appetat, nec sibi deligat meliores cibos,

ANNO CHRISTI 325.

bos, potus, aut vestimenta. Ecclesiæ rector, & A œconomus ne suos sequatur affectus, & alios aliis posthabeat, sed cum singulis pro meritis agat, bona Dei ne defraudet, eleemosynas, & oblationes ne male dispenset, sed juste illa in ecclesia impertiatur & qua decet impendat, debitam sibi servans partem, nec defraudet quæ Dei sunt, sibique sit injurius. Mente agitote rectores quam rationem cras reddituri estis justo judici, ubi nulla admittitur excusatio, nullæ interponuntur preces, nulla suscipiuntur munera; sed singuli secundum opera sua recipiunt mercedem, probi juxta benefacta, improbi juxta malefacta. Filii ecclesię Dei fideles quoties peregrinationem instituitis ad orandum & visitandum Dei ædes, loca sanctitatis ejus, & Christi ejus vestigia B ne corpora vestra cibo, & potu oneretis, ne obdormiatis propterea & impensam perdatis & laborem, eritisque sicut jumenta, quę edunt & dormiunt, nec Dei optimi maximi occinunt laudes, sed imitatores estote prophetarum, patriarcharum sanctorum & justorum, sedulam dantes precibus operam, nec vos pigeat, jejunii opem addentes, ut assequi valeatis quæ orando petitis a Deo, ut prisci illi justi qui vos antecesserunt, suntque vobis exemplo. Nec accedatis ad templa Dei e longinquo, aut propinquo loco jocantes, deridentes, collaudentes, canentes, bibentes, ac temulenti: Si quem autem videritis ejusmodi facinora patrantem ne divertatis ad illum, quia C hæc omnia sunt diaboli tela & machinæ ad intrudendum pro laudationibus blasphemias, pro precibus execrationes, pro misericordia & peccatorum venia per gratiam a Deo consequendis maledictionem & vindictam. Filii ecclesiæ Dei sanctę, qui vestrum jejunaverit, oraverit, eleemosynam largitus fuerit, captivum redemerit, ecclesiam aliquam construxerit, famelicum cibaverit, peregrinum hospitio exceperit, carcere detentum liberaverit, sacrificium obtulerit, aut aliquid ejusmodi opus justitiæ pręstiterit, ne glorietur, & prædicatione id efferat, ne inane & vacuum reddat hoc justitiæ suæ opus: id quippe ex diaboli machinatione est, ut irrita vestra D efficiat opera, quia Deus odio habet maximo gloriationem & superbiam. Filii ecclesiæ Dei, si quis vestrum in peccatum lapsus fuerit ne illud coram hominibus divulget tanquam gloriabundus & in Deum contumax; sic enim probi omnes ejus evitare conversationem & familiaritatem tenentur & debent, cum Deum non timeat iste, nec hominum erubescat ora. Nihilominus qui in peccatum incidit, ne desperet, aut de Dei diffidat misericordia & spem omnem abjiciat, sed revertatur ad Deum, & pœnitentiam agat sacerdoti medico animarum suum aperiat peccatum, & puro defleat corde, quia per eum E Deus solus condonat nobis peccata & crimina. Filii ecclesiæ Dei vestrum est preces porrigere pro filiis vestris & domesticis, eosque benedicere, & pro concessis vobis bonis gratias agere, ut vobis benedicat Deus & augeat illa. Filii ecclesiæ Dei, qui vestrum bona a Dei consecutus est gratia, liberosque habet, caveat ne diris illos devoveat, ne forte exaudiatur, accidatque vobis amissio liberorum & bonorum, & acerbissimum casum mœrentes & desperantes, animas vestras perdatis, vobis imprudentibus. Cavete etiam ne gloriatione vos efferatis super fratres vestros propter filios vestros, facultates aut dignitatem aliquam, quia gloriationis peccatum deperdit

non solum liberos, sed utriusque etiam sæculi bona. Filii ecclesiæ Dei cavete vobis ab avaritia & invidentia, quia hæc duo lacerant eos, in quibus insunt, profligant opes, liberos perdunt, morte citius afficiunt. & afferunt egestatem. Nemo vestrum oculos intendat in proximi bona, neque dicat: Cur huic datæ sunt opes, mihi vero non item? Hac enim ratione coarguere is videtur dominum suum, qui dat cui vult & excludit quem vult. Quamobrem si quæ desiderata desunt vobis petite a Deo & dabuntur vobis; similiter & quæ sunt alterius vitæ, quia ipse bonorum munerum & donorum largitor est. Pariter qui ex vobis mundana exoptat, ut liberos, honores & dignitates, Deum timeat, justitiam operetur, Deum roget & honesta consequetur optata, quia ea largitur cui vult & ut vult. Filii ecclesiæ Dei ne dicatis: multum oneris impositum est nobis, & alia super imposita, quæ ferre non possumus, & cum sitis alieni a voluptatibus mundanis, stulta loquamini. Insipiens enim dicit hoc: An ditiores nobis meliores sunt? Scitote Deum optimum maximum nequaquam constituisse mundum hunc nobis perpetuum domicilium, aut æternum, neque vitam duraturam, neque id nobis sperandum est. Nam si ita esset, utique hoc tribuisset suis servis, suis electis & eum timentibus & prophetis, & exclusisset prævaricatores, & in eum contumaces; sed constituit hunc mundum stadium laboris & certaminis, illum vero alium domicilium beatitudinis & æternitatis; proindeque suis decrevit obedientiam, & interdixit eis mundana desideria & cupiditates, & sanxit illis omnia opera justitiæ, quæ sunt certamina, labores, afflictiones & multiplices tribulationes. Porro sancti Dei famuli, viri magni consilii, & prudentia præditi, severissime mundum ejusque cupiditates contempserunt, & portaverunt jugum portatu difficile primo & abjectu leve, sed progressi in operibus justitiæ leve experti sunt, & sic adjuti regnum possederunt cælorum, æternamque felicitatem, & in hoc mundo inculpati sunt habiti, quia nulla mundanarum rerum habita ratione Deũ timuerunt & mansuetam mitem, ac humilem traduxerunt vitam, ut Dei servi & cultores. Insipientes vero mundanas concupiscentias, voluptates, easque avide complectentes, nec jugum religionis portare sustinentes, grave quippe illud duxerunt, suas secuti sunt cupiditates & libidines in omni genere scelerum & peccatorum volutati sunt, & longe a Deo recesserunt, & præterquam quod toto vitæ curriculo in peccatis, flagitiis & in omni vitiorum genere vixerunt, vituperationes forte, & ignominiam apud homines non effugiunt, adhuc etiam certam Dei benedicti & excelsi maledictionem & cruciatus sempiternos sine misericordia in perpetuum subibunt. Filii ecclesiæ Dei ne dicatis, aut credatis, vos esse Deo proximos, alios vero ejus esse hostes, quia proximus Dei evadit, quicumque ejus observat præcepta, & ab illo longe recedit, & hostis fit illius, qui scelera & flagitia admittit, quibus eum ad iracundiam provocat, & ejus indignationem concitat. Filii ecclesiæ Dei, utique alii fuerunt Deo ante vos famuli & cultores qui ab illius obedientia desciscentes suo vitio perierunt. Quamobrem Deo vestro obtemperate, & præceptis ejus obsequimini, eumque timete, ne pereatis & vos etiam. Filii ecclesię Dei, Iudæi habebant fœdus, carnalis circumcisionis,

vos

ANNO CHRISTI 325.

vos vero fideles spiritualem circumcisionem, quæ est descensus Spiritus sancti ignis comburentis & consumentis peccatum. Item Iudæi corporalia observabant lavacra, quibus mundabantur à lotio & pollutionibus, totique animo & mente intenti erant, ne aliquid ejusmodi eorum tangeret corpora, & vestimenta. At vos Christi fideles hoc multo præstantius habetis, aquam scilicet baptismi, quæ animas mundat, & corpora, & est aqua illa munda, & vere pura, de qua locutus est Isaias propheta & exclamavit dicens. *Lavamini & mundi estote.* Verum oportet ut vosmetipsos contineatis a verbis impudicis & sermonibus inverecundis, & casta ab omnibus illicitis & nefariis vestra servetis corpora. Etenim & Iudæi cum parvipendere verba legis cœperint & onerosiora illius deposuerint, leviora quædam tantum & externa observantes, reprobi facti sunt, & cecidit ignis devorans & ulciscens in domicilia & liberos illorum & maledictio sicuti scitis; & quamvis fuerint populus electus & dilectus Deo, tamen cum ad iracundiam illum suis provocaverint sceleribus, perdidit eos; sic & vobis, nisi ejus observaveritis præcepta, timeo, ne accidat quod & illis. Quamobrem servate, o baptismatis filii, religionis vestræ mandata, nec prætermittatis omnem munditiem linguæ, corporis & cordis, & sciatis quod omnia quæ eveniunt Christianæ religionis cultoribus, infortunia & afflictiones deriventur ex contumacia & prævaricatione in Deum dominum suum & religionis contemptu. Idcirco cavete ne accidat, vobis quod accidit eis, qui vos antecesserunt, & percipite scripturas Dei, quæ noctu, diuque leguntur vobis. Si autem Iudæi glorientur de manducatione manna in deserto, vos quidem majus hoc habetis, nimirum panem eucharisticum, qui est panis angelorum. Si vero glorientur se transisse per medium maris & Iordanis, id tamen non liberavit eos a peccatis. At vos descendistis in aquam baptismi, & uncti estis sancti chrismatis oleo, quo uncti sunt prophetæ, sacerdotes, & reges, & a peccato mundati estis. Et si glorientur Iudæi adversus vos, quod dederit eis Deus terram Syriæ, perdens ex ea gigantes, major gloria data vobis est, quia spoliavit eos regno, & dedit illud vobis, & abstulit ab eis sancta vestigia, & dedit illa vobis, & addidit insuper vobis quod non dedit eis in lege, ut intelligeretis scilicet retributionem alterius vitæ & æternam beatitudinem, quam estis consecuturi, quam illis non aperuit, nec in cor eorum ascendit, quam concedat vobis Deus. Amen. Amen.

Finis canonum & constitutionem sanctorum Patrum CCCXVIII. in Urbe Nicæa congregatorum.

Interprete ABRAHAMO ECCHELLENSE Maronita e Libano.

EIUSDEM CONCILII NICÆNI PRÆFATIO.

EX ARABICIS ORIENTALIUM codicibus Latinitate donata

Ab eodem ABRAHAMO ECCHELLENSE.

MAGNUM trecentorum octodecim PP. concilium Nicææ Bithyniæ coadunatum est anno dominicæ incarnationis 325. Alexandri 636. Adami 5808. qui est annus Antiochi Antiocheni 373. mense Iunio, Imperii invictissimi Constantini cognomento magni anno 19. (secundum Ægyptios *die nona mensis Hatur, anno 17. Constantini.*) Causa autem tanti concilii coadunationis Arii fuit impietas, qui Filium Dei creaturam esse proterve blasphemabat. Hunc sæpius arguit Alexander Alexandriæ patriarcha, & ab incœptis non desistentem sacris interdixit, ac e suo tandem dejecit ordine, in quam tum sententiam patres concessere omnes.

Sed rem paulo altius repetamus, ut rei causa melius dignoscatur. Postquam itaque per sanctissimos apostolos promulgata est Christi lex, quemadmodum illis inspiraverat ipse per Spiritum sanctum, qui super eos descenderat: Lex nova, inquam, & electa, sicut per Isaiam dixerat prophetam, Christi fides invalescere cœpit, altasque mittere radices, ut universa terra fidelibus compleretur, floreret justitia, æquitas, veritas, ac reliquæ virtutes, dejectis, ac procul expulsis dæmonis fraudibus, & artibus. Videns igitur diabolus fidem veramque religionem, quaqua terra patet, extensam esse, ac in immensum fere Christi crevisse gregem atque multiplicatum: pastores, episcopos, rectores, ac electos Dei sacerdotes gregi incremento, & cultui gnaviter invigilare, & munere suo quemque sedulo fungi: retia texere, struere technas, arma parare cœpit, ac omnibus contendere viribus ad oppugnandam veritatem, ac Christi fidem religionemque quibusvis posset modis excidendam, aut labem aliquam inducendam ei. Nec profecto vanas suas artes, incassumque fore laborem arbitrabatur, cum ejus tempestatis imperatores, ac principes ethnici essent omnes variis impliciti superstitionibus, & idolorum toti dediti cultibus. Hinc implacabiles imperatorum in Christi fideles excitavit iras, & furores, ut ubique eos perquiri, & crudelibus tradi necibus cœptum sit, nisi veram abjicerent fidem, nisi idola adorarent, nisi abominationis offerrent sacrificia. Verum effuso sanguine, & patratis cædibus Christi fideles in diem crevisse observatum est. Nec ingruentes etiam ærumnæ, ac persequutiones perduellium impedimento esse potuere fidelibus, quin decreta & sanctiones, quas tradiderant apostoli pro viribus observarent: nec distinere potuerunt pastores, quin ecclesiasticas constitutiones pro temporum ac fidelium necessitate conderent. Demum miserante illo, qui dixerat apostolis, & per eos ipsorum successoribus: *Ego ero vobiscum usque ad consummationem seculi*: tot furores, & irarum scintillæ, quas dudum in imperatorum incenderat animis diabolus adversus Christianos, per mulierem quamdam, nomine Helena, quæ ab ineunte ætate Christiana fide, & moribus ab Edessenæ urbis episcopo imbuta erat, sedatæ, & extinctæ sunt. Hujus autem incomparabilis fœminæ, & de Christiana religione optime meritæ, gesta plene describuntur in historia inventionis Crucis, quamobrem brevitati hic consulentes ea præterimus. Videns itaque Dei hominumque hostis diabolus hac quoque

quoque ex parte suas frustratas esse artes, ac strophas, alias texere aggressus est, seditiones, & schismata inter fideles ipsos disseminans, quod quidem ex animi sententia, illi cessit. Nam tales ortæ sunt inter fideles dissensiones, ac dissidia, ut plures essent perversi hæretici, quam orthodoxi, in diesque crescebant adversarii decrescentibus fidelibus, ita ut fere essent instar tritici grani in amplissimo, feracissimoque zizaniorum agro. Nec sane ecclesiam Dei isti persequi destiterunt, imo ethnicis extitere pejores, quippe divinas scripturas alicubi commutabant, alicubi addebant eis, alicubi demebant ea loca, quæ suis dogmatibus minime favebant: & apostolicis traditionibus, & decretis rejectis alia e suo cerebro substituerunt. Nec vero ab ecclesia catholica dissidentes inter sese conveniebant, sed in varias dissecti erant sectas, ut hæreticorum omnium mos est.

Prima istorum secta Sabbatinorum dicitur, ex reliquiis Iudæorum qui impuro corde Christianam amplexati sunt fidem. Affirmabant quippe æquius esse sabbatum observare, venerari, ac in eo sacrificia offerre, quam diem dominicum; quia eo die, dicebant, Deus complevit, absolvitque creaturarũ opus, & benedixit illum, atque præcepit, ut coleretur, & requies in eo ab operibus, & laboribus caperetur. Verum obliti erant isti Dei vocem per Isaiam prophetam ita contestantem: Odio habuit anima mea sabbata vestra, & Neomenias vestras, & facta sunt mihi gravia. In illo die cessare faciam omnia sabbata vestra, & dabo vobis legem novam electam, non sicut eam, quam dederam Moysi servo meo in Choreb die magni conventus, sed novam legem electam mittam vobis e Sion. Ex qua auctoritate plane apparet, legem datam in monte Choreb, Mosaïcam scilicet, una cum observatione sabbati, circumcisionis, aliorumque cæremonialium, quam tunc dederat, jam abrogatam esse, illique successisse legem novam, quam a Christo domino accepimus in Sion per sanctos apostolos. Adhæc asserebant Mosaïcæ legis lectionem euangelio, & omnibus novi instrumenti libris in ecclesia esse præferendam; circumcisionem haud esse abrogatam, ejusque propterea usum, & observantiam gnaviter inculcabant. Verum hujus sententiæ arguit eos Deus per Prophetam dicens: in illo die maledicam omnem circumcisum ex Basan, & Haman. Similia de cæremonialium usu dicebant. Pascha juxta veteris legis morem, & statutum esse celebrandum contendebant, ex eo strophas, & rationes texentes, quod novum testamentum veteri non sit oppositum. Et quidem quamvis ita judaizarent, se esse veros Christianos prædicabant. Et hi sane sunt de quibus ait apostolus Paulus: Cavete ab opere malo; cavete a circumcisione, cum reliquis omnibus a quibus nos cavere monet.

Secunda secta est Simonitarum a Simone Mago suam ducẽs originem & nomen. Hic sancti Spiritus gratiam pecunia emere, pertentare est ausus. Hunc sequaces Simonem apostolum vocabant, eumque esse Dei Filium, ejusque reconditam virtutem blasphemabant; ideoque appellatum fuisse Simonem dicebãt, id est, *obedientem*, quia obedivit Patri mittẽti illum ad nostrã salutem Apostoli vero hunc vocabant Simonem Magum, quia magiæ operam navabat, & multa opere magico perpetrabat mira, ac inter cætera fecit sibi currum, quo per aera a dæmonibus ferretur. Hujus rerum gestarum narratio refertur in libro Actorum apostolorum Petri & Pauli. Sibi autem perfidi isti euangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos secantes; librum quatuor angulorum; & cardinum mundi appellarunt. Omnes magiæ operam navant, illamque tutantur, pendentia e collo gestantes fila coloris rubri, & rosacei in signum pacti, ac fœderis initi cum diabolo eos seducente.

Tertia secta Marcionistarum est, qui asserebant tres esse Deos, bonum, malum, ac medium inter utrumque. Iccirco sacras scripturas quibusdam in locis commutarunt; addideruntque euangelio, & epistolis Pauli apostoli aliquibus in locis; quædã vero loca mutilarunt. Apostolorum Actus e medio omnino sustulerunt; alium substituentes Actorum librum, qui eorum faveret opinionibus ac dogmatibus, illumque nuncuparunt, *Librum propositi finis*. Marcionem principem nominabant apostolorum, Simonem Petrum e suo gradu, & ordine deturbantes. Psalmos, quos recitent inter preces fundendas, alios a Davidis psalmis sibi effinxerunt. Nullam futuram resurrectionem, & de mortuis jam actum esse, impie docebant.

Quarta secta Sophistarum dicitur; qui tenent animas migrare vel in jumenta, vel in homines. Homines in mundo esse instar fœni, cujus aliquid metitur, & aliquid nascitur, asseverabant, nullamque fore resurrectionem post obitum, aut judicium, sed homines suorum gestorum mercedem, ac præmium in hoc mundo recepturos.

Quinta secta Manichæorum nomen habens a Mane, qui dæmoniacus, ac stultus cognominabatur. Hujus gesta si recensere vellem, prolixior, quam par est hæc nostra evaderet præfatio. Isti duo esse principia, seu duos deos delirabant; bonum unum, malum alterum. Bonus creator est luminis, & bonorum: Malus malorum, ac tenebrarum, plures pro hac sententia tuenda afferentes rationes. Adhæc nullam hominum futuram resurrectionem, nec judicium, nec bonorum præmium, nec malorum pœnam, & ipsi affirmabant. Solem, lunam, ac septem planetas colunt. Duodecim Zodiaci signorum varios observant situs, sicut, & reliquorum astrorum motus; quorum ductu suas actiones temperant. Matrimonium illicitum omnino ducunt. Perpetuo jejunandum dicunt; omnes cibos immundos habentes, existimant enim omnia anima rationali prædita esse, uti sunt olera, semina, fructus; ac hujusmodi, & Deum altissimum suis stultitiis stulte blasphemant. Horoscopos, & nativitates gnaviter observant, ac maximam his observationibus adhibent fidem, sicut & magiæ, incantationibus, astrologiæ; horumque ductu, & regulis judicia ferunt, nænias venditantes.

Sexta secta Paulianistarum a Paulo Samosateno dicta. Isti Deum esse unum tam secundum substantiam; quam secundum personas dicebant, eum trinum nomine tenus appellitabant, Verbum neque per se mundum redemisse, neque ex substantia patris esse volebant, sicuti nec etiam Spiritum sanctum vivificantem. Christum hominem esse a Deo creatum, ut Adam, & quemcumque nostrum asserebant, & initium a Maria habuisse tantum, qui tum per gratiam assumptus ad humani generis salutem, hujusque divinæ

divinæ gratiæ societate secundum amorem, & complacentiam Filius Dei dictus est. Omnia scripturarum loca in quibus mentio fit principii filii, ejusque divinitatis, & trinitatis abraserunt, alia suis dogmatibus arridentia substituentes, retentis tamen scripturarum titulis & nominibus.

Septima secta Photinianorum, qui tres divinas personas compositas esse autumant, & compositione in unam coire. Horum quidam sunt Messeliani, sive orantes: quidam vero insuper Saiemani siue jejunantes. Hospites comiter excipiunt atque tractant, & diu noctuque lacrymis, & fletui sunt dediti, quod Christi domini confirmant testimonio asserentis in euangelio: Beati lugentes; quia ipsi gaudebunt. Vestimentis utuntur nigris, & omnes lugent: si quis vero riserit eum a suo depellunt consortio.

Octava secta Barbarorum dicitur, qui obscenitatibus, adulteriis, fornicationibus, & omnis immunditiæ generibus sunt dediti; quemadmodum & magicis artibus & sanguini puerorum ad id effundendo; adeoque horum vita turpis est, ut plura referre non liceat.

Nona secta Phocalitarum vocatur, Samaritis non absimilium, quia omnia immunda ducunt, ac præsertim mortuorum cadavera, ut si quis diem suum obierit, qui ejus sepulturæ curam gerat, mercede conducant, & statim e medio sui efferri curant. Alijs vtuntur uestimentis dum vendunt, emunt, & quodcumque aliud negotium pertractant, aliis dum orant. Si quis extraneus alicui ipsorum fœminæ occurrerit, & rem turpem cum illa habere vellet, juxta suæ religionis dogmata, & axiomata, hæc corporis sui copiam petenti omnino facere debeat, & quidem ingens præmium propterea illam consequuturam arbitrantur, quamobrem fornicationes huiusmodi summopere exoptant. Futuram resurrectionem & judicium penitus inficiantur. Scabiosos, leprosos, ulceribus laborantes, ac ejusmodi, ut porcos abominantur, nec apud se habitare ferunt. Pari modo e medio sui expellunt quicumque labe aliqua sunt infecti, ut claudi, lusci, aridam habentes manum, surdi, cæci, lippi, ac similes. Novum testamentum auferentes aliud sibi commenti sunt. Duodecim apostolis barbara imposuerunt nomina, vetere tamen testamento integre retento.

Decima secta est Disanitarum, qui duos tenent esse deos, unum bonum, alterum malum, in quo Manichæis consonant, quemadmodum etiam & in terminis horoscoporum, computis nativitatum, astrorum, septem planetarum, & signorum Zodiaci duodecim a quibus inferiorem hunc mundum regi autumant, & regimen creaturis, quæ rectore egent, tribuvnt. Neque bona, neque mala opera in hominis esse potestate, & electione, id vero quia resurrectionem inficiantur, & extremum judicium. Perpetuo albis utuntur vestimentis, arbitrantes, eos, qui albis utuntur stare a parte Dei luminis boni: qui vero nigris a parte Dei tenebrarum mali.

Vndecima est Arianorum, duodecima Eunomianorum, tertiadecima Macedonianorum, decimaquarta Paulianistarum. Istæ quidem quatuor sectæ in quibusdam conveniunt inter se, in quibusdam vero differunt: sed omnibus fere illis Arii arridet sententia. Hic autem dicebat filium esse creaturam, cui Eunomius subscripsit. In sacris tamen scripturis nihil immutarunt. Macedonii diversa fuit sententia, Filium enim consubstantialem Patri docebat, Spiritum vero sanctum non item, sed esse creatum, & factum, ac propterea omnia sacrarum scripturarum loca, quæ Spiritus sancti testantur divinitatem, abrasit.

Decimaquinta secta Montanistarum est a Montano, qui etiam Mariamitæ dicuntur; nam ob maximum, quem deferebant Mariæ honorem, & reverentiam, deitatem ipsi conferebant. Asserebant præterea Archonitam cum illa commercium habuisse, ex quo Filius Dei natus est. Plura mire fabulosa, & ab omni veritate aliena, imo execranda suis immiscent historiis. Lege sancitum est apud eos, ut quater celebrentur in anno jejunia, singula quadraginta dierum spatio. Scripturas immutarunt & isti, atque corruperunt, ac suis accommodarunt dogmatibus, & assertis.

Decimasexta Timotheistarum secta est. Hi vero cum fidelibus orthodoxis in omnibus conveniunt, nec catholicæ adversantur religioni, aut corrumpunt scripturas: sed hoc unum ipsis erat proprium, quod divites, & opulentos contemnebant, & rejiciebant, rationem facti texentes ex euangelio dicente: *Estote ut volucres cæli, quæ neque serunt, neque metunt, neque reponunt in horreis, & pater vester alit eas.* Vltero hanc suam confirmant sententiam ex illo domini ad discipulos asserto: *Nolite habere possessiones, neq; vestimenta, neque domicilium, neque ocreas, neque calceos, sed paupertatem assumite vobis.* Quicunque itaque suis efferebatur diuitijs, aut his gloriabatur, principem non patiebantur. Monasticam vitam laicali ita præferebant, ut existimarent, quod quicumque hoc non amplexatus fuisset institutum, partem non haberet cum Christo. Hanc suam sententiam confirmabant ex illo Christi domini in euangelio asserto: *Quicumque non accipiet crucem suam, & sequetur me, non est me dignus.* Cui consilio adamussim obtemperabant.

Decimaseptima est secta Novatianorum, qui Καθαροὺς, id est mundos semetipsos appellabant. Isti lavacris, purificationibus, ac jejuniis, jugiter operam dabant, vel si minima contrectarent, præcipue cum corpus exonerabant. Religionem cæteroquin, ac fidem integram servabant, quemadmodum, & sacros libros nulla mutatione facta. Verum peccatores aspernabantur, & execrabantur, asserentes nullum esse pœnitentiæ locum post commissum crimen, minimum sit illud, vel maximum, hinc neminem ad pœnitentiam admittebant, sed statim a suo depellebant commercio, & apud se commorari non patiebantur.

Præter has sectas erant quoque aliæ nu. 70. quas meminit D. Clemens epist. 2. harum nos dogmata, & asserta missa hic facimus, ne prolixior præter institutum protrahatur hæc nostra præfatio.

Hinc orthodoxi longo temporum intervallo multas perpessi sunt tribulationes, hinc sacra diu latuere volumina, hinc longo annorum spatio cessavere festivitates, ac cæremoniæ perplures intermissæ, ut cogerentur fideles pueros baptizare domi, ibidemque celebrare missas, & sacrificia offerre ob metum infidelium simul & hæreticorum, usque ad imperium invictissimi, atque gloriosissimi Constantini filii Helenæ mulieris Edessenæ. Hæc enim Helena quamvis palam filio adolescenti Christi fidem reserare non audebat, ne res ab adolescente ardentiori promota animo tam sibi, quam Christianis cæteris periculum

ANNO CHRISTI 325.

culum crearet apud subditos Ethnicos jamdudum in Christi ecclesiam furere assuetos. Quamobrem rem totam Deo optimo maximo cōmittebat, spe maxima ducta, quod ecclesiæ tandem aliquando provideret. Hinc juges ad Deum pro filio fundebat preces, jejunio assiduam navabat operam, eleemosynas elargiebatur, supplex viros sanctitate insignes adibat, ut Deum enixe precarentur tam pro filio, quam pro ecclesiæ pace obtinenda. Et sane incassi non fuerunt tantæ mulieris labores, inanes non fuerunt preces, ac vota; quandoquidem non solum ad fidem conversus est magnus Constantinus, verumetiam post conversionem nihil amplius illi cordi erat, quam Ethnicos, & Iudæos ex imperii sui ordinibus, & gradibus amovere, & exaltare fideles. Nec tunc minorem mater præstabat operam, imo Hierosolymam statim vota exsolvens sua properat, ac ut gratias pro tanto beneficio Christo domino ageret in locis illis, ubi tot pro nobis pertulit passiones. Nec etiam tantæ mulieris hæc pietatis fuit meta: sed magnificentissima erigere templa aggressa est in loco sepulchri, ubi dominus sepultus jacuit: & Golgothæ, ubi cruci fuit affixus: in cœnaculo, ubi pascha comedit cum discipulis: ubi natus: ubi ad cælos ascendit: ubi miracula perpetravit diversa: Eademque pietate, ac reverentia erga eumdem dominum muros instauravit Hierusalem. Dum itaque hæc magno pietatis ab Helena fierent apparatu, adiit ipsam Hierosolymorum episcopus, vir sanctitate notus, & ait illi: Ad quid tam superba ista extollis ædificia? Ad quid tantus auri, & argenti caducus ornatus? Pro certo habe, Ethnicos aliquando post nos venturos, atque hæreticos, & prævalituros, nec suas solum preces in his magnificentissimis templis porrecturos, sed & muros hos destructuros, ac terram eversuros ad perquirendum aurum, & argentum, ac quidquid pretiosi his locis imperiali liberalitate contulisti. Iccirco suadeo, pientissima imperatrix, ut pro his superbissimis templis, quæ ex lapidibus erigis, & ingentibus saxis: pro caducis his ornamentis auri, argenti, ac pretiosorum lapidum, animas ædifices hominum, quæ innumeræ propemodum vel infidelitatis seductionibus obrutæ suffocantur, vel hæreseos cæcitate percussæ e recto deflectunt tramite, alienæ factæ sunt a vera divinaque fide orthodoxa. Hæc vir sanctissimus maximis, & efficacibus insinuavit imperatrici rationibus, ac jugibus precibus, & supplicationibus inculcavit. Quæ quidem cum hæc percepisset a sancto viro, orthodoxæ divinæque fidei zelo commota est, quod animadvertisset plures ortas fuisse sectas, quæ Dei ecclesiam ubique exagitabant. Filio itaque extemplo perscribit, ut ecclesiæ Dei statui provideret dicens: quemadmodum Gentiles, ac Iudæos ab ordinibus tui imperii amovisti, ita rogo, ut hæreticos quoque ab ecclesia Dei, & fidelium consortio removeas, & schismata tua componas auctoritate, ac perversos ad fidei veritatem redire cogas. Acceptis Constantinus matris literis, ac aliunde sollicitatus etiam propter Arii præsertim impietatem, quamobrē fidei correptus zelo statim scribi jussit per universum imperium, aliasque orbis provincias ad patriarchas, metropolitas, & episcopos, rogans, ut omnes Nicææ Bithyniæ congregentur ad stabilienda, ac decernenda, quæ fidei sunt, & justitiæ, ut omnes in unam convenirent fidem remoto schismate & religionis dissidiis. Tempus autem hujus conventus ad annum condixit, & menses duos post datas literas. Conveneruntque ad condictum tempus 318. episcopi anno Alexandri 336. qui est 673. Antiochi Antiocheni, & Christi domini 325. nona die mensis Iunii, qui Ægyptiis Hatur dicitur. Erant autem sanctissimi patres sicut angeli Dei virtutibus fulgentes, & sicut astra inter mortales omnes splendentes, nec ullus fere eorum erat, qui aliquo, vel pluribus corporis sui membris non esset causa fidei mutilatus: aut aliquod constantiæ suæ signum non præseferret. Inter hos non adfuit Iulius Romanus episcopus ob ætatis gravitatem, sed duos probatissimos doctrina, & moribus misit presbyteros, ut ejus tenerent locum, & ea, quæ in concilio a consacerdotibus decernerentur, confirmarent. Prǽter 318. hos patres, plures eo confluxerunt disputationis ergo, quique in fide, & opinionibus, vel inter se diffidebant. Pientissimus autem imperator præcepit alimenta singulis regia liberalitate constitui, & habitacula designari, ac quidquid eorum commodis necessarium erat. His ex animi sententia persolutis, mandavit magnum amplumque parari 318. patribus consistorium, ac singulis subsellia. Considentes vero secundum dignitatis cujusque ordines, postremus adivit imperator pauco suorum constipatus numero, patresque adorans salutavit postulata benedictione, & posita illi sede minore, inferiorique, quam aliis, in medio eorum sedit prius a patribus petita venia. Tum pluribus verbis de fidei integritate servanda eos colloqui aggressus est, atque de concordia ineunda. Item plura colloquuti sunt de fidei, quam nobis tradiderant apostoli, puritate: plura de prophetarum vaticiniis, plura de sacrarum scripturarum oraculis, deque ipsarum auctoritate, qua vel fides confirmatur, vel errores refutantur. Posthæc depositis in medio patrum, ac traditis eis gladio, sceptro, ac anulo, ait illis: Ecce tradidi vobis hodie potestatem in sacerdotium, imperium universum, ecclesias, atque altaria, ut quicquid religionis stabilitati, quicquid fidelium bono, atque commodo vobis magis expedire videatur, faciatis. Vos hodie estis principium vitę vitam habituris, ac perditio perituris ex Dei ecclesia. Ad vestrum consistorium admittatis velim eos hæreticos, qui minime sacras rejiciunt scripturas, nec verba commutant, easque recipiunt, sed tantum in aliquorum locorum sensu, & expositione hęrent, ut suæ fidei ac dogmatum rationem reddant. At eorum, qui fidem orthodoxam, & apostolicas traditiones oppugnant, scripturasque corrumpunt, addentes, vel diminuentes ad vestrum conventum nemo admittatur, nisi prius resipuerit, pœnitentiam egerit, hæresim abjuraverit. Tunc episcoporum primates benedictionem, & optimam a Deo remunerationem imperatori deprecati sunt, ob maximam ac sedulam operam, quam in fide promovenda præstabat; horumque exemplum cæteri sequuti fausta omina illi acclamaverunt. His peractis disceptare cœperunt cum hæreticis & hypocritis, perduravitque hujusmodi congressus trium annorum spatio, ut coacti sint isti ore veritatem fateri, quæ vero corde & animo fovebant solus novit Deus. Descriptum autem est quicquid cum hæreticis, & fidei impugnatoribus disputatum est, & quicquid patres inter se colloquuti sunt, atque discusserunt, quadraginta libris. Singulorum vero sanctorum

" Silvester.

ANNO CHRISTI 325.

ctorum patrum professiones, sermones & sententiæ aliis libris quindecim, qui nomine apostolicarum dignoscuntur, conservanturque in ecclesiarum bibliothecis. Siquidem hæc omnia descripta sunt, & per universas orbis terrarum provincias promulgata, præter canones & constitutiones, qui aliis libris tribus congesti sunt, ex quibus compilata sunt ea, quibus Christiani indigent orientales, & est hic liber. Nam infinitæ sunt propemodum constitutiones, quas condiderunt patres isti imperatoribus, regibus, sacerdotibus, principibus, judicibus, rectoribus, & provinciarum præsidibus, ut singulis expedit regionibus secundum incolarum mores, & naturas: Item eremitis, monachis, abbatibus, monialibus, singulis ecclesiasticorum ordinibus, militibus, ducibus, civibus, nautis, nummulariis, variis artificibus, fornicariis, adulteris, sodomitis, concubinariis, polygamis; nec quicquam parvum, vel magnum prætermiserunt, cui non sanxerint leges, & statuta. Ratio autem hujus est, quia eo tempore recens imperator ad fidem conversus erat cum principibus, magnatibus, militibus, ducibus, patritiis, ac reliquis imperii incolis, adeoque constitutionibus, & statutis, quibus regerentur, indigebant.

In hoc sacro præsidebat consistorio Alexander Alexandriæ patriarcha, secundum vero locum Eustatius patriarcha Antiochenus tenebat, tertium Macarius Hierosolymitanus, quibuscum aderant, & legati Romani pontificis. Hujus conventus causa fuit, ut initio diximus, Arii blasphemia, qui conductus sistitur patribus, & ut causam diceret jussus, qui ait: Dico quod Pater aliquando fuit, quando Filius non fuit, tum produxit Filium, qui factus est ei Verbum, quod undequaque creatura est, & in tempore productum. Huic Filio potestatem contulit per gratiam Pater, qui & Verbum ejus dicitur, quare factus est creator cælorum & terræ, & quicquid in eis est, sicut ait in sacro euangelio: data est mihi hodie potestas in cælo & in terra, igitur horum dicitur creator secundum datã ei per gratiã potestatem. Verbum vero illud incarnatum est posthęc de Spiritu sãcto ex Maria virgine, & ita effectus est unus Christus. Christus itaque ex verbo constat, & humana carne, utrumque vero istorum est creatum. Tunc respondit Alexander Alexandrinus patriarcha, & ait coram patribus: Dic mihi: quem nos justius, æquiusque adorare oportet, eum qui nos creavit, an vero eum, qui minime nos creavit? Respondit Arius: imo qui nos creavit. Tunc intulit Alexander patriarcha: Si Filius, quem undequaque esse creatum autumas, nos creavit, igitur per te adorare Filium creatum magis nos oportet, quam adorare Patrem increatum, impiumque adhuc magis erit adorare Patrem vere creatorem, quam adorare Filium, qui per te est creatus, quod est absurdissimum. His auditis, & ponderatis impiam omnes duxerunt Arii sententiam, eumque ni resipuerit excommunicandum & deponendum judicarunt, quemadmodum subsequuta est exilii, & relegationis sententia; hanc enim pœnam infligebant tunc hæreticis, & nequaquam ad mortem procedebatur. In exilium igitur actus annuente imperatore paulo post acceptam excommunicationis sententiam interiit defluentibus visceribus. In hoc sacro concilio conditum est illud fidei symbolum, quod in omnibus canitur ecclesiis, in quo multa definita sunt, & est ejusmodi.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem creatorẽ omnium visibilium, & invisibilium, & in unum dominum Iesum Christum Filium ejus unigenitum, id est, a substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non creatum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tam in cælis, quam in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælo, caro factus est. id est homo factus, & passus, atque mortuus, ac tertia die resurrexit, & ascendit ad cælos, qui vivos, & mortuos judicaturus veniet. Credimus etiam in Spiritum sanctum.

Si quis autem dixerit, quod aliquando fuerit, quando Filius non fuerit cum Patre, aut quod non fuerit ante temporalem nativitatem, aut ex non existentibus extiterit, aut alia persona, vel substantia, aut quod sit comprehensibilis, alterabilis, & mutabilis Filius Dei, hunc catholica, & apostolica ecclesia anathematizat. Unus est enim Deus Pater Verbi viventis, quod est Sapientia, & virtus, per se subsistens: Filius perfectus a Patre perfecto. Pater generat Filium unigenitum. Unus est Deus Verbum ab unico soloque Patre. Deus Verbum imago est, & similitudo Patris, Verbum agens, sapientia omnia condens, virtus creatrix omnium creaturarum, Filius verus Patris veri, invisibilis ab invisibili, incorruptibilis ab incorruptibili, immortalis ab immortali, æternus ab æterno. Deus Pater super omnia, & in omnibus est; Filius super omnia, & in omnibus; Spiritus quoque sanctus unicus procedens a Patre, Filioque, vivificans, super omnia, & in omnibus est; Trinitas perfecta in una deitate in æternum, ac in una dominatione, & regno, indivisibilis, & non aliud, & aliud. In hac trinitate nihil est creatum, nihil de novo productum, aut accidentale, nihil servile, nihil inæquale. Nunquam extitit Pater sine Filio, nunquam Filius sine Patre, & Spiritu sancto: sed semper extitit trinitas immutabilis, immota, Deus sine principio. Pater solus genuit Filium ab æterno, quem nemo comprehendere valet. Hunc Pater non in tempore genuit, aut post aliquid temporis, sed ab æterno, semperque illi coæternus fuit, est immortalis atque creator cum immortali Patre, & omnia condens cum illo. Similiter Spiritus sanctus est æternus ab æterno cum Patre Filioque, estque perfectissimus in omnibus cum Patre, & Filio. Hoc autem secundum scripturas, & sacrosanctas apostolicas, & synodales sanctiones, &c.

Constantinus autem imperator hac sancta fidei expositione, & canonibus acceptis a nostris sanctissimis patribus episcopis, incomparabili exultavit gaudio, eos sanctas, divinasque leges esse ducens. Quamobrem per universum imperium descriptas promulgavit, & tamquam maximam hereditatem tradidit omnibus. Ad hæc exemplaria per reliquas habitabilis orbis terrarum partes transmisit, quo gavisi sunt cuncti populi, ac immortales egerunt Deo gratias, & laudes. His persolutis sanctissimi nostri patres episcopi benedictionem impertiti sunt imperatori, & fausta illi acclamantes abierunt singuli in suas civitates gratias agentes domino, & Deo nostro, ac salvatori nostro IESU CHRISTO, cui omnes debentur ab omnibus laudes, honores, & adoratio cum Patre, & Spiritu sancto vivificante, & consubstantiali, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

ABRAAMI ECCHELLENSIS MARONITÆ E LIBANO DISSERTATIO.

De auctoritate canonum, & constitutionum Nicænæ primæ synodi a se ex Arabico Latine versorum.

PERMULTA sane hic nobis disserenda essent, atque disputanda de hisce concilii Nicæni, quos nunc damus, canonibus, & constitutionibus, quas diatyposes Græci vocant. Sed ne longius quam par sit nostra vagetur oratio, de iis tantum agemus capitibus, quæ propius ad præsens nostrum attinent institutum. Et quidem ratio ordinis, & methodus postulat, ut primo loco videamus quibus auctoritatibus, ac patrum, & scriptorum testimoniis probari possit, concilium Nicænum plures edidisse canones, & constitutiones quam viginti illos vulgatos, qui in tomis conciliorum non solum Græce, & Latine, verum etiam variis linguis in omnium Christianarum gentium, nullis exceptis, circumferuntur editionibus, & ab omnibus tanquam authentici, & legitimi Nicæni habentur.

1. Orientales quod attinet, addubitat nemo Nicænos patres plures edidisse canones, & constitutiones quam viginti illos vulgatos, ut plane, & plene constat ex ipsa præfatione, quæ omnibus præfixa est editionibus, in qua sic egitur. *Deinde disceptare cœperunt cum hæreticis, & hypocritis, perduravitque hujusmodi congressus trium annorum spatio, donec isti coacti sunt veritatem ore fateri, quæ vero corde, & animo fovebant solus noverat Deus. Descriptum autem quidquid cum hæreticis, & fidei impugnatoribus disputatum est; & quidquid patres inter se sunt collocuti atque discusserunt quadraginta libris. Singulorum vero SS. patrum sententiæ, sermones, & fidei professiones, quas ediderunt aliis libris quindecim, qui nomine apostolicarum dignoscuntur, conservanturque in ecclesiarum bibliothecis. Siquidem hæc omnia descripta sunt, & per universas orbis terrarum provincias promulgata, præter canones, & constitutiones, quæ aliis libris tribus congesta sunt. Ex quibus descripta sunt ea, quibus Christiani indigent orientales, & est hic liber.* Et post pauca *Constitutiones autem, quas posuerunt, quamplurimæ quidem sunt. Etenim sancita sunt imperatoribus, regibus, sacerdotibus, principibus, judicibus, rectoribus, & provinciarum præsidibus, ut singulis expedit regionibus secundum mores, & naturas. Item monasteriis, eorumque habitatoribus, abbatibus, monialibus, & singulis ipsorum ordinibus tam virorum quam mulierum, nec non ecclesiastica hierarchiæ. Præterea ducibus, militibus, mercatoribus, civibus, nautis, nummulariis quoque artificibus, fornicariis, adulteris, sodomitis, concubinariis & polygamis. Nec quidquam parvum, vel magnum prætermiserunt, cujus non fecerunt mentionem, & cui legem non statuerunt.* Ratio autem editionis tot statutorum & constitutionum, atque canonum ibidem sic statim redditur: *Id autem propterea, quia imperator, & magnates, duces, milites, patritii, & ipsius curiæ ordines, nec non familiares, & domestici, & imperii ejus incolæ recens ad Christianam fidem conversi erant, adeoque canonibus indigebant, & constitutionibus ad suam stabiliendam religionem.* Quasi dixisset: cum imperator recens ad Christi fidem conversus esset una cum suis, & eo usque nullæ generalium synodorum factæ essent constitutiones, quibus regerentur neophyti, magnum hoc, & primum generale concilium omnia ea, quæ ad Christianam religionem statuendam, firmandamque, ac ad recentis, crescentisque ecclesiæ regimen necessaria erant, sanciendo prospexit, singulorumque consuluit statui.

Eutychius patriarcha Alexandrinus in suo chronico de hoc agens concilio ait, *composuerunt etiam ipsi* (Constantino) *libros quadraginta, qui constitutiones, & leges continebant.*

Abuharcus Habbasides Mohammedanus scriptor parte altera suæ apologiæ adversus Christianos: *Et posuerunt Nicæni Constantino fidem, itemque quadraginta libros, quos canones appellaverunt.* Hæc Mohammedanus scriptor ex vulgatissimis orientalium Christianorum monumentis.

Georgius Homaidius parte prima sui chronici in Constantino magno: *Tum benedixerunt ei* (Constantino) *composuerunt ipsi librum canonum regni, & librum canonum ecclesiæ continentem quidquid spectat ad judicia, & lites.*

Huic orientalium assertioni mirum in modum consonant Gelasii Cyziceni in præludiis comment. act. concilii Nicæni verba ita perscribentis: *Omnia, quæ in præclara illa, & sancta synodo dicta, facta, & constituta fuerant, jampridem cum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cum illa invenissem in antiquissimo libro in membranis pene integris descripta: qui fuit divini, & celebris Dalmatii in illustri Cyzicenorum metropoli sanctæ catholicæ ecclesiæ archiepiscopi: quique tandem ad familiæ nostræ dominum devenit, patrem dico meum secundum carnem dignum habitum, qui in ordinem presbyterorum ejusdem ecclesiæ cooptaretur. In quem sacrum librum cum incidissem, multumque in eo posuissem studii, nec potuissem memoria omnia retinere (nemo enim hominum immensum illud mare, omnium, quæ in eo recondebantur memoriter in ore habere poterit) plurima annotavi sanctorum nostrorum patrum.*

His adstipulantur quæ refert Photius Constantinopolitanus in summa librorum a se lectorum, ubi meminit se legisse librum, historiam præ se ferentem actorum in concilio Nicæno, qui divisus erat in tres partes. Testatur propterea se invenisse alium codicem hæc eadem continentem acta sub nomine Gelasii episcopi Cæsareæ Palæstinæ.

Isidorus, sive Hispalensis, sive alius in prologo collectionis canonum se audisse affirmat quosdam orientales episcopos asseverantes se vidisse ingens volumen actorum synodi Nicænæ, in quibus aiebant judicia querimoniarum, & definitiones, ac constitutiones contineri. Ejusmodi testimonia de canonibus, constitutionibus, & decretis concilii Nicæni in genere apud alios patres, & scriptores tam orientales, quam occidentales occurrere passim ignorat nemo, qui eorum evolvit monimenta, quæ nos hic missa facimus, his brevitatis gratia contenti.

Sed objiciet forte aliquis: qui fieri potest, ut tot libros, tot canones, & constitutiones edere potuissent patres illi in eo concilio? Ad hunc respondemus: haud mirum esse, si tempus attendamus, quo duravit concilium, & patrum in eo congregatorum numerum, & sapientiam. Nam patres fuerunt 318 selecti ex 2348. ut habet Alexandrinæ editionis præfatio, sive ex 2048. ut Melchitarum, aliorumque proferunt editiones, de quo numero nos infra suo loco. Tempus autem durationis concilii triennii, fuit ut præter ipsam præfationem testantur Nicephorus lib 8. cap. 14. & 26. sic scribens: *Concilium Nicænum annis tribus, paulo amplius celebratum fuit*; & Gelasius in comment. parte secunda. *Sexto quidem*, inquit *decimo anno, & sexto mense regni sui juxta veteres historias, ut supra diximus* (scilicet) cap. 5 *sanctum episcoporum concilium congregavit: anno vero vigesimo cum synodi conventum dissolvissent, in suas parœcias ut dictum est unumquemque dimisit:* Quamobrem æquum, ac par est credere, sanctissimos sapientissimosque patres illos 318. triennii eo intervallo, plura alia, quam viginti illos vulgatos canones sanxisse, ecclesiæ tunc quasi nascenti regimini, & administrationi necessaria, atque opportuna, nec otiosos, & desidentes tantum temporis ibi contrivisse.

Rursus nobis occurret morosus aliquis, ac dicet: Fac patres Nicænos multos edidisse libros: Fac eosdem plures condidisse canones, & constitutiones, sequiturne proinde, hos Arabicos canones, & constitutiones, quos profers, esse Nicænos? Quis enim nescit, ea omnia jam olim periisse in illa igne sævientibus Arianis? Quis itaque sanæ mentis, & judicii non inferet inde, hos canones, & constitutiones supposititios esse, & nomine tanti concilii confictos ad conciliandam eis autoritatem, fidem, & pondus?

Ad hæc, & eiusmodi opponentem respondetur: nemo sane nescit, Arianos igne, imo magis inusitata rabie in acta, aliaque Nicæna sævisse, sed nemo etiã sibi persuadebit facile, Arianam illam sævitiam, & crudelitatẽ, rabiemque cunctas terrarum orbis pervasisse provincias, in omnium gentium tã publicas, quam privatas irruisse bibliothecas; omnium Christianarum nationum intellexisse linguas, ita ut nihil incolume, nihil inviolatũ abierit, excesserit, evaserit, eruperit. Quamobrẽ non cõjectura probabile dumtaxat erit, sed pro certo habendum apud nationes aliquas, præsertim quarum linguæ barbaræ putabantur, acta Nicæna, diatyposes, atque canones inviolatos servatos fuisse, & ex Arianorum impetu, ore, & faucibus ereptos. Etenim ad magnum illud, & primum generale concilium, ac toto orbe celeberrimum, non solum confluxerunt Græci, & Latini, sed *una etiam ædes sacra* inquit Gelasius cap. 5. ex Eusebii, Pamphili lib. 3. Hist. *velut Dei nutu adaucta intra parietes suos, Syros pariter & Cilices, Phœnices, & Arabes, Palæstinos, Ægyptios porro Thebanos, Afros, aliosque ex Mesopotamia profectos recepit. Aderat etiam una in concilio Persidis episcopus, nec ab hoc choro Scytha abfuit. Pontus item & Asia* Eusebius hic habet, Galatiam, &

ANNO CHRISTI 325.

& Cappadociam) *Phrygiaque, & Pamphilia viros apud se lectissimos suppeditarunt. Quin etiam Thraces, Macedones, Achei, & Epirota, & quorum domicilia multo longiore locorum intervallo distabant, eo advenerunt.* A

Quis autem credet hos patres omnes ad suas remeante ecclesias tanti concilii acta, decreta, constitutiones, & canones in suas vernaculas versos linguas haud secum attulisse? Nemo quidem sanæ mentis id credet, aut sibi persuadere poterit. Nam si ea ipsorum patrum, qui concilio aderant solicitudo fuerit, ut omnibus ecclesiis, quæ sub cælo sunt, quarum antistites concilio non adfuerant, quæ in concilio decreta sunt transmiserit, veluti testis est idem Gelasius ibidem cap. 18. post patrum subscriptiones in hæc verba. *Hi omnes sancti, & apostolici viri omnibus sub cęlo sanctis Dei ecclesiis, quę in Nicęna sancta, magna generali synodo decreta sunt transmittentes ubique tradiderunt.* Quanto ergo majori cura, & solicitudine suis ecclesiis prospicere debuissent, ipsorum canonum, & decretorum ipsi auctores? Nam quis persuadere sibi poterit, B Syros, Ægyptios, & Arabes (ut cæteros nunc omittam) qui magna pars concilii fuerunt ad suas revertentes ecclesias sine concilii canonibus, & statutis, aliisque decretis rediisse, & vacuis, uti dicitur, manibus? An pro solis Græcis, & Latinis hoc concilium congregatum fuit? Nequaquam, ut ecclesiasticæ historiæ omnes uno proclamant ore. Quis ergo prohibet hujus canones, decreta aliave apud alias quam Græcos, & Latinos extare gentes, & in earum conservata vel privatis, vel publicis bibliothecis? Præterea quis nescit multa monumenta, aut Græca, aut Latina, suis jam penitus periisse, integra vero hactenus conservari apud Arabes, aliasque gentes? Quod uno, aut altero argumento ab exemplo probandum nobis est. Apollonii Pergæi tres e posterioribus quatuor libris de sectionibus canonicis, nonne jamdudum suis Græcis desiderati sunt, & a literatis viris deplorati? Tamen C apud Arabes tandem reperti sunt, & a magnis Hetruriæ ducibus magno redempti pretio, & a nobis Latinitate donati reipublicæ restituti sunt literariæ. Sciunt etiam omnes plures Aristotelis libros non extare amplius apud suos Græcos, apud Arabes vero inveniri. Quæ apud Latinos desiderantur, Titi Livii decades, apud Arabes extare, oculati ferunt testes, quemadmodum & Taciti historiarum partem. Cur ergo mirum censendum est, si Nicæni acta, decreta, canones, & diatyposes servata reperiantur apud aliquas orientales gentes?

Ad illud autem, quod de horum canonum, & constitutionum confictione asseritur, respondemus, ac dicimus, id non solum arduum, ac perdificile, sed factu, & creditu omnino impossibile esse. Qui enim fieri potest, ut omnes orientales nationes inter se longissimis terrarum spatiis distantes, diversis utentes linguis, ac dissimilibus penitus persuasionibus, convenire potuissent ad aliquid effingendum, & conjuncta comminiscendum opera præsertim ea, D quæ propriis dogmatibus ipsorum e diametro sunt opposita, & eorum fundamenta destruunt, & evertunt, eosque anathematis agunt reos, ut ex canonis 44. videre est verbis? *Nemo enim*, ut ait Tertullianus in præscript *ment. tur in suum dedecus, sed in honorem* Hinc satis demirandum est potius quod Melchitæ, Iacobitæ, Nestoriani, Cophtitæ, Abyssini, & Armeni canonem hunc e suis non abraserint editionibus, cum eorum patriarchas ita Romani pontificis subjiciat potestati, & jurisdictioni, ut diro anathemate percellantur, nisi absolute, & sine ulla conditione illius obediant imperio. Quod quidem ideo non præstiterunt, quia pro certo tenent, nullique dubitant canonem illum esse Nicæni concilii, quod tanquam sacro sanctum habent, & venerantur, evangelium, teste (post divum Gregorium magnum) Elia Nisibensi episcopo Nestoriano sess. 1. suarum disputationum cum Vaziro Abilcasem E viro Mohammedano. Ad hæc nationes istæ ita inter se diffident in dogmatibus, ac eas exercent cum ecclesia Romana (si unam Maronitarum excipias nationem) inimicitias, ob condemnatas ab illa ipsarum hæreses, & perversa quædam dogmata, unde potius, quam inter se in hoc conveniant, jure dici poterit.

Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Junctaque cum lunę lumina solis erunt.
Parsque eadem cęli zephyros emittet, & euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe notus.
Et ver autumno, bruma miscebitur æstas,
Atque eadem regio vesper, & ortus erit.

Ex quo nulla ratione hoc objici potest, quin plane inde sequitur, ea omnia Nicæni nomine haudquaquam ab iis nationibus simul & conjuncta opera cõfingi potuisse, cum earum in hanc rem concursus, & congressus fieri omnino nequeat, ob dictas modo causas. Sed nec etiam illa confingi poterant ab una harum nationum, sive sectarum, quia aliæ minime ea recepissent, imo impugnavissent acerrime, ut res ipsa clare nos docet. Etenim canones, quos singulæ inseruerunt sectæ Nicænis ad sua quædam comprobanda dogmata, ab aliis improbantur, acerrime impugnantur, & rejiciuntur tamquam nothi, & suppositi: proinde illi soli veri, & legitimi Nicæni canones habentur, in quibus omnes conveniunt, & in omnibus leguntur editionibus, ac propterea ab omnibus vocantur: *canones, in quibus convenitur*, uti legere est apud Abnassalum in præfatione ad constitutiones ecclesiæ Alexandrinæ, & alios. Hinc dispar est in variis editionibus canonum numerus. Additionis ad Nicænos canones crimine arguit Melchitas modo laudatus Abnassalus loco citato hisce verbis. *Et posuerunt* (Nicæni patres) *de judiciis canones complures, ex quibus dua in hoc libro sunt partes, quarum una vigenti continet canones* (id est illos vulgatos) *quas innumeræ sequuntur constitutiones, in quibus convenitur, quarum nota est NIC. Altera vero multiplicis utilitatis est, cujus versionem procurarunt Melchita, & Nestoriani, & rata habetur apud Iacobitas Syros, & illius canonum numerus in Melchitarum editionibus est 84. quos complures subsequuntur etiam constitutiones. In Melchitarum vero editione insunt additiones quadam ad eos pertinentes.* Atque sic singulæ nationes, & sectæ perdiligenter ea notant, quæ aliæ Nicænis ad sua statuenda dogmata addunt. Ex quo colligere licet, ea esse legitima Nicæni decreta, in quibus omnes conveniunt, quæque omnes amplectuntur, & quæ a nemine illarum sectarum impugnantur; quæ vero non item, addita, & adulterina censenda sunt Sed facile adhuc ejusmodi deprehendi possunt additiones, si nimirum ad subsequentium conciliorum expendatur trutinam Lydiumque lapidem. Etenim si ab horum diffident definitionibus, & doctrina, indicium certissimum erit ea esse supposititia, & adulterina, quãto magis si illis adversentur & e diametro opponantur? Quandoquidem sacris conciliis is mos semper fuit, ut subsequens inde fere semper sumat exordium, ubi finem præcedens fecit. Hinc Constantinopolitana synodus, quæ Nicænam secuta est, a conservandis Nicænis statutis, & decretis initium suis fecit canonibus: Fidem non violandam patrum 318. qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt; sed manere eam firmam, & stabilem. Et Ephesina, quæ Constantinopolitanam subsequitur ordine, tota est (præsertim par 1 act. 1.) in examinandis Nestorii dogmatibus ad Nicænæ trutinam, Lydiumque lapidem, & probando in Christo unam esse personam. Nestoriani nihilominus additione ad Nicænæ synodi fidei definitionem facta demonstrare impie contendunt Christum duabus constare personis. Sic enim in eorum legitur editione: *Fecitque illum* (Christum) *visibile simulachrum sua majestatis, & suę indicativum occultationis omnibus ratione preditis. Et constat duabus naturis & duabus personis.* Quis hæc sine stomacho legere potest? Si enim Nicæna definivit synodus Christum duabus præditum esse personis, Ephesina, quæ Nicænæ se insistere vestigiis tam grandibus profitetur verbis, qua fronte decrevit, & definivit eumdem Christum unica præditum esse persona? Proinde manifeste patet, ea esse Nestorianum additamentum, & dolose insinuatam appendiculam. Item Calchedonenses patres, cum ad fidei expositionem ventum est, ita proclamarunt, sese adhortantes, & profitentes catholicam fidem a præcedentibus conciliis traditam. *Festinate sine ullo timore. Scire enim vos volumus, quia tam divinissimus, & piissimus orbis terrę dominus, quam nos catholicam fidem a sanctis 318. & sanctis 150. nec non etiam & a cæteris sanctissimis & gloriosissimis patribus traditam custodimus, & secundum ipsam credimus.* Nihilominus contendunt Monophysitæ, Iacobitæ, scilicet Cophtitæ, & Armeni in synodo Nicæna definitũ fuisse, Christum unica prædiũ esse natura, voluntate, & operatione, & hæc Nicænis addunt statutis. Vnde in ipsa prolusione tituli: *Sanctiones, & decreta alia ex quatuor regum ad Constantinum libris*, ubi Vaticana Melchitarum habet editio: *ex quo asserimus esse Deum, & hominem duas habentem naturas, duas voluntates, duas operationes in una persona*, Iacobitarum editio legit: *Ex quo asserimus esse Deum, & hominem unam habentem naturam, unam voluntatem, unam operationem in una persona.* Ego puto utrumque esse additionem, quia nulla mota erat tunc de his quæstio, nihilque definitum. Itaque posteriorum conciliorum cribro, & omnium populorum consensu Nicæna secernenda sunt decreta. Vnde concludendum est ea, quæ posteriorum consentanea sunt conciliorum dogmatibus, & definitionibus, quæ patrum habent testimonia, quæ omnium illarum nationum comprobantur consensu, Nicæni vera, & legitima esse statuta: quæ vero non item, adulterina, & supposititia.

ANNO CHRISTI 325.

II. Horum canonum, & constitutionum probatur etiam *auctoritas* ex collatione eorum, quæ a sacris conciliis, summis pontificibus, SS. patribus, aliisque antiquis scriptoribus

ANNO CHRISTI 325.

ribus citantur ex concilii Nicæni ſtatutis, actis, & canonibus Et ne longior quam par ſit, noſtra protrahatur oratio, paucis hic contenti erimus; reliqua enim docti, ac in ſacris eccleſiaſticis libris evolvendis exercitati facile deprehendent, ſi ea cum hiſce noſtris canonibus, & conſtitutionibus conferant. Quippe inde plane agnoſcent quanta horum inter ſe ſit concordia, conſenſus, & conſpiratio, proindeq ue omnis confictionis, & commenti evaneſcit ſuſpicio. In concilio Epheſino act. 7. citatur privilegium a patribus Nicænis Cypri eccleſię collatum, quod inter viginti vulgatos canones minime extat, in noſtris vero hiſce canonibus eſt 43. ut ibi videre eſt. In calce concilii Calchedonenſis, ut notat Bellarminus lib. 2. de Rom. Pont. cap. 25. refert Atticus in concilio Nicæno determinatam fuiſſe rationem ſcribendarum formatarum, de quibus loquitur etiam Optatus lib. 2. contra Parmenianum. Quæ tamen in formatarum ratio neque in Græca, neque in Latina habetur editione, in orientalibus vero editionibus extat cap. 12. titulo de variis eccleſiaſticis conſtitutionibus. Concilium Antiochenum canone primo aſſerit, *non licere paſcha diverſo tempore facere, nec cum Iudæis celebrare, ſicut in concilio Nicæno ſtatutum eſt.* Quem canonem explanans Balſamon in eos, qui ſtatutum Nicæni de celebratione paſchæ non ſervant: *Hoc*, inquit, *in canonibus concilii Nicæni non eſt inventum, ſed in actis primæ ſynodi invenitur.* Quid autem velit Balſamon nomine primæ ſynodi non ſatis conſtat, niſi intelligat primum volumen, in quo orientales de celebratione paſchæ actum fuiſſe ferunt. Vel intelligit ſynodum Romanam ſub Victore papa celebratam, in qua primum de paſchæ celebratione actum eſt, cujus forte Nicæna ſubinde ſecuta eſt decretum. Nam eodem tempore Demetrius patriarcha Alexandrinus epactæ auctor fuit, qua ratio ſubducitur celebrationis paſchæ, libellumque edidit, cujus exemplar miſit Victori papæ, qui in ea Romana ſynodo decrevit contra Aſiaticos, qua die paſcha celebrandum ſit. Hujus Romanæ ſynodi celebrationis paſchæ cauſa cõgregatæ commemoratio fit in Alexandrino martyrologio ſub die decima Hatur menſis Ægyptiorũ hiſce verbis: *Hac die congregatum fuit Romæ ſanctũ conciliũ ſub Victore papa. Cauſa autẽ congregationis hujus concilii fuit, quod eo uſque Chriſtiani epiphaniæ celebrabant ſolemnitatẽ, & initium faciebant jejunii quadrageſimæ mane diei duodecimi menſis Tubæ, tum comedebãt paſcha die 22. Amſcir Deinde agebant diem feſtum paſſionis diebus aliquot poſt fractionem jejunii. Cum autem præfectus fuiſſet in patriarcham S. Demetrius, qui erat vir ruſticus, ſcripturæ, & librorum ignarus, ejus mentem ſua divina gratia illuminavit Deus, & omnes didicit eccleſiaſticas ſcripturas, eaſque memoria cuſtodivit, majoremque expoſuit illarum partem. Præterea epactam invenit qua jejunii, quadrageſimæ, & reſurrectionis ſupputatur ratio, quam Coptice, ſive Ægyptiace, & Romane, ſive Latine conſcripſit, illiuſque miſit exemplar ad patrem Victorem papam Romæ.* Canonem de celebratione paſchæ integrum refert Marcus patriarcha Alexandrinus in epiſtola ad Michaelem, & Baſilium epiſcopos ex concilii actis. Legitur item cap. 21. editionis Alexandrinæ ſub titulo: *Sanctiones, & decreta alia ex quatuor regum ad Conſtantinum libris*, ut ibi videre eſt. Poſt ſancitum hunc canonem, ſeu decretum Nicænæ ſynodi, factam fuiſſe concordiam, & conſonantiam ſanctiſſimi paſchatis, patet ex literis ejuſdem Nicænæ ſynodi ad Alexandrinos, & Ægyptios, uti legitur apud Theodoretum lib. 2. cap. 12. & in eodem ſupra laudato Alexandrino Martyrologio ſub eadem die.

Concilium Arelatenſe II. can. 24. conſtitutionem ex concilio Nicæno de accuſatoribus fratrum, ita profert: *Eos qui falſa fratribus capitula objeciſſe convicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare, ſicut magna ſynodus ante conſtituit, niſi digna ſatisfactione pœnituerint.* Ad hæc ita ſummæ conciliorum auctor: *Hic eſt unus canon præter illos viginti ex concilio Nicæno, quos ſupra recenſuimus.* Conſtitutio habetur titulo ſupra notato cap. 24.

In capite pervenit quæſt. 3. 7. & 16. citatur ſtatutum concilii Nicæni contra Simoniacos; hoc tamen nuſquam extat inter viginti illos vulgatos canones, qui Græce, & Latine circumferuntur, in hac vero noſtra orientali editione eſt canon 53.

S. Leo primus multa affert epiſt. 53. 54. 55. ex Nicæna ſynodo adverſus Anatolium CP. epiſcopum, jus ſibi ſupra Alexandrinam, & Antiochenam eccleſias uſurpantem. Hæc plene, & ſolide habentur in hac noſtra editione can. 8. 37. & 41.

Iulius primus, item Romanus pontifex, epiſtola prima, & in reſcripto ad orientales multa de eccleſiæ Romanæ prærogativis in Nicæna ſancita ſynodo refert, quæ nuſquam apparent, niſi in hac noſtra editione, ſcilicet can. 37. 44. 71. ut ibi legere eſt.

Zoſimus papa in ſua decretali, & monitorio ad ſextum concilium Carthaginenſe, tres profert ex Nicæna ſynodo canones, qui nunc in Græcis deſiderantur, & Latinis. Primus erat de appellationibus epiſcoporum ad Romanam ſedem. Alter de appellationibus presbyterorum, & minorum clericorum ad epiſcopos vicinos. Tertius demum de non eundo ad comitatum. De primo canone quanta olim fuerit altercatio ſub eodem Zoſimo, Bonifacio, Cæleſtino, aliiſque ſummis pontificibus, præſertim cum Africanis patribus, ſatis doctis viris notum eſt. De quo bellum etiam crudelius excitarunt, acriuſque patrum noſtrorum memoria Illyricus, Centuriatores, eorumque ſymmiſtæ, quod ipſorum adhuc ſucceſſores, & comminiſtri ſuſtinent, & fovent. canon tamen ille de appellationibus epiſcoporum ad Romanum pontificem eſt 71. in noſtra hac orientali editione. Ex quo arguendum eſt, ſummos illos pontifices canonem illum haud temere laudaſſe, & nomine concilii Africanis oppoſuiſſe. Nec dubium profecto eſt, Iulium pontificem eo ſpectaſſe, cum appellantem ad ſe Athanaſium ſuæ reſtitueret eccleſiæ, uti teſtis eſt Theodoretus lib. 2. cap 4. & 5. Athanaſii, appellationis, & reſtitutionis mentio fit in martyrologio Ægyptio ſub die 5. menſis Babæ, in qua commemoratio celebratur Pauli CP. patriarchæ, qui & ipſe ad eumdem appellaverat Iulium, hujus canonis vi & auctoritate, ſicut auctores etiam ſunt Sozomenus lib. 3. cap. 8. Theodoretus loco ſupra citato, & Socrates lib. 2. cap. 15. ejuſdem quoque canonis auctoritate nec non quadrageſimi quarti, objurgavit idem Iulius orientales quod ſe non præmonito ſecundum conſuetudinem, judicium de Marcello, & Athanaſio epiſcopis feciſſent, veluti teſtis eſt ipſe Athanaſius apologia ſecunda. Huc ſpectat etiam Innocentius papa apud Sozomenum lib. 8. cap. 26. dum probat omnes epiſcoporum cauſas ad ſe pertinere. Alter canon, quem ut Nicænum laudavit Zoſimus; erat de appellationibus presbyterorum, & minorum clericorum ad vicinos epiſcopos, de quo nos in nota ad can. 47. Tertius de non eundo ad comitatum habetur cap. 13. ſub hoc titulo: *Alia varia eccleſiaſtica conſtitutiones.*

Innocentius ad Agapitum Macedonium epiſtola ſexta multa ex Nicæna refert ſynodo de generibus non ordinandorum, & de pœnitentibus, aliiſque in epiſtola vigeſima quarta ad ſynodum Toletanam. De his autem fuſe agitur capite decimoquarto de ſtatutis ſacerdotum, & quid ipſi debent, & quid illis debetur, ſub titulo: *Sanctiones, & decreta illa ex quatuor regum ad Conſtantinum libris decerpta* Ibidem luculentiſſimis legitur verbis quod D. teſtatur Ambroſius in epiſtola ad eccleſiam Vercelleuſem, ſcilicet in ſynodo Nicæna prohibitos bigamos ordinari.

D. Auguſtinus epiſtola 100. ſcribit in concilio Nicæno, prohibitum eſſe, ne duo epiſcopi ſimul ſedeant in eadem ſede, dicens. *Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre, & epiſcopo meo ſene Valerio epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo: quod concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam.* Hæc prohibitio in orientalibus editionibus habetur can. 54.

S. Baſilius magnus epiſt. 78. ſcribit, in concilio Nicæno alia conſtituta eſſe ad correctionem noxiorum, alia ad præmonitionem eorum, quæ in futurum ſuboriri poſſunt. Quæ quam conſona ſint noſtris hiſce conſtitutionibus, nemo diſcurrens per ſingulas non videbit. Proinde quis ex horum omnium conſenſu & conſpiratione non colliget, canones iſtos, & conſtitutiones eſſe authenticas & legitimas?

III. Inquirendum hic nobis quoque eſt, utrum Arabice tantum hi extent canones orientalibus, unde PP. Franciſco Turriano, Alphonſo Piſano, nonnulliſque aliis ſcriptoribus Arabici dicti ſunt: an vero aliis etiam linguis. Quandoquidem linguarum varietas, multipliceſque variarum gentium editiones, non minus faciunt ad horum canonum, & conſtitutionum αὐθεντίαν conteſtandam, atque confirmandam. Sciendum itaque eſt, tam ipſos canones, quam, quas hic proferimus conſtitutiones non ſolum Arabice extare orientalibus, verum etiam aliis linguis. Arabici vero dicti ſunt laudatis ſcriptoribus, quia Arabica lingua, & characteribus primo viſi ſunt apud Latinos, ex Ægypto allati. Proinde F. Turrianus in ſua ad eoſdem canones præfatione ita ſcriptum reliquit. *Sed cum lingua Græca non eſſet provinciis Alexandriæ, & Ægypti, & Pentapolis vernacula, ſed Arabica, quis rurſus*, &c. At pace tanti viri, lingua Arabica multo ſerius in eas provincias cum Arabum imperio introduci cœpit, ſub Homaro Benalchottabo tertio a Mohammede pſeudopropheta Arabum principe. Elapſis autem ante

ſæculis

fæculi, partim Græca erat, eo advecta cum Græcorum coloniis, partim Coptica, five Ægyptiaca indigenarum vernacula. Hoc quidem ex eo evidenter patet, quia hactenus Christianorum facra, & divina officia ibi vel Græca, vel Coptica celebrantur lingua, ubi Arabica prophana habetur. His adftipulatur Severus Benmokfabus Alexandrinus epifcopus Afmonin in præfatione ad vitas patriarcharum Alexandrinorum in hæc verba. *Ego quidem indignus fum, qui mea infelici, & caduca manu fcribam quidquam ex ipforum patriarcharum hiftoriis, aut geftis; proinde opem imploravi Chriftianorum fratrum, quos digniores effe novi, efflagitans ab eis, ut mihi auxilio effent in vertendis iis, quæ calamo, feu lingua Coptica, & Græca reperimus, in calamum feu linguam Arabicam, quæ hominibus hujus temporis cognita eft in climate Ægypti, ubi Græca, & Coptica lingua pluribus ignotæ evaferunt.* Ex his non obfcure patet, antiquas, & vernaculas Ægypti linguas ante Arabum imperium Copticam fuiffe, & Græcam. Sed redeamus in viam. Ad ipfum ergo argumentum, quod attinet, fciendum eft, hos canones, & conftitutiones variis apud varias orientis gentes circumferri linguis, ex quibus fex nobis hic Romæ extant editiones. Prima Arabicis exarata characteribus, & eft Melchitarum, feu Græcorum, qui Arabica utuntur lingua, funtque per totam Syriam, Chaldæam, & Ægyptum diffufi. Editionis hujus exemplaria extant nobis bina, unum in Vaticana bibliotheca, alterum in bibliotheca collegii Maronitarum de urbe. Utrumque Græcis eft notatum numericis literis, & Græcis etiam alicubi interpolatum dictionibus, & commatibus. Secunda editio eft Maronitarum, quæ duplex adhuc eft, una Arabicis confcripta characteribus, & lingua; altera Syriaca, de qua mox paulo infra. Tertia eft Coptitarum, feu Chriftianorum Ægyptiorum, qui Diofcori fequuntur dogmata, & eft Arabicis confcripta characteribus, & lingua, & Cophtitis, feu Ægyptiacis notata numeris, ac quibufdam etiam in locis interpolata Ægyptiacis vocabulis, integrifque verficulis. Exemplaria extant bina, unum bibliothecæ Vaticanæ, collegii Maronitarum alterum: Quarta eft Iacobitarum Arabice confcripta, & Syriacis interpolata vocabulis, & commatibus: hæc eft noftri juris. Quinta Æthiopica, characteribus, & lingua ejus gentis confcripta. Hujus terna extant exemplaria, duo in Vaticana bibliotheca, unum in domo S. Stephani nationis Æthiopicæ. Sexta eft Neftorianorum Chaldaicis exarata characteribus, & lingua, de qua Hebediefu in collectione canonum. Codex eft bibliothecę Vaticanæ. De Armena tandem editione fic fcribit P. Alphonfus Pifanus ad calcem fuæ præfationis in eofdem canones: *Extitiffe porro,* inquit, *integrum concilium Nicænum, Armenica lingua apud regem Armeniorum ante 300. annos indicat epiftola Gregorii decimi ad eumdem regem, qua manufcripta extat apud cardinalem Sirletum, qua illud fibi mitti rogat, cum jam indixiffet concilium Lugdunenfe.* Ex his itaque liquido relinquitur, hos canones, & conftitutiones non folum Arabica, fed aliis etiam extare linguis, proindeque ea omnia, in quibus hæ omnes conveniunt, & confpirant editiones tam variarum gentium, regionum, & linguarum legitima, & authentica concilii Nicæni habenda effe.

IV. Ratio præfentis argumenti poftulare a nobis fuo jure quoque videtur, ut aliquid etiam dicamus de horum canonum, & conftitutionum interpretibus, quibufque ex linguis verfi fint, nec non de eorumdem collectoribus. Quoniam vero fcriptores de hoc tractantes argumento ex profeffo, non funt nobis in præfens ad manum, id paucis expediemus, in medium preferentes, quæ nobis ad manum funt, & quæ fcire potuimus. De Melchitarum in primis, & Neftorianorum editionum verfione hæc fcripta reliquit Abnalchaffabus Ægyptius in præfatione collectionis canonum, & conftitutionum ecclefiæ Alexandrinæ Cophtitarum: *Et pofuerunt* (Nicæni patres) *de judiciis canones complures, ex quibus duæ in hoc libro funt partes, quarum una viginti canones continet, quam conftitutiones fequuntur innumeræ, in quibus convenitur, quarum nota eft NIC. Altera vero multiplicis utilitatis eft, cujus verfionem procurarunt Melchitæ, & Neftoriani, & rata habetur apud Iacobitas Syros, & illius canonum numerus in Melchitarum editionibus eft 84. quos complures fubfequuntur etiam conftitutiones. In editione, quæ eft in Melchitarum manu, funt additamenta quædam ad eos pertinentia.* Ex hifce auctoris hujus verbis habemus Melchitas, & Neftorianos horum canonum, & conftitutionum verfionem procuraffe, fed ex qua lingua non habemus. Ego tamen probabili conjectura conjicio, Melchitarum verfionem ex Græca lingua factam fuiffe in Arabicam. Conjecturæ ratio eft, quia Melchitæ funt Græci ritus, omnefque ferme eorum ecclefiaftici libri in Arabicam ex Græca lingua funt verfi. Præterea non minus hoc perfuadent non folum interjecta Græca vocabula, fed & integri verfus, & commata. De Neftoriana verfione intelligi poteft, eam factam fuiffe vel ex Græca in Chaldæam (quod verifimilius eft) vel ex Chaldæa in Arabicā utraque enim utuntur Neftoriani; priore in facris obeundis; altera ut jam illis vernacula. Quibus vero interpretibus id factum fuerit nobis in præfens non conftat, quemadmodum etiam neque de tempore, tamen hoc a longinqua vetuftate præftitum fuiffe, ex eo colligi, & conjici poteft, quod harum gentium antiquiffimi fcriptores hos laudaverint canones, & conftitutiones. Editionem Maroniticam ex Syriaca lingua Arabici juris fecit David archiepifcopus Maronita an. ab Alexandro 1370. qui eft Chrifti domini 1059. plus minus, rogantibus abbate Iofepho, ejufque monachis, ut ex ejus præfatione conftat, & nos alias notavimus. Syriaca porro illa editio quo facta fuit tempore, & quo interprete fatis non conftat, conftat tamen eam effe antiquiffimam, quandoquidem D. Ioannes Maro, qui fæculo fexto ad feptimum vergente fcribebat, in libro de facerdotio integrum citat ex ea canonem 44. ex quo quidem exiftimant, illam auctorem habuiffe D. Iacobum Nifibenfem epifcopum, qui eidem interfuit concilio. De Copticæ, Æthiopicæ, & Armenicæ editionum antiquitate, & interpretibus, nihil certum in præfens ftatuere poffumus, nihilo tamen minus idem de illarum antiquitate, ac de aliis militat argumentum. Ex hactenus itaque dictis concludimus omnes eos canones, diatypofes, feu conftitutiones, in quibus omnes conveniunt orientales illæ nationes, authenticos effe, & legitimos Nicænos, in quibus vero non item, fuppofititios, & nothos, uti mox liquido ex noftris patebit notis.

EIUSDEM INTERPRETIS notæ in præfationem, canones & conftitutiones concilii Nicæni orientalium editionum.

I.
DE ÆRA CONCILII.

OMnes omnium orientalium editiones conveniunt de concilii Æra, ut ex ipfius præfationis patet exordio; at non conveniunt, quo fub Romano pontifice fuit celebratum. Namque Melchitarum, & Cophtitarum feu Ægyptiorum editiones id fub Iulio I. factum fuiffe tradunt, in quo Sozomeni opinionem, quam lib. 2. cap. 1. refert, fequuti fuiffe videntur, ficut fecit & Caffiodorus, feu potius ifti ex ea præfatione eam haufERunt opinionem. Maronitarum vero editio, quam refert Ioannes Maro Antiochenus Maronitarum patriarcha, qui prope fextæ fynodi floruit tempora in fuo tractatu Syriaco adverfus orientalium hæręfes lib. 1. de Monophyfitarum hærefi cap. primo id tribuit Silveftri temporibus. Laudati auctoris verba ipfa funt: *Anno 636. Alexandri, & 20. imperii invictiffimi Conftantini celebrata eft fancta fynodus Nicæna, cum effet Romæ Silvefter patriarcha, & Alexandriæ Alexander.* Et paulo poft. *Accedat primus omnium S. Silvefter epifcopus Romæ concilii Nicæni præfectus*, feu princeps, ut habet verfio Arabica. Et hæc effe videtur communiffima fententia, unde nomen Iulii pro Silveftri ab amanuenfi aliquo intrufum fuiffe facile credam, ex quo error ejufmodi in aliquas irrepfit editiones, præfertim cum videamus Silveftri decreta a multis orientalibus paffim fub nomine Iulii circumferri, & laudari. Porro auctor libelli editi Florentiæ anno 1553. fub nomine cardinalis Contareni, ut hanc conciliet diverfitatem, initium concilii Silveftro, finem vero Iulio adfcribit. Sed conciliatio ejufmodi improbatur ex concilio Romano celebrato fub Silveftro, in quo approbata eft Nicæna fynodus proxime ante celebrata.

Item nec conveniunt editiones iftæ, quo anno imperii Conftantini celebratum fuit hoc concilium. Nam Melchitica editio id factum fuiffe tradit an. Conftantini 19. cui adftipulatur Coptica, feu Ægyptia, tametfi hæc eadem in præfatiuncula ad canones habeat, id geftum fuiffe anno 17. ipfius Conftantini. Quod non fine contradictionis, & erroris nota dici poteft. Maronitarum demum editio hoc tribuit anno 12. Conftantini, ut ex citatis paulo fupra Ioannis Maronis verbis videre eft. Ejufmodi diverfitates facile conciliari poffunt, fi minor numerus tribuatur initio concilii, major vero fini; cum anni exeuntis pars extrema, vertentis apud fcriptores, & in ipfis facris fcripturis denominationem non frequenter fortiri foleat. Coriolanus in fumma tamquam certiffimum tenendum effe exiftimat, hanc fynodum an. Chrifti nati 325. Conftantini 20. Silveftri 12. celebratam effe, & eodem anno inchoatam, & abfolutam fuiffe pro-

bas

bat ex Cresconiana collectione. Nihilominus initio A summæ in ordine conciliorum sibi contradicere videtur, dum scribit: Primum est Nicænum quod celebratum ab anno 327. usque ad annum 330. qui fuit annus 15. Silvestri papæ, & 20. Constantini imperatoris. Gelasius in comment. part. 2. dicit concilium Nicænum celebratum fuisse juxta veteres historias anno 16. & sexto mense imperii Constantini.

2. De numero patrum, seu episcoporum.

Quamvis omnes ubique terrarum conveniant, patres, seu episcopos, qui huic interfuerunt concilio fuisse 318. Eusebius tamen lib. 3. de vita Constantini, & Eustachius epistola sua, quam recitat Theodoretus lib. 1. cap. 8. scribunt fuisse 250. duntaxat. Melchitarum vero, & Cophtitarum editiones non solum in aliud procurrunt extremum, sed manifeste sibi contradicere videntur. Etenim licet utraque hanc singulis præmittat titulis inscriptionem: *Concilium Nicænum 318. patrum*, nihilo tamen minus prima asserit ad hoc concilium convenisse 2048. patres, altera eumdem ponit in ipsa linea numerum, ad latus vero habet 2348. quem numerum nos alias in nota ad eumdem locum existimavimus esse intelligendum de clericis, cujusque ordinis, qui varias ob causas eo confluxerant, in quo quidem tunc sequuti sumus Zonaram in annalibus scribentem: *In quibus erant & sacerdotes, & diaconi, atque etiam monachi.* Verum re deinde maturius expensa, & excussa diligentius, palinodiam canere in responsione ad origines Seldeni cap. 13. nostri Eutychii vindicati ingenue nobis visum est. Et id quidem ob varias, & graves causas, auctoritatesque tum sacrarum scripturarum, tum conciliorum, & patrum, ex quibus plene constat plures extitisse in una, eademque ecclesia episcopos, unde numerus ille nec portentosus, nec receptis episcopatuum notitiis repugnare videtur. Ejusmodi pluralitas episcoporum in una, eademque civitate constat in primis ex Actorum cap. 20. & ex epistola ad Philippenses cap. 1. ex can. 54. concilii Nicæni, ubi prohibetur, ne duo episcopi sint super eadem civitate, de quarum prohibitione loquitur Augustinus epistola centesima. Idem evidentissime patet ex Arabicis ejusdem concilii subscriptionibus, ubi ejusdem ecclesiæ, & civitatis interdum bini, interdum tres, interdum plures subscribunt episcopi. Alexandrinæ civitatis tres subscripsisse leguntur, Seleuciæ sex, & sic de aliis. Subscribunt, & aliqui chorepiscopi, quos episcopos ordinatione fuisse ex eodem concilio in constitutione de collatione episcoporum patet, ubi gravissimis interdicitur verbis, ne ullus adesse audeat magno concilio, nisi sit episcopus, unde clare colligitur, chorepiscopos illos, qui concilio interfuerunt, episcopos fuisse. His plane favet Nicolai papæ ad Rodulphum archiepiscopum Bituricensium auctoritas, ubi *septuaginta*, inquit, *chorepiscopi facti sunt, quos quis dubitet episcoporum habuisse officia?* Idem patet liquido ex factis apostolorum. Nam Petrus Antiochiæ constituit Euodium, & Ignatium; Romæ Linum, Cletum, & Clementem, hinc Georgius Homaidius in Caio: *profectus est autem Petrus anno secundo imperii Caii Cæsaris, rexitque illam annis 25. & constituit super eam episcopos.* Et sane bonis illis nascentis ecclesiæ sæculis necessarium omnino esse videbatur, plures constitui episcopos in iis urbibus, ubi primo Christiana fides propagari incipiebat, ordinandi præditos potestate, principali tamen episcopo subordinatos, cum ut alios constituere possent juxta primum canonem apostolicum, quia cum alibi adhuc non essent ad ordinationes rite obeundas accersiri non poterant, tum ut uno decedente, alius statim, vel jure primatus succederet, vel uti postea immutata ratione constitutum est, jure electionis, sicut habet comment. in epistolas Pauli, quisquis ille sit, sive Ambrosius, sive Hilarius; tum etiam ut ex illo numero vicinis ecclesiis, quæ in dies fundabantur, prospiceretur. Ex quo gravissimi viri existimaverunt in primæva ecclesia fuisse tantummodo episcopos, & diaconos ad ministeria ecclesiastica, & functiones peragendas. Episcopus enim superioribus fungebatur officiis, inferioribus diaconus. Quod tamen numerus ille 2048. vel 2348. non sit intelligendus de episcopis, obstare videntur eædem editiones, quæ id concilium inscribunt *trecentorum octodecim*. Verum hæc difficultas, & objectio facile diluitur, quia ubi nostra, quam edidimus Parisiis anno 1645. præfatio habet, Conveneruntque ad conditum tempus 318. episcopi, præfationes illæ habent: *Et brevi convenerunt ex illis* (nempe episcopis, ad quos scripserat Constantinus, ut eo convenirent) *ad Nicænam urbem* 2048. vel ut habet Alexandrina ad latus 2348. *Ex quibus selecti sunt* 318. quia reliqui nec de fide cum aliis conveniebant, nec constabant sibi. Hinc Benascalus in præfatione collectionis constitutionum ecclesiæ Alexandrinæ: *Et erat numerus illius 318. episcoporum, & dicitur hos selectos fuisse ex 2048. episcopis.* Quod & Constantini ad patres concilii adhortatio indicare plane hisce verbis videtur: *Ad vestrum consistorium admittatis, velim, eos hæreticos, qui minime sacras rejiciunt scripturas, nec illarum immutant verba, sed eas recipiunt, & in aliquorum tantum locorum sensu, & interpretatione hærent, & dissident, ut suæ fidei, & dogmatum rationem reddant. At illorum, qui fidem orthodoxam, apostolicas traditiones, ac scripturas addendo, vel minuendo corrumpunt, admittatur nemo ad vestrum conventum.* Neque hic intelligi possunt nomine episcoporum presbyteri, qua nomen B commune primis illis sæculis erat, quia constitutio hos nominatim excludit, ut infra videre est capite de collationibus episcoporum.

3. De aliis Nicænis decretis, & constitutionibus, de quibus mentio fit in præfatione; in hisce vero nostris non extant.

In præfatione, quæ concilio præmittitur, plura alia decreta, & constitutiones ab eodem concilio sancitas legimus, quæ in hisce quas habemus editionibus non extant; eas tamen extare apud orientales nulli dubitamus. Etenim multa passim ab auctoribus orientalibus citantur, & proferuntur, ut ipsius concilii statuta, quæ tamen in hisce nostris non habentur. Ejusmodi est decretum illud, quod cap. 15. constitutionum Alexandrinæ ecclesiæ refert Benascalus in hæc verba: *In die autem nativitatis, & epiphaniæ eo tempore, quo concilium* C *Nicænum coactum fuit, præceperunt ejus patres, ut noctu missa celebretur.* Ex quo jure argui potest, cætera adhuc extare apud orientales concilii decreta.

4. De iis, qui duo asserebant esse principia.

Inter sectarios in præfatione recensitos, sunt qui duo asserebant esse principia, imo tria, uti sunt auctores tertiæ sectæ. Verum hoc non est intelligendum de principiis independentibus, ut perperam quidam existimarunt: sed de principiis dependentibus a primo principio. Arbitrantur quippe isti, Deum non per se, sed per angelos quosdam omnia condidisse; & quidem bona bonorum angelorum ministerio; mala vero malorum, quos principia appellant per analogiam quamdam ad primum principium. Horum soboles Sabaitæ, qui Chaldæi, & Christiani sancti Ioannis Baptistæ nuncupari amant, Arabiam ad sinum Per- D sicum incolentes, hactenus id tenent, & docent; ac angelum bonorum creatorem *Abtahil* suo vocant idiomate, id est, *Patrem lucis*, malum vero conditorem malorum *Hesciucha*, hoc est *tenebras*, seu *obscuritatem*.

5. De processione Spiritus sancti a Patre, Filioque.

Symbolum Nicænum cum particula *Filioque* expresse habetur in editione Cophtitarum, cujus extat Parisiis exemplar in bibliotheca illustrissimi viri D. Gilberti Gaulmini regis Christianissimi a sacratioribus consiliis, & libellorum supplicum magistri. Habetur etiam hæc eadem particula in symbolo editionis Maronitarum, apud quos hanc veritatem pluribus docet auctor collectaneorum in responsione ad 14. interrogationem: *Utrum Spiritus sanctus procedat a patre tantum, ob dictum evangelii, quod Spiritus sanctus procedit a patre:* E *an vero procedat a patre, filioque?* Cui institutæ interrogationi post multas e sacris litteris adductas auctoritates respondet, & concludit: *Spiritus igitur sanctus sicut procedit a patre, procedit etiam a filio.* Et post pauca: *Dicimus ergo, quod quemadmodum Spiritus sanctus dicitur spiritus patris, & spiritus filii, ita etiam a Patre, Filioque procedit.* His addit etiam cap. 7. ad hanc sententiam confirmandam testimonia SS. Athanasii, Basilii, Cyrilli, Iacobi Syri, Ephrem, Zachariæ Alexandrini, Ioannis Antiocheni, & aliorum. Hanc expositionem factam fuisse tempore Theodosii junioris, ejusque auspiciis testatur Iacobus Zanzalus in suo catechismo in hæc

hac verba. *Quid loquar de Theodosio majore, loquar de ejus filio Theodosio juniore imperatore fideli, qui tertiam synodum Spiritu sancto confirmatam coegit, & exposuit nomina trium personarum in symbolo, ac dixit in eo: Et in Spiritum sanctum dominum vivificum, procedentem a Patre, Filioque, adorandum & conglorificandum.* Ex hisce verbis additionem illam ad symbolum Nicænum factam fuisse sub Theodosio juniore constat dumtaxat; sed utrum in Ephesina synodo, aut aliqua alia particulari sub Theodosio celebrata, quave occasione, incompertum est. Si de Ephesina intelligendum sit, dicere oportet Iacobum hunc id collegisse, atque intulisse ex anathematismo nono D. Cyrilli, & ejusdem defensione adversus reprehensionem Theodoreti, ex quo loco idem probat etiam dogma Maronita noster collectaneorum auctor. Hos ita intellexisse judicat D. Ioannes Maro in commentariis ad Liturgiam D. Iacobi cap. 20. in expositione symboli Nicæni, seu additionis Constantinopolitanæ ad hæc verba. *Qui a Patre procedit* ita scribens: *Hoc significarunt patres eum (Spiritum sanctum) esse Deum ut Patrem, & sicut Filium esse Patri consubstantialem.* Patres vero Ephesinos a filio quoque eum procedere definivisse quidam dicunt. At mea sententia id intelligendum potius est de concilio Romano, quod celebratum est præsente Theodosio seniore contra Arium, Macedonium, Photinum, Auxentium Mediolanensem & Apollinarem, in quo additum est Nicæno symbolo, *Filioque*, contra eos, qui dicebant, Spiritum sanctum esse filium Filii, & nepotem Patris. Vide Genebrardum lib. 3. chronicorum, sæculo quarto ad annum Christi 383. Henricus Stephanus ad calcem novi testamenti versionis Bezæ asserit particulam *Filioque* Nicæno symbolo additam fuisse a Constantinopolitana synodo contra Macedonium & Pneumatomachos. Sed hæc assertio ex ipsis conciliis falsitatis facile convincitur. Iacobi Zanzali sententiam sequuntur Iacobitæ, Cophtitæ, Æthiopes & Armeni, & reliqua Monophysitarum turba. Nestorianos autem quod attinet, quidam existimant, eos Spiritus sancti negare processionem a Filio, quia Nestorius Spiritum sanctum Patri, Filioque haud consubstantialem esse affirmat. Verum quam falsa sit horum assertio ex duodecim Nestorii assertis de Verbi divini incarnationis dispensatione plane patet. Asserit namque cap. 3. *Si quis dixerit Filium consubstantialem non esse Patri, & Spiritu sancto, veritatem calumniatur.* Cap. 5. ita luculentius: *Si quis dixerit, Spiritum sanctum esse ministrum, aut servum, aut secundum, ac, ut uno dicam verbo, non esse consubstantialem Patri & Filio, veritatem calumniatur.* Hanc eamdem Spiritus sancti consubstantialitatem planissimis quoque fatetur verbis Michel Nestorianorum patriarcha in sua fidei professione, quam omnium suæ sectæ hominum esse affirmat. Alii volunt Nestorianos hanc negare processionem, quia ipsorum scriptores de divinis loquentes notionibus dicunt: *Pater est ingenitus, Filius est genitus, Spiritus sanctus a Patre procedit.* Sic loquitur Michael patriarcha jam laudatus, sic Hebediesu, sic alii. At ratio hæc nihil valet, & nihil concludit, quia dicere Spiritum sanctum a Patre procedere non excludit Spiritus sancti processionem a Filio, sed est, verba evangelii nude referre. Ego sane potius crederem Nestorianos tenere Spiritum sanctum a Filio etiam procedere quia passim eum procedentem vocant sine addito, uti facit Hebediesu episcopus Sigar in libro Margaritarum cap. 5. de trinitate, laudatus supra Michael, & quotquot videre potui ex eorum scriptoribus. Imo id ex Hebediesu tract. 3. cap. 4. manifeste colligi videtur; quandoquidem ibi duo notat inter Latinos & Græcos discrimina præcipua, unum de processione Spiritus sancti a Patre, Filioque: alterum de azymorum ritu. Hoc secundum integro improbavit capite contra Latinos; de primo nec verbum quidem fecit, aut quidquam opposuit adversus Latinos, sed silentio approbare videtur. Præterea catholicus factus omnes Nestorianorum errores, in quibus a Latinis dissident perstringit, inter quos tamen minime hunc percenset articulum, aut de illo mentionem facit ullam. Tota itaque res ad Melchitas redit; unde in nota ad eamdem præfationem editam a nobis Parisiis an. 1645. diximus: *Nec admiretur quisquam, quia Spiritum a Patre, Filioque procedere semper ab orientalibus creditum est, si Melchitas excipias, ac forte Nestorianos.* Melchitas absolute excepimus, quia sunt Græci ritus, de quibus in sequenti nota. Græcorum vero hic communis censetur error; sed profecto antiquissima eorum hujus concilii editio, quæ in Vaticana servatur bibliotheca, hunc penitus nobis eximit scrupulum: Etenim in professione, & symbolo fidei Spiritum sanctum procedere etiam a Filio luculentissimis hisce explicat verbis: *Deus Pater super omnia, & in omnibus; Filius super omnia & in omnibus; Spiritus unus procedens a Patre, & emanans a Filio, vivificus super omnia, & in omnibus.* De qua re notandum est, verba Arabica, *Monbethek* & *Sader*, synonyma esse, & utrumque significare procedere, uti videre est in linguæ Arabicæ thesauris & dictionariis. Quod autem primum vertimus procedere, alterum emanare, id fecimus, cum ut synonymia vocabulorum servaremus diversitate, eodem servato sensu; tum quia theologis idem etiam est procedere, atque emanare. Ex his itaque liquido patet id erroris non esse commune omnibus Græcis; sed esse particulare quibusdam scriptoribus, qui livore quodam bellum ecclesiæ Romanæ indixerunt.

6. *De variis sectis.*

Ex iis, quæ in concilii recensentur præfatione, sectis, nulla hactenus, Dei beneficio, in oriente superest, & utinam abscindantur, & reliquæ Dei ecclesiam conturbantes. Quæ autem extant nunc, quatuor numerantur, si præcipua dogmata, in quibus dissident, respiciamus, Nestorianorum scilicet, Melchitarum, Maronitarum, & Monophysitarum. Monophysitæ sunt Iacobitæ, Cophtitæ, Æthiopes, & Armeni. Ex his Iacobitæ a Iacobo Bardaeo, idest Clitellario (Latinis Zanzalus vulgo dicitur) qui unam naturam, personam, voluntatem, & operationem in Christo domino asserebat, nomen & hæresim hauserunt; & si non desint inter illos, qui scribunt hanc denominationem sibi inditam fuisse a nomine S. Iacobi apostoli. Quam tamen opinionem tempus & hæresis, falsitatis manifeste convincunt. Cum his conveniunt in hæresi de unitate naturæ, operationis, & voluntatis in Christo Cophtitæ, Armeni, atque Æthiopes, differunt tamen in multis dogmatibus, & ritibus, sed præcipue in materia eucharistiæ, & in circumcisione. Circa primum discrimen, Iacobitæ oleum, & salem pani triticeo consecrando admiscent, & id quidem existimant esse de necessitate materiæ. Hoc vero aliæ illæ tres sectæ minime approbant, imo non sine stomacho improbant. Hujus mixturæ auctor extitit Ioannes quidam cognomento Barsusan ipsius gentis pseudo-patriarcha Antiochenus, uti testis est Iacobitarum catechesis commentator David Barphaulos. In hac eadem materia discrepant & Armeni a reliquis aliis tribus sectis; namque azymo utuntur pane, & mero tantum, minime admixta calici aqua. Tametsi Prateolus lib. primo num. 67. & Thomas Biatiensis in suo thesauro lib. 7. par. 1. cap. 17. scribant Armenos in fermentato conficere. Hos tamen præter ipsam rem toti Christiano orbi notissimam, arguit falsitatis Nico Græcus scriptor in suo libello inscripto: *De pessima religione pessimorum Armenorum;* ubi propter panis azymi usum in eucharistia conficienda azymistas illos vocat. In hoc eodem etiam hæreticos reputari Armenos a Græcis, scribit Gregorius VII. lib. 8. quæst. 1. Ex quo planum fit multos multa oscitanter scribere. Æthiopes, seu Abassini in hac quoque materia a reliquis tribus sectis discrepant; etenim defectu vini ex recentibus uvis expressi, succum substituunt ex uvis passis extractum super infusa prius aqua, quod aliæ tres non approbant. Ad secundum quod attinet discrimen, Æthiopes, & Cophtitæ discrepant ab aliis duabus sectis, quod hactenus circumcisionem Christianis admisceant sacris, eamque necessariam ad salutem existiment, quidquid aliqui eorum recentiores dicant scriptores. Huic etiam cauterium ferro candenti factum in aliqua vultus parte addunt Æthiopes tamquam partem integrantem sacramenti baptismi. Quidam apud Biatiensem lib. 7. par. 1. cap. 23. perhibent, Iacobitas & Armenos item circumcidi; sed hoc falsissimum esse ex eorum in hac re dissidio constat. Equidem puto, utrumque errorem inde oriri, quia omnes hæ sectæ magna in veneratione Iacobum illum Zanzalum habent, adeoque indiligentes existimarunt illi scriptores, eum omnium errorum, qui apud ipsas vigent, esse auctorem. Verum non ita se res habet, quia temporis processu primis hæresibus multa addiderunt. Et hæc de Monophysitarum quatuor illis sectis satis in presens dicta sint. Nestoriani ita nuncupantur a Nestorio eorum parente, qui duas in Filio ponebat personas, divinam scilicet, ac humanam nec non duas naturas. Quæ hæresis ex diametro opponi videtur hæresi Monophysitarum, & quidem sic existimarunt multi, ac gravissimi auctores. Nihilominus memini me legisse aliquando apud doctissimum scriptorem Latinum, cujus nomen nunc ex mea excidit memoria, eamdem esse hæresim Monophysitarum, ac Nestorianorum. Quod non tantum miratus sum, sed omnino obstupui, eamque sententiam tanquam futilissimam, & ineptissimam habui. Sed lectis postea diligentius Monophysitarum scriptis, ac

ac evolutis monumentis, comperi eum verum dixisse, & scripsisse. Etenim constanter asserunt Monophysitæ, unam illam personam Christi esse compositam ex duabus personis, divina nimirum & humana, quemadmodum & naturam ex duabus naturis, & sic de voluntate, & operatione arguendum est: itaque in re isti conveniunt, discrepant vero in modo a Nestorianis. Quod vero magis mirandum est in sententia Nestorii, cum duas agnosceret is in uno Filio Dei, ut idem loquitur cum suis, personas, & naturas unitas non hypostatice, sed per voluntatem, beneplacitum & amorem, ita ut divinitas habitaret in humanitate tamquam in templo, qua ratione, & judicio asserit unam esse voluntatem, & operationem duabus personis etiam non unitis. Sed profecto is mos hæreticis est, ut sibi non constent. Melchitæ sunt Syri, aut Ægyptii Græci ritus, quorum aliqui Chaldaice, alii Græce sacra sua peragunt, & divina obeunt officia, cæterum Græcorum per omnia insistunt vestigiis. Maronitæ a monasterio S. Maronis Abbatis, cujus monachi acerrimi catholicæ fidei defensores adversus Eutychianos, & Acephalos, ut eorum testatur epistola ad Hormisdam papam, cui primo loco subscribit Alexander ejusdem monasterii abbas, denominationis originem ducunt. Qua de nominis hujus origine fuse agit Ioannes Maro, scriptor antiquissimus, qui sæculo vivebat sexto vergente ad septimum, in præfatione ad suos tractatus adversus Nestorianos, Monophysitas, & Monothelitas. De hac eadem denominationis origine loquitur etiam Thomas Chartabensis Monothelita episcopus, qui ante annos sexcentos scribebat pro Monothelitarum hæresi ad Ioannem Melchitarum patriarcham Antiochenum. Qui Thomas in causa fuit, cur Maronitæ a quibusdam scriptoribus pro Monothelitis habiti sint, quia pro Maronita se se venditabat: Et sane sub hoc nomine nonnullos allexit Maronitas, & suis dolis irretivit. Sed strenue profecto rejectus fuit, dirutis etiam aliquibus pagis, ubi sparserat Monothelitarum virus, uti hactenus ruinæ, & rudera testantur. De qua re Gabriel Klali Maronita episcopus plura habet in sua nationis Maronitarum historia, ubi notat hunc fuisse natione Iacobitam ex civitate Mesopotamiæ *Maredin* nomine. Constat præterea Maronitas numquam hac hæresi fuisse imbutos ex epistola Arsenii episcopi Hineurensis, in qua pluribus demonstrat, Maronitas, & Melchitas, seu Græcos nunquam dissensisse in mysterio dispensationis incarnationis, ejusdemque esse sententiæ quoad unitatem personæ verbi divini, dualitatem naturarum, voluntatum, & operationum. Idem planissimis, apertissimisque constat verbis ex antiquissima eorum Maronitarum fidei professione, quæ singulis dominicis diebus festis inter missarum legitur solennia. Ex quibus omnibus colligitur, Thomam illum Maronitas in hanc induxisse hæresis suspicionem. Sed de his plura alibi.

7. In canonem vigesimum nonum. Ne mulier menstruata ingrediatur ecclesiam, neque sacram sumat communionem.

Mulier menstruata arcetur ab ecclesiæ ingressu, & sacræ communionis sumptione non propter aliquam legalem immunditiam, ut quidam perperam existimarunt, sed ob reverentiam, & venerationem Dei ecclesiis, & maxime illibato eucharistiæ sacramento debitam. Sic Ioannes Baptista Leopardus Maronita, archiepiscopus Hesronensis in suo opere inscripto: *Vindemia sacramentorum* tractatu de matrimonio hunc explicat canonem; sic Gabriel Klabi item Maronita in tractatu de sacramento matrimonii, sic alii. Quæ quidem explicatio haud aliena esse videtur a mente Gregorii I. papæ in responsione ad interrogatum decimum Augustini apostoli Anglorum, ubi post multa ita de menstruata, & puerpera decernit: *sancta autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere, non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumat, laudanda est*: Imo Gregorius tertius summus pontifex in canonibus pœnitentialibus usu sancitum esse asserit, *ut nulla mulier ante mundum sanguinem ecclesiam intraret, quia in usu habetur: alias quadraginta pœniteat*. Idem etiam: *Mulieres menstruo tempore in ecclesiam non intrent: quod si præsumpserint, tres hebdomadas pœniteant*: nonnulli enim *patres ita definierunt*. Notandum tamen est hunc canonem additionis suspicione non carere, quia non invenitur in omnibus editionibus.

8. In canonem trigesimum octavum de translatione patriarchatus Ephesini Constantinopolim.

Canon iste manifeste Nicænis additus est a Melchitis, seu Græcis ad majorem conciliandam suo CP. patriarchæ auctoritatem, ut qui usque ad ea tempora simplex episcopus erat. Hinc subinde primatum super alios patriarchas ambitiosissime sibi adsciscere contendit.

9. In canonem trigesimum nonum de loco Seleuciæ patriarchæ.

In hoc canone septimus assignatur Seleuciæ patriarchæ locus in editione Melchitarum post Hierosolymitanum, ubi in aliis editionibus sextus illi tribuitur, quintus vero locus Hierosolymitano, qui est verus sedium ordo. Hujus autem ordinis in Melchitica editione perversio inde oritur, quia quintum locum tribuunt illi Ephesino propter translatam ab eo dignitatem ad urbem regiam, ut in superiori nota observatum est; atque sic ad sextum locum truditur Hierosolymitanus, & ad septimum Seleuciensis. Item ordinis hujus perversio plane patet ex cap. 9. *de privilegiis urbium matricum*, tituli: *Aliæ variæ ecclesiast. ca constitutiones*, Ubi primus locus tribuitur Romæ, secundus Alexandriæ; tertius Constantinopoli; quartus Antiochiæ, quintus Epheso, sextus Hierusalem, ac proinde septimus erit Seleuciæ.

10. In can. 47. De eo qui accusatur de crimine aliquo, & advenerit ad se expurgandum.

In aliquibus editionibus post hæc verba: *& sacerdotio quoque privetur*, hæc habentur. *Si vero condemnatus is fuerit a suo episcopo, & facile congregari non potest synodus, appellare potest ad vicinos episcopos, qui causam inspiciant, & justam ferant de illo sententiam.*

11. In can. 54. Ne uni civitati duo constituantur episcopi, neque ecclesiæ villæ duo presbyteri.

Ex hoc canone constat ante Nicænum concilium plures in eadem civitate fuisse episcopos. Item in eadem villæ ecclesia plures fuisse pastores, seu parochos, ex quo enata est isthæc concilii prohibitio. Etenim hic nomine presbyteri haud intelligi venit simplex quisque presbyter, uti clare patet ex can. 67. ejusdem concilii; sed parochus.

12. In can. 55. De discordia inter virum, & uxorem.

Verba hæc hujus canonis de uxore ducenda, dimissa priori: *Si enim aliam ducere libuerit, ducat*, in aliis non extant editionibus, sed sola Melchitarum: Quamobrem Ioannes Baptista Leopardus Maronita Hesronensis archiepiscopus in opere supra laudato, tractatu de matrimonio, agens de libello repudii, sic acriter invehitur in Melchitas, ut hujus verborum additionis auctores: *Græci Melchitæ in hoc Mohammedani facti sunt contra evangelium*, citatque in eos canonem 48 apostolorum. Ostendit præterea, atque clare probat, hanc esse manifestam additionem ab ipsis factam ex can. 54. ejusdem concilii Nicæni, imo turpem contradictionem, quandoquidem liquidis verbis in ipsorum etiam Melchitarum editione dicitur: *Hac autem lex obligat quoque sæculares, quia nemo contrahere debet secundum legem cum muliere habente virum, donec ex vivis excesserit vir ejus, & libera dimissa fuerit*. Dionysius Barsalib Syrus Iacobita ad cap. 5. Matth. hoc idem damnat Melchitarum dogma, ita scribens: *Si autem mulier fornicatur, ipsa legem solvit, & justum est ut dimittatur: Etenim non viris tantum reprehensio statuta est, sed & mulieribus: Et quemadmodum quidem per matrimonium facti sunt unum, necessitas facit, ne separentur: si vero separantur, maneant innupti, ut ait Paulus.*

13. In can. 71. De presbyteris, & diaconis dimittentibus uxores suas.

Iste quoque canon peculiaris est editionis Melchitarum, de quo sic Ioannes Leopardus in superiori nota laudatus, loco ibidem citato: *Ex hoc canone perspicua fit ignorantia, perfidia, pervicacia, & perversitas* Græcorum

Græcorum Melchitarum, quorum pravitas dejecit eos a luce evangelii ad Alcorani tenebras, ita ut suas dimitterent uxores, & alias post dimissionem ducerent more Mahummedanorum.

A

EX TITULO EORUMDEM SS. PP. CCCXVIII. Aliæ variæ ecclesiasticæ constitutiones.

14. *In caput primum de templorum consecratione, & ad quem jure hac pertinet.*

TEmplorum consecratio, quemadmodum & reliquæ aliæ ad solos episcopos jure pertinere & competere videntur, sicut constat ex D. Thoma par. 3. quæst. 82. ar. 1. ad 4. ubi docet, solos episcopos consecrare omnia præter eucharistiam. Et cum hic asseratur, ejusmodi quoque jus spectare ad chorepiscopos, colligi inde videtur, hos fuisse ordinatione episcopos sub episcopi civitatis potestate, ita ut ex hujus licentia episcopalibus fungerentur olim muneribus, quod & conciliorum constat auctoritate & scriptorum testimoniis. His obstare nihilominus videtur Damasi auctoritas epistola 4. quæ est ad Prosperum, & reliquos Numidiæ episcopos, Leonis primi epist. 86. Gelasii primi, & aliorum nonnullorum. Item cap. 11. *de collationibus episcoporum* tituli *eorumdem SS. PP. 318. aliæ variæ ecclesiasticæ constitutiones*, statuitur solis episcopis fas esse magnis, seu generalibus adesse conciliis; chorepiscopis disertissimis verbis exclusis. Ex hoc plane apparet ex mente concilii Nicæni, chorepiscopos haud quaquam esse ordinatione episcopos. Contrarium tamen colligi videtur ex concilii Antiocheni can. 10. ubi asseritur, chorepiscopos manus impositionem episcoporum percepisse, & ut episcopos consecratos esse. Et sane permittitur illis ibidem ordinare lectores, subdiaconos, & exorcistas; imo diaconos, & presbyteros, licet non præter civitatis episcopum, cui sunt subjecti. Sed nullus ordo potest conferri, nisi ab episcopo, præter quatuor ordines minores, de licentia papæ, a solo sacerdote ex D. Thoma p. 3. q. 65. art. 3. ad 2. Ergo chorepiscopi, cum ex proprio officio conferre possent tres priores ordines; & ex licentia episcopi civitatis duos posteriores, nimirum diaconatum, & presbyteratum, necessario erant ordinatione episcopi. Id plane etiam liquet ex D. Hieronymo in epist. 85. quæ est ad Evagrium, asserente: *Quid enim facit excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non facit?* Explicatius Nicolaus papa ad Rodulphum archiepiscopum Bituricensium: *septuaginta inquit chorepiscopi facti sunt, quos quis dubitet, episcoporum habuisse officia?* Ad ea autem cap. 11. concilii Nicæni de collationibus episcoporum, dicimus: Exclusionem chorepiscoporum non in omnibus legi editionibus: in aliquibus enim soli excluduntur diaconi, archidiaconi, & presbyteri, non vero chorepiscopi. Quæ quidem lectio verior esse videtur, atque conformior menti concilii, quia plures eidem subscribunt chorepiscopi, ut ex Arabicis, quæ circumferuntur subscriptionibus clare liquet. Ergo chorepiscopi, qui magno & generali interfuerunt concilio, episcopi erant, juxta ejusdem concilii statutum & decretum. Ad auctoritatem autem Damasi, & aliorum responderi potest, vel non omnes chorepiscopos fuisse consecratione episcopos, sed aliquos; & hac ratione bene conciliatur sententia Damasi, & Nicolai, vel potius, hos presbyteros vocavit Damasus, quia ibi presbyteratus ordinarium habebant ministerium, episcopatus vero extraordinarium & delegatum ab episcopo civitatis, cui subjecti erant; ita ut munere episcopali non nisi ejus auctoritate fungi, eodem possent plane modo ac ipsi episcopi extra suam diœcesim, aut sacerdotes confessiones excipere, & peccata dimittere absque licentia episcopi, licet id munus ex vi suæ ordinationis habeant. Quoniam vero is chorepiscoporum ordo non leves postea excitavit in ecclesia turbas, cum sui muneris & officii, ad quod instituti erant, obliti sunt, & sua confisi & freti ordinatione, episcoporum civitatum, quibus subjecti erant, usurparunt jura, ideo abrogatus est. Eo enim audaciæ progressa res est in Alexandrina præsertim diœcesi, ut Meletius chorepiscopus, ordinatis in Ægypto, Lybia, & Pentapoli etiam ipsis episcopis, præter ecclesiasticos canones, plerasque illius patriarchatus ecclesias bicipites reddiderit, testibus Epiphanio hæres. 68. Sozom. lib. 1. cap. 3. Theodoret. lib. 1. cap. 9. Niceph. lib. 1. cap. 19. & aliis. Hinc acerbe in hos invectus est Damasus, & jure quidem merito; quia cum essent ordinarie presbyteri, extraordinarium munus præter canones exercere sint ausi.

B

C

D

E

EX TITULO EORUMDEM SS. PP. CCCXVIII. Sanctiones, & decreta alia ex quatuor regum ad Constantinum libris decerpta.

15. *In professionem, & symbolum fidei 318. PP. ex codice Vaticano editionis Melchitarum.*

IN hac fidei professione Melchitarum editionis, postquam de Christi domini incarnationis dispensatione sermo factus fuit, hæc statim subjungitur illatio: *Ex quo asserimus esse Deum, & hominem, duas habentem naturas, duas voluntates, duas operationes in una persona.* Eadem plane verba in Maronitarum leguntur editione. In Jacobitarum vero, & Copticarum editionibus sic legitur: *unam naturam, unam voluntatem, unam operationem*, apud David Barphaulos in commentariis catechismi, & apud Nestorianos: *duas naturas unam voluntatem, unam operationem duas personas.* Manifeste porro deprehenditur, hæc omnia addita fuisse ab iisce nationibus, ad sua corroboranda dogmata celeberrimi ac tanti concilii auctoritate. Quis enim ignorat, ejusmodi controversiam haud quaquam eo tempore motam, aut agitatam fuisse?

16. *In caput nonum. Constitutio de sanguine partus.*

Caput istud Melchitarum esse additionem existimarunt nonnulli, sed revera in omnibus, quas videre potui, legitur editionibus, atque mos ejusmodi ab omnibus servatur orientalibus, non tamen tanquam aliquis Mosaicus ritus, & cæremonia, ut perperam quidam scripserunt, sed ad imitationem Deiparæ virginis, quæ licet nec ejusmodi affectioni obnoxia esset, nec purgationis indiga, hanc legem adimplere voluit. De qua re, quæ superius retulimus in nota ad can. 29. ex Gregorio III. de menstruo laborantibus, hic recole, par enim de utrisque ratio est. Quem etiam dierum numerum præscribit Leonis sapientis Novella apud Balsamonem in can. 2. idemque Balsamon id apud orientales ex decentia fieri docet, cum dicit. *Templum ingredi, vel sanctorum ipsas esse participes non decet.* Et Honorius solitarius lib. 1. cap. 146. apud Iacobum Goar idem asserit dicens. *Ex laudanda consuetudine post partum ab ecclesia ingressu abstinere, quia immundos a templo calesti excludi designant.* Alioqui si præ infirmitate valerent, eadem die qua parerent, intrare eis liceret, ut Deo gratias agerent. Laudanda autem est mulier, si ex veneratione magna percipere non præsumit. Sententia est Gregorii I. ad interrogatum 10. Augustini respondentis. Imo idem ibidem probat, consuetudinem ecclesiæ esse Romanis, ut post ad mixtionem propriæ conjugis lavacri purificationem quærant, & ab ingressu ecclesiæ paululum reverenter abstineant. Non tamen propterea id lavacri Mosaicum esse aliquem ritum existimandum, quia in Mosaica etiam præcipitur lege; quemadmodum nec quid gentile quia gentilibus feminis post partum balneum parabatur, si Christianæ mulieres eodem utantur. Antiquitus non solum quadraginta dies post partum, sed & totidem ante a sacris arcebantur mulieres, propterea quod id fere temporis tam ipsæ, quam earum fœtus plurimis infestentur incommodis, auctoribus Censorino de die natali, & Cœlio Rhod. lib. 16. cap. 21.

17. *In caput decimum. Quandiu arcendi sunt infantes ab ingressu ecclesiæ, & de termino suscipiendi baptismum.*

Tria in hoc capite notanda veniunt. Primo de ingressu infantis in ecclesiam. Secundo de termino suscipiendi baptismum; tertio de communione ipsorum infantium.

PRimum quod attinet, infantis in ecclesiam ingressus non ideo differtur, quod sit immundus, sed ut a parentibus offerri possit Deo, & gratiæ ipsi ab illis agerentur. Nam si pro immundo haberetur, neque etiam in ipso periculo mortis positus in ecclesiam introduceretur ante quadraginta hos dies. Secundo hoc assignatur puero tempus; quo ejus membra consolidantur, & minus obnoxia incommodis evadunt, quia baptismus fiebat terna immersione apud orientales, & adhuc etiam ejusmodi ritus pluribus in locis observatur. Quem quidem ritum baptizandi infantes terna immersione post quadraginta

draginta dies a nativitate, esse antiquissimum in ecclesia orientali nemo nescit in ecclesiasticis rebus versatus. Tertio de communione ipsorum infantium statim a baptismo nullus ambigere potest doctus. Et licet hunc usum multas & justas ob causas ecclesia abrogaverit, non propterea tamen antiquitatem illam venerandam damnavit. Hinc concilium Tridentinum sess. 21. cap. 4. postquam docuit parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem eucharistiæ communionem, statim subdit: *Neque ideo tamen damnanda est antiquitas; si eum morem in quibusdam locis aliquando servaverit.* Nec profecto silentio hic prætereundus est modus communicandi baptisatos infantes apud orientales. Sacerdos infantem communicaturus digitum intingit sanguine, & in os illius sugendum immittit. Quod idem in Gallia fuisse usitatum tempore Hugonis Victorini observat Rosvveidus notis ad epistolam quartam S. Paulini, hæc ejusdem Hugonis verba recitans ex libro primo de ceremoniis, sacramentis, & observationibus ecclesiasticis cap. 20. *Pueris recens natis idem sacramentum in specie sanguinis est ministrandum digito sacerdotis, quia tales naturaliter sugere possunt.* Citat idem Hugo ibidem locum D. Augustini ex libro primo contra duas epistolas Pelagii cap. 22. in hæc verba: *si sine periculo fieri potest, juxta primariam ecclesiæ institutionem, sacramentum eucharistiæ in specie sanguinis est tradendum pueris.* Hæc Augustinus referente Hugone Victorino: quorum conjunctis testimoniis cum constet de usu concordi ecclesiarum Galliæ & Africæ in impertienda sacra eucharistia infantibus recens baptisatis, potest iis adjungi aliud testimonium S. Paulini qui recitans epistola XII. ad Severum versus a se scriptos de Basilicis, postquam de baptisterio scripsit: *Propterea medio fons datus est spatio.* addit.

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
Infantes niveos corpore, corde, habitu:
Circumdansque rudes festis altaribus agnos
Cruda salutiferis imbuit ora cibis.

Hæc ibi. Porro in his duo diligenter in hoc notanda sunt. Primum rite interdum fieri communionem sub una specie: deinde infantem sic sub unica specie communicatum dici in hoc capite edere panem, & bibere vinum. Ex quo planissime patet, patres illos firmissime credidisse, & nullatenus dubitasse, integrum Christi corpus, & sanguinem, tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri, uti loquitur concilium Constantiense sess. 13. Moguntinum 4. cap. 32. Triden. sess. 21. & alia concilia, & patres.

18. In cap. 14. *Statuta sacerdotum & quid ipsi debent, & quid illis debetur.*

Nec promoveatur ad tertium ordinem, nempe diaconatum. Diaconatus hic vocatur tertius ordo, cum tamen juxta receptum ecclesiæ usum sit sextus. Quamobrem est notandum in omnibus omnium orientalium euchologiis seu ritualibus, nullam occurrere ostiarii, exorcistæ, & acolyti ordinationem, sed lectoris tantum, subdiaconi, diaconi, & reliquorum. Inde Græcorum quidam apud Iacobum Goar in notis ad ipsorum Græcorum euchologium, volunt, hos tres ordines includi in lectoratu. At mea sententia ostiarii, & acolyti non tantum apud Græcos, sed apud omnes reliquos orientales in subdiaconatu includi videntur, si euchologiorum, seu ritualium verba diligenter attendantur. Nam si ostiarii est custodire ostia ecclesiæ, & acolyti accendere lucernas, procul dubio hæc duo officia subdiacono in ejus ordinatione injunguntur. Apud Græcos id manifeste constat ex hisce verbis precis, quæ pro subdiacono funditur dum ordinatur: *Ipse domine inculpatum illum in omnibus conserva, & domus tuæ decorem diligere, sancti templi tui foribus adstare, & tabernaculi gloriæ lucernam accendere, concede.* Euchologium Melchitarum Arabicum: *Tu domine concede illi, ut diligat decorem domus tuæ, & conserva eum omnibus temporibus inculpatum, ut adstet foribus templi tui sancti, & accendat lampades tabernaculi tuæ gloriæ.* Clarius rituale ecclesiæ Maronitarum, in rubrica ordinationis ipsius subdiaconi: *Cum autem pervenit ad lampadem, accendit illam, & extinguit tribus vicibus. Et vadunt ad portam ecclesiæ, eamque claudit; & aperit tribus vicibus.* In euchologio Cophtitarum, & Iacobitarum in admonitione ad ordinatum subdiaconum inter cætera, quæ ejus muneris esse affirmantur, hæc leguntur. *Tui officii est custodire ostia domus Dei, quæ est ecclesia, nec patiaris ingredi ad eam jumentum vel canem; vel hæreticum quempiam tempore sacri ministerii.* Et post pauca. *Et cave magna diligentia custodire ostia ecclesiæ, quia tibi concredita sunt sacra illibati ministerii vasa custodienda:* Exorcistæ tandem officium, seu ordo, ex orientalium sententia, includi videtur in diaconatu: cum asserant, domini discipulos tunc ordinatos fuisse diaconos, *cum binos misit illos ante faciem suam, dedit que eis potestatem spirituum immundorum.* Hanc sententiam tamquam communem, & receptiorem affert Ioannes Maro libro de sacerdotio cap. 11. hisce verbis: *Ipse* (Christus) *primus spiritu æterno semetipsum sine macula secundum ordinem sacrificii Melchisedech obtulit Deo: & factus est sacerdos in æternum, concessitque sacerdotium suis apostolis, ad stabiliendam ecclesiam terrenam. Hoc autem ter & tribus temporibus. Primo quidem quando binos misit eos, deditque illis potestatem in spiritus immundos, ut ejicerent illos, diaconos constituit eos.* Hoc idem constat ex cap. XXVI. ejusdem libri, ubi postquam recensuit auctor ex D. Dionysii cap. VI. Hierarchiæ ecclesiasticæ ordines eorum qui diaconorum voce dimittuntur post sacrorum eloquiorum lectionem; inter quos primum tenent locum energumeni, statim subdit: *Hi sunt ordines expiandorum, sive perficiendorum, quorum expiatio, ad solum pertinet diaconum, ut expiati perfecte iterum ex integro cooptentur sacrorum participationi.* Hæc eadem tradit Ioannes Darenus lib. de Hierarchia ecclesiastica, Dionysius Bansalibi Syrus, & alii. Sciendum vero est, licet horum trium ordinum nulla nominatim, aut speciatim mentio habeatur in euchologiis, frequens nihilominus occurrit apud orientalium scriptores.

Qui puer sit ætate. Hæc verba sunt expuncta in Nestorianorum editione, ut qui præter omnium aliorum orientalium morem, & sacrorum canonum constitutiones pueros sexennes, septennes, ac etiam aliquando minores, ad omnes promovent superiores, & inferiores ordines. Item post diaconatum & sacerdotium susceptum uxores ducunt, & mortua prima alias quinque, & dimidiam successive ducere illis permittitur. Nomine dimidiæ viduam intelligunt. Quæ quidem omnia non absque stomacho a reliquis orientalibus reprobantur, tamquam contraria & adversa scripturis sacris & ecclesiasticis canonibus. Aliarum nationum sacerdotes si ad secundas transeunt nuptias (quod raro accidit) ad laicorum statum non sine maxima ignominia rediguntur: hoc tamen apud Maronitas numquam permittitur.

Cæterum utriusque sexus Christi fideles sacro-sanctum missæ sacrificium audire debent stantes. D. Ioannes Maro in commentario ad Liturgiam D. Iacobi ad orationem, *Stemus honeste*, scribit: ideo jubemur stantes audire missam, tum quia tunc offertur pro nobis corpus Christi, qui nos a peccati primi hominis lapsu & casu erexit, ac stare fecit, tum ut sic parati simus ad ejus mandata exequenda; ut servi prompti & expediti ad omnem domini sui nutum. Porro si genua flectamus honoris & venerationis ergo, mysterium non ideo evacuamus, sed alio religionis ritu Deum colimus & veneramur. Hæc eadem exhibent post Ioannem Maronem, Dionysii Barsalibi commentaria in eamdem D. Iacobi Liturgiam. Et hæc pro nostra tenuitate satis in præsens dicta sint. Tandemque tam has nostras notulas, quam præfationem, ac reliqua omnia S. R. E. censuræ demisse & suppliciter submittimus.

[a] CONCILIUM ROMANUM III.

QUOD SANCTUS PAPA SILVESTER CELEBRAVIT

[b] *(PRÆSENTE CONSTANTINO Augusto) in urbe Roma, intra thermas Domitianas, cum 275. episcopis, qui in ipsa synodo convenerant, vocati a beato Silvestro.*

SILVESTER episcopus sanctæ & apostolicæ sedis urbis Romæ dixit: Quidquid in Nicæa Bithyniæ constitutum est, ad robur sanctæ matris ecclesiæ catholicæ & apostolicæ, a sanctis sacerdotibus trecentis decem & octo, c nostro ore conformiter confirmamus. Omnes qui ausi fuerint dissolvere definitionem sancti & magni concilii, quod apud Nicæam congregatum est d sub præsentia piissimi & venerandi principis Constantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes: Placet.

ANNO CHRISTI 325.

De pascha solennitate.

OMNIBVS episcopis & presbyteris præceptum est, paschæ observantiam custodire a luna 14. usque ad 21. ita ut dominicus dies coruscet. Et dixerunt episcopi: Placet. Rursus Silvester episcopus dixit: Robustius duximus consilium, (si placet) ut omnis episcopus qui convenit ad concilium, fidem suam chirographo confirmet, ut deinceps rediens ad parochiam suam, compaginem nostræ salutationis plebi suæ innotescat, ut fide concilii declarata, intemeratus ordo servetur. Et dixerunt episcopi: Placet.

Nulli clerico licere, causam in publico examinare.

Silvester episcopus dixit: Nulli omnino clerico licere, causam quamlibet in publico examinare, nec ullum clericum ante judicem laicum stare. Et dixerunt episcopi: Placet.

De præficiendis in ordinibus & proficiendis.

Si quis clericatum promereri desiderat, hoc justum est, ut sit ostiarius annum 1. lector annos 20. exorcista annos 10. acolythus an. 5. subdiaconus an. 5. diaconus annos 5. Et si ad honorem presbyterii accedat, & faciens in eo ordine annos 6. si fuerit omnium votiva gratia, non præmio, non invasione cupiditatis, nulli * prorumpens gradum, sic ab omni ecclesia eligatur consecrandus episcopus, nullo de membris ecclesiæ * intercidente, & omni ecclesia conveniente. Et dixerunt episcopi: Placet.

* præripiens

* intercedente,

Vt nulli episcopo liceat sine cuncta ecclesia, a novissimo gradu usque ad primum, ordinare neophytum. Et dixerunt episcopi: Placet.

Silvester episcopus dixit: A nobis incipientes moderamine lenitatis indicare, commonemus, ut nulli episcopo liceat, quemlibet gradum clerici ordinare aut consecrare, nisi cum omni adunata ecclesia. Si placet? Et dixerunt episcopi: Placet.

A

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cum patres Nicæni concilii constitutiones sacrosanctæ synodi ad Silvestrum pontificem Romæ agentem transmisissent, easque pontificia auctoritate confirmari, per epistolam quamdam synodicam, superius in concilio Nicæno repositam, humiliter petivissent; justæ postulationi eorum Silvester pontifex non gravate detulit, subitoque in dicta synodo ex Italia, aliisque vicinis provinciis, ducentos septuaginta quinque episcopos convocat, atque post confirmatum Nicænum concilium, nonnulla mores fidelium concernentia decrevit, ex quibus supradicta tantum fragmenta supersunt. Baron. ann. 325.

ANNO CHRISTI 325. Concilii causa, tempus & locus. Numerus episcoporum.

b *Præsente Constantino.*] Is qui titulum hunc concilio

B præfixit, in eo, quod illud Romæ in præsentia Constantini imperatoris celebratum fuisse aperte profitetur, plurimum a veritate aberravit. Nam dum singuli episcopi clarissimis congiariis ac donativis ab imperatore remunerati, Nicæa discessissent, imperatorem isthinc Byzantium profectum, aliquamdiu in oriente permansisse, ex Nicephoro aliisque asserit Baronius n. 96. ann. 325. Hæc verba canonis primi: *Sub præsentia piissimi ac venerandi principis Constantini Augusti*; causam errandi præbuerunt. Retulit enim illa imprudens ad verbum *anathematizamus*; quæ ad antecedens verbum *congregatum* verissime referenda, ex prædictis liquido constat. Tollenda est igitur ea interpunctio, quæ allegata verba a se invicem disjungit. Baron n. 199. ann 325.

Error tituli.

c *Nostro ore conformiter confirmamus.*] Nicænum concilium ab apostolica fide confirmatum & approbatum fuisse, testatur Felix papa tertius epistola quarta, his verbis: *Domino ad B. Petrum apostolum dicente: Tu es Pe-*

C *trus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: eam vocem sequentes trecenti decem & octo patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem S. Romanæ ecclesiæ detulerunt.* Silvestri epistola ad synodum rescripta idem firmissime attestaretur, si non ob consulatum Constantii IV. & Constantini octavum perperam in ea positum, mendosissima & fere commentitia reputaretur. Imo si neutra epistola extaret, vel utraque omnino ut spuria rejiceretur, ipsa tamen antiqua jura ecclesiæ, vetustissima observatio, traditio & constitutio apostolica, (de qua Socrates lib. 2. cap. 13. hæc: *Canon ecclesiasticus vetat, ne decreta absque sententia episcopi Romanæ ecclesiæ sanciantur*,) satis manifeste indicarent, sacrosanctæ Nicænæ synodi decreta ab episcopo Romanæ ecclesiæ firmitatem & robur accepisse. Baron. num. 171. & 172.

Apostolicæ sedis est concilia confirma[re]

Epistola Silvestri ad synodum mendosa.

Canon de confirma[n]dis conciliis per se[]dem apo[stolicam]

d *Sub præsentia piissimi*, &c.] Hæc verba sic continuan-

D da sunt, ut indicent Nicænam synodum in præsentia Constantini imperatoris congregatam fuisse, cum paulo post Romæ acta simul & constitutiones Nicæni concil. per synodum auctore Silvestro congregatam confirmarentur, cumque ipse imperator adhuc in oriente moraretur, ut supra diximus.

e *Omnibus episcopis.*] Vide quæ supra diximus in notis concilii Nicæni, verbo *Quartadecimanorum*

f *Robustius duximus concilium.*] Quia titulum huic canoni præfixum omnino falsum esse constat, (cum ne verbo quidem de conciliis ter in anno celebrandis, quod præ se ferebat titulus, mentio fiat,) Baronium in annalibus secuti, hæc cum præcedentibus verbis conjunximus; maxime propterea, quod sicut auctoritate Leonis pontificis acta Ephes. concilii per subscriptionem episcoporum absentium, & in dicta synodo convenientium, sunt confirmata, ita hoc loco ducenti septuagintaquinque episcopi, auctoritate Silvestri pontificis congregati, non aliud præstare jussi fuerunt, quam ut fidem concilii Nicæni dato chirographo approbantes, eamque in suis diœcesibus promulgantes, uniformiter credant, atque uno eodemque tempore resurrectionis dominicæ memoriam observent. hoc est, quod subdit, *ut fide concilii declarata, intemeratus ordo servetur.*

Generalibus conciliis episcopi etiam absentes subscribe[re] soliti.

CONCILIVM

ANNO CHRISTI

[a]CONCILIVM [b]GANGRENSE CELEBRATVM [c]TEMPORE SILVESTRI PAPÆ I.

(Circa annum domini 324.) in Paphlagonia, seu [e] regione Pelasgorum, adversus [f] Eustathium [g] Sebastianensem in Armenia episcopum. Et est provinciale, sed [h] approbatum à Leone IV. dist. 20. c. de libell.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΓΑΓΓΡΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ·

οἵτινες μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον ἐξετέθησαν.

CANONES SANCTORVM PATRVM, QVI GANGRIS CONVENERVNT,

' qui cum Nicæna synodo eduntur.

Κυρίοις τιμιωτάτοις ἐν Ἀρμενίᾳ συλλειτουργοῖς, Εὐσέβιος, Αἰλιανὸς, Εὐγένιος, Ὀλύμπιος, Βιθυνικὸς, Γρηγόριος, Φιλητὸς, Πάππος, Εὐλάλιος, Ὑπάτιος, Προαιρέσιος, Βασίλειος, Βάσσος, οἱ συνελθόντες εἰς τὴν κατὰ Γάγγραν ἁγίαν σύνοδον, ἐν κυρίῳ χαίρειν. C

Ἐπειδὴ συνελθοῦσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ κατὰ Γάγγραν ἐκκλησίᾳ, διά τινας ἐκκλησιαστικὰς χρείας, ζητουμένων καὶ τῶν κατ' Εὐστάθιον, εὕρισκεν πολλὰ ἀθέσμως γινόμενα ὑπὸ τούτων αὐτῶν τῶν περὶ Εὐστάθιον· ἀναγκαίως ὥρισεν, καὶ πᾶσι φανερὸν ποιῆσαι ἐσπούδασεν, εἰς ἀναίρεσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς γινομένων. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον, καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ Θεῷ ἔχει, πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι ἀπατηθεῖσαι τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν· εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ μὴ δυνηθεῖσαι ἐγκρατεύειν ἐμοιχεύθησαν, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ὠνειδίσθησαν. Ηὑρίσκοντο δὲ καὶ ἀναχωρήσεις ἐκ τῶν οἴκων τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας ποιούμενοι, καταφρονητικῶς διακείμενοι κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἰδίᾳ συνάξεις ποιούμενοι, καὶ ἐκκλησιασμοὺς, καὶ διδασκαλίας ἑτέρας, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ κατὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ξένα ἀμφιάσματα ἐπὶ καταπτώσει τῆς κοινότητος τῶν ἀμφιασμάτων συνάγοντες· καρποφορίας τε τὰς ἐκκλησιαστικὰς τὰς ἀνέκαθεν διδομένας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἑαυτοῖς καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, ὡς ἁγίοις, τὰς διαδόσεις ποιούμενοι· καὶ δοῦλοι δεσποτῶν ἀναχωροῦντες, καὶ διὰ τοῦ ξένου ἀμφιάσματος καταφρόνησιν κατὰ τῶν δεσποτῶν ποιούμενοι· καὶ γυναῖκες παρὰ τὸ σύνηθες ἀντὶ ἀμφιασμάτων γυναικείων ἀνδρικὰ ἀμφιάσματα ἀναλαμβάνουσαι, καὶ ἐκ τούτων οἰόμεναι δικαιοῦσθαι. πολλαὶ δὲ καὶ ἀποκείρονται προφάσει θεοσεβείας τὴν φύσιν τῆς κόμης τῆς γυναικείας. νηστείας τε ἐν κυριακῇ ποιούμενοι, καὶ τῆς ἁγιότητος τῆς ἐλευθέρας ἡμέρας καταφρονοῦντες, καὶ τῶν νηστειῶν τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τεταγ-

*Dominis ' honorabilibus consacerdotibus, in Armenia constitutis, coepiscopi Eusebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus, * Bithynicus, Olympius, Bassianus, Basilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugenius, " Osius Cordubensis, * Proæresius, Bassus, qui convenerunt in Gangrensi concilio, in domino salutem.*

QVONIAM conveniens sancta synodus episcoporum in ecclesia Gangrensi, propter quasdam ecclesiasticas & necessarias causas inquirendas, & ea quæ secundum ' Eustathium gesta sunt, dignoscenda, invenit multa fieri indecenter ab his qui eumdem Eustathium secuti sunt, necessario statuit, palam omnibus actis, amputare universa, quæ ab eodem ' male commissa sunt. Declaratum est enim, hos eosdem nuptias accusare, & docere, quod nullus in conjugali positus gradu, spem habeat apud Deum. Vnde factum est, ut multæ mulieres " eos secutæ, relictis propriis viris, & viri, uxoribus destitutis, vinculum coniugale dissolverent, continentiam profitentes: quam cum retinere non possent, adulterium commiserunt. Inventi sunt enim discessiones ac separationes a dominicis constitutis in ecclesiis Dei docere, id est, traditiones ecclesiasticas, & ea quæ in ecclesiis aguntur debere contemni, privatisque conventiculis institutis, ad imitationem eorum quæ in domo Dei aguntur, omnia præsumere celebrare: Adhuc etiam vestibus communibus spretis, novos etiam & insolitos habitus assumpsisse: Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum, quas veterum institutio ecclesiis tribuit, sibimet vindicasse, id est, propriæ ratiocinatione doctrinæ, tamquam sanctis, sibi eas offerri debere, apud se & inter se dispensandas: Servos a dominis recedentes, per hunc insitatum religionis " morem, dominos contempsisse: Mulieres quoque, præter consuetudinem & sui sexus ornatum, hinc se justificari credentes, virilem habitum ' suscepisse, pluresque earum occasione religionis tonsas, genuini decoris comas penitus amputasse: jeiunia quæ in ecclesia prædicantur, contemnenda asseruisse: Nonnullos eorum etiam cibos carnium tamquam

D

E

' qui post Nicænos expositi sunt.

' venerabilibus comministris.

* Bytenius.

' Hieratius

" hic in textu græco nō apparet.

* Proservus.

* Pressius.

' Eustasium al. Eustachium.

' mala.

" seductæ ita & editio Moguntina & Paris. cod. Romanę ecclesiæ, in qua legitur hæc præfatio totidē fere verbis Aliam quoque edidit Iustellus ex veteri suo ms. c. pag. 188. bibliothecæ juris canonicr ab hac diversam.

" habitum, speciem aut formam.

' usu cepisse.

ANNO CHRISTI 32.

quam illicitos reputasse: In domibus conjugatorum nec orationes quidem debere celebrari, persuasisse intantum, ut easdem fieri vetent, & oblationibus quæ in domibus factæ fuerint, minime communicandum esse decernant: presbyteros vero, qui matrimonia contraxerunt, sperni debere dicunt, nec sacramenta, quæ ab eis conficiuntur, attingi: Loca sanctorum martyrum vel basilicas contemnere, & omnes qui illuc conveniunt, " reprehendere: Divites fideles, qui non omnibus renuntiant quæ possident, spem apud Deum non habere: Et multa alia, quæ enumerare nulli possibile est, singulos quoque eorum pro suo arbitrio constituere. Vnumquemque enim eorum tales institutiones ab ecclesiastico canone recedentes, tamquam proprias leges sibimet condidisse. Sed nec communis his omnibus & una sententia est. Singuli enim, prout videtur & libet, ad accusationem ecclesiæ nitendo, " tamquam rector non sit, vel addunt decreta, vel minuunt. Propterea ergo coactum est hoc concilium, in Gangrensi ecclesia habitum, ut canones istos exponeret, quibus probantur memorati extra ecclesiam esse. Quod si per pœnitentiam condemnaverint omnia hæc, quæ male senserunt, tamquam a se non bene prolata, acceptabiles fiant: atque ideo singula quæ debeant condemnare, synodus credidit exponenda. Quod si quis renuerit hæc quæ hodie constituta sunt, tamquam hæreticus & anathematizatus & damnatus abjiciatur. Et erit non solum incommunicatus, verum etiam & ab ecclesia habeatur extorris, donec deprecetur ' episcopum, & de universis quæ penes eos detecta atque deprehensa sunt, ' prodiderit, quid horum susceperit observandum.

" & sacramenta conficiunt.
Luc. 14.

" non respondet in omnibus hæc Latina versio textui Græco, ut neque Iustelliana barbaris verbis contexta ab homine linguarũ Græcæ ac Latinæ parum perito.

' episcopos

' providerit

γμένων ὑπερφρονοῦντες, καὶ ἐσθίοντες, καί τινες αὐτῶν μεταλήψεις κρεῶν βδελυττόμενοι· καὶ ἐν οἴκοις γεγαμηκότων εὐχὰς ποιεῖσθαι μὴ βουλόμενοι, καὶ γινομένων εὐχῶν καταφρονοῦντες, καὶ πολλάκις προσφορῶν ἐν αὐταῖς ταῖς οἰκίαις τῶν γεγαμηκότων γινομένων μὴ μεταλαμβάνοντες· καὶ πρεσβυτέρων γεγαμηκότων ὑπερφρονοῦντες, καὶ τῶν λειτουργιῶν τῶν ὑπ' αὐτῶν γινομένων μὴ ἁπτόμενοι, καὶ τῶν ἐκεῖ συνερχομένων καὶ λειτουργούντων καταγινώσκοντες, καὶ πλουσίων δὲ τῶν μὴ πάντων τῶν ὑπαρχόντων ἀναχωρούντων, ὡς ἐλπίδα παρὰ Θεῷ μὴ ἐχόντων· καὶ πολλὰ ἄλλα, ἃ ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἂν δυνηθείη. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ἐπειδὴ τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἐξῆλθεν, ὥσπερ νόμους ἰδιάζοντας εἶχεν. οὔτε γὰρ κοινὴ γνώμη αὐτῶν ἁπάντων ἐγένετο· ἀλλ' ἕκαστος, ὅπερ ἂν ἐνεθυμήθη, τοῦτο προσέθηκεν ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἑαυτοῦ βλάβῃ. διὰ οὖν ταῦτα ἠναγκάσθη ἡ παραγενομένη ἐν Γάγγραις ἁγία σύνοδος καταψηφίσασθαι αὐτῶν, καὶ ὅρους ἐκθέσθαι, ἐκτὸς αὐτοὺς εἶναι τῆς ἐκκλησίας· εἰ δὲ μεταγνοῖεν, καὶ ἀναθεματίζοιεν ἕκαστον τούτων τῶν κακῶς λεχθέντων, δεκτοὺς αὐτοὺς γίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἐξέθετο ἡ ἁγία σύνοδος ἕκαστον, ὃ ὀφείλουσιν ἀναθεματίσαντες δεχθῆναι. εἰ δέ τις μὴ πειθείη τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς αἱρετικὸν αὐτὸν ἀναθεματισθῆναι, καὶ εἶναι ἀκοινώνητον καὶ κεχωρισμένον τῆς ἐκκλησίας. καὶ δεήσει τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ πάντων τῶν εὑρισκομένων παρ' αὐτοῖς τοιοῦτον παραφυλάξασθαι.

ANNO CHRISTI 325.

Episcopi hujus concilii supradicti alias numerantur, & vocantur ad hunc modum.

" Eusebius, Alypius, Philetus, Eulalius, Pappus, Basilius, Bithynicus, Heracius, Hypatius, Bassus, Eugenius, Gregorius, Ælianus, Pressius, Eugenius.

Alias vero ad istum.

Eusebius, Olympius, Ælianus, Basilius, Eulalius, Gregorius, Papius, Bassus, Eugenius, Bithynius, Heracles, Presius.

'' Alio prætereà ordine recensentur in cod. ecclesiæ Romanæ & in mss. codd. Iustelli, Hardyi & aliorum & in qq Osius apparet, in aliis abest.

CANONES.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

I.

Si quis matrimonium vituperet, & eam quæ cum marito suo dormit, quæ est fidelis & religiosa, abhorreat & insimulet, tamquam quæ non possit regnum Dei ingredi, sit anathema.

II.

Si quis eum qui carnem præter sanguinem, & idolothytum, & suffocatum, cum pietate & fide comedit, condemnat, tamquam eo quod ea vescatur, spem non habeat, sit anathema.

III.

Si quis docet servum pietatis prætextu dominum contemnere, & a ministerio recedere, & non cum benevolentia & omni honore domino suo inservire, sit anathema.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΩΝ ΕΝ ΓΑΓΓΡΑΙ.

α'.

Εἴ τις τὸν γάμον μέμφοιτο, καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οὖσαν πιστὴν καὶ εὐλαβῆ, βδελύσσοιτο ἢ μέμφοιτο, ὡς ἂν μὴ δυναμένην εἰς βασιλείαν εἰσελθεῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

β'.

Εἴ τις ἐσθίοντα κρέα χωρὶς αἵματος καὶ εἰδωλοθύτου καὶ πνικτοῦ, μετ' εὐλαβείας καὶ πίστεως, κατακρίνοι, ὡς ἂν διὰ τὸ μεταλαμβάνειν, ἐλπίδα μὴ ἔχοντα, ἀνάθεμα ἔστω.

γ'.

Εἴ τις δοῦλον προφάσει θεοσεβείας διδάσκοι καταφρονεῖν δεσπότου, καὶ ἀναχωρεῖν τῆς ὑπηρεσίας, καὶ μὴ μετ' εὐνοίας καὶ πάσης τιμῆς τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ ἐξυπηρετεῖσθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

δ'.

δʹ.

Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω.

εʹ.

Εἴ τις διδάσκοι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ εὐκαταφρόνητον εἶναι, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συνάξεις, ἀνάθεμα ἔστω.

ϛʹ.

Εἴ τις παρὰ τὴν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοι, καὶ καταφρονῶν τῆς ἐκκλησίας, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐθέλοι πράττειν, μὴ συνόντος τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἀνάθεμα ἔστω.

ζʹ.

Εἴ τις καρποφορίας ἐκκλησιαστικὰς ἐθέλοι λαμβάνειν, ἢ διδόναι ἔξω τῆς ἐκκλησίας, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τοῦ ἐγκεχειρισμένου τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ μετὰ γνώμης αὐτοῦ ἐθέλοι πράττειν, ἀνάθεμα ἔστω.

θʹ.

Εἴ τις διδοίη ἢ λαμβάνοι καρποφορίαν παρεκτὸς τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τοῦ ἐπιτεταγμένου εἰς οἰκονομίαν εὐποιΐας, καὶ ὁ διδοὺς, καὶ ὁ λαμβάνων, ἀνάθεμα ἔστω.

ηʹ.

Εἴ τις παρθενεύοι, ἢ ἐγκρατεύοιτο, ὡς ἂν βδελύττων τὸν γάμον ἀναχωρήσας, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ ἅγιον τῆς παρθενίας, ἀνάθεμα ἔστω.

ιʹ.

Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν κύριον, κατεπαίροιτο τῶν γεγαμηκότων, ἀνάθεμα ἔστω.

ιαʹ.

Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιούντων, καὶ διὰ τιμὴν τοῦ κυρίου συγκαλούντων τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς κλήσεσι, διὰ τὸ ἐξευτελίζειν τὸ γινόμενον, ἀνάθεμα ἔστω.

ιβʹ.

Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται, καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δικαιοσύνην ἔχων, καταψηφίσοιτο τῶν μετ' εὐλαβείας τοὺς βήρους φορούντων, καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, ἀνάθεμα ἔστω.

ιγʹ.

Εἴ τις γυνὴ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν μεταβάλλοιτο ἀμφίασμα, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι, ἀνάθεμα ἔστω.

ιδʹ.

Εἴ τις γυνὴ καταλιμπάνοι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀναχωρεῖν ἐθέλοι, βδελυττομένη τὸν γάμον, ἀνάθεμα ἔστω.

ιεʹ.

Εἴ τις καταλιμπάνοι τὰ ἑαυτοῦ τέκνα, καὶ μὴ τεκνοτροφῇ, καὶ ὅσον ἐν ἑαυτῷ πρὸς θεο-

A IV.

Si quis de presbytero qui uxorem duxit, contendat, non oportere eo sacra celebrante oblationi communicare, sit anathema.

V.

Si quis docet domum Dei esse contemnendam, & quæ fiunt in ea congregationes, sit anathema.

VI.

Si quis præter ecclesiam vult ecclesiam habere, & contemnens ecclesiam, vult ea quæ sunt ecclesiæ agere, non conveniente presbytero de episcopi sententia, sit anathema. B

VII.

Si quis vult fructus ecclesiæ oblatos accipere, vel dare extra ecclesiam, præter episcopi sententiam, vel ejus cui cura eorum tradita est, & non cum ejus sententia ea velit agere, sit anathema.

VIII.

Si quis dat, vel accipit fructus oblatos præter episcopum, vel eum qui est constitutus ad beneficentiæ dispensationem; & qui dat, & qui accipit, sit anathema.

IX.

C Si quis virgo sit, vel continens, a matrimonio tamquam abominando recedens, & non propter ipsam virginitatis pulcritudinem & sanctitatem, sit anathema.

X.

Si quis eorum qui sunt virgines propter dominum, insultet in eos qui uxores duxerunt, anathema sit.

XI.

Si quis contemnat eos qui agapas ex fide faciunt, & propter Dei honorem fratres convocant, & nolit vocationibus communicare, quod id quod fit vilipendat, sit anathema. D

XII.

Si quis vir propter eam quæ existimatur exercitationem amiculo utitur, & tamquam habens ex eo justitiam, eos condemnet qui cum pietate * beros ferunt, & alia communi & consueta veste utuntur, sit anathema.

* Beros videtur Balsamon episcopus Antiochenus, hûc locum interpretans, vocare vestes ex serico contextas.

XIII.

Si qua mulier propter eam, quæ existimatur exercitationem vestem mutet, E & pro consueto muliebri indumento virile accipiat, sit anathema.

XIV.

Si qua mulier relinquit maritum, & vult recedere, matrimonium abhorrens, sit anathema.

XV.

Si quis suos liberos relinquit, nec eos alit, nec quantum in se est ad con-

venientem pietatem religionemque adducit, sed exercitationis pretextu negligit, sit anathema.

XVI.

Si qui filii a parentibus, maxime fidelibus, prætextu pietatis recesserint, & parentibus quem par est honorem non tribuerint, apud eos scilicet præposita in Deum pietate, sint anathema.

XVII.

Si qua mulier, propter eam quæ existimatur pietatem, tondeat comam, quam Deus ei dedit ad recordationem subiectionis, ut quæ subiectionis præceptum dissolvat, sit anathema.

XVIII.

Si quis propter eam, quæ existimatur, exercitationem in dominico jejunet, sit anathema.

XIX.

Si quis eorum qui exercentur absque corporali necessitate se insolenter gerat, & tradita jejunia, quæ communiter servantur ab ecclesia, dissolvat, perfecta in eo residente ratione, sit anathema.

XX.

Si quis arrogantia utens, & martyrum congregationes abhorrens, & sacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuset, sit anathema.

XXI.

Hæc autem scribimus, non eos abscindentes, qui in Dei ecclesia volunt secundum scripturas in continentia & pietate exerceri: sed eos qui prætextum exercitationis ad arrogantiam assumunt, adversus eos qui simplicius vivunt se efferentes, & præter scripturas, ecclesiasticosque canones novitates inducunt. Virginitatem itaque una cum humilitate admiramur & continentiam, quæ cum pietate & gravitate exercetur, admittimus: & a sæcularibus negotiis secessum cum humilitate suspicimus: & honorabilem matrimonii conjunctionem honoramus, & divitias cum justitia & beneficentia non vilipendimus, & vestium vilitatem propter corporis tantum curam minime curiosam ac operosam laudamus: dissolutos autem & molles in vestibus incessus aversamur, & domos Dei honoramus, & qui fiunt in iis conventus, ut sanctos & utiles recipimus, non pietatem in domibus includentes, sed omnem locum in Dei nomine ædificatum honorantes, & quæ fit in ipsa ecclesia, congressionem ad publici utilitatem recipimus, & insignes fratrum beneficentias, quæ tamquam secundum traditio-

A βείαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ, ἀλλὰ προφάσει τῆς ἀσκήσεως ἀμελοίη, ἀνάθεμα ἔστω.

ιϛʹ.

Εἴ τινα τέκνα γονέων, μάλιστα πιστῶν, ἀναχωροίη προφάσει θεοσεβείας, καὶ μὴ τὴν καθήκουσαν τιμὴν τοῖς γονεῦσιν ἀπονέμοι, προτιμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας, ἀνάθεμα ἔστω.

ιζʹ.

Εἴ τις γυναικῶν διὰ τὴν νομιζομένην ἄσκησιν B ἀποκείροιτο τὰς κόμας, ἃς ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἀναλύουσα τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔστω.

ιηʹ.

Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ κυριακῇ νηστεύοι, ἀνάθεμα ἔστω.

ιθʹ.

Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας νηστείας C εἰς τὸ κοινόν, καὶ φυλαττομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, παραλύοι, ὑποικουροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ; ἀνάθεμα ἔστω.

κʹ.

Εἴ τις αἰτιῷτο, ὑπερηφανίᾳ διαθέσει κεχρημένος καὶ βδελυσσόμενος, τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

καʹ.

Ταῦτα δὲ γράφομεν, οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους· D ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε, καὶ παρὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καὶ νεωτερισμοὺς εἰσάγοντας. ἡμεῖς τοιγαροῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας γινομένην ἀποδεχόμεθα· καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν· καὶ πλοῦτον μετὰ δι- E καιοσύνης καὶ εὐποιΐας οὐκ ἐξουθενοῦμεν· καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων, δι' ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος, ἀπερίεργον ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἐκλύτους καὶ τεθρυμμένας ἐν τῇ ἐσθῆτι προόδους οὐκ ἀποδεχόμεθα, καὶ τοὺς οἴκους τοῦ Θεοῦ τιμῶμεν, καὶ τὰς συνόδους τὰς ἐπ' αὐτοῖς, ὡς ἁγίας καὶ ἐπωφελεῖς ἀποδεχόμεθα· οὐ συγκλείοντες τὴν εὐσέβειαν ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ πάντα τόπον τὸν ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ οἰκοδομηθέντα τιμῶντες· καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ σύνοδον κοινήν, εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ, ἀποδεχόμεθα· καὶ τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιΐας τῶν ἀδελφῶν, τὰς κατὰ τὰς παρα-

δόσεις διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, μακαρίζομεν· καὶ πάντα συνελόντας εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.

CANONES CONCILII GANGRENSIS,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITULI CANONUM.

CANONES.

I.

[l] SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac [m] religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ in regnum Dei introire non possit, anathema sit.

II.

[n] Si quis carnem edentem, præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione & fide, condemnat, velut spem propter hujusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

III.

[o] Si quis servum, prætextu divini cultus doceat dominum contemnere proprium, ut discedat ab ejus obsequio, nec ei cum benevolentia & omni honore deserviat, anathema sit.

IV.

[p] Quicumque discernit a presbytero qui uxorem habuit, quod non oporteat eo [q] ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

A nes fiunt per ecclesiam in pauperes, laudamus: & ut semel dicamus, quæ a divinis scripturis & apostolicis traditionibus tradita sunt, in ecclesia fieri optamus.

V.

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & conventus qui in ea celebrantur, anathema sit. *Dist. 30. Si quis docet do. [a] Apost. 33. Antioch. 5.*

B VI.

Si quis extra ecclesiam seorsum [r] conventus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ, voluerit usurpare, non conveniente presbytero, juxta decretum episcopi, anathema sit. *Dist. 30. Si quis extra eccles. [a] Apost. 32. Antioch. 5. Laodic. 35.*

VII.

[s] Si quis oblationes ecclesiæ extra [a] ecclesiam accipere, vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel ejus, cui hujuscemodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. *[a] Apost. 39. & 41. Silvestri 2. Antioch. 25. Gelasii 27.*

C VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. *[a] iidemque supra.*

IX.

[t] Quicumque virginitatem custodiens, aut continentiæ studens, velut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit. *Dist. 30. c. si quis.*

D X.

Si quis ex his qui virginitatem propter dominum servant, extollitur adversum conjugatos, anathema sit. *Ibidem.*

XI.

[u] Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare hujuscemodi vocationibus, parvipendens quod geritur, anathema sit. *Dist. 42. Si quis despicit.*

XII.

E [x] Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii utitur, quasi per hoc habere se justitiam credens, & despicit eos qui cum reverentia [y] birris & aliis communibus & solitis utuntur, anathema sit. *Dist. 30. c. si quis virorũ*

XIII.

Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro solito muliebri amictum virilem sumit, anathema sit. *Dist. 30. Si qua mulier*

XIV.

Si qua mulier virum proprium relin- *Ibidem.*

quens, discedere voluerit, nuptias execrans, anathema sit.

XV.

Ibidem. [z] Si quis filios suos relinquens non eos enutrit, &, quod ad se pertinet, non ad pietatem divini cultus informat, sed per occasionem continentiæ negligit, anathema sit.

XVI.

Ibidem. Quicumque filii a parentibus prætextu divini cultus abscedunt, nec debitam reverentiam dependunt illis qui divinum cultum sibi procul dubio præferunt, anathema sint.

XVII.

Ibidem. [a] Si qua mulier, propter divinum cultum (ut æstimat) crines attondeat, quos ei Deus ad subjectionis materiam tribuit, tamquam præceptum dissolvens obedientiæ, anathema sit.

XVIII.

Ibidem. Si quis propter continentiam, quæ putatur, [b] aut contumaciam, in die dominico jejunat, anathema sit.

XIX.

Eadem dist. 30. Si quis corũ qui in. Laod. 50. Valent. 76. Greg. 71. [c] Si quis eorum qui continentiæ student absque necessitate corporea tradita in commune jejunia, & ab ecclesia custodita superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

XX.

Eadẽ dist. 30. Si quis per superbiam. [d] Si quis superbiæ usus affectu, conventus abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria quæ in eis fiunt simul cum eorum memoriis execratur, anathema sit.

Et subscripserunt supra nominati sexdecim epscopi.

[u] Vide infra. ** Hæc [u] autem scripsimus, non, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, vituperantes, sed eos qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur adversus simpliciores, abscindimus, & damnamus eos qui adversum scripturas & ecclesiasticas regulas nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur; & continentiam quæ cum castitate & religione suscipitur approbamus, & [t] renuntiationem sæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus, & divitias cum justitia & operibus bonis non spernimus, & [t] habitum simplicem ac vestem viliorem, pro corporis diligentia [t] infucatum, laudamus, sicut etiam solutas ac fractas in vestibus processiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conventus qui in his fiunt, tamquam sanctos & utiles suscipimus, pietatem in privatis domibus non claudentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in eadem ecclesia factam pro utilitate communi recipimus. Et bona opera, quæ supra vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia quæ per sanctas scripturas & per apostolos sunt tradita, in ecclesia celebrari exoptamus.'

[t] renuntiationes. [t] parsimoniam cum veste humili &c. [t] non curiosum.

[u] ** OBSERVATIO PHILIPPI LABBE. S. I.

Hanc appendicem, sive, ut in Gratiani decreto dicitur, caput ultimum hujusce concilii Gangrensis observavimus abesse a quibusdam, sed paucis, iisque Latinis codicibus mss. & ab editione, cum Græca, tum Latina codicis canonum ecclesiasticorum Christophori Iustelli. Leguntur autem, tum in Græcis Balsamonis, & aliorum editionibus, tum in codice ecclesiæ Romanæ juxta Moguntinam anni 1525. editionem Parisiis anno 1609. studio atque opera Iacobi Leschasserii recuso. Eademque habet vetus versio in collectione Isidori Mercatoris, & apud Gratianum distinctionibus 30. & 41. Ivonem, aliosque, nec omisit barbarus quidem interpres, verum antiquissimus, pag. 290. bibliothecæ juris canonici nuper emissus publicam in lucem a vv. cc Gulielmo Voello & Henrico Iustello, qui & pauca hæc adjecit ab aliis Græcis Latinisque prætermissa. *Amen. Ita subscripsimus feliciter.* Quod utinam faciant, qui Lutherum, Calvinum, similesque apostatas secuti, ab ecclesia catholica ac majorum suorum fide & apostolicis traditionibus infeliciter recesserunt.

CANONES CONCILII GANGRENSIS,

Ex interpretatione [v] Isidori Mercatoris.

[v] Vetere legitur collect.

TITULI CANONUM.

I. *De his qui nuptias execrantur.*

II. *De his qui abominantur* [t] *qui carnibus vescuntur.* [t] eos

III. *De servis qui jugum famulatus abjiciunt Christianitatis obtentu.*

IV. *De presbyteris qui habuere conjugia.*

V. *De his qui ab ecclesia conventus spernendos æstimant.*

VI. *De his qui ecclesiastica ministeria præter ecclesiam faciunt.*

VII. *De fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesiæ conferuntur.*

VIII. *De his quæ in usus pauperum conferuntur.*

IX. *De his qui in virginitate continentiaque persistunt.*

X. *De his qui pro virginitate superbiunt.*

XI. *De his qui agapas, id est pastiones pauperum, risui deputant.*

XII. *De his qui palliis utuntur, & idcirco superbiunt.*

XIII. *De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.*

XIV. *De his qui velut peccatum copulam deserunt nuptiarum.*

XV. *De his qui Christianitatis obtentu despiciunt filios.*

XVI. *De his qui patres Christianitatis occasione contemnunt.*

XVII. *De mulieribus quæ se attondent Christianitatis obtentu.*

XVIII. *De his qui dominico die jejunant, tamquam nihil præ ceteris differente.*

XIX. *De his qui ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvunt.*

XX. *De his qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur.*

ANNO CHRISTI

CANONES.

I.

SI quis nuptias in accusationem deduxerit, & mulierem fidelem ac religiosam, cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tamquam non posse conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

II.

Si quis carnem manducantem ex fide cum religione, præter sanguinem, & idolo immolatum, & suffocatum, crediderit condemnandum, tamquam spem non habentem, qui eas manducat, anathema sit.

B

III.

Si quis servum alienum occasione religionis doceat dominum suum debere contemnere, & ejus ministerium destituere, ac potius non docuerit eum suo domino bona fide & cum omni honorificentia deservire, anathema sit.

IV.

Si quis discernit presbyterum ' conjugatum, tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo se abstinet, anathema sit.

C

V.

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema sit.

VI.

Si quis extra ecclesiam privatim populos congregans, contemnat ' ecclesiasticas sanctiones, aliterque ea quæ sunt ecclesiæ voluerit usurpare, non conveniente presbytero, juxta decretum episcopi, ipsamque ecclesiam apud se, sine consilio episcopi, & sine presbytero agat, anathema sit.

D

VII.

Si quis ' oblationes fructuum, vel primitias ecclesiæ debitas, voluerit extra ecclesiam accipere, aut dare præter conscientiam episcopi, vel hujus cui hujusmodi officia commissa sunt, & non magis cum consilio ejusdem hæc agenda putaverit, anathema sit.

VIII.

Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes, extra episcopum, vel ' eum qui constitutus est ab eo ad ' dispensandam misericordiam pauperibus; qui dat, & qui accipit, anathema sit.

E

IX.

Si quis vel virginitatem, vel continentiam professus, tamquam abominabiles nuptias judicat, & non propter hoc solum, quod continentiæ & virginitatis bonum sit sanctumque propositum, anathema sit.

A

X.

Si quis propter Deum virginitatem professus, in ' conjugio positos per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

Dist. 30. Si quis propter Deum. ' conjugatione.

XI.

Si quis contemnendos duxerit agapen facientes, & propter honorem Dei fratres ad se pauperes convocantes, & noluerit communicare vocationibus eorum, tamquam ' nihili quod fit ducens, anathema sit.

' in nihilum deducens, vel adnihilans id quod fit.

XII.

Si quis virorum putaverit sancto proposito, (id est continentiæ) convenire, ut pallio utatur, tamquam ex eo justitiam habiturus, & reprehendat vel judicet alios qui ' cum reverentia ' birris utuntur & alia veste communi, quæ in usu est, anathema sit.

Dist. 30. Si quis virorum. ' venerabiliter. ' burris.

XIII.

Si qua mulier, suo proposito utile judicans ut virili veste utatur, ad hoc ' viri habitum imitatur, anathema sit.

' ut virorum habitum imitetur.

XIV.

Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit, soluto vinculo conjugali nuptias contemnendo, anathema sit.

XV.

Si quis dereliquerit proprios filios suos, ut non eos alat, atque eis secundum pietatem necessaria non præbuerit, sed sub occasione ' continentiæ negligendos putaverit, anathema sit.

Dist. 30. Si quis dereliquit. ' asceseos

XVI.

Si qui filii parentes, maxime fideles deseruerint, occasione Dei cultus, hoc justum judicantes esse, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ' ut hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt, anathema sit.

Dist. 30. Si qui filii. ' quia in hoc Dei veneratio est.

XVII.

Quæcumque mulier, religioni judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus [a] ad velamen ejus, & ad memoriam subjectionis illi dedit, tamquam resolvens jura subjectionis, anathema sit.

Distin. 30. Quæcumque mulier.

XVIII.

Si quis, tamquam hoc continentiæ convenire judicans, die dominico jejunaverit, aut [b] in ejusdem diei contemptum, anathema sit.

Dist. 30. Si quis tamquam hoc.

XIX.

Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens, jejunia communia totius ecclesiæ putaverit contemnenda

ANNO CHRISTI ....

temnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit.

XX.

Dist. 30. Si quis per superbiam. ʼ congregationes SS. martyrum. ʼ celebritates ʼ derogaverit memoriæ eorum

Si quis per superbiam, tamquam perfectum se existimans, ʼ conventus, qui per loca & basilicas sanctorum martyrum fiunt, accusaverit, vel etiam ʼ oblationes, quæ ibidem celebrantur spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas putaverit, anathema sit.

Et subscripserunt supra nominati XVI. episcopi.

Dist. 30. apud Gratianum c. Hęc autem scripsimus non abscindentes.

Hæc autem scripsimus, non abscindentes eos qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, sed eos qui suscipiunt habitum ejus, & in superbiam efferuntur adversus eos qui simplicius vivunt. Sed & hos condemnamus qui se extollunt adversus scripturas & ecclesiasticos canones, & nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus, & renuntiationem sæcularium negotiorum atque actuum cum humilitate ʼʼ approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secundum castitatem secum perdurat, honoramus, & divites cum justitia & operibus bonis non abjicimus: & parsimoniam cum veste humili non reprobamus, sicut etiam ornatum, præter corporis diligentiam, infucatum ʼ laudamus. Dissolutos autem & fractos in vestibus incessus, non recipimus, & domos Dei honoramus, & conventus qui in his fiunt tamquam sanctos & utiles recipimus, pietatem in privatis domibus non concludentes, omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in ecclesia factam ad utilitatem communem, recipimus, & ʼ bona opera, quæ juxta vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ ʼ conveniunt traditionibus apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

ʼʼ discessum

Dist. 41. c. Parsimoniã cum veste. apud eumdem Grat. qui vocat ultimũ caput sive canonem hujusce concilii.

ʼ propter

ʼ plurimas misericordias fratrũ, quę secundum traditionem per ecclesias pauperibus fiunt beatas dicimus, habet Barb. interpres de quo supra pag. 424.

ʼ supra, habet Grat. ut etiam Dion.

ʼ secundum divinas scripturas tradita sunt, & apostolorum traditiones in sancta ecclesia fieri exoramus. ita Barb. idem interpres.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa concilii.

a *Concilium.*] Cum Eustathius adeo monachismo favisset, ut reliquos Christianorum ordines sperneret, & prætextu quodam sanctitatis ecclesiam Dei, quæ (instar sagenæ omnium piscium genera congregantis) cunctos amplectitur, pessumdaret, atque ferme penitus demoliretur, adeoque valde necessum foret ut apostolica securis infaustis hisce palmitibus succidendis cito admoveretur, auctoritate Silvestri Romani pontificis hæc synodus congregata fuit.

Locus concilii.

b *Gangrense.*] Sic dictum, quod celebratum fuerit Gangris, quæ est civitas Paphlagoniæ, in minore Asia, a Dejotaro Castoris filio justo imperio occupata. Strabo lib. 12. Plinius lib. 6. cap. 2. Quamdam hujus nominis urbem fuisse in Arabia felice scribit Stephanus. Apud Nicetam ponitur quædam Gangra Ponti. Cum igitur hoc concilium in Asiæ minoris civitate habitum fuerit, jure meritoque e titulo expungendum esse arbitratus sum, quod alius imprudenter eidem addidit, *seu regione Pelasgorum*, quæ, teste Plinio, alias Peloponnesus appellata, Græciæ in Europa peninsula est, cujus incolæ Pelasgi, sive Ægiales, id est litorales appellati fuere, ut testis est Herodotus in Polymnia. Apud Xenophontem reperiuntur etiam Græci Asiatici, de quibus lib. 1. Cyropædiæ hæc ait: *Aut hallucinor, aut sunt ad oram Ægai maris in Asia minore, ubi Græcorum coloniæ multæ.* Quos autem sic vocet Abrahamus Ortelius geographorum hujus ævi princeps, sibi non constare ait. Vide illius thesaurum geographicum verbo *Achaia, Græcia*, &c.

Titulus concilii emendatus.

Quo tempore celebratum fuerit.

c *Tempore Silvestri papæ.*] Ex præsentia Osii episcopi Cordubensis, qui synodo huic interfuisse legitur infra in principio epistolæ synodalis, certissime constat eam sub Silvestri pontificatu & Constantini imperio celebratam fuisse; eo nimirum tempore quo Osius a Silvestro Romano pontifice legatus in orientem missus est, ut omnem labantem ecclesiarum statum componeret. Quoto præcise anno pontificatus Silvestri & imperii Constantini celebrata fuerit, incertum est. Baronius anno 361. num. 44. Unde, quod infra in titulo additur, *circa annum domini 324.* nulla auctoritate fulcitum, non immerito hac nota perstringitur ().

Tituli secunda emendatio.

d *Circa annum domini 324.*] Vide quæ diximus paulo ante, verbis: *Tempore Silvestri.*

e *Seu regione Pelasgorum.*] Qua ratione hæc verba in titulo posita mihi expungenda esse videantur, quisquis cognoscere velit, consulat ea quæ supra dixi verbo *Gangrense.*

Viginti hæreses viginti canonibus a concilio damnatæ.

f *Adversus Eustathium.*] Nuptias nimirum, matrimonia, & carnis esum damnantem, virum qui cum uxore dormiret execrantem, cultus divini prætextu servos a dominis, uxores capillis amputatis, & habitu muliebri mutato a viris ac liberis suis aufugere docentem, ecclesias, agapes fidelium contemnentem, aliaque plura scripto ac voce tradentem. Quæ omnia infra epistola synodali recensita, & viginti capitulis distincta, viginti canonibus condemnata fuerunt. Qui Socratem lib. 2. cap. 33. Sozomenum lib. 3. cap. 12. & 15. secuti Sebastenæ in minori Armenia episcopum hujusmodi pravorum dogmatum architectum fuisse existimant, a veritate plurimum aberrant. Cum enim Basilius epistolis duabus, Valentis imperatoris tempore scriptis, diligentissima scopa universas Eustathii Sebasteni turpitudines, ad vitam hominis Ariani, & perfidi suggillandam, in unum congerat, easdemque singulis spectandas palam exponat, quis credat tam portentosa dogmata, concilio Gangrensi condemnata, non ante omnia enarraturum fuisse, si, quod asseruerunt Socrates & Sozomenus, tam perversæ hæreseos auctor extitisset? Accedit secundo, quod multis conciliis ob Arianam perfidiam condemnatus, nusquam de hæresibus concilio Gangrensi condemnatis notatus fuisse inveniatur, ut videre est apud Basilium prædictis epistolis. Ut ergo Eustathius Sebastenus horum dogmatum primus assertor fuerit, non est verisimile. Tertio hanc sententiam prædictorum historicorum hoc maxime impugnat atque redarguit, quod Eustathius Sebastenus cum collegis apud Liberium pontificem legatione functus, jussusque antequam ad pontificis aditum admitteretur, instar aliorum, fidei professionem emittere, nullam aliam quam quæ a patribus Nicænæ synodi constituta est ediderit; cum alioqui, si revera tot hæresum primus inventor atque promulgator extitisset, omnium hæresum, quarum causa in synodo Gangrensi ante damnatus fuerat, expressa mentio habenda, & peculiaris detestatio, plenaque illarum abdicatio, ex instituto ecclesiasticæ disciplinæ adjicienda fuisset. Denique quod nemo ex iis scriptoribus qui diversarum hæresum & hæresiarcharum catalogum suis scriptis prosecuti sunt, quique Socrate & Sozomeno longe vetustiores sunt, Epiphanius nimirum, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, vel unico verbo perversa dogmata Gangrensi concilio condemnata attribuisse legatur, nihil aliud indicat aut persuadet, quam quod auctor horum dogmatum, cum suis hæresibus ipso sui fere principio plane oppressus, ab omnium memoria per oblivionem deletus fuerit. Quod autem Socrates & Sozomenus nullo antiquitatis testimonio freti Eustathium Sebastenum, quem de Ariana hæresi sæpe infamatum, convictum ac condemnatum esse, aliunde certo constabat, dogmatum hic condemnatorum

Hæresum auctor Eustathius Sebastenus non fuit. Ratio I. Ratio II. Ratio III. Ratio IV. Socrates Sozomeni errandi occasionem, unde na…

demnatorum auctorem fuisse scribant, ita accidisse putatur, quod cum in actis Gangrensis concilii Eustathium quemdam in crimen hæreseos adductum reperissent, aliumque ea ætate de hæresi infamatum præter Eustathium Sebastenum ignorassent, non secus illi uni, ex Ariana hæresi tantum infamato, omnia alia dogmata perversa adscripserint, quam uni eidemque furi deprehenso omnia ejusdem regionis furta absque alio indicio tribui solent. De eodem Eustathio addit Sozomenus errorem errori graviorem hunc, quod monasticæ vitæ in Armenia, Ponto, ac Paphlagonia primus auctor & propagator fuerit, cum ipsum neque monachum fuisse certa alicujus testificatione affirmari possit: neque ante Basilium ullus cœnobiticæ vitæ usus in Armenia viguisse ex epistola ejusdem Basilii 63. & 79. constet. Errore igitur Socratis, Sozomeni, omniumque eorum qui illos sequuntur, evidenter demonstrato, non prætereundum est quod de auctore hæreseos hac synodo condemnato prædicto loco subjungit Baronius his verbis: *Moveor interim conjectura, ut loco Eustathii, Eutactus reponendus sit: facile enim in scribendo error potuit irrepsisse, ut pro Eutacto, quod esset nomen exoticum, sciens volensque librarius Eustathium scripserit: mentio namque est de Eutacto monacho Armeno apud Epiphanium hæresi 40. quem vixisse ait Constantii imperatoris temporibus, ipsumque educatum refert in Palæstina a quodam Petro professione anachoreta, revera autem impostore.* Ad hanc sententiam probabiliter defendendam ait se inductum partim nominis similitudine, partim quod eadem fere juxta Epiphanii testimonium scripserit ac docuerit Eutactus, quæ Eustathius hæresiarcha Gangrensis synodali epistola docuisse ac tradidisse scribitur. De Eutacto sceleſtissimo illius Petri discipulo, hæc Epiphanius hæresi 40. *Qui reversus ad suam patriam, multos ejusdem parvæ Armeniæ polluit, corruptis quibusdam divitibus & quondam senatorii ordinis, & multis spectabilibus viris, per quos illustres homines multos illic perdidit. Verum dominus citius ipsum e vita sustulit.* Et paulo infra de discipulis ejus scribit: *Decipiunt simpliciores homines, habitu solitario degentium renuntiationem quamdam jactantes.* Quibus verbis Epiphanius videbatur allusisse ad ipsorum mores ac dogmata, quæ can. 12. 14. 15. & 16. a patribus concilii condemnata fuerunt. Vide Baronium anno prædicto, numero 45. usque ad 54. inclusive. Gratianus can. Illud autem, dist. 30. hujus Eutacti sectarios monachos fuisse ait, sed male, ut infra patebit.

[g] *Sebastianensem in Armenia episcopum.*] Hæc probabiliter mendosa ac surreptitia videri patet ex iis quæ paulo ante diximus.

[h] *Approbatum a Leone.*] Symmachus papa in concilio suo tempore Romæ celebrato libere testatus est, Gangrenses canones apostolica auctoritate conditos esse: ideo nimirum, quod Osius apostolicæ sedis legatus concilio interfuerit. Baronius numero 44.

[i] *Epistola.*] Hac epistola hæreses plus minus viginti, quas Eustathius vel Eutactus hæresiarcha, partim a Manichæis & Eunomio acceptas, partim e suo cerebro confictas voce & scripto vivens ac mortuus per discipulos in Armenia disseminavit, enarrantur. Unde, quod Sozomenus prædicto loco aliorum assertione Eustathium vel Eutactum excusare videtur, quasi non ipse, sed discipuli ejus fuerint illarum hæresum assertores: constat eum non satis considerate hanc Gangrensis concilii epistolam legisse, in qua primum Eustathii sive Eutacti, paulo post discipulorum ejusdem idem virus præceptoris sui in Armenia evomentium mentio aperta habetur.

[k] *Capitula concilii.*] Delirus Eustathius hæreses plus minus viginti, ut supra diximus, docuerat ipse, vel sopitas jam ante denuo resuscitarat, quas patres hujus concilii viginti canonibus adversus eas decretis ac promulgatis paribus suffragiis condemnarunt; & felici eventu ipsum cum partu suo vix enixo auctorem subito oppresserunt; adeo ut non auctoris tantum, sed etiam dogmatum illius memoria plane obliterata foret, si damnata ejus memoria hoc concilio non extaret. Prima editio canonum est Dionysii Exigui: secunda Græco originali contextui maxime conformis est. Tertia prisca est. Gratianus, dist. 30. & 31. hosce canones magna ex parte citat secundum priscam editionem, eorumque nonnullis aliqua addit, aliqua detrahit.

[l] *Si quis vituperat nuptias.*] Qui matrimonium divina auctoritate institutum atque approbatum velut malum quoddam abominabile execrantur, optimo jure ab ecclesia excommunicantur. Deus enim matrimonium contrahentes conjunxit, iisdemque benedixit; Christus dominus noster eidem hanc dignitatem addidit, ut sit admirandæ illius & nunquam interituræ conjunctionis Christi & ecclesiæ vere sacrum signum, de quo Paulus ad Ephes.

A cap. 5. *Sacramentum hoc magnum est, dico in Christo & ecclesia:* optimo igitur jure post impium Saturninum, postque sacrilegos Ebionitas, Encratitas, Tatianos, Marcionitas & Manichæos condemnatos, hoc tempore Eustathius antiquarum hæresum suscitator, apostolica securi ab ecclesiæ unione præscinditur. Hi sunt illi spiritus errorum, & doctrinæ dæmoniorum, de quibus S. apostolum 1. ad Timoth. cap. 4. *in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium, & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit,* intelligendum esse S. Ambrosius, Chrysost. ibidem scriptis ac commentariis attestantur. Vide notas can. apost. 50. alias 51.

Gratianus distinct. 31. hunc canonem, quem ibi 8. loco ponit in titulo ejusdem canonis, ad sacerdotum conjugia tantum restringit: additque Manichæorum causa eum a
B patribus concilii constitutum fuisse, quorum primum non tantum utrique Latinæ, sed etiam Græcæ originali editioni repugnat. Quibus simpliciter hoc condemnatur quod Eustathius de matrimonio docebat; nimirum quod nemini Christianorum concessum fuerit liberis generandis & educandis operam dare, ut patet ex epistola synodi ad Armenos.

[m] *Religiosam.*] Ne quis eam quam Gratiani lectio religiosam nominat, monialem & ἀσκήτρια fuisse putet, sciendum est quod Græcus contextus εὐλαβῆ, id est, piam habeat. Verba Græcæ editionis hæc sunt: Εἴτις γάμον.

Hæc Possevinus in apparatu sacro, verbo *Gangrense*, Latine transtulit hoc modo: *Si quis nuptias accuset: nec non dormientem cum viro suo fidelem piamque detestetur ac vituperet, quasi nequeat in regnum introire, anathema esto.*

[n] *Si quis carnem edentem, &c.*] Eustathiani Saturninum, Ebionem, Marcionem, Encratitarum & Mani-
C chæorum sectarios imitati, esum carnis velut malum quoddam abominabile execrati sunt. Quod cum juxta prophetiam S. apostoli Pauli prædicto cap. 4. ad Timotheum, hæreticum sit, ac divinæ scripturæ, cujus testimonio *omnis creatura, cunctaque quæ fecit Deus valde bona sunt,* omnino contrarietur, non immerito hac synodali sententia est condemnatum. Catholici certis diebus ab esu carnium abstinent, non quod carnem in se, tamquam malam aliquam Dei mali creaturam, instar prædictorum hæresiarcharum abominentur; sed ut refractaria & rebellis hominis caro cibis lautioribus atque solidioribus, quales sunt pecorum & avium carnes, rectæ rationis imperio se non invite submittat. Vide quæ diximus in notis ad can. apost. 50. alias 51. Quod additur, *præterquam sanguinem, & idolo immolatum & suffocatum,* indicat, per multos annos servatum in ecclesia præceptum hoc, ut Christiani neque sanguine, neque suffocatis vescerentur. Idem constat ex Tertull. in apolog. cap. 9. Quamobrem
D vero hæc ab apostolis lege quadam positiva præcepta fuerint, vide notas ad III. concilium apost. verbo, *ab immolatis.*

[o] *Si quis servum prætextu divini cultus.*] Et merito: infideles enim, infidelitate aliisve criminibus suis non obstantibus, sunt veri domini rerum suarum; ut patet exemplo Nabuchodonosoris 2. Danielis, cui, licet infidelis esset, *Deus cæli regnum, fortitudinem & imperium & gloriam dedit, & omnia in quibus habitant filii hominum,* &c. Injustum igitur consulit, qui servo fideli consilio auctor est, ut infidelem dominum, nullo alio quam religionis prætextu, deserat aut contemnat. Sicut igitur in concilio Constantiensi sess. 8. inter alios Wiclefi condemnatur articulus 159. hic, quod nullus est dominus civilis, dum est in peccato mortali; ita æquissimo jure convenienter hoc canone damnantur & excommunicantur, qui solius religionis prætextu contra præceptum Pauli ad Ephes. cap. 6. dominorum suorum potestatibus
E se exemptos esse arbitrantur. *Servi,* inquit apostolus, *obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo,* &c.

[p] *Quicumque discernit a presbytero qui uxorem habuit.*] Eustathiani ita horrebant nuptias, ut etiam presbyteros qui uxores habuerant, ferre non possent, etiamsi viventibus adhuc maritali consortio non cohabitarent. Unde quam inepte hic canon ad cælibatum clericorum impugnandum ab hæreticis usurpetur, nemo non videt: siquidem in eo agitur tantum de presbytero qui uxorem habuit: habentis autem uxorem nulla mentio fit. Vide Bell. lib. 2. de Conc. cap. 8. & 1. de clericis cap. 21.

[q] *Ministrante.*] Socrates lib. 2. cap. 43. Zonaras & Possevinus in apparatu sacro verbo *Gangrense*, canonem 4. his verbis citant: *Si quis existimat de presbytero qui uxorem duxerit, quod eo sacrificante non oporteat ipsius oblationi vel sacrificio communicare, anathema esto.* Hæreticis n

ANNO CHRISTI ...

Matrimonium ex institutione Christi est sacramentum.

Hæresiarchæ matrimonium damnantes, qui?

Error Gratiani.

Can. 2. Esum carnis abominantes hæresiarchæ qui?

Catholicorum abstinentia a carnibus cur instituta?

Lex de abstinentia sanguinis & suffocati.

Can. 3. Infideles dominio rerum suarum ob solam infidelitatem non privantur.

Can 4. Cur Eustathiani presbyteros quondam conjugatos vitarint?

Varia editio canonis.

ANNO CHRISTI ...

reticis verò hunc canonem objicientibus, pro *ſacrificante*, vox hæc, *miniſtrante*, magis arriſit: nimirum ut incruentum eccleſiæ Chriſti ſacrificium longe ab hominum mentibus ablegarent. Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo *Gangrenſe*, & de reſponſ. Davidis Chytræi cap. 17.

Can. 5. Templorum uſum impugnantes hæretici qui?

Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe.] Templa & loca deputata ad ſacrificandum & orándum nullius prorſus utilitatis eſſe, cum Euſtathianis, teſte Damaſceno hæreſi 80. Meſſaliani docuerunt. Fraticelli autem ſeu pſeudo-apoſtolici, teſte Turrecremata lib. 4. de eccleſ. cap. 37. impudentiſſime aiebant, eccleſiam non plus valere ad orandum, quam ſtabulum equorum aut porcorum. Idem fere Vuiclefus, Vualdenſes & Anabaptiſtæ noſtri temporis aſtruunt. Hanc ergo veſaniam his duobus canonibus recte condemnatam eſſe, multa loca

Templa a Deo inſtituta.

ſcripturæ teſtantur. 1. Paralip. 28. Deus Davidi tamquam minus ad id idoneo prohibuit ædificare templum, propter ſanguinem ab ipſo fuſum. Poſt vero quam eſſet a Salomone ædificatum, illud multis privilegiis ornavit 2. Paralip. cap. 7. Ex eo Chriſtus dominus Matth. 21. ementes & vendentes ejecit. In templo ordinarie docuit, non ſane alia de cauſa, quam ut exemplo ſuo oſtendat, opus pium eſſe & Deo gratiſſimum, ut fideles verbum Dei audituri, & ſacramenta percepturi uno certo loco conveniant, unius paſtoris vocem omnes ſimul audiant, uno loco congregati preces ſuas unanimi voce & corde ad Deum fundant. Vide Bellarminum tom. 1. de cultu ſanct. lib. 3. cap. 1. & 4.

Eccleſiæ tempore apoſtolorum erectæ.

Apoſtolorum temporibus Chriſtianos erexiſſe eccleſias, publicas nimirum domos divino cultui dicatas, a privatorum inhabitatione liberas, patet 1. Cor 11. & 14. ubi Paulus ait: *Convenientibus vobis in eccleſiam audio ſciſſuras eſſe inter vos.* Sanctus Ignatius qui iiſdem apoſtolorum temporibus eccleſiam Antiochenam regebat, ad Magneſianos ſcribens, hæc habet: *Omnes ad orandum in idem loci convenite: ſit una communis precatio, una mens, una ſpes in caritate & fide inculpata in Chriſtum Ieſum, quo nihil præſtantius eſt. Omnes velut unus quiſpiam ad templum Dei concurrite*, &c. Vide Baronium anno 57. numero 98 & 99. item anno 211. numero 4. ubi pulcre oſtendit, quomodo illud Cæcilii gentilis rhetoris in dialogo Octavium interlocutorem quærentis, *cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulacra?* hæc, inquam, quomodo intelligenda ſint prædicto loco Baronius pulcre oſtendit.

Can. 6. Priſca editio mendoſa.

[r] *Conventus.*] Ea quæ in priſca editione interponuntur, hæc, *aliterque ea quæ ſunt eccleſiæ voluerit uſurpare, non conveniente preſbytero juxta decretum epiſcopi*, apud Gratianum diſtinct. 30. can 11. non adduntur. Cum igitur eadem a reliquis editionibus abſint, mendoſa eſſe videntur.

Can. 7. & 8. Bonorum eccleſiaſticorum diſpenſator epiſcopus.

[s] *Si quis oblationes.*] Hi duo canones ſanciti ſunt adverſus Euſtathianos, qui eleemoſynis quotidianis, ut refert Epiphanius hæreſi 40. erogandis & accipiendis Petri illius Palæſtinæ, qui fuerat Eutacti magiſter, inſtituta ſectantes, populo perſuaſerunt, ut quas vellent pauperibus eleemoſynas conferre, ſibi velut juſtis ac debitis earum diſpenſatoribus ad erogandum & diſtribuendum eas traderent. Quæ inſtituta hæreticorum cum apoſtolorum doctrinæ ac conſtitutioni repugnent, ut conſtat ex can. apoſtolorum 39 & notis ejuſdem, optimo jure ab eccleſia proſcinduntur. Vnde

Gratiani error.

liquidum eſt, Gratianum can. Illud, diſt. 30. errare, cum exiſtimat quod Euſtathiani Manichæorum ſectarii extiterint. Illi enim eleemoſynas facere conſueverunt, quas Manichæi ex legis ſuæ præſcripto fieri & in pauperes erogari vetabant: non negamus interim multa fuiſſe quibus iidem cum Manichæis participarent. Baronius anno 341. numero 54.

Can 9. Gratianus corrigitur.

[t] *Quicumque virginitatem vel continentiam profeſſus.*] Huius canonis editioni priſcæ, Gratianus can 5. diſt. 3. addiderat, *in conjugio*, ſine fide & auctoritate Græcæ ſimul atque utriuſque Latinæ editionis: ut patet ex can. Quicumque diſt 3. Virgula igitur cenſoria Gratianus hoc loco non immerito eſt notatus.

Can. 11.

[u] *Si quis deſpicit eos qui fideliter agapas.*] De agape vide quæ notavimus ſupra in can. 27. & 28. concilii Laodiceni.

Can. 12. Pallium quid?

[x] *Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii utatur.*] Pallium eſt indumentum quod apud Græcos ſapientiæ ſtudioſi induere ſolebant. Quale autem indumenti genus, Tertullianus libro de pallio

Forma pallii.

cap. 1. deſcribit, his verbis: *In viris autem pallii extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus, ab utroque laterum regeſtus, & cervicibus circumſtructus, in fibulæ morſu humeris acquieſcebat.* De ejuſdem pallii forma cap. 5. ejuſdem libri ſubjungit: *Atenim pallio nihil expeditius, etiamſi duplex quod Cratetis more nuſquam veſtiendo componitur; quippe tota molitio ejus operire eſt ſolutim, id eſt,*

A *uno interjectu; licet equidem nuſquam in humano, ita omnia hominis ſimul contegit. Humerum velans exponit, vel includit: cetero quæ in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumſtringit, nihil de tabularum fide laborat, facile ſeſe regit, facile reficit, etiam cum reponitur, nulli cippo in craſtinum demandatur. ſi quid interulæ ſupereſt, vacat zonæ tormentum*, &c.

An omnes Chriſtiani cum fide pallium ſumpſerint.

Sunt qui putant Chriſtianos homines, cum veræ ſapientiæ ſe ſectatores profiterentur, una cum fide pallium ſimul induiſſe, & togam ſimul cum impietate abjeciſſe: ideoque Gentiles parœmiam de Chriſtianis in dicterium convertentes dixerint: *De toga ad pallium*: ipſum etiam Tertullianum, dum relicta gentilitate, togaque abjecta ad Chriſti fidem ſe convertiſſet, de ſeipſo dixiſſe: *At ego jam me illi etiam divinæ ſectæ ac diſciplinæ commercium confero. Gaude pallium, & exulta: melior te jam philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianam veſtem cepiſti.*

Nõ omnes Chriſtianos palliatos indutos fuiſſe probatur. Primo. Secundo.

Verum cum pallium eſſet veſtis oblonga furvi coloris, B ipſique recens fidem profeſſi candidam veſtem induerent, fide vacillat, quod omnes Chriſtiani cum fide pallium aſſumpſerint. Milites Chriſtiani ſimul cum ethnicis ſago, quod eſt militare indumentum omnibus Chriſtianis commune, ſine Tertulliani reprehenſione utebantur, quomodo igitur omnium Chriſtianorum proprium indumentum eſſe potuit? Hoc genere indumenti non ſolum turba philoſophorum, ſed omnes etiam artium liberalium profeſſores, teſte Tertull. cap. 1. de pallio, uti conſueverant; pallium igitur ſuſceptæ Chriſtianæ religionis teſſeram fuiſſe, quomodo ſuſtineri poſſit non video.

Tertio.

Accedit, quod tempore pacis eccleſiæ licuerit Chriſtianis communi veſte cum Gentilibus uti; quomodo non magis tempore perſecutionis, quo euangelica admonitione fuga conſulitur, ac latebræ ſuadentur, pallio carere Chriſtiano homini conceſſum ac permiſſum fuerit?

Quarto.

Quid quod ipſe Tertullianus cap. 42. in C apologetico aperte teſtatur, Chriſtianos communiter eodem habitu quo Gentiles indui conſueviſſe? Verba illius hæc ſunt: *Quo pacto homines* (Chriſtianos) *vobiſcum degentes, ejuſdem victus, habitus, inſtructus, ejuſdem ad vitam neceſſitatis.* Sed & Cyprianus eo commentario quem ſcripſit de bono patientiæ, pariter ſignificat, Chriſtianos communiter nequaquam ſolere incedere palliatos, ſed ſimplici ac communi cum ceteris indumento: *Nos autem*, ait, *qui philoſophi non verbis ſed factis ſumus, non veſtitu ſapientiam, ſed veritate præferimus*, &c.

Soli monachi palliati.

Verius igitur eſt, ſicut inter gentiles illi ſoli qui philoſophi erant, & eminentioris vitæ ac ſapientiæ profeſſores, pallio utebantur; ita inter Chriſtianos, ii qui monaſticæ & arctioris vitæ ſtudiis ſe mancipabant, & eminentiorem vivendi formam amplexi, ſublimioris philoſophiæ ſe cultores eſſe profitebantur, pallium aſſumpſerunt, ejuſdemque indumenti ſigno inter Chriſtianos effulſerunt. D Hoc præter ea, quæ ſupra dicta ſunt, pulcre declarant illa Hieronymi epiſtola 12. *Quia ſerica veſte non utimur, monachi judicamur: quia ebrii non ſumus, nec cachinno ora diſſolvimus, continentes vocamur & triſtes: ſi tunica non canduerit, ſtatim illud e trivio: Impoſtor & Græcus eſt:* nimirum quia amictu Græco & philoſophico uterentur. Salvianus Maſſilienſis lib. 8. de vero judicio, cum deplorat ſcelera Africanæ provinciæ, quorum cauſa a barbaris affligi commeruiſſet, & inter alia, quod ſanctos monachos ludibriis ac ſibilis, cum eos viderent, inſectarentur, hæc ait: *Non ſine cauſa itaque iſtud fuit, quod intra Africæ civitates, & maxime intra Carthaginis muros, palliatum & pallidum, & reciſis comarum fluentium jubis, ad cutem tonſum videre tam infelix ille populus, quam infidelis, ſine convicio atque execratione vix poterat. Et ſi quando aliquis Dei*

Monachi cur ab Africanis deriſi.

E *ſervus aut de Ægyptiorum cœnobiis, aut de ſacris Hieroſolymorum locis, aut de ſanctis eremis venerandiſque ſecretis ad urbem illam officio divini operis acceſſit; ſimul ut in populo apparuit, contumelias, ſacrilegia, & maledictiones excepit: nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis facinoroſorum hominum cachinnis & deteſtationibus, ridentium ſibilis, quaſi taureis cædebantur: vere ut ſi quis ea inſcius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed novum inauditumque monſtrum abigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum & præcipue Carthaginenſium fidem.*

Tertullianus an & quando palliatus fuerit.

Si igitur in eccleſia Carthaginenſi, cujus alumnus fuit Tertullianus, Chriſtiani omnes perinde ac ipſe Tertullianus olim pallio amiciri conſueviſſent, quænam cauſa deridendi palliatos monachos dumtaxat eſſe potuit? Vnde Tertull. de pallio in fine ait: *Gaude pallium, & exulta: melior te jam philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianam veſtem cepiſti*, locutus eſt ipſe Tertullianus ex perſona pallii, ſignificans illud a Chriſtianis hominibus & monaſticæ vitæ cultoribus ſuſceptum multum illuſtratum fuiſſe: vel ſi hæc de ſeipſo locutus eſt, vere de ſeipſo dixit tunc quando inter Chriſtianos eminentioris

tioris vitæ cultum profiteri incipiens, a sæcularibus negotiis se penitus abdicavit. Ita enim ait cap. 5. de pallio: *Ego quidem nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla rostra præoccupo, nulla prætoria observo, cancellos non adoro, subsellia non contundo, jura non conturbo,* &c. *secessi de populo, imo unicum negotium mihi est, nec aliud nunc curo quam ne curem.* Hoc quod hactenus pluribus confirmavimus, ad extremum Orig. de Heracla Christianorum catechista atque presbytero apud Euseb. l. 6. cap. 13. illustrat, ubi ait: Heraclam Alexandrinæ ecclesiæ presbyterum, tandem vulgari veste & communi, qua antea usus fuisset, exuta & deposita, philosophi apparatum sibi assumpsisse; apertissime significans pallium fuisse distinctum indumentum a communi Christianorum veste. Antequam sensum canonis explicemus, Birrus quale genus indumenti fuerit infra explicabimus. De pallio vide quæ scribit Baron. tom. 1. anno 57. num. 94. & tribus sequentibus. item tom. 2. anno 197. num. 8. & novem sequentibus.

y *Birris.*] Birrus & birrum, masculino & neutro genere usurpatum, est breve indumentum clericorum humeros tantum & brachia eorum tegens, ideoque a Venantio Fortunato, ubi agit de S. Germano Parisiorum episcopo, Chlotarium regem visitante, palliolum appellatum fuit, cum de rege ait: *Allambit sancti viri palliolum.* Et alibi lacernum birrum nominatur: quod scilicet in modum lacernæ compositum fuerit, quæ erat vestis brevior ad pluviam arcendam, & ad brachia tantum & humeros tegendos. inventa. Birrorum aliud vile, aliud preciosum fuit. Vili & lineo birro in Africana ecclesia utebantur simplices clerici, preciosiore autem, serico nimirum, episcopi utebantur, ut patet apud Augustinum serm. 50. de divers. ubi clericorum suorum disciplinam componens, hæc ait: *Nemo det birrum vel lineam tunicam seu aliquid nisi in commune: de communi accipiam mihi ipsi.* Et paulo post: *Offeratur mihi verbi gratia birrum preciosum, forte decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem de pauperibus natum.* Vt episcopi super tunicam birro induerentur in orientali ecclesia receptum fuisse ex iis quæ scribit Palladius de S. Athanasio episcopo Alexandrino possumus intelligere, dum ait eum tunica birroque vestitum secessisse. Item ex actis S. Cypriani idem aperte constat, quibus narratur Cyprianum, cum jam ictum gladii cervice excepturus esset, lacernum birrum complicuisse, & ad genua posuisse, tunicam vero diaconis dedisse. Eamdem vestem occidentalis ecclesiæ episcopos gestasse, constat ex Gregorio Turonensi, qui historiam de Brictio referens ait: eum ad declarandam animi sui innocentiam ardentes prunas in birro suo posuisse & gestasse. Item ex illa quam supra recensuimus S. Germani historia apud Venantium Fortunatum. Eodem genere indumenti hodie videmus uti sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales atque episcopos, qui ex regularibus ad eam dignitatem provecti sunt. Theodorus Balsamon & Zonaras 12. canonem concilii Gangrensis interpretantes, birrum, id est, sericum dixere. Prior interpretatio quæ est Baronii tom. 2. anno 261. num. 41. & sequentibus mihi magis placet. Hoc canone igitur monastica vita ususque pallii non condemnantur, sed cum Eustathiani monachi palliati incedentes, reliquos monachos vel clericos, qui birris dumtaxat utebantur, damnarent, eorum occasione constitutum est, ut anathematis sententia percellantur, qui monasticam vitam profitentes, aut palliati incedentes, alios præ se contemnerent. Vide Baron. anno 197. num. 8. item 261 num 43.

z *Si quis filios suos.*] Longe fidelius & convenientius Græco contextui Dionysius vertit sic: *& quod ad se pertinet, nos ad pietatem divini cultus informat.* Vide notas Greg. XIII. ad can. 14. dist. 30.

a *Si qua mulier.*] Græce est διὰ νομιζομένην ἄσκησιν, id est, *ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio*, quod Dionysius vertit: *propter divinum cultum, ut æstimat;* Græci enim vitam eorum, quos nos religiosos appellamus, ἀσκητῶν nominabant.

Ad velamen ejus] Hæc non sunt in Græco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem sumpta ex epistola 1. ad Corinth. cap. 11. Vide notas Baronii in martyrologium die 20. Sept. verbis: *Et ad turpitudinem,* &c.

b *In ejusdem diei contemptum.*] In Græco vulgato neque hæc priscæ editionis verba, neque illa Dionysii, *aut contumaciam*, habentur. Qui fuerint hæretici in contemptum diei dominicæ jejunantes, vide quæ diximus in notis ad can. apostolorum 65. supra.

c *Si quis eorum qui continentia student.*] Quod Eustathiani (quos postea Bogomilici sectati sunt) docerent ac statuerent, peracto certo quodam jejunio ad eam se perfectæ vitæ rationem pervenisse, ut postea omnia sibi essent indifferentia, nullisque præceptis obligarentur, sed soluti omnino, ac si ne peccare quidem possent, hoc quod decernitur, contra eos constitutum fuit. Balsamon in capite hujus interpretationis, quam sequitur Gregorius XIII. in notis ad hunc canonem.

d *Si quis.*] Sanctorum martyrum cultum & invocationem improbandam, atque ecclesias extructas in memoriam eorum contemnendas esse, Eustathiani ab Eunomio, Eunomius a Manichæis omni scelerum impuritate pollutis hæresiarchis mutuati fuerant. Quod cum viri hujus sæculi doctissimi & sanctissimi orationibus hac de re institutis graviter oppugnarint, & Deus ipse idem miraculis plurimis refutaverit; recte a patribus hujus concilii anathematizantur, quotquot collectas quæ fiunt in martyrum memoriis execrabantur. Nam si tuam imprimis salutem; quam curatam optares, precibus suis & intercessionibus apud Deum promovere possint & velint, quis alius nisi impius auxilium eorum implorandum esse negabit? Ex eo quod miseriam nostram revelatione Dei cognoscant, Deique amicitia singulari fruantur, nemo facultatem intercedendi pro nobis ipsis adimere potest: quod autem a caritate perfecta, qua Deum & proximos suos etiamnum ardentissime diligunt, non velle eos salutem nostram procurare, credi non debet; *Si ergo*, inquit Hieron. lib. contra Vigilant. cap. 3. *apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt* orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse soliciti; quanto magis post coronas, victorias & triumphos? Vide plura apud Bellarmin. de sanct. beatitud. lib. 1. cap. 11. & sequentibus. Valent. tom. 3. disp. 6. quæst. 2. punct. 7.

Can. 20. Sanctorum cultum negantes anathematizantur.

"** OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. I.

Ioannes Quintinus, Hæduus, juris pontificii doctor suo tempore celeberrimus & ordinarius in Parisiorum universitate per plures annos professor, edidit anno 1560. commentarios in hanc synodum Gangrensem a se Latino idiomate redditam. Eos in synopsi nostra Historica pollicitus eram lectoribus Binianis scholiis subjiciendos. Verum re melius ac diligentius expensa, tot in illis πάρεργα & verbosissimas a proposito mihi scopo aberrationes deprehendi, ut satius judicaverim ab iis omnino abstinere, aut si quid observat dignum fuerit, & ab aliis nondum occupatum, excerptum inde cum laude ac commemoratione auctoris sui notationibus nostris intexere. Succedat ergo in Quintiniani operis locum

"** EADEM GANGRE. DIO PRÆSIDE.
Ex libello synodico.

ΤΩΝ μαθητῶν δὲ τοῦ Εὐσταθίου Ἀρμενίας τὴν οἰκείαν λύμην διανεμόντων εἰς πλείονας· Δαδόη γὰρ τῶν Μασσαλιανῶν μετεῖχον φρονήματος παλίμβουλοι· καὶ ταῖς γνώμαις ὑπάρχοντες ἀμφιτάλαντοι, καθὼς ὁ ἐκείνων διδάσκαλος, Θεὸν τὸν ποιήσαντα ἄρσεν καὶ θῆλυ, ἐκ τῆς κατηγορίας τοῦ γάμου ἐκδιαβάλλοντες· ἡ ἐν Γάγγρᾳ ἁγία συναθροισθεῖσα σύνοδος, φέρουσα Δῖον τὸν πάνυ αὐτῆς προκαθήμενον· ἥτις ὅρον θεόπνευστον ἐξενέγκασα, πρὸς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν Ἀρμενίᾳ ἐξέπεμψεν.

CVM autem Eustathii Armeniæ episcopi discipuli virus suum in plures dispergerent, (Dadoæ enim, qui Massalianorum erat hæreseos, opinioni veteratores hi astipulabantur, & cum sententiis in utramque partem variarent, ut & præceptor ipsorum: Deum, qui masculum & feminam fecit, ipso damnato conjugio, calumniabantur:) sancta Gangræ congregata synodus, Dium illum præstantissimum præsidem habuit, & definitionem a Deo inspiratam proferens, ad fratres in Armenia emisit.

Anno Christi 335.

a TYRIVM b CONCILIVM, VEL POTIVS CONCILIABVLVM,

c SVB SILVESTRO ANNO DOMINI CCCXXXV. d in causa Athanasii habitum.

Præter epistolas quasdam diversorum ad concilium vel saltem in causa hujus concilii scriptas, quas infra huc transtulimus, nihil extat.

Locus concilii.

a *Tyrium.*] Sic dictum, quod celebratum fuerit Tyri, quæ fuit urbs Phœniciæ celeberrima, una ex iis quæ Tripolim efficiunt, olim insula, sed Alexandri operibus continenti conjuncta. De hac Plinius lib. 5. cap. 19. *Tyrus*, inquit, *quondam insula prealto mari septingentis passibus divisa: nunc vero Alexandri eam oppugnantis operibus continens, olim portu clara. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio & purpura constat.* Olim Sarra fuit nuncupata, ut ait Gellius lib. 14. cap. 6. Hæc est illa de qua Christus dominus Matth. 11. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiā egissent.*

Tyrus urbs quæ, & qualis.

b *Concilium vel potius conciliabulum.*] Hoc quod Tyri celebratum est, concilii nomine indignum, conciliabulum & malignantium conventum tres potissimum ob causas nominavimus. Quarum prima est, quod ab imperatore præter munus & officium ejus indictum fuerit, contra eum quem malitiose a Meletianis, Arianis, & Eusebianis accusatum innocentissimum esse cognoverat, cujusque innocentiam literis ad Alexandrum scriptis probaverat, adeoque non tam facile, neque tam breviter, quarto aut sæpius convictis hæreticis nefariis deferre debuerat. Altera est, quod ad earumdem instantiam imperator ad concilium illos dumtaxat episcopos convocaverit, quos nefarii hæresiarchæ designaverant, quodque adeo in eadem causa iisdem accusandi & judicandi munus concessum esse voluerit: ipsumque innocentem Athanasium citaverit, ut a nefariis hæreticis non tam judicaretur quam condemnaretur. Athanasius huic quantumvis illegitimo conventui cum quadraginta septem Ægypti episcopis catholicis ac confessoribus se præsentem exhibuit, ne causæ suæ diffidere videretur, & adversariis amplius sæviendi causam præberet; neve demum invitus, quod imperator evocans commotus fuerat cogeretur. Tertia causa illegitimi conventus est, quod præsidem illius ageret Dionysius comes, cum militari manu adstaret spiculator, appareret commentariensis, quodque sub prætextu comprimendi tumultus, & imperandi, cum opus esset, silentii, coercendæque procaciæ insolentium, præsidio militum revera innocentia expugnaretur, & cum ea innocentes opprimerentur, & denuo hostibus Athanasii ad fidem catholicam oppugnandam aditus aperiretur. De causis supradictis sancti patres in literis concilii Alexandrini anno 359. celebrati hæc scripserunt: *At præclari Eusebiani, quo veritatem scriptaque sua obliterent, nomen synodi suis actis prætexunt, cum res ipsa negotium imperatorium non synodale haberi debeat: quippe ubi comes præsideat, & milites episcopos sub satellitio cingant: & imperatoria edicta quos ipsi volunt coire compellant*, &c. Integram hanc epistolam infra in concilio Alexandrino positam invenies. Idem testatur Athanasius his verbis: *Denuo eos* (nempe Meletianos) *in nos exasperant, iterum imperatori synodum Tyri indicendā persuadentes, ad quam & comes Dionysius missus est, Eusebianisque satellitiū militare additum: eodem Macarius, sed vinctus, per milites deductus est: mihi scribitur ut adsim, atque adeo necessitas veniendi injungitur, ut nisi venirem, invitus adducerer.* Episcopi dumtaxat illi convocati sunt, quos Eusebius & Eusebiani advocādos esse Cōstantino persuaserunt. Nam ipse imperator ad eos epistola illa, quā subjungimus, *Scripsi*, inquit, *ad quos volebatis episcopos, ut vestras curas & solicitudines præsentia & laboribus suis adjuvarent.* Hos omnes sexaginta numero fuisse, testatur Socrat. l. 1. c. 20. Ex quibus ab Athanasio apol. 2. Theodoret. l. 1. c. 28. hi recensentur: Eusebius Nicomediensis, Eusebius Cæsariensis; duo gentiles, duo totius impietatis choreæ ductores, perfidi, astuti synagogæ diabolicæ pręsides & quasi judices: Theognius Nicænus, Mares Calchedonensis, Asclepius Gazæ, Theodorus Laodiceæ, Patrophilus Scythopolitanus, Narcissus Ptolemaidis, Valens & Ursacius episcopi in Pannonia, Macedonius, Flacillus, Georgius ille qui ab Alexandro Alexandrino episcopo ob scelus perpetratū a sacerdotio depositus fuerat, aliique plures ex Meletianorū factione scelesti, quos ad fidem catholicam aditu clandestino expugnandā Eusebius impietatis tuba collegerat. Qui Athanasium huc proficiscentem, præter voluntatem Eusebianorum & citationē imperatoris comitati sunt, 47. fuere. Eorum nomina autem subscripta habentur in fine illius epistolæ, quā ipsi, cū Tyri essent, scripserunt, quāque nos infra ex apologia Athanasii huc inseruimus. Inter quos cum Paphnutio celeberrimo confessore, de quo supra in nobis ad subscriptiones concilii Nicæni egimus, interfuit Potamon episcopus magnus ille cōfessor, de quo hoc memorabile scribit Epiph. hæresi 68. quod cum Athanasius sedente Eusebio Nicomediensi stans causam suam ageret, objecerit illi: *Tu sedes Eusebi; & Athanasius innocens a te judicatur? Quis tulerit talia? Dic mihi tu: nonne mecum fuisti in carcere tempore persecutionis? Et ego quidem oculum amisi pro veritate, tu vero nihil mutilatum in corpore habere videris*, &c.

Hoc conciliabulum reprobatū fuisse, probatur. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Episcopi qui, & qu[i] inter[fue]rint.

Episcopi catho[lici] qui, & qu[a oc]casion[e in]terfue[rint].

Eusebi[us] Nicom[e]diensis [a] fidei [...] tione [...] guitur.

c *Sub Silvestro anno domini 335.*] Hunc conventū malignantiū collectum fuisse anno Christi nati 335. probatur primo auctoritate Eusebii, dum lib. 4. c. 11. vitæ Constantini ait, ipsis tricennalibus, id est, tricesimo anno imperii Constantini, qui cū prædicto anno Christi nati coincidit, Tyri episcopos convenisse, ut discordiæ inter Ægyptios ortæ cōponerentur. 2. idem probatur ex epistola ecclesiæ Mareoticæ in Ægypto, dum Tyri synodus ageretur, Constantio & Albino consulibus data, quorum consulatus juxta fastos emendatiores cum anno Christi 335. & Silvestri 22. Constantini imperatoris 30. concurrit.

Tempus habiti concilii.

d *In causa Athanasii.*] Causa habiti concilii quā ab exordio describere placet, hæc est: Cum Athanasius, Alexandro episcopo Alexandrinæ ecclesiæ anno domini 326. defuncto, totius cleri ac populi consensu juxta vaticinium prædecessoris sui in episcopatum Alexandrinum electus esset, Meletiani cum Arianis conjuncti, eum, quem ipso Nicæno concilio suæ hæreseos acerrimum hostem & adversarium experti fuerant, sede episcopali turbatum vehementer optarunt, ideoque ejus electionem, quasi illegitime facta fuisset, calumniabantur. Verum cum ea re nihil proficerent, de ipso exturbando cogitabant. Principio, de pecunia & exactionibus violēter a plebe

Causa habiti concilii.

Prima c[a]lumnia [A]thanasio objecta.

plebe extortis apud imperatorem accusatus, per Macarium Alexandrinæ ecclesiæ presbyterum, eo tempore apud imperatorem felici casu legationis munere fungentem, defendebatur hoc modo; quod collectam ad ornatum & structuram ecclesiæ ad imitationem sancti Pauli apostoli non tam postulasset, quam dari rogasset. Deinde, quasi Philumeno cuidam imperatoris hosti magnam vim pecuniæ misisset, ipse cum Macario presbytero sui defensore diffamatus, ideoque ad imperatorem citatus; Constantinopolim venit, atque inde, prævia sufficiente sui ipsius purgatione, cum imperatoris epistola commendatitia ad ecclesiam Alexandrinam scripta ad suos reversus muneri & officio insistit. Imperator cum hæc omnia contra Athanasium ab Eusebio Nicomediensi malitiose agitari intelligeret, scripta ad Nicomedienses epistola, concilii Nicæni depositionis sententiam in ipsum Eusebium & Theognidem pronuntiatam exequi, & utrumque relegari anno Christi 329. mandavit. Paulo post quam exulassent, rogatu Constantiæ Augustæ Licinii conjugis, quæ conficto quodam somnio, ut ait Niceph. lib. 9. cap. 21. sibi revelatum esse dicebat, quod homines innoxii injuste exilio damnati essent; item in gratiam Constantii Cæsaris, cujus quinquennalia, anno Christi 330. celebrabantur, ab exilio relaxantur. Athanasio deinceps novum bellum indicentes, Eusebiani cum Meletianis, freti opera Ischyræ pseudo-presbyteri illius, quem Athanasius diœcesim suam visitans a presbyterali officio, cum ordinatus non esset, prohibuerat, istiusmodi calumniam composuerunt: calicem a Macario fractum, Arsenium autem episcopum ab Athanasio interfectum esse. Ut autem calumnia succederet, Arsenium in abditis habebant, manumque cujusdam tamquam ex ejus corpore recisam circumferebant eo fine, ut si nusquam appareret, occisus esse crederetur. Sed quid accidit? Ischyras ad pœnitentiam agendam, & ad ecclesiæ communionem redeundum ab amicis persuasus, has quas concinnarat calumnias publice confessus, se ad istud flagitium comminiscendum a Meletianis subornatum fuisse, in facie totius ecclesiæ publice contestatus est, atque ideo hæc quæ sequuntur scriptis protulit.

Beato præsuli Athanasio Ischyras in domino salutem.

Quia me, domine præsul, te adeundo, ut in ecclesiam reciperer, objurgasti; quod istiusmodi locutus essem, quasi ego ultro hoc fecissem, ac non vi potius huc adactus essem: ideo hanc satisfactionem tibi scripto porrigendam putavi, ut cognosceres vim mihi factam esse tum ab Heraclide, ab Isaac porro Letois, & a sociis ejus etiam verberibus cæsum esse. Ego autem, Deo in testem adhibito, pro excusatione mea dico tibi me nihil eorum, quæ illi de te jactitant, conscium esse, neque ullum calicem confractum scire, aut mensam subversam esse; meque ad ista omnia calumnianda eorum vi adactum esse. Hanc autem pro me excusationem facio, tibique eam scripto trado, optans me unum eorum esse qui ad tuos conventus pertinent, & tuis judiciis parent. Valere te in Christo exopto" ** Tradidi " autem manu mea tibi episcopo Athanasio in præsentia pres-

A byterorum Ammonis Dicellæ, Heraclidis Pasci, Bocchenis. Chenebri, Achillæ Myrsenes, Didymi Taphrosireis & Iusti ab Coniatheo. Diaconorum autem, eorum, qui Alexandrini erant, Pauli & Petri, & Olympii: Mareoticorum vero Olympii, Ammonii, Pisti, Demetrii & Caii. Hæc Ischyras. ANNO CHRISTI 335.

Τῷ μακαρίῳ πάπᾳ Ἀθανασίῳ Ἰσχύρας ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἐπειδὴ προσῆλθόν μοι κύριε ἐπίσκοπε βουλόμενος τῆς ἐκκλησίας εἶναι, ἠτιάσω δέ με ἐφ᾿
B οἷς πρότερον ἐφθεγξάμην, ὡς ἐμοῦ ἀπὸ προαιρέσεως εἰς τοῦτο παρελθόντος, τούτου ἕνεκεν ταύτην τὴν ἀπολογίαν ἐγγράφως σοι ἐπιδίδωμι, ἵν᾿ εἰδέναι ἔχοις ὅτι βίας μοι γενομένης, καὶ πληγῶν ἐπιτεθεισῶν ἀπὸ Ἰσαὰκ καὶ Ἡρακλείδου· καὶ Ἰσαὰκ τοῦ τῆς Λητοῦς, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν εἰς τοῦτο λαμβάνων, ἀπολογοῦμαι ὅτι οὐδὲν ὧν ἐκεῖνοι εἰρήκασι συνοῖδά σε πεποιηκέναι· οὔτε γὰρ ποτηρίου κλάσις γέγονεν, οὔτε τῆς ἁγίας τραπέζης καταστροφὴ γεγένηται, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκεῖνοι βίαν ἐπιθέντες μοι, εἰς τοῦτο παρώρμησάν με. ταῦτα δὲ ἀπολογησάμενος σοι καὶ ἐγγράφως ἐπιδέδωκα αἱρούμενος καὶ ἐπιδικαζόμενος τῶν ἐπὶ σὲ συναγομένων, ἐρρῶσθαί σε εὔ-
C χομαι ἐν κυρίῳ· ἐπιδέδωκα δὲ τὴν δέ μου τὴν χεῖρα; σοι τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ, ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν πρεσβυτέρων, Ἀμμωνᾶ Δικέλλης, Ἡρακλείου Φάσκω, Βόκκονος, Κενεβεὶ, Ἀχιλλᾶ Μυρσήνης, Διδύμου Ταφοσίρεως, καὶ Ἰούστου ἀπὸ Βαμοθέου, καὶ Διακόνων, ἀπὸ μὲν Ἀλεξανδρείας Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ Ὀλυμπίου, ἀπὸ δὲ Μαρεώτου, Ἀμμωνίου, καὶ Πιστοῦ, καὶ Δημητρίου καὶ Γαΐου. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἰσχύρας.

Cognitio patrati homicidii ab imperatore Dalmatio censori committitur, ad quem cum Athanasius de nece Arsenii accusatus citaretur, Arsenius adhuc vivens deprehensus ubi & quomodo?
D summa diligentia Arsenium, quem ante quinque vel sex annos non viderat, per diaconum suum inquisivit, & post multam inquisitionem confessione quorumdam Meletianorum intellexit eum Thebaide in Ægypto occultatum, inde vero fraude cognita amandatum fuisse. Ille fugientis vestigia observans, tandem Tyri illum reperit, ibique Pauli ejus urbis episcopi orthodoxi judicio sistit apud quem principio negans se esse qui diceretur, convictus tandem non modo se Arsenium esse confessus est, totamque de simulatione suæ necis ex Eusebii Nicomediensis consilio fabulam pandit, verum etiam ipse Arsenius & Ioannes Meletianorum Ioannes Meletianorum antesignanus ad ecclesiam reversus.
E episcopus antesignanus facti pœnitentes, supplices pro venia consequenda Athanasio literas dederunt, atque a schismate recedentes, eidem se catholica communione conjunxerunt. Literæ Arsenii ad Athanasium extant infra.

Athanasius subito Macarium presbyterum suum Constantinopolim ablegavit, qui imperatorem de Ischyræ pœnitentia & confessione, de Arsenio reperto, & de tota calumnia, hostiumque suorum fraude detecta informaret. Quod cum per Macarium factum fuisset, imperator Dalmatium a causæ cognitione desistere, & accusatores abire jussit. Athanasio

ANNO CHRISTI 335.

autem per literas, quibus Meletianorum impudentem improbitatem detestatur, quasque populo recitari jubet, plurimum gratulatus fuit. His omnibus ita peractis Eusebiani bellum suum pœnitentia præcipuorum Meletianorum vix biennio consopitum in Athanasium acrius renovant, idque hoc modo. Cum Ioanni Meletianorum antistiti, catholicæ ecclesiæ reconciliatio, (qui per literas, de quibus infra, ab imperatore evocatus Constantinopolim venerat) ab Athanasio resilire persuasissent, imperatori de concilio Tyri indicendo supplicant, allegantes Ioannem ab Athanasio blanditiis delinitum, pollicitationibus pellectum. & pecuniis etiam fortasse corruptum, ut a criminum objectorum prosecutione desisteret, imo (quod significant literæ Constantini de cogenda synodo infra recitandæ). Meletianos omnes Athanasii potentia esse oppressos, & in tanto periculo constitutos, ut nec fari præ timore auderent. Præterea quæ de invento Arsenio propalata erant, stropham esse, & ab Athanasio suppositum fuisse hominem, qui & nomen & personam Arsenii assumeret. His artibus impetrant, ut ab imperatore concilium Tyri prædicto tempore celebrandum indiceretur, & per literas cum Athanasio ii quos ipsi volebant episcopi citarentur. Cœptum est judicium, in quo Meletiani accusatoris, Eusebiani judicis officium vendicarunt; ideoque ab Athanasio per exceptionem objectam non immerito declinatum. Sed cum minime audiretur, & Meletiani accusatores judicum favore audentiores facti, in medium prodeuntes in Athanasium accusationes inferrent: ipse veritate fretus, aliique qui aderant, orthodoxi de innocentia Athanasii certi, etiam coram hostibus talia judicari passi sunt; existimantes, quantumlibet inimici essent, non tamen in publico conventu judices more latronum grassaturos fore; sed manifestissima criminum dilutione cum Dionysio suffusum iri, si modo quidquam æquitatis singulorum mentibus a natura insitæ in iis superesset. Iudicio igitur hac intentione approbato, famosus ille Ischyras, de quo supra egimus, ab adversariis spe polliciti episcopatus ad palinodiam recantandam inductus, primus inexpectatus accusator prodiit, eamdemque veterem illam de fractura calicis adversus Macarium accusationem, adversariorum confessione calumniosam, literis Constantini improbatam atque rejectam, cum sui ipsius confusione & contumelia in medium attulit. Ad eumdem accusandum introducta est muliercula libidinosa ac petulans. Clamat impudenter se professam esse virginitatem; sed ab Athanasio, quam hospitio exceperat, per vim compressam, & invitam stupratam fuisse. Quæ cum dixisset, ingreditur Athanasius, quem accusaverat, presbytero perquam laudato, cui Timotheus nomen erat, comitatus. Vbi autem a judicibus imperatum Athanasio fuit ut crimini responderet, obticuit ipse, perinde ac si Athanasius non esset: atque Timotheus, teste Theodor. l. 1. c. 30. sic mulierculam alloquitur: *Egone in tuas ædes ingressus sum?* Tum illa impudentius petulantiusque clamare, digladiari cum Timotheo, manum educere, ostendere annulum, ac dicere cœpit: *Tu mihi abstu-* A *listi virginitatem: tu castitate me spoliasti:* & alia quæ impudentes meretrices propter intemperantiæ exuperantiam loqui solent. Ad hunc modum igitur, tum iis qui fabulam texuerant, ignominiæ, tum judicibus qui facinoris conscii erant, pudoris inusta nota, muliercula e concilio educta est. Cum Athanasius mulierem non prius dimittendam esse urgeret, quam auctorem horum criminum prodidisset, Ariani vociferati sunt, alia contra multa graviora restare crimina, quæ nulla dicendi arte dilui possint, de quibus prolatis, non audiendi sed videndi sensus judicium ferret. *Quæ cum dixissent*, inquit Theodoretus ibidem, *capsam de qua tam creber sermo fuit ostendunt, & manum sale conditam detegunt.* Qua B visa cum illorum alii rem fictam scirent, alii scelus ab Athanasio vere admissum esse putarent, Athanasius paulo post a judicibus hæc sciscitatus est: *Ecquis inter eos Arsenium nosceret? Cum a multis responsum esset, se accurate hominem noscere, eum introduci jubet, ac rursus sic percontatur: Hiccine est Arsenius a me quidem interfectus, ab istis autem quæsitus, post cædem affectus contumelia, & dextera manu privatus? Vbi vere assensum est, illum ipsum esse, Athanasius exuit eum pallio, & utramque manum tum dexteram tum sinistram ostendit, aitque: Aliam manum opinor nemo quæret: nam amplius quam duas manus ab universitatis con-* C *ditore nemo accepit. Quibus rebus in hunc modum patefactis, cum oporteret & accusatores & judices, qui facinoris erant conscii præ pudore se in latebras abdere, optareque ut tellus sibi dehisceret, concilium tumultu ac seditione complere, veneficumque appellare Athanasium, eum hominum oculos præstigiis fefellisse, affirmare cœperunt. Quin etiam qui eum paulo ante cædis reum arguerant; iidem ipsi hominem discerpere, mactareque aggrediuntur. Verum quibus negotium ab imperatore dabatur, ut paci ac tranquillitati providerent, cædem prohibuerunt*, &c. Hæc Theodoretus. Hoc idem summatim ac breviter Athanasius ipse apolog. 2. his verbis indicat. *Imo*, inquit, *& Arsenius, quem divul-* D *gaverunt a nobis interfectum esse, vivus astabat, & eorum sycophantiam claram evidentemque faciebat.* Quod de occiso per Athanasium Arsenio, quem adhuc vivere ipsorum adversariorum literis divulgatum fuerat, accusationem iterato reproduxerint, inde accidisse videtur, quod Arsenius vitæ suæ timens iterum se occultarit: Eusebiani enim eum occidere conati sunt, quem illi magno sui honoris & causæ detrimento occisum fuisse calumniose prædicaverant. Quæ de fractura calicis in hoc conventu acta fuerint, post necem Arsenii refutatam, prolixe describuntur epistola synodali Alexandrini concilii anno Christi 339. celebrati: lector, si velit, eam ibidem positam E consulat. Cum itaque adversarii nihil probarent, omnesque eorum conatus eluderentur, legatos in Ægyptum destinant, qui crimina pervestigent, testes conquirant & subornent. Quos omnes, eo quod Ariani essent, & propter Arianismum sibi palam infensi, Athanasius quidem de fide suspectos, adeoque ab eo munere rejiciendos esse jure allegavit; sed frustra: nam illi potentia magistratuum freti, Theognidem, Marim, Theodorum, Macedonium, Vrsaciũ & Valentem episcopos contra omnium orthodoxorũ sententiam

Marginal notes (left): Eusebiani concilium petunt. — Concilium Tyri ab imperatore indicitur. — Quid actum sit in concilio. — Ischyras primus accusator Athanasii. — Meretricula Athanasii accusatrix secunda. — Crimen diluitur.

Marginal notes (right, cut off): ANNO CHRISTI 335. — Tertiũ crimen Athanasio objectum. — Calumnia refutatur. — Cur de occiso Arsenio calũnia producta. — Calũnia de facto calice. — Qui & quales testes adhibiti.

NNO RISTI 35.

a exa- cestium pro- tiones ce- es op- æ.

sententiam delectos ejusdem causæ testes ac judices clam emiserunt. Qua de re cum & apud synodum, & apud Dionysium comitem diversis contestationum libellis interpositis, de quibus infra, diversi protestarentur, protestando autem nihil aut parum proficerent, Athanasius meliora desperans, e concilio injuriosorum Tyro recessit, & ad imperatorem profectus est, ut de iis quæ in hoc conventu malignantium partim ab Eusebianis, partim a Dionysio comite, contra omne jus & æquitatem gesta sunt conquereretur. Interim legati Alexandriam profecti, favore & opera Philagrii præfecti de criminibus sacrilegii & homicidii Athanasio objectis sic inquisiverunt, ut testes veritatis repulerint, de fide suspectos, perjuros, mendaces ac calumniatores pecunia fortasse aut muneribus corruptos dumtaxat admiserint. De inquirendi & testificandi modo plane illegitimo, Alexandrinæ Mareoticæ ecclesiæ presbyteri ac diaconi apud legatos, Philagrium, Tyriamque synodum protestati ad veram & legitimam synodum appellarunt, sed frustra: nam dum legati acta, que Mareotica inscribuntur, per summam injuriam ac fraudem perfecissent, suamque mendaciorum officinam absolvissent, ad conciliabulum Tyri redeuntes, ex actis spuriis & adulterinis, cum reliquis Eusebianis, Athanasium absentem condemnant, episcopatu ac communione fidelium privant, & ne Alexandriæ habitet, vetant. Ioannem autem & Meletianos omnes tanquam injuria affectos in communionem recipiunt: denique ut præmium Ischyræ pseudo-presbytero, Athanasium iniquissime accusaturo promissum, solvatur, illum pagi sui episcopum nominant, ecclesiamque illi ędificari ab imperatore impetrant. Hæc Athanasius apolog. 2. Iniquissima hac condemnatione pro voto peracta, basilicam Tyri erectam jussu Constantini solito ritu dedicarunt. Eusebius lib. 4. vitę Constantini, cap. 4. & lib. 10. histor. cap. 4. Vide Baron. anno Christi 335. per totum, item annis quibusdam præcedentibus.

EPISTOLA CONSTANTINI AD CATHOLICOS ALEXANDRINÆ ecclesiæ.

Constantinus Maximus Augustus populo catholicæ per Alexandriam ecclesiæ.

DILECTI fratres, saluto vos, invocans Deum, summum meæ voluntatis testem, & nostræ legis creatorem, qui omnium vitæ præsidet, & discordias odit. Verum quidnam potissimum dicam? An scilicet nos bene valere? Verum id quidem: sed multo felicius agere liceret, si vos mutuo, excussis odiis, amaretis: rixosorum enim hominum procellis occurrere debemus, quod portus dilectionis a vobis relictus sit. O rem absurdam! Vah quantæ quotidie calamitates per invidiam omnia miscentem existunt! unde fit ut populus Dei infamia laboret. Quo igitur justitiæ fides recessit, cum tantarum tenebrarum caligine obvolvamur? neque id tam ex errore, qui multiplex est, quam malignorum hominum vitiis, dum & propugnatores verecundiæ sustinemus, & eos qui æquitatem & veritatem profligant, etiam cum id sensibus nostris percipiamus, negligendos putemus. Quodnam id genus nostræ perversitatis, si inimicos non reprehendimus, sed latrocinio nos comites damus? Vnde fit ut viam quamdam sibi facillime straverit, nemine repugnante, perniciosissima fraus. Nullusne tandem sensus est ne pro dotibus quidem communis omnium naturæ, si legis præcepta contemnenda duximus? Sed dixerit aliquis: Saltem caritas, prout ductus naturæ est, reperitur. Admodum scilicet, qui & Dei lege, & bono ingenio instructi, toleramus tamen inimicos turbationum & tumultuum facibus quasi incendia miscere: idque neque oculis præditi cernimus, neque legis sententia imbuti sentimus. Quantus igitur stupor nostram vitam incessit, cum nostrimet tam incurii simus, etiam Deo admonente?

Quid igitur, num id mediocre aut tolerabile malum est? Num pro hostibus habendi sunt? Nonne in domum & populum Dei ante oculos nostros per sævitiam debacchantur, & probra jaciunt scelerati illi? Iam quanta id cum vesania faciant, vobis ipsis cogitandum relinquo. Stulti enim illi in lingua sua sitam habent malitiam, plumbeasque iras ita secum circumferunt, ut seipsos mutuis vicibus feriant, & nos secum ad auctarium sui supplicii abstrahant. Interim qui recta docet, hostis judicatur, qui autem invidiæ vitium præ se fert, populum mansuetum (quod minime oportuit) invadit, devastat, absumit, & semetipsum ultro corrumpit, gloriatur, extollit, veritatem subvertit, & fidem circumvenit, donec suæ conscientiæ cavernam & latibulum quæritando inveniat. Ferocitas igitur agrestis eos miseros facit, qui ita temere semetipsos, cum indigni sint, efferant, inclamantes: Hem scelera! illene presbyter est, aut illene puer? Mea existimatio attingitur, mihi hoc ipsum debetur, ab illo ablatum est. Ego igitur omnibus spoliatis pro viribus nocebo. Luculentum insaniæ tumultum dicas, si acies, conciliabula aut comitia istorum importunissimorum conventuum videas. O nostram in ecclesiam Dei perversitatem, spectaculumque maligni & dementis animi! Nunquamne tandem pudefient? numquamne semetipsi improbabunt? nunquamne in animo morsus sentient, ut vel nunc saltem contra imposturam & rixas dignum aliquid animo concipiant & sentire videantur? Vis sola invidiæ est, suis fucis & pigmentis innitens. Sed tamen nihil mali isti adversus episcopum vestrum potuere. Mihi credite, fratres, nihil aliud studio habent, quam afflictis nostris temporibus nullum sibi locum pœnitentiæ in hac vita relinquere.

Iustæ querelæ Constantini.

Ipsi igitur vobismetipsis auxilio estote: obtestor caritatem vestram, ipsi vos invicem diligite, & omni ope pro vestra concordia istos persequamini qui vestram concordiæ gratiam demoliri student: Deumque præ oculis habentes, in mutua caritate consistite. Ego enim episcopum vestrum Athanasium libenter recepi, eumque ut virum Dei allocutus sum. Vestri autem est, non mei judicii, ea de re cognoscere. Quantum autem attinet ad officium salutationis, colloquiique cum reverendissimo Athanasio, idoneum eum necessariumque arbitratus sum, qui vobis in sacris minister esset; ea est hominis in æquitate tuenda sedulitas: non indigna profecto, nec inepta nostræ paci-

Hortatur Alexandrinos.

ANNO CHRISTI 335.

ficæ religioni, ut quæ dotes salutaris sententiæ semper foveat, & rationis adhortamenta sequatur, Deus vos conservet, dilecti fratres.

Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς, τῷ λαῷ τῷ κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν καθολικῆς ἐκκλησίας..

ΑΓαπητοὶ ἀδελφοὶ, προσαγορεύω ὑμᾶς, ἐπικαλούμενος τὸν Θεὸν τὸν τῆς ἐμῆς βουλήσεως μέγιστον μάρτυρα, καὶ τὸν τοῦ ἡμετέρου νόμου μονογενῆ δημιουργὸν, ὃς καὶ τῆς ζωῆς προκαθέζεται τῶν ἁπάντων καὶ τὰς διχονοίας μισεῖ. πλὴν τί ἂν εἴποιμι ὅτι καλῶς ὑγιαίνομεν, ἀλλ᾽ ἐξῆν καλλίονος ἀπολαῦσαι τῆς εὐεργεσίας, εἰ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀμοιβαδεὶς ἠγαπᾶτε, ἀποσεισάμενοι τὰ μίση, δι᾽ ὧν ταῖς τῶν ἐρεσχηλούντων τρικυμίαις, τὸν λιμένα τῆς ἀγάπης ἐγκατελίπομεν. φεῦ τῆς ἀτοπίας ταύτης, ὅσα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν συμπτώματος τοῦ συγκεχυμένου φθόνου κινεῖται. οὕτω πρὸς τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ μετῳκίσθησαν αἱ δυσφημίαι. ποῦ τοίνυν τῆς δικαιοσύνης ἡ πίστις ἀνακεχώρηκεν; ὅπου γε εἰς τοσοῦτον τῇ τοῦ σκότους ἀχλύϊ περιβεβλήμεθα, οὐ μόνον διὰ τὴν πολύπλοκον πλάνην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ τῶν ἀχαρίστων ἐλαττώματα, τῶν μὲν τὴν ἄνοιαν βραβευόντων ἀνεχόμεθα, τῶν δὲ τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν ἀλήθειαν διακρουομένων αἰσθανόμενοι παρενθυμούμεθα, τί τὸ δεινὸν τοῦτο τῆς ἡμετέρας κακίας; τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἐλέγχομεν, ἀλλ᾽ ἑπόμεθα τῷ λῃστηρίῳ, δι᾽ οὗ ὁδόν τινα ἑαυτῇ ἵν᾽ οὕτως εἴπω, ἡ τῆς ἀπωλείας ἀπάτη μηδενὸς ἀντικειμένου ῥᾳδίως εἰργάσατο. ἆρα οὐδεμία ἐστὶν αἴσθησις, οὐδὲ κατὰ χάριν τῆς κοινῆς ἁπάντων φύσεως, εἴ γε τῶν τοῦ νόμου προσταγμάτων ἐμελήσαμεν; ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις, κατὰ φύσιν ἡ ἀγάπη ἐξευρίσκεται, τί οὖν ὅτι ἡμεῖς καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον πρὸς τῇ εὐφυΐᾳ ἔχοντες, ἀνεχόμεθα τῆς ὀχλήσεως καὶ τοῦ θορύβου τῶν ἐχθρῶν πυρσοῖς τισιν ὡς ἔοικεν ἐξαπτομένων, καὶ οὐχ ὁρῶμεν ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, οὐδὲ αἰσθανόμεθα, καίτοι ταῖς τοῦ νόμου αἰσθήσεσιν ὄντες πεφραγμένοι, ὁπόση ἄρα πτόησις τὴν ἡμετέραν ζωὴν κατείληφεν, ὅπου γε ἡμῶν ἑαυτῶν οὕτως ἀμελοῦμεν, καὶ ταῦτα ὑπομιμνήσκοντος τοῦ Θεοῦ; εἶτα, οὐκ ἔστιν ἀφόρητον τὸ κακόν; οὐ πολεμίους ἡγεῖσθαι προσήκει τούτους; οὐ τὸν οἶκον καὶ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, ἐμπαροινοῦσιν ἡμῖν καὶ ἐγκαλοῦσί γε οἱ πανώλεις ἐκεῖνοι καὶ ἐπιπλήττουσιν ἐκ τῶν ἐναντίων ἡμῖν; μεθ᾽ ὅσης δὲ ἀπονοίας τοῦτο πράττουσιν, ὑμᾶς αὐτοὺς ἐννοεῖν ἀξιῶ. οἱ γὰρ μωροὶ ἐπὶ τῆς γλώττης κειμένην ἔχουσι τὴν κακίαν. οὗτοι γοῦν μολιβδίνας τινὰς ὀργὰς περιφέρονται, ἃς ἑαυτοὺς μὲν κατ᾽ ἀντίδοσιν πλήττειν, ἡμᾶς δὲ πρὸς κέρδος τῆς οἰκείας κολάσεως ἀπάγειν, καὶ ὁ μὲν καλῶς διδάξας, πολέμιος κρίνεται, ὁ δὲ τὴν φθόνου κακίαν προβεβλημένος ἐκεῖνος τὴν τοῦ λαοῦ ἡμερότητα, οὐδὲ ὄντως καταλαμβάνει, πορθεῖ, καταναλίσκει, καὶ ἑαυτὸν κακοθελεῖ, ἐγκωμίῳ κοσμεῖ καὶ συντίθησι, τὴν δὲ ἀλήθειαν ἀνατρέπει καὶ τὴν πίστιν ἀπατᾷ μέχρις οὗ τῷ οἰκείῳ συνειδότι, φωλεὸν καὶ κρυπτείαν ἐπιζητήσας εὕρῃ. αὕτη γοῦν αὐτοὺς ἡ σκαιότης ἀθλίους ποιεῖ, ὅταν προπετῶς ἑαυτοὺς ἀναξίους ὄντας ἀποδέχωνται, λέγοντες, φεῦ τῶν κακῶν, ἐκεῖνος πρεσβύτερός ἐστι, καὶ ἐκεῖνος παῖς; ἐμοῦ ἅπτεται ἡ τιμὴ, ἐμοὶ ὀφείλεται, ἐκείνου περιαιρεθῇ, ἐπεὶ αὐτὸς ἐμαυτῷ ἀφαρπάσας ἅπαντας, ἐπ᾽ ἐξουσίας ἀπολέσαι πειράσομαι. λαμπρότης ἡ τῆς μανίας ἐκβόησις, τάγματα καὶ συλλόγους, ἢ ἵν᾽ οὕτως εἴπω ἀρχιερεσίαν τῶν ἀτόπων τούτων συστημάτων ἰδεῖν. ὢ τῆς ἀτοπίας ἡμῶν ἵν᾽ οὕτως εἴπω, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἀνοίας ἐστὶν ἐπίδειξις. εἶτα, οὐκ αἰδοῦνται; οὐκ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ψέγουσιν; οὐδὲ τὰς ψυχὰς δάκνονται, ἵνα νῦν γοῦν καταντικρὺ τῆς ἀπάτης καὶ τῆς ἐρεσχελίας ἄξιόν τι φρονεῖν δόξωσι; βία μόνη ἐστὶ τοῦ φθόνου τοῖς ἰδίοις ἐπερειδομένη φαρμάκοις· οὐδὲν ἴσχυσαν οἱ πονηροὶ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν. ἐμοὶ πιστεύσατε ἀδελφοὶ, οὐδὲν ἕτερον ἐσπουδάκασιν, ἢ ἵνα κατατρίψαντες τοὺς ἡμετέρους χρόνους, μὴ δὲ μίαν χώραν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μεταμελείας ἔχωσιν. ἐπικουρήσατε τοίνυν ὑμῖν αὐτοῖς, παρακαλῶ τὸ φίλτρον τὸ ἡμέτερον ἀγαπήσατε; καὶ παντὶ σθένει διώξατε τοὺς τὴν τῆς ἡμετέρας ὁμονοίας χάριν ἀφανίζειν ἐπιθυμοῦντας, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀπιδόντες, ὑμᾶς αὐτοὺς ἀγαπᾶτε. ἐγὼ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον, ἀσμένως προσηκάμην, οὕτως τε προσεφθεγξάμην, ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν Θεοῦ ὄντα πεπεισμένος. ὑμέτερόν ἐστι ταῦτα συνιέναι, οὐκ ἐμὸν κρίνειν. τὴν γὰρ παρ᾽ ἐμοῦ πρόσρησιν, αὐτὸν Ἀθανάσιον ὑμῖν διακονῆσαι τὸν αἰδεσιμώτατον ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ἐννοῶν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἐπιεικείας αὐτοῦ, ἥτις οὐκ ἀναξίως τῆς εἰρηνικῆς μου πίστεως, εἰς τὸ ἀγαθὸν τῆς σωτηριώδους γνώμης κατέχεται διαπαντὸς, καὶ ἕξει τὸν πρέποντα λογισμόν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

EPISTOLA CONSTANTINI AD NICOMEDIENSES.

Constantinus Augustus catholicæ ecclesiæ Nicomediensium.

DOMINUM Deum & salvatorem Christum, &c. *Extat supra " apud Gelasium in actis concilii Nicæni lib. 3. cap. 2.*

Vide sup[ra] suo loco pag. 279.

EPISTOLA CONSTANTINI AD ATHANASIUM.

Victor Constantinus Maximus Augustus papæ Athanasio.

LITERIS tuæ prudentiæ perlectis, in eam veni sententiam, ut putarim te rescriptis nostris adhortandum, ut populum Dei ad modestiam & misericordiam adduceres. Meo enim in animo hæc inter præcipua habeo, ut & veritatem colam, & in mente semper justitiam conservem, iisque potissimum gaudeam, qui recta vitæ via incedunt. De illis autem omni execratione dignis Meletianis immanibus, inquam, & nefariis hominibus, qui quasi insania correpti stupent, & solummodo invidia & æmulatione & tumultibus ad scelera motum habent, nefariam suam mentem declarantes, ista mihi dicenda puto. Vides enim homines illos,

quos ipsi ferro interfectos aiebant in medio versari & vita frui. Quo ipso nullum unquam fuerit gravius præjudicium quodque tam clare eorum causam oneret, quam eos, quos ipsi necatos asseverabant, vivere, & luce frui, qui ipsi pro se causam dicere possunt. Deinde & id quoque additum fuit Meletianorum criminibus: te nefario impetu irrumpentem, rapientemque populum, quod in sacratissimo loco repositum erat, confregisse: quo scelere nullum unquam profecto gravius esse posset, si quidem id ita factum & contestatum esset.

At quodnam hoc genus criminationis? quæve ista desultoria personarum transmutatio, & reorum diversitas, ut nunc in hunc, nunc in alium crimen conferant? quæ res ipsa luce lucidior est, ipsos tuæ prudentiæ insidias tetendisse. Denique quis jam deinceps homines istos tam multa ad noxam fingentes sequi velit? maxime cum ipsi seipsos in barathrum ducant; cumque in conspectu sit, eos fictarum & falsarum rerum accusatores esse. Vt iterum dicam: quis eos sequi velit, & iter exitii præceps inire, in quo illi soli mortalium spem salutis auxiliique constituunt? Si enim pura vellent conscientia ingredi, & bonæ mentis meminisse, & sanum animum induere, facile intelligerent, nullam ipsis opem a Dei providentia expectandam esse, cum se talium rerum æmulatores ad suam perniciem præbeant. Hanc igitur, quam denuntio, non asperitatem, sed severitatem jure appellavero.

Postremo etiam illud adjungimus, ut operam des, quo ista quæ scripsimus subinde ad populum recitentur; ut res ad omnium notitiam veniat; & præcipue ut illi qui ita agunt, & ad istum modum conversantur, resipiscere possint, quod ista quæ nunc a nobis emendationis causa dicuntur, re ipsa & factis demonstrabuntur vera esse. Iam cum in hoc negotio tanta sit malitiæ importunitas, certum habeant, me ita decrevisse, atque hujus esse sententiæ: si quid tale iterum moverint, non pro more ecclesiarum, sed pro legibus publicis memet meapte opera causæ cognitionem suscepturum: ac deinde cognoscent, se non solum humani generis, sed etiam divinæ disciplinæ latrones esse. Deus te servet, frater dilecte.

** Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς, τῷ πάπᾳ Ἀθανασίῳ.

ΤΟῖς παρὰ τῆς συνέσεως ἐντυχὼν γράμμασι, ταύτης γνώμης ἐγὼ ἐγενόμην, ὡς ἀντιγράφων τῇ σῇ στερρότητι, προτρέψασθαί σε, ὅπως πρὸς εὐταξίαν καὶ οἶκτον τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν ἄγειν σπουδάσῃς. ταῦτα γὰρ μάλιστα προηγούμενα ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ κατέχω, ὡς ἀλήθειαν τὸ ἀσκεῖν, καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ δικαιοσύνην ἀεὶ φυλάττειν, καὶ τούτοις μάλιστα χαίρειν, τοῖς ὀρθὸν ὁδὸν τοῦ βίου πορευομένοις· περὶ δὲ ἐκείνων τῶν πάσης ἀρᾶς ἀξίων, τῶν Μελιτιανῶν δηλαδὴ τῶν σκαιοτάτων καὶ ἀθεμίτων, οἵτινες τῇ ἐμπληξίᾳ λοιπὸν ἀπονεναρκήκασι, καὶ μόνον φθόνῳ καὶ ζάλῃ καὶ θορύβοις τὰ ἄτοπα κινοῦσι, τὴν ἀθέμιτον αὐτῶν διάνοιαν ἐπιδεικνύντες, ταῦτα φθέγξομαι. ὁρᾷς γὰρ ὅπως οἱ ἄνδρες οὓς ἐκεῖνοι ξίφει ἀνῃρῆσθαι ἔφασκον, ἐν μέσοις νῦν εἰσὶ καὶ τῆς ζωῆς ἀπολαύουσι. πρὸς δὴ ταῦτα τί ἂν γένοιτο πρόκριμα χεῖρον, οὕτω φανερῶς καὶ σαφῶς ἐπιφερόμενον τῇ ἐκείνων δίκῃ, ἢ τὸ τούτοις οὓς ἀνῃρῆσθαι ἔλεγον, ζῆν τε καὶ τοῦ βίου ἀπολαύειν, οἵτινες δηλονότι καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν φθέγξασθαι δυνήσονται; προσέκειτο δὲ τοῖς παρὰ τῶν Μελιτιανῶν ἐκείνων καὶ τοῦτο· διεβεβαιοῦντο γὰρ ἀθεμίτως, ὁρμῇ εἰσελθόντα σε καὶ ἁρπάσαντα ποτήριον ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ ἀποκείμενον τόπῳ, κεκλακέναι, οὗ πράγματος ἀληθῶς οὐδὲν μεῖζον ἦν ἔγκλημα οὔτε τηλικοῦτον ἀτόπημα, εἰ τοῦτο οὕτως πεπρᾶχθαι καὶ ἡμαρτῆσθαι συνέβαινεν. Ἀλλὰ γὰρ τίς ἡ κατηγορία αὕτη; τίς δὲ ἡ μετάβασις καὶ ποικιλία τοῦ πράγματος; ὡς νῦν εἰς ἕτερον πρόσωπον τὴν κατηγορίαν τοῦ ἐγκλήματος τούτου μετάγειν, ὅπερ δηλονότι πρᾶγμα, αὐτοῦ τοῦ φωτός ἐστιν ὡς εἰπεῖν τηλαυγέστερον, ὅτι τῇ σῇ συνέσει ἐπιβουλεῦσαι ἐσπούδαζον; μετὰ δὴ ταῦτα, τίς ἂν ἐκείνοις τοῖς ἀνθρώποις τοσαῦτα εἰς βλάβην ἀναπλασαμένοις, ἀκολουθῆσαι ἐθελήσειεν; ὅταν μάλιστα αὐτοὶ ἑαυτοὺς εἰς ὄλεθρον ἄγωσι, καὶ συνορῶσιν ὅτι πεπλασμένων καὶ ψευδῶν πραγμάτων εἰσὶ κατήγοροι, ὡς ἔφην τοίνυν, τίς ἂν ἐκείνοις ἐξακολουθήσειε, καὶ εἰς τὴν ὁδὸν τῆς ἀπωλείας, ξιώνης ἀπέλθοι; εἰς ἐκείνην δηλαδὴ εἰς ἣν ἐκεῖνοι μόνοι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἐπικουρίας ἔχειν οἴονται. εἰ γὰρ βούλοιντο ἐπὶ καθαρὰν ἐλθεῖν συνείδησιν, καὶ ὑπομνησθῆναι τῆς ἀρίστης γνώμης, καὶ ἐπὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἐλθεῖν διάνοιαν, ῥᾳδίως γνώσονται, οὐδὲ μίαν αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐπικουρίαν παρὰ τῆς προνοίας, ἐπειδήπερ τοιούτων εἰσὶ ζηλωταὶ καὶ ἐπὶ τῷ οἰκείῳ ὀλέθρῳ πειράζονται. ταύτην δὴ οὖν οὐ τραχύτητά τινα, ἀλλὰ ἀλήθειαν δικαίως ἂν εἴποιμι. τὸ τελευταῖον δὲ καὶ τοῦτο προστίθημι, ὅπερ βουλόμεθα δημοσίᾳ παρὰ τῆς σῆς συνέσεως πολλάκις ἀναγνωσθῆναι ταῦτα. ὡς ἂν ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἔλθοι, καὶ μάλιστα εἰς τὴν ἐκείνων ἀφικέσθαι δυνηθείη, οἵτινες οὕτω πράττουσιν, οὕτως ἀναστρέφουσιν, ὡς ταῦτα ἅπερ παρ' ἡμῶν εὐθείας λέγεται λόγῳ, τῇ τῆς ἀληθείας εἰρῆσθαι πράξει. ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ πράγματι τηλικοῦτόν ἐστιν ἀτόπημα γινωσκέτωσαν οὕτω με κεκρικέναι, καὶ ταύτης εἶναι τῆς προαιρέσεως, εἴ τι τοιοῦτον κινοῖεν, μηκέτι λοιπὸν κατὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δημοσίους νόμους, αὐτόν με δι' ἐμαυτοῦ, τῶν πραγμάτων ἀκροασόμενον, καὶ λοιπὸν εὑρήσοντα αὐτοὺς, ὅτι μὴ μόνον κατὰ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους λῃσταί τινες ὄντες, ἀλλὰ γὰρ καὶ κατ' αὐτῆς τῆς θείας διδασκαλίας φαίνονται. ὁ Θεός σε διαφυλάξει ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

EPISTOLA

A

EPISTOLA ALEXANDRI THESSALONICENSIS EPISCOPI AD ATHANASIUM.

Gratulatur de victoria contra Euſebianos.

Domino dilecto filio & unanimi ſuo in ſacris collegæ Athanaſio Alexander epiſcopus in domino ſalutem.

CONGRATULOR optimo Serapioni ita ſe ſacris moribus exornare ſatagenti, & patris memoriam laudabiliorem efficienti. Conſummatus eſt enim ille (ut alicubi dicit ſcriptura ſacra) & non mortuus eſt: reliquit enim vitæ ſuæ monumentum. Quo igitur nos affectu eſſe erga eum, qui ita virum memoria dignum in ſe conſervat, exiſtimas? cum tu, domine, & ſacram ejus viri memoriam, & recentioris humanitatem cognitam habeas, per quem unam ſolum a tua reverentia epiſtolam accepi? Significavi igitur hoc ipſum tibi, ut ſcire poſſis, domine, dilectum noſtrum condiaconum Macarium, literis Conſtantinopoli huc ad me miſſis ingenti me gaudio affeciſſe, dum mihi ſcriptis ſuis referret opprobrium dedecuſque Archaphis ſycophantæ de calumnia convicti, quod hominem vivum quaſi interfectum ſermonibus apud omnes divulgaſſet. Condignam autem eum ſua audacia mercedem a juſto judice cum ſua cohorte relaturum eſſe ſacræ literæ mentiendi neſciæ ſatis prædicant. Omnium dominus te virum optimum quam diutiſſime conſervet.

" ** Κυρίῳ ἀγαπητῷ υἱῷ καὶ ὁμοψύχῳ συλλειτουργῷ Ἀθανασίῳ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΣΥγχαίρω τῷ βελτίστῳ Σαραπίωνι, οὕτως ἱεροῖς αὐτὸν ἤθεσι κοσμεῖν ἀγωνιζομένῳ, καὶ τὴν τε τοῦ πατρὸς μνήμην ἐγκωμιαστικώτερον ἐπαύξοντι. ἐτελεύτησε γὰρ ὥς που ἱερὰ φησι γραφὴ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀπέθανε· κατέλιπε γὰρ τοῦ βίου μνημόσυνον. ὅπως μὲν οὖν διεκείμεθα περὶ τὸν μνήμης ἄξιον σώζοντα, οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς δέσποτα, τὴν περὶ ἐκεῖνον ἱερὰν μνήμην; καὶ τὴν πρέπουσαν τοῦ νεωτέρου ἐπιείκειαν, μίαν μόνην τὴν διὰ τοῦ νεωτέρου τούτου ἐδεξάμην παρὰ τῆς σεμνότητός σου ἐπιστολήν. ἐδήλωσα οὖν σοι αὐτὸ τοῦτο, ἵν' εἰδέναι ἔχῃς δέσποτα. ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν καὶ συνδιάκονος Μακάριος, εὔφρανέ με ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως γράψας, ὅπως Αρχὰφ ὁ συκοφάντης ἠσχημόνησε, τὸν ζῶντα ὡς φονευθέντα παρὰ πᾶσι κηρύξας. ὅτι γὰρ τὴν ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσιν αὐτοῦ ἀξίαν εἰς πρᾶξιν κομιεῖται παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ μετὰ τοῦ ὁμοτρόπου σίφους, αἱ ἀψευδεῖς ἀναφωνοῦσι γραφαί. ὁ τῶν ὅλων διατηρείη σε ἐπὶ μήκιστον δεσπότης, κύριε πάντων χάριν, χρηστότατε.

EPISTOLA ARSENII POENITENTIAM AGENTIS ET AD ECCLESIÆ COMMUNIONEM recipi petentis.

Athanaſio beatiſſimo pontifici, Arſenius epiſcopus civitatis Hypſelitarum, cui aliquando præfuit Meletius, una cum preſbyteris & diaconis in Domino ſalutem plurimam dicit.

ET nos quoque diligentes pacem & unanimitatem cum eccleſia catholica, cui tu per Dei gratiam præfectus es, volenteſque eccle- B ſiaſtico canoni pro veteri inſtituto ſubjici, ſcribimus tibi, pontifex dilecte, promittimuſque in nomine domini, nos deinceps non communicaturos cum ſchiſmaticis, aut cum iis quibus nondum pax eſt cum eccleſia catholica, ſive epiſcopi ſint, ſive preſbyteri, ſive diaconi: neque cum illis in concilio coituros, neque literas pacatas ad eos daturos, neque invicem ab illis accepturos, neque citra tuam metropolitani epiſcopi ſententiam, ullum de epiſcopis aut alio dogmate communi & eccleſiaſtico decretum edituros, ſed ceſſuros canonibus ante ſuſceptis, ad exemplar & modum epiſcoporum Ammoniani, Tyranni, Pluſiani & reliquo- C rum epiſcoporum. Præterea obſecramus tuam humanitatem, ut nobis quamprimum reſcribas, & de nobis ad noſtros in ſacris collegas: indiceſque nos jam ſtare priſtinis decretis, pacemque agere cum eccleſia catholica, & regionum iſtarum epiſcopis conjunctos eſſe: credimuſque tuis precibus, ut gratis & efficacibus apud Deum, iſtam pacem firmam indiſſolubilemque perpetuo futuram ſecundum Dei voluntatem domini omnium per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Totum cœtum ſacrorum virorum, qui ſub tua juriſdictione eſt, nos & qui nobiſcum ſunt ſalutamus, &, cum primum Deus permiſerit, excurram ad tuam humanitatem. Valere te exopto multis temporibus, D pontifex beatiſſime.

" ** Ἀθανασίῳ Μακαρίῳ πάπᾳ, Ἀρσένιος ἐπίσκοπος τῶν ποτὲ ὑπὸ Μελίτιον τῆς Υψηλιτῶν πόλεως, ἅμα πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ἐν κυρίῳ πλεῖστα χαίρειν.

ΚΑΙ ἡμεῖς ἀσπαζόμενοι τὴν εἰρήνην καὶ ἕνωσιν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἧς σὺ κατὰ χάριν Θεοῦ προΐστασαι, προῃρημένοι τε τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ὑποτάσσεσθαι, γράφομέν σοι, ἀγαπητὲ E πάπα, ὁμολογοῦντες ἐν ὀνόματι κυρίου τοῦ λοιποῦ μὴ κοινωνήσειν τοῖς ἔτι σχίζουσι, καὶ μηδέπω εἰρηνεύουσι πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἐπισκόποις τε καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, μήτε συνθέσθαι αὐτοῖς βουλομένοις τι ἐν συνόδῳ, μήτε γράμματα εἰρηνικὰ ἀποτέλλειν. μήτε δέξασθαι παρ' αὐτῶν, μὴ δ' αὖ δίχα γνώμης σου τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, ὅρον τινὰ ἐκφέρειν περὶ ἐπισκόπων, ἢ περὶ δόγματος ἑτέρου κοινοῦ ἐκκλησιαστικοῦ. ἀλλ' εἴκειν πᾶσι τοῖς προτετυπωμένοις κανόσι καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐπισκόπων Ἀμμωνιάνου καὶ Τυράννου, καὶ Πλουσιανοῦ καὶ τῶν

λοιπῶν

λοιπῶν ἐπισκόπων. πρὸς ταῦτα οὖν ἀξιοῦμεν τὴν σὴν χρηστότητα, ἀντιγράψαι μὲν ἡμῖν διὰ τάχους, ὡσαύτως τε καὶ τοῖς συλλειτουργοῖς περὶ ἡμῶν, ὅτι εἰρήμεν ἤδη ἐπὶ τοῖς προειρημένοις ὅροις, εἰρηνεύσαντες πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑνωθέντες τοῖς συλλειτουργοῖς ἐπὶ τῶν τόπων. πιστεύομεν δὲ ὡς εὐχαί σου ἐνεργήσουσιν εὐπροσδέκτοι οὖσαι, ὥστε τὴν τοιαύτην εἰρήνην, βεβαίαν καὶ ἀδιάλυτον εἶναι μέχρι τέλους, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ δεσπότου τῶν ἁπάντων Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. τὸ ὑπό σε ἱερατεῖον, ἡμεῖς, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν, προσαγορεύομεν, ὅσον δὲ οὔπω, Θεοῦ ἐπιτρέποντος, ἀπαντήσομεν πρὸς τὴν σὴν χρηστότητα. Ἀρσένιος ἐρρῶσθαί σε εὔχομαι ἐν κυρίῳ πολλοῖς χρόνοις, μακαριώτατε πάπα.

EPISTOLA CONSTANTINI DE SYNODO TYRI CELEBRANDA.

Victor Constantinus Maximus Augustus ad sanctam synodum Tyri congregatam.

ERAT fortasse consentaneum, & ad præsentis temporis opportunitatem maxime accommodatum, carere omni contentione ecclesiam catholicam, & Christi servos ab omnibus rixis solutos ac liberos esse. Sed quoniam nonnulli sceleratæ cujusdam contentionis furore C incitati, ac (ne quid gravius dicam) vitam sua professione indignam agentes, omnia turbare & miscere conati sunt, (quod scelus super omnem calamitatem mihi sane positum esse videtur) propterea vos vestra (ut est in proverbio) sponte currentes hortor, ut nulla interposita mora, sed omni qua possitis celeritate, in unum locum confluentes, synodum instituatis, & egentibus opem feratis, in periculo positis fratribus medicinam adhibeatis, divulsa membra ad consensionem revocetis, errata omnia interea emendetis, dum ipsum tempus ferat: ut hisce tantis provinciis quæ maxime D decet concordiam restituatis, quam paucorum hominum delevit arrogantia. Nam hoc & Deo totius hujus universitatis domino gratum, & nobis quavis re vel optatissima magis jucundum, & vobis ipsis, si concordiam & pacem revocaveritis, magnæ gloriæ, vel omnium mortalium judicio consensuque futurum, plane arbitror. Nolite igitur cunctari, sed acerrimo studio his quibus decet terminis præsentes controversias definite, ut pote qui cum omni puritate & fide coitis, quam in omni cœtu prope clarissima voce salvator noster, cui servimus, in primis flagitat. Nihil vero, quod est nostrarum partium, nostræque prudentiæ, deerit: nam quæ literis mihi vestris significastis, E omnia curavi: scripsi ad quos volebatis episcopos, ut vestras curas & solicitudines præsentia & laboribus suis adjuvarent.

Misi etiam Dionysium consularem, ut omnium rerum gerendarum eos admoneat qui vestræ synodo adesse debent, maxime vero, ut idem animadversor sit & custos conservandæ æquabilitatis & ordinis. Quod si quis (quod equidem non futurum arbitror) rejecto & spreto mandato nostro adesse noluerit, delegabimus aliquem, qui regia illum auctoritate in exilium ejectum docebit, hominem minime decere summi imperatoris præceptionibus ad tuendam veritatem editis repugnare. De cetero ve-

A stræ sanctitatis partes sunt, non odio, vel gratia ulla, sed consentientibus studiis, secundum ecclesiasticam & apostolicam regulam, omnibus erratis errore aliquo admissis propriam curationem adhibere, ut omni aliena contumelia ecclesiam liberetis, & meas curas allevetis, & rebus turbatis per vos constitutis maximam vobis ipsi gloriam comparetis. Deus vos conservet, fratres dilecti.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Τύρον.

ΗΝ μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρίᾳ μάλιστα πρέπον ἀστασίαστον εἶναι B τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν καὶ πάσης λοιδορίας τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας· ἐπειδὴ δὲ οὐχ ὑγιοῦς φιλονεικίας οἴστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι βιοῦντες ἑαυτῶν ἀναξίως, τὰ πάντα συγχεῖν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ. τούτου χάριν θέοντας ὑμᾶς, τὸ τοῦ λόγου, προτρέπομαι χρῆναι εἰς μηδενὸς ὑπερθέσεως εἰς ταὐτὸ συνδραμεῖν, καὶ πληρῶσαι τὴν σύνοδον, ἐπαμῦναι τοῖς χρήζουσιν ἐπικουρίας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰατρεῦσαι κινδυνεύοντας, εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγαγεῖν τὰ C διεστῶτα τῶν μελῶν, διορθώσασθαι τὰ πλημμελούμενα ὡς καιρὸς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδῶτε συμφωνίαν, ἣν φεῦ τῆς ἀτοπίας, ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπεροψία. ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Θεῷ ἐστὶν ἀρεστὸν, καὶ ἡμῖν πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἐπικαλέσησθε, οὐ τῆς γε τυχούσης ἄξιον εὐδοξίας, ἅπαντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπὸν, ἀλλ' ἐπιτείναντες ἐντεῦθεν ἤδη τὰς προθυμίας, τοῖς προκειμένοις ὅρον ἐπιθεῖναι σπουδάσατε τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εἰλικρινείας D δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἑκασταχοῦ μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς ὁ σωτὴρ ἐκεῖνος ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα. παρ' ἡμῶν δὲ οὐδὲν τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἡκόντων ἐνδεήσει. πάντα μοι πέπρακται ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε. ἀπέστειλα (οὖν) πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων. ἀπέστειλα Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομνήσει. καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. ἐὰν γάρ τις, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται, E ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς οὐ προσῆκον ὅροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσι μὴ ἀντιτείνειν διδάξει. λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἔργον ὁμογνώμονι κρίσει, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως δὲ τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν, εἴτ' οὖν κατὰ σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι· ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικουφίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν στασιαζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὔκλειαν ὑμῖν αὐ-

ANNO CHRISTI 335.

τοῖς προξενίσαντι. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττει ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Epistolam synodicam concilii Hierosolymitani, quia continentur acta hujus concilii; infra habes, eodem concilio.

EPISTOLA SIVE LIBELLVS

synodo Tyriæ oblatus a quadraginta septem orthodoxis Ægypti episcopis, qui cum Athanasio Tyrum venerant ex Ægypto.

Episcopis Tyri congregatis dominis preciosissimis, hi qui cum Athanasio ex Ægypto ad concilium convenere, in domino salutem plurimam.

NON arbitramur ulterius Eusebii, * Theognii, Maris, Narcissi, Theophili, & Patrophili conspirationẽ incertam dubiamque haberi. Principio quidem omnes reclamabamus per cõministrum nostrum in sacris Athanasium, ne illis, cum adessent, causæ cognitio permitteretur; ut non ignari, vel unius inimici præsentia, nedum plurium, judicia turbari & lædi posse. Neque vobis in occulto est odium eorum, non solum in nos sed in omnes orthodoxos, & quam Arianæ rei furioso & immani studio, & zelo impiæ ejus doctrinæ omnibus immineant, & adversus omnes conspirent. Hic tamen nos veritate freti, ubi Meletianorum calumnias refellere cuperemus, nescio quibus artibus Eusebiani nostros conatus interturbare studuerunt, magnamque operam impendere, ut nostra dicta rejicerentur, nunc sincere judicantibus interminantes, nunc etiam nonnullis contumeliam inferentes, non alio scopo, quam ut id quod contra nos molirentur progressum haberet. Fortasse divina vestra religio, domini honoratissimi, per id temporis ignorabat eorum conspirationem, quam nunc putamus vobis manifesto apparere; cum sese quales essent tam clare ostenderint. Quotquot enim ex toto grege suspectissimi erant, Mareoten ablegarunt, ut per nostram absentiam, quibus hic hærendum est, populos perturbent, & studia sua perficiant. Ecce enim Arianos, Colluthianos, & Meletianos hostes catholicæ ecclesiæ ideo potissimum emittere studuerunt, ut per præsentiam hostium nostrorum sutelas, quas vellent, adversus nos facerent. Certe Meletiani, qui hic Tyri apud nos sunt, ante quatriduum, quasi certi essent hoc in concilio decretum iri, quosdam ex suis vesperi per veredarios ablegarunt, qui Meletianos etiam ex reliqua Ægypto Mareoten, cum ibi nulli essent, convocarent, eodemque Colluthianos & Arianos ex aliis locis contraherent, ut eos instruerent quid contra nos dictum vellent. Memores enim estis ipsum Ischyram confessum esse coram vobis, non plures se habere quam septem communicantes.

*Theognidis

Protestatio orthodoxorum.

Ceterum quia post sutelas suas, submissosque suspectissimos homines, audivimus eos singulos vestrum ambientes, postulare vestram subscriptionem, ut omnium vestrum concilio id actum videri possit: ideo nos & ista scribimus, & pro testimonio dicimus, protestantes conjurationes insidiasque quas & ab illis & per illos patimur: oramusque ut suscepto Dei timore, indignantesque sine vestra auctoritate illos missos esse, quos ipsi voluerunt, abstineatis a subscriptione; ne quas ipsi per sutelas consuunt, eas tamquam vobis auctoribus factas jactitent: cum deceat homines in Christo non humana respicere, sed veritatem omnibus anteponere; neque minas eorum, aut conspirationem in omnes, sed potius Deum metuere. Æquum certe erat, si quidem legati Mareoten mittendi fuerant, nos quoque una cum illis ibi præsto esse ad hostes ecclesiæ indicandos, peregrinosque eliminandos, ut purum istius rei scrutinium haberi possit. Scitis enim Eusebianos suis sutelis curavisse epistolam reddi, quasi a Colluthianis, Meletianis & Arianis contra nos scriptam: neque ignota res est, hostes catholicæ ecclesiæ nihil veri de nobis, sed omnia infesta locuturos. Lex autem Dei inimicum neque testem, neque judicem esse vult. Reliquum est igitur, ut tamquam in die judicii rationem reddituri, accepta hac nostra protestatione, certique fraudis adversus nos institutæ, nostrisque precibus mature admoniti, caveatis quidquam contra nos facere, aut Eusebianorum consilium adjuvare: scitis enim (quemadmodum superius diximus) eos nostros inimicos esse, & cur ita pridem Eusebius Cæsariensis odium in nos susceperit. Valere vos optamus, domini desideratissimi. Adamantius episcopus has literas dedi, Ischyras, Ammon, Petrus, Ammonianus, Tyrannus, Taurinus, Serapammon, Æthirion, Harpocration, Moses, Optatus, Arnubion, Saphirion, Apollonius, Arbæthion, Potamon, Paphnutius, Theon, Nonnus, Ariston, Theodorus, Agathamnon, Caius, Pistus, Ætas, Nicon, Pelagius, Theon, Pammitius, Irenæus, Blastammon, Philippus, Apollo, Dioscorus, Timotheus, Diopolitanus, Macarius, Heraclammon, Cronius, Miris, Iacobus, Ariston, Artemidorus, Phinees, Osais, Heraclides.

Τοῖς ἐν Τύρῳ συνελθοῦσιν ἐπισκόποις, κυρίοις τιμιωτάτοις, οἱ ἀπ' Αἰγύπτου σὺν Ἀθανασίῳ ἐλθόντες τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥκέτι νομίζομεν τὴν συσκευὴν ἄδηλον εἶναι, τὴν παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον καὶ Θεόγνιον καὶ Μάριν, καὶ Νάρκισσον, καὶ Θεόφιλον, καὶ Πατρόφιλον ἡμῖν γινομένην, καὶ κατ' ἀρχὴν μὲν παρῃτούμεθα πάντες διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, παρόντων αὐτῶν, τὴν ἀκρόασιν γίνεσθαι. εἰδότες ὅτι καὶ ἑνὸς μόνου ἐχθροῦ παρουσία μήτιγε πολλῶν, ταράττειν καὶ βλάπτειν δύναται τὴν ἀκρόασιν. οἴδατε γὰρ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ τὴν ἔχθραν αὐτῶν, ἣν οὐ πρὸς ὑμᾶς μόνον ἐσχήκασιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς ὀρθοδόξους, ὅτι διὰ τὴν Ἀρείου μανίαν, καὶ τὴν ἀσεβῆ διδασκαλίαν ἐκείνου, κατὰ πάντων ἐπιφύονται καὶ πᾶσι συσκευάζονται, ἐπειδὴ δὲ θαῤῥοῦντες ἡμεῖς τῇ ἀληθείᾳ δεῖξαι τὴν συκοφαντίαν τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν Μελιτιανῶν γινομένην ἠθελήσαμεν, οὐκ οἴδαμεν πῶς οἱ περὶ Εὐσέβιον ταράττειν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, ἐπειρῶντο. καὶ ἐπὶ πολὺ ἐσπούδαζον τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα ἐκβάλλεσθαι, τοῖς μὲν ἀκεραίως δικάζουσιν ἀπειλοῦντες, τοὺς δὲ καὶ ὑβρίζοντες, μόνον ἵνα τὸ καθ' ἡμῶν σπουδαζόμενον αὐτοῖς γένηται, καὶ ἴσως ἡ ἔνθεος ὑμῶν εὐλάβεια κύριοι τιμιώτατοι, ἠγνόει τὴν γινομένην παρ' αὐτῶν συσκευήν· ἀλλὰ νῦν νομίζομεν, φανερὰν γεγενῆσθαι αὐτήν. ἰδοὺ γὰρ φανερῶς αὐτοὶ τὴν συσκευὴν ἐνεδείξαντο, τοὺς

rei aliquando futurum in vera & legitima synodo; ut omnibus innotescat, quod inaudita altera parte, ea quæ libuit inter vos egeritis, & nihil studuisse, nisi ut conspiratione nos opprimereris. Exemplar harum literarum etiam Palladio dedimus imperatoris Curioso, ne celari posset a vobis. Scelera enim quæ fecistis talia nos de vobis suspicari cogunt. Dionysius presbyter, has literas dedi, Alexander presbyter, Nilas presbyter, Longus presbyter, Aphthonius presbyter, Athanasius presbyter, Amyntius presbyter, Pistus presbyter, Plution presbyter, Dioscorus presbyter, Apollonius presbyter, Serapion presbyter, Ammonius presbyter, Gaius presbyter, Rhinus presbyter, Æthales presbyter, Marcellinus diaconus, Appianus diaconus, Theon diaconus, Timotheus diaconus.

Θεογνίῳ, Μάρει, καὶ Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ, καὶ Οὐρσακίῳ, καὶ Οὐάλεντι, τοῖς ἀπὸ Τύρου ἐλθοῦσιν ἐπισκόποις παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας, ὑπὸ τὸν αἰδεσιμώτατον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον.

Ἔπρεπεν ὑμᾶς ἐρχομένους καὶ ἄγοντας μεθ' ἑαυτῶν τὸν κατήγορον, ἀγαγεῖν καὶ Μακάριον τὸν πρεσβύτερον, αἱ γὰρ κρίσεις οὕτως συνίστανται κατὰ τὰς ἁγίας γραφὰς, ὥστε τὸν κατήγορον, μετὰ τοῦ κατηγορουμένου ἑστάναι. ἐπειδὴ δὲ οὔτε Μακάριον ἠγάγετε, οὔτε ὁ αἰδεσιμώτατος ἡμῶν ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος μεθ' ὑμῶν εἰσῆλθεν, ἠξιώσαμεν κἂν αὐτοὶ παρεῖναι ἐν τῇ κρίσει, ἵνα παρόντων ἡμῶν, ἀσφαλὴς ἡ ἐξέτασις γένηται, καὶ πεισθῶμεν καὶ ἡμεῖς. ἐπειδὴ δὲ οὐ τοῦτο συνεχωρήσατε, ἀλλὰ μόνοι μετὰ τοῦ ἐπάρχου τῆς Αἰγύπτου καὶ τοῦ κατηγόρου ἠθελήσατε πράττειν ἃ βούλεσθε, ὁμολογοῦμεν ὅτι ὑποψίαν εἴδομεν ἐν τῷ πράγματι πονηράν, καὶ ἐθεωρήσαμεν ὅτι συσκευὴ καὶ ἐπιβουλὴ μόνον ἐστὶν ἡ εἴσοδος ὑμῶν, διὰ τοῦτο ταύτην ὑμῖν ἐπιδίδομεν τὴν ἐπιστολὴν, μαρτύριον ἐσομένην εἰς ἀληθινὴν σύνοδον, ἵνα γνωσθῇ πᾶσιν ὅτι κατὰ μονομέρειαν ἅπερ ἠθελήσατε, ἐπράξατε, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἢ συσκευὴν ἠθελήσατε συνθεῖναι καθ' ἡμῶν. τούτων δὲ τὰ ἴσα ἐπιδεδώκαμεν καὶ Παλλαδίῳ τῷ κουριώσῳ τοῦ Αὐγούστου, ἵνα μὴ κρυβῇ παρ' ὑμῶν. ἃ γὰρ ἐπράξατε, τοιαῦτα λοιπὸν ἡμᾶς ὑποπτεύειν καὶ λογίζεσθαι ποιεῖ περὶ ὑμῶν. Διονύσιος πρεσβύτερος ἐπιδέδωκα, Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, Νειλᾶς πρεσβύτερος, Λόγγος πρεσβύτερος, Ἀφθόνιος πρεσβύτερος, Ἀθανάσιος πρεσβύτερος, Ἀμμύντιος, πρεσβύτερος, Πιστὸς πρεσβύτερος, Πλουτίων πρεσβύτερος, Διόσκορος πρεσβύτερος, Ἀπολλώνιος πρεσβύτερος, Σαραπίων πρεσβύτερος, Ἀμμώνιος πρεσβύτερος, Γάϊος πρεσβύτερος, Ῥῖνος πρεσβύτερος, Αἰθαλῆς πρεσβύτερος, Μαρκελλῖνος διάκονος, Ἀππιανὸς διάκονος, Θέων διάκονος, Τιμόθεος διάκονος, καὶ Τιμόθεος ἄλλος διάκονος.

EPISTOLA SIVE LIBELLUS Mareoticorum clericorum in causa Athanasii præfectis oblatus.

Flavio Philagrio; & Flavio Palladio ducenario palatino Curioso, & Flavio Antonino commeatuum præfecto centenario, dominorum meorum illustrissimorum præfectorum sacri prætorii, presbyteri & diaconi Mareotici ex regione & nomo, cujus episcopatum gerit reverendissimus Athanasius, hæc vobis cum subscriptione nostra pro testimonio porrigimus.

QUONIAM Theognius, Mares, Macedonius, Theodorus, item Ursacius & Valens missi ab episcopis qui Tyri in concilium coierant; ad nostram parœciam profecti, dixere sese in mandatis habere, ut inquirerent in quædam ecclesiastica facinora, & inter cetera de calice confracto, cum jam antea ad id Ischyram quemdam subornassent, quem secum adduxerunt, hominem minime presbyterum, tametsi eo se nomine jactitet, quippe ordinatum a Collutho quodam, non vero sed imaginario episcopo, cui in generali concilio ab Osio & a ceteris episcopis qui una aderant jussum fuit, ut se pro presbytero, qualis antea fuerat, haberet, atque ideo omnes ab illo constitutos in veterem suum ordinem recurrisse, inter quos etiam Ischyras numerandus est, qui dicit se eam ecclesiam habere, quæ nunquam fuit, quippe quæ domuncula sit in prædiis cujusdam pupilli nomine Isionis: ea res in causa est, ut hoc testimonio utendum putaremus, vos religiose adjurantes per omnipotentem Deum, & per dominos nostros Constantinum Augustum, & liberos ejus illustrissimos Cæsares, ut hæc in cognitionem eorum pietatis referatis. Non enim Ischyras presbyter est catholicæ ecclesiæ, neque ecclesiam habet, neque unquam calix confractus est, sed hæc omnia falsa & conficta sunt, consulibus Iulio Constantio illustrissimo patricio fratre religiosissimi Constantini Augusti, & Rufino Albino, clarissimis & Deo gratissimis.

Φλαβίῳ Φιλαγρίῳ, καὶ Φλαβίῳ Παλλαδίῳ Δουκιναρίῳ, Παλατίνῳ Κουριώσῳ, καὶ Φλαβίῳ Ἀντωνίνῳ βιάρχῳ κεντηναρίῳ τῶν κυρίων μου τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου, παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων τοῦ Μαρεώτου, νόμου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ὑπὸ τὸν αἰδεσιμώτατον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον, διὰ τῶν ἑξῆς ὑπογραφόντων, τάδε μαρτυρούμενοι ἐπιδίδομεν.

Ἐπειδὴ Θεόγνιος, καὶ Μάρις, καὶ Μακεδόνιος, καὶ Θεόδωρος καὶ Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, ὡς ἀποσταλέντες ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν συνελθόντων ἐν τῇ Τύρῳ, ἀπήντησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ παροικίᾳ, φάσκοντες ἐντολὰς εἰληφέναι ὡς ζητῆσαί τινα ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἐν οἷς ἔλεγον καὶ περὶ ποτηρίου κυριακοῦ κεκλασμένου, ὑποβληθέντος αὐτοῖς ὑπὸ Ἰσχύρα, ὃν ἤγαγον μεθ' ἑαυτῶν, λέγοντος ἑαυτὸν εἶναι πρεσβύτερον, ὃς οὐκ ἔστι πρεσβύτερος. ὑπὸ γὰρ Κολλούθου τοῦ πρεσβυτέρου φαντασθέντος

ANNO CHRISTI 335.

ταθέντος ἐπισκοπὴν, καὶ ὕστερον ὑπὸ κοινῆς συνόδου Ὁσίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων κελευσθέντος πρεσβυτέρου εἶναι καθὸ καὶ πρότερον ἦν, κατεστάθη, καὶ κατὰ ἀκολουθίαν πάντες οἱ ὑπὸ Κολλούθου καταστάθεντες, ἀνέδραμον εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, εἰς ὃν καὶ πρότερον ἦσαν, ὡς καὶ αὐτὸς Ἰσχύρας λαϊκὸς ὤφθη, ἣν τε λέγει ἔχειν ἐκκλησίαν, μηδὲ πώποτε ἐκκλησίαν γεγενῆσθαι, ἀλλ' οἰκητικὸν οἰκημάτιον μικρὸν ὀρφανοῦ παιδίου, Ἰσίωνος τοὔνομα, καὶ διὰ τοι τοῦτο, τῇ δὲ τῇ μαρτυρίᾳ ἐχρησάμεθα, ἐφορκίζοντές σε κατὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ κατὰ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου, καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων Καισάρων παίδων αὐτοῦ, ταῦτα αὐτὰ εἰς γνῶσιν ἀνενεγκεῖν τῇ εὐσεβείᾳ αὐτῶν. οὔτε γὰρ πρεσβύτερός ἐστι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οὔτε ἐκκλησίαν ἔχει, οὔτε πώποτε ποτήριον ἐκλάσθη, ἀλλὰ πάντα ψεύδεται καὶ πλάττεται. Ὑπατείᾳ Ἰουλίου Κωνσταντίνου τοῦ λαμπροτάτου πατρικίου, ἀδελφοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου, καὶ Ῥουφίνου Ἀλβίνου τῶν λαμπροτάτων, Θὼθ δεκάτῃ.

EPISTOLA SIVE LIBELLVS Mareoticorum ad synodum pro Athanasio.

Sanctæ synodo beatorum episcoporum catholicæ ecclesiæ, Mareotici omnes & presbyteri & diaconi in domino salutem plurimam dicunt.

Prov. 19.

Nos nequaquam ignari hujus scripturæ, quæ ita dicit: *Quod viderunt oculi tui loquere*: & item illud: Quod *falsus testis impunitus non erit*: ea quę vidimus testanda arbitramur, & potissimum, quia testimonium hoc nostrum necessarium reddidit conspiratio adversus Athanasium episcopum nostrum inita. Admiramur autem, quomodo vel ulla tandem ratione Ischyras pro ecclesiastico habeatur; de qua re primum nobis referendum arbitramur. Ischyras enim nunquam ex sacris ecclesiæ comministris fuit, sed primum jactavit se Colluthi presbyterum; verum ita ut neminem haberet qui ipsi crederet, exceptis dumtaxat cognatis suis, ut qui nec unquam ecclesiam obtinuerit, nec clericus ab ullis, nisi qui longius ab illius pago habitarent, unquam sit creditus, solis dumtaxat ejus cognatis exceptis. Idemque cum talem sibi titulum vindicasset, in Alexandrina synodo in præsentia patris nostri Osii depositus est, & cum laicis in ordinem redactus, atque in eo statu reliquum jam inde tempus permansit: ad istum igitur modum inanis illius fama presbyterii excussa est: nam de moribus ejus loqui supervacaneum, cum ii ab omnibus sciri possint. Ceterum quia calumniam impegit nostro episcopo Athanasio de colliso calice, & mensa subversa, de his necessum est ut verba faciam. Ante omnia dicimus, illum nullam unquam ecclesiam in Mareote habuisse, qua in re Deum testem facimus, neque calicem ullum confractum esse, neque mensam a nostro episcopo Athanasio, neque a quoquam aliorum qui cum illo degunt, eversam esse; nihilque in istis verbis esse, nisi calumniam. Et ista quidem ut conscii pro testimonio loquimur, ut pote qui nec longis finibus ab episcopo distamus, & comites ei in lustranda Mareote adhæsimus. Nunquam enim ille solus visitandi causa itinera obire solet, sed comites secum trahere presbyteros, & diaconos, & non paucos ex plebe: & quia illi per omnia itinera comites fuimus, quo tempore ad nos accessit; ideo hæc vobis pro testimonio dicimus, nec poculum confractum esse, nec mensam subversam, sed omnia Ischyram mentiri, quod & ipse sua manu testatum confitetur.

Nam cum ille post defectionem ad Meletianos nobis reconciliari & conjungi vellet, quemadmodum & Pistus, qui ipse quoque talia de Athanasio in vulgus sparserat; neutrum tamen, quamquam propria manu testarentur nihil tale factum esse, & se subornatos a certis hominibus, ut talia dicerent, recipere voluerunt. Ac proinde * Theognium, Theodorum, & Marim, & Macedonium, Vrsacium, & Valentem in Mareoten profectos, nulla documenta reatus deprehendere potuisse. Verum cum res eo tenderet, ut illorum sycophantia in Athanasium in apertum proditura videretur, Theognius inimicus Athanasio cognatos suos & quosdam Arianos ita instituit, ut quæ ipse vellet pro testimonio loquerentur. Nemo enim ex populo quidquam contra Athanasium locutus fuisset, nisi errore Philagrii Ægypti præfecti, importunitateque Arianorum vehementer instantium, victi coactique essent ad ea facienda quæ ipsis liberet. Siquidem nos ad calumnias refutandas eo venientes non admiserunt; nobisque rejectis, eos quos idoneos putaverunt ad calumniam instruendam receperunt, qui metu Philagrii præfecti in partes eorum concesserunt: atque ideo nimirum erat, quod nos summotos volebant; ne scilicet subornatos ab ipsis criminatores aut ecclesiasticos non esse, aut si essent, Arianos esse doceremus. Scitis autem dilecti fratres, in sacris literis præcipi, non valere inimicorum testimonia. Ceterum a vobis vera dici attestatur manus ipsa Ischyræ, attestantur quoque ipsorum facta, qui nobis nihil istiusmodi criminum conscii, præsidio Philagrii, & armorum terrore ea confecere quæ voluerunt. Hæc ut coram Deo testamur, hæc ut certi de futuro Dei judicio loquimur. Nostra quidem voluntas fuit huc excurrendi; sed tamen in eo acquievimus, ut nonnulli ex nostris istuc venirent cum literis nostrorum, qui hic remanserunt; ut ita eorum vicem absentiamque sustinerent & compensarent. Ingenuus presbyter vos valere in domino opto, dilecti fratres, Theon presbyter, Ammonius presbyter, Heraclius presbyter, Boccon presbyter, Tryphon presbyter, Petrus presbyter, Hierax presbyter, Serapion presbyter, Marcus presbyter, Pollarion presbyter, Caius presbyter, Dioscorus presbyter, Demetrius presbyter, Thyrsus presbyter. Diaconi, Pistus diaconus, Apollos diaconus, Serras diaconus, Pistus diaconus, Polynicus diaconus, Ammonius diaconus, Maurus diaconus, Ephæstus diaconus, Apollos diaconus, Metopas diaconus, Apollos diaconus, Serapas diaconus, Melipthongus diaconus, Lucius diaconus, Gregoras diaconus.

ANNO CHRISTI 335.

* Theo[gnium] dem

Legator[um] fraudes teguntur

Testes mendici atque coacti.

το, τοὺς γὰρ ἐξ αὐτῶν ὑποπτευομένους, ἀποστεῖλαι ἠθέλησαν εἰς τὸν Μαρεώτην, ἵνα ἀπόντων ἡμῶν καὶ ἐνταῦθα μενόντων, τοὺς λαοὺς ταράξωσιν, ἃ δὲ βούλονται, διαπράξωνται. εἶδον γὰρ ὅτι οἱ Ἀρσενιανῖται καὶ Κολλουθιανοὶ, καὶ Μελιτιανοὶ, ἐχθροὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἰσὶ, διὰ τοῦτο ἐσπούδασαν ἀποστεῖλαι τούτους, ἵνα παρόντων ἐχθρῶν, κατασκευάσωσι, καθ' ἡμῶν ἃ βούλονται, καὶ γὰρ οἱ ἐνταῦθα τῶν Μελιτιανῶν, ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν τινὰς, καὶ πρὸ τεσσάρων μὲν ἡμερῶν, ὥσπερ εἰδότες τοῦτο τὸ σκέμμα γινόμενον ἔσεσθαι, καὶ ἑσπέραν δὲ βιβλιδαρίους πρὸς τὸ καὶ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου Μελιτιανοὺς συναγαγεῖν εἰς τὴν Μαρεώτην, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκεῖ μηδένα καθόλου, καὶ Κολλουθιανοὺς, καὶ Ἀρσενίτας ἀπὸ ἄλλων τόπων, καὶ κατασκευάσαι καθ' ἡμῶν αὐτοὺς λέγειν. οἴδατε γὰρ καὶ ὑμεῖς, ὅτι αὐτὸς Ἰσχύρας ὡμολόγησεν ἐφ' ὑμῶν, οὐ πλέον ἑπτὰ συναγομένων ἔχειν. ἐπεὶ οὖν μετὰ τὸ αὐτοὺς κατασκευάσαι ὅπερ βούλονται, καὶ ἀποστεῖλαι τοὺς ὑπόπτους, ἠκούσαμεν, ὅτι καθ' ἕκαστον ὑμῶν περιερχόμενοι ἀπαιτοῦσιν ὑπογραφὴν, πρὸς τὸ δοκεῖν τῇ πάντων ὑμῶν σκέψει γεγενῆσθαι, τούτου ἕνεκεν γράψαι ὑμῖν ἠπείχθημεν, καὶ ἐπιδοῦναι τόδε τὸ μαρτύριον. μαρτυρούμενοι μὲν ὅτι συσκευαζόμεθα καὶ πάσχομεν ὑπ' αὐτῶν καὶ δι' αὐτῶν ἐπιβουλὴν, ἀξιοῦντες δὲ ὅπως ἐν νῷ λαβόντες τὸν Θεοῦ φόβον, καὶ καταγνόντες ὅτι χωρὶς ἡμῶν ἀπέστειλαν οὓς ἠθέλησαν, μὴ ὑπογράψητε, ἵνα μὴ ἅπερ αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς κατασκευάζουσι, ταῦτα ὡς παρ' ὑμῶν γινόμενα λέγωσι, καὶ γὰρ πρέπει τοῖς ἐν Χριστῷ ἀνθρώποις, μὴ εἰς ἀνθρώπινα βλέπειν, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν πάντων ὑποκείμενην, καὶ μήτε ἀπειλὴν, ἣν χρῶνται πρὸς πάντας, μήτε συσκευὴν φοβηθῆτε, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν Θεόν. ἔδει γὰρ εἴπερ ἦν ὅλως ἀκόλουθον εἰς τὴν Μαρεώτην ἀποσταλῆναι, καὶ ἡμᾶς συμπαρεῖναι, ἵνα τοὺς μὲν ἐχθροὺς τῆς ἐκκλησίας ἐλέγξωμεν, τοὺς δὲ ξένους ἀποδείξωμεν, καὶ καθαρὰ τοῦ πράγματος ἡ ἔρευνα γένηται. οἴδατε γὰρ ὅτι οἱ περὶ Εὐσέβιον ἐκάκυσαν ἐπιστολὴν ἐπιδοθῆναι, ὡς ἀπὸ Κολλουθιανῶν καὶ Μελιτιανῶν καὶ Ἀρσανιανῶν, γραφεῖσαν καθ' ἡμῶν, καὶ δῆλον ὅτι αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας οὐδὲν ἀληθὲς περὶ ἡμῶν, ἀλλὰ πάντα καθ' ἡμῶν λέγουσιν. ὁ δὲ νόμος τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἐχθρὸν μάρτυρα, οὔτε κριτὴν εἶναι βούλεται. λοιπὸν ὡς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως λόγον μέλλοντες διδόναι, λαβόντες τὸ μαρτύριον τοῦτο, καὶ γνόντες συσκευὴν τὴν καθ' ἡμῶν γινομένην, παρακληθέντες φυλάξασθε μηδέν τι καθ' ἡμῶν πρᾶξαι, μὴ δὲ συναρπασθῆναι τῇ τῶν περὶ Εὐσέβιον σκέψει. καὶ γὰρ πάλιν οἴδατε ὡς προείπομεν, ὡς ἐχθροί εἰσιν ἡμῶν, καὶ διά τι Εὐσέβιος ὁ τῆς Καισαρείας, ἐχθρὸς γέγονεν ἀπὸ πέρυσιν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα κύριοι ποθεινότατοι.

Ἀδαμάντιος ἐπίσκοπος ἐπιδέδωκα, Ἰσχύρας, Ἄμμων, Πέτρος, Ἀμμωνιανὸς, Τύραννος, Ταυρῖνος, Σαραπάμμων, Αἰλουρίων, Ἁρποκρατίων, Μωσῆς, Ὀπτάτος, Ἀνουβίων, Σαπρίων, Ἀπολλώνιος, Ἰσχυρίων, Ἀρβαιθίων, Ποτάμων, Παφνούτιος, Ἡρακλείδης, Θεόδωρος, Ἀγαθάμμων, Γαΐος, Πιστὸς, Ἀθὰς, Νίκων, Πελάγιος, Θέων, Πανινούθιος, Νόννος, Ἀρίστων, Θεόδωρος, Εἰρηναῖος, Βλαστάμμων, Φίλιππος, Ἀπολλῶς, Διόσκορος, Τιμόθεος, Διοσπόλεως, Μακάριος, Ἡρακλάμμων, Κρόνιος, Μοῦις, Ἰάκωβος, Ἀρίστων, Ἀρτεμίδωρος, Φινεὲς, Ψαῒς, Ἡρακλείδης.

ANNO CHRISTI 335.

EPISTOLA SIVE LIBELLVS contestatorius Dionysio comiti oblatus ab iisdem quadraginta septem episcopis catholicæ ecclesiæ.

Episcopi qui Tyri convenerunt ex parte catholicæ ecclesiæ, Flavio Dionysio comiti illustrissimo.

CVM multarum videremus calumniarum consarcinationem, & ex consarcinationibus insidias Eusebii, Narcissi, Flacilli, Theognii, * Maris, Theodori, & Patrophili adversum nos; quos quia principio detrectantes rejicere non licuit, necessario ad hanc protestationem devenimus: præsertim cum animadvertamus, multa ad gratiam Meletianorum, multa rursus ad insidias catholicæ ecclesiæ, sub nostris criminibus agitari: necessario ob id quoque libellum hunc tibi porrigimus, cum multis obsecrationibus, ut Dei metu in animo servato, qui imperium augustissimi & pientissimi imperatoris Constantini tuetur, cognitionem causarum nostrarum ipsi augustissimo imperatori reserves. Æquum est enim te ab imperatore missum, negotium hoc integrum imperatori retinere. Quandoquidem tolerare non possumus compositas istas calumnias, quibus insidiose ab Eusebianis premimur: ideoque postulamus causam istam pientissimo & religiosissimo imperatori reservari, apud quem licebit & jura ecclesiæ & nostra proponere. Plane enim confidimus, ejus pietatem, cognitis nostris rationibus, nequaquam nos condemnaturam esse. Quapropter denuo te obtestamur adjuramusque per omnipotentem Deum (ita pientissimus imperator per multos annorum recursus cum liberis suæ pietatis valeat), ut nihil in hoc negotio deinceps facias, neque tibi indulgeas, ut quidquam contra nos in synodo commoveas; sed reserves rei cognitionem ejus pietati.

* Theognidis.

Φλαυΐῳ Διονυσίῳ, τῷ λαμπροτάτῳ κόμητι, οἱ ἐν Τύρῳ ἀπ' Αἰγύπτου ἐλθόντες ἐπίσκοποι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

ΠΟλλὰς ὁρῶντες συσκευὰς καθ' ἡμῶν γινομένας, καὶ ἐπιβουλὰς, συσκευῆς, τῶν περὶ Εὐσέβιον καὶ Νάρκισσον, καὶ Φλάκιλλον, καὶ Θεόγνιον, καὶ Μάριν, καὶ Θεόδωρον, καὶ Πατρόφιλον, οὓς κατὰ τὴν ἀρχὴν θελήσαντες παραιτήσασθαι, οὐκ ἐπετράπημεν, ἀνάγκην ἔχομεν, ἐπὶ τὴν δὲ τὴν διαμαρτυρίαν ἐλθεῖν. καὶ γὰρ πολλὴν ὑπὲρ Μελιτιανῶν ὁρῶμεν σπουδὴν γινομένην, κατὰ δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δι' ἡμῶν ἐπιβουλήν. ὅθεν ἐπιδίδομέν σοι τήνδε τὴν ἐπιστολὴν, ἀξιοῦντες ἐν νῷ σε λαβεῖν τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα, τὸν τὴν βασιλείαν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου διαφυλάττοντα, τηρῆσαι τὴν ἀκρόασιν τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, αὐτῷ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ. καὶ γὰρ εὔλογον ἀποσταλέντα σε παρὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, αὐτῷ τηρῆσαι τὸ πρᾶγμα. οὐκέτι γὰρ φέρομεν συσκευαζόμενοι καὶ ἐπιβουλευόμενοι διὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, τῶν προειρημένων, καὶ διὰ τοῦτο τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ τηρηθῆναι τὸ πρᾶγμα ἀξιοῦμεν, παρ' ᾧ δυνάμεθα καὶ τὰ δίκαια τῆς ἐκκλησίας καὶ ἑαυτῶν παραιτεῖσθαι. πιστεύομεν γὰρ

ὅτι

ANNO CHRISTI 335.

ὅτι ἡ εὐσέβεια αὐτοῦ ἀκούσασα, οὐ καταγνώσεται ἡμῶν, καὶ πάλιν οὖν ὁρκίζομέν σε τὸν παντοκράτορα Θεόν. οὕτω τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα ἀεὶ εἰς πολλὰς ἐτῶν περιόδους νικῶντα καὶ ὑγιαίνοντα μετὰ τῶν παίδων τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ, μηδὲν πλέον πρᾶξαι, μὴ δὲ ἐπιτρέψαι τι σεαυτῷ ἐν τῇ συνόδῳ κινῆσαι περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, ἀλλὰ τηρῆσαι τῇ εὐσεβείᾳ αὐτοῦ τὴν ἀκρόασιν, περὶ δὲ τῶν αὐτῶν, καὶ τοῖς κυρίοις μου ἐπισκόποις τοῖς ὀρθοδόξοις ἐδηλώσαμεν.

EPISTOLA SIVE LIBELLUS contestatorius ab Alexandro Thessalonicensi episcopo oblatus Dionysio comiti.

Domino suo Dionysio Alexander episcopus Thessalonicensis.

CLARE video Athanasio calumnias strui: omnes enim quos recusavit, nescio quo pacto, illi emittere voluerunt, nullo nobis ejus rei indicio facto. Erat enim decretum, ut consultatio haberetur, quosnam eo amandare oporteret. Consule igitur illis, ne quid temere faciant. Venerunt enim ad me turbidi cum his verbis: Belluas inhorruisse, & in proximo esse ut exiliant, eo quod sonitu strepituque consternatæ sint, audierintque Ioannem nonnullos emisisse. Vide ergo ne antevertant, & ita ut velint sutelas faciant. Nostri porro Colluthianos una cum Arianis & Meletianis hostes ecclesiæ esse. Isti nunc inter se animo calculisque consociati ingentia mala patrare possunt. Vide igitur quid utile sit, ne quid triste emergat, ne subjiciamur obtrectationi, quasi qui nequaquam juste judicaverimus. Ea autem de illis potissimum suspicio est, ne peragratis ecclesiis, quarum episcopi hic sunt, per metum & vim totam Ægyptum perturbent, ut ita Meletianis ecclesiæ tradantur; quod quidem, agitari jampridem animadversum est.

Τῷ δεσπότῃ μου Διονυσίῳ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος.

ΦΑνερὰν ὁρῶ κατὰ Ἀθανασίου συσκευὴν γινομένην· πάντας γὰρ οὓς παρῃτήσατο, οὐκ οἶδά τι πεπονθότες, ἀποστεῖλαι ἠθέλησαν, μὴ δὲ σημάναντες ἡμῖν. ἦν γὰρ δόξαν κατὰ τὸ αὐτὸ σκέψασθαι, τίνας δέοι ἀποστεῖλαι. συμβούλευσον οὖν μή τι προπετὲς γένηται. ἐληλύθασι γὰρ πρός με τεθορυβημένοι, λέγοντες ἤδη τὰ θηρία ἐσφεῖχθαι καὶ μέλλειν ἐξορμᾶν. περιηχήθησαν γὰρ ὡς Ἰωάννου τινὰς ἀποστείλαντος, μὴ προλαβόντες κατέλυσαν ὡς ἂν ἐθέλοιεν. οἶδας γὰρ ὅτι καὶ Κολλουθιανοὶ τῆς ἐκκλησίας ἐχθροὶ ὄντες, καὶ Ἀρειανοί, καὶ Μελιτιανοί, οὗτοι πάντες ἀλλήλοις σύμψηφοι γινόμενοι, δύνανται μεγάλα κακὰ ἐργάσασθαι. σκέψαι οὖν τί συμφέρον, ἵνα μὴ ἀνακύψῃ τι σκυθρωπόν. καὶ αἰτίᾳ ὑποβληθῶμεν ὡς οὐ κατὰ τὸ δίκαιον κρίναντες, κἀκεῖνοι μάλιστα ὑφορῶνται μὴ διοδεύοντες τὰς ἐκκλησίας ὧν οἱ ἐπίσκοποι εἰσιν. ἐνταῦθα φόβον ἐμποιήσαντες, ταράξωσι πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, ὡς τοῖς Μελιτιανοῖς παραδοθέντες. ἐν τῷ πλείστου γὰρ τοῦτο συνορῶσι γινόμενον.

EPISTOLA DIONYSII COMITIS ad Eusebianos.

HÆC ipsa erant quæ dicebam domino meo Flacillo: Athanasius insurget, dicetque quos ipse ejecerat, eos ad istud negotium submitti; seque injuria tractari & circumveniri vociferabitur. Hæc quoque eadem illa sunt quæ dominus animæ meæ Alexander suis epistolis mihi significavit. Verum ut sciretis ratione constare quæ mihi illius humanitate perscripta sunt, ipsius epistolam, ut a vobis quoque legeretur, subjeci. Memores autem estis eorum quæ prius scripsi, cum admonerem vestram bonitatem, legatos communi judicio & suffragio deligendos esse. Videte igitur ne res ista culpæ obnoxia sit, neve justam obtrectandi nostri occasionem criminatoribus præbeamus. Ut enim accusantium partem gravari non oportet, ita neque reorum. Arbitror porro non minimam nostri obtrectandi materiam datum iri, si dominus meus Alexander actis nostris non videatur suffragari.

ANNO CHRISTI 345.

Πρὸς ταῦτα Διονύσιος ὁ κόμης ἔγραψε τοῖς περὶ Εὐσέβιον ταῦτα.

ΤΑῦτα ἦν ἃ νῦν διελεγόμην τοῖς κυρίοις μου τοῖς περὶ Φλάκιλλον, ὅτι Ἀθανάσιος ἐπιστὰς, ᾐτιάσατο οὓς παρῃτησάμην, λέγων, τούτους ἀποστέλλεσθαι, καὶ βοῶν ὡς ἀδικούμενος καὶ περιγραφόμενος. ταῦτα καὶ ὁ κύριός μου τῆς ψυχῆς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλε. καὶ ἵνα γνῶτε ὅτι κατὰ λόγον ἔχει τὰ γραφέντα μοι παρὰ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, ὑπέταξα αὐτά. ἀναγνωσθησόμενα ὑμῖν, μέμνησθε δὲ καὶ τῶν ἄνωθεν παρ' ἐμοῦ γραφέντων. ἐπέστειλα γὰρ ὑμῶν τῇ χρηστότητι κύριοι, ὅτι χρὴ τοὺς ἀποστελλομένους, κοινῇ κρίσει καὶ δόγματι ἀποστέλλεσθαι. ὁρᾶτε τοίνυν μὴ ἔγκλημά τι ὑποπέσῃ τὰ γινόμενα, μὴ δὲ δικαίας μέμψεως ἀφορμὴν τοῖς βουλομένοις ἡμᾶς αἰτιάσασθαι δῶμεν. ὥσπερ γὰρ βαρεῖσθαι τὸ μέρος τῶν κατηγόρων οὐ προσήκει, οὕτως οὐδὲ τὸ τῶν φευγόντων. νομίζω δὲ οὐ μικρὰν εἶναι ἀφορμὴν καθ' ἡμῶν μέμψεως, ὅταν φαίνηται ὁ κύριός μου Ἀλέξανδρος, μὴ συναινῶν τοῖς πραττομένοις.

EPISTOLA SIVE LIBELLUS contestatorius clericorum Alexandrinorum perfidis inquisitoribus & legatis pro Athanasio oblatus.

**Theognio, Mari, Macedonio, Theodoro, Ursacio, & Valenti episcopis e Tyro profectis, presbyteri & diaconi sub reverendissimo episcopo Athanasio catholicæ ecclesiæ Alexandriæ.*

* Theognidi.

DECUIT in primis, cum huc veniebatis cum ipso accusatore, adducere quoque vobiscum presbyterum Macarium. Ita enim judicia constitui debent secundum sacram scripturam, ut reus & accusator simul appareant. Postquam auté nec Macarium adduxistis, neque reverendissimus episcopus noster Athanasius ad judicium receptus est, postulavimus ut saltem nobis interesse liceret; ut nobis præsentibus certa inquisitio haberi posset, ut ad istum modum rebus actis, jure fidem vestris judiciis haberemus. Verum & hoc nobis pernegatum, & soli cum præfecto Ægypti una cum accusatore id agitis quod libet. Profitemur igitur nos videre in vestris actis malitiæ suspicionem, animadvertimusque vestrum adventum nihil aliud in se habere, quam conspirationem & insidias: eaque de causa epistolam hanc vobis dedimus monumentum testimoniumque istius,

rei

ANNO CHRISTI 435.

Τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οἱ κατὰ Μαρεώτην πάντες πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Εἰδότες τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἃ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, λέγε, καὶ ὅτι μάρτυς ψευδὴς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, ἃ εἴδομεν μαρτυροῦμεν, μάλιστα ὅτι ἀναγκαίαν ἡμῶν ἐποίησεν εἶναι τὴν μαρτυρίαν, ἡ γενομένη συσκευὴ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἀθανασίου. Θαυμάζομεν γὰρ πῶς ὅλως Ἰσχύρας, καὶ εἰς μέτρον τῆς ἐκκλησίας ἐπεκλήθη, περὶ οὗ πρῶτον διηγήσασθαι ἀναγκαῖον ἡγούμεθα. B Ἰσχύρας οὐδέποτε λειτουργὸς τῆς ἐκκλησίας γέγονεν· ἀλλ' ἑαυτὸν μὲν πρὸ τούτου ἐφήμισε Κολλούθου πρεσβύτερον, οὐκ ἔχει δὲ τὸν πειθόμενον αὐτῷ, εἰ μὴ μόνον τοὺς συγγενεῖς ἑαυτοῦ, οὔτε γὰρ ἐκκλησίαν ἔσχε ποτὲ, οὔτε ὅλως κληρικὸς ἐνομίσθη παρὰ τοῖς ὀλίγον διεστῶσιν ἀπὸ τῆς κώμης αὐτοῦ, πλὴν μόνοις ὡς προείπομεν τοῖς συγγενέσιν ἑαυτοῦ. ἀλλὰ καὶ ὅμως τοιαύτην ἑαυτῷ προσηγορίαν ἐπιφημίσας, ἐπὶ τῆς συνόδου τῆς συγκροτηθείσης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ὁσίου, καθῃρέθη, καὶ λαϊκὸς συνήχθη, καὶ οὕτως ἔμεινε τὸν ἑξῆς χρόνον ἐκπεσὼν καὶ τῆς ψευδοῦς ὑπονοίας τοῦ πρεσβυτερίου. C περὶ γὰρ τῶν ἠθῶν αὐτοῦ, περιττὸν ἡγούμεθα λέγειν, δυναμένων πάντων εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴ δὲ περὶ κλάσεως ποτηρίου καὶ τραπέζης, ἐσυκοφάντησεν ἡμῶν τὸν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον καὶ περὶ τούτου διηγήσασθαι ὑμῖν ἀναγκαῖον ἠπείχθημεν, φθάσαντες γὰρ εἴπομεν ἐκκλησίαν αὐτὸν μηδέποτε ἐσχηκέναι ἐν τῷ Μαρεώτῃ, ὡς δὲ ἐπὶ Θεοῦ μάρτυρες, οὐδὲ ποτήριον κέκλασαι, οὐδὲ τράπεζα ἀνετράπη παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν, οὐδὲ παρ' ἄλλου τινὸς τῶν συνόντων αὐτῷ. ἀλλὰ πάντα ἐστὶ τὰ λεγόμενα συκοφαντία, καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐ μακρὰν τοῦ ἐπισκόπου ἀπόντος, πάντες γὰρ σὺν αὐτῷ ἐσμεν ὅταν περιοδεύῃ τὴν Μαρεώτην. D καὶ οὐδέποτε μόνος περιέρχεται, ἀλλὰ μετὰ πάντων ἡμῶν τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων καὶ λαῶν ἱκανῶν. διὸ καὶ ὡς συμπαρόντες αὐτῷ ἐν πάσῃ περιοδείᾳ ἣν πεποίηται πρὸς ἡμᾶς, ταῦτα λέγομεν καὶ μαρτυροῦμεν, ὅτι οὔτε ποτήριον κατέαγεν, οὔτε τράπεζα ἀνετράπη, ἀλλὰ πάντα ψεύδεται, ὡς καὶ αὐτὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ χειρὸς μαρτυρεῖ. θελήσαντα γὰρ αὐτὸν συναχθῆναι μετὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτὸν μετὰ Μελιτιανῶν, καὶ τοιαῦτα φημίσαι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἀθανασίου, οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, καίτοι γράψαντα καὶ ἰδίᾳ χειρὶ ὁμολογήσαντα, μηδὲν τούτων γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὑποβεβλῆσθαι ὑπό τινων ταῦτα εἰπεῖν. E διὸ καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ Θεόγνιον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Μάριν, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα, εἰς τὴν Μαρεώτην, οὐδὲν εὑρόντες ἀληθές. ἀλλὰ μέλλοντος τοῦ πράγματος ἐλέγχεσθαι, ὅτι συκοφαντίαν εἰργάσαντο κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἀθανασίου, αὐτοὶ οἱ περὶ Θεόγνιον ἐχθροὶ τυγχάνοντες, τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καί τινας Ἀρειομανίτας πεποιήκασιν εἰπεῖν, ἅπερ ἤθελον. οὐ γάρ τις τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου εἴρηκεν, ἀλλ' αὐτοὶ τῷ φόβῳ τοῦ ἐπάρχου τῆς Αἰγύπτου Φιλαγρίου, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ τῇ προστασίᾳ τῶν Ἀρειομανιτῶν, ἅπερ ἐθέλησαν πεποιήκασι. καὶ γὰρ ἐλθόντας ἡμᾶς ἐλέγξαι τὴν συκοφαντίαν, οὐκ ἐπέ-

A τρεψαν, ἀλλ' ἀπέρριπτον μὲν ἡμᾶς, οὓς δὲ ἤθελον συσκευαζόμενοι, προσεδέχοντο, καὶ συνετίθεντο αὐτοῖς διὰ τὸν φόβον τοῦ ἐπάρχου Φιλαγρίου, δι' ὃν, οὔτε παρεῖναι ἡμᾶς ἐπέτρεψαν, ἵνα καὶ τοὺς ὑποβαλλομένους ὑπ' αὐτῶν δυνηθῶμεν ἐλέγξαι εἰ τῆς ἐκκλησίας εἰσὶν, ἢ Ἀρειομανῖται. οἴδατε γὰρ ἀγαπητοὶ πατέρες καὶ ὑμεῖς ὡς διδάσκετε ἡμᾶς ὅτι ἐχθρῶν οὐκ ἰσχύει μαρτυρία. καὶ ὅτι μὲν ἀληθεύομεν, μαρτυρεῖ μὲν καὶ ἡ χεὶρ Ἰσχύρα, μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ πράγματα αὐτὰ, ὅτι ἡμῶν μὲν μηδὲν συνειδότων, τοιοῦτόν τι γεγενῆσθαι, Φιλάγριον παρέλαβον μεθ' ἑαυτῶν, ἵνα τῷ φόβῳ τοῦ ξίφους καὶ ταῖς B ἀπειλαῖς, ἃ βούλονται συσκευάσωνται. ταῦτα ὡς ἐπὶ Θεοῦ μαρτυροῦμεν, ταῦτα ὡς εἰδότες καὶ ἐσομένην κρίσιν παρὰ Θεοῦ λέγομεν, θέλοντες μὲν ἐλθεῖν πάντες πρὸς ὑμᾶς, ἀρκεσθέντες δὲ τοῖς ἐξ ἡμῶν, ἵνα τὰ γράμματα τὴν τῶν μὴ παραγενομένων παρουσίαν ἀποπληρώσῃ. Ἰγγένιος πρεσβύτερος ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι ἐν κυρίῳ ἀγαπητοὶ πατέρες, Θέων πρεσβύτερος, Ἀμμωνᾶς πρεσβύτερος, Ἡράκλειος πρεσβύτερος, Βόκκων πρεσβύτερος, Τρύφων πρεσβύτερος, Πέτρος πρεσβύτερος, Ἱέραξ πρεσβύτερος, Σαραπίων πρεσβύτερος, Μάρκος πρεσβύτερος, Πτολλαρίων C πρεσβύτερος, Γάϊος πρεσβύτερος, Διόσκορος πρεσβύτερος, Δημήτριος πρεσβύτερος, Θύρσος πρεσβύτερος. Διάκονοι, Πιστὸς διάκονος, Ἀπολλῶς διάκονος, Σερρᾶς διάκονος, Πιστὸς διάκονος, Πολυνίκος διάκονος, Ἀμμώνιος διάκονος, Μαῦρος διάκονος, Ἥφαιστος διάκονος, Ἀπολλῶς διάκονος, Μετωπᾶς διάκονος, Ἀπολλῶς διάκονος, Σεραπᾶς διάκονος, Μελίφθογγος διάκονος, Λούκιος διάκονος, Γρηγορᾶς διάκονος.

[a] CONCILIVM HIEROSOLYMITANVM

[b] EVSEBIANORVM

D [c] In causa Arii restituendi, [d] anno CCCXXXV. celebratum.

[a] *Concilium.*] Eusebiani persuaserant Constantino Arium de fide orthodoxa recte & catholice sentire. Cum igitur episcopi iidem qui Tyri fuerant ad dedicandam ecclesiam ab imperatore recens erectam convenissent, vocatum ad se Arium cum sua quam obtulerat fidei confessione ambigua, & in specie catholica, ad episcopos Hierosolymis congregatos remittit; mandans ut illi confessioné oblatam examinent, & si Arius recte sentiret ac crederet, probarent, eumque non tantùm reciperent, sed etiam Ale- E xandrinam ecclesiam & urbem, a cujus aditu jussu Nicæni concilii abstinere debebat, ipsi restituerent. Peracta igitur templi dedicatione, cœtuque dimisso, convenientes Arium, ejusdem fidem probant, recipiunt, & Alexandriam restituunt. Quo eventu, infra dicemus in notis ad vitam Marci & concilii Constantinopolitani. Hæc ex Athanasio apol. 2. & de synod. & ex epistola synodali hujus conciliabuli huc translata. Ex Socrate lib. 1. cap. 9. Sozom. lib. 2. cap. 26.

Qui & quales episcopi interfuerint.

[b] *Eusebianorum.*] Quamquam magni nominis orthodoxi episcopi ad dedicationem basilicæ convocati fuerint, eique Alexander antistes Thessalonicensis, & Milles Persidis episcopus, & in persecutione ibidem adversus Christianos excitata

Conciliabuli causa tempus & locus.

ANNO CHRISTI 335.

excitata martyr, præsto adfuerint; tamen ille conventus, quo Arii confessio approbata, ipsiusque restitutio confirmata est, Eusebianorum potius conciliabulum quam legitima synodus æstimari debet. Hanc enim rem seorsim ab orthodoxis ipsi soli, vel saltem post catholicorum discessum egerunt. Hoc est quod Athanasius apol. 2. *Nec verentur in dictis suis affirmare recte sentire, quos universum orbis concilium anathemate damnavit: neque timuerunt tam præclaram synodum*, nempe Nicænam, *quantum in ipsis est, in angulis demoliri, homines quidvis temere dicentes & facientes*. Dubium igitur non est quin, peracta templi dedicatione, cœtuque dimisso, ipsi tantum Eusebiani relicti convenerint, Ariique fidem probarint, ac tum ipsum, tum alios recipiendos esse statuerint. Sic enim orthodoxi episcopi simul ea de causa coivissent, aliquis haud dubie catholicus, illam fidei professionem, qua verbum *consubstantiale* ad Arianam hæresim restaurandam fraudulenter omissum & suppressum erat, tamquam Nicænæ fidei contrariam & inimicam rejecisset, deque vi illata cunctas catholicorum ecclesias monuisset. Cur Eusebius lib. 4. vitæ Constantini cap. 47. hoc conciliabulum suorum asseclarum tantopere ostentarit, illudque Nicæno concilio fere exæquarit, nemo prudens non intelligit ideo factum, ut Arii confessio hic probata, Arianorum restitutio hic decreta majorem fidem sibi vendicaret. Vide Baronium anno 335. num. 42. 46. 54. &c.

Causa conciliabuli.

[c] *In causa Arii restituendi.*] Alexandrinæ ecclesiæ & urbi nimirum. Qui enim in concilio Nicæno palinodiam recantaverat, hac conditione receptus fuerat, ut Alexandriam redire non posset, ut constat ex Hieronymo adversus Luciferianos. Eusebiani eumdem quidem per literas imperatorias revocare conati sunt, sed Athanasio obtinente, adeoque has omnes turbas ac molitiones in se concitante, frustrati nihil hactenus obtinuerunt, ut patet ex Athanasio de synodis, & ex iis quæ infra in notis ad concilium Constantinopolitanum sub Marco, ubi dicemus, non statim quam ab Eusebianis Arius Hierosolymis receptus fuit, de ejusdem restitutione actum esse, sed tum demum id fuisse tentatum, cum Eusebiani Constantinopolim profecti, nova calumnia excogitata, novisque testibus adductis, Athanasius non auditus, imperatoris sententia relegatus fuit. De causa Marcelli episcopi Ancyrani in Galatia, & Asterii Cappadocis, quam Socrates lib. 1. cap. 24. hoc conventu tractatam, & in concilio Constantinopolitano repetitam fuisse scribit, ibidem agemus.

Quo tempore habitum fuerit.

[d] *Anno 335.* Eusebius prædicto loco ait: *Nicænus triumphi nomine vicesimo imperii anno constitutus in urbe Nicæa* νίκην *id est, præclaram de hostibus victoriam reportabat: hic vero Hierosolymitanus tricesimum ejus imperii* (qui est Christi nati 335. vel 336.) *decorabat*, &c.

EPISTOLA CONSTANTINI honorifice Arium ad se accersentis.

IAMDUDUM tuæ gravitati significatum est, ut ad mea castra venires, quo posses nostro aspectu frui: unde vix satis mirari possumus, cur hoc abs te non extemplo factum fuerit. Iam igitur publico curru conscenso, nostra castra adire propera, ut nostram benignitatem & studium erga te expertus, in patriam redire queas. Deus te conservet, carissime. Data ad quintum Kalendas Decembris.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστός.

ΠΑλαι μὲν ἐδηλώθη τῇ στεῤῥότητί σου, ὅπως ἂν εἰς τὸ ἐμὸν στρατόπεδον ἀφίκοιο, ἵνα τῆς ἡμετέρας θέας ἀπολαῦσαι δυνηθείης. θαυμάζομεν δὲ σφόδρα, μὴ παραχρῆμα τοῦτο πεποιηκότα. διόπερ νῦν ἐπιβὰς ὀχήματος δημοσίου, εἰς τὸ ἡμέτερον στρατόπεδον ἀφικέσθαι ἐπείχθητι. ὅπως ἂν τῆς παρ' ἡμῶν εὐμενείας τε καὶ ἐπιμελείας τυχὼν, ἐπὶ τὴν πατρίδα ἀφικέσθαι δυνηθῇς. ὁ Θεός σε διαφυλάττοι ἀγαπητέ. ἐδόθη τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν δεκεμβρίων.

LIBELLVS FIDEI AB ARIO ET EVZOIO OBLATVS IMPERATORI Constantino.

Religiosissimo sanctissimoque domino nostro imperatori Constantino Arius & Euzojus.

NOS quidem, sicut singularis tua erga Deum pietas, domine imperator, in mandatis dedit, fidem nostram scriptis prodidimus, & & de Deo cum ipsi, tum ceteri qui nobiscum sunt, ita credere confitemur, ut sequitur:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in dominum Iesum Christum Filium ejus, ex ipso ante omnia sæcula genitum Deum Verbum, per quem omnia facta sunt, tum quæ in cælis, tum quæ in terris: qui descendit, & incarnatus est, & passus est, & resurrexit, & ascendit ad cælos, & iterum venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. In carnis resurrectionem. In vitam venturi sæculi. In regnum cælorum. In unam catholicam ecclesiam Dei, ab una orbis terrarum ora ad alteram usque se porrigentem.

Hanc fidem a sacrosanctis euangeliis accepimus, ipso domino suis discipulis dicente: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Si vero ista non credimus, sicut universa catholica ecclesia & scripturæ docent, quibus quidem omnino fidem adhibemus; judex noster Deus sit in præsentia, & in futuro judicio. Quapropter tuam pietatem obsecramus, imperator sanctissime, ut quoniam viri ecclesiastici sumus, & sensum tum ecclesiæ, tum sacrarum literarum tenemus, nos pro tua sanctimonia, quæ & pacem conciliat, & Deum auguste veneratur, controversiis omnibus & inanibus argutiis sublatis, matri nostræ ecclesiæ scilicet adjungas: uti & nos & ecclesia tranquille vitam degentes, inter nos mutuo pro pacato & pio regni tui statu, & pro universo hominum genere omnes communiter consuetas preces peragamus.

Matth.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ δεσπότῃ ἡμῶν βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, Ἄρειος καὶ Εὐζώιος.

ΚΑθὼς προσέταξεν ἡ θεοφιλής σου εὐσέβεια, δέσποτα βασιλεῦ, ἐκτιθέμεθα τὴν ἑαυτῶν πίστιν, καὶ ἐγγράφως ὁμολογοῦμεν περὶ Θεοῦ, οὕτω πιστεύειν καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν, ὡς ὑποτέτακται.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα,

τρος, καὶ εἰς κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγενημένον Θεὸν λόγον, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων. ταύτην δὲ τὴν πίστιν παρειλήφαμεν ἐκ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, λέγοντος τοῦ κυρίου τοῖς B ἑαυτοῦ μαθηταῖς. πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὡς πᾶσα καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ αἱ γραφαὶ διδάσκουσιν, αἷς κατὰ πάντα πιστεύομεν. κριτὴς ἡμῶν ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ νῦν, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει. διὸ παρακαλοῦμέν σου τὴν θεοσέβειαν θεοφιλέστατε βασιλεῦ, ἐκκλησιαστικοὺς ἡμᾶς ὄντας, καὶ πίστιν, καὶ τὸ φρόνημα τῶν ἁγίων γραφῶν ἔχοντας ἑνοῦσθαι ἡμᾶς διὰ τῆς εἰρηνοποιοῦ σου καὶ θεοσεβοῦς εὐσεβείας, τῇ μητρὶ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ δηλαδὴ, περιῃρημένων τῶν ζητημάτων καὶ περισσολογιῶν· ἵνα καὶ ἡμεῖς καὶ ἡ ἐκκλησία εἰρηνεύσαντες, μετ᾽ ἀλλήλων τὰς συνήθεις εὐχὰς, ὑπὲρ τῆς εἰρηνικῆς σου βασιλείας, καὶ παντὸς τοῦ γένους σου κοινῇ πάντες ποιησώμεθα.

EPISTOLA SYNODALIS DE REBUS in synodo gestis.

Sancta synodus Hierosolymis coacta, ecclesiæ Dei quæ est Alexandriæ, & per Ægyptum, Thebaida, Libyam, Pentapolim, reliquisque per orbem episcopis, & diaconis in domino salutem.

OMNIBUS nobis ex diversis provinciis in unum congregatis ad panegyrin celebrandam pro dedicatione martyrii salvatoris, quod D religiosissimus imperator Deo omnium regi & Christo ejus ædificavit; majorem nobis animorum lætitiam, Dei gratia, literæ ejusdem religiosissimi imperatoris præbuerunt; quibus nos ad ea quæ oportuit instigans omnem invidiam ab ecclesia Dei expellit, & omne odium procul abigit, per quæ Christi membra jampridem dissidebant; auctorque fuit, ut simplici & placido animo reciperemus Arianos, quos aliquamdiu improba invidentia extra ecclesiam detinuit, & viris istis de rectitudine fidei in literis suis testimonium præbet, quam cum antea fama audiverat, ipse eamdem ex viva eorum voce cognovit cognitamque approbavit; E eamque rem nobis manifestam reddidit: eo quod literis suis orthodoxas eorum virorum opiniones scripto comprehensas subjunxerit, quas omnes agnovimus sanas & ecclesiasticas esse. Quapropter jure admonuit, ut viri isti reciperentur, & coadunarentur cum ecclesia Dei, ut vos ex epistolæ ejus exemplaribus cognoscetis, quæ nos ad pietatem vestram misimus. Credimusque vobis ipsis, veluti propria membra vestri corporis recuperantibus, magnum ex ea re gaudium lætitiamque oborituram, dum ipsi viscera vestra, fratres scilicet & patres agnoscitis & recipitis, non solum presbyteris Arianis, sed universo populo cum

A omni multitudine vobis restituto, quæ ob causam istorum virorum longo jampridem tempore a vobis dissidebat: decetque vos, cognitis quæ hic acta sunt, quodque viri isti nobiscum communicaverunt, & a tanta sacra synodo recepti sunt, quampromptissime eos, ut membra ecclesiæ coeant, & in pace fiat, consalutare; maxime, quod promulgata & publice edita eorum fides indubitatam & apud omnes approbatam apostolicam traditionem & doctrinam complectatur.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἱεροσολύμοις Θεοῦ χάριτι συναχθεῖσα τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καὶ Θηβαΐδα καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν, καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΑσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν ἐξ ἐπαρχιῶν διαφόρων, πρὸς τῇ μεγάλῃ Πανηγύρει, ἣν ἐπὶ τῇ ἀφιερώσει τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου, σπουδῇ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ κατασκευασθέντος C ἐπιτελέσαμεν, πλείονα εὐθυμίαν ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις παρέσχεν, ἣν ἐποίησεν αὐτός τε ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς διὰ γραμμάτων οἰκείων, τοῦθ᾽ ὅπερ ἐχρῆν παρορμήσας· πάντα μὲν ἐξορίσας τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ φθόνον, καὶ πᾶσαν μακρὰν ἀπελάσας βασκανίαν, δι᾽ ἧς τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη πάλαι πρότερον διειστήκει· ἡπλωμένῃ δὲ καὶ εἰρηναίᾳ ψυχῇ δέξασθαι τοὺς περὶ Ἄρειον, οὓς πρός τινα καιρὸν ὁ μισόκαλος φθόνος ἔξω γενέσθαι τῆς ἐκκλησίας εἰργάσατο. ἐμαρτύρει δὲ τοῖς ἀνδράσιν ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, πίστεως ὀρθοδοξίαν, ἣν παρ᾽ αὐτῶν πυθόμενος· D αὐτός τε δι᾽ ἑαυτοῦ παρὰ ζώσης φωνῆς αὐτῶν ἀκούσας ἀπεδέξατο, ἡμῖν τε φανερὰν κατεστήσατο, ὑποτάξας τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασιν ἔγγραφον τὴν τῶν ἀνδρῶν ὀρθοδοξίαν, ἣν ἐπέγνωμεν οἱ πάντες, ὑγιῆ τε οὖσαν καὶ ἐκκλησιαστικήν. καὶ εἰκότως παρεκάλει τοὺς ἄνδρας ὑποδεχθῆναι καὶ ἑνωθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ: ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὰ ἐκ τῆς ἰσοτύπης εἴσεσθε τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, ἧς πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν διεπεμψάμεθα, πιστεύομεν ὅτι καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ὡς ἂν τὰ οἰκεῖα μέλη τοῦ ὑμετέρου σώματος ἀπολαμβάνωσι, E μεγάλη χαρὰ καὶ εὐφροσύνη γενήσεται, τὰ ἑαυτῶν σπλάγχνα καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀδελφούς τε καὶ πατέρας γνωρίζουσί τε καὶ ἀπολαμβάνουσιν· οὐ μόνον τῶν πρεσβυτέρων τῶν περὶ Ἄρειον ἀποδοθέντων ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ πλήθους ἁπάσης, ἣ προφάσει τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν μακρῷ χρόνῳ παρ᾽ ὑμῖν διειστήκει. καὶ πρέπει γε ἀληθῶς γνόντας ὑμᾶς τὰ πεπραγμένα, καὶ ὡς ἐκοινώνησαν οἱ ἄνδρες, παρεδέχθησάν τε ὑπὸ τῆς τοσαύτης ἁγίας συνόδου, προθυμότατα καὶ αὐτοὺς ἀσπάσασθαι τὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα μέλη συνάφειάν τε καὶ εἰρήνην. ὅτι μάλιστα τὰ τῆς ἐκτεθείσης ὑπ᾽ αὐτῶν

ANNO CHRISTI 335.

πίστεως, ἀναμφήελσον σώζει τὴν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογουμένην ἀποστολικὴν παράδοσιν τε καὶ διδασκαλίαν.

VITA, EPISTOLA ET DECRETA MARCI PAPÆ.

[a] MARCVS natione Romanus, ex patre Prisco, [b] sedit annos duos, menses octo, dies viginti unum. Fuit autem temporibus Constantini Augusti, & Nepotiani ac * Secundi consulum, [c] ex die Kalendarum Februariarum, [d] usque in diem Kalendarum Octobris. [e] Hic constituit, ut episcopus Ostiensis, qui consecrat episcopum urbis, tunc [f] pallio uteretur, & ab eodem episcopo urbis Romæ consecraretur. Et constitutum de omni ecclesiastico ordine fecit. Hic fecit duas basilicas, unam via Ardeatina, ubi requiescit; & aliam in urbe Roma, juxta Palatinas. Ex hujus suggestione obtulit Constantinus Augustus basilicæ, quam * constituit via Ardeatina, fundum rosarum, cum omni agro campestri, præstantem solidos quadraginta. In basilica in urbe Roma obtulit hæc: patenam argenteam, pensantem libras triginta, amas argenteas duas, pensantes singulas libras viginti: scyphum argenteum unum, pensantem libras decem: calices ministeriales argenteos tres, pensantes singulos libras duas. Coronam argenteam pensantem libras decem: Fundum Antonianum via Clodia, præstantem solidos triginta. Fundum * Baccanas via Appia, præstantem solidos quadraginta & * tremisses duos. Fundum * Morrea via Ardeatina, præstantem solidos quinquagintaquinque & * tremissem. [g] Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros vigintiquinque, diaconos sex, episcopos per diversa loca viginti septem. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina, quod ipse constituens fecit, * pridie Nonas Octobris. Et cessavit episcopatus dies viginti.

* Facundi; c. H. legit secundo, sive iterum, consulis.
* cœmeterium constituit
* Vaccanas
* trimisios
* Orrea
* trimisium unum.
* secundo Nonas

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quo tempore Marcus sedem acceperit?

[a] *Marcus.*] Anno Christi 336. qui est Constantini trigesimus primus, post interregnum quindecim dierum, in locum Silvestri pontificis pie sanctéque defuncti, Marcus natione Romanus subrogatus fuit. Hujus pontificatu ingenti Eusebianorum motu concussa est ecclesia. Athanasius quasi minatus fuisset se impediturum, ne quid frumenti Alexandria Constantinopolim deveheretur, nova calumnia exagitatus, ac de novo crimine læsæ majestatis per falsos ac subornatos Eusebianæ factionis testes convictus, ab imperatore inaudita causa magno omnium catholicorum luctu ac mœrore in Galliam relegabatur: quem Maximinus episcopus, non ut profugum vel exulem, sed ut confessorem de impietate triumphantem Treveris excepit, eumque ut egregium fidei athletam magno in honore habuit. Vnde, quod aiunt, ipsum in puteo latitantem symbolum conscripsisse, fabulosum esse constat. Post relegatum Athanasium, Ariani de Ario Alexandrinæ urbi restituendo supplicantes, ejus restitutionem impetrarunt quidem; verum ille quantumvis literis Eusebianorum & imperatoris communitus fuisset, ab Alexandrinis civibus, eo quod a catholica fide alienus esset, urbis ipsius aditu prohibitus Constantinopolim rediit: ibique in conventu malignantium, occasione Marcelli Ancyrani, ut infra dicemus, congregato, sese imperatori sistens, de fide interrogatus, verbo & scripto fidem catholicam, per summam simulationem juratus profitetur. Alexander Constantinopolitans episcopus dum eum contra mandatum imperatoris in ecclesiæ coommunionem recipere nollet, violenterque ingerendum mereret, ipse una cum plebe jejunii & orationum studio insistens a Christo impietatis Arianæ vindice impetravit, quod dum Arius magno fastu Eusebianorum ad ecclesiam deducebatur, exonerandi alvum necessitate ad locum secretiorem declinare compulsus, una cum excrementis viscera divino miraculo effundens, misere interierit. Ad hunc modum Ariana hæresi divinitus condemnata, plurimi ex iis, qui ante decepti erant, conversi sunt; ingens timor & exanimatio Eusebianæ factioni incussa est, fama rei per universum fere orbem divagata. Imperator tanto prodigio commotus, Arianos & Eusebianos, quos hactenus Nicænæ fidei acerrimos defensores, & disciplinæ ecclesiasticæ fidelissimos custodes, ipsorum dolis, fraudibus, ac simulata pietate male persuasus existimavit, plane detestatus est: & Athanasium, quem calumniis Arianorum circumventum temere in exilium relegaverat, ipse, prout constituerat, ab exilio revocasset, si non morte præventus fuisset. Hæc ex Athanasio, Rufino, Socrate & Sozomeno, Baronius anno 336. num. 2. 3. 4. & multis sequentibus.

Athanasius relegatus in Galliam a Maximino Treveris honeste receptus fuit.

Arius restituitur Alexandrinæ urbi.

[b] *Sedit annos duos, menses octo, dies viginti unum.*] Mensibus novem minus novem diebus sedisse patet ex Baronio appendice tomi 10. Hoc est quod Hieronymus in chronico disertis verbis ait, ipsum octo mensibus tantum sedisse. Et Sozom. lib. 2. cap. 19. ipsum ad exiguum tempus sedem tenuisse. Imo ipsius auctoris libri pontificalis testimonio constat, Iulium Feliciano & Maximo consulibus, anno nimirum Christi 337. sedere cœpisse, quomodo igitur Marcus pontificatum suum Nepotiano & Facundo consulibus anno Christi 336. auspicatus, ultra biennium sedisse potuit? Marianus Scotus, Onuphrius aliique plures ex recentioribus hanc nostram sententiam recte sectati, auctorem libri pontificalis deseruerunt. Baronius anno prædicto num. 61.

[c] *Ex die Kalendarum Februarii.*] Si pridie Kalendas Ianvarias anni Christi 335. Silvester Romanus pontifex sancte in domino obdormivit, & inde usque ad initium pontificatus Marci cessavit episcopatus diebus quindecim, ut asseris in vita Silvestri, quomodo ejusdem Marci initium ad Kalendas Februarias differtur?

[d] *Vsque in diem Kalendarum Octobris.*] Septima die mensis Octobris, qua anniversaria ejus natalis memoria ex antiquiore usu in ecclesia agitur, diem suum obiisse, probabilius est. Baronius prædicto loco.

[e] *Hic constituit ut episcopus Ostiensis*] Consuetudo illa, qua Ostiensis episcopus Romanum episcopum consecrare solet, hoc tempore antiquior esse videtur: nam Dionysius papa a Maximiano Ostiensi episcopo consecratus fuisse legitur. Sanctus Augustinus in breviculo collat. diei 3. cap. 16. agens adversus Donatistas, hujus ritus tamquam vetustissimi meminit. Baronius.

[f] *Pallio uteretur*] Pallium aliter canone 12. Gangrensis concilii, aliter hic accipitur. Ibi enim sumitur pro veste qua utebantur illi, qui vitam austeriorem monasticam professi, carni & mundo renuntiaverant, ut patet ex notis ibidem conscriptis: hic vero sumitur pro indumento & insigni summi pontificis Romani, quo summus honor & plena ejus potestas significatur: quodque ab eodem metropolitanis episcopis aliquando ob causas arduas & rationabiles impartiri solitum fuit. Hoc alias appellatur Phrygium, fortasse ideo, quod Phrygiorum operè crucibus contexi soleret. Baron. anno 336. num. 63. Phrygium Cyrillo Alexandrino, cum vices pontificis in concilio Ephesino sustineret, a Cælestino pontifice Romano collatum fuisse, ipsumque illud in concilio Ephesino & in sacris solenniis more Romani pontificis usurpasse scribunt Theodorus Balsamon in Nomocanonem: Photius tit. 8. c. 1. Baron. anno 430. num. 26. Quod asserit Hieronymus Rubeus, Ioanni ejusque successoribus Ravennatis ecclesiæ archiepiscopis, privilegio Valentiniani imperatoris usum pallii concessum fuisse, ipsorum archiepiscoporum confessione, apud Greg. lib. 2. epist. 54. extante, diluitur, qua usum pallii non imperatori, sed Romano pontifici acceptum referunt. Edictum quod Hieronymus prætexit, commentitium esse & a schismaticis confictum ostendit Baronius anno 432. num. 91. 93. 94 & 95.

Tempore jejunii usus pallii prohibitus fuisse videtur ex epist. 54. lib. 2. Gregorii papæ, qua adversus Ioannem Ravennatem jure expostulat; quod tempore jejunii per plateas & vias pallium gestaret, Baronius anno 451. num 63. Adde pallii nomine omne operimentum in rebus sacris significatum fuisse, ut lib. 2. epigr 3. declarat Venantius Fortunatus, ubi vela oblata sanctæ cruci pallia nominat. Vide Baronium anno 336. num. 64.

[g] *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem.*] Hæc qua fide auctoris scripta sint, patet ex præcedentibus.

EPISTOLA

EPISTOLA SANCTI ATHANASII ET ÆGYPTIORUM EPISCOPORUM AD MARCUM PAPAM.

De numero canonum Nicænorum pro exemplaribus Nicæni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.

Domino sancto & apostolici culminis venerando sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis atque universalis ecclesiæ papæ, Athanasius & universi Ægyptiorum episcopi.

AD VOS pervenisse non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maxime ab Arianis quotidie patimur: quoniam intantum ab eis persequimur, ut etiam vivere jam nos tædeat. Nam instanti tempore subito & insperate in nos irruentes, nosque juxta præceptum domini qui ait: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia depopulati sunt. Intantum enim nostra" vastaverunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua utensilia nobis dimitterent. Libros vero nostros usque ad minimum incendentes; nec iota unum relinquentes, propter veritatis fidem, etiam Nicænam synodum, qua modo clerus & populus imbuebatur, & maxime jam imbuti erant, in contumeliam nostram & omnium Christianorum incenderunt. Quapropter precamur, pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni concilii exemplaria, ut nobis illa, quæ sanctæ recordationis prædecessoris Silvestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum beatæ memoriæ Alexandro, digno Deo pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ civitatis episcopo, in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio, per beatos viros Victorem & Vincentium presbyteros, apostolicæ sedis apocrisiarios, missa sunt prædicto papæ Silvestro cum ' adstipulatione ' subnexa capitula septuaginta. Sane præsentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo, scilicet quadraginta a Græcis, Græca edita lingua, & quadraginta a Latinis, similiter Latina edita lingua. Sed visum est 318. patribus, sancto Spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, & maxime jam dicto Alexandro, & apostolicæ sedis apocrisiariis, ut decem capitula ' adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur; & ad formam septuaginta discipulorum, vel potius totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes una fides & una sacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quisquam a suo " diffideret capite. Nunc ergo quia (ut prædictum est) ab inimicis sanctæ Dei ecclesiæ, & maxime ab Arianis, a quibus quotidie expugnamur, conterimur, & opprimimur, præfata septuaginta Nicæni concilii capitula, quæ de præfata synodo jam facta, jubente 'domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quæ etiam coram omnibus recitavi, atque transcripsi, sunt igne combusta; optamus ut a vestræ sedis auctoritate, quæ est mater & caput omnium ecclesiarum, ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentes legatos mereamur, quatenus vestra fulti auctoritate, vestrisque precibus roborati, illæsi a memoratis æmulis sanctæ Dei ecclesiæ, & nostris evadere, nobisque commissos eruere valeamus. Vere" novimus apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus intantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis: quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obedientes cum omnibus nobis commissis & sumus & semper esse volumus. Ideo decet, & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia quæ necessaria (juxta sapientiam, quam vobis præstitit altissimus) esse cognoveritis, absque tarditate præstare, ut tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, ' auditu tantæ miseriæ oberato, salutari curetur antidoto, ut divino freti juvamine, vestraque auctoritate atque auxilio roborati, adversantium tergiversationes evadere valeamus; atque inconcusso vultu, non fraude cujusquam perculsi, assistere æterno judici mereamur, & vocem audire inquientem: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Et subscriptio. Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum "longevis dominus conservet temporibus.

" conc. Rom. sub Greg. II. ann 721.

' adítu tantæ miseriæ obferato, ut habet mss. c. Iustelli.

Matth. 25.

" Io. II. pap. ad Iustinianū.

RESCRIPTUM MARCI PAPÆ AD ATHANASIUM ET OMNES EPISCOPOS ÆGYPTIOS.

De missione capitulorum Nicæni concilii.

Dominis venerabilibus fratribus Athanasio, & universis Ægyptiorum episcopis, Marcus sanctæ Romanæ apostolicæque sedis, & universalis ecclesiæ episcopus.

DOLEO, fratres, & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vento agitata non " estis arundo sed recti in fide inter omnes procellarum & turbinū colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergo" fraternitatis vestræ literis, vigorem constantiæ vestræ, quem olim noveramus, agnovimus. Congratulantes vobis, quod ad custodiendum Christi gregem, pastoralem curam vigilanter insequimini, ne lupi, qui sub specie ovium, subintrarunt, bestiali sævitia simplices quosque dilacerent, qui non ad hoc subintrarunt ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea quæ sunt sana corrumpant. Quapropter " moneo, & hortor dilectionem vestram, ut bonum quod incepistis adminiculante divina gratia usque in finem perducere satagatis, veritatis voce monente: *Beatus qui perseveraverit usque in finem.* Unde enim beata perseverantia, nisi " de virtute patientiæ? Nam, juxta apostolum, *Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur.* Quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscumque suppliciis, cum persecutionum sævitiam suppleant, & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus communia semper membra pulsantur, & nulla piorum portio conflictatione sit libera, ita ut nec periculis nec otio careant, nec labore.

" Matthæi 11.

" S. Leo ep. 85.

" Idem S. Leo ep 2.

Matth. 24.

" S. Leo ep. 92.

2. Timoth. 3.

"Cælest. 1. ep. ad Gallos cap. 11

Nam hæc & omnia incrementa " probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantia, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda: ut in omnibus quæ agimus Deus omni perfecte laudetur tempore.

De capitulorum namque veritate & numero Nicæni concilii, cui vos interfuisse literis vestræ fraternitatis significastis, a nostris, qui vobiscum una interfuerunt, diligentioribus requisivimus collocutionibus: qui ita, ut vestræ testatæ sunt literæ, omnem nobis ordinem exposuerunt, & vestram epistolam per omnia veram esse testificati sunt: non ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur. Sed nos & vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, & sancta Romana ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino providente, & beato Petro apostolo opem ferente, in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione firma & immobilis omni tempore persisteret. His itaque peractis, diligenter requirentes in sancto nostræ & apostolicæ sedis scrinio, eadem quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Silvestro sunt directa, septuaginta (sicut significastis) capitula illæsa invenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem & subscriptionem tantorum patrum, & ejus magni concilii, minime misimus, sed pro eisdem coram apocrisiariis vestris alia similia, eumdem numerum, eademque verba, & ipsam subscriptionem continentia, vobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curavimus. Et quis est, qui fratribus suis talia [a] negare audeat? nam non negligenda nobis hæc per sancti Spiritus gratiam dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus contradenda, & docenda distribuit. Hæc " apostolorum viva traditio, hæc est vera caritas, quę prædicanda est, & præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est euangeliis; *Petre*, inquiens, *ecce satan expetivit, ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum: Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam dominus & salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, & proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit. Quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum; quorum & pusillitas mea, licet impar sit, & infirma, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedisequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem domini Iesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationem justus judex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor " dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis solicitudine vigiletis ad investigandos hereticos, & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua potestis pro viribus extirpetis. Quoniam ut habebit a Deo dignæ remunerationis premium, qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data octavo Kalendas " Novembris, Nepotiano & " Secundo viris clarissimis consulibus.

"Attici, ep. CP. ad PP. Africanos.

"Agatho ad Const. Aug. act. 4. concilii VI. generalis.

Luc 22.

"S [...] ep. 2.

"Facun[...] anno 3[...] At jã o[...] rat Ma[...] ipsis N[...] Octob[...] ejusde[...] anni.

" Octo[...] substit[...] quidam[...] inter [...] Sigoni[...] lib. 4. [...] occid. [...] ut fu[...] faciant.

Argum[...] tum e[...] stolæ.

Epistol[...] Marci [...] Athana[...] & Atha[...] sii ad M[...] cum su[...] ctæ & [...] biæ f[...] sunt.

Ratio 1. Ratio 2. Ratio 3. Ratio 4. Ratio 5.


NOTA SEVERINI BINII.

a *Rescriptum*] Epistola Marci ad sanctum Athanasium episcopum Alexandrinum, & ad ceteros Ægypti episcopos, Nepotiano & Facundo consulibus, X. Kalendis Novembris scripta legitur, cujus argumentum ex epistola Athanasii aliorumque ejusdem provinciæ episcoporum ad eumdem Marcum intelligitur hoc fuisse: nempe Ægyptios dira Arianorum persecutione vexatos, inter alia Nicænorum canonum, qui una cum omnibus aliis libris ab iisdem incensi fuerunt, exemplar a Romana ecclesia iisdem datis ad Marcum papam literis postulasse. Quibus quidem literis, tum Ægyptiorum, tum Marci, Nicænorum canonum numerus definitur, nimirum ab eadem magna synodo statuta fuisse septuaginta, secundum, ut aiunt, numerum discipulorum, capitula. Baronius num. 58. Hanc surreptitiam & ab aliquo confictam fuisse quinque rationibus evidenter ostenditur. Quarum prima hæc est: quod in controversia inter Africanam ecclesiam & Romanos pontifices Zosimum & Bonifacium agitata, de numero Nicænorum canonum, hæc epistola illis nequaquam cognita fuerit. Secunda, quod Athanasius, ut ex præcedentibus constat, hoc tempore in Galliis exulaverit, adeoque hac de re ad Romanum pontificẽ Alexandria scripsisse non potuerit. Tertia, quod grassatio illa in Alexandrinam ecclesiam multis annis post hæc tempora sub Constantio contigerit, quando nimirum Athanasio expulso Gregorius quidam Arianus in locum ejus ordinatus est, ut testatur Athanasius in epistola ad omnes orthodoxos. Quarta, quod Marcus Nonis Octobris hujus anni Constantino imperatore adhuc vivente defunctus fuerit: ideoque non possit nõ suspectũ esse de fide quod X. Kalẽdas Novẽbris Nepotiano & Facundo consulibus hanc epistolam scripsisse legatur. Quinta: Si Marcus papa exemplum misisset ad Alexandrinos ex Romano scrinio, certo convenissent deinceps inter se exemplaria Romanum & Alexandrinum: quomodo ergo in exemplari a sancto Cyrillo ex Alexandrino ad Africanos misso, isti tres canones de appellationibus deerant, qui in Romano inveniebantur. Idem igitur qui, ut bene consuleretur assertioni Zosimi & Bonifacii de Nicæno canone extra numerum vicenarium allegato, epistolam illam Bonifacii papæ ad Eulalium episcopum Alexandrinum de restituta communione ecclesiæ Africanæ confinxit, has easdem Marci ad Athanasium, & Athanasii ad Marcum confinxisse & concinnasse putatur Baron. anno 336. num. 59. & 60. Bellarminus lib. 2. de Rom. pont. c 25.

CONCI-

[a]CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM OCCASIONE MARCELLI ANCYRANI CELEBRATVM AB ARIANIS.

a *Concilium.*] Cum Ariani in concilio Nicæno Marcellum Ancyranum in Galatia episcopum suæ factioni infensissimum adversarium sensissent, ipseque vocatus ad encænia Hierosolymitanæ ecclesiæ cum Eusebianis communicare nollet, ad imperatorem rem detulerunt: hujus auctoritate deinde ad synodum Constantinopolitanam anno Christi 336. celebratam dicturus causam convocatus, comparuit cum propinquioribus episcopis fere omnibus Eusebianis Eusebius Nicomediensis: Eusebius Cæsariensis, Theognis, Patrophilus, Vrsacius, & Valens Arianorum antesignani, eo fine ut Athanasium sede sua, modo quo supra in notis ad vitam Marci diximus, exturbarent, illuc convénerant. Vbi cum Athanasium per novam calumniam in exilium expulissent, viribus omnibus laborarunt, ut Marcellus alter fidei catholicæ defensor acerrimus, eadem sententia percelleretur. Itaque post multas calumnias, eum crimine hæreseos falso insimulatum, quasi contra Asterium scribens cum Paulo Samosateno sentiret, Christumque purum hominem esse doceret, condemnarunt, & episcopatu abdicatum in exilium ejecerunt. Deinde hac re pro voto suo egregie peracta, Arium ob infidelitatis & hæresis suspicionem ab Alexandrinis rejectum, recte & orthodoxe sentire Ariani judicant. Iuramento eamdem fidem professus, in ecclesiæ communionem recipi ab imperatore jubetur, idque deinde, quod supra in notis ad Marci vitam dixi, miraculose contigit. Hæc ex Rufino, Epiphanio hæresi 74. Athanas. apol. 2. de synodis, & epist. ad solitarios, Baronius ann. 336. num. 27.



VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA IVLII PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] IVLIVS natione Romanus, ex patre Rustico, sedit annos quindecim, menses duos, dies * XVIII. Fuit autem temporibus Constantii hæretici filii Constantini, a consulatu Feliciani & Maximini. Hic post multas tribulationes in exilio fuit mensibus decem, & post Constantii mortem cum gloria reversus ad sedem beati Petri apostoli, fecit basilicas duas, unam juxta forum, & aliam via Flaminia: & cœmeteria tria, unum via Flaminia, aliud via Aurelia, & aliud via Portuensi. Hic constitutum fecit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in ecclesia, & ut notitia quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & ut omnium monimentorum in ecclesia confectio per primicerium notariorum celebraretur, sive quod cautiones, vel instrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut testamenta, vel colligationes, aut manumissiones clericorum in ecclesia per * scrinium sanctum celebrentur. Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diaconos tres, episcopos per diversa loca novem, Qui etiam

A sepultus est via Aurelia in cœmeterio Calepodii, pridie Idus * Aprilis. Et cessavit episcopatus dies vigintiquinque.

*Augusti

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Iulius.*] Vigesimasexta die Octobris, annó domini 336. qui est Constantini imperatoris ultimus, Iulius civis Romanus pontificatum ecclesiæ adeptus est. Cujus initio Cōstantinus imperator catholicæ & orthodoxæ fidei confessor e vita discedens, tres filios hosce, Constantinū, Constantium, ac Constantem imperii sui heredes reliquit: hoc iis moriturus præcipiens, ut Athanasium, quem non tam relegasset, quam sanguinolentorum hostium oculis ad tempus subtraxisset, tuto in pristinum locum ac dignitatem restituerent. B Quam voluntatem patris Constantinus junior, Constantii permissu, executus fuit, ipsumque Athanasium cum reliquis exulantibus episcopis ac presbyteris sedibus suis & ecclesiis restituit. Quo facto, cum Ariani & Eusebiani hæresim suam succumbere viderent, non modo Athanasium novis calumniis onerarunt, verum etiam ipsam Nicænæ fidei formulam, omisso *Consubstantialis* nominē immutare, Ariique hæresim in ecclesiam introducere elaborarunt. Quod ut facilius expedirent, presbyteri alicujus Ariani, penes quem Constantinus magnus suásu sororis Constantiæ testamenti tabulas Constantio revertenti tradendas deposuerat, auxilio freti, principis ambitiosi gratiam & favorem impetrarunt: ac deinde catholicis episcopis, maxime vero Athanasio Alexandrinæ, Eustathio Antiochenæ Paulo Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopis bello atrocissimo indicto, cruenta tela & jacula in eos immittunt, C calumnias novas comminiscuntur, habitisque desuper malignantium conventiculis, innocentes episcopos condemnatos sedibus suis exturbarunt, ac tandem vel exilio vel morte truculenta eosdē interemerunt, &, quod fœdissimum est, Nicænæ fidei symbolum, *Consubstantialis* nomine expuncto, malitiose vitiarunt. Ad hanc injuriam a capite divini Numinis & sponsę illius ecclesiæ propulsandam, Iulius pontifex se talem exhibuit, ut omnis ejus pontificatus in fide Nicæna tuenda, & catholicis episcopis, maxime autem Athanasio, defendendis, consumptus fuerit. Quod patebit infra ex notis ad epistolas & concilia sub Iulio habita.

Iulius quoto anno pontificatū adeptus. Obitus Constantini.

Athanasius ex exilio revocatus.

Ariani quid fecerint?

Iulius fidei Nicænæ & Athanasii defensor.

Sedit annos 15. menses 2. dies 18.] Qui anno Christi 352. pridie Idus Aprilis ex hac vita ad dominum migravit, reperitur sedisse annis 15. mensibus 5. diebus 17. ita Baronius, Vaticanos indices secutus, hic num. 1.

Quamdiu sederit.

Quod Hieronymi chronic. Liberii ingressum referat in hunc annum, confirmat ea quæ paulo ante de Iulii D obitu diximus.

Hic post multas tribulationes in exilio fuit mensibus decem.] Iulium pontificem pro exulibus episcopis, Athanasio, Marcello, aliisque pluribus restituendis, multos labores impendisse, infra multis in locis patebit: ipsum vero aliquo tempore exilium sustinuisse, præter Platinam, errorem libri pontificalis sequentem, nemo, quod sciam hactenus, asseruit. Quod ait post obitum Constantii ab exilio liberatum fuisse, nequaquam sustineri potest: omnes enim, quotquot sunt scriptores Christiani, sicut & ex gentilibus Ammianus, aperte scribunt, vivente adhuc & imperante Constantio, Liberium Romanæ ecclesiæ curam egisse, ac post multas exagitationes ab eodem in exilium relegatum fuisse. Quod si verum est, imprudens compilator advertat, quomodo se ex hoc laqueo exerat. Ad annum Christi 350. magnus ecclesiæ catholicæ & sanctorum præsulum patronus, terribilis Arianorum hostis, E princeps integerrimæ fidei, exulantium ex oriente episcoporum vindex, Constans imperator occidentis imperium tenebat, non video qua ratione, hoc defensore adhuc superstite, Iulius pontifex relegari potuerit. Post occisum Constantem imperatorem, Magnentius tyrannus cum Vrbe toto occidentali imperio potiebatur; vel igitur auctore Magnentio Iulium relegatum fuisse oportuit, quod nemo hactenus scripsisse legitur; vel concedendum est, eumdem Constantii imperio nequaquam ab Vrbe extractum, in regiones exteras amandatum fuisse. Vide Baron. anno 352. num. 2. & 3.

Iulius an exul fuerit?

Libri pontificalis error.

AD EPISTOLAS IVLII PAPÆ I.

PRÆFATIO EIVSDEM SEVERINI BINII.

DE scriptis & epistolis Iulii Gennadius de scriptoribus ecclesiæ cap. 2. hæc ait: *Iulius urbis Romæ episcopus scripsit ad Dionysium quemdam de incarnatione domini epistolam unam, quæ illo quidem tempore utilis visa est adversus eos, qui ita duas per incarnationem asserebant in Christo personas, sicut & naturas. Nunc autem perni-*

An Iulius scripserit epistolam ad Dionysiū Corinthi episcopum.

Gennadii error.

cioſa probatur: fomentum enim eſt Eutychianæ & Timotheanæ impietatis. Ita Gennadius, qui epiſtolam illam Apollinaris, Iulio pontifici falſo & malitioſe adſcriptam, non, tam legiſſe quam nomine ſaltem audiviſſe convincitur ex eo quod eam adverſus Neſtorianos impugnandos maxime utilem eſſe ſcribat, quæ vere eorumdem de duabus in Chriſto perſonis errorem ex propoſito confirmat. Accuratius igitur eam perſpectam habuerunt Evagrius & Leontius, quorum ille lib. 3. cap. 31. de Neſtorianis hæreticis agens, hæc ſcribit: *Sanctorum patrum libros ſæpe depravarunt, multoſque Apollinaris libros, Athanaſio, Gregorio Thaumaturgo, & Iulio, inſcriptionibus commutatis, attribuerunt, quibus quidem libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt.*

Apollinariſtæ ſuis ſcriptis catholicorum nomina præfixerũt.

Leont. 4. rationibus probat epiſtolam Iulio affictã, Apollinaris fuiſſe.

De eadem epiſtola accuratius & prolixius hæc Leontius in commentario de ſectis act. 8. tom. 10. biblioth. ſanctæ. *Afferunt*, inquit, *aliud quoque dictum velut a B Iulio profectum, quod extat in epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi epiſcopum, cujus initium eſt: Miror de quibuſdam audiens*, &c. *eſtque dictum hujuſmodi: Neceſſe eſt eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare: ac in divinam quidem baptizari, at in humanam non baptizari. Aliaque plura iſthac epiſtola continet. Sed nos pluribus argumentis convincimus, illam epiſtolam non eſſe beati illius Iulii, ſed Apollinaris. Primum ex eo, quod ſi quis eam ſubtiliter conſideret, nihil Iuliani* * *dignum nomine habeat. Quin & ſeptem illæ epiſtolæ quas ejus eſſe dicunt, Apollinaris ſunt. Deinde quod in eadem epiſtola corporis mentione facta nuſquam id mente præditum vel animatum dixerit: Erat autem in more patribus illius ſæculi*, quia Apollinaris Arium ſecutus, ut ex 6. act. concilii ſecundi Nicæni conſtat, corpus Chriſti anima caruiſſe, & Verbum illi loco mentis fuiſſe docebat: *ideo*, inquam, *patribus illius ſæculi in more erat, ut ſicubi corporis mentionem facerent, idipſum mente præditum, animatumque dicerent; quod quidem uſque adeo verum eſt, ut reformidantibus eis hoc crimen, ideoque, deinceps illas voces Mente præditum & animatum, adiicientibus, nulli poſteriorum libri reperiantur, qui hanc veterem appendicem non habeant. Præterea de hoc quoque non beati Iulii, ſed Apollinaris eſſe redarguitur, quod Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem aperte multa recitat, quæ hac epiſtola continentur, eaque ceu prava refutet. Poteſt & aliunde convinci, quod B. Iulii non ſit. Aiunt enim actis ſynodi Epheſinæ ſub B. Cyrillo inſertam; quod quidem aperte mentiuntur: nam nihil ibi in textu tale reperitur, ſed alia quædam inſerta eſt epiſtola velut a Iulio ſcripta, nec ipſa Iulii, ſed Timothei, quemadmodum ex multis exemplaribus intelligi poteſt.* Hæc Leontius pro defenſione Baron. anno 352. num. 4. & aliquot ſequentibus.

Ratio I.

Ratio II.

* Iulii aut Iuliano.

Cur orthodoxi corpus Chriſti nominantes, illud mente præditum vel animatum appellarint.

Ratio III.

Ratio IV.

De duabus epiſtolis infra ſubſequentibus; quarum altera eſt Arianorum ad Iulium, altera Iulii ad Arianos ſcripta, lectori utile ſimul ac gratum fore exiſtimavimus, ſi quod de iis ſentit Baronius, breviter hic annotemus. *Extat epiſtola quædam*, inquit, anno 341. num. 59. *Arianorum nomine ad Iulium papam data, ſed ut recte intuenti apparet, videtur eſſe ex his, quæ Socrates atque Sozomenus tradunt, conſarcinata: nam quæ qualeſve eſſent eadem Euſebianorum ad Iulium ſcripta, ejuſdem Iulii literæ ad eos reddita, & ab Athanaſio recitata, aperte ſignificant: multa enim in illis deſiderantur, quæ ex Iulii literis produntur ab iiſdem ſcripta eſſe, compluraque ineſſe noſcuntur aliter quam a Iulio relata ſint, diverſaſque cum ex nominibus, tum ex rebus prudens quiſque indagator inveniet: ut merito ea ipſa, quæ ibidem habentur recitata, tunc a Iulio papa ad Arianos reddita, eadem quoque ſuſpicione laborent. Nam quæ vera & legitima ſint literæ Iulii ad illos reſcripta, Athanaſius, qui eas verbatim deſcripſit, recitatque in ſecunda ſua apologia, abſque controverſia ulla declarat.* Hæc Baronius præallegato loco.

Baronii de duabus epiſtolis Iulii ſententia.

EPISTOLA I.

" Hæc cum ſeqq. ſuppoſita Baronio aliiſque eruditis merito videtur, nõ ſecus atque aliæ Iſidori merces ex Hiſpania primum, ut volunt, profectæ.

INCREPATORIA IVLII PAPÆ I. AD ORIENTALES EPISCOPOS pro cauſis Athanaſii, & exceſſibus contra Romanam eccleſiam.

I. *Quod ſoli Romano pontifici liceat generale concilium cogere, & epiſcopos judicare.*

II. *Non oportet præter ſententiam pontificis Romani concilia celebrare, vel epiſcopos damnare.*

III. *Vt accuſatores & accuſationes, quas leges ſæculi non admittunt, repellantur.*

A IV. *Si quis epiſcopum præter auctoritatem ſedis apoſtolicæ damnaverit, vel a ſede expulerit, de gradu ſuo deiiciatur, & excommunicetur; & epiſcopi ejecti reſtituantur.*

Venerabilibus fratribus univerſis orientalibus epiſcopis Iulius.

DECVERAT vos, fratres, alios eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis, & non talibus arguere machinamentis, dicente Ioanne Baptiſta: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis*, & reliqua. De qua re & apoſtolus Paulus nos inſtruit, dicens: *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris*, & reliqua. Et alibi Petrus apoſtolus ait: *Omnes unanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hereditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam ſuam a malo, & labia ſua ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & * ſequatur eam: quia oculi domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum, vultus autem domini ſuper facientes mala.* Quid pejus eſt, fratres, quam ut ſacerdotes domini, qui ab omni mala coinquinatione, & a nocumento omnium Chriſtianorum, quanto magis a fratrum & coepiſcorum, alieni debent exiſtere, quos tueri & ſublevare ab inſidiis debent, & quos fovere & diligere ſummopere oportet, perſequantur eos, & communione privare decertent? Nec recordamini Sapientiam, quæ ait: *Perverſæ enim cogitationes ſeparant homines a Deo.* Si perverſæ cogitationes ſeparant homines a Deo, quanto magis opera iniqua? Quid enim nequius eſt, quam ut illos, de quibus dominus ait, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*, quiſquam avertere, perſequi, deſtruere nitatur? Probata autem virtus portat, protegit & conſolatur oppreſſos, & docet inſipientes. *Eſt enim Deus teſtis cordis * hominis, ſcrutatorque verus ſingularum conſcientiarum, & linguarum ſingularum auditor: quoniam ſpiritus domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.* Et alias idem ipſe ait: *Deus caritas eſt. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc eſt caritas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Cariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus invicem diligere. Deum nemo vidit unquam: ſi diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſuum, ſalvatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo, & nos cognovimus, & credidimus * caritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt caritas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die judicii:* quia

Luc. 3. Gal. 6. 1. Pet. 3. Pſal. 33. * Perſequatur Sap. 1. Zach. 2. * humani Gal. 7. Pſal. 17. Sap. 1. 1. Ioan.. * caritas

quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate; sed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam pœnam timor habet. Qui autem timet, non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo: ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Nam & ipsa sapientia ait: *Lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Domus justi plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium dissiminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles erunt domino: vota justorum placabilia. Qui sequitur justitiam diligitur a domino.* Item alibi: *Labia justi considerant placita: & os impiorum perversa. Simplicitas justorum diriget eos; & supplantatio perversorum vastabit eos, justitia rectorum liberabit eos, & in insidiis suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, justi autem liberabuntur scientia. In bonis justorum * exaltabitur civitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione justorum exaltabitur civitas.* Nec consideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Iob patientissimus, inter cetera exorsus, loquitur: *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem vociferantem; & pupillum, cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum: & vestivi me sicut vestimento & diademate judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo: Pater eram pauperum: & causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Et paulo post: *Si negavi*, inquit, *quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum.* Nam si quis hæc recto omnia consideraverit oculo, nequaquam * fratres nocere, sed liberare festinabit, quia nihil deterius est, quam cives civibus invidere, & fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes insidiis patres sancti, synodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in ecclesia commorantium. " Licet dudum instituta sanctorum multa patrum essent conscripta, posuerunt leges, quas sacros canones appellamus, " quibus multa pernecessaria ad statum ecclesiæ sanctæ Dei, & supplementum columnarum ejus, id est, episcoporum, qui eam propriis humeris gestant, sunt decreta, & nocumenta eorum prohibita, ita ut qui talia agere tentaverint, aut eis nocere præsumpserint, si quidem clerici fuerint, a proprio gradu decidant, si vero monachi aut laici fuerint, anathematizentur. " Quibus armati exemplis, oportere arbitrati sumus, ab omnipotente Deo inspirati, ut hanc accensam discordiæ flammam " extinguere apostolica debeamus auctoritate, & non concedere eam ulterius animas depasci humanas. Quapropter una cum omnibus aposto-

A licæ subjectionis regulæ sancimus, ne quisquam deinceps Christianorum talia perpetrare, aut episcopis temere nocere præsumat, cum & doctor gentium idipsum prohibeat, dicens: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem,* & reliqua. Bonum est namque procul dubio, & omnibus timentibus Deum " desiderabile, " cohibere dissensiones & altercationes, fratribusque subvenire, & invicem non invidere, sed adjuvare. Audite, inquam, jam factam in Nicæna civitate synodum, cui & ipse conscientiæ meæ " cultum decenter exhibui, nihil aliud volens quam concordiam omnibus fabricare, & præ cunctis arguere & removere

B hanc insidiantium altercationem: ' quas prævidentes sancti patres insidias & illicitas altercationes, unanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica auctoritate " convocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, judicetur vel damnetur. Sin aliter præsumptum a quibusdam fuerit, in vanum ' deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica ullo modo reputabitur.

I.

Ipsi vero primæ sedis ecclesiæ convocandarum generalium synodorum jura & judicia episcoporum singulari privilegio euangelicis & apostolicis atque canonicis concessa sunt institutis, quia semper " majores causæ ad sedem aposto-

C licam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec ullo modo potest major a minore judicari. Ipsa namque omnibus major & prælata est ecclesiis, quæ non solummodo canonum & sanctorum patrum decretis, sed domini salvatoris nostri voce singularem " obtinuit principatum. *Tu es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*, & reliqua. *Et quæcumque ligaveris super terram & solveris, erunt ligata & soluta in cælo & in terra.*

II.

Porro dudum a sanctis apostolis successori-

D busque eorum, in præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hactenus sancta & universalis apostolica tenet ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, " nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam * primatem omnium ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut B. Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita & hæc ecclesia ipsius nomine consecrata, domino instituente, prima & caput " sit ceterarum, & ad eam, quasi ad matrem atque apicem, omnes majores ecclesiæ causæ, & judicia episcoporum recurrant, * ejusque justa sententia terminum sumant, nec extra " Romanum quidquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proterve, & pro libitu cujuspiam, suo proprio arbitrio, quibusque metropolitanis, sicut agere solebant, liceat, inconsulto Romano pontifice, aut majores ecclesiæ causas deturbare, aut episcopos damnare, sed " communi sanctę Romanæ sedis episcopi consilio & concordi actione quæque sunt Christi zelo agenda disponant unanimiter, rectęque sentiant, & ea quæ senserint, non sibimet discrepando, sed Deo placita perficiant.

III.

Est etiam in jam fata Nicæna concorditer statutum synodo, accusatores & accusationes, quas

conc. 4. conc. Later. sub S. Martino.

1. Tim. 5.

" Conc. Later. cit.

" Const M. in ep. ad Alex. Trip. Hist. III. 27. ex Socratis I. 6.

" quorum

5. quæst. 4. Nullus episcopus.

' Hadr. coll. c. 3.

' deduceretur

" Innoc. ep. 2. c. 3. Vigilius ep. 2. Primates ecclesiæ Romanæ a Christo.

" Gelasius in decreta.

Matth. 16.

3. q. 6. Dudum a sanctis.

In decretali epistola Eleutherii papæ, ac Victoris.

" Socr. II. 8. & 17.

* primariam

' primatum

In 2. decr. Anacleti papæ, & in 1. decr. Alexandri papæ.

" Hadr. coll. 3.

" Sozom. III. 9.

* & juxta ejus sententiam.

" Hadr. coll. 43.

Habetur infra in decr. Iulii papæ, ad orientales episcopos pro Athanasio.

quas sæculi leges non admittunt, a sacerdotali funditus averti nocumento. *Ecce*, inquit Propheta, *quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum*. Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Non alieno vos, fratres, patiamini" peccato gravari: quia quod necesse est, nos dicere veremur, id est, ne cujus religio dissipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri gloriam, & cum ipso communes omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non destructione, sed confirmatione & veritate in Christo passi sunt.

* Psal. 132.
* S. Leo ep. 25.

IV.

Nos ergo, qui domini discipuli & dici & esse volumus, portare crucem Christi, & compati fratribus debemus, & non persequi. Subtrahite (rogamus) actus cogitationesque a talibus nocumentis, si non vultis ipsam in vos suscipere ultionem: quoniam talionem meretur qui fratri foveam præparat. Et nos scitote hunc" typhum deinceps non esse passuros, ut ea quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut judicia episcoporum & majores ecclesiæ causæ, ut paulo superius prælibatum est, vos patiamur nobis inconsultis invadere absque vestri status periculo. Sed si quis ab hodierna die & deinceps episcopum præter hujus sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, & proprio carere perpetim honore, eosque qui absque hujus sedis sunt ejecti sententia vel damnati, hujus sanctæ sedis auctoritate scitote pristinam recipere communionem, & in propriis restitui sedibus: quoniam & prius, a tempore scilicet apostolorum, hæc huic sedi sanctæ concessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo, propter pravorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis singuli * provideant, ne talia audeant perpetrare, & caveant, si non propter Deum & amorem 'fratrum, tamen propter opprobrium hominum, ruborem suum atque canonicam ultionem, saltem hæc timore & verecundia compressa, silentioque comprimantur, amputato scilicet totius "usurpationis excessu, quia nullus debet præsumere quæ sibi non videntur esse concessa. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere," si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiæ sumeretis: & beati apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. Unde sicut multum nos ea" quæ a vobis pie recteque sunt acta lætificant, ita nimium ea quæ sunt perperam gesta contristant, quoniam necesse est post multarum talium experimenta causarum hæc in posterum solicitius prospici, & diligentius præcaveri, quatenus ea, quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus statuta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. *Nam sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Connexio" totius corporis unam sanitatem, unam pulcritudinem facit; & hæc quidem connexio totius corporis, unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum, quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est, quoniam & inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est ut ceteris præemineret. De qua forma episcoporum quædam orta est distinctio, & magna ordinatione provisum, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursum quidam in majoribus urbibus constituti solicitudinem ejus susciperent ampliorem, per quos ad unam beati Petri sedem universalis ecclesiæ cura conflueret, & nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat. *Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi. Doctrinis variis & extraneis nolite abduci.* En instituta apostolorum & apostolicorum virorum canonesque habetis, his fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, ut his freti circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum jacula persistere valeatis. Satis enim indignum" est quemquam vel pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat & docere. Multum enim convenit, ut totum corpus ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi dominus ecclesiæ totius posuit principatum, dicente scriptura: *Ordinate in me caritatem.* Et iterum: *Omnia cum ordine fiant.* Iterumque Psalmista prædicante: *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra, in virtute ejus, ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic est Deus, * dominus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula.* Officii enim nostri consideratione" non est nobis dissimulare, non est tacere * libertas, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit, nec per taciturnitatem aut favere aut consentire videamur fratrum nocumentis. Data Kalendis Octobris, Feliciano & "Maximiano viris clarissimis consulibus.

a Africani PP. in ep. ad Bonifacium.
* prævideant.
* fraternum
" S. Leo ep. 84, 25. q. 2. Amputato totius usurpationis.
" S. Leo ep. 4. c. 7.
" Idem ep. 84.
Rom. 12.
" Idem Leo ibidem:

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola increpatoria Iulii.*] Hanc epistolam Feliciano & Titiano consulibus datam anno Christi 337. ex prima Romana synodo sub Iulio habita a pontifice nomen scriptam fuisse his rationibus sic satis evidentibus statuere licet. Primum eodem consulatu Feliciani & Titiani hæc epistola atque Romana synodus consignata sunt. Secundo, quod de injusta Athanasii & Marcelli Ancyrani condemnatione & relegatione facta redarguantur ab his, qui se hunc ob finem convenisse in actis synodi aperte profitentur his verbis: *Pro fratrum oppressione tractantes laboremus; quia dum illi tam graviter affliguntur, nos nec respicare, nec quiescere possumus.* Anno Christi 336. Athanasium suis conventiculis aliquoties condemnatum relegaverant: quæ cum citra Romani pontificis scitum & consensum contigissent, jure meritoque de nullitate facti, & ecclesiasticarum constitutionum violatione reprehenduntur. An citra Romani pontificis consensum & approbationem concilia celebrare liceat, supra multis in locis attigimus.

EPISTOLA

EPISTOLA ORIENTALIUM AD JULIUM PAPAM I.

Causantur quod in communionem receperit Athanasium, & ceteros quos ipsi damnaverant.

Domino beatissimo & honorabili patri Julio, apostolicæ sedis venerabili episcopo, Eusebius, Theognius, Theodorus, & " Berinthus una cum reliquis fratribus & coepiscopis nostris, in Antiochia congregatis. "

LICET circa omnes Romanam ecclesiam sciamus esse munificam, & apostolicam habere curam, & semper matrem existere pietatis, quamquam ab oriente ad eam prædicatores " pietatis advenissent, tamen optaremus vos nobiscum concordare, & quos a communione suspendimus, a vobis esse suspensos: & quos in ordine confirmamus episcoporum, a vobis esse confirmandos: nec nos secundo loco habendos, cum ex his partibus ad vos usque dogmatizantes apostoli pervenerint. Nec enim nos vestris resultavimus quamvis hoc agere potuissemus, quando Novatianus a Romana pulsus est ecclesia, quoniam (ut juxta vulgarem consuetudinem loquamur) *inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico.* Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum, absque ejus licentia, a quo communione est privatus, in communionē susceperit, canonibus scilicet jubetibus, ut excōmunicatus ab aliis, ab aliis non suscipiatur, viventibus illis a quibus cōmunione privatus esse dignoscitur. Nec solū in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his, quod concilia nostra dissolvitis, neque ea rata finitis esse. Sunt namque a nobis, & maxime a totius orientis episcopis damnati, ' Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, Asclepius Gazæ, Lucianusque " Hadrianopolites, pro certis criminibus, quibus adversarii sunt apud nos inscripti, quæ per præsentes hujus epistolæ latores omnia sub certa relatione vestræ innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis quam eorum machinationibus assentire, & ordinatos episcopos " in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiscum & communionem habere volumus: si vero aliter egeritis, & eis amplius, quam nobis assentire judicaveritis, contraria celebrabimus, & vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisq; favere volumus, sed per nos, quidquid melius elegerimus, agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarum ætatem habens, qui ignoret prædictorum molimina seductorum, propter eos enim multa sunt mala peracta, multa concilia diversis & asperis temporibus celebrata, multæ seditiones, ' multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa quæ enumerare perlongum est. Nam si his consentire eligitis, tunc liquet quod nos perdere vultis, & non, ut pater filios, fovere. Dicunt enim & affirmant tam cives istorum, quam etiam sacerdotes eorum, hos fovere vos velle homicidas, " sacrorum templorum eversores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumque vasorum, ac ceterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis & patriæ proditores, & inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eo quod consubstantialitatis vocem, quæ scripta non invenitur, in fidei doctrina posuissent. Quid plura enumerare necesse est, cum propter eos nobis & cunctis hujus regionis habitatoribus scientibus, tanta cædes hominum sit perpetrata, ut amplius quam mille homines sint prostrati? Talibus autem favere quid aliud est, quam sceleribus eorum consentire, cum sacra scriptura hęc prohibeat, dicens: *Non solum qui faciunt culpabiles existunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Talibus enim vos obsistere totis viribus oportet, ne involvamini in peccatis eorum, & excommunicationem eorum ne suscipiatis. Tales enim a vobis procul abjicite, ne propter animositatem talium hominum, infirmę animæ & ignari populi, sacrilega dissensione dispereant. Itaque oportet " vos improbis probe resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare perversos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret scrupulo societatis occultę, qui * manifeste facinoribus desinit obviare. " Decet enim vos ad arguendam proterviam eorum linguam vestram exacuere, & velut venenosos a vobis repellere, ne eorum veneno vos vestrique in aliquo sauciemini. Igitur ' sufficiunt nobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, secundum quod ait apostolus, si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæc nobis sufficiant quæ superius dicta sunt. Nec nobis necesse est iterum eorum divulgare mala, cum ipsa per se prodeant, & maxime omnes orientales testes super eorum malis existant. *In ore enim* (juxta quod scriptum est) *duorum vel trium testium stabit omne verbum:* quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum & populorum, abbatum vel monachorum, in scripto & sine scripto contra horum pravitatem nos quotidie vox acclamantium? Nos vero diu expectavimus eos per multam patientiam, ut crearent uvas, sed illi e contrario fecerunt labruscas. Vos ergo non oportet de cetero negligere & differre tales, ne (quod absit) memoratis criminibus eorum ' submittamini, irrationabiliter eos episcopos ponentes. Ipsi enim, nisi cito corrigantur, juxta quod beatus apostolus protestatur, *secundum duritiam eorum, & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Qui corrigendi sunt, ne per temporalem delectationem, " & per mendacia atque figmenta sua, vobis assensum præbentibus, æterna perdant præmia, quæ per veram pœnitentiam consequi potuerunt. Nec hæc, quæ prædicta sunt, solummodo Athanasio & sequacibus ejus irrogamus, sed etiam quod contra regulam egerit, quam nos decreveramus, quia non decreto communis concilii " episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando ecclesiam fuisset ingressus, & in sede resedisset, cum dudum " decretum fuisset, nullum a pauciore numero restitui debere, quam depositum fuisse constaret. Deinde, quoniam ejus adventu sit turba generata, plurimique seditione sint mortui, & non solum hæc per eum & propter eum sunt peracta, sed etiam quidam jam a dicto Athanasio cæsi, judicibus dicuntur esse contraditi. " Hæc & alia innumerabilia sunt ab eo suisque sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos, communioni (ut

Marginal notes (left): Bar. aliisque erudicōmētiex variis aliorū gmētis tine scris cōsuta. — Theodos fuit Pethi sive eracleæ iscopus em in os diahit falius. nno 341. odit hæc istola reticos isse qui m scriptunt. Hist. Trip. 16. & z III. 7. — Nov. 28. Nicæna nodo c. 5. in Eliberano con. c. 53. — Athan. an. 5. Tyri, arcellus 6. in syn. P. Paulus nno 340. Corr. Asepas & icius de nibus than. Soz. ocr. Theo. Hist. rip. IV. — n ut aosciunt omani ontificis rimatum. eductiones. — Athan. pol. 2. & l solit. il. in ragm.

Marginal notes (right): Ruff. Socr. Soz. Theod. & alii. — Rom. I. — ' Martinus I. conf. 2. conc. Later. — * manifestis — ' Felix III. in ep. ad Acacium. — " Idem Martinus. — Hebr. 11. — Matth. 18. — Isa. 5. — ' subdamini — Rom. 2. — " S. Greg. — " Trip. Hist. IV. 9. & 16. X. 17. ex Socr. & Soz. — ' imo anno dumtaxat 341. conc. Antiocheni. can. 12. Hoc hæreticorum esse decretum testatur Iulius in epistola proxima. — " Trip. cit.

ex Socrate & Sozomeno

(ut audivimus) contra regulam in contumeliam A omnium orientalium sociastis. Præfato itaque debitæ salutationis " officio propter beati Petri honorem impenso, postulamus, ut deinceps ad vestras hinc venientes aures non tam facile admittatis, neque a nobis excommunicatos ultra velitis excipere, ne canonum transgressores inveniamini, sed magis salva fraterna caritate, erratum hoc in posterum minime patiamini.

" Ep. Africanorum ad Cælestinum I. Papam.

Et subscriptio : Orantem " pro nobis apostolatum vestrum dominus ævo custodiat longiore, beatissime pater. Amen.

"ep. Taxralon. ad Hicarum papã

Nota.

Ariani post Antiochenũ concii ũ ad Iulium scripserunt.

a *Epistola orientalium*]. Ex epistola Iulii ad orientales B scripta, quam recitat Athanasius apologia 2. quæque infra quarto loco hic subditur, certissime constat Arianos post concilium Antiochenum acerbius, ac majore cum fastu, superbia & contentione, quam decebat, scripsisse. Ita enim exorditur : *Legi epistolam vestram, quam mihi presbyteri mei Elpidius & Polyxenus attulerant*, &c. Veram & germanam non exstare, præter auctoritatem Baronii anno 341. num. 54. illud asserentis, ea quæ supra in principio epistolarum Iulii annotavi, confirmant. Quæ hic secundo loco posita orientalium nomen præfixum habet, ex Sozomeno & Socrate ab incerto quodam auctore compilata esse videtur; tum quod multa desiderari, nonnulla etiam in rebus & nominibus in ea expressis variari advertes, si eam cum responsoria Iulii, quam recitat Athanasius apologia 2. diligenter conferas. Vide quæ ex Baronio supra dixi initio epistolarum.

Epistola hæc an recte citata sit ab auctore.

" falsa non secus ac præcedentes duæ.

* EPISTOLA II.

SIVE a RESCRIPTVM IVLII C

I. Contra orientales, pro Athanasio & ceteris.

1. *De vocatione orientalium episcoporum ad Iulium, & restitutione damnatorum episcoporum ab ipsis.*
2. *Vt episcopi accusati appellent sedem apostolicam.*
3. *De eadem re.*
4. *Si quis putat se gravari a proprio metropolitano.*
5. *De accusatoribus, vel accusationibus, quas seculi leges non admittunt.*
6. *Vt nullus episcopus alterius parochiam retineat, vel ordinet, &c.*
7. *Si quis adversus episcopum, vel auctores ecclesiæ negotium habuerit.*
8. *De episcopis rebus suis expoliatis, vel a sede* D *sua pulsis.*
9. *De accusatoribus & testibus.*
10. *Si accusatus vel damnatus episcopus sedem apostolicam appellaverit, & de eis qui adversus patres armantur, vel cum inimicis morantur.*
11. *De accusationibus clericorum.*
12. *Quæ metropoles primates vocentur.*
13. *Qui sint infames.*
14. *De causis episcoporum.*
15. *Vt non admittantur ad accusationem errantes, vel a proposito recedentes, sive canonibus inobedientes.*
16. *De peregrinis judiciis.*
17. *Vt nullus extra provintiam vocetur ad ju-* E *dicium, vel si quis judices suspectos habuerit.*
18. *De se confessis, non esse credendum supra crimen alienum.*
19. *De incertis non judicandis.*
20. *De criminationibus majorum natu.*
21. *De provinciali synodo retractanda a papa.*
22. *Si quis judices majoris auctoritatis appellaverit.*
23. *Vt metropolitanus nihil agat sine consilio episcoporum, nec illi sine ipsius, nisi quantum ad proprias pertinet parochias.*
24. *Ne judices in absentem proferant sententiam, & ut proditor non audiatur.*
25. *De accusationibus clericorum.*
26. *De episcopis accusatis.*
27. *De injusta episcoporum damnatione.*
28. *Detractores & fautores inimicorum ab accusatione removendos, nec majorem a minore debere impeti, nec in re dubia certa judicari sententia, & de judiciis inordinatis.*
29. *Si possit episcopus a pauciori numero episcoporum restitui, quam fuerat damnatus.*
30. *Si sit fugiendum episcopis causa persecutionis, & de privilegiis apostolicæ sedis.*
31. *Quanta cautela judicare oporteat, nec damnandum quemquam, priusquam accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat.*
32. *Vltra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur.*
33. *Qui non debeant admitti ad accusationem.*
34. *Nullum alterius judicis, nisi sui sententia teneri, & quales debeant esse.*
35. *De episcopis rebus suis expoliatis, vel a sede sua pulsis.*
36. *Quod excommunicati episcopos non possunt accusare, nec illi qui eos in sua non recipiunt accusatione, nec majorem a minore posse damnari vel judicari.*

Iulius sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ episcopus Eusebio, Theognio, Theodoro, " Berintho, & ceteris orientalibus episcopis.

"Leg. Theodoro Perinthio.

DEcuerat vos adversus sanctam Romanam ecclesiam & apostolicam limare, & non "ironice loqui, quoniam & ipse dominus noster Iesus Christus eam decenter allocutus, ait : *Tu es*, inquit, *Petrus ; & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cælorum*. Habet enim potestatem, singulari privilegio sibi concessam, aperire & claudere januas regni cælestis, quibus voluerit. Nam si ei detrahere (quæ domini ore sacrata atque desuper exaltata est) non * renuistis, nec mirum si fratribus injurias irrogare minime cessatis. Vnde jam silentio non teguntur quæ vestro in concilio turbulenter * atque cum tempestate decreta sunt. Apparet enim quoniam tumultuosa quadam indisciplinatione veritas est oppressa : vobis quippe inconsiderantibus quæ placent Deo, propter jurgia quæ contra proximos vestros habetis, & vota nostra inevincibilia esse contenditis. Sed erit opus divinæ providentiæ, quatenus * e contrario aperte deprehensa possint evacuari, & quidquid illic convenientes, sine qualibet gratia, odio aut inimicitiarum causa gessistis, funditus repelli. Quapropter cum omni festinatione vos omnes ad hujus sanctæ sedis reverentiam volo concurrere; quatenus gestorum apud vos integritatem per vosipsos possitis ostendere. Nam nec dubitare vos credo Athanasium sacræ legis doctorem non solum a nobis, sed etiam a Nicæna synodo veræ fidei cultorem esse comprobatum; qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arii prostraverat blasphemias, post quinque menses Niceni concilii Alexandrinorum ecclesiæ suscepit præsulatum : adversus quem ejusque sectatores multa mendacia texentes, & nudas valde calumnias quasi veras accusationes componentes, nobis multorum malorum eum causam & caput esse perhibuistis, & non solum apud Ægyptum, sed etiam apud Palæstinam & Phœnicen, vicinasque gentes, scriptis vestris illum perturbatorem esse significastis. Qua de re ecclesiasticam sequentes regulam, vos & illos Romæ " regulariter ad judicium

"Hist Trip. III. 7.

Matth. 16.

Ivo lib. 4. In decret.

* timuistis,

" Ejusdem III. 7. ex Socrate & Soz. verba Constantini in ep. ad concilium Tyrium.

* & hæc contetio aperte deprehensa possit.

"Ejusdẽ ex iisdem IV. 2. verba Constantini junioris Aug ad Alexãdrinos. Vidẽda quoque Theod. Hist. II. 2. & Athan. apologia 2.

"Eadẽ Hist. Trip. variis locis.

"Theod. II. 3. interpre-

cium die statuta, non sub angusto temporis A spatio (ut excusatio locum non inveniat) literis & apocrisiariis evocavimus: illique, vocatione suscepta, ad diem præstitutum venere, sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestraque calumnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinationibus solummodò contenti estis, sed etiam videntes oves pastoribus desolatas, lupos pro pastoribus super eas posuistis. Decuerat ergò, ut ad regularem veniretis convocationem, qualiter de his & de aliis vestris præsumptionibus veram redderetis rationem, quoniam occurreret veritas," si falsitas displiceret: & nullus dubitat quod ita judicium" nocens subterfugit, quemadmodum qui est innocens B ut absolvatur requirit. Nec suspicione caret qui alium calumniis derogat falsa dixisse, cùm ipse ad judicium, ut probet quæ intulit, evocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad jam dictam canonicam convenire vocationem, ut coram universali" concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum & fratrum in " Antiochia subvertendum, & Nicæni magni concilii destructionem fecistis, aut cur nobis inconsultis episcopos in eam convocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio, canonibus quippe in " Nicæna synodo jubentibus, non debere præter sententiam Romani pontificis ullo modo concilia celebrari, nec C episcopos damnari: aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis, antequam penes nos aut aprocrisiarios nostros eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum. Isti enim qui ad memoratam regulariter venere vocationem, videntes vos a prædictis subtrahere calumniis, multa adversus vos lacrymabilia & doloribus plena referunt, accusantes vos, & dicentes, multa se' importabilia a vobis esse passos. Vobis ergo * refugientibus venire, illisque perseverantibus in vera ratione, suasque calumnias reclamantibus, super quibus & Ægyptiorum episcopi * literis nobis missis protestantur suis, falsa esse quæ contra Athanasium suosque sectatores machinantur, cunctaque Ariano- D rum * machinata, blasphemiis & talibus plena figmentis, liquet eos esse * inculpabiles, vosque culpabiles: quia si de vera consideretis innocentia, nullo modo a jam dicta vos canonica subtraheretis evocatione, quæ non subito, sed spatiose denuntiata est: sed omni subducta apologia, absque tardatione venire, & causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis, scripsi " vobis, & omnibus qui in Antiochiam contra apostolicam canonicamque regulam, nobis inconsultis, fueratis congregati, arguens vos primum de injuriis literarum, deinde cur Athanasium suosque consectatores ad vestrum concilium convocassetis, canonibus scilicet præcipientibus, nihil extra Romanum decerni pontificem, cui E hæc & majora ecclesiarum negotia, tam ab ipso domino, quam ab omnibus universorum conciliorum fratribus, speciali (ut jam dictum est) privilegio contradita sunt. Vobis vero refugientibus, & ad concilium toties convocatis, adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamatione & justa ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, * & illorum justam examinantes rationem, omnesque eos Nicæno concilio competientes & nostris apostolicis jussionibus obtemperantes, visum est nobis ac universo concilio, ut nos divinis præceptis & apostolicis monitis " informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilare debemus affectu, si quidquam reprehensioni usquam invenitur obnoxium, celeri solicitudine ab ignorantiæ imperitia aut a præsumptionis usurpatione revocemus.

I.

His taliter consideratis atque discretis, tamquàm " omnium curam gerentes, propter sedis propriæ dignitatem, suscepimus eos in communionem, " singulisque cum suis, auctoritate hujus sanctæ sedis, rebus, proprias reddidimus ecclesias, quoniam huic sanctæ sedi, propter pravorum hominum insidias, ipso domino instituente, & sanctis apostolis, eorumque successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licebitque, domino auxiliante, in perpetuum. Vnde, qui se scit aliis esse " præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis & ipse dependat. Quapropter increpando vobis scribo, " quia non recte tractastis viros inculpatos, & a nobis minime examinatos, de suis ecclesiis communione privatos pellentes, & ecclesiasticæ disciplinæ injuriam irrogantes, constitutumque Nicæni concilii minime servantes, talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est quintodecimo Kalendas Novembris, vos iterum regulariter literis missisque evocamus, ut coram vostis ostendamus nos justam in eos protulisse sententiam, & de cetero non talia esse passuros. Est etenim in antiquis ecclesiæ statutis decretum, " ut aliena qui invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat. Vnde & in euangelio scriptum est: *Quod si * aliquid defraudavi, reddo quadruplum.* In lege quoque cautum est: *Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus: Amen.*

Quare miror vos tam audaces esse, & tam impudenter egisse, & terminos ac jura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim (ut paulo superius comprobatum est) juris erat, ut absque ejus sanctæ sedis auctoritate, nullus deberet aut concilia " celebrare, aut episcopos ad synodum convocare, vel damnare eos, aut propriis pellere sedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi quod apostolorum eorumque successorum decreta transgredi, & maledictionē superius comprehensam, in lege scilicet cautam, quam omnis populus uno ore consonaque responsione per *Amen*, id est, fiat, confirmavit, suscipere non timuistis? Nam (ut reor) talibus transgressionum funiculis constricti, nostrum, ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis, & ad supradictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est suum eos confiteri " crimen, qui toties evocati, absque inevitabili causa venire distulerunt, & purgandi se voluntate non utuntur. Nam si de vestris dictis consideretis, etiam in faciem * probare non distulissetis. Tales insidiatores spiritu prævidentes sancti patres in Nicæa congregati, leges statuerunt, " quas nos

" S. Leo ep. 4.
* Trip. IV. 15.
" suppositios esse hos canones teste Contio vel id ostendit, quod nemo ne Gratianus quidem ipse eos allegare ausus est
" S. Leo ep. 84.
" Eadem Trip. ibid.
12. quæst. 2. Antiquis.
" conc. Rom. sub Symmacho.
Luc. 19.
Deut. 27.
* quid aliquem
* Socr. & Soz. alias citati
" Bonf. ep. 2.
" Trip. IV. 24. ex Theod. II 8. referente synodicam conc. Sard.
* Eadem IV.

24. ex Socr. l. 22. nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur, ex quibus nonnullas sententias his inseri judicavimus, ut tantorum patrum auctoritate nostra roboraretur epistola, atque omnes orientales, sive reliquarum partium episcopi hæc audientes, in tantam foveam non incidant, ne damnationem a patribus decretam percipiant. Sequuntur enim hæc ex prædicto concilio Nicæno capitula, id est, 18. 19. 21. 23. 26. 27. 28. 33. 41. 45. & 47. & * 49. ac 51. 52. 53. 54. 55. 57. 58. 59. 60. 61. 63. * 66.

(* 48. * 67.)

II.

(2. qu. 6. Omnes episcopi. " conc. Sard. c. 7.)

Vt omnes episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem, " atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea (sicut semper fuit) pie fulciantur, defendantur & liberentur. Cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, & episcoporum judicia, antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit. Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint, quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit.

III.

(3. qu. 6. Accusatus. " conc. Sard. c. 4. 5. & 17.)

Placuit, ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter " appellet, & adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio pontifex causam suam audit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam a comprovincialibus episcopis accusari causam pontificis scrutari liceat, non tamen definiri, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo, & non ab alio quam ab ipso dictum sit domino: (Matth. 16.) *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.*

IV.

(2. qu. 6. Si quis putaverit. " conc. Calch. 9 & 17. Hadr. col. 6. 18. 26.)

Si quis putaverit se a proprio metropolitano " gravari, apud primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ ecclesiæ papam, judicetur.

V.

(3. qu. 5. Accusatores * Hadr. 11 ex c. 2. conc. VII. Carth.)

Accusatores & accusationes, quas leges sæculi non adiciscunt, " & nos unanimiter submovemus. Nec fiat in districta probatione impietas, cum recta sit judicii in electione sententia. "

VI.

(* Ennodius ep. 18. lib. I. " Hadr. 16.)

Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque ejus episcopi voluntate, vel judicare, " salva tamen in omnibus apostolica auctoritate: quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & dijudicatio: (* Anianus in const. unicam tit. 16. lib. IV. Cod Theod.) quoniam censemus nullum " alterius judicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

VII.

(2. qu. 7. Si quis erga & in decret. Alex. pap. * Hadr. 2. ex c. 17. conc. V. Aurel.)

Si quis erga episcopum, vel actores ecclesiæ, se proprium habere crediderit negotium, non prius adeat judices, quam ad eos recurrat caritatis studio, " ut familiari colloquio commoniti, ea sanare debeant quæ in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione privetur.

VIII.

(2. q. 2. Nullus potest convocari.)

Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus, aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat; quia non est privilegium; quo possit spoliati jam nudatus. "

IX.

Pari tenore decernimus, non credi accusatori, " qui absente adversario causam suggerit ante utriusque partis discussionem. Nec accusatores vel testes suscipi, qui non sunt idonei.

X.

Placuit, ut si accusatus vel damnatus episcopus appellaverit Romanum pontificem, " id statuendum, quod ipse juste censuerit. Et omnes qui adversus " patres armantur, infames esse censemus: neque eos, qui cum inimicis morantur, " ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

XI.

Placuit, ut semper in accusatione clericorum, primo persona, fides, vita & conversatio blasphemantium perscrutetur. " Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide infidelis est. " Nec eis omnino est credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectæ conversationis vitam ducunt: quoniam tales & facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viventes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo & corrigenda, neque accusatoribus suspectis, & de inimicorum " domo prodeuntibus est credendum.

XII.

Quod non aliæ metropolitanæ ecclesiæ, vel primates sint, nisi illæ, quæ prius primates erant, & post Christi adventum, auctoritate apostolica & synodali primatum habere meruerunt. Reliquæ vero non primates, sed metropoles vocentur, eorumque episcopi, non primatum, " sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruantur.

XIII.

Infames esse censemus omnes, qui suam aut Christianam prævaricantur legem, aut canonicam postponunt auctoritatem.

XIV.

Salvo in omnibus Romanæ ecclesiæ privilegio, nullus " metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt, imo & causam in synodo pro facto dabit.

XVI.

Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramite recedentem, aut sacris canonibus inobedientem, suscipere non possumus, nec impetere recte credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes, permittimus.

XVI.

Peregrina judicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ut ab exteris judicentur, qui comprovinciales & a se electos " debent habere judices.

XVII.

Salva apostolicæ ecclesiæ auctoritate, " nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur: sed * evocatus ipse canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur, qui concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam; quoniam si hoc minoribus, tam clericis quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit? Nam si ipse metropolitanum aut judices

(" Ex Syn. Rom. ... Symmac. " Anian. in const. & 13. tit. lib. XI. ... Theod. 6. qu. 1. cer. qu. " Hadr. ex c. 7. ... dicens. " Ex Pr. ad Dom. " sent. 1. 15. libri Pauli. Idem h... tur in d... epist. 1. ... ti papæ. " Hadr. " Sixti 5. & 15. " sent. 1. 15. libri ejusdē Pauli. Idem habetur in 1. epist. de Clem. papæ, & in epist. de Anacleti papæ. " Hadr. " Hadr. ex can. 3... Apost. interprete Dionysio Exiguo. 3. qu. 4. Alienis erroribus. 3. q. 7. Peregrina judicia. " Had. 1... ex cod. Theod. " Hadr. * vocatus co...)

judices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud primates diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontifices judicetur.

XVIII.

Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum," quoniam ejus atque omnis rei professio periculosa est," & admitti adversus quemlibet non debet.

XIX.

Incerta nemo unquam pontificum judicare præsumat, quia quamvis vera sint," non tamen credenda, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.

XX.

Criminationes majorum natu per alios ne fiant nisi per ipsos qui crimina intendunt," si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se carere suspicione" atque inimicitia, & irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.

XXI.

Et provincialis "synodus retractetur per vicarios urbis Romæ episcopi, si ipse decreverit.

XXII.

Placuit, ut a quibuscumque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos (ubi est auctoritas major) fuerit provocatum, audientia non negetur."

XXIII.

Si quis metropolitanus episcopus (nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam) sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum, aliquid agere tentaverit, "gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de comprovincialium episcoporum causis, suarumque ecclesiarum & clericorum atque sæcularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordi administratione, sicut dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare*: Et alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Similiter & ipsi comprovinciales " episcopi, cum ejus consilio (nisi quantum ad proprias pertinet parochias) agant, juxta sanctorum constituta patrum, ut uno ore, uno animo concorditer sancta glorificetur trinitas in sæcula.

XXIV.

Caveant judices ecclesiæ, ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant, " quia irrita erit; quippe & rationem pro actione reddent in synodo, &, ut proditoris calumnia, nec eorum postea vox" audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille, qui injuriam ejusque sustinet nequitiam.

XXV.

Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua ille consistit" qui pulsatur, suas exerceat actiones. Nec æstimet eum accusator suus alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare.

XXVI.

Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant" damnationis,

A quam apostolica freti auctoritate, aut reum se ex Aniano
ipse confiteatur, aut per innocentes & canonice examinatos regulariter testes convincatur.

XXVII.

Irritam esse injustam episcoporum damnationem * decernimus, & idcirco a synodo retractandam," ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis. 3. q. 6. Irritam. * censemus, " Hadr. 54.

XXVIII.

Detractores qui divina auctoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione. Similiter, ne summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat; neque in re dubia detur sententia;" nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. 3. q. 4. Detractores quoque. 2. q. 7. Majorum quispiam. " S. Greg. ep. 30. lib. VIII. & 52. lib. XI.

XXIX.

B Plura de his ideo hic non inserimus," ne vacuare vilemve prædictam facere synodum videremur, aut fastidium legentibus audientibusque prolixa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostræ ecclesiæ sedis scrinio & ea quæ prædiximus invenire poterit. Verum me " dixisse testis est divinitas. De receptione vero sedis, & sacerdotii, atque honoris, quæ dixistis Athanasium absque concilii decreto suscipere, non ita invenimus sicut calumniati estis: sed quorumdam episcoporũ consilio atque decreto recepit suum quod injuste perdiderat sacerdotium, ac resedit in sede." Quod enim scripsistis, C non eum posse a pauciore numero episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est; nec hæc regula orthodoxorum sanctæ ecclesiæ est episcoporum; sed Arianorum, sociorum videlicet vestrorum, hæc adinventio ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam, ut nobis a veracibus est testibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata fuistis congregati, odio prædicti Athanasii hanc regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit; quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ legatio interfuit, canonibus præcipientibus sine D ejus auctoritate concilia fieri non debere." Nec ullum ratum est aut erit unquam concilium, quod non fultum fuerit ejus auctoritate. " vide Hincm. lib. 55. c. 20. " Ennod. lib. 1. ep. 20. " Trip. X. 17. ex Socr. Soz. &c. Dist. 17. Regula vestra nullas " Trip. IV. 9. & 19.

XXX.

Igitur de fuga, super qua Athanasium "reprehenditis, non * bene agitis, cum ipse dominus mandatum hoc nobis dederit. *Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Et ipse dominus, per semetipsum exemplum nobis * demonstrans, quando Pharisæi concilium fecerunt adversus eum, ut eum occiderent: *Sciens autem Iesus, discessit inde.* Et alibi: *Tulerunt lapides Iudæi, ut jacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exivit de templo. Et transiens per* E *medium eorum, abivit, & ita discessit.* Nam & discipuli propter metum Iudæorum recesserunt, celantes semetipsos. Et Paulus in Damasco a principe gentis quæsitus, de muro in sporta depositus est, & manus quærentis effugit. Et alii quamplurimi & innumerabiles sancti, tam in veteri testamento, quam in novo, fugisse leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubescite potius persequi, & quiescite insidiari, quiescentque continuo fugientes. Nam" sive perimatis eos, mors semper contra vos exclamat: sive rursus exilia superponatis, " Fugit anno dumtaxat 342. a Gregorio pulsus. Vide de ejus apol. 2. & Trip. VI. 22. * recte *Matth. 10.* * demonstravit, *Matth. 12. Ioan. 8. Luc. 4. 2. Cor. 11.* * Trip. ibid.

ubique in vos mali memoriam destinare nosci-mini, & illi patiendo sibi proficiunt. Vnde & dominus ait: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Multos enim cognovimus pessimis machinationibus injuste depositos: ideo summopere * a me, cui vice apostolorum principis universalis ecclesiæ cura commissa est, providendum est, auxiliante ipso summo apostolo, ne deinceps talia fiant: quoniam ideo huic sanctæ sedi præfata privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis conciliis & judiciis ac restitutionibus episcoporum, quam & de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, & injuste damnati restitutionem sumant, & talia " ab improbis ne præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque ' damnatione. Non ergo recte egistis, quod prædictos fratres calumniati estis, dicente domino: *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum.* Nec recte egistis, quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosque ad concilium vocastis, & damnare præsumpsistis, canonibus (ut præmissum est) jubentibus, " nihil ex his absque hujus sanctæ sedis auctoritate fieri debere. Non recte egistis, quod regulariter a nobis ad concilium vocati venire distulistis. Non recte egistis, quod cōtra eos rationem reddere, ut vestra erga eos aut probaretur recta sententia aut improbaretur, non venistis, nec rationalem mandastis causā, ut quid hæc renuistis.

Matth. 10. — * mihi, — 2. qu. 6. Ideo huic sanctæ sedi. — " concil. Rom III. sub Symmacho — ' sua — Leuit. 19. — "Trip. IV. 9.

His ergo omnibus perpensis, manifestum est vos reos existere, & illos innocentes remanere: & vos recte excommunicatos, illosque juste liberari. Noluit itaque dominus tam leviter suos tractari ministros, sicut facitis; aut' a vobis damnari, sed (sicut memoratum est) aut ab hac sancta sede, cui commissi sunt, aut suo reservari judicio. Ait enim: *Qui vos contristabit, me contristabit. Qui fecerit injuriam vobis, recipiet id quod inique gessit.* Et quanta pœna expectet eos qui domini scandalizant discipulos, euangelium sufficienter exponit, ubi de scandalizantibus discipulos loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta (ut præfatum est) sede, aut sibi reservandi, ipse manifeste dat exemplum, quando peccantes sacerdotes, quorum locum modo in sancta ecclesia tenent episcopi, non per alium, " sed *per semetipsum vendentes & ementes ejecit de templo, & mensas nummulariorum proprio evertit flagello, & ejecit de templo.* Et ipse alibi ait: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit*, & reliqua talia & his similia. Et alibi idem ipse ait: *Nolite judicare, ut non judicemini, nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim judicio judicaveritis judicabimini.*

Luc. 10. — * Coloss. 3. — Matth. 18. — Marc. 6. — " Isid. III. sent. 39. — Matth. 21. — Marc. 11. — Luc. 19. — Ioan. 2. — Psal. 81. — Matth. 7. — Luc. 6.

XXXI.

Quapropter non tam temere (ut vos facitis) quispiam suam præsumat evomere iniquitatem, sed judicantem cuncta oportet " rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, nec de illis, quæ ei inconcessa sunt, ullo modo judicium præsumere interrogandi ac proponendi adjiciendique, patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec * prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando illi, peractis omnibus, jam nihil amplius habuerint in quæstione quod proponant. Nec oportet quemquam judicari aut damnari, antequam suos accusatores præsentes habeat, locumque defendi accipiat spatiosum ad " abluenda crimina.

30. qu 5. Iud. opus: & in decret. Eleutherii — "Hadr. 24. papæ, ex const. 1 tit. 18 l. 11. cod. Theod. cum interpr. Aniani — In decret. Ivo lib. 4. — * prius judex — Et in 2. epist. … phani I … " Hadr.

XXXII.

Similiter in jam fata synodo statutum est, ut ultra provinciæ terminos accusandi licentia non " progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit sedem provocatum, ad quam omnes qui voluerint libere, & absque ullo impedimento a quibusdam agendo, confluere debent.

2. q. 6. … provinc… rum. " Hadr… ex cod… Theod.

XXXIII.

Similiter in jam ' præfixa synodo est decretum, ne suspecti, aut infames, " aut criminosi, aut * gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui omni careant suspicione, quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscumque agitari.

3. qu. … militer … præfat… ' præfa… " Hadr… 50. * id est … latores … exponit… sa in pr… to capit…

XXXIV.

Similiter statuit præfata synodus, ut nullum sententia, nisi a suo judice dicta, constringat. " Iudices autem alii esse non debent, quam quos ipse qui impetitur elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut ejus primates auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. Ex his enim & aliis quæ tam in hac sancta sede quam & ab apostolis eorumque successoribus sunt statuta, nihil præfatis episcopis concessistis, sed vim eis inferentes, injusteque (ut superius commemoratum est) eos damnantes, aliquos absentes expulistis, quod omni Christianæ religioni est inimicum. In quibus apparet, quod nec domino sua servastis jura, nec huic sanctæ matri & apostolicæ ecclesiæ, quæ (ut præscriptum est) eos suo judicio, aut huic sedi voluit reservari, ne a tam pravis (sicut estis) hominibus damnarentur aut ejicerentur, in his omnibus vos stultos & prævaricatores euangeliorum & canonum esse, nulli sane sapientium est absconditum.

1. quæst… Iudices … tem alii … " Hadr… ex cod… Theod… IV. tit… const. … apud … ep. 56… XI.

XXXV.

Nec his contenti in vestra estis prævaricatione, sed etiam, quod prius expulsos eos, & suis expoliatos rebus, quasi vocastis atque damnastis, cum nullus regulariter aut vocari aut judicari possit, antequam sit regulariter restitutus, & sua omnia ei legibus " sint integerrime reformata. Est namque in sæpe jam dicta sancta synodo ab omnibus unanimiter decretum, & apostolica auctoritate roboratum, ut si quis episcoporum suis fuerit rebus expoliatus, & in accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet & decet sanctum propositum prima fronte cedere, ut omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, legaliter primo potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & præsul regulariter prius statui pristino reddatur, & ipse, dispositis ordinatisque suis, tunc ad tempus veniat ad causam, & si ita ' juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Quare ergo transgressi estis terminos patrum, judicantes & damnantes eos quos non debuistis? Quare judicastis eos quos non regulariter approbastis? Non observastis " quod in Regnorum libro scriptum est: *Non quomodo videt homo videt Deus, quia homo videt in facie Deus autem in corde videt.* Et in paralipomenon: *Omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem novit.* Et alibi scriptum est: *Non potest humano condemnari examine quem Deus suo " reservavit judicio.* Hæc omnia summopere præcavenda

2. q. 2. … lus po… convoc… — " conc… Rom. … sub S… macho … 2. qu. … episco… suis fu… Et in d… Eusebi… pæ sen… tialiter … "Hadr… 5. ex d… conc. … — ' iustit… Prov. … — " Anast… papa II … ad An… Aug. e… 1. Reg. … 2. Par… In dec… Ivo. li… 1. Cor. … " Hadr.

venda sunt ; nec accusatio episcoporum facile A est recipienda, dicente domino : *Non suscipias vocem mendacii*. Et apostolus inquit : *Adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam, absque duobus vel tribus idoneis testibus*. Si hæc de presbyteris vel ceteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis ? Quibus cognitis, magis " vos dominari velle manifestum est, quam consulere fratribus, aut sustentare eos, quia honor inflat ad superbiam : & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque vos juxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis, & expectare quid ad vestra consulta rescriberemus, intantum ut, si etiam quidquam grave intolerandumque committerent, nostra B præstolaretur censura. Et nihil prius aut aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia, aut præsumptione recederetis. Cesset " hujusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio, vitentur hujusmodi nocumenta; quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta quoniam convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito "namque nos causa respicit, si silentio faveamus errori.

d 23.
imoth. 5.
Leo 4. c. 1.
ifacius
Cælest.

XXXVI.

Est insuper in prędicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione : nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione, cum nos su-

. 7. In
a Ni-

per illos sciamus a domino constitutos, non illos super nos. Et sicut " major non potest a minori judicari, ita nec colligari : quia ratum " est omne, quod magnum est. Portamus onera omnium " qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur adversis. Data Kalendis Novembris, Feliciano & " Maximiano viris clarissimis consulibus.

" Gelas. de vinculo anathematis.
" Zos. cap. 1. ep. 1.
" Siricius ep. 1.
" Titiano corrigendu adeoque anno 337. unde patet dolus fabricatoris. An hęc epistola sit Iulii.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Rescriptum Iulii.*] Hoc rescriptum Iulii cum ea responsoria epistola, quam ab Athanasio recitatam, infra statim subjunximus, partim convenit, plurimum vero ab eadem differt. Cum utraque Eusebianos cum Athanasio ad concilium Romæ anno 340. indictum citatos esse referat; utraque etiam Athanasium ad statutum diem adfuisse, Eusebianos autem contumaciter remansisse, enarret; demum utraque epistolæ illius, quam ab ipsis post celebratam Antiochenam synodum scriptam, postque Gregorium Cappadocem anno Christi 341. magna & horrenda Alexandinorum strage introductum, superbe, fastuose, & contentiose scriptam fuisse refert, meminerit, utramque unam eamdemque Iulii epistolam esse oportet. Hanc mendosam, corruptam, & a quodam ex diversis " compilatam: illam vero, quæ ex Athanasio desumpta infra subditur, germanum exemplar esse Iuliani ad orientales episcopos rescripti, dubium non est Hanc mendosam esse & corruptam, consulatus Feliciani & Maximiani, infra hic in fine additus, aperte demonstrat. Si enim prædictis consulibus scripta est, initio pontificatus Iulii, anno Christi 337. scriptam fuisse necesse est, atque ita non subsistit quod de synodo Romana indicta, de Alexandrina seditione exorta cōmemorat. Vide quæ diximus initio epistolarū Iulii, &c.

" imo pro libito confictam

Ἐπιστολὴ Ἰουλίου. Ἰούλιος, Δανίῳ καὶ Φλακίλλῳ, Ναρκίσσῳ, Εὐσεβίῳ, Μάρει, Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας, γεγράφασιν ἡμῖν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἀνέγνων τὰ γράμματα τὰ διὰ τῶν πρεσβυτέρων μου Ἐλπιδίου καὶ Φιλοξένου ἀποκομισθέντα καὶ ἐθαύμασα· πῶς ἡμεῖς μὲν ἀγάπῃ καὶ συνειδήσει ἀληθείας ἐγράψαμεν, ὑμεῖς δὲ μετὰ φιλονεικίας καὶ οὐχ, ὡς ἔπρεπεν, ἐπεστείλατε. ὑπεροψία γὰρ καὶ ἀλαζονεία τῶν γραψάντων διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐδείκνυτο. ταῦτα δὲ ἀλλότρια τῆς ἐν Χριστῷ πίστεώς ἐστιν. ἔδει γὰρ τὰ μετ' ἀγάπης γραφέντα, ἀμοιβῆς τῆς ἴσης μετ' ἀγάπης τυχεῖν. καὶ μὴ μετὰ φιλονεικίας. ἢ οὐχὶ ἀγάπης ἐστὶ γνώρισμα πρεσβυτέρους ἀποστεῖλαι συμπαθεῖν τοῖς πάσχουσι, προτρέψασθαι τοὺς γεγραφότας ἐλθεῖν, ἵνα πάντα διὰ τάχους λύσιν λαβόντα διορθωθῆναι δυνηθῇ, καὶ μηκέτι μήτε οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν πάσχωσι, μήτε ὑμᾶς τινες διαβάλλωσιν; ἀλλ' οὐκ οἶδα τί τὸ δόξαν οὕτως ὑμᾶς διατεθῆναι, ὥστε καὶ ἡμᾶς ποιῆσαι λογίζεσθαι, ὅτι καὶ ἐν οἷς ἐδόξατε ῥήμασιν ἡμᾶς τιμᾶν, ταῦτα μετασχηματιζόμενοι μετ' εἰρωνείας τινὸς εἰρήκατε. καὶ γὰρ καὶ οἱ πρεσβύτεροι οἱ ἀποσταλέντες οὓς ἔδει μετὰ χαρᾶς ἐπανελθεῖν τοὐναντίον λυπούμενοι ἐπανῆλθον ἐφ' οἷς ἑωράκασιν ἐκεῖ γινομένοις. καὶ ἔγωγε τοῖς γράμμασιν ἐντυχών, πολλὰ λογισάμενος, κατέχον παρ' ἐμαυτῷ τὴν ἐπιστολήν, νομίζων. ὅμως ἥξειν τινὰς καὶ μὴ χρείας εἶναι τῆς ἐπιστολῆς ἵνα μὴ καὶ ἐς φανερὸν ἐλθοῦσα, πολ-

ᵃ EPISTOLA III.

IVLII PAPÆ I.

"AD ORIENTALES.

In eadem causa Athanasii, ex apologia " secunda Athanasii.

Iulius Danio, Flacillo, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, ceterisque eorum qui nobis dilectissimis in Christo fratribus ex Antiochia scripserunt, salutem.

"Hæc sincera, non secus ac sequens, nulloque Mercatoris mangonio fucata est.
" Petro Nannio interprete.

b LEGI epistolam vestram quam mihi mei presbyteri Elpidius & Philoxenus attulerunt, miratusque sum, cum a nobis ex vera dilectione & bona conscientia scriptum esset, contentiose a vobis, & non, ut decuit, rescriptum esse. Fastus enim & arrogantia scribentium in epistola apparebat. Atqui aliena sunt ista a fide in Christum : decuit enim eum, qui cum dilectione ad vos scriberet, eamdem vicissim dilectionem, non autem contentionem referre. Quid? an non dilectionis indicium, erat, nos presbyteros misisse, qui compaterentur patientibus, & incitarent eos qui judicium scriptis postulaverant, ut præsto esse vellent, quo primum omnia componerentur, & emendationem acciperent, ne diutius aut fratres nostri injurias, aut vos calumnias pateremini? Nescio cur vobis ita rem agere placuit, ut nos in hanc opinionem redigatis, ut arbitremur nos sub specie reverentiæ pro ludibrio esse habitos, dictaque vestra irridentium fuisse, cum & presbyteros nostros ad vos missos, quos cum gaudio remissos oportuit, cum luctu remiseritis ob ea quæ istic geri conspiciebant. Ego certe, cum literas vestras evolverem, post varias ultro citroque cogitationes, eas supprimendas putaui, ea spe quod crederem saltem aliquos ex vestris adventuros, nec opus fore istiusmodi epistolis, ne, si illæ in publicum promerentur, multos hic dolore

dolore afficerent. Ceterum ubi nullus vestrum supervenerat, necessum fuit ut eas proferrem. Credite mihi, omnes admiratione pleni vix induci poterant ut crederent istiusmodi literas a vobis profectas esse, in quibus rixandi potius quam caritatis affectus eminebat. Quod si ambitione eloquentiæ ostentandæ ita exceptæ sunt a dictatore, id certe studium ad alios spectat. In rebus enim ecclesiasticis non specimen eloquentiæ, sed canones apostolici requiruntur, operaque dari solet, ne quis ex parvis in ecclesia scandalizetur. Expedit enim, secundum ecclesiasticum verbum, molam asinariam suspen- B di a collo, atque ita demergi, quam unum ex pusillis scandalizare. Quod si aliquibus in alios ob pusillanimitatem offensis (non enim omnium talem mentem fuisse arbitror) istiusmodi epistolam scribi placuit, primum decuit neminem offendi, neque solem occidere super hujusmodi offensis, certe eo res deduci non oportuit, ut offensiones suas scriptis proderent. Quid enim actum est dignum offensa? aut qua in re vobis, quibus scripsi, causam succensionis præbui? An quia adhortati vos sumus, ut ad synodum occurreretis? Atqui illud potius cum gaudio excipi oportuit. Qui enim bene sentiunt de iis quæ egerunt, & in quibus ipsi (ut aiunt) C judices fuere, non indignanter ferre solent, si quod ab ipsis judicatum est, ab aliis excutiatur, quippe qui securi sint, ea quæ ipsi justa judicaverunt, injusta nunquam fieri posse. [c] Quocirca episcopi in magna synodo Nicææ congregati, non sine Dei consilio permiserunt prioris synodi acta in alia synodo examinari, ut & illi qui judices erant, præ oculis habentes secundum de ea ipsa re judicium futurum, cum omni diligentia causam expenderent, & illi qui sententiam acceperant certo agnoscerent, se non per simultatem priorum judicum, sed jure & merito condemnatos esse. Quod si istiusmodi consuetudo olim fuit, ejusque D memoria renovata est, & scripto prodita in magna synodo, eamque apud vos valere non sinitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui semel in ecclesia obtinuit, & a synodo confirmatus est, iniquum est a paucis abrogari, quin ne hoc quidem concesso quidquam æqui habet vestra offensio. [d] Siquidem vestri legati, Macarius presbyter, & Hesychius Martyriusque diaconi, nullo modo, cum huc venissent, pares presbyteris ab Athanasio missis, ac semper ab illis convicti, refutatique, concilium indici a nobis postularunt, literasque & ad Eusebianos & Athanasium Alexandriam, quibus convocarentur, mitti, ut E coram omnibus justo judicio de causa cognosci posset: tum enim se de Athanasio probaturos esse, quod jam nequirent. Publice enim coram nobis Martyrius & Hesychius refellebatur, Athanasii presbyteris bona cum fiducia alacriter resistentibus. Martyrius vero cum suis, si vera dicenda sunt, ubique profligabatur, ac proinde concilium generale postulavit. Si igitur Martyrio & Hesychio nullā synodū postulantibus adhortatus fuissem, ut ad synodū qui ad me scripsissent convocarentur, idque in gratiam fratrum, qui se inju-

Non eloquentia, sed canones in ecclesiasticis rebus attendendi.

Prima querela Eusebianorum refutatur.

Quid actū Romæ per utriusque partis legatos.

A τίνες εἰσὶν οἱ φλόγα διχονοίας ἀνάψαντες, ἡμεῖς οἱ λυπούμενοι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, καὶ συμπάσχοντες τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς ἢ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐργασάμενοι; θαυμάζω γὰρ πῶς τοιαύτης καὶ τοσαύτης ἐκεῖ ἀκαταστασίας καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν οὔσης, δι' ἣν καὶ οἱ ἀπαντήσαντες ἦλθον ἐνταῦθα, γράφετε ὑμεῖς ὁμόνοιαν γεγενῆσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰ δὲ τοιαῦτα οὐκ ἐπὶ οἰκοδομῇ τῆς ἐκκλησίας ἀλλ' ἐπὶ καθαιρέσει ταύτης γίνεται, καὶ οἱ ἐν τούτοις δὲ χαίροντες οὐκ εἰσὶν εἰρήνης υἱοὶ ἀλλ' ἀκαταστασίας. ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἀκαταστασίας ἀλλ' εἰρήνης. διόπερ ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κηδόμενος μὲν B καὶ τῆς ὑμῶν ὑπολήψεως, εὐχόμενος δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας μὴ ἐν ἀκαταστασίᾳ εἶναι, ἀλλὰ διαμένειν ὥσπερ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐκανονίσθη, γράψαι ὑμῖν ταῦτα ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἵνα ἤδη ποτὲ δυσωπήσετε τοὺς διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν, οὕτως διατιθεμένους τὰς ἐκκλησίας. ἤκουσα γὰρ ὅτι τινὲς εἰσὶν ὀλίγοι οἱ τούτων πάντων αἴτιοι τυγχάνοντες, καὶ σπουδάσατε ὡς σπλάγχνα ἔχοντες οἰκτιρμῶν διορθώσασθαι ὡς προεῖπον, τὰ παρὰ κανόνα γενόμενα, ἵνα εἰ καί τι προελήφθη, τοῦτο τῇ ἡμετέρᾳ σπουδῇ θεραπευθῇ καὶ μὴ γράφητε ὅτι τὴν Μαρκέλλου καὶ Ἀθανασίου, ἢ τὴν ὑμῶν εἱλοῦ κοινωνίαν, οὐ γὰρ εἰρήνης, ἀλλὰ φιλονεικίας, καὶ μισαδελφίας τὰ C τοιαῦτα γνωρίσματα. διὰ τοῦτο οὖν κἀγὼ τὰ προειρημένα ἔγραψα, ἵνα μαθόντες ὅτι οὐκ ἀδίκως ἐδεξάμεθα αὐτοὺς παύσησθε τῆς τοιαύτης ἔριδος, εἰ μὲν γὰρ ἐλθόντων ὑμῶν ἦσαν καταγνωσθέντες, εἰ μὴ εὐλόγους ἀποδείξεις ἔχειν ἐφαίνοντο ὑπὲρ ἑαυτῶν, καλῶς ἂν τὰ τοιαῦτα γεγραφήκειτε· ἐπειδὴ δέ, ὡς προεῖπον, κανονικῶς καὶ οὐκ ἀδίκως, τὴν πρὸς αὐτοὺς ἔχομεν κοινωνίαν, παρακαλῶ ὑπὲρ Χριστοῦ μὴ ἐπιτρέψητε διασχισθῆναι τὰ ″ μέρη τοῦ Χριστοῦ. μὴ δὲ τοῖς προλήμμασι πιστεύσητε, ἀλλὰ τὴν τοῦ κυρίου εἰρήνην προτιμήσατε· οὐ γὰρ ὅσιον οὐδὲ δίκαιον διὰ τὴν ὀλίγων μικροψυχίαν τοὺς μὴ καταγνωσθέντας ἀπορρίπτειν καὶ λυπεῖν ἐν D τούτῳ τὸ πνεῦμα. εἰ δὲ νομίζετε δύνασθαί τινα κατ' αὐτῶν ἀποδεῖξαι, καὶ εἰς πρόσωπον αὐτοὺς ἐλέγξαι, ἐλθέτωσαν βουλόμενοι. ἑτοίμους γὰρ ἑαυτοὺς καὶ αὐτοὶ εἶναι ἐπηγγείλαντο, ὥστε καὶ ἀποδεῖξαι καὶ διελέγξαι περὶ ὧν ἡμῖν ἀπήγγειλαν. σημάνατε οὖν ἡμῖν, ἀγαπητοί, περὶ τούτου, ἵνα κἀκείνοις γράψωμεν, καὶ τοῖς ὀφείλουσι πάλιν συνελθεῖν ἐπισκόποις, πρὸς τὸ πάντων παρόντων, τοὺς ὑπευθύνους καταγνωσθῆναι καὶ μηκέτι ἀκαταστασίαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γίνεσθαι. Ἀρκεῖ γὰρ τὰ γενόμενα, ἀρκεῖ, ὅτι παρόντων ἐπισκόπων, ἐπίσκοποι ἐξωρίζοντο, περὶ τοῦ οὐδὲ μακρηγορεῖν δεῖ, ἵνα μὴ βαρεῖσθαι οἱ παρόντες τότε δοκῶσιν, εἰ γὰρ δεῖ τἀ- E ληθὲς εἰπεῖν, οὐκ ἔδει μέχρι τούτων φθάσαι, οὐδὲ εἰς τοσοῦτον ἐλθεῖν τὰς μικροψυχίας. ἔστω δὲ Ἀθανάσιος καὶ Μάρκελλος, ὡς γράφετε, μετετέθησαν ἀπὸ τῶν ἰδίων τόπων, τί καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἂν τις εἴποι τῶν ἐκ διαφόρων τόπων, ὡς προεῖπον, ἐλθόντων ἐνταῦθα ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων. καὶ αὐτοὶ γὰρ πάλιν ἡρπάσθαι ἑαυτούς, καὶ τοιαῦτα πεπονθέναι ἔλεγον, ὦ ἀγαπητοί, οὐκέτι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ λοιπόν, ἐπὶ ἐξορισμῷ καὶ θανάτῳ αἱ κρίσεις τῆς ἐκκλησίας εἰσίν. εἰ γὰρ καὶ ὅλως, ὥς φατε, γέγονέ τι εἰς αὐτοὺς ἁμάρτημα ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, καὶ μὴ οὕτως γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, ἔδει γραφῆναι

″ μέλη

γεγράφθαι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως παρὰ πάντων ὁρισθῇ τὸ δίκαιον. ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν οἱ πάσχοντες, καὶ οὐκ αἱ τυχοῦσαι ἐκκλησίαι αἱ πάσχουσαι, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι δι' ἑαυτῶν καθηγήσαντο. διατί δὲ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως μάλιστα οὐκ ἐγράφετο ἡμῖν; ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν, πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, καὶ οὕτως ἔνθεν ὁρίζεσθαι τὰ δίκαια; εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον ἦν ὑποπτευθὲν εἰς τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐκεῖ, ἔδει πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἐκκλησίαν γραφῆναι. νῦν δὲ οἱ ἡμᾶς μὴ πληροφορήσαντες, πράξαντες δὲ αὐτοὶ ὡς ἠθέλησαν, λοιπὸν καὶ ἡμᾶς οὐ καταγνόντας βούλονται συμψήφους εἶναι. οὐχ οὕτως αἱ Παύλου διατάξεις. οὐχ οὕτως οἱ πατέρες παραδεδώκασιν, ἄλλος τύπος ἐστὶν οὗτος καὶ καινὸν τὸ ἐπιτήδευμα. παρακαλῶ, μετὰ προθυμίας ἐνέγκατε, ὑπὲρ τοῦ κοινῇ συμφέροντός ἐστιν ἃ γράφω. ἃ γὰρ παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ταῦτα καὶ ὑμῖν δηλῶ, καὶ οὐκ ἂν ἔγραψα φανερὰ ἡγούμενος εἶναι ταῦτα παρὰ πᾶσιν, εἰ μὴ τὰ γινόμενα ἡμᾶς ἐτάραξεν. ἐπίσκοποι ἁρπάζονται καὶ ἐκτοπίζονται. ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθεν ἀντιτίθενται, καὶ ἄλλοι ἐπιβουλεύονται, ὥστε ἐπὶ μὲν τοῖς ἁρπαθεῖσιν, αὐτοὺς πενθεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς πεμπομένοις, ἀναγκάζεσθαι, ἵνα οὓς μὲν θέλουσι μὴ ἐπιζητῶσιν, οὓς δὲ μὴ βούλονται, δέχωνται. ἀξιῶ ὑμᾶς μηκέτι τοιαῦτα γίνεσθαι. γράψατε δὲ μᾶλλον κατὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρούντων, ἵνα μηκέτι τοιαῦτα πάσχωσιν αἱ ἐκκλησίαι, μηδέ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ὕβριν πάσχῃ, ἢ παρὰ γνώμην ὥσπερ ἐδήλωσαν ἡμῖν ἀναγκάζηταί τις ποιεῖν, ἵνα μὴ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσι γέλωτα ὀφλήσωμεν, καὶ πρό γε πάντων, τὸν Θεὸν παροξύνωμεν. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ἀποδώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως περὶ ὧν ἐνταῦθα ἔπραξε. γένοιτο δὲ πάντας κατὰ Θεὸν φρονῆσαι. ἵνα καὶ αἱ ἐκκλησίαι τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἀπολαβοῦσαι, χαίρωσι διαπαντὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

A nobis, ut ita ab omnibus quod justum esset decerneretur. Episcopi enim erant, & non vulgares ecclesiæ, qui ista patiebantur, sed quas ipsi apostoli suamet opera ad fidem instruxerunt. Cur igitur & in primis de Alexandrina civitate nihil nobis scribere voluistis? an ignari estis ſ hanc consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod justum est definiri posset? Quapropter si isthic hujusmodi suspicio in episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram ecclesiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, postquam jam egerint quod libuit, suffragatores suæ damnationis, cui non interfuimus, esse volunt. B Non ita se habent Pauli ordinationes, non ita patres docuerunt, sed fastus iste, & novum studium est. Obsecro vos cum alacritate, audite, pro publico bono ista scribo: quæ enim accepimus a beato Petro apostolo, ea vobis significo, non scripturus alioqui quæ nota apud vos esse arbitror, nisi facta ipsa nos conturbassent. Episcopi abripiuntur, & suis e sedibus propelluntur: alii vero aliunde in eorum loca reponuntur, alii vero insidiis appetuntur, ut subditi & de abreptis doleant, C & a summissis vim patiantur, ut quos optant, frustra requirant; quos nolunt, inviti recipiant. Obsecro ne ista ulterius fiant, vel potius contra illos scribite qui talia moliuntur, ne deinceps has injurias ecclesiæ patiantur, aut episcopus aut presbyter istiusmodi contumelias sentiant, aut præter animi sententiam ea quæ nolint, ut nobis indicarunt, cogantur facere, ne apud ethnicos ridiculi efficiamur, aut, quod præ omnibus gravissimum est, Deum exacerbemus. Vnusquisque enim nostrum eorum quæ hic turbavit rationem reddet in die D judicii, optoque, ut omnes secundum Deum sentiant, quo ecclesiæ suis episcopis receptis perpetuo gaudeant in Christo Iesu domino nostro, per quem gloria Patri in sæcula sæculorum, Amen. Valere vos in Christo opto desideratissimi fratres.

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*] Hæc est illa vera & germana epistola, quam Iulius papa rescripsit ad eas Eusebianorum literas, quas ex Antiocheno concilio scriptas, per Elpidium & Philoxenum legatos Romanos transmiserat anno Christi 342. quando nimirum Gregorium in locum amoti Athanasii anno superiore electum per Philagrium præfectum jussu Constantii imperatoris, manu militari, multorumque civium & Christianorum ibi degentium cæde & exilio, circa paschale tempus introduxissent. Hæc concilii Romani tertii sub Iulio celebrati, de quo infra, epistola synodica est: patres enim qui anno 342. Romæ convenerant, per Iulium eas rescripsisse, in sua apologia ipse Athanasius testatur, his verbis: *Hæc cum Romæ synodus per Iulium Romanum episcopum scripsisset, improba iterum audacia Eusebiani in ecclesiis perturbandis insidiisque tendendis usi sunt.* Vt ea quæ in synodo decreta essent, solius Romani pontificis literis vulgarentur, honoris causa antiquitus id observari solitum fuit. Vide caput 52. concilii Africani.

Hac epistola quidquid Athanasius ab Eusebianis injuriarum & calumniarum ab initio sedis Alexandrinæ passus est, enarratur & refutatur, ac demum ad desinendum, & de rebus turpiter & inique gestis pœnitendum admonentur. In tanto criminum admissorum acervo mitius quam oportebat eos ideo admonuit, quod speraret eos ad concilium Romæ pertrahendos, quodque eos tot tantaque scelera non nisi imperatoris potentia fultos patrasse sciret. Ad orientales, teste Athanasio apologia secunda, per Gabinianum comitem missa fuit.

b *Legi epistolam vestram.*] Hanc suam Ariani epistolam non prius scripsere, neque etiam apostolicæ sedis legatos, Philoxenum & Elpidium, prius dimiserunt, quam cognovissent, quid in causa Athanasii, Marcelli, aliorumque exulantium episcoporum secunda illa, de qua infra, Romana synodo gestum & definitum esset. Querelæ quas Eusebiani hac sua epistola apud pontificem deposuerant, E hæ fuerunt: Prima, quod indigno animo tulissent se Romam esse citatos. Secunda, præstitum concilii habendi terminum nimis angustum fuisse. Tertia, indigne ferentes acta Tyrii conventiculi a Iulio iterum examinari, indignum esse scribebant, alia synodo retractari, quæ in alia jam stabilita essent; ac per Iulium ea labefactari, quæ ab ipsis judicata erant. Quarta, ut Romanæ ecclesiæ judicium, quod est omnium hæreticorum insigne proprium, subterfugerent, illud inculcarunt, nequaquam ex magnitudine civitatum esse æstimandas dignitates episcoporum. Quinta, expostularunt in Iulium, quod scribens ad eos, non tamen ad omnes nominatim literas rescripsisset, quarum illa erat inscriptio: *Eusebio cum suis.* Sexta, demum, sua ad Iulium scripta epistola conquesti sunt, Athanasium & Marcellum episcopos antea ab ipsis damnatos in communionem catholicam susceptos esse. Addit Sozomenus, eos suis literis contestatos fuisse, se nunquam cum Iulio pacem & concordiam inituros, nisi quæ ab eis fuissent constituta probasset. Hæc ex epistola Iulii, Socrate & Sozomeno, Baronius anno 341. num. 56. 57. & 58.

Epistola Arianorum ad Iulium quando scripta?

An plures quam 20. canones Nicæni concilii fuisse, hinc recte probetur.

c *Quocirca episcopi.*] Sunt qui ex hoc loco, Nicæni concilii canones plures quam viginti fuisse probant, quia ille canon, cujus hic mentio fit, quo cautum fuit, ut res in minori synodo cognitæ, in majori etiam examinari atque tractari possent, inter reliquos extantes non inveniatur. Verum sicut cuncta ista quæ sequuntur, ex Nicæno concilio prodiisse propter Iulii pontificis & Athanasii testimonium dubitare non licet; ita certos de his sancitos fuisse canones, & non magis ex ejusdem concilii actis prodiisse, non adeo facile affirmandum putarem. Ita Baronius in appendice anni 325. Quod infra ait, illam consuetudinem olim fuisse, eumque morem in ecclesia obtinuisse, intelligendum est de causa Arii, quæ antea in concilio Alexandrino sub Silvestro pontifice, & in præsentia Osii Cordubensis dijudicata, iterum in Nicæno concilio cognita fuit. Baronius prædicto anno 325. num. 161.

Causa indictæ synodi.

d *Siquidem vestri legati.*] Causam indictæ Romanæ synodi exponit; nimirum quod legati Eusebianorum, ab Alexandrinæ ecclesiæ catholicis devicti, eam celebrari postularint anno 339. Vide notas concilii Alexandrini infra, verbo *concilium*: item notas in concilium Antiochenum.

Eusebiani Nicænum concilium rejiciunt.

e *Si enim, ut scribitis.*] Ostendit Eusebianos decreta Nicænæ synodi irritare, quippe qui in suam communionem ab Alexandrina & Nicæna synodo excommunicatos Arianos recipiunt.

An Tyrio concilio Athanasius condemnatus fuerit.

f *Qui nec Tyri condemnatus est.*] Supra in notis ad concilium Tyrium ex Sozomeno dictum esse memini, quod concilium Tyri congregatum, postquam acta Mareotica per legatos confecta, Tyrumque perlata fuissent, iisdem actis Athanasium absentem condemnarit, episcopatu abdicarit, ac ne Alexandriæ habitaret prohibuerit. Quod igitur hic ait pontifex, ipsum nequaquam Tyri condemnatum fuisse, intelligendum putamus a majore & saniore parte illius concilii ibidem celebrati: catholici enim qui intererant, omnes ab Athanasii damnatione abhorruerunt, atque inde penitus discesserunt, cum Eusebiani seorsim ab iis coeuntes, in Athanasium, quæ sibi visa sunt decreverunt. Vide quæ notavimus in prædicto concilio Tyrio. Quamquam vero dici posset non esse condemnatum, quem a judicio absentem, contra omne jus & æquitatem ejusdem causæ testes & judices inique condemnassent: quæ sententia ex verbis quæ sequuntur aperte colligitur. *Scitis*, inquit, *monumenta actorum, ubi una dumtaxat pars adfuerit, nullarum virium esse, & suspecta haberi.*

Carpones quis.

[a] Vide supra p. 143.

g *Carpones.*] Carpones fuit legatus Gregorii in episcopatum Alexandrinum intrusi, homo Arianus, jam olim ab [a] Alexandro Alexandrino episcopo eo nomine notatus. Baronius anno 342. num. 38.

Ariani catholicorum communionem affectarunt.

h *Ariano Pisto literas scriberemus.*] Literas nimirum pacificas & communicatorias, quibus catholici esse probarentur. Vnde patet, quod Eusebianorum legati per technas atque versutias Romanæ ecclesiæ communionem suffurari conati fuerint, quo de sua fide, quasi catholica foret & orthodoxa, gloriari possent. Idem a Novatianis, Donatistis, aliisque plurimis antehac sæpius factum esse ex præcedentibus constat.

Legati Arianorum quamdiu Romæ morati.

i *De nocte profectus est.*] Fraude & infidelitate Arianorum legatorum detecta, postquam ultra annum Romæ egissent, ut ex Pisti ex Alexandria vocati historia colligitur, furtim nocturno tempore abeuntes acta Tyria & Mareotica, quæ ipsi secum Romam attulerant, Deo permittente, Romæ reliquerunt, ne acta turpiter, dolose & injuste contexta, oblivione deleri contingeret. His fretus Iulius pontifex Eusebianos in Romano concilio de calumnia convicit: de iisdem Athanasius apologia secunda: *Eusebiani ea per suos Romam miserunt, eademque illa a Iulio episcopo ad me transmissa sunt. Insaniunt igitur sua arcana apud nos haberi, & a nobis recitari.* Vide Baronium anno 339. num. 14. & 16.

Eusebius Nicomediensis [...] guitur.

k *Si igitur vere pacem.*] Futilem illam & procacem Eusebianorum assertionem, qua, ut judicium Romanæ ecclesiæ subterfugerent, illud inculcabant. Nequaquam ex magnitudine civitatum esse æstimandas dignitates episcoporum, Iulius false quidem, sed vere ex ipsius Eusebii Nicomediensis omnium antesignani factis exemplo petito, & inducta testificatione refellit. Ille enim majorum civitatum sedibus inhians, nullo loco quietus consistere potuit. Nam e Beryti sede in Nicomediensem transierat, & ex illa rursus in Constantinopolitanam se contulerat.

Eusebianorum que[...] la quæ[...]

l *Eusebio cum suis literis scripserim.*] Querebantur Eusebiani non ad omnes, sed solum ad Eusebium cum suis Iulium scripsisse, & synodum vocasse; quam inepte, sequentia indicant. Hinc apparet priores literas Iulii ad eos ad synodum vocandos, ex synodo datas esse; frequentia enim tunc concilia cogebantur. Quasnam autem illi sic ad synodum citati inanes causas, falsosque prætextus prætexuerint, ne Romam ad synodale judicium subeundum venirent, partim supra initio hujus epistolæ diximus, partim infra in notis ad concilium Antiochenum dicemus.

m *Quod autem non temere.*] Hoc loco acta utriusque concilii Romani, de quibus infra, defendit, omnesque calumnias Athanasio Tyri objectas refellit.

Acta Mareotica [...] Tyria q[...] modo ac[...]pta?

n *Ex monumentis actorum per Martyrium.*] Qua occasione Iulius pontifex acta Tyria & Mareotica acceperit, eaque post clandestinum abitum legatorum Eusebianorum retinuerit, supra diximus.

Romanæ synodi acta.

o *Cum igitur istiusmodi allegarentur.*] Cum terminus indictæ synodi longius præterlapsus esset, (Athanasius enim annum & dimidium expectarat) synodum auspicatus, Athanasii, Marcelli, aliorumque episcoporum causam cognovit, quosque innocentes esse judicaverat in communionem ecclesiasticam recepit. Vide notas concilii Romani secundi.

Acta co[...]cilii Ant[...]cheni qu[...]

p *Qui igitur sunt, qui contra canones.*] Hoc loco pontifex suggillat Eusebianos episcopos triginta sex illos, qui vel seorsim, (ut factum fuerat in Tyrio conciliabulo ante) vel saltem imperatoris Constantii favore adjuti, contra plurium catholicorum vota ac suffragia in Antiocheno concilio Athanasium injuste deposuerunt, inque ejus locum Gregorium Arianum, hominem peregrinum ac seditiosum suffecerunt, ac demum magna hominum cæde, non canonice, sed militari manu in urbem introduxerunt. Quæ quando contigerint, vide notas Antiocheni concilii.

Gregorii investitur[...] quæ & qu[...]lis.

q *Quinimo quæ feruntur acta in introitu Gregorii.*] Cruentam illam introductionem Gregorii, qua templa sanctorum incensa, Potamon ille sanctus confessor, de quo supra in Nicæno concilio, funeste occisus, plures relegati, optimi quique fugati, quam prævisam fugerat Athanasius, describit hic paucis Iulius pontifex: plura vide apud Athanasium epistola ad solitarios, & epistola ad omnes orthodoxos scripta. Ita Baronius anno 342.

r *Postquam.*] Monet deinceps Eusebianos pontifex ut a cœptis desistant atque mala patrata corrigant.

s *Hanc consuetudinem esse.*] Perspicue declaratur, tum ex canone ecclesiæ, tum etiam ex consuetudine, sic legitime episcoporum judicia exerceri solita, ut de his imprimis ad Romanum pontificem scriberetur, a quo quid definiendum esset acciperetur.

a EPISTOLA IV. IVLII PAPÆ I. AD ALEXANDRINOS.

Iulius presbyteris, diaconis & populo in parœcia Alexandriæ.

GRATVLOR vobis, dilectissimi fratres, quod fructum fidei vestræ ante oculos videatis: id enim ita esse liquidissime apparet in fratre & coepiscopo nostro Athanasio, quem Deus & ob vitæ sanctitatem & orationes vestras vobis restituit. Ex qua respectare licet, quam puras semper preces & caritatis plenas ad Deum extuleritis. Memores quippe cælestium promissorum, & cælestis conversationis, quam ex doctrina prædicti patris vestri

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΟΥΛΙΟΥ ΡΩΜΗΣ, πρὸς τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κληρικούς τε καὶ λαούς.

Ἰούλιος ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ παροικοῦντι Ἀλεξάνδρειαν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΣΥΓΚΑΙΡΩ κἀγὼ ὑμῖν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, ὅτι τὸν καρπὸν τῆς ἑαυτῶν πίστεως ἐπ᾽ ὀφθαλμῶν λοιπὸν ὁρᾶτε. τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ἄν τις ἴδοι γινόμενον ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Ἀθανασίου. ὃν διά τε τὴν καθαρότητα τοῦ βίου, καὶ διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποδίδωσιν. ἐκ δὴ τούτου συνορᾷν ἔξεστιν καθαρὰς ὑμῶν καὶ μεστὰς ἀγάπης ἀεὶ τὰς εὐχὰς ἀνενηνοχέναι πρὸς τὸν Θεόν. μνήμονες γὰρ ὄντες τῶν οὐρανίων ἐπαγγελιῶν, καὶ τῆς πρὸς αὐτὰς ἀγάπης, ἣν ἐκ τῆς διδασκαλίας

τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ μου ἐπαιδεύθητε, ἔγνωτε ἀληθῶς, καὶ κατὰ τὴν πρέπουσαν ὑμῖν ὀρθὴν πίστιν κατειλήφατε τοῦτο. ὡς οὐκ ἂν εἰς τέλος οὕτως ἀφ' ὑμῶν ἀποχοινισθήσεται. ὃν ἐν ταῖς θεοσεβέσιν ὑμῶν ψυχαῖς ἐσχήκατε ὡς παρόντα ἀεί. οὐκοῦν, οὐ πολλῶν μοι χρεία λόγων πρὸς ὑμᾶς ἐπιστέλλοντι. ὅσα γὰρ ὑμῖν λέλεκται παρ' ἐμοῦ, ταῦτα ἡ ὑμετέρα πίστις προὔλαβε, καὶ πεπλήρωται κατὰ Χριστοῦ χάριν τὰ τῆς κοινῆς ὑμῶν πάντων εὐχῆς. συγχαίρω τοίνυν ὑμῖν. πάλιν γὰρ ἐρῶ, ὅτι τὰς ψυχὰς ἀκαταμαχήτους ἐν τῇ πίστει τετηρήκατε. καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἀδελφῷ μου Ἀθανασίῳ οὐκ ἔλαττον συγχαίρω, ὅτι καίπερ πολλὰ πάσχων λυπηρὰ, οὐδεμίαν ὥραν ἐπιλησμένος γέγονε τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τοῦ ὑμετέρου πόθου. εἰ γὰρ καὶ τῷ σώματι πρὸς καιρὸν ἔδοξεν ἀφ' ὑμῶν ἀφελκυσθῆναι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι διαπαντὸς, ὡς συνὼν ὑμῖν διῆγε. καὶ ἔγωγε ἀγαπητοὶ τὸν γενόμενον κατ' αὐτοῦ πάντα πειρασμὸν, οὐκ ἄδοξον ἡγοῦμαι γεγενῆσθαι· καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑμετέρα καὶ ἡ τούτου πίστις ἐγνώσθη παρὰ πᾶσι καὶ δεδοκίμασται. εἰ γὰρ μὴ τοσαῦτα συμβεβήκει, τίς ἂν ἐπίστευσεν, ἢ εἰς ὑμᾶς τοσαύτην κρίσιν, καὶ τοσαύτην ἀγάπην περὶ τὸν τηλικοῦτον ἐπίσκοπον ἔχειν, ἢ ἐκεῖνον τοσαύταις ἀρεταῖς περιβεβλῆσθαι, δι' ἃς καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς ἐλπίδος οὐκ ἀλλότριος γένοιτο. ἐπέτυχε τοίνυν οἵῳ δή ποτε τρόπῳ καὶ ἐν τῷ νῦν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ὁμολογίας ἔνδοξον μαρτυρίαν. διαφόρως γὰρ κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν πολλὰ πειρασθεὶς, τὴν σκευωρίαν πᾶσαν τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως κατεπάτησε. καὶ πολλάκις διὰ φθόνον, καὶ εἰς κίνδυνον ἐπιβουλευθεὶς, κατεφρόνησε θανάτου, φρουρούμενος ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλπίζων ἅμα καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἐκκλίνειν, καὶ ἀποκατασταθήσεσθαι πρὸς ἡμετέραν παράκλησιν, φέρων ὑμῖν ἅμα, ἐκ τῆς ὑμετέρας συνειδήσεως μείζονα τὰ τρόπαια. ἐν οἷς καὶ ἄχρι τερμάτων πάσης τῆς γῆς ἔνδοξος ἐγνώσθη δοκιμασθεὶς ἐκ τοῦ βίου, παρρησιασάμενος μὲν τῇ προθέσει καὶ τῇ οὐρανίᾳ διδασκαλίᾳ ἀποδειχθεὶς δὲ ἀθανάτῳ κρίσει παρ' ὑμῶν ἀγαπώμενος.

Ἐπανέρχεται τοιγαροῦν πρὸς ὑμᾶς λαμπρότερος νῦν, ἢ ὅτε παρ' ὑμῶν ἀπεδήμησεν. εἰ γὰρ καὶ τὰς τιμίας ὕλας, χρυσὸν δὴ λέγω καὶ ἄργυρον, εἰς καθαρότητα τὸ πῦρ δοκιμάζει, τί ἂν τις εἴποι κατ' ἀξίαν τοῦ τοσούτου ἀνδρὸς ὃς τοσούτων θλίψεων πυρὰν, καὶ τοσούτους κινδύνους νικήσας ἀποδίδοται νῦν ὑμῖν ἀθῷος, οὐ παρ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἁπάσης τῆς συνόδου ἀποδεχθείς. ὑποδέξασθε τοίνυν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, μετὰ πάσης τῆς κατὰ Θεὸν δόξης τε καὶ χαρᾶς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν Ἀθανάσιον, μετὰ τούτων οἵ τινες αὐτοῦ κοινωνοὶ γεγόνασι. καὶ χαίρετε τῶν εὐχῶν ἀπολαύοντες τὸν ποιμένα τὸν ὑμέτερον, ἵν' οὕτως εἴπω, ποθοῦντα, καὶ διψῶντα τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν, σωτηρίοις γραφαῖς ἐθρέψατέ τε καὶ ἐποτίσατε. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς ξένης αὐτοῦ διατριβῆς, ὑμεῖς παραμυθία γεγόνατε. καὶ διωκόμενον, καὶ ἐπιβουλευόμενον ἐθάλψατε ταῖς πιστοτάταις ἑαυτῶν ψυχαῖς καὶ διανοίαις. ἐμὲ δὲ ἤδη εὐφραίνει, ἐννοούμενον δὲ προορῶντα τῷ λογισμῷ, τὴν ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ, ἑκάστου ὑμῶν χαρὰν, καὶ τοῦ πλήθους τὰς θεοσεβεστάτας ἀπαντήσεις, καὶ τὴν ἔνδοξον τῶν συντρεχόντων ἑορτήν. καὶ τίς ἐκείνη ἡ ἡμέρα ὑμῖν, καὶ ποία ἔσται, ἐπανερχομένου μὲν τοῦ ἀδελφοῦ μου, παυσαμένων δὲ τῶν προγινομένων, καὶ τῆς πολυτιμήτου κατ' εὐχὴν ἐπανόδου εἰς εὐφροσύνην τινα πληρεστάτης χαρᾶς συναπτούσης τοὺς πάντας. ἡ τοιαύτη χαρὰ τὸ κατὰ μέγιστον μέχρις ἡμῶν φθάνει. οἷς θεόθεν καὶ τοῦτο συγκεχωρῆσθαι συνέστηκεν, ὅπως εἰς γνῶσιν τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς ἐλθεῖν δυνηθῶμεν. εἰς εὐχὴν οὖν τὴν ἐπιστολὴν τελειῶσαι καλόν. ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ ὁ υἱὸς τούτου ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, διηνεκῆ τὴν χάριν ταύτην ὑμῖν παρέ-

A didicistis, certo vereque cognitum habuistis, & pro vestra recta fide apprehendistis, nunquam illum perpetuo a vobis direptum iri, quem in piis pectoribus vestris, tamquam præsentem, retinebatis. Non mihi igitur ad vos scribenti multis verbis opus est: quæcumque enim a me dici poterunt, ea fides vestra jam anticipavit, & implevit secundum Dei gratiam quidquid a nobis optari possit. Gratulor igitur vobis, rursum enim dicam, gratulor quod animas vestras in tuenda fide inexpugnabiles conservastis. Sed interim fratri meo Athanasio non minus gratu- B lor, quod quamquam multa acerba pateretur, nulla tamen hora vestræ caritatis, vestrique desiderii oblivionem induxerit: nam tametsi corpore ad tempus videretur a vobis separari, spiritu tamen perpetuo vobiscum agebat, &c.

Redit igitur ad vos splendidior nunc, quam cum a vobis discederet. Quod si res pretiosas aurum & argentum ad puritatem ignis explorat, quid, quæso, dignum eloquaris tanto viro, qui ex tantis malorum periculis purus innocensque vobis restituitur, talisque non nostro dumtaxat judicio, sed ab universa synodo judicatus est? Excipite igi- D tur, dilecti fratres, cum omni secundum Deum gloria & lætitia episcopum vestrum Athanasium, & cum eo quotquot socii tantarum ærumnarum fuere, lætique sitis de fructu orationum vestrarum, qui pastorem vestrum (ut sic dicam) desiderantem & sitientem vestram pietatem salutaribus scriptis aluistis, potumque ei dedistis: nam peregre illi commoranti consolationi fuistis, eumque persecutiones tolerantem fidelissimis animis, & mentibus vestris, refocillastis. Mihi certe voluptati est contemplanti, & jam animo perspi- C cienti uniuscujusque in ejus reditu lætitiam, & multitudinis religiosissimæ occursus, & celebrem convenientium festivitatem.

Quis putas aut qualis erit vobis ille dies, cum & frater noster revertetur, & mala superiora finem accipient? cumque pretiosus & optabilis illius reditus omnes alacritate plenissimi gaudii in unum cooptabit? Tale gaudium maxima ex parte etiam ad nos usque pertingit, quibus divinitus tanti viri notitia concessa est. In preces igitur epistolam desinere oportet. Deus omnipotens & ejus Fi- E lius dominus & salvator noster Iesus Christus perpetuam vobis gratiam præbeat, referens præmia vestræ admirabilis fidei, quam claro martyrio erga Athanasium episcopum vestrum exhibuistis, ut vobis vestrisque posteris & hic & in futuro optima impertiat, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnipotenti Deo gloria in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos omnes in domino exopto, fratres

Agit apud Deum precibus Iulius.

χοι διδοὺς ἔπαθλον τῇ θαυμαστῇ ἡμῶν πίστει, ἣν περὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν ἐνδόξῳ μαρτυρίᾳ ἐνεδείξασθε. ἵνα ὑμῖν τε καὶ τοῖς μεθ' ὑμᾶς ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὰ βελτίονα γένοιτο. ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. δι' οὗ τῷ παντοκράτορι Θεῷ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

Notæ Severini Binii.

Epistola Iulii 4. quando & qua occasione scripta?

a *Epistola.*] Hæc est illa, quam scripsit pontifex anno 349. cum post Gregorium Cappadocem in Sardicensi concilio depositum, & a civibus occisum Athanasius a Constantio per tres epistolas evocatus, Alexandriam rediturus esset. Cum enim Constantius episcopos Sardicensi concilio absolutos, (Paulum nimirum Constantinopolitanum, & Athanasium Alexandrinum episcopum,) aliter quam fratri Constanti, & patribus concilii Sardicensis petentibus promiserat, restituere per decem menses distulisset; catholici aliquot Alexandrini, longas moras Athanasium Alexandriam revertendi, ubi mox a synodo absolutus expectabatur, ægro animo ferentes, ipsum Gregorium in eadem synodo condemnatum & depositum, adhuc tamen obstinato animo ecclesiæ incubantem interficiunt. Constans, quasi se contemptum a Constantio ducens, minaces literas per Saleam prætorem ad eum mittit, hasce.

Sunt hic apud me Athanasius & Paulus, quos auditione accepi, pietatis causa persecutionem passos esse. Quod si polliceare, te illis suas ipsorum sedes redditurum, inque eos a quibus sine causa injuria affecti sunt animadversurum, viros ipsos ad te mittam: sin autem recuses ista hoc modo perficere, pro certo velim cognoscas, me eo venturum, & te invito illis suas ipsorum sedes restituturum.

Ὧδε μέν εἰσι παρ' ἐμοὶ Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος. ἀλλὰ πυνθανόμενος διέγνων εὐσεβείας αὐτοὺς χάριν διώκεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἐπαγγέλλῃ ἀποδιδόναι τούτοις τοὺς θρόνους ἐπαμυνόμενος τοὺς μάτην αὐτοὺς προσφυομένους, ἀποστελῶ πρὸς σὲ τοὺς ἄνδρας, εἰ δ' ἀνανεύοις ταῦτα οὕτω ποιεῖν, εὖ ἴσθι, ὅτι αὐτὸς ἐγὼ αὐτόθι γενόμενος, καὶ ἄκοντί σου τούτοις τοὺς οἰκείους ἀποδίδωμι θρόνους.

Quibus literis acceptis Constantius imperator conterritus, suadentibus etiam Arianis episcopis, ne ultra bellum Persicum, etiam ab occidentis imperatore Constante bello imperitus succumberet, statuit etiam præter animi sententiam fratri petenti assentiri, & episcopos restituere. Scribit igitur ad Athanasium tres aut plures epistolas, quarum hæc, quæ sequitur, prima est.

Constantius Victor Augustus Athanasio.

Diu te jactari vexarique immanibus undatum procellis nostræ clementiæ humanitas non permisit: nudatum siquidem paternis sedibus bonisque tuis spoliatum, & in inviis feralibusque locis errabundum nostra indefatigabilis pietas non deseruit. Nam tametsi jampridem supersedi mentis meæ propositum ad te scribere, eo quod te ultro adventurum expectarem, & postulaturum malorum tuorum remedium, tamen, quia fortasse voluntatem propositi tui metus impedivit, ideo literas munificentiæ nostræ plenissimas ad tuam constantiam misimus, ut secure conspectui nostro quamprimum tuam præsentiam offeras, ut voti particeps, nostramque humanitatem expertus, tuis restituaris. Hac enim de causa dominum meum & fratrem Constantem Victorem Augustum pro te adhortationibus conveni, ut tibi veniendi facultatem daret, quo utriusque nostrum nutu patriæ restituaris, & hoc pro pignore nostræ gratiæ habeas.

Κωνστάντιος νικητὴς Αὔγουστος Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ.

Ἐπὶ πολύ σε κλυδωνίζεσθαι, καὶ χειμάζεσθαι τοῖς τῆς θαλάσσης ὁμοίως κύμασιν ἀγρίοις, οὐκ ἀφῆκεν ἡ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος φιλανθρωπία. γυμνωθέντα σε τῆς πατρῴας ἑστίας, καὶ στερηθέντα τῶν ἰδίων, καὶ πλανώμενον ἐν θηριώδεσιν ἀνοδίαις, οὐ παρεῖδεν ἡ ἀκάματος ἡμῶν εὐσέβεια. εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπιπολὺ ὑπερεθέμην γράψαι τὴν πρόθεσιν τῆς ἐμῆς διανοίας προσδοκῶν αὐθαίρετόν σε παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῶν καμάτων αἰτεῖν θεραπείαν: ὅμως ἐπειδὴ ἴσως ὁ φόβος, τὴν προαίρεσιν τῆς σῆς προθέσεως ἐνεπόδισε, διὰ τοῦτο δωρεᾶς πληρέστατα γράμματα πρὸς τὴν σὴν στεῤῥότητα διεπεμψάμεθα· ἵνα ἀφόβως ταῖς ἡμετέραις προσόψεσι ταχεῖαν τὴν σαυτοῦ παρουσίαν παρασχεῖν σπουδάσῃς, ὑπὲρ τοῦ τῆς σαυτοῦ ἐπιθυμίας ἀπολαύσας καὶ πειραθεὶς ἡμῶν τῆς φιλανθρωπίας, τοῖς ἰδίοις ἀποκατασταθῇς. τούτου γὰρ ἕνεκα καὶ τὸν δεσπότην καὶ ἀδελφόν μου Κώνσταντα τὸν νικητὴν Αὔγουστον, ὑπὲρ σοῦ παρεκάλεσα, ἵνα τοῦ ἐλθεῖν ἐξουσίαν σοι δῷ, ἐπὶ τῷ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἐπινευσάντων, τῇ πατρίδι ἀποκατασταθῇς, ἔχων τοῦτο τῆς ἡμῶν χάριτος ἐνέχυρον.

Secunda ejusdem epistola hæc est.

Et si superioribus literis significavimus, ut secure ad nostrum comitatum accederes, eo quod maxime cupiamus te ad tuos remittere, tamen etiam has literas nunc ad tuam soliditatem misimus, quibus adhortamur, ut sine omni diffidentia aut metu publica vehicula ascendas, & properes ad nos, ut, quæ concupiscis, assequare.

Εἰ καὶ μάλιστα διὰ προτέρων γραμμάτων ἐδηλώσαμεν, ὅπως ἀμερίμνως, εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον παραγένῃ, διὰ τὸ μάλιστα βούλεσθαι ἡμᾶς ἀποστεῖλαί σε εἰς τὰ ἴδια, ὅμως καὶ νῦν ταῦτα τὰ γράμματα, πρὸς τὴν σὴν στεῤῥότητα δεδηλώκαμεν. διὸ, προτρεπόμεθα χωρὶς τινὸς ἀπιστίας καὶ φόβου, ἐπιβῆναί σε δημοσίοις ὀχήμασι καὶ σπουδάσαι πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ὧν ἐπιθυμεῖς, ἀπολαῦσαι δυνηθῇς.

Tertia epistola sic se habet.

Cum Edessæ commoraremur, præsentibus tuis presbyteris, placuit ut misso ad te presbytero, festinares ad nostrum comitatum venire: ut ubi nostrum vidisses conspectum, statim Alexandriam transires. Sed quia plurimum temporis intercessit, ex quo literis nostris acceptis non venisti, ideo te nunc denuo admonitum volumus, ut vel nunc saltem quam celerrime ad nos te conferas, quo tu ita patriæ tuæ restituaris, & nos tuis precibus frui possimus. Ad pleniorem autem cognitionem Achitam diaconum ad te misimus, a quo discere licebit & mentis nostræ voluntatem, & te assequi posse quæ votis optas.

Ἡνίκα ἐν τῇ Ἐδέσῃ διετρίβομεν, παρόντων τῶν σῶν πρεσβυτέρων, ἤρεσεν ὅπως ἀποσταλέντος πρεσβυτέρου πρὸς σὲ, ἐλθεῖν πρὸς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον σπουδάσῃς, ἐπὶ τῷ ἰδόντα σε ἡμετέραν πρόσοψιν, εὐθέως εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁδεῦσαι. ἀλλ' ἐπειδὴ πλεῖστος χρόνος παρῆλθεν, ἀφ' οὗ γράμματα δεξάμενος παρ' ἡμῶν οὐκ ἀπήντησας, διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὑπομνῆσαι ἐσπουδάσαμεν, ἵνα καὶ νῦν τὴν σὴν παρουσίαν

ἐξουσίαν ταχεῖαν ποιῆσαι πρὸς ἡμᾶς σπουδάσῃς, καὶ ἔτι δυνηθῆς τῇ πατρίδι σου ἀποκατασταθῆναι. καὶ τῆς εὐχῆς σου ἐπιτυχεῖν. πρὸς δὲ πληρεστάτην διήγησιν, Ἀχίταν τὸν διάκονον ἀπεστείλαμεν, παρ᾽ οὗ δυνήσῃ μαθεῖν, τῆς τε ἡμετέρας ψυχῆς τὴν προαίρεσιν, καὶ ὅτι τούτων ὧν εὔχῃ, τυχεῖν δυνήσῃ.

Athanasius his literis acceptis ex Gallia, quo a Constante Aquileia evocatus fuerat, in Italiam ascendit, ecclesiam, & episcopum, (Romanum nempe, qui antonomastice ita nominabatur) aditurus, cum ibidem a Iulio honorifice exceptus fuisset, cum hisce Iulii literis dimissus, profectus est Antiochiam, ubi a Constantio benigne exceptus, dum Leontii communionem recusasset, petitamque Alexandriæ pro Eusebianis ecclesiam denegasset, Constantii epistolis ad Alexandrinos scriptis B communitus, ad suos tandem reversurus, inde discessit anno Christi 349. Vide Baronium prædicto anno, &c.

tan- Epistola [a] Constantini ad Alexandrinos clericos hæc est:

Victor Constantius Maximus, Augustus, episcopis & presbyteris catholicæ ecclesiæ salutem.

NON est derelictus a Dei gratia reverendissimus Athanasius, tametsi ad breve tempus humanæ probationi subjectus fuerit: justum enim debitumque jam ab omnia ferente & sustinente providentia calculum retulit, eo quod & voluntate Optimi, & judicio nostro, patriam & ecclesiam, quam antea divino nutu possedit, recipiat: ad quem congruentia etiam a nostra humanitate perferri oportet: adeo ut C omnia, quæ antea contra eos, qui cum eo communionem celebrarunt, decreta fuere, oblivioni tradi velim; omnisque deinceps suspicio contra aboleatur; & immunitas, quam olim habuere ipsius clerici, firma illis & rata (prout decet) conservetur. Quin & hoc quoque ejus gratia adjici, æquum arbitrati sumus, ut apud universos sacri ordinis viros promulgetur, cunctis qui Athanasio adhæsere datam esse securitatem, sive episcopi, sive clerici sint. Abunde enim argumenti erit, unumquemque eorum probi animi esse, vel eo solo quod Athanasio consociati fuere. Quicumque enim meliori & judicio & factione hujus communionem elegerunt, hos omnes jussimus ad exem- D plar superioris providentiæ, & secundum nostram voluntatem, ut gratia ab optimo Deo tributa securiter perfruantur. Deus vos servet.

Νικητὴς Κωνστάντιος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

ΟΥκ ἀπελείφθη τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος ὁ αἰδεσιμώτατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος. ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τῇ κατὰ ἀνθρώπους δοκιμασίᾳ ὑπεβλήθη, ὅμως τὴν ὀφειλομένην παρὰ τῆς παντεφόρου προνοίας ὑπηνέγκατο ψῆφον, ἀπολαβὼν βουλήσει τοῦ κρείττονος, καὶ κρίσει τῇ ἡμετέρᾳ τὴν πατρίδα ὁμοῦ καὶ τὴν ἐκ- E κλησίαν, ἧς θείῳ νεύματι προστάτης ἐτύγχανε. τούτῳ τὰ ἀκόλουθα ἔδει παρὰ τῆς ἡμετέρας ὑπάρξαι πραότητος. ὥστε πάντα τὰ πρὸ τούτου κατὰ τῶν αὐτῷ κεκοινωνηκότων ὡρισμένα νῦν, ἀμνηστίᾳ παραδοθήσεται. πᾶσάν τε ὑποψίαν τὴν κατ᾽ αὐτοῦ σχολάσαι τοῦ λοιποῦ, τήν τε ἀτέλειαν ἧς ἔτυχον πάλαι οἱ ἅμα αὐτῷ κληρικοὶ, τούτοις δὲ βεβαιωθῆναι προσηκόντως. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο τῇ εἰς αὐτὸν χάριτι προστεθῆναι ἐδικαιώσαμεν. ὥς τε πάντας τοὺς τοῦ ἱεροῦ καταλόγου γινώσκειν ἐκδέδοσθαι τὸ ἄφοβον πᾶσι τοῖς αὐτῷ προστεθειμένοις, εἴτε ἐπισκόποις, εἴτε κληρικοῖς. ἱκανὸν δὲ γνώρισμα, τῆς ἑκάστου ὀρθῆς προαιρέσεως, ἔσται ἡ πρὸς τοῦτον ἕνωσις. ὅσοι γὰρ ἂν τῆς καλλίονος ὁμοῦ κρίσεώς τε καὶ μοίρας γενόμενοι, τὴν τούτου ἕλωνται κοινωνίαν, τούτους πάντας ἐκελεύσαμεν, καθ᾽ ὁμοιότητα τῆς φθανούσης προνοίας, καὶ νῦν τῇ ὑφ᾽ ἡμῶν βουλήσει, τοῦ κρείττονος παρασχεθείσης χάριτος ἀπολαύειν.

Secunda ejusdem epistola ad populum Alexandrinum scripta hæc est:

Victor Constantius Maximus, Augustus, populo Alexandriæ catholicæ ecclesiæ salutem.

CUM ante oculos habeamus vestram in omnibus disciplinam, & nequaquam inscii B simus vos jampridem episcopali providentia destitutos, decrevimus Athanasium episcopum, virum apud omnes rectitudine morumque probitate clarum, ad vos remittere. Hunc igitur si lubenter & decenter receperitis, eumque ad Deum fusis precibus opitulatorem adhibueritis, concordiam & vobis decoram & nobis gratissimam simul pacemque perpetuam & ecclesiæ legem conservabitis. Absurdum enim est discordiam aut seditionem inter vos agitari, & alienum hoc ipsum est a nostrorum temporum integritate. Volumus igitur & hoc vitium prorsus a vobis abesse, & vos in vestris precibus perpetim illo (ut dixi) præside & opitulatore apud C Deum uti, & in eo studio solito more perseverare: ut tali proposito, vestro omnium ore celebrato, Gentiles, qui etiamnum idolorum erroribus inhærent, ad sacræ religionis cognitionem promptissime decurrant.

Quapropter denuo vos admonemus, ut superioribus dictis acquiescentes, episcopum suffragio Optimi, & nostra voluntate, huc remissum, libenter suscipiatis, eumque ab animis sententiisque vestris indissolubilem putetis: id enim vos decet, & nostræ mansuetudini congruum est. Ad omnem siquidem conturbationis & seditionis materiam extirpandam, qua cupidi D malorum libenter utuntur, nostris apud vos judicibus per literas injunximus, ut, quotquot seditiosos invenerint, pœnis suppliciisque legum coerceant. Omnia igitur ista præ oculis habentes, & nostram cum optimo Deo conjunctam sententiam, curamque vestram simul & concordiæ, pœnamque in immodestos constitutam, congrua decentiaque sacræ religionis legibus servantes, prædictum Athanasium cum omni reverentia & honore colite, vestrasque preces cum eo & pro nostra & pro cujusque vitæ sanctitate Deo omnium parenti offerte. Rogat suscipi Athanasium.

Νικητὴς Κωνστάντιος, μέγιστος, σεβαστὸς, τῷ λαῷ τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καθολικῆς ἐκκλησίας.

ΣΚοπὸν ποιούμενοι τὴν ὑμετέραν ἐν ἅπασιν εὐνομίαν, εἰδότες τε ὡς ἐπιπολὺ τῆς τοῦ ἐπισκοποῦντος προνοίας ἐστερῆσθαι, Ἀθανάσιον τὸν ἐπίσκοπον, ἄνδρα τοῖς πᾶσι, διά τε τὴν προσοῦσαν ὀρθότητα, καὶ διὰ τὴν οἰκείαν εὐτροπίαν, γνώριμον πάλιν πρὸς ὑμᾶς ἀποστεῖλαι ἐδικαιώσαμεν. τοῦτον συνήθως καὶ προσηκόντως ὑποδεξάμενοι, καὶ ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς βοηθὸν προστησάμενοι, τὴν ὑμῖν τε πρέπουσαν καὶ ἡμῖν ἀρεστὴν ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμὸν διαρκῆ φυλάττειν σπουδάσατε.

σατε. οὐδὲ γὰρ εὔλογόν ἐστι, διχόνοιαν τινὰ, ἢ στάσιν ἐν ὑμῖν κινηθῆναι, ὑπεναντίαν τῆς τῶν ἡμετέρων καιρῶν εὐμοιρίας. καὶ τοῦτο μὲν ἀπεῖναι ἀφ' ὑμῶν παντελῶς βουλόμεθα. τὸ δέ γε ταῖς εὐχαῖς ὑμᾶς διαρκῶς αὐτοῦ, ὡς προείρηται, προστάτῃ καὶ ἐπικούρῳ χρωμένους πρὸς τὸ θεῖον ἐμμένειν, συνήθως παραινοῦμεν ὡς ἂν τῆς τοιαύτης ὑμῶν προθέσεως εἰς τὰς ἁπάντων εὐχὰς διαβαινούσης, καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν, οἱ τῇ τῶν εἰδώλων πλάνῃ ἔτι καὶ νῦν προσανέχοντες, ἐπὶ τὴν τῆς ἱερᾶς θρησκείας ἐπίγνωσιν, προθυμότατα σπεύδοιεν, Ἀλεξανδρεῖς προσφιλέστατοι. καὶ αὖθις οὖν παραινοῦμεν, τοῖς προειρημένοις ἐμμένειν. τὸν δὲ ἐπίσκοπον, ψήφῳ τοῦ κρείττονος, καὶ ἡμετέρᾳ γνώμῃ ἀπεσταλμένον, ἡδέως δέξασθε, πάσης ψυχῆς χρώμῃ ἀσπαστὸν ἡγήσασθε. τοῦτο γὰρ καὶ ὑμῖν πρέπει, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πραότητι προσήκειν συνέστηκεν. ὑπὲρ γὰρ τοῦ πᾶσαν ἀνεσκευὴν, καὶ στάσεως πρόφασιν περιαιρεθῆναι τῶν ἐθελοκακίᾳ χρωμένων, τοῖς παρ' ὑμῖν δικασταῖς διὰ γραμμάτων προστετάχαμεν ἅπαντας, οὓς ἂν στασιώδεις καταμάθοιεν τῇ τῶν νόμων ὑποβάλλειν ἐκδικίᾳ. ἀμφότερα τοίνυν συνορῶντες, καὶ τὴν ἡμετέραν μετὰ τοῦ κρείττονος γνώμην, καὶ τὸν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὁμονοίας λόγον, καὶ τὴν κατὰ τῶν ἀτάκτων τιμωρίαν, τὰ πρέποντα καὶ ἁρμόζοντα τῷ τῆς ἱερᾶς θρησκείας θεσμῷ διαφυλάττοντες, καὶ τὸν προειρημένον διὰ πάσης αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἄγοντες, τὰς εὐχὰς ἅμα αὐτῷ ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τῆς τοῦ βίου εὐνοίας τῶν ὅλων Θεῷ πατρὶ ἀναπέμπειν σπουδάζετε.

Epistolam ad præfectos ejusdem provinciæ scripsit hanc:

Victor Constantius Augustus Nestorio, & eadem forma Augustamnica, Thebaidis, & Africa præfectis.

Si quid unquam ad noxam contumeliamve eorum, qui Athanasio communicarunt, decretum invenitur, id omnino deleri volumus. Nam & officium quod antea habuerunt ejus clerici iterum eosdem habere volumus. Hoc enim decretum observari jubemus, ut restituto Athanasio suæ ecclesiæ, communicatores illius idem habeant officium quod antea possederunt, quo & ipse se gaudeant prorsus restitutos esse.

Νικητὴς Κωνστάντιος Αὔγουστος Νεστορίῳ. τῷ δὲ αὐτῷ τύπῳ καὶ τοῖς ἐν Αὐγουσταμνίκῃ, καὶ Θηβαΐδι, καὶ Λιβύῃ, ἡγεμόσιν.

Εἴ τι ποτὲ περὶ τούτου ἐπὶ βλάβῃ καὶ ὕβρει τῶν κοινωνούντων Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ προαχθὲν εὑρίσκεται, τοῦτον νῦν ἀπολειφθῆναι βουλόμεθα καὶ γὰρ τὴν ἀλειτουργησίαν ἣν οἱ αὐτοῦ κληρικοὶ εἶχον, τὴν αὐτὴν πάλιν θέλομεν ἔχειν. ταύτην δὲ τὴν ἡμετέραν πρόσταξιν φυλαχθῆναι βουλόμεθα. ὥστε ἀποδοθέντος Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου τῇ ἐκκλησίᾳ, τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ ἔχειν ἀλειτουργησίαν ἣν ἀεὶ ἔσχον, ἣν καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ ἔχουσιν ἵν' οὕτως ἔχοντες καὶ αὐτοὶ χαίρωσιν.

His literis à Constantio acceptis itineri sese accinxit: interea magno omnium catholicorum luctu Constantem imperatorem a Magnentio mense Martio anni 350. occidi contigit. Quod cum Ariani læto animo accepissent, Athanasium adhuc in itinere hærentem, quasi per obitum patroni sui interceptus esset, territare conati fuerunt. Constantius vero imperator ista audiens, per literas quas infra subjungemus, illum bono animo esse jubet. Exemplar earum hoc est:

Victor Constantius Augustus Athanasio salutem.

Votum meum fuisse ut omnia ex sententia fratri meo Constanti procederent, neque vel tuam conscientiam latet. In quanto autem mœrore fuerim, cum didicissem eum a quibusdam impiis sublatum esse, facile iterum tua prudentia divinaverit. Ceterum quia nonnulli sunt in hoc luctuoso tempore, qui te terrere satagunt, ideo has literas tuæ firmitudini porrigendas censuimus, quibus tibi auctor sum, ut, quemadmodum episcopum decet, ea quæ ad sacram religionem pertinent, populos doceas, tuisque consuetis precibus vaces, neque vanum rumorem ferentibus eredas, quicumque etiam fuerint. In nostro autem animo fixum est, ut secundum nostram voluntatem perpetuo in sede tua episcopus maneas. Divina providentia te plurimis annis conservet, parens carissime.

Νικητὴς Κωνστάντιος Αὔγουστος, Ἀθανασίῳ.

Εὐχὴν ἀεί μοι ταύτην γεγενῆσθαι, ὥστε πάντα καταθυμίως ἀποβαίνειν τῷ ποτέ μου ἀδελφῷ Κώνσταντι, οὐδὲ τὴν σὴν σύνεσιν ἔλαθεν, ἐν ὅσῃ τε λύπῃ διετέθην, μαθὼν τοῦτον ἀνῃρῆσθαι παρά τινων ἀνοσιωτάτων, στοχάζεσθαι πάλιν δύναται ἡ σὴ φρόνησις. ἐπεὶ οὖν τινές εἰσιν οἱ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, τῷ οὕτως πενθικῷ πειρώμενοί σε ἐκφοβεῖν, διὰ τοῦτο ταῦτα πρὸς τὴν σὴν στερρότητα, δοθῆναι τὰ γράμματα ἐδικαίωσα, προτρεπόμενός σε, ἵνα ὡς πρέπει, ἐπίσκοπον τοῖς λαοῖς τὰ ὀφειλόμενα τῇ θείᾳ θρησκείᾳ διδάσκῃς, καὶ μετ' αὐτῶν συνήθως εὐχαῖς σχολάζῃς, καὶ μὴ ματαίοις θρύλλοις, οἵτινες ἂν γένοιντο, πιστεύσῃς, ἡμῖν γὰρ τοῦτο ἐν ψυχῇ πέπηγεν, ὥστε σε ἀκολούθως τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει, διὰ παντὸς ἐν τῷ τόπῳ σου θέλειν ἐπίσκοπον εἶναι. ἡ θεία πρόνοια πολλοῖς ἔτεσί σε διατηρείη, γονεῦ προσφιλέστατε.

DECRETA IVLII PAPÆ I. DECEM IVXTA GRATIANVM ET IVONEM.

PRIMVM.

Turpe lucrum sequitur qui minus emit ut plus vendat, vel quid sit usura.

Quicumque tempore messis vel vindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus nummis comparat modium unum, & servat usquedum venumdetur denariis quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

SECVNDVM.

Reus est animarum presbyter, qui pœnitentiam morientibus abnegat.

Si presbyter pœnitentiam morientibus abnegaverit,

gaverit, reus erit animarum, quia dominus dicit: *Quacumque die conversus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita vivet, & non morietur.* Vera enim confessio in ultimo tempore esse potest, quia dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut latro, unius momenti pœnitentia, meruit esse in paradiso in hora ultimæ confessionis.

TERTIVM.

Post mortem alicujus nullus de ejus consanguinitate sponsam accipiat.

Si quis desponsaverit uxorem, vel subarraverit, & sive præveniente die mortis, sive irruentibus aliis causis, minime eam cognoverit, neque ejus superstes frater, neque ullus de consanguinitate ejus, eamdem sibi tollat in uxorem ullo unquam tempore.

QVARTVM.

Licet servo matrimonia contrahere.

Omnibus nobis unus est Pater in cælis, & unusquisque dives, pauper, servus, & liber, æqualiter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri * sumus. Quapropter omnes, cujuscumque conditionis sint, unam legem (quantum pertinet ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes unam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec servus semel conjugio copulatus ulterius dimitti poterit.

QVINTVM.

Ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris, usque in septimum gradum, nullus ducat uxorem.

Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris, usque in septimum generis gradum, uxorem ducere, vel incesti macula copulari. Præterea quoque illud adjecimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere propter carnis unitatem.

SEXTVM.

Ecclesia semel Deo consecrata quando est iterum consecranda.

De fabrica vero cujuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, & si in eo loco consecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, si per eam minime jactetur aqua exorcizata, quia in consecratione cujuslibet ecclesiæ, in qua Spiritus sancti arra non ponitur, celebritatem scimus tantum esse missarum. Et ideo, si qua sanctorum basilica a fundamentis fuerit innovata sine altaris motione, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit missarum solennitas celebrata, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebant ablata sunt, rursus eorum depositione, & missarum solennitate, reverentiam sanctificationis accipiat.

SEPTIMVM.

De his qui sacrificando varie errabant.

Cum omne crimen atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro expiatione delictorum domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra divinos ordines & apostolicas institutiones lac pro vino in divinis sacrificiis dedicare; alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere; quosdam etiam expressum vinum in sacra- A mento domini calicis offerre; alios vero pannum lineum musto intinctum per totum annum reservare, & in tempore sacrificii partem ejus aqua lavare, & sic offerre; quod quam sit euangelicæ & apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, * nulli lac, sed panem tantum & calicem sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. *nonillis Legitur enim in euangelica veritate: *Accepit Iesus panem & calicem, & benedicens dedit discipulis suis.* Matth. 26. Cesset ergo lac * sacrificando offerri, *in sacrificio B quia manifestum & evidens exemplum veritatis euangelicæ illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerri non liceat. Illud vero, quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimonium receperunt, ubi apostolis corpus suum commendavit & sanguinem. Seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccella magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti hujus institutionem signaret. Nam quod de expresso botro, id est, de uvarum granis populis communicatur, valde C est omnino confusum; sed, si necesse sit, botrus in calice comprimatur, & aqua misceatur: quia calix dominicus, juxta canonum præcepta, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus populum in aqua intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur & jungitur; quæ copulatio & conjunctio aquæ & vini sic miscetur in calice domini, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando D botrus solus offertur, in quo vini * efficacia tantum designatur, salutis nostræ sacramentum negligitur, quod aqua significatur. *efficientia Non enim potest calix domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur. Et ideo, quia jam ex hoc plurima & multiplex majorum manavit sententia, omnis deinceps talis error atque præsumptio cessare debet, ne perversorum & inordinata compago statum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps erit licitum aliud in sacrificiis divinis offerre, nisi juxta antiquorum sententiam conciliorum, panem tantum & calicem vino & aqua permixtum. De cetero aliter quam præceptum est faciens, tamdiu a sa- E crificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad gradus sui officium redeat quod amisit.

OCTAVVM.

Ex decreto Iuonis Carnotensis desumptum.

Quid sit ecclesia.

Ecclesia Græcum nomen est quod in Latinum vertitur convocatio, * propter quod ad se omnes vocet. In decret. Ivo lib. 1. *propterea quod Catholica (id est universalis) ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta. Vel quoniam catholica, hoc est generalis, in eadem doctrina est ad instructionem.

NONVM.

NONVM.

Ex eodem.

De illis qui ecclesias incenderunt.

In decret. Ivo lib. 6.

Si quis ecclesiam comburit, quindecim annos pœniteat, & eam sedule restituat, & precium pauperibus distribuat.

DECIMVM.

Ex eodem.

Libertam domino legitime nubere posse.

In decret. Ivo lib. 6.

Si quis ancillam su m libertate donaverit, & in matrimonio sibi sociaverit, dubitabatur apud quosdam, utrum hujusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu B fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimaremus?

ANNO CHRISTI 337.

[a] CONCILIVM [a] ROMANVM I.

HABITVM A [b] IVLIO PAPA I.

ET RELIQVIS CENTVM ET SEDECIM orthodoxis episcopis. [a]

[a] In ms. Iust. Incipit fides in sacro Romano tractata concilio a B. Iulio papa & reliquis veræ fidei episcopis. [b] Farraginē aliqui vocant ab Isidoro in concilii formam redactam ex Triparita, aliisque. [c] VIII. [f] urbis * Marianensi, & fuit quondam archiepiscopatus Calabriæ. * Maranen. & fuit quōdam episcopatus Dalmatiæ. [a] Marianensem alii quærunt in Corsica. [i] correptionem [l] omni desideranti vitam Matth. 10.

In nomine Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus quoque [c] Constantio & Constante augustis, anno quarto, sub die [c] XIX. Kalendarum Octobrium, [d] indictione sexta, præsidente sancto ac beatissimo Iulio papa sedis apostolicæ [f] Romæ, propositis sacrosanctis & venerabilibus euangeliis, in ecclesia domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, quæ vocatur Constantiniana, residentibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus, [e] Benedicto Aquileiensi episcopo, [f] Rufo Carthaginensi episcopo, [g] Agapito Ravennatis ecclesiæ episcopo, [h] Iulio Mediolanensi episcopo, Luciano * Maurianensi, & reliquis cum eis 116. episcopis, Iulius prædictus sanctissimus episcopus urbis Romæ dixit sanctæ Dei & apostolicæ synodo, & Dei voluntate & gratia in indivisa communione sancti Spiritus in hac consonanter & unanimiter congregatæ D antiqua alma urbe Roma, ad confirmationem sacram & correctionem [i] fidei nostræ & Christianorum immaculatæ disciplinæ: Vt nostis, beatissimi fratres, necesse est cogitare, & consonanter omnes nos docere, secundum naturam Dei summi & Patris sapientiam, domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi omnem [l] desiderantem humanam, divinamque in eo, attestante veritatis voce, naturam: *quoniam qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est: qui autem negaverit me & verba mea, negabo eum & ego coram Patre meo qui in cælis est.* Vnde oportet ut primo fidem trecentorum decem & octo patrum in Nicæna synodo corroboratam E ponamus, & postmodum quæ necessaria sunt fideliter tractemus. Cui ab omnibus una voce responsum est: [i] Ad hoc convenimus, ut hoc primum secundum Dei voluntatem faciamus, & a fundamento Christi Iesu incipiamus, [k] & denuo pro fratrum oppressione tractantes laboremus: quia dum illi tam graviter affliguntur, nos nec respirare nec quiescere possumus: quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem aut quietem minime habere poterit. Hæc

A est * enim fides, in Nicæna generali tractata * synodo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem: & in unum dominum Iesum Christum Filium Dei, natum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, & venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Dicentes autem, Erat, quando non erat, aut, Non erat, antequam fieret: aut, Quia ex non existentibus factus est, aut, ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut, creatum aut convertibilem Filium Dei, hos tales anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hanc fidem venerabilem trecenti decem & octo & agnoverunt & corroboraverunt, consonantesque & unanimes scriptis explanaverunt. Nam dominus noster mittens ad prædicandum discipulos suos, ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* De quibus & affirmamus ita' habere & ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse, & ita sapuisse, & usque ad mortem C pro hac * stare ' fide, anathematizantes omnem sine Deo hæresim. Hæc omnia ex corde & anima nos sapuisse, ex quo novimus nosmetipsos, & nunc sapere & dicere, coram omnipotente Deo & domino nostro Iesu Christo, cum veritate testamur. His * enim ita prælibatis, ' ingenita Patris natura extranea est, sed prædicandum est esse consubstantialem Patri Filium, eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat, sed soli Patri genitori per omnem modum sit similis, & non sit ex alia qualibet substantia vel essentia, sed ex Patris. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia & iniqua & sine Deo dogmata Arii, & consentientium ei, sub præsentique omnium decreto complacuit anathematizari impiam ejus sectam, & iniqua atque sine Deo verba simul & nomina quibus utebatur, Filium Dei blasphemans, & dicens, Ex non extantibus esse; & iterum, Fuit aliquando, quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit? Et pro libero arbitrio, malitiæ atque virtutis capabilem filium Dei dicentes, & creaturam nominantes eum atque facturam. Hæc ergo omnia fatua & anilia & blasphema anathematizavit sanctum & universale concilium, & nec usque ad auditum impiæ sectæ atque * rumoris hujus, aut intellectuum iniquorum sensum accommodavit. [m] Ea quidem, quæ de illo gesta sunt, qualem terminum habuerunt omnia jam audietis, ne nos forte videamur viro obloqui propter delictum suum improperia digna portanti. Eos enim, qui dividunt a paterna substantia & divinitate, & alienant Verbum a Patre, dividi ab ecclesia catholica convenit, & esse alienos a nomine Christiano. Sint igitur nobis & omnibus anathema, eo quod Verbum veritatis videantur esse cauponati. Apostolicum namque præceptum est: *Si quis vobis annuntiaverit præter id quod accepistis, anathema sit.* His ergo nullum communicare

nicare denuntiate: *Nulla est enim communio luci ad tenebras.* Hos pellite procul ab omnibus. *Nulla enim concordia Christi ad Belial.* Servate vos, fratres carissimi, ut neque scribatis eis, neque eorum scripta suscipiatis. Studete simul & vos, fratres carissimi & comministri, tamquam spiritu præsentes, nostro concilio consentire, atque subscriptione vestra decernere, ut ab omnibus ubique comministris nostris consonantia una servetur. Abdicamus autem illos, & extra terminos catholicæ ecclesiæ abjicimus, qui non affirmant quod Deus est Christus, sed aiunt, Verus Deus non est, quia filius est, sed verus filius non est, ne genitus sit simul & ingenitus. Sic enim se intelligere natum profitentur, quia sic dixerunt: Quod natum est factum est. Et quia cum Christus ante sæcula sit, dederunt ei principium atque finem, sed habet ante sæcula. Oremus simul & pro nobis omnibus, & reliquis oppressis fratribus, ut ipsi eruantur illæsi, & serventur immaculati, ut quæ bene placuerunt firma permaneant per dominum nostrum Iesum Christum, secundum bonam voluntatem facta, sicuti credimus, Dei & Patris in Spiritu sancto, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. Trinitas consubstantialis æterna est. Data Kalendis Novembris, [n] Feliciano & [n] Maximiano viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Romanum.*] Cum recens electi pontificis munus esse videretur, ut fidem catholicam suo ipsius ingressu ante omnia ecclesiæ catholicæ publicis monumentis testatam redderet, Iulius papa ipso sui pontificatus exordio, centum decem & sex episcoporum concilium, duas potissimum ob causas convocavit: quarum prima est, ut certæ fidei confessionem ederet, ipsamque synodum suo quoque calculo confirmaret. Altera est, quod Arianam hæresim ante condemnatam, sua etiam sententia excommunicari ac proscribi voluerit. Vtramque causam in actis insinuatam infra indicabimus.

b *Sub Iulio.*] Varia hic in principio concilii chronologia apposita de tempore habitæ synodi varie opinandi causam dedit. Propter additam indictionem sextam, Hieronymus Rubeus in historia Ravennatum existimavit hanc synodum Christi nati trecentesimo quadragesimo octavo anno, in quem sexta indictio incidit, celebratam fuisse, qua probabilitate, infra dicemus, verbo *Indictione sexta.* Alii, juxta verba quæ habentur in ipso concilio, hanc ad quartum annum imperii Constantini, Constantii & Constantis referunt, qui est annus Christi 340. quo tempore Romæ quidem in causa Athanasii & Marcelli synodus indicta fuit, sed propter contumacem Eusebianorum absentiam in annum sequentem dilata est, ut ibidem dicemus. Inter has igitur diversas de tempore opiniones, verior est hæc tertia, quam approbat & sequitur Baronius, quod nimirum, Feliciano & Titiano consulibus, anno Christi nati 337. Iulii pontificis primo, primo item imperii Constantini, Constantii & Constantis, celebratum fuerit: chronologiam consulum, quam indictionis vel imperatorum libentius sequimur, utpote quod in notas numeri facilius, quam in nomina consulum error illabi potuerit, quodque anni imperatorum & indictionum, in legibus ab imperatoribus latis additi, additis nominibus consulum velut evidentiore & solidiore nota firmari consueverint, ideo sane, ut fastorum soliditate annorum imperatorum numerus vel indictionis semper integer servaretur, vel, si librariorum vitio corrumperetur, ex annotatis consulibus facile restitui posset. Hanc synodum, qua nihil præter rectæ fidei confessionem & Arianæ hæresis detestationem reperitur, initio pontificatus Iulii celebratam fuisse, ea quæ supra diximus, verbis *Concilium Romanum* non parum confirmant. Quæ vero infra dicemus verbo *Indictione*, nostram de tempore concilii sententiam evidentissime demonstrabunt.

c *Constantio & Constante Augustis, anno quarto.*] Constantinus postquam fratris Constantis imperium invasisset, ab exercitu fratris necatus fuit, quarto anno imperii sui inchoato: ideoque hic duorum dumtaxat fratrum Constantii & Constantis anno res in concilio gestæ consignantur. Vere autem Constantino, Constantio & Constante primum annum imperii tenentibus, hanc synodum inchoatam & absolutam fuisse supra sufficienter est probatum.

ANNO CHRISTI 337. bus, & quoto anno imperii concilium hoc celebratum sit.

d *Indictione sexta.*] Indictio est periodus quindecim annorum qua evoluta emeriti milites quindeni, honesta missione & capitationis immunitate impetrata, si vellent, soluti militia libere abire poterant; si nollent, majoribus privilegiis augerentur. Periodus illa quindecim annorum appellata est indictio, quod quindecim annorum stipendia militaria per quindecim indictiones annonæ provincialibus militibus principis rescripto erogandæ numerarentur. Initium earum referendum est ad octavum diem Kalendarum Octobris, anni Christi 312. qui est Constantiniani imperii septimus. Cum enim omnium frugum plenissima collectio eo tempore facta esset, opportune admodum circa illud tempus imperatores exhibendam militibus annonam proposito edicto annis singulis edicere consueverunt. Hac temporis nota principio sola militaria stipendia consignabantur, postea vero eadem tam in censualibus tabulis, quam in matriculis militaribus adhiberi incepit. Apud externos ante Constantini tempora ejus mentio nulla; apud ecclesiastica monumenta, in hoc concilio Romano, & apud sanctum Ambrosium in epistola ad episcopos Æmiliæ prima ejus mentio reperitur. Vide Baronium anno 312. num. 104. & quinque sequentibus. Dolendum est vehementer primam indictionis mentionem adeo evidenter corruptam ac vitiosam esse, quod quidem Hieronymus Rubeus prædicto loco impugnat, sed nullo firmo præsidio munitus, satis temere: si enim hoc concilium, quod asserit Rubeus, sexta indictione, tempore Constantii occurrente, celebratum fuisset, illud utique anno domini 347. cujus mense Septembri sexta indictio incipit, atque adeo eodem anno quo synodus Sardicensis habitum fuisset: unde graviora incommoda sequerentur hæc, quod nimirum eodem anno earumdem ecclesiarum, Ravennatis, Carthaginensis, Aquileiensis, & Mediolanensis, plures ac diversi episcopi fuissent.

Indictio quid, & cur sic dicta, & unde orta?

Indictio hic posita mendosa est.

Romano concilio Aquileiensis ecclesiæ episcopus Benedictus, Sardicensi ejusdem ecclesiæ Fortunatianus quidam interfuisse scribitur: in hoc reperitur præsto fuisse Rufus Carthaginensis episcopus: in Sardicensi, qui in locum illius successit Gratus inter alios nominatur canone 8. Ravennatis ecclesiæ præsul Agapitus Romano, Severus Sardicendi concilio subscripsit, sic Mediolanensium episcoporum Iulius synodo Romanæ, Protasius Sardicensi subscripsisse & interfuisse utriusque concilii acta aperte testantur. Cum ergo ecclesiæ constitutionibus omnino repugnet, ut eodem tempore ejusdem ecclesiæ plures episcopi fuerint, a veritate etiam alienum est duo concilia prætallegata sexta indictione, quæ cum anno 347. coincidit, celebrata fuisse. Vide Baronium anno 337. num. 69. & 71.

Ratio quare indictione sexta Romana synodus celebrari non potuerit.

e *Benedicto*] Fortunatiani illius, qui Sardicensi concilio Aquileiensis episcopus interfuit, antecessor. Vide quæ dicemus infra in notis ad Sardicense concilium.

Benedictus quis?

f *Rufo Carthaginensi.*] Rufus Cæciliani in Carthaginensi episcopatu successor, & Grati illius, qui in Carthaginensi primo, & Sardicensi præsens fuisse reperitur, antecessor fuit.

Rufus quis?

g *Agapito Ravennatis ecclesiæ.*] Agapitus Severum Ravennatis ecclesiæ episcopum, cujus nomen Sardicensi concilio subscriptum est, præcessit. Vnde in catalogo episcoporum ejusdem ecclesiæ edito post Severum male ponitur Agapitus. Romanum concilium ante Sardicense habitum fuisse, chronologia consulum & imperatorum evincit: indictione sexta, quæ cum anno Christi 347. & octavo, adeoque cum tempore habiti concilii Sardicensis concurrit, non fuisse celebratam hanc synodum Romanam supra ostendimus. Baronius anno 337. num. 69. & 71.

Agapitus Severi antecessor.

h *Iulio Mediolanensi episcopo.*] Hunc Iulium Mediolanensis ecclesiæ episcopum eumdem esse, quem Panuinus in fastis Maternum nominat, cujusque est ille nobilissimus commentarius hoc titulo inscriptus: [a] *Iulii Firmici Materni V. C. de mysteriis & erroribus profanarum religionum ad Constantinum & Constantem Augustos liber*, probabiliter existimat Baronius. Protasium huic post Eustorgium successisse, acta concilii Sardicensis, cui interfuit & subscripsit, satis aperte testantur. Errat igitur graviter Panuinus, dum Diocletiani temporibus in Laterculo suorum fastorum habet Protasium, & post eum Maternum, & deinde Eustorgium, post illum vero temporibus Sardicensis concilii Dionysium. Vide Baronium

Iulius Mediolanensis quis?

[a] Vide Tomum nostrum I. de scriptoribus ecclesiasticis p. 660.

Error Onuphrii.

ANNO CHRISTI 337.

ronium anno 337. numero 69. 73. & 74.

Prima causa concilii.

i *Ad hoc convenimus ut hoc primum.*] Prima causa celebrati concilii indicatur ea fuisse, quam supra diximus, nimirum ut fides de Christi domini nostri divinitate a Nicæno concilio contra Arium defensa ac prædicata confirmetur.

Athanasius & Marcellus in exilium relegati.

k *Et denuo pro fratrum oppressione.*] His verbis videtur insinuari persecutio Eusebianorum in oriente, qua anno Christi 336. Athanasius primo, deinde vero Marcellus Ancyranus in exilium pulsi fuerunt. Cum ergo sequente anno Christi 338. Athanasius ab exilio liberatus, Alexandrinæ ecclesiæ restitutus fuerit, ut infra patebit, medio tempore, quod est inter annum Christi 336. & 338. primo nimirum anno pontificis & imperatorum; decima, non sexta indictione, Feliciano & Titiano consulibus, anno Christi 337. hanc synodum Romæ celebratam fuisse plane est concedendum. De Athanasii exilii tempore & reditu ejusdem in Ægyptum, hæc Theodor. l. 2. c. 1. *Divinus ille Athanasius biennio integro & quatuor mensibus Treveris commoratus revertit Alexandriam. Quo quidem tempore Constantinus filius Constantini magni, natu maximus, qui Gallia versus occidentem imperium obtinuit, literas scripsit ad ecclesiam Alexandrinam.* De eodem reditu suo hæc ipse Athanasius apologia 2. *Certe quidem beatus Constantinus minor, memor scriptorum patris sui, dum nos patriæ restitueret, in hæc verba epistolam misit:*

Athanasius quando & quomodo ab exilio reversus.

Constantinus Cæsar populo catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ salutem.

Neque vestram sacram mentem latere arbitror, ideo Athanasium adorandæ legis interpretem in Gallias missum esse, ne quo tempore sanguinolentorum hostium feritas sacro ejus capiti quammaxime immineret, implicitusque malorum collimitio, aliquid intolerandum, & cui remedium nullum esset, pateretur. Ad hanc igitur feritatem eludendam, tot faucibus inhiantium subtractus, ut sub me ageret jussus est. Atque ita in hac urbe commoratus est, ut omnibus rebus necessariis abundaret, tametsi ejus reverenda virtus, divina ope fretus, onera asperioris fortunæ vilipenderet. Iam cum imprimis vestræ in Deum pietati, suisque sedibus hunc episcopum dominus noster & pater Constantinus restituere vellet, & humana sorte præventus, antequam hoc votum impleret, requieverit; ego mihi convenire puto, ut, suscepta voluntate sacræ memoriæ imperatoris, id ipsum adimpleam quod ille non potuit. Cum igitur Athanasius ad vestrum conspectum penetraverit, tunc demum intelligetis quantæ apud nos reverentiæ fuerit. Neque id mirum videri debet, si quid hujusmodi in ejus gratiam fecerim, ad hoc enim faciendum meam mentem & vestri desiderii imago, & species tanti viri instigavit. Divina providentia vos servet, dilecti fratres. Datum Treveris xv. Calendas Iulias.

Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ἀλεξανδρείας.

Οὐδὲ τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἴμαι, διὰ τοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς Γαλλίας ἀπεστάλθαι, ἵν᾽ ἐπειδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτην ἀφαιρεθεὶς τῶν φαρύγγων τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ᾽ ἐμοὶ διάγειν κεκέλευσται. ὥστε ὡς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε, πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοῦ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ ταῖς θείαις πεποιθυῖα βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας τύχης ἄχθη ἐξουθενεῖ. τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ μάλιστα πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν, ὁ δεσπότης ἡμῶν Κωνσταντῖνος ὁ σεβαστὸς ὁ ἐμὸς πατήρ, τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ παραδοῦναι προῄρητο, ὅμως ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος πληρῶσαι. ὅστις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχοι προσόψεως, ὅσης αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε. οὐ γὰρ θαυμαστὸν εἴ τι δ᾽ ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα, καὶ γὰρ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἥτε τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκὼν, καὶ τὸ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς σχῆμα, εἰς τοῦτο ἐκίνει καὶ προέτρεπεν. ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Ἰουλίων ἐν Τριβέροις.

Errant igitur Rufinus & Epiphanius, quorum ille sex annis, hic ultra duodecim annos Athanasium exulasse scribunt. Quartum enim annum imperii sui Constantinus minor, qui illum restituit, non exegit. Accedit, quod prædictæ literæ imperatoris Constantini non obscure significent, statim post obitum patris sui illud accidisse. Vide quæ diximus in notis epistolæ Iulii.

Rufi… Epip… erro…

l *Dogmata Arii.*] Secunda causa celebratæ synodi significatur, ut scilicet Arianæ hæreseos sectatores anathematizarentur.

Secu… caus… cilii

m *Ea quidem quæ de illo gesta sunt.*] Insinuatur synodum hanc eo tempore quo fœdus & mirabilis Arii interitus recens contigerat celebratam fuisse: adeoque verum esse, quod supra frequenter asseruimus, id circa initium Iulii & trium imperatorum accidisse. Arium autem anno Christi 336. cum jussu imperatoris per Constantinopolitani conciliabuli præsides ac judices Eusebianos de suspicione infidelitatis & erroris expurgatus fuisset, vitam ipsam cum excrementis & visceribus emisisse, constat ex iis quæ supra diximus in notis ad vitam Marci, & concilii Constantinopolitani sub Marco. Arius, qui secundo anno Constantii, qui est Christi 338. Laodiceæ in Syria cum Athanasio disputasse scribitur, ab hoc, de quo nunc agimus, alius fuit: forte is, qui in Sardicensi concilio nominatur.

Ari… qua… qua…

n *Feliciano & Maximiano consulibus.*] Maximinus sive Maximianus Feliciani collega perperam hic & apud auctorem libri pontificalis collocatur, quia Cassiodori & Græcorum fastorum consensu Feliciano non alius quam Titianus collega jungendus est. Sanctio & lex Constantini imperatoris I. de contrah. empt. cod. Theodos. hoc anno data, & dictis consulibus Feliciano & Titiano consignata, hoc quod diximus plurimum confirmat. Vide Baronium anno 337. numero 1. & 67.

Tit… col… lici…

[a]CONCILIVM [b]ALEXANDRINVM

EX CATHOLICIS EPISCOPIS

Alexandrinæ ecclesiæ in causa Athanasii.

a *Concilium.*] Cum Constantinus imperator voluntatem patris defuncti executus Athanasium biennio exulantem ecclesiæ suæ restituisset, reditum illius, Ariani indigne admodum ferentes veteribus calumniis tres alias noviter excogitatas addiderunt hasce: primum, quod reditus illius omni populo ingratus fuisset, cædesque plurimorum concitasset: secundo, quod a synodo damnatus absq; synodali decreto temere & contra canones sedem recipere præsumpsisset: tertio, quod frumentum ex liberalitate imperatoris Ægypti ac Libyæ viduis exhiberi solitum surripuisset. His commentis instructi ad Iulium Romanum pontificem, sicut etiam ad occidentalis imperii imperatores Constantinum & Constantem, legatos quosdam ex suis ablegarunt, qui spuria illa acta Tyri secum deferentes, eaque Iulio pontifici offerentes, peterent ut Athanasii condemnatio Tyri facta rata ac firma haberetur. Quod cum orthodoxi episcopi Alexandriæ ecclesiæ rescivissent, subito congregati, accusationes Arianorum novas simul ac veteres ad examen & judicium vocarunt, dum accusationes eorum

At… ab… re… vi… Eu… ac…

Ar… tu… to… tifi… im… re…

ANNO CHRISTI 339.

eorum calumniis pleniſſimas eſſe animadvertiſ-A ſent, utiliſſimum fore judicarunt, ut ad legatos Arianorum refutandos, ſuos ipſi etiam ablegarent, eoſque ſynodali epiſtola adverſus omnes Euſebianorum accuſationes, tam veteres Tyri productas, quam etiam novas ab iiſdem recens excogitatas, ſcripta inſtrùxerunt & confirmatunt. Quos cum eodem tempore ſimul Romæ & apud imperatorem cum Arianis præſentes eſſe contigiſſet, mendaciis Arianorum utrobique refutatis, de hoſte proſtrato ac devicto apud imperatorem & pontificem glorioſe admodum triumpharunt. Ad pudorem quo ſuffundebantur adverſarii minuendum, ad concilium aliud ſubito provocarunt. Hæc Baronius anno 339. ex epiſtolis duabus, qua-B rum altera eſt Iulii pontificis ad Arianos ſcripta, & ex Athanaſio ſuperius inter alias Iulii epiſtolas collocata, altera vero eſt ſynodica hujus concilii. In qua cum omnes calumniæ Athanaſio ab Euſebianis objectæ enumerentur, & egregie confutentur, lectori gratum fore arbitrati ſumus, ſi eam quantumvis prolixam hic ſubjungamus.

[b] *Alexandrinum.*] Sic dictum ab Alexandria urbe, de qua Georgius Brunus vir doctiſſimus in ſuo theatro urbium hæc ſcribit quæ ſequuntur: *Alexandria Ægypti magna & illuſtris civitas, quam Strabo lib. 14. geographiæ urbem potentem ac populoſam nominat, ante ſalutarem Ieſu Chriſti adventum annis viginti ſupra 300. ab Alexandro Macedone, Iuſtino atteſtante, condita & cognominata,* C *omnium Alexandriarum, quarum in hiſtoriis paſſim plures quam ſeptemdecim* (*ut Euſtathius perhibet*) *enumerantur, maxima & opulentiſſima. Quam ob cultum divinum illic florentem plebiſque ſanctimoniam non infrequenter paradiſum domini veteres nuncupant. Hanc Auguſtus Cæſar poſt devictum Antonium triplici de cauſa ſe conſervaſſe eſt faſſus, ob Alexandri* (cujus corpus reverenter ibidem ſepultum fuerat) *memoriam, pulcritudinem urbis, & propter Arium philoſophum, quia in univerſitate Alexandrina profeſſor, magno apud Auguſtum in honore fuit.* Et poſt alia præclara urbis elogia hæc ſubdit: *Vniverſitatem omnium artium liberalium ſcholis illuſtrem habuit: Marcus fidelis Ieſu Chriſti euangeliſta, a quo fidei religioniſque Chriſtianæ prima elementa acceperunt, eccleſiaſticam ſcholam inſtituit, cui doctiſſimi ſemper viri præfuerunt: Pantenus ille, qui ut equus quidam Troianus optimos eccleſiæ palmites produxit: deinde Origenes, quem ibi talem ſe vidiſſe teſtatur Porphyrius, qui arcem totius philoſophiæ conſcendiſſet.* Celebritatem non infimam addit urbi, quod ad petitionem Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti. & ad mandatum Eleazari ſummi pontificis Iudæorum, pro ornamento ampliſſimæ totius orbis terrarum bibliothecæ, LXX. interpres ædiculis ſeparati ſacram ſcripturam & Hebraico idiomate in Græcum ita conformiter tranſtulerint, ut non modo eamdem ſententiam, ſed etiam verba ſinguli obſervaverint. Ammianus lib. 22. Alexandriam verticem omnium civitatum appellat. Herodianus lib. 7. poſt Romam illi primum locum tribuit. Merito igitur id agente divino numine, inquit Baronius anno 64. num. 13. ſubiit in mentem Petri paſtoris omnium, ut dilectiſſimum diſcipulum Marcum mitteret Alexandriam, ut ibi euangelium prædicaret, ubi velut in quodam orbis theatro ex Aſia, Africa, & Europa tot gentes eſſent ſimul collectæ. Sedem Alexandrinam ſedi Antiochenæ prius inſtitutæ præponi, magna laus urbis eſt. Præfectura Alexandrina ab Auguſto, a quo Auguſtalis denominabatur, magnificentiſſime præ ceteris ab eodem nobilitata fuerat. Præfectura Syriæ, cujus metropolis erat Antiochia ſecundas ſibi vendicabat, ideoque factum, inquit Baronius anno 39. num. 10. ut illa poſt Romanam primum, Antiochena ſecundum locum obtinuerit. Vide quæ diximus ſupra in notis ad epiſt. Anacleti 3. Vide Baron. an. 233. n. 18.

Translatio ſanctæ ſcripturæ per 70. interpretes ubi?

Alexandrina eccleſia patriarchalis.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΥΝΟΔΙΚΗ.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συναχθεῖσα, ἀπό τε τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Θηβαΐδος, καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως, τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόποις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

D

ἨΔΥΝΑΜΕΘΑ μὲν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἅμα τῷ συσκευασθῆναι τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀθανάσιον, ἢ καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν συνεσκευάσαντο αὐτῷ οἱ περὶ Εὐσέβιον, καὶ αἰτιάσασθαι περὶ ὧν πέπονθε παρ' αὐτῶν, καὶ δεῖξαι πάσας τὰς γεγενημένας κατ' αὐτοῦ συκοφαντίας. ἐπειδὴ δὲ τότε μὲν οὐκ ἐπέτρεπε τὰ πράγματα, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς· νῦν δὲ νομίζομεν μετὰ τὴν ἐπάνοδον E Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου, δυσωπεῖσθαι καὶ ἐρυθριᾷν αὐτοὺς ἐπὶ οὕτω φανεροῖς αὐτῶν ἀδικήμασι, τούτου ἕνεκεν σιγᾷν ἑαυτοὺς ἐπείσαμεν. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὸ παθεῖν τοσαῦτα τὸν ἄνδρα, μετὰ τὴν εἰς Γαλλίας ἀποδημίαν, μετὰ τὴν ἐπὶ ξένης ἀντὶ τῆς οἰκείας καὶ παρρωτάτω διατριβήν, μετὰ τὸ ὀλίγου δεῖν αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐκ τῶν διαβολῶν αὐτῶν, εἰ μὴ βασιλέως ἔτυχε φιλανθρώπου. ἐφ' οἷς ἂν καὶ πᾶς ἐχθρὸς ἐκορέσθη, κἂν τὸν θυμὸν ὠμότατος, οὐκ ἐρυθριῶσιν, ἀλλὰ πάλιν ἐπινεανιεύονται κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸν Ἀθανάσιον, καὶ πρὸς τὴν ἄφεσιν ἀγανακτοῦντες αὐτοῦ, χείροσιν ἐπιτολμῶσι δευτέροις, καὶ κατηγοροῦσι μὲν εὐχερῶς, οὐ φοβοῦνται δὲ τὸ ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς

EPISTOLA SYNODICA.

Sancta ſynodus Alexandriæ congregata ex Ægypto, Thebaide, Libya, Pentapoli, omnibus ubique eccleſiæ catholicæ epiſcopis dilectis & deſideratiſſimis fratribus in Chriſto ſalutem.

POTERAMVS quidem, dilectiſſimi fratres, etiam ſtatim ab initio conflatæ in Athanaſium comminiſtrum noſtrum criminationis, deinde poſt ejus Alexandriæ ingreſſum, reſpondere ſuper fictis criminibus Euſebianorum, eoſque de injuriis in eum illatis accuſare, ſimulque oſtendere, quam nihil niſi meras calumnias objeciſſent. Sed quia tempora illa nihil tale permittebant, ut & ipſi noſtis, & quia arbitraremur, poſt reſtitutionem epiſcopi Athanaſii, eos vultum ſubmittere, & pudore in tam apertis injuriis ſuffundi, putavimus rem ſilentio tranſmittendã eſſe, maxime poſt tantas ejus viri calamitates, profectionemque, & vitam relicta domo peregre actam, poſt tanta pericula, quibus minimo minus perierat, rem urgentibus calumnioſis hominibus, niſi humanitas imperatoris obſtitiſſet: Tot malis cum nemo non hoſtium etiam crudeliſſimorũ exſatiari potuiſſet, ipſi tamen effrontes inſatiabileſque permanent, ſæviuntque denuo & in eccleſiam & in Athanaſium, ægre ferentes illius liberationem, ac proinde atrociora molientes, cupide ad novas criminationes proſiliũt nec timent illud quod in ſacris literis ſcriptum

ANNO CHRISTI 339.

scriptum est: *Falsus testis impunitus non erit*: A & : *Os quod mentitur occidit animam.* Ideo fit ut silentium diutius retinere nequeamus: admiramurque eorum malitiam, & insatiabilem in insidiis struendis pervicaciam. Ecce enim nulla sumpta quiete rursus imperatoris aures contra nos irritant, neque usquam cessant literas parricidales scribere, quo Athanasium ipsorum hæresi adversum e medio tollant. Siquidem jam denuo accusatrices literas contra Athanasium imperatoribus porrexere, iteratis calumniis homicidia ei objicientes quæ nunquam facta sunt, ac denuo illum conjurationibus suis opprimere student, imputatis cædibus quæ nunquam factæ sunt: & fortasse tunc cum calumniis suis interfecissent, nisi humanum principem nacti fuissemus, eumdemque denuo, ut quod minimum malorum referamus, in exilium protrudere satagunt, & ob id calamitates exulum quasi ab eo facta se deplorare simulant, cum revera plorent, nihil a nobis tale designatum esse, neque priores in illum injuriæ ipsorum animis sufficiunt, sed nova & atrociora illis accumulata volunt, homines scilicet admodum mansueti & moribus æquis, vel, quod verius est, improbi & perquam acerbi, qui terroribus & minis potius quam pietate & æquitate, quod episcopos decet, ad pœnas deproperant. Tot enim cædes hominumque mactationes, quas ne profanus quidem homo & curiosus & conjectator criminum in calumniis diceret, ea ipsi effundere minime veriti sunt, non solum apud præsidem aut alium quemvis magnum virum, sed & apud tres Augustos, neque in eam rem longitudines itinerum illis graves fuere, dummodo omnia majora tribunalia calumniis implerent: calumnia enim est quam tentant, eaque gravissima, & maxime omnium capitalis, idque in summis omnium rerum humanarum tribunalibus. Quis enim alius istius quæstionis finis, nisi ut mors regio tumultu inferatur? Non igitur Athanasii, sed illorum acta luctum lamentationemque merentur, ipsosque rectius deploratos habueris: in ipsos enim ploratus congruit; si quidem scriptum est: *Nolite deflere mortuum, neque lugere, sed complorare comploratione egredientem, quia non amplius revertetur.* Tota enim eorum accusatrix epistola nihil aliud nisi necem spectat, aut necem moliuntur, si ipsis liceat, aut saltem exules facere, quod & impetraverunt ab religiosissimo Cæsarum patre, qui iras ipsorum offensasque, cum supplicium capitale posceretur, exilio damnatorum explevit. Ista opera ethnicorum sunt, & non vel tenuiter Christianorum, & E minime omnium episcoporum, quos aliis justitiam commonstrare oportuit, idque vestram arbitramur in Christo conscientiam bene & luculenter perspicere. Cur enim qui alios ab accusando deterrent, seipsos accusatores conspectui imperatoris præbuerunt: aut cur qui alias calamitates miserorum lacrymis persequi oportere docent, ne ab exilio quidem nostro sel quieti tradunt? Publica enim omnium episcoporum nostrorum profligatio ex suis sedibus exterminatioque facta est, qui ut nos antea pro exulibus habuerunt, ita nunc cum Athanasio patriæ redditi, pro superioribus doloribus lacrymisque, quibus ejus vicem miserabatur, maximam vicissim hilaritatem & gaudium

Prov. 19. Sap. 1. Eccl. 22.

γεγραμμένον, μάρτυς ψευδὴς, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσαι, καὶ σόμα καταψευδόμενον, ἀναιρεῖ ψυχήν. διά τοι τοῦτο, οὐκέτι μὲν δυνάμεθα σιγᾷν, θαυμάζομεν δὲ τὴν πονηρίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἀκόρεστον ἐπὶ συσκευαῖς φιλονεικίαν. ἰδοὺ γὰρ οὐ παύονται πάλιν βασιλικὰς ἀκοὰς κινοῦντες καθ' ἡμῶν, οὐ παύονται γράφοντες ὀλέθρου γράμματα, πρὸς ἀναίρεσιν ἐπισκόπου τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐχθροῦ, πάλιν γὰρ ἔγραψαν τοῖς βασιλεῦσι κατ' αὐτοῦ, πάλιν αὐτὸν συσκευάσασθαι βούλονται, σφαγὰς αἰτιώμενοι μὴ γενομένας, πάλιν αὐτὸν φονεῦσαι βούλονται, φόνους αἰτιώμενοι μὴ γενομένους. καὶ τότε γὰρ ἂν ἐφόνευσαν διαβάλλοντες, εἰ μὴ φιλανθρώπου βασιλέως B ἐτύχομεν, πάλιν αὐτὸν ἵνα τὸ ἔλαττον εἴπωμεν, ἐπ' ἐξορίαν ἀπελθεῖν ἐπείγονται συμφορὰς ἐξορίστων ὡς παρ' αὐτοῦ γενομένων, προσποιούμενοι θρηνεῖν, καὶ θρηνοῦσι μὲν παρ' ἡμῖν τὰ μὴ γενόμενα, οὐκ ἀρκοῦνται δὲ τοῖς γενομένοις κατ' αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ δεύτερα καὶ χείρονα προσάψαι βούλονται, οὕτως εἰσὶ πρᾶοι καὶ φιλάνθρωποι καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς. μᾶλλον δὲ, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, πονηροὶ καὶ πικροί. καὶ ἐκ φόβων καὶ ἀπειλῶν, ἢ ἐξ εὐσεβείας καὶ ἐπιεικείας, ἃ τοῖς ἐπισκόποις πρέπει, τιμωρούμενοι. οἷα γὰρ μὴ δὲ τῶν ἔξω τις φιλοπραγμόνων φθέγξαιτο, τοιαῦτα ῥήματα καταχέαι τετολ- C μήκασιν, ὧν πρὸς τοὺς βασιλέας ἔγραψαν. καὶ τοσούτων φόνων καὶ σφαγῶν κατηγόρησαν, οὐκ ἐπὶ ἡγεμόνος, οὐκ ἐπ' ἄλλου τινὸς μείζονος, ἀλλ' ἐπὶ τῶν Αὐγούστων τῶν τριῶν. οὐδὲ πρὸς διαστήματα τῶν ὁδῶν ἀποκνήσαντες, μόνον ἵνα πάντα μείζονα δικαστήρια τῆς κατηγορίας αὐτῶν ἐμπλησθῇ. κατηγορία γὰρ ἀληθῶς ἀγαπητοὶ, τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα. καὶ πασῶν ἀνωτάτω κατηγορία. ὅπου γε καὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων, ἀνωτάτω τὰ δικαστήρια. τί γὰρ ἄλλο τέλος τῆς ἐπὶ τούτοις ἐξετάσεως, ἢ θάνατος ἐκ βασιλικῆς κινήσεως ἐπαγόμενος; οὐκ οὖν οὐ τὰ παρὰ Ἀθανασίου, ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα, θρήνου καὶ οἰμωγῆς ἄξια· οὐκοῦν D αὐτοὺς μᾶλλον ἄν τις δικαίως θρηνήσειεν. ἐπὶ τούτοις γὰρ ὀδύρεσθαι χρή. ἐπεὶ καὶ γέγραπται. μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα, μήτε θρηνεῖτε αὐτόν. κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ἐπιστρέψει ἔτι. πᾶσα γὰρ αὐτῶν ἡ ἐπιστολὴ οὐδὲν ἄλλο, ἢ πρὸς θάνατον ὁρᾷ, καὶ φονεύειν ἐπιχειροῦσιν, ἐὰν συγχωρῶνται, καὶ ποιεῖν ἐξορίστους. συνεχωρήθησαν γὰρ, τοῦ θεοφιλεστάτου πατρὸς τῶν βασιλέων, ἀντὶ θανάτου τῇ μεταθέσει τοῦ τόπου, τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐκπλήσαντος. ταῦτα γὰρ ὅτι μὴ δὲ ψιλῶν Χρισ- E τιανῶν ἔργα, σπανίως δὲ καὶ ἐθνικῶν, μήτι γε ἐπισκόπων δοκούντων καὶ τοὺς ἄλλους τὰ δίκαια διδάσκειν, συνορᾶν ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ συνείδησιν ἡγούμεθα. πῶς γὰρ οἱ τοὺς ἄλλους κωλύοντες κατηγορεῖν, αὐτοὶ κατήγοροι καὶ μέχρι βασιλέων γίνονται; πῶς οἱ συμφορὰς ἐλεεῖν διδάσκοντες, οὐδὲ κατὰ τὴν ἐξορισίαν ἡμῶν ἡσυχάζουσι. κοινὸς γάρ γέγονεν ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων ὁμολογουμένως ἐξορισμός. καὶ πάντες ἑαυτοὺς ἐξορίστους εἴχομεν. καὶ νῦν ὡς σὺν Ἀθανασίῳ ταῖς πατρίσιν ἀποδοθέντας, πάλιν ἀντὶ τῶν πρότερον ὀδυρμῶν καὶ θρήνων ἐπ' αὐτῷ μεγίστην εὐθυμίαν ἀπολαβόντας καὶ χάριν, ἣν ὁ κύριος διαφυλάξειε, καὶ ἀναξέψαι

τοῖς

τοῖς περὶ Εὐσέβιον μὴ ἐπιτρέψῃ. Ταῦτα μὲν εἰ καὶ ἀληθῆ ἦν ἃ κατηγόρουν αὐτοῦ, ἦν τινα κατηγορήματα, ὅτι παρὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ μετὰ τὸν πειρασμοῦ ἐξορισμὸν, ἐπεμβαίνοντες πάλιν, φόνων καὶ σφαγῶν καὶ ἄλλων ἐγκλημάτων κατηγοροῦσι, καὶ βασιλικαῖς ἀκοαῖς ταῦτα κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπηχοῦσιν. ὅτε δὲ πάντα ψεύδονται καὶ πάντα συκοφαντοῦσι, καὶ μὴ πρόσεστιν αὐτῶν ἀλήθεια τοῖς στόμασι, μὴ δὲ τοῖς γράμμασι, ποσαπλοῦν τὸ κακὸν παρ᾽ αὐτοῖς, ἢ ποταποὺς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνετε; ἤδη τοίνυν ἐπ᾽ αὐτὸ χωρήσωμεν, καὶ πρὸς τὰς κατηγορίας αὐτῶν τὰς νῦν γινομένας ἀπαντήσωμεν. καὶ γὰρ ἀπὸ τούτων, οὐδὲ τὰ πρότερα παρ᾽ αὐτῶν ἐπὶ συνόδῳ καὶ κρίσει θρυλλούμενα, καλῶς πεπραγμένα μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀληθῆ λεγόμενα ἐλεγχθήσεται, καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις καταγνωσθήσονται. δυσωπούμεθα μὲν οὖν περὶ τοιούτων ἀπολογούμενοι. πλὴν ἐπειδήπερ πρὸς πάντα ἑαυτοὺς οἱ προπετεῖς ἐπάγουσι κατήγοροι, καὶ μετὰ τὴν εἴσοδον Ἀθανασίου, φόνους καὶ σφαγὰς αἰτιῶνται γεγενῆσθαι, παρακαλοῦμεν ἀνασχέσθαι τῆς ἀπολογίας κἂν διὰ πλειόνων ᾖ. τὰ γὰρ πράγματα ἀναγκάζει. φόνος μὲν οὔτε παρὰ Ἀθανασίου γέγονεν, οὔτε δι᾽ αὐτόν· Ἐπειδὴ καὶ εἰς ταύτην ἡμᾶς τὴν ἄδοξον ἀπολογίαν ὡς προείπομεν ἐμβιβάζουσιν οἱ κατήγοροι, σφαγαὶ δὲ καὶ δεσμοὶ, τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἀλλότρια· δημίῳ παραδέδωκεν Ἀθανάσιος οὐδένα. καὶ τὸ δεσμωτήριον, ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ, οὐδὲ πώποτε ἐνοχληθὲν παρ᾽ αὐτοῦ. τὰ παρ᾽ ἡμῖν ἱερατεῖα, ὥσπερ ἀεὶ καὶ νῦν καθαρά. μόνῳ σεμνυνόμενα τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν εὐσεβείᾳ. οὐ πρεσβύτερος, οὐ διάκονος ἀνῃρέθη παρὰ Ἀθανασίου. οὐ φόνον, οὐκ ἐξορισίαν ἔδρασεν ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ᾽ εἴθε μὴ δὲ ἐκεῖνοι κατ᾽ αὐτοῦ τοῦτ᾽ ἔδρασαν ἀληθείᾳ τὴν πεῖραν ἐπαγαγόντες. οὐδεὶς γὰρ ἐξόριστος ἐνταῦθα γέγονε δι᾽ αὐτὸν, πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας παρ᾽ αὐτῶν, ὃν ἀφεθέντα, καὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἢ καὶ χείροσι περιβάλλειν ἐπιζητοῦσι, πάντα πρὸς ψευδῆ καὶ θανατήφορα ῥήματα, τὴν γλῶτταν ἑαυτῶν ὀξύνοντες. ἰδοὺ γάρ λοιπὸν καὶ τὰς τῶν δικαστῶν πράξεις ἐπ᾽ αὐτὸν μεταφέρουσι. καὶ τὸν μὲν ἔπαρχον τῆς Αἰγύπτου φανερῶς ὁμολογοῦσιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μετὰ τίνων ἀπέφανται. πάλιν δὲ οὐ δυσωποῦντος καὶ ταύτας τὰς ἀποφάσεις Ἀθανασίῳ προσάπτοντες. καὶ ταῦτα μηδέπω τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπιβάντι ἀλλ᾽ ἔτι τῆς ὁδοῦ τῆς ἀπὸ τῆς ἐξορισίας ἐχομένῳ, καὶ κατὰ τὴν Συρίαν ὄντι. εἴγε δεῖ καὶ μακρὰν ἀποδημίαν εἰς ἀπολογίαν φέρειν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δὲ ὑπεύθυνον εἶναί τινα, οἷς ἐὰν ἡγεμὼν ἢ ἔπαρχος Αἰγύπτου πράξῃ. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἦν, τί πρὸς Ἀθανάσιον αἱ τοῦ ἐπάρχου πράξεις; ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ ἐπεδήμει τοῖς τόποις, καὶ τὰ πραχθέντα οὐ διὰ προφάσεις ἐκκλησιαστικὰς πέπρακται παρὰ τοῦ ἐπάρχου τοῦ Αἰγύπτου. ἀλλὰ δι᾽ ἅ τινες αἱ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων εἴσεσθε. ἅπερ μετὰ τὸ γνῶναι τὰ παρὰ τούτων γραφέντα, πολυπραγμονήσαντες ἀπεστείλαμεν ὑμῖν. Οὐκ οὖν ὅτι καὶ νῦν τὰ μὴ γινόμενα, μήτε παρ᾽ αὐτοῦ, μήτε δι᾽ αὐτὸν, βοῶσιν ὡς γενόμενα, καὶ τοσούτοις μαρτυροῦσιν ὡς πληροφορηθέντες κακοῖς, εἰπάτωσαν ἐκ ποίας συνό-

A recepimus, quod utinam dominus, ne ab Eusebianis subvertatur, nobis incolume servet. Iam si fides in criminibus quæ objecere fuisset, hoc ipsum tamen criminosum est quod contra statuta Christianorum, post acerbitatem exiliorum aliarumque calamitatum denuo invadunt, cædes hominum stragesque objicientes, & hujusmodi criminationibus imperatorias aures obtundunt. Iam cum omnia mentiantur, nihilque nisi calumnias afferant, nec in eorum literis quidquam sit veri, quam multiplex putas in hoc conatu scelus, & quam scelerati illi haberi debeant? Rem igitur aggrediemur, eorumque calumniis occurremus. Nam hinc B quoque priora illa, quæ vel de synodo vel de judicio habito jactitant, non recte facta esse, imo falsa esse comprobantur, ipsis interim denuo ea de causa condemnandis. Pudet nos certe istius defensionis, verum quia temerarii nostri criminatores ad omnia calumnianda se promptos offerunt, & quia post Athanasii ingressum, cædes & homicidia objiciunt patrata esse, necessum est nostri excusationem, tametsi prolixiusculam, quia res ita cogit, cum venia audiatis. Cædes omnino nulla neque ab Athanasio neque per Athanasium commissa est, quapropter cum ad hanc inexspectatam defensionem adversariorum iniquitate propellamur, C nonnihil indulgendum est necessitati excusationis. Cædes igitur & vincula aliena sunt a nostra ecclesia, carnifici neminem umquam Athanasius dedidit, neque carcerem, quantum in ipso fuit, vinctis tradendis fatigavit. Sacraria nostra, ut in præsentia ita etiam semper pura innocentiaque fuere, non nisi Christi sanguine ejusque cultu sanctificata, neque presbyter neque diaconus ab Athanasio interfectus est, neque cædem ulli aut exilium irrogavit. Vtinam illi qui veram persecutionem induxerunt nihil tale contra eum perpetrassent. Nullus enim opera ejus patria excidit: ipse autem ab istis in exilium actus est, quem nunc iterum, quia ab ea D relegatione liber dimittitur, gravioribus criminibus repetentes, linguam suam ad omnia falsa & crudelia exacuunt. Quinimo judicum acta & damnatos a præfecto Ægypti, ut ipsi in suis scriptis fatentur, ad Athanasii culpam transferunt, adeo nihil illos pudet: sævitiæ Athanasii imputant, cum Athanasius per id tempus nondum Alexandriam ingressus fuisset, & per Syriam in itinere ab exilio reverteretur. Quod si longinqua absentia excusationem affert, ne quis reus habeatur eorum quæ præses aut præfectus Ægypti fecerit, quid Athanasio remotius a crimine, qui si vel in ipsa Alexandria fuisset, quid tamen illi, quæso, cum negotiis præfecti? Atqui in illis locis E non erat, neque ad ea quæ acta sunt a præfecto res ecclesiasticæ occasionem dederunt, sed unde id natum sit, ex monumentis actorum intelligetis, quæ nos, cognitis illorum scriptis, & re perquam diligenter explorata, ad vos transmisimus. Igitur cum & nunc ea, quæ neque ab eo, neque per eum facta sint, quasi facta sint, occlament, & tot testibus se certiores factos videri velint, optarim mihi indicarent cujus synodi actis argumentisve aut indiciis rem ita se habere didicerunt. Quod si nihil tale pro se habent, temereque omnia affirmant, vestris animis co-

ANNO CHRISTI 339.

A gitandum relinquimus, quid & prius factum sit, & nunc factum esse ab istis fingitur. Nihil enim aliud vestris animis apparebit quam calumnia, & defendendæ impietatis contra pietatem rabiosus furor, & ob id unum agi, ut tollantur e medio orthodoxi, quo inde cum securitate prędicent quidquid libuerit impietatis patronis. Et certe rem ita se habuisse comperietis. Cum enim Arius, unde Ariomanitarum hęresis conflata est, ab ecclesia per beatum episcopum Alexandrum ejectus esset, Eusebiani discipuli pariter & socii impietatis, semetipsos ejectos esse arbitrantes, multis adhortationibus Alexandro B scripserunt, ne Arium extra ecclesiam relinqueret. Alexandro autem ob pietatem in Christum hominem impium non recipiente, in Athanasium ejus diaconum iras avertunt, & quia eum assiduum esse apud Alexandrum, & in precio haberi curiose animadverterent, & quia jam antea ejus pro Christo pietatem in synodo Nicænsi, ubi cum magna libertate contra Arianam hæresim disseruerat, experti essent, in gravissimum odium exarserunt: ubi autem Deus eum ad episcopatum provexerat, veterem jam olim malitiam refoventes, veriti illius orthodoxam mentem, & in resistendo contra impietatem robur, conscientia C vecordes omnibus rationibus conjurationes in eum coquebant, princepsque hac in re Eusebius fuit, conscientiæ suæ furiis agitatus præceps. Cæsarem igitur contra Athanasium irritant, & synodos minantur. Postremo Tyri in concilium coierunt, adeo ut ne nunc quidem contra eum scribendi otium admittant prorsus implacabiles, & quorum querelis nunquam satisfacias, ut qui constitutionem episcopatus Athanasii tamquam non legitime celebratam cavillationibus atrodant, nusquam non homini infesti, ut saltem mendaciis eum infamem reddant, quæ tamen nunc ex priorum mendaciorum vanitate falsa esse deprehenduntur. Aiunt igitur post obitum episcopi Alexandri, D cum paucissimi essent, qui Athanasii mentionem facerent, sex aut septem episcopos clanculum & in loco obscuro eum præsulem elegisse. Hæc eadem illi, quibus nullum mendaciorum genus reformidandum videtur, imperatoribus scripsere. Nos autem contra, cum tota civitate & universa provincia testamur, omnem multitudinem populumque catholicæ ecclesiæ in unum coactum, quasi in speciem unius corporis & animæ, clamoribus vociferationibusque postulasse Athanasium ecclesiæ episcopum dari, idque publicis votis a Christro expetiisse: nosque ut faceremus, per multos dies ac noctes jurejurando obtestatos fuisse, cum interea nec ipsi ab ecclesia discederent, neque nobis discedendi facul- E ratem permitterent, hoc nostrum totiusque civitatis & universæ provinciæ testimonium, nec mali quidquam de eo quod ab ipsis fit, pronuntiamus: sed optima quæque prędicamus, bonum illum esse, religiosum, Christianum, devotarium, & vere episcopum. Porro quod nostrum plerique sub omnium oculis acclamationibusque Athanasium episcopum creaverint, nosipsos in testes offerimus, quibus ut auctoribus ordinationis, major quam istis, qui & tunc aberant & nunc mentiuntur, fides haberi debet, quamquam nihil ea

δὲ καὶ ταῦτα ἔγνωσαν; ἐκ ποίων ἀποδείξεων; ἐκ ποίας κρίσεως; εἰ δὲ μηδὲν ἔχοντες τοιοῦτον ἁπλῶς διαβεβαιοῦνται καὶ τὰ πρότερα πῶς γέγονεν; ἢ πῶς λέγουσιν, ὑμῖν καταλίπομεν σκοπεῖν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν, ἢ συκοφαντία καὶ ἐχθρῶν ἐπιβουλὴ, καὶ θυμὸς ἄκρατα φρενῶν, καὶ κατὰ τῆς εὐσεβείας ἡ ὑπὲρ τῆς Ἀρειομανιτῶν ἀσέβεια λυττῶσα, ἵν᾽ ἐκ ποδῶν μὲν οἱ ὀρθόδοξοι γένωνται, μετ᾽ ἀδείας δὲ λοιπὸν ἃ βούλονται κηρύττωσιν οἱ προστάται τῆς ἀσεβείας. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Ἀρείου τοῦ ἀσεβήσαντος, ἀφ᾽ οὗ ἡ Ἀρειομανιτῶν δι᾽ αὐτὸν αἵρεσις κέκληται, τῆς ἐκκλησίας ἐκβληθέντος ὑπὸ τοῦ μακαρίτου ἐπισκόπου Ἀλεξάνδρου, οἱ περὶ Εὐσέβιον μαθηταὶ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ καὶ κοινωνοὶ τυγχάνοντες ἑαυτοὺς ἐκβεβλῆσθαι νομίζοντες, ἔγραφον πολλὰ παρακαλοῦντες Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον, μὴ ἀφεῖναι τὸν αἱρετικὸν Ἄρειον ἔξω τῆς ἐκκλησίας, Ἀλεξάνδρου δὲ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν μὴ δεχομένου τὸν ἀσεβῆ, εἰς Ἀθανάσιον τότε διάκονον ὄντα, ἐλυποῦντο. ἐπειδὴ τὰ πλεῖστα συνόντα Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ πολυπραγμονοῦντες αὐτὸν ἤκουον, καὶ τιμώμενον παρ᾽ αὐτοῦ, πεῖραν δὲ αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας τῆς εἰς Χριστὸν λαβόντες ἐκ τῆς συνόδου τῆς κατὰ Νίκαιαν συγκροτηθείσης, ἐν οἷς ἐπαρρησιάζετο κατὰ τῆς ἀσεβείας τῶν Ἀρειομανιτῶν, μειζόνως τὸ μῖσος ηὔξανον. ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἤγαγε, τὴν ἐκ παλαιοῦ τρεφομένην αὐτοῖς κακίαν ἀναζωπυρήσαντες, καὶ φοβούμενοι τὴν ὀρθοδοξίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀσεβείας παράστασιν, Εὐσέβιος δὲ πλεῖον καὶ ἀπὸ τῆς συνειδήσεως ὧν οἶδε πλαττόμενος, πάντα τρόπον ἐπεβούλευον καὶ συνεσκευάζοντο τῷ ἀνδρί. ἐκίνουν βασιλέα κατ᾽ αὐτοῦ, συνόδους ἠπείλουν πολλάκις. καὶ τέλος ἐν Τύρῳ συνῆλθον. καὶ μέχρι νῦν οὐκ ἀφίστανται κατ᾽ αὐτοῦ γράφοντες. καὶ οὕτως εἰσὶν ἀπαραίτητοι, ὡς καὶ τὴν κατάστασιν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ μέμφεσθαι. πανταχοῦ δεικνύοντες ἑαυτοὺς ἐχθροὺς, καὶ μισοῦντας τὸν ἄνδρα. καὶ ψευδῆ λέγοντες, μόνον ἵνα ἐκφαυλίσωσιν αὐτὸν ἐν ταῖς ψευδολογίαις. ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων ὧν ψεύδονται, τὰ πρότερα διελέγχουσι ψευδῆ καὶ συσκευῆς μεστά. μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν, φησὶν, Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου ὀλίγων τινῶν Ἀθανασίου μνήμην ποιουμένων, ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐπισκόπων λάθρα καὶ ἐν παραβύστῳ χειροτονοῦσιν αὐτόν. ταῦτα ἔγραψαν καὶ βασιλεῦσιν, οἱ μηδὲν ψευδὲς γράφειν παραιτούμενοι. ὅτι δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς καὶ σώματος συνεληλυθότες, ἀνεβόων, ἔκραζον, αἰτοῦντες Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον τῇ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο ηὔχοντο δημοσίᾳ τῷ Χριστῷ, καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὥρκιζον ποιεῖν ἐπὶ πλείστας ἡμέρας καὶ νύκτας, μήτε αὐτοὶ τῆς ἐκκλησίας ἀφιστάμενοι, μήτε ἡμᾶς ἐπιτρέποντες ἀφίστασθαι· τούτου καὶ ἡμεῖς μάρτυρες, τούτου καὶ ἡ πόλις πᾶσα καὶ ἡ ἐπαρχία. οὐδὲν μὲν ἐναντίον, ὡς ἔγραψαν ἐκεῖνοι, κατ᾽ αὐτοῦ λέγοντες. πάντα δὲ τὰ βέλτιστα, σπουδαῖον, εὐλαβῆ, Χριστιανὸν, ἕνα τῶν ἀσκητῶν, ἀληθῶς ἐπίσκοπον ὀνομάζοντες. ὅτι δὲ οἱ πλείονες ἡμῶν αὐτὸν ἐχειροτόνησαν ὑπὸ ταῖς πάντων ὄψεσι καὶ βοαῖς, μάρτυρες πάλιν ἡμεῖς ἀξιοπιστότεροι τῶν ἀπόντων καὶ ψευδομένων, οἱ χειροτονήσαντες. ἀλλ᾽ ὅμως

ὅμως Εὐσέβιος τὴν κατάστασιν Ἀθανασίου μέμφεται, ἄνθρωπος τάχα μηδὲ κατάστασιν ὅλως ἐσχηκώς. εἰ δέ που καὶ ἔσχεν, αὐτὸς ἀκυρώσας αὐτήν. ἐν Βηρυτῷ μὲν ἦν ἀπ' ἀρχῆς, Βηρυτὸν δὲ ἀφεὶς, εἰς Νικομήδειαν ἦλθε. τὴν μὲν, παρὰ νόμον ἀφείς. εἰς ἣν δὲ παρὰ νόμον ἐπιβαίνων. καὶ τὴν μὲν οἰκείαν, ἀστόργως καταλελοιπώς. τὴν δὲ ἀλλοτρίαν, ἀλόγως κατέχων. καὶ τῆς μὲν προτέρας τὴν στοργὴν, ὑπὸ τῆς ἀλλοτρίας ἐπιθυμίας παριδὼν, τῇ δὲ δευτέρᾳ μὴ δὲ ἣν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἔσχε τηρήσας. ἰδοὺ γὰρ κἀκεῖθεν ἀποστὰς, ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει· πανταχοῦ ταῖς ἀλλοτρίαις ἐποφθαλμιῶν πόλεσι. καὶ ἐν πλούτῳ καὶ ἐν μεγέθει πόλεων νομίζων εἶναι τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Θεοῦ καθ' ὃν ἐτάχθη τις, μηδὲν ἡγούμενος. οὐκ εἰδὼς ὅτι καὶ ὅπου δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, ἐκεῖ ἐστιν ἐν μέσῳ αὐτῶν ὁ κύριος. οὐκ ἐνθυμούμενος τὸ παρὰ τοῦ ἀποστόλου λεχθὲν, ὅτι οὐκ ἀλλοτρίοις καμάτοις καυχήσομαι. οὐ συνορῶν τὸ παρ' αὐτοῦ παράγγελμα, δέδεσαι γυναικὶ μὴ ζήτει λύσιν. εἰ δὲ ἐπὶ γυναικὸς τὸ ῥητὸν, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ ἐκκλησίας καὶ τῆς αὐτῆς ἐπισκοπῆς, ᾗ ὁ συνδεθεὶς, ἄλλην οὐκ ὀφείλει ζητεῖν, ἵνα μὴ καὶ μοιχὸς παρὰ ταῖς θείαις εὑρίσκηται γραφαῖς. ἀλλὰ καὶ τοιαῦτα ἑαυτῷ συνειδὼς, τετόλμηκε τὴν κατάστασιν Ἀθανασίου τὴν ὑπὸ πάντων ἐπὶ καλοῖς μαρτυρουμένην, διαβάλλειν. καὶ καθαίρεσιν ὀνειδίζειν αὐτῷ τολμᾷ, καθαιρεθεὶς αὐτὸς, καὶ μάρτυρα τῆς καθαιρέσεως ἔχων, τὴν ἀντ' αὐτῶν κατάστασιν· πῶς ἂν ἢ αὐτὸς ἢ Θεόγνιος ἠδύναντο καθαιρεῖν ἄλλον, αὐτοὶ καθαιρεθέντες, καὶ ταῖς ἀντ' αὐτῶν καταστάσεσιν ἐλεγχόμενοι; οἴδατε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀμφίων μὲν ἐν Νικομηδείᾳ. Χρηστὸς δὲ ἐν Νικαίᾳ κατεστάθησαν ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας κοινωνίαν, τοὺς ἀπὸ τῆς συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς ἀποδοκιμασθέντας. κἀκείνην τὴν τῷ ὄντι σύνοδον ἀναιρεῖν θέλοντες, τὴν ἑαυτῶν ἄδικον σύστασιν ὀνομάζειν σύνοδον ἐπιχειροῦσι, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων κρατεῖν μὴ θέλοντες, τὰ παρ' αὐτοῖς κρατεῖν βούλονται. καὶ σύνοδον ὀνομάζουσιν, οἱ συνόδῳ τηλικαύτῃ μὴ πειθόμενοι. οὕτως οὐ συνόδου πεφροντίκασιν, ἀλλὰ σχηματίζονται φροντίζειν, ἵνα ἀνελόντες τοὺς ὀρθοδόξους, τὰ δόξαντα τῇ ἀληθεῖ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ κατὰ τῶν Ἀρειανῶν, λύσωσιν. ὧν προϊστάμενοι καὶ ἀεὶ καὶ νῦν, ψεύδεσθαι τολμῶσι κατὰ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου. ὅμοια γὰρ κἀκεῖνα τοῖς νῦν, ἃ ψεύδονται ὅτι πρὸς τὴν εἴσοδον αὐτοῦ, στάσεις καὶ θρῆνοι καὶ ὀδυρμοὶ γεγόνασι τῶν λαῶν, πρὸς τὴν ὑποδοχὴν αὐτοῦ δύνασθαι ἀσχετούντων. οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον γέγονεν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, χαρὰ καὶ εὐθυμία, καὶ δρόμος τῶν λαῶν, πρὸς τὴν εὐκταίαν αὐτοῦ θέαν ἐπειγομένων. εὐφροσύνης δὲ αἱ ἐκκλησίαι μεσταί. καὶ εὐχαριστίαι πρὸς τὸν κύριον ἀναφερόμεναι πανταχοῦ. λειτουργοὶ δὲ καὶ κληρικοὶ πάντες οὕτως αὐτὸν ἑωράκασιν, ὡς εὐφρανθῆναι τὰς ψυχὰς, κἀκείνην τὴν ἡμέραν, πασῶν εὐθυμοτέραν ἐσχηκέναι πιστεύειν. τὴν γὰρ ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων ἀνεκλάλητον χαρὰν, τί χρὴ γράφειν; προλαβόντες γὰρ εἰρήκαμεν, ὡς σὺν αὐτῷ πάσχειν ἐνομίζομεν. τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογουμένων, καὶ παρ' αὐτῶν ἐναντίως προφε-

A re impeditus Eusebius creationem vituperat, homo qui ipse prorsus episcopus creatus non est, aut, si unquam jus episcopi habuit, id ipsum rescidit, ut qui principio Beryti pro episcopo egerit, relictaque Beryto Nicomediam se transtulerit, illam quidem cathedram præter leges destituens, istam vero nulla lege invadens, proprii gregis sine ulla caritate desertor, & alieni nulla rationabili causa occupator, prioris episcopatus caritatem alieni cupidine aspernatus est, nec tamen illum ipsum episcopatum, quem tanta aviditate occupaverat, reservavit. B Ecce enim jam denuo inde desiliens, alienum episcopatum arripuit, semper aliorum civitates oculis per invidiam adjectis oblimat atque arrodit, persuasus in magnitudine urbium religionem esse sitam, & sortem Dei, secundum quam constitutus ordinatusque est, pro nihilo ducit; ignarus scilicet dominum, ubi duo aut tres in ejus nomine congregati fuerint, in medio esse, nec secum recogitans dictum illud apostoli, quo profitetur se in alienis laboribus non gloriaturum, neque præ oculis habens illius præceptum: *Alligatus es uxori, ne quære solutionem*: quod si hoc de uxore di- 1. Cor. 7.
C ctum est, quanto magis de ecclesia, atque adeo de episcopatu, cui cum quis alligatus est, alium quærere non debet, ne adulter in sacris literis deprehendatur. Horum sibimetipse conscius, ausus est tamen creationem Athanasii omnium eulogiis contestatam calumniari, nec veretur ei objicere ejus dignitatis exauctorationem, ipse interim maxime exauctoratus, ut qui suæ exauctorationis testimonium & argumentum in ipsa sui constitutione ostendat. Qui igitur vel ipse vel Theognius potuerunt alios deponere, ipsi depositi & exaucto- D rati, & vitio suæ creationis famosi? Bene siquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Chrestum vero Nicææ, in eorum locum, ob impietatem & communionem, quam cum Arianis a Nicæno concilio reprobatis habuerant, episcopos constitutos esse. Hanc igitur synodum perditam cupientes, suum injustum conciliabulum synodum videri student, & Nicæni concilii decreta irrita, sua autem rata volunt: & synodi vocabulo uti audent, qui tantæ synodo non obtemperant. Nihil illis synodi curæ sunt, sed inanem speciem synodi prætexunt, ut sublatis orthodoxis viris, ea quæ veræ & magnæ synodo de Arianis statuta sunt, demoliantur, interim tamen illi Arianos & semper antea, & etiam nunc in præsentia E patrocinio suo tegentes, contra Athanasium episcopum mendacia fingere non reformidant: prorsus enim ejusdem vanitatis sunt cum superioribus, quæ nunc fingunt fuisse, scilicet in Athanasii introitu seditiones, luctus, populorumque lamentationes indigne ferentium illius creationem. Nihil ibi tale contigit, sed potius omnia contraria, gaudia scilicet, animorumque alacritates & populorum desiderio videndi hominis accursus, ubique per ecclesias lætitiæ & gratulationes ad dominum. Ministri autem & clerici ita eum intuebantur, ut & animis gaudium conciperent, & illum diem omnium faustissimum arbitrarentur: nostram autem, qui episcopi sumus, inenarrabilem lætitiam quid opus est scribere, cum jam antea testati sumus quidquid ei acciderit nobis videri accidere? Iam cum ipse in re confessa certaque contraria dicant,

ANNO CHRISTI 339.

cant, quam fidem merebitur illorum ſive concilium ſive judicium, quod pro ſe tantopere jactitant? Quid ita invadunt inſultantque actis quæ nec viderunt, nec judicarunt, nec interfuerunt tamquam maxime earum rerum conſcii, idque ſcripto proteſtantur, quomodo ipſi in ſuis actis, ob quæ ſe conventus habuiſſe dicunt graves verique haberi poterint, ut non credas etiam iſta ab illis itidem ut illa per odium ſimultatemque inſtituta fuiſſe? Quis enim ibi conventus epiſcoporum, aut conſeſſus veri ſtudioſus? Quis non ex pleriſque noſter inimicus? Nonne Euſebius Euſebianique ſtudio Arianiſmi ad id concilium perrexerunt, reliquis ejuſdem ſecum ſententiæ adductis? Nonne & nos contra eoſdem homines eo nomine quod Arianicæ opinionis eſſent ſcripta evulgavimus? Nonne Euſebius Cæſarienſis de immolatione idolorum a noſtris confeſſoribus accuſatus fuit? numquid non de Georgio probatum fuit eum ab ordine ſui ſacerdotii a beato Alexandro rejectum fuiſſe? Nonne ceteri de aliis atque aliis criminibus notam cenſuramque paſſi ſunt? Quo jure igitur iſti contra nos ſynodum ullam conſtituere potuerunt? aut qua fronte talem conventum ſynodum appellare audent, cui comes præſedit? & ubi ſpiculator apparebat? & commentarienſis ſive carcerarius pro diaconis eccleſiæ adventantes introducebat? ubi comes verba faciebat, ceteri præſentes in ſilentio erant, vel potius comiti obſequium ſuum accommodabant? ubi quod communiter epiſcopis placuit ab illo impediebatur? Ille imperio utebatur, nos a militibus ducebamur, vel potius juſſis Euſebianorum, ſententiiſque ipſe comes inſerviebat. In ſumma, dilectiſſimi, quæ ſpecies ibi ſynodi, ubi vel cædes vel exilium, ſi Cæſari placuiſſet, conſtituebatur? Iam ſi quid in accuſando ſit actum quæras, longe majori admiratione capieris. Arſenium quemdam occiſum ab Athanaſio criminabantur, & poculum myſticum fractum eſſe. At Arſenius iſte in vita ſupereſt, & placet ſibi de veſtra communione, neque aliunde teſtimonia expectat, ut vivus eſſe doceatur, ſed ipſe ſeſe confitetur vivere, idque in literis ſuis ad coepiſcopum noſtrum Athanaſium perſcripſit, quem iſti Arſenii interfectorem aſſeverabant. Nec puduit impios hominem tanta intercapedine locorum & itineribus terra marique disjunctum ab eo occiſum comminiſci, cujus per illa tempora locus ubi agebat nemini mortalium cognitus fuit, adeo ille nullo dum attactus malo ab accuſatoribus celabatur, quem quoad licuit in alium orbem tranſtulerant occiſuri eum libenter, ut homine vere extincto, Athanaſium quaſi de certa cæde convictum occidere poſſent. Sed divinæ hic providentiæ gratiæ agendæ ſunt, quæ nihil injuſti invaleſcere ſinit, Arſeniumque ſub omnium oculos vivum produxit, dilucide ſua preſentia calumnias eorum & figmenta retegentem. Qui nos nequaquam ut interfectores ſuos averſatur, aut ut injurioſos odit: nihil enim mali a nobis paſſus eſt, ſed noſtræ communionis avidus in noſtro grege converſari cupit, quod ipſius ſcripta declarant: ſed hoc nihil Athanaſio profuit, qui oppreſſus calumnia quaſi verus homicida ab illis in exilium actus eſt. Non enim parens imperatorum, ſed horum calumniæ illum in exilium exterminave-

ANNO CHRISTI 339.

A μένων, ποίαν ἔχει πίστιν ἡ παρ' αὐτῶν θρυλλουμένη σύνοδος ἢ κρίσις; οἱ γὰρ οὕτως ἐπιβαίνειν τολμῶντες, οἷς οὐκ εἶδον, οἷς οὐκ ἐδίκασαν, οἷς οὐ συνῆλθον, καὶ γράφειν ὡς πληροφορηθέντες, πῶς ἐφ' οἷς συνεληλυθέναι λέγουσι πιστευθῆναι δύνανται; ἀλλ' οὐ κατ' ἔχθραν κἀκεῖνα πεποιηκέναι καὶ ταῦτα πιστευθήσονται; ποία γὰρ καὶ σύνοδος ἐπισκόπων ἦν τότε; ποῖον συνέδριον ἀληθείας ἐχόμενον; τίς τῶν πλεόνων ἐν αὐτοῖς οὐκ ἐχθρὸς ἡμέτερος ἦν; οὐ διὰ τὴν Αρείου μανίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον καθ' ἡμῶν ὥρμησαν; οὐ τοὺς ἄλλους συμφρονοῦντας αὐτοῖς ἐπήγοντο; οὐκ ἀεὶ κατ' αὐτῶν ἐγράφομεν ὡς τὰ B Αρείου φρονούντων; οὐκ Εὐσέβιος ὁ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ θυσίᾳ κατηγορεῖτο ὑπὸ τῶν σὺν ἡμῖν ὁμολογητῶν; οὐ Γεώργιος ὡς καθαιρεθεὶς ὑπὸ Αλεξάνδρου τοῦ μακαρίου ἠλέγχετο; οὐκ ἐπ' ἄλλοις ἄλλοι καὶ διαφόροις ηὐθύνοντο; πῶς οὖν οὗτοι συνιέναι καθ' ἡμῶν ἤθελον; πῶς δὲ σύνοδον ὀνομάζειν τολμῶσιν, ἧς Κόμης προὐκάθητο, καὶ παρῆν Σπεκουλάτωρ· καὶ Κομεντάρειος ἡμᾶς εἰσῆγεν ἀντὶ διακόνων τῆς ἐκκλησίας; ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, καὶ οἱ παρόντες ἐσιώπων, μᾶλλον δὲ ὑπήκουον τῷ Κόμητι. καὶ τὸ κινεῖν τοὺς δοκοῦντας ἐπισκόπους, ὑπὸ τῆς ἐκείνου βουλῆς ἐνεC ποδίζετο. ἐκεῖνος ἐκέλευεν· ἡμεῖς ὑπὸ στρατιωτῶν ἠγόμεθα, μᾶλλον δὲ τῶν περὶ Εὐσέβιον κελευόντων ἐκεῖνος ταῖς τούτων ἐξυπηρετεῖτο γνώμαις. τὸ δὲ ὅλον ἀγαπητοί, ποία σύνοδος ἔνθα τὸ τέλος ἐξορισία, καὶ φόνος, εἰς δόξαν ἦν βασιλεῖ; ποῖα δὲ καὶ τὰ ἐγκλήματα; μεῖζον γὰρ ἐπὶ τούτοις τὸ κατ' αὐτῶν θαῦμα. Αρσένιός τις ἦν, ὃν πεφονεῦσθαι ἐμέμφοντο, καὶ ποτήριον διέβαλλον κεκλᾶσθαι μυστικόν. Αλλ' Αρσένιος μὲν ζῇ καὶ μεθ' ἡμῶν εὔχεται συνάγεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλας ἀναμένει μαρτυρίας, ἵνα ζῶν φανῇ, ἀλλ' αὐτὸς ὁμολογεῖ ζῆν, οἰκείοις γράμμασι D πρὸς τὸν συνεπίσκοπον ἡμῶν Αθανάσιον γράφων, ὃν αὐτοῦ φονέα διεβεβαιοῦντο. καὶ οὐκ ᾐδοῦντο οἱ ἀσεβεῖς ἄνδρα περὶ τοσούτου διαστήματος, καὶ πλῷ καὶ πεζῇ πάμπολυ μῆκος ἀπέχοντα, παρ' αὐτοῦ πεφονεῦσθαι κατηγοροῦντες, οὗ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, μηδὲ τὴν χώραν εἶδεν ἄνθρωπος. ἀλλὰ καὶ κρύψαι τετολμήκασι, καὶ ἀφανῆ καταστῆσαι μηδὲν παθόντα. καὶ εἰ οἷόν τε ἦν εἰς ἄλλην οἰκουμένην ἂν μετετίθεσαν, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ ζῆν ἀληθῶς ἂν ἐξήγαγον, ἵνα εἴτε ἐπαληθεύοντες εἴτε πλασάμενοι φόνον, ἀληθῶς Αθανάσιον ἀποκτείνωσιν. ἀλλὰ τῇ θείᾳ προνοίᾳ καὶ ἐν τούτῳ χάρις, τῇ μηδὲν ἄδικον ἰσχύειν ἐπιτρεπούσῃ, ἀλλ' ὑπὸ τὰς E πάντων ὄψεις, Αρσένιον ὑπαγούσῃ ζῶντα, καὶ φανερῶς τὴν πότε συσκευὴν καὶ συκοφαντίαν ἐλέγχοντα, οὐ γὰρ ὡς φονέας ἀποστρέφεται, οὐδὲ ὡς ἠδικηκότας μισεῖ, πέπονθε γὰρ ὅλως οὐδέν. ἀλλὰ κοινωνεῖν ἡμῖν ἀξιοῖ. καὶ συναριθμεῖσθαι βούλεται δι' ὧν ἔγραψε, καὶ ὅμως Αθανάσιος μὲν, συνεσκευάζετο παρ' αὐτῶν, ὡς τὸν ζῶντα πεφονευκὼς, ἐξωρίζετο δὲ παρ' αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ τῶν βασιλέων τοῦτον ἐξώρισεν, ἀλλ' αἱ τούτων διαβολαί. σκοπεῖτε γὰρ εἰ μὴ οὕτως ἔχει. ὡς οὐδὲν μὲν ηὑρίσκετο καὶ

τοῦ

τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, ὁ δὲ κόμης ἐβιάζετο, καὶ πολὺς ἦν σπουδάζων κατ' αὐτοῦ, ὁ μὲν ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος φυγὼν τὴν γενομένην βίαν, ἀνῆλθε πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, παραιτούμενος ἅμα καὶ τὸν κόμητα καὶ τὰς ἐκείνων συσκευὰς, ἀξιῶν δὲ νόμιμον ἐπισκόπων σύνοδον συγκροτηθῆναι, ἢ καὶ αὐτὸν δέξασθαι τὴν ἀπολογίαν ὧν ἐπῆγαγον αὐτῷ. καὶ γράφει μὲν βασιλεὺς ἀγανακτῶν, καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐπαγγελλόμενός τε αὐτὸς ἀκροάσασθαι· ὁ καὶ τὴν σύνοδον κελεύσας γενέσθαι. οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον ἀνελθόντες, διαβάλλουσιν Ἀθανάσιον, οὐκ ἔτι μὲν τὰ ἐν Τύρῳ θρυλλούμενα παρ' αὐτῶν, περὶ σίτου δὲ καὶ πλείων ἐποχῆς, ὡς Ἀθανασίου ἐπαγγειλαμένου δύνασθαι κωλύειν, τῆς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Κωνσταντινούπολιν τοῦ σίτου μετακομιδήν. ταῦτά τινες τῶν ἐξ ἡμῶν ἔνδον ὄντες μετὰ Ἀθανασίου, ἀκηκόασι τοῦ βασιλέως ἀπειλοῦντος. εἶτα τοῦ Ἀθανασίου ὀδυρομένου ἐπὶ τῇ διαβολῇ καὶ διαβεβαιουμένου μὴ εἶναι ταύτην ἀληθῆ. πῶς γὰρ ἂν ἰδιώτης ἄνθρωπος καὶ πένης τηλικαῦτα δύναιτο; Εὐσέβιος οὐδὲ δημοσίᾳ παραιτησάμενος τὴν διαβολὴν, ὤμνυε τὸν Ἀθανάσιον εἶναι πλούσιον καὶ δυνατὸν καὶ ἱκανὸν πρὸς πάντα· ἵνα ἐκ τούτων κἀκεῖνα εἰρηκὼς Ἀθανάσιος νομισθῇ. ταῦτα μὲν οἱ σεμνοὶ κατηγόρουν ἐπίσκοποι. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ χάρις, κρείττων τῆς πονηρίας αὐτῶν γεγένηται. τὴν γὰρ εὐσέβειαν τοῦ βασιλέως, εἰς φιλανθρωπίαν κεκίνηκε. καὶ ἀντὶ θανάτου, τὴν ἐξορίαν παρέσχεν. οὐκ οὖν αἱ διαβολαὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο, τούτων αἴτιαι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς περὶ τούτου γράφων, τὴν συσκευὴν ἐμέμψατο, τὴν ἐπιβουλὴν ἠτιάσατο, τῶν Μελιτιανῶν κατεψηφίσατο, ἀθεμίτους ἀρὰς ἀξίους τὰ δεινότατα αὐτοὺς ἐγγράφως εἰπών. κεκίνηται γὰρ νεκρὸν ἀκηκοὼς ἄνθρωπον, ὃς ἐν τοῖς ζῶσιν ἦν. κεκίνηται φόνον ἀκούσας ἐπὶ ζῶντι, καὶ τοῦ βίου μὴ στερηθέντι. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπεστείλαμεν. οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον οἱ θαυμαστοὶ, ἵνα καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὰ γραφέντα λύειν δόξωσιν, ὄνομα συνόδου σχηματίζονται, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς παρὰ βασιλέως λαμβάνουσι, καὶ κόμης ἐπὶ τούτῳ καὶ στρατιῶται δορυφόροι τῶν ἐπισκόπων, καὶ βασιλικὰ γράμματα συνελθεῖν οὓς ἤτησαν ἐπαναγκάζοντα. ἐνταῦθα τὸ παράδοξον τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν ἐνθυμήθητε, καὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν τολμωμένων αὐτοῖς, ἵνα ὅθεν δήποτε παντὶ τρόπῳ τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἡμῶν ἁρπάσωσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐπέτρεπον ἑαυτοῖς τὴν κρίσιν μόνοις ὡς ἐπίσκοποι, τίς κόμητος καὶ στρατιωτῶν χρεία; ἢ πῶς ὑπὸ βασιλικοῖς συνήγοντο γράμμασιν; εἰ δὲ βασιλέως ἐδέοντο καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ κῦρος ἔχειν ἤθελον, διατί τὴν κρίσιν αὐτοῦ παρέλυον; ἢ πῶς ἐκείνου, τοὺς μὲν Μελιτιανοὺς, συκοφάντας ἀθεμίτους, Ἀθανάσιον δὲ καθαρώτατον δι' ὧν ἔγραψε κρίναντος, καὶ τὸν φόνον ἐκτραγῳδοῦντος τὸν ἐπὶ τῷ ζῶντι πεπλασμένον, οὗτοι καὶ Μελιτιανοὺς ἀληθεύειν, κἀκεῖνον ὑπεύθυνον εἶναι διωρίζοντο; καὶ μὴ αἰδούμενοι τὸν ζῶντα νεκρὸν ἐποίουν; ζῶντα καὶ μετὰ τὴν κρίσιν τοῦ βασιλέως, καὶ ὅτε συνήεσαν, καὶ ἄχρι νῦν σὺν ἡμῖν ὄντα. ταῦτα μὲν περὶ Ἀρσενίου. ποτήριον

A runt. Animadvertite, quaeso, num ita se habeat, ut dicimus. Cum nihil culpae in comministro nostro Athanasio reperirent, comesque summa vi imminens plura contra Athanasium moliretur: episcopus comitis violentiam fugiens, ad religiosissimum imperatorem ascendit, deprecans & iniquitatem hominis & adversariorum calumnias, postulansque ut legitima episcoporum synodus indiceretur, aut ipse audiret suam defensionem. Imperator rei indignitate motus, scriptis suis accusatores citat, suamque ipsius audientiam promittens, simulque synodum indici jubet. Eusebiani autem ubi comparuissent nihil inter accusandum
B de objectis Tyri criminibus meminere. Sed frumentum ab Athanasio navesque detentas calumniati sunt, eumque gloriatum esse dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire posset. Haec nonnulli ex nostris qui in synodo erant ex imperatore comminationis pleno audierunt. Hic cum Athanasius ad tantas calumnias ingemisceret, affirmaretque eas falsas esse, nec fieri posse ut homo privatus & pauper tantum virium haberet, Eusebius, ne publice quidem detrectans calumniatoris munus, dejeravit Athanasium perquam opulentum esse, & satis virium & auctoritatis ad ista omnia patranda habere, ut ita verisimilior calumnia videretur.
C Ad istum modum res actae sunt per sanctos illos, & venerandos sycophantas episcopos. Sed Dei gratia plus in hoc negotio valuit, quam illorum scelerata malitia, quae principis animum religiosum ad clementiam retraxit, ut satis haberet pro morte exilium irrogare. Horum omnium malorum causae non alibi, quam in illorum calumniis consistunt, quorum dolos fustelasque criminum imperator antea scriptis suis cum execratione improbavit, calumniasque detestatus Meletianos nefarios dirisque devovendos, aliisque gravissimis nominibus in suo diplomate appellavit, ut qui gravissime ferret caedem hominis vivi objectam esse,
D & de vivente & incolumi homicidium fictum esse. Nos autem epistolam, ubi imperator haec scribit, istuc ad vos misimus. At praeclari Eusebiani quo veritatem scriptaque sua obliterent, nomen synodi suis actis praetexunt, cum res ipsa negotium imperatorium, non synodale haberi debeat, quippe ubi comes praesideat, & milites episcopos sub satellitio cingant, & imperatoria edicta quos ipsi volunt coire compellant. Iam quaeso vel hinc incredibiles eorum insidias animadvertite, & quam in audendo varii sint & versipelles, modo quacumque ratione hominem e medio tollant. Si enim veluti episcopi sese judices volebant esse, quid opus erat vel comite vel militibus aut edictis ad coeun-
E dum imperialibus? Quod si Caesare indigebant, & ab eo acta robur accipere voluerunt, quo jure ipsi judicium Caesaris irritum fecere? aut qua de causa cum Caesar Meletianos & calumniatores & nefarios non sine detestatione, ob caedem de vivo homine confictam, Athanasium vero innocentissimum suis scriptis pronuntiarit, ipsi Meletianos verum dicere, & Athanasium reum esse definiunt, nulla cum verecundia hominem vivum pro occiso imputantes? qui & quo tempore hoc judicium Caesar proferret, &, cum ipsi ad sententiam conflandam in unum coirent, nobiscum vivebat. Hactenus de Arsenio. Poculum autem

ANNO CHRISTI 339.

autem mysticum, quod, aut quonam in loco a Macario fractum est? id enim sursum ac deorsum obvolitantes jactitant. Atqui Athanasium ne accusatores quidem ausi fuissent ejus criminis incessere, nisi ab ipsissummissi instructique fuissent. Sed tamen illi summam ejus criminis in Athanasium referunt, quod ne in Macarium quidem, qui victus non est, referri debet. Nec pudet eos coram catechumenis, &, quod pejus est, coram ethnicis ita de mysteriis tragicari: cum *oporteat*, sicut scriptum est, *mysterium regis celare*, &, vt dominus præcipit, non esse sancta porrigenda canibus, neque projiciendas margaritas ante porcos. Non enim fas est mysteria gentibus prodere, ne per imperitiam ea subsannent, aut catechumeni per curiositatem scandalizentur. Sed tamen quodnam poculum, quo in loco, vel apud quos comminuit? Meletiani scilicet sunt, qui hic se accusatores præbent, homines prorsus fide indigni, ut & schismatici, & hostes ecclesiæ, neque ii novi aut recentes, sed vetusti jam olim a temporibus beati Petri episcopi & martyris, cui insidias posuerunt, & Achillæ ejus successoris, quem calumniati sunt, & Alexandri, quem usque ad tribunalia Cæsaris calumniis persecuti sunt, & postremo ita meditandis criminibus exercitati Athanasium invaserunt, nihil alienum a sua malitia facientes. Vt enim Athanasii antecessores, ita quoque & ipsum Athanasium calumniantur, quorum calumniæ antea inefficaces, nunc tandem successum habuere: ex quo Eusebianos in gratiam Arianæ impietatis socios & patronos adepti sunt, pro qua tuenda ut in multos alios episcopos, ita quoque in Athanasium conspirationes faciant. Atqui locus ille, in quo confractum poculum jactitant, ecclesia non erat, nec quisquam presbyterorum ei loco vicinus, nec dies, qua id factum a Macario volunt, dominica. Cum igitur neque ecclesia ibi esset, neque sacra fierent, neque dies hoc ipsum requireret, quale, aut quando, aut ubi mysticum illud poculum fractum est? pocula multa passim in ædibus, atque adeo in medio foro haberi nemini dubium, quæ collisa collidentem non impiant. Mysticum autem poculum quod impium eum reddit qui id ultro frangit, nusquam nisi apud legitimos ecclesiæ præsides invenias: hic enim unus usus est calicis, & præter eum alius nullus, eoque solo vos legitimo ritu propinatis populo, eumque vos pro canone ecclesiastico accepistis; idemque dumtaxat penes eos habetur qui ecclesiis præsunt. Solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi, & præterea nullius. Ceterum ut impius est qui hunc mysticum calicem frangit, ita multo magis impius est qui sanguini Christi contumeliam facit; contumeliam autem facit qui præter ecclesiasticam institutionem calice illo abutitur. Et hæc quidem eo a nobis dicuntur, non quod vel schismaticum poculum Macarius fregerit, sed quod ibi omnino nullum fuerit: qui enim fieri potuit, cum nec ipse locus dominicus esset, neque quispiam ibi ecclesiasticus, atque adeo ne tempus quidem mysteriorum ageretur? Presbyter autem qui fingitur adfuisse, est ille toties rumoribus jactatus Ischyras, qui neque ab ecclesia ordinatus est presbyter, neque, cum a Meletio constitutos presbyteros Alexander in ecclesiam recipiebat, in eorum numero unquam habitus fuit, aut ab eo creatus:

Tob. 12. *Matth. 7.*

A δὲ μυστικὸν, ποῖον ἢ ποῦ κατεαγὲν παρὰ Μακαρίου; τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω περιιόντες θρυλλοῦσι. καίτοι Ἀθανάσιον μὲν, οὐδὲ οἱ κατήγοροι τετολμήκασιν αἰτιάσασθαι, εἰ μὴ παρ' αὐτῶν ὑπεβλήθησαν. ἀλλ' ὅμως αὐτοὶ τὸ τέλος τῆς μέμψεως ὑπ' αὐτὸν ἄγουσιν. ὃ μὴ δὲ ἐπὶ Μακάριον ἔδει χωρεῖν, οὐκ ἐλεγχθέντα. καὶ οὐκ αἰσχύνονται ταῦτα ἐπὶ κατηχουμένων, καὶ, τό γε χείριστον, ἐπὶ ἑλλήνων τραγῳδοῦντες τὰ μυστήρια. δέον ὡς γέγραπται μυστήριον βασιλέως καλὸν κρύπτειν, καὶ ὡς ὁ κύριος παρήγγειλε, μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μὴ δὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. B οὐ χρὴ γὰρ τὰ μυστήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν, ἵνα μὴ ἕλληνες μὲν ἀγνοοῦντες γελῶσι, κατηχούμενοι δὲ περίεργοι γενόμενοι, σκανδαλίζωνται. ἀλλὰ καὶ ὅμως ποῖον, ἢ ποῦ, ἢ παρὰ τίσι κατεαγὲν ποτήριον; Μελιτιανοὶ μὲν γάρ εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, καθόλου πιστεύεσθαι μὴ ὀφείλοντες. σχισματικοὶ γὰρ καὶ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν, οὐ νῦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος γενομένου, οἳ καὶ αὐτῷ Πέτρῳ ἐπιβουλεύσαντες, καὶ Ἀχιλλᾶν τὸν μετ' ἐκεῖνον διαβαλόντες, καὶ Ἀλεξάνδρου κατηγορήσαντες μέχρις αὐτοῦ βασιλέως. οὕτως γὰρ δὴ μελετήσαντες, λοιπὸν καὶ εἰς Ἀθανάσιον διέβησαν. οὐδὲν ξένον τῆς πονηρίας ἑαυτῶν D ποιοῦντες. καὶ γὰρ ὥσπερ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, οὕτως καὶ τοῦτον ἐσυκοφάντησαν, ἀλλὰ νῦν αὐτῶν καὶ οὐ πρότερον ἡ συκοφαντία καὶ αἱ διαβολαὶ κεκρατήκασιν, ὅτι τοὺς περὶ Εὐσέβιον ἔχουσιν συνεργοὺς καὶ προστάτας, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τῶν Ἀρειομανιτῶν, δι' ἣν ὥσπερ πολλοῖς ἐπισκόποις, οὕτω καὶ Ἀθανασίῳ συνεσκευάσαντο. καὶ γὰρ ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐν ᾧ κεκλάσθαι τὸ ποτήριόν φασιν, οὐκ ἦν ἐκκλησία, πρεσβύτερος οὐκ ἦν ἢ τὸν τόπον παροικῶν, ἡμέρα καθ' ἣν Μακάριον τοῦτο πεποιηκέναι φασὶν, οὐκ ἦν κυριακή. μήτε τοίνυν ἐκκλησίας οὔσης ἐκεῖ, μήτε τοῦ ἱερουργοῦντος, μήτε τῆς ἡμέρας ἀπαιτούσης, ποῖον C ἢ πότε, ἢ ποῦ τὸ ποτήριον κέκλασται μυστικόν; ποτήρια γὰρ ἐστὶ πολλὰ κατὰ τὰς οἰκίας, καὶ ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, δῆλον, καὶ τούτων οὐδὲν ὁ θραύων ἀσεβεῖ, τὸ δὲ μυστικὸν ποτήριον ὅ, τι ἂν θραύσαι ἄρ' ἑκών τις, ἀσεβῆ ποιεῖ τὸν ἐπικεχειρηκότα, παρὰ μόνοις τοῖς νομίμως προεστῶσιν εὑρίσκεται. Οὗτος ὁ τρόπος τούτου τοῦ ποτηρίου μόνος, ἄλλος οὐδεὶς, τοῦτο ὑμεῖς νομίμως προπίνετε τοῖς λαοῖς, τοῦτο ὑμεῖς ἀπὸ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος παρελάβετε. τοῦτο μόνον ἐπὶ τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προεστώτων. μόνον γὰρ ὑμῶν ἐστι προπίνειν τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. τῶν δὲ ἄλλων, οὐδενὸς, ἀλλ' ὅσον τὸ μυστικὸν ὁ θραύων ἀσεβὴς, τοσοῦτον ἀσεβέστερος, E ὁ ἐνυβρίζων τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· ἐνυβρίζει γὰρ ὁ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν τοῦτο ποιῶν. καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ὅτι κἂν σχισματικῶν ποτήριον κέκλασται παρὰ Μακαρίου, ἀλλ' ὅτι μηδὲν ἦν ὅλως ἐκεῖ. πῶς γάρ; ὅπου μήτε τόπος κυριακῆς, μήτε τις ἐκεῖ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ μήτε ὁ καιρὸς μυστηρίων ἦν. οὗτος δέ ἐστιν ὁ πολυθρύλλητος Ἰσχύρας, ὁ μήτε ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας χειροτονηθεὶς; καὶ ὅτε τοὺς ὑπὸ Μελιτίου κατασταθέντας πρεσβυτέρους Ἀλέξανδρος ἐδέχετο, μὴ δὲ ἐκείνοις συναριθμηθεὶς, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖθεν κατεστάθη.

πόθεν

ANNO CHRISTI 339.

πόθεν οὖν πρεσβύτερος Ἰσχύρας; τίνος καταστήσαντος; Ἆρα Κολούθου, τοῦτο γὰρ λοιπόν. ἀλλ' ὅτι Κόλουθος πρεσβύτερος ὢν ἐτελεύτησε, καὶ πᾶσα χεὶρ αὐτοῦ γέγονεν ἄκυρος, καὶ πάντες, οἱ παρ' αὐτοῦ κατασταθέντες, ἐν τῷ σχίσματι, λαϊκοὶ γεγόνασι, καὶ οὕτως συνάγονται δῆλον, καὶ οὐδενὶ καθέστηκεν ἀμφίβολον. πῶς οὖν ἰδιώτης ἄνθρωπος, καὶ οἰκίσκον οἰκῶν ἰδιωτικὸν, ποτήριον ἔχειν μυστικὸν πιστευθείη, ἀλλὰ τότε τὸν ἰδιώτην πρεσβύτερον ὠνόμαζον, καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην διὰ τὴν καθ' ἡμῶν ἀδικίαν ἐχαρίζοντο, καὶ νῦν μισθὸν τῆς κατηγορίας, ἐκκλησίας οἰκοδομὴν προξενοῦσιν, οὕτως οὐκ εἶχεν ἐκκλησίαν ἄνθρωπος, ἀλλὰ μισθὸν τῆς κακοηθείας, καὶ τῆς πρὸς τὴν κατηγορίαν ὑπακοῆς, νῦν ἣν οὐκ εἶχε λαμβάνει, καὶ τάχα καὶ ἐπισκοπὴν ἀντέδωσαν αὐτῷ, ταῦτα γὰρ θρυλλεῖ περιιὼν, καὶ οὕτω καθ' ἡμῶν βρενθύεται, οὕτω λοιπὸν τηλικαῦτα ἔπαθλα παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῖς κατηγόροις καὶ συκοφάνταις προστίθεται· εἰκότως· οἱ γὰρ συνεργὸν εἰς ἃ ἤθελον αὐτὸν ἐσχηκότες, ὡς τῶν πραγμάτων κοινωνὸν, οὕτως καὶ τῆς ὁμοίας ἐπισκοπῆς ἠξίωσαν. ἀλλὰ μήπω ταῦτα, ἔτι δὲ τὰς ἀκοὰς τοῖς τότε πραχθεῖσι παρ' αὐτῶν, ἔνδοτε· μὴ δυνηθέντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καίτοι κατ' αὐτῆς παρασκευασμένοι, καὶ ἐν Τύρῳ μηδὲν ἀποδείξαντος Ἰσχύρα, ἀλλὰ συκοφάντου δεικνυμένου, καὶ τὴν σκευὴν αὐτῶν τῆς συκοφαντίας λυούσης, εἰς ἀπόδειξιν ὑπερτίθενται, καὶ ἐπαγγέλλονται πέμψειν ἐξ ἑαυτῶν τοὺς κατὰ Μαρεώτην πολυπραγμονήσοντας, καὶ οὓς ἡμεῖς παρῃτήμεθα φανερῶς διὰ πολλὰ, καὶ ὡς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, καὶ διὰ τοῦτο ἡμῶν ἐχθροὺς, ἀπέστειλαν αὐτοὶ κρύφα, χρώμενοι τῇ δυναστείᾳ, Διόγνιον, Μάριν, Θεόδωρον, Μακεδόνιον, δύο νεωτέρους τὴν ἡλικίαν καὶ τὸν τρόπον, Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα ἀπὸ Παννονίας, καὶ οὗτοι μετὰ τὴν τοσαύτην ὁδὸν ἣν ὑπέμειναν ἵνα δικάσωσι τῷ ἐχθρῷ, πάλιν ἀπὸ Τύρου καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπείγοντο, μηδὲ τὸ μάρτυρες οἱ δικασταὶ γενέσθαι παραιτησάμενοι, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἐπιβουλῆς ἀναδεξάμενοι φανερῶς, καὶ πάντα κάματον καὶ πᾶσαν ὁδὸν ὑποστάντες. ἵνα τὴν κατασκευαζομένην συσκευὴν πληρώσωσι, καὶ τὸν μὲν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον κατεχόμενον περὶ ξένης ἠφίεσαν, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν τοῦ ἐχθροῦ πόλιν εἰσῄεσαν, ὥσπερ ἐπικωμάζοντες τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῷ λαῷ, καὶ τὸ παραλογώτερον, Ἰσχύραν τὸν κατήγορον μεθ' ἑαυτῶν ἐπαγόμενοι Μακάριον τὸν κατηγορούμενον, οὐκ ἐπέτρεψαν ἀκολουθῆσαι, ἀλλ' ἔμφρουρον ἀφῆκαν ἐν Τύρῳ. ἄνω γὰρ καὶ κάτω Μακάριος ὁ πρεσβύτερος τῆς Ἀλεξανδρείας ὑπήγετο παρ' αὐτῶν τῷ ἐγκλήματι. μόνοι τοίνυν μετὰ τοῦ κατηγόρου τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσελθόντες, συνοίκον αὐτὸν καὶ συνέστιον καὶ συμπότην ἔχοντες, καὶ τὸν ἔπαρχον τῆς Αἰγύπτου Φιλάγριον παραλαβόντες, ἐπὶ τὸν Μαρεώτην ἀπῆλθον, κἀκεῖ δῆθεν ἐποιοῦντο τὴν ἐξέτασιν μόνοι ὡς ἤθελον μετὰ τοῦ προειρημένου, πολλὰ τοὺς πρεσβυτέρους παρεῖναι παρακαλέσαντας, οὐκ ἐπιτρέψαντες. ἠξίουν δὲ παρεῖναι οἵ τε τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας πάσης πρεσβύτεροι, ἵνα τοὺς ὑποβαλλομένους παρὰ Ἰσχύρα διελέγξωσι πόθεν καὶ τίνες εἰσί.

A quo pacto igitur presbyter Iſchyras, aut quo tandem auctore conſtitutus? numquid ſcilicet a Colutho? id enim reſtat: atqui Coluthum in gradu presbyterii mortuum, omnemque ejus manuum impoſitionem reſciſſam, omneſque ab eo conſtitutos in laicorum ordinem redactos eſſe, & ſub nomine laicorum ad ſynaxim admiſſos, adeo apud omnes conſtat, ut nemo ea de re dubitandum putet. Quomodo igitur homo privatus, & privatas ædes inhabitans, poculum myſticum ſibi concreditum habuit? Sed illi hominem privatum presbyterum appellant, & in noſtram injuriam B hoc nomen illi indiderunt, eidemque pro mercede calumniarum ædificandæ eccleſiæ poteſtatem conciliarunt. Qui ergo per id tempus nullam habuit eccleſiam, nunc ad compenſationem ſceleris obſequiique in accuſando præſtiti, eccleſiam accepit, forſitan etiam epiſcopatu donandus: id enim paſſim jactitat, & minis fremit, talia, proh dolor, præmia deinceps per epiſcopos accuſatoribus & ſycophantis deferuntur. Neque id immerito; quem enim adminiſtrum ſuæ libidinis habuere, & cum ut rerum conſiliorumque ſocium ſimili C epiſcopatu dignum cenſuere. Obſecro igitur ut non hactenus tantum ſed ad ſequentia quoque vos attentos præbeatis, ut cognoſcere poſſitis quid deinde ab illis factum ſit. Impares ergo veritati, quamquam ſe omnibus modis communierant, eo quod Iſchyras Tyri pro calumniatore habitus nihil probare poſſet, & ipſa calumnia ſua vanitate corrueret, judicium cauſæ ſuſpenſum voluere; donec de probationibus conſtaret: promittunt igitur ſe aliquot ex ſuis Mareoten amandaturos, qui rem curioſe ſcrutarentur, quos nos eveſtigio multis D de cauſis rejiciendos docuimus, in primis quod & Ariani eſſent, & propter Arianiſmum nobis propalam infenſi. Verum illi potentia magiſtratuum freti, clam emittunt Diognium, Marim, Theodorum, Macedonium, duos annis ingeniiſque putidos & venales, his addunt Vrſacium & Valentem homines Pannonios, qui ab ultimis illis finibus Tyrum profecti ſunt, ut ſententiam in adverſarium dicerent, & poſt tantum itineris e Tyro Alexandriam contenderunt, nullo cum pudore, quod ſe ex judicibus teſtes facerent. Quin potius omnibus inſidiandi rationibus propalam ſuſceptis, quoſvis labores itineraque ſubiere, ut calumniam ſemel initam abſolverent. Hoſtes ergo Athanaſii, Athanaſio peregre detento, Alexandriam in E populum eccleſiamque debacchaturi contendunt. Imo, quod abſurdius eſt, Iſchyra accuſatore ſecum adducto Macarium reum cuſtodiis Tyri incluſum non permiſerunt in comitatu hærere, quem antea ſub prætextu ejus criminis ſurſum deorſumque raptaverant. Soli igitur Alexandriam cum accuſatore Iſchyra ipſorum contubernali ſodale compotatore ingreſſi, aſſumpto una præfecto Ægypti Philagrio, in Mareoten abſcedunt, atque illi ſoli pro libidine ſua cum Philagrio quæſtionibus incumbunt, nulla permiſſa presbyteris adeundi facultate, quamquam id multis precibus requirerent: erant autem illi, qui hæc poſtulabant, omnes tum Alexandrinæ civitatis tum univerſæ provinciæ presbyteri, petentes, ut ſibi oſtendere liceret, quoſnam teſtes Iſchyras ſubornaſſet, & quale hoc hominum genus & civitates eſſent.

ANNO CHRISTI 339.

Sacrorum igitur ministris exclusis, coram ethnicis hominibus quæstiones de ecclesia, de calice, de mensa domini, de sanctis sanctorum habuere, &c., quod gravius est, ethnicos in quæstione de mystico poculo in testes citaverunt, & quinam illud ab Athanasio rapuissent, catholici interpellatione definierunt, nec puduit eos eorum testimonia coram se, & solo dumtaxat præfecto recipere, qui unde gentium essent ignorabant, nec veriti sunt eos dicere ab Athanasio occisos, quorum testimoniis adversus Athanasium abusi sunt. Quinimo necem Athanasio molientes, novis mendaciis fabulam de ementita cæde Arsenii imitantur, eosque, qui vivi sunt mortuos fingunt, & ut interfectos qui adhuc supersunt, & hominum oculis in suis sedibus apparent, apud vos longe inde semotos miserrime deplorant, ut cum e longinquo petenda sint rerum documenta, nostrum in sacris ministeriis collegam Athanasium calumniari possent, quasi vi & potentia grassantem, cum ipsi per vim & potentiam omnia agant. Eadem enim denuo apud Mareoten, quæ Tyri designata sunt. Vt enim illic comes erat cum militari satellitio nihil quod ipsis displiceret aut dici aut fieri permittens, ita quoque & hic præfectus Ægypti manu militari succinctus, omnes ecclesiasticos terrefaciens, nulli permisit ex vero testimonium dicere, &, quod absurdius est, in ipsis ædibus accusatoris & commorabantur, & quæstionibus operam dandam, prout libuit, decernebant, eoque tam judices quam testes, ceterisque ejusdem studii, vel, quod verius est, Eusebianæ factionis administri, conveniebant. Quæ porro Alexandriæ ausi sunt, arbitramur vobis non ignota esse, cum ea ubique gentium fama divulgata sit, strictos scilicet gladios in sanctas virgines & fratres intentatos, flagella preciosis apud Deum corporibus incussa, pedesque fustigationibus ad claudicationem illis mutilatos esse, quæ mentem in castitate & in omnibus solidis bonis exercebant, calumnias quoque ubique infestas fuisse: gentilium vulgus interim nudare corpora virginum, verberare, libidinari, & virginibus aras idolorum victimasque interminari, adeo ut homo quidam protervus, veluti istiusmodi potestas jam deinceps concessa esset in gratiam episcoporum, virginem manu arreptam ad altare, quod forte obvium erat, protraxit, necessitatem sacrificandi & vim persecutionis repræsentans: inter hæc scelera virgines fugere, ethnici ecclesiæ insultare, episcopis in illis ipsis ædibus, ubi ista perpetrabantur, versantibus, in quorum gratiam virgines miseræ strictos gladios, omnia genera periculorum, & quamlibet contumeliam & debacchationem experiri coactæ sunt. Et hæc quidem passi sunt ipso jejunii die a coepulonibus episcoporum, cum quibus convivium agitabant, episcopis intus epulantibus. Hæc cum futura provideremus, nec vulgarem, sed quasi ex hostili incursu vastitatem, detrectavi fateor hoc genus judicii. Ea res igitur cum Alexandri Thessalonicensis episcopi animum permovisset, scripsit ad eos qui Tyri adhuc commorabantur, nihil nisi per conjurationem & calumniam cum Athanasio agi. Quod si eum in suo grege annumerent, sociumque suæ factionis jactitent, eo ipso vim suam in hominem, qua illi subscriptionem expresserunt, declarabunt, nec mirum

καὶ τοὺς μὲν λειτουργοὺς ἐκώλυον παρεῖναι, ἐπὶ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἐξήταζον περὶ ἐκκλησίας, περὶ ποτηρίου, περὶ τραπέζης, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ τὸ δεινότερον, ἐθνικοὺς ἐκάλουν μάρτυρας, περὶ ποτηρίου μυστικοῦ ζητοῦντες, καὶ οὓς ἡρπάσθαι παρὰ Ἀθανασίου διωρίζοντο, ἐκ μετακλήσεως τοῦ καθολικοῦ, καὶ μὴ δὲ ὅποι γῆς εἰσι γινώσκειν, τούτους εἰσῆγον ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τοῦ ἐπάρχου μόνον, καὶ οὐκ ᾐδοῦντο τούτους ἀφανισθῆναι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου λέγοντες, ὧν ταῖς μαρτυρίαις συγχρῆσθαι δοκοῦσιν. ἀλλὰ κἀνταῦθα μόνον φονεῦσαι βουλόμενοι, πάλιν τοὺς ζῶντας ὡς ἀποθανόντας, τὸν ἐπὶ Ἀρσενίου τρόπον μιμούμενοι πλάττονται. οὕτως γὰρ τοὺς ἀνθρώπους καὶ φαινομένους ἐπὶ τῆς ἰδίας ὑμῖν τοῖς μακρὰν, ὡς ἀφανεῖς ἐκτραγῳδοῦσιν, ἵνα μακρὰν ὄντων τῶν ἐλέγχων, τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν διαβάλλωσιν ὡς βίᾳ καὶ δυναστείᾳ χρώμενον, καίτοι πάντα αὐτοὶ μετὰ δυναστείας καὶ προστασίας πράττοντες. καὶ γὰρ ὅμοια πάλιν τὰ κατὰ Μαρεώτην, τοῖς κατὰ Τύρον ἐγίνετο, ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ κόμης ἦν μετὰ στρατιωτικῆς ὑπηρεσίας, οὐδενὶ ἐπιτρέπων παρὰ τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα ἢ λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ τῆς Αἰγύπτου ἔπαρχος μετὰ τῆς τάξεως ἦν, πάντας μὲν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐκφοβῶν, μηδένα δὲ μετ' ἀληθείας ἐπιτρέπων μαρτυρεῖν, καὶ τὸ παραδοξότερον ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καὶ τῇ οἰκίᾳ τοῦ κατηγόρου, καὶ ᾤκουν καὶ ἐξετάζειν ἐδόκουν ἃ ἠβούλοντο οἱ εἴτε δικασταὶ, εἴτε μάρτυρες, εἴτε τῆς ἑαυτῶν καὶ Εὐσεβίου σπουδῆς, ὅπερ ἀληθέστερον, ὑπηρέται παραγενόμενοι. καὶ τίνα τὰ παρ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τολμηθέντα, νομίζομεν ὑμᾶς μὴ ἀγνοεῖν; πανταχοῦ γὰρ διαδέδοται, ξίφη γυμνὰ κατὰ ἁγίων παρθένων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐχώρει, καὶ μάστιγες κατὰ τῶν ἐντίμων παρὰ Θεῷ σωμάτων, καὶ τοὺς πόδας ἐχώλευον ὑπὸ τῶν πληγῶν, αἳ τὴν ψυχὴν ἐν ἁγνείᾳ καὶ πᾶσιν ὁλόκληροι τοῖς καλοῖς, ἐργασίαι τε κατ' αὐτῶν ἐπεσείοντο. καὶ ἐθνικοὶ δῆμοι πρὸς τὸ γυμνοῦν, τύπτειν, ἀσελγαίνειν κατ' αὐτῶν, βωμούς τε καὶ θυσίας ἐπαπειλεῖν αὐταῖς. καί τις ἀσελγὴς ἀνὴρ ὡς ἐξουσίας λοιπὸν δοθείσης ὑπὸ τοῦ ἐπάρχου πρὸς χάριν τῶν ἐπισκόπων, χεῖρα παρθένου κατεῖχε, καὶ πρὸς τυχόντα βωμὸν εἷλκεν, ἀνάγκην θυσίας καὶ διωγμοῦ μιμούμενος, καὶ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ φυγὴ τῶν παρθένων ἦν, καὶ γέλως τῶν ἐθνικῶν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, τῶν ἐπισκόπων ἔνδον ὄντων καὶ ταύτην τὴν οἰκίαν οἰκούντων ἐν ᾗ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ ἀφ' ἧς διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς χάριν, ξιφῶν οἱ παρθένοι γυμνῶν, καὶ παντὸς κινδύνου, καὶ ὕβρεων, καὶ παροινίας πεπείρανται. καὶ ταῦτα ἔπασχον ἐν νηστείᾳ παρὰ τῶν τοῖς ἐπισκόποις ἔνδον συνεστιωμένων. ταῦτα προειδότες, ὡς ἐχθρῶν εἴσοδος οὐχ ἡ τυχοῦσα βλάβη, τὴν παραίτησιν ἐποιησάμεθα. ταῦτα καὶ Ἀλέξανδρος ἐν νῷ λαβὼν ὁ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπος, γράφει πρὸς τοὺς ἐκεῖ μείναντας τὴν συσκευὴν ἐλέγχων, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν μαρτυρούμενος. ὃν κἂν συναριθμῶσιν ἑαυτοῖς, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς μεζῶσιν ἕνα, οὐδὲν ἄλλο, ἢ κατ' ἐκείνου τὴν βίαν δεικνύουσι. καὶ γὰρ καὶ ὁ παμπόνηρος Ἰσχύρας οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ φόβου

καὶ

καὶ βίας ἐπ' αὐτὸ ὥρμησεν, ἀλλ' ἀνάγκῃ τὴν κατηγορίαν ὑπέδυ. τούτου τεκμήριον, αὐτὸς ἔγραψεν Ἰσχύρας πρὸς τὸν συνεπίσκοπον Ἀθανάσιον, ὅτι μηδὲν ἐκεῖ πέπρακται τοιοῦτον· ἀλλ' ὑπεβλήθη πλάσασθαι, καὶ ταῦτα ἔγραψεν, οὐδεχθεὶς παρ' αὐτοῦ ὡς πρεσβύτερος, οὐ τοιαύτης χάριτος προσηγορίαν λαβὼν, οὐκ οἰκοδομὴν ἐκκλησίας εἰς ἀμοιβὴν τυχὼν, οὐ μισθὸν ἐπισκοπῆς προσδοκήσας. ὧν πάντων ἔτυχε παρ' αὐτῶν, διὰ τὴν κατηγορίαν. ἀλλὰ καὶ τὸ γένος αὐτοῦ πᾶν μεθ' ἡμῶν συνήγετο. καὶ οὐκ ἂν συναχθέντες, εἴγε τὸ τυχὸν, ἠδίκηντο. ταῦτα μὲν οὖν ὅτι μὴ λόγος, ἀλλ' ἔργον, μάρτυρες μὲν, οἱ τοῦ Μαρεώτου πρεσβύτεροι πάντες, οἱ ἀεὶ συνόντες ἐν ταῖς περιοδίαις τῷ ἐπισκόπῳ· οἱ καὶ τότε γράψαντες κατὰ Ἰσχύρα. καὶ μήτε ἐν Τύρῳ, οἱ ἐλθόντες ἐξ αὐτῶν ἐπιτραπέντες εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν, μήτε ἐν τῷ Μαρεώτῃ ἀπομείναντες, συγχωρηθέντες ἐλέγξαι τὸν Ἰσχύραν συκοφάντην. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀντίγραφα τῶν Ἀλεξάνδρου γραμμάτων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τοῦ Ἰσχύρα, ἀπεστάλκαμεν δὲ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων ἐπιστολήν. ἔνθα οὐ μόνον ἐπ' Ἀρσενίῳ δυσχεραίνει, ὅτι ζῶντος ἀνθρώπου φόνος ἐνεκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ ἐθαύμαζε, τὸ ποικίλον τῆς κατηγορίας καὶ πεπλανημένον, ὅτι πῆ μὲν, Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου, πῆ δὲ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου κατηγόρουν, ὡς κλάσαντος ταῖς χερσὶ τὸ ποτήριον, καὶ πάλιν συκοφάντας τοὺς Μελιτιανοὺς, καὶ πάλιν Ἀθανάσιον καθαρώτατον ἀποφαίνεται. πῶς γὰρ οὐ συκοφάνται Μελιτιανοὶ, καὶ πρό γε πάντων Ἰωάννης· ὁ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν κοινωνήσας ἡμῖν, καταγνοὺς ἑαυτοῦ, μηδὲν ἔτι περὶ τοῦ ποτηρίου κινήσας, ἐπειδὴ τοὺς περὶ Εὐσέβιον εἶδε σπουδάζοντας τοῖς Ἀρειομανίταις· οὐκ ἀποτολμῶντας δὲ φανερῶς αὐτοῖς συνεργεῖν. ἀλλὰ ζητοῦντας ἄλλοις χρῆσθαι προσώποις, ἑαυτὸν ὑποβέβληκεν ὥσπερ τῶν ἔξω θεάτρων ὑποκριτὴν, καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις ἦν Ἀρειανῶν ἀγών. καὶ τὸ πρωτότυπον, ἐκείνοις κατορθοῦν, ὑποβολὴ δὲ καὶ παράρτημα τούτων, Ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἵνα οἱ τῶν Ἀρειανῶν σπουδασταὶ, διὰ τῆς τούτων προφάσεως, δικαστῶν σχήματι, τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀσεβείας ἀπώσωνται, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐγκαταπήξωσι, καὶ τοὺς Ἀρειανοὺς εἰσαγάγωσι τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ οἱ τὴν εὐσέβειαν ἐξωσθῆναι θέλοντες, δι' ἀσέβειαν κινῆσαι βιάζονται. καὶ οἱ τὴν ἀσέβειαν τὴν κατὰ Χριστοῦ προελόμενοι, τοὺς τῆς ἀσεβείας ἐχθροὺς, ὡς ἀσεβεῖς ἀνελεῖν ἐπεχείρησαν. καὶ ποτήριον ἡμῖν προφέρουσι κεκλασμένον, ἵνα δόξῃ καὶ Ἀθανάσιος κατὰ Χριστοῦ συνασεβεῖν αὐτοῖς. ποία γὰρ καὶ μνήμη παρ' αὐτοῖς ὀφείλεται ποτηρίου μυστικοῦ; πόθεν ἀσεβείας τῆς εἰς Χριστὸν προστάταις, περὶ ποτηρίου νοῦς εὐσεβής; πόθεν τοῖς τὸν Χριστὸν μὴ γνωρίζουσι ποτήριον Χριστοῦ γνώριμον; πῶς οἱ ποτήριον τιμᾶν προσποιούμενοι, τὸ τοῦ ποτηρίου Θεὸν ἀτιμάζουσιν; ἢ πῶς οἱ ποτήριον ὀδυρόμενοι, τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐν αὐτῷ μυστα-

A cum ipse quoque omnibus modis sceleratissimus Ischyras, non sponte, sed malo coactus, provincias nos reos faciendi susceperit, pro documento sunt ejus ad coepiscopum nostrum Athanasium epistolæ, quibus testatur nihil tale ibi actum fuisse, sed se subornatum esse, ut hæc fingeret, scripsitque illa, cum nec pro presbytero ab Athanasio agnosceretur, nec per gratiam eum titulum obtinuisset, nec jus ædificandæ ecclesiæ pro remuneratione impetrasset, nec episcopatum in mercedem expectaret, quæ omnia consecutus est ab Eusebianis ob operam suam calumniæ impensam. Atque adeo ejus cognati nobiscum semper communioni conjuncti fuere, non facturi scilicet, si vel B tantillum injuriæ a nobis accepissent. Hæc non verbis, sed re constare, testes sunt omnes Mareotæ presbyteri, qui comites episcopo in obequitationibus & itineribus fuere, & qui tum contra Ischyram scripsere, quibusque nec tum, cum Tyrum venissent, permissum fuit veritatem loqui, neque cum Mareotæ remanerent, concessum fuit ut Ischyram calumniatorem refellere liceret. Exemplaria autem literarum, tum Alexandri, tum presbyterorum, tum ipsius Ischyræ, una misimus, quibus adjuncta epistola patris imperatorum, in qua non solum calumniam de Arsenii morte confictam detestatur magna cum indignatione, C quod vivi hominis cædes imputata sit, verumetiam in crimine mystici poculi valde admiratur tam versipellem & vagam calumniandi inconstantiam, quam nunc Macarium presbyterum, nunc Athanasium episcopum de calice confracto incusarint, ac proinde re cognita Meletianos iterum calumniatores, Athanasium vero innocentissimum pronuntiat. Qui quæso non pro calumniatoribus Meletiani haberi debeant, & inter Meletianos præcipue Ioannes, qui ubi ipse suam de calice confracto sycophantiam agnovisset, ac proinde in communionem a nobis receptus esset, animadvertens Eusebianos studiis animisque cum Me- D letianis coire, communemque factionem alere, ita tamen ut illos propalam adjuvare nollent, sed alias ad id personas rerumque prætextus quærerent, obtulit illis suam veluti in scena histrionicam operam ad eam fabulam agendam, cujus argumentum erat Arianorum Agon. Primæ autem partes dramatis, Arianorum successus, assutela vero & appendix Ioannes cum suis gregalibus, ut Arianorum studiosi sub istiusmodi occasione & specie judicii, adversarios impietatis e medio tollerent, & impietatem in locum pietatis inducerent, Arianosque in ecclesiis locarent, quo illi, qui pieta- E tem exterminatam cuperent, per impietatem rerum potiri possent, & ii, qui partes impietatis contra Christum susceperant, hostes impietatis summoverent. Et jam calicem nobis proferunt confractum, ut videatur Athanasius in Christum impius esse. At quæ cura mystici poculi ab illis expectanda est? aut unde impietatis in Christum antesignanis ulla de mystico poculo religio? aut unde illi qui Christum non cognoscunt poculum Christi cognitum habent? aut cur domini calicem se in reverentia habere simulant, qui Christum dominum contumelia afficiunt? aut quonam pacto calicem deplorant, qui episcopum mysteria sacraque in eo facientem occidere satagunt,

ANNO CHRISTI 339.

Anno Christi 339.

gunt, &, quantum in ipsis est, jam occiderunt? A Aut quanam ratione delamentantur throni episcopaliter stolati vicem, qui episcopo in throno sedenti necem moliuntur, ut thronus episcopum desideret, & populi pia doctrina spolientur: verum neque poculum illos, aut cædes, aut ullæ denique scelerum species quas prætexunt, sed sola Arianorum impietas huc adegit, in cujus solius gratiam, Athanasio & ceteris episcopis insidias faciunt. Atque etiam nunc ecclesiæ bellum inferunt. Age mihi ergo, videamus quinam habendi sint, quod cædes & exilia faciunt, nonne isti ipsi? Age, quinam sæcularium potestate ad insidias episcoporum abutuntur? nonne Eusebius cum suis, & nequaquam, ut ipsi scribunt, Athanasius, quem B cum aliis multis hoc genere calamitatis afflixerunt, & eodem tempore quatuor presbyteros Alexandriæ, quamquam Tyrum non venerant, e finibus suis exterminaverunt? Age, quinam luctu & lacrymis digna perpetrarunt, nonne isti qui & prima ista designarunt, & secunda cum primis conserere non recusant, omnia calumniis miscentes, ut episcopum impiæ suæ hæresi non cedentem e medio tollant? Hinc nimirum Eusebius cum suis infensas iras concepit, ob hoc Tyri species synodi instituta est; ejus rei gratia judicia simulantur. Non alio scopo inaudita causa tamquam in re certa literæ ab illis passim circummissæ sunt, non alio scopo a- C pud patrem Cæsarum, & apud ipsos religiosissimos imperatores calumnias suas intentarunt. Verum quid obtrectationem passus sit Athanasius, sacrorum nobiscum comminister, necessarium relatu est, ut vel hinc deprehendatis, nihil illos aliud nisi cædem viri quærere. Frumentum dabatur a patre imperatorum in alimentum viduarum, partim Libycarum, partim Ægyptiarum, quod etiamnum accipiunt, Athanasio nihil inde nisi operam & laborem referente. Interim dum & illæ perciperent, nec ulla querela esset, de non accepto alimento, idque ipsæ confiterentur, accusatur per calumniam Athanasius, quod universum frumentum divenditum in suos usus seposuisset, certe hoc D imperator istorum calumniis inductus, in suis literis conqueritur. Qui igitur calumniatores? nonne illi qui & primas illas calumnias texuerunt, & a secundis istis non abhorrent? Qui denique istarum literarum quæ ab imperatore missæ dicuntur, auctores fuere: nonne Arianorum fautores? qui nihil quod huic viro noxam afferre posset, nec in dicendo nec in scribendo subterfugiunt. Quis enim omissis tantorum malorum auctoribus in alios istam suspicionem derivaverit? cum manifestissime eorum calumnia pateat ex studio ipsorum, quod ab ecclesia frumentum abalienare & transferre ad Arianos satagunt: quæ culpa eos potissimum auctores principesque habere videtur, qui calumniis a- E pud imperatorem depositis nihil recusarunt, quo viro necem molirentur, & a clero ecclesiæ alimenta averterent, ut ea sine omni dubio hæreticis in prædam cedant. Misimus autem ad vos testimonia comministrorum nostrorum, qui in Libya, Pentapoli, & Ægypto degunt, ut etiam inde cognoscatis illorum in Athanasium sycophantias. Quod ideo faciunt, ut ceteris per metum, qui piæ opinionis sunt, quiescentibus, impia Arianorum hæresis introducatur. Nos autem vestræ prudentiæ gratias agimus,

A γυμνοῦντα, φονεῦσαι ζητοῦσι; καὶ ἐφόνευσαν ἂν τὸ ὅσον ἐν ἑαυτοῖς. πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπικῶς ὀδυρόμενοι, τὸν ἐν αὐτῷ καθήμενον ἐπίσκοπον ἀνελεῖν ζητοῦσιν; ἵνα καὶ ὁ θρόνος τὸν ἐπίσκοπον ζητῇ καὶ οἱ λαοὶ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας στερηθῶσιν. οὔτε οὖν ποτήριον, οὔτε φόνος, οὔτε τι τῶν ὑπ' αὐτῶν τερατολογηθέντων εἰς τοῦτο αὐτοὺς προήγαγεν, ἀλλ' ἡ προειρημένη τῶν Ἀρειανῶν ἀσέβεια. δι' ἣν καὶ Ἀθανασίῳ καὶ ἄλλοις ἐπισκόποις ἐπιβουλεύσαντες, ἔτι καὶ νῦν τῇ ἐκκλησίᾳ πολεμοῦσιν. ἄρα γὰρ, τίνες οἱ φόνους καὶ ἐξορισίας ποιήσαντες. οὐχ οὗτοι; ἄρα τίνες ταῖς ἔξωθεν προστασίαις χρώμενοι, τοῖς ἐπισκόποις ἐπιβουλεύουσιν· B οὐχ οἱ περὶ Εὐσέβιον μᾶλλον, καὶ οὐκ Ἀθανάσιος ὡς αὐτοὶ γράφουσι; παρ' αὐτῶν γὰρ αὐτὸς καὶ ἄλλοι πεπόνθασι. καὶ γὰρ καὶ πρεσβύτεροι τῆς Ἀλεξανδρείας τέσσαρες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καίτοι μηδὲ εἰς Τύρον ἐξελθόντες ὑπερόριοι παρ' αὐτῶν γεγόνασιν. ἄρα τίνες οἱ θρήνων καὶ δακρύων ἄξιοι, οὐχ οἱ καὶ τὰ πρῶτα ποιήσαντες, καὶ δεύτερα συνάπτειν μὴ παραιτούμενοι, καὶ πάντα συκοφαντοῦντες, ἵνα ἐπίσκοπον ἀπολέσωσι μὴ ὑπείκοντα τῇ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν αἱρέσει; διὰ τοῦτο ἡ ἔχθρα τῶν περὶ Εὐσέβιον. διὰ τοῦτο τὰ ἐν Τύρῳ κινηθέντα. διὰ τοῦτο αἱ προσποίητοι κρίσεις. διὰ τοῦτο νῦν καὶ χωρὶς κρίσεως C παρ' αὐτῶν ὡς πεπληροφορημένων, γράμματα, διὰ τοῦτο οἱ πρὸς τὸν πατέρα τῶν βασιλέων καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλεῖς, διαβολαί. οἷα γὰρ καὶ νῦν κατείρηται ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος, ἀναγκαῖον ὑμᾶς εἰδέναι, ἵνα καὶ ἐκ τούτου καταγνῶτε τῆς πονηρίας αὐτῶν, καὶ γνώσητε, ὅτι μηδὲν ἄλλο, ἢ φονεῦσαι ζητοῦσι τὸν ἄνδρα. Σῖτος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων ἐδίδοτο πρὸς τὰς τῶν χηρῶν διατροφάς. ἰδίᾳ μὲν Λίβυας, ἰδίᾳ δὲ τισὶν ἐξ Αἰγύπτου. τοῦτον πάντες λαμβάνουσιν ἄχρι νῦν, Ἀθανασίου μηδὲν ἐξ αὐτοῦ κομιζομένου, πλὴν μόνου τοῦ συγκάμνειν αὐτοῖς, ἀλλὰ νῦν ἐκείνων λαμβανόντων μὴ μεμψαμένων, ὁμολογούντων λαμβάνειν, D διαβέβληται Ἀθανάσιος ὡς ὅλον τὸν σῖτον πιπράσκων, καὶ εἰς τὸ ἴδιον ἀποφερόμενος, καὶ τοῦτο ἔγραψε βασιλεὺς, αἰτιώμενος ἐκ τῶν γεγενημένων διαβολῶν. τίνες τοίνυν οἱ διαβεβληκότες; οὐχ οἱ καὶ τὰ πρῶτα ποιήσαντες, καὶ τὰ δεύτερα κρίνειν μὴ παραιτούμενοι; τίνες οἱ τῶν γραμμάτων τούτων αἴτιοι παρὰ τοῦ βασιλέως λεγομένων, οὐχ οἱ Ἀρειανοὶ σπουδάζοντες, καὶ μηδὲν κατὰ τοῦ ἀνδρὸς παραιτησάμενοι μήτε λέγειν, μήτε γράφειν; οὐδεὶς γὰρ τοὺς τοσαῦτα ποιήσαντας ἀφεὶς, ἄλλους ὑποπτεύσειε. καὶ γὰρ ἐναργέστατον αὐτῶν τὸ δεῖγμα τῆς διαβολῆς φαίνεται. σπουδάζουσι γὰρ τῆς ἐκκλησίας ἀφελέσθαι τὸν σῖτον, τῇ προφάσει τῆς διαβολῆς, καὶ Ἀρειανοῖς παρασχεῖν. ὃ πάντων μάλιστα, E εἰς τοὺς αἰτίους τῆς σπουδῆς, καὶ τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν ἀναφέρει, τοὺς μήτε φόνους κατὰ τοῦ ἀνδρὸς κινῆσαι παραιτησαμένους, δι' ὧν ψευδῆ διαβεβλήκασι βασιλεῖ, μήτε τὸν κλῆρον τῆς ἐκκλησίας ἀφελέσθαι τὰς τροφὰς, ἵνα τῷ ὄντι κέρδος αἱρετικοῖς παράσχωνται. ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὴν μαρτυρίαν τῶν κατὰ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν καὶ τῶν ἐξ Αἰγύπτου συλλειτουργῶν ἡμῶν, ἵνα καὶ ἐκ τούτου γνῶτε, τὴν κατὰ Ἀθανασίου γεγενημένην συκοφαντίαν. ταῦτα δὲ ποιοῦσιν, ἵνα φόβῳ λοιπὸν ἡσυχαζόντων τῶν τὰ τῆς εὐσεβείας φρονούντων, ἡ τῶν ἀσεβῶν Ἀρειανῶν αἵρεσις, ἀντεισαχθῇ,

Anno Christi 339.

ἀρχῇ, ἀλλὰ καὶ τῇ μὲν ὑμῶν εὐλαβείᾳ, χάρις ἀγαπητοὶ, ὅτι πολλάκις τοὺς Ἀρειανοὺς ἀναθεματίζοντες ἐγράψατε, καὶ χώραν αὐτοῖς εἰς τὴν ἐκκλησίαν οὐ δεδώκατε. τῶν δὲ περὶ Εὐσέβιον ὁ ἔλεγχος, ἐγγύς. ἰδοὺ γὰρ μετὰ τὰ πρότερα παρ' αὐτῶν περὶ τῶν Ἀρειανῶν γράμματα, ὧν καὶ ἀπεστείλαμεν τὰ ἀντίγραφα, φανερῶς λοιπὸν, τοὺς παρὰ πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματισθέντας Ἀρειομανίτας, ἐπεγείρουσι κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐπίσκοπον αὐτοῖς κατέστησαν, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ τοῖς φόβοις διαιροῦσι τὰς ἐκκλησίας, ἵνα πανταχοῦ συνεργοὺς ἔχωσι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ διακόνους πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας ἀποστέλλουσιν, οἳ φανερῶς συνάγονται παρ' αὐτοῖς, καὶ γράφουσιν αὐτοῖς καὶ ἀντίγραφα παρ' αὐτῶν κομίζονται, τὴν ἐκκλησίαν κατασχίζοντες, καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς· καὶ γράμματα ἀποστέλλοντες πανταχοῦ, τὴν αἵρεσιν αὐτῶν συνιστῶντα, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀποκηρύττοντα, ὡς δυνήσεσθε μαθεῖν, ἀφ' ὧν αὐτοὶ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ· καὶ τάχα καὶ πρὸς ὑμᾶς ἔγραψαν. ὡς οὖν ἀνεκδιήγητα ταῦτά ἐστι, συνορᾶτε καὶ ὑμεῖς ἀγαπητοί. δεινὰ γὰρ καὶ ἀλλότρια τῆς κατὰ Χριστὸν διδασκαλίας ἐστί. τούτου γοῦν ἕνεκεν κοινῇ συνελθόντες ἐγράψαμεν ὑμῖν ἀξιοῦντες ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ σύνεσιν ἀποδέξασθαι μὲν τὴν ὁμολογίαν ταύτην, καὶ συναλγῆσαι τῷ συνεπισκόπῳ ἡμῶν Ἀθανασίῳ, ἀγανακτῆσαι δὲ κατὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρούντων, πρὸς τὸ μηκέτι τοιαύτην κακίαν καὶ πονηρίαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἰσχύειν. ὑμᾶς γὰρ ἐκδίκους κατὰ τῆς τοιαύτης ἀδικίας ἐπικαλούμεθα, ὑπομιμνήσκοντες τὸ ἀποστολικόν· ἐξάρατε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. πονηρὰ γὰρ ἀληθῶς καὶ οὐκ ἄξια κοινωνίας τὰ παρ' αὐτῶν πραχθέντα. οὐκ οὖν μηκέτι προσέχετε κἂν πάλιν ὑμῖν γράφωσι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου. πάντα γὰρ ψευδῆ τὰ παρ' αὐτῶν. μηδ' ἂν ὀνόματα δὲ ἐπισκόπων Αἰγυπτίων ἐγχαράττωσιν ἐπιστολαῖς. δῆλον γὰρ ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ γράφοντες, ἀλλὰ Μελιτιανοὶ, ὡς ἀεὶ σχισματικοί· οἳ καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας ταράττοντες, καὶ στάσεις κινοῦντες, καταστάσεις γὰρ ἀλόγους καὶ σχεδὸν ἐθνικὰς ποιοῦνται καὶ τοιαῦτα πράττουσιν ἃ δυσωπούμεθα μὲν γράφειν, δύνασθε δὲ μαθεῖν παρὰ τῶν ἀποσταλέντων παρ' ἡμῶν, τῶν καὶ τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ἐπιδιδόντων.

A dilectissimi, quod sæpius anathemate Arianos notastis, neque illis locum in ecclesia dedistis. In proximo autem jam est, ut ex rerum documentis appareat, quales Eusebiani sunt. Ecce enim post prima eorum de Arianis scripta, quorum antigrapha ad vos misimus, aperte jam Arianos homines atque eo nomine, ab universa ecclesia anathemate condemnatos, contra ecclesias irritant. Episcopumque illis constituunt, divulsis a se invicem per metum ecclesiis, quo illis ubique suppetant cooperatores suæ impietatis, ac proinde diaconos suos ad Ariomanitas legant propalam cum Ariomanitis communione sumpta, literisque ultro citroque missitatis, ecclesiam in schisma conji- B ciunt, eaque passim scribunt, quæ & hæresim commendant, & ecclesiam conviciis lacerant, ut ex literis eorum ad Romanorum episcopum, & fortasse ad vos ipsos scriptis deprehendere potestis. Quam igitur ista inulta esse non debeant, etiam vos dilectissimi animadvertitis: gravia enim sunt & aliena a Christi doctrina. Hac certe de causa in publico Conventu de consilio omnium has literas ad vos dedimus, quibus oramus vestram in Christo prudentiam, ut recipiatis hanc de Athanasio contestationem, & commercium, communionemque ejus admittite, & zelum indignatio- C nemque contra Eusebianos, qui istiusmodi tentant, induite, ne diutius istiusmodi pravitas & malitia contra ecclesiam invalescat, vos certe vindices hujus injustitiæ imploramus, citantes illud apostolicum verbum: *Auferte malа ex vobis:* [1. Cor. 5.] mala enim revera sunt & indigna communione, quæ ab illis designantur. Ne igitur illis aurem præbueritis, si denuo ad vos contra Athanasium episcopum scribant. Quidquid enim ab illis proficiscitur, falsum est, etiamsi nostra Ægyptiorum episcoporum nomina epistolis suis adscribant. Certum enim est non nos eos esse, quorum nomina in scriptis subjiciunt, sed Meletianos homines per- D petuo schismaticos, qui etiam nunc ecclesias turbant, & seditiones commovent: constitutiones enim absurdas, & propemodum ethnicas faciunt, eaque designant quæ quia abominamur scribere, ex nostris legatis, qui vobis hanc epistolam afferunt, cognoscere poteritis.

Anno Christi 340.

[a] CONCILIVM ANTIOCHENVM [b] PRIMVM,

[c] SVB IVLIO PAPA I. CELEBRATVM.

In quo [d] Ariani [e] Athanasium deposuerunt, atque [f] Gregorium Cappadocem substituerunt.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ, ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

καὶ μακαρίων πατέρων.

[g] REGVLÆ ANTIOCHENI CONCILII EXPOSITÆ APVD ANTIOCHIAM IN [i] ENCÆNIIS.

[i] dedicatione.

Η ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη σύνοδος, ἡ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Αντιοχείᾳ, ἐξ ἐπαρχίας Συρίας κοίλης, Φοινίκης, Παλαιστίνης, Αραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ισαυρίας, τοῖς κατ' ἐπαρχίαν ὁμοψύχοις καὶ ἁγίοις συλλειτουργοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Synodica epistola Antiocheni concilii.

Sancta & pacifica synodus in unum congregata, his qui per singulas provincias sunt, unanimibus sanctis consacerdotibus, in domino salutem.

GRATIA & veritas Iesu Christi domini & salvatoris nostri, sanctam Antiochenam ecclesiam visitans, & in unum connectens per concordiam pacatissimi Spiritus, multa quidem & alia perfecit, in omnibus autem suggerente sancto & pacifico Spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ visa sunt recte constitui, cum plurima consideratione & judicio, una omnibus nobis Antiochiæ ex diversis provinciis in unum collectis episcopis, in vestram notitiam deferrentur. Credimus autem gratiæ domini, & sancto Spiritui pacis, quod & ipsi conspirabitis nobiscum, tanquam in una fuissetis virtute nobiscum & orationibus adnitentes, magis autem [n] muniti, & in Spiritu sancto præsentes, iisdem ipsis quæ definita sunt, consentientes, & ea quæ visa sunt, recta roborantes, cum consensu sancti Spiritus consignabitis. Sunt autem præfiniti canones ecclesiastici hi, qui infra sunt scripti, quos [subter inserti, promulgavere] episcopi.

[n] uniti

Η ΧΑΡΙΣ καὶ ἀλήθεια Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπισκεψαμένη τὴν Αντιοχέων ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνάπτουσα μετὰ ὁμονοίας, καὶ συμφωνίας, καὶ πνεύματος εἰρηνικοῦ· πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα κατώρθωσεν, ἐν πᾶσι δὲ καὶ τοῦτο κατορθοῖ ἐξ ὑποβολῆς τοῦ ἁγίου καὶ εἰρηνικοῦ πνεύματος. Α γὰρ καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, μετὰ πλείονος σκέψεως, καὶ ἐπικρίσεως ὁμοῦ πάντων ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων κατὰ τὸ αὐτὸ συγκροτηθέντων ἐπὶ τῆς Αντιοχείας ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ἐπὶ τὴν ὑμετέραν γνῶσιν ἀνηνέγκαμεν, πιστεύσαντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ἁγίῳ πνεύματι, ὅτι καὶ αὐτοὶ συμπνεύσητε, ὡς ἂν δυνάμει συνόντες ἡμῖν, καὶ ταῖς εὐχαῖς συνεργοῦντες, μᾶλλον δὲ ἡνωμένοι ἡμῖν, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι συμπαρόντες· τὰ αὐτά τε ἡμῖν συμφωνήσαντες καὶ ὁρισάμενοι, καὶ τὰ ὀρθῶς δόξαντα ἐπισφραγιζόμενοι, καὶ βεβαιοῦντες τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος συμφωνίᾳ. Εἰσὶ δὲ οἱ ὁρισθέντες ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες οἱ ὑποτεταγμένοι.

Provinciæ Palæstinæ:
Eusebius Gadarensis.
Provinciæ Phœniciæ:
Anatolius Emisenus,
Æneas Ptolemaidis,
Magnus Damascenus.
Provinciæ Arabiæ Petrææ:
Nicomachus Bostrorum,
Cyrion Philadelphiæ.
Provinciæ Mesopotamiæ:
Ætherius Edessenus,
Antiochus Rhesinatis,
[h] Iacobus Nisibensis.
Provinciæ Syriæ Cœles:
Archelaus Dolichenus,
Alphius Apameæ,
Bassus Zeugmatis,
Mauricius Epiphaniæ,
Petrus Gindarensis,
Paulus Neocæsareensis,
† Piperius Samosatenus,
Theodorus Laodiceæ,
Syricus Cyrreticensis.
Provinciæ Ciliciæ:
Macedonius Mopsuestiensis,
Hesychius Alexandriæ minoris,
Moyses Castabalæ,
Nicetas Flaviadis;
Narcissus † Irenopolis,
† Tarcondimantus Ægerates.

Provinciæ

Provinciæ Isauriæ:
Agapius Seleuciæ,
Theodorus Vasadensis,
Eustathius,
Patricius,

A Alexander & ceteri ex provinciis Palæstinæ, Phœniciæ, Syriæ Cœles, Arabiæ, Mesopotamiæ, Ciliciæ, Isauriæ, & hæc constituerunt, quæ infra scripta sunt.

ANNO CHRISTI 341.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΙ.

α'.

ΠΑΝΤΑΣ τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης ἐπὶ B παρουσίᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἀκοινωνήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένοιεν φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδογμένα. καὶ ταῦτα εἰρήσθω περὶ τῶν λαϊκῶν. εἰ δέ τις τῶν προεστώτων τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τολμήσειεν ἐπὶ διαστροφῇ τῶν λαῶν, καὶ ταραχῇ τῶν ἐκκλησιῶν, ἰδιάζειν καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν τὸ πάσχα· τοῦτον ἡ ἁγία C σύνοδος ἐντεῦθεν ἤδη ἀλλότριον ἔκρινεν τῆς ἐκκλησίας· ὡς οὐ μόνον ἑαυτῷ ἁμαρτίας, ἀλλὰ πολλοῖς διαφθορᾶς καὶ διαστροφῆς γινόμενον αἴτιον. καὶ οὐ μόνον τοὺς τοιούτους καθαιρεῖ τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμῶντας τούτοις κοινωνεῖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν· τοὺς δὲ καθαιρεθέντας ἀποστερεῖσθαι καὶ τῆς ἔξωθεν τιμῆς, ἧς ὁ ἅγιος κανὼν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερατεῖον μετείληφεν.

CANONES SYNODI ANTIOCHIÆ.

Gentiano Herveto Interprete.

I.

1. OMNES qui audent dissolvere decretum sanctæ & magnæ synodi, quæ Nicææ coacta est in præsentia pietatis religiosissimi imperatoris Constantini de sancto festo salutiferi paschatis, esse excommunicatos & ecclesia ejectos statuimus, si adversus ea quæ recte decreta sunt contentiosius insistere perrexerint. Et hæc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum, qui præsunt ecclesiæ, episcopus, vel presbyter, vel diaconus, audebit post hoc decretum ad populorum subversionem & ecclesiarum perturbationem seorsum agere, & pascha cum Iudæis peragere, sancta synodus eum abhinc alienum esse ab ecclesia judicavit, ut qui non sibi solum peccati, sed & multis exitii & subversionis causa fuerit: & non solum eos a ministerio deponit, sed & eos qui audent iis communicare post depositionem. Depositos autem etiam externo honore privari, cujus sanctus canon & Dei sacerdotium fuit particeps.

β'.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ D κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν. τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἕως ἂν ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες καρποὺς μετανοίας, καὶ παρακαλέσαντες, τυχεῖν δυνηθῶσι συγγνώμης. μὴ ἐξεῖναι δὲ κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις, μηδὲ κατ' οἴκους συνελθόντας συνεύχεσθαι τοῖς μὴ τῇ ἐκκλη- E σίᾳ συνευχομένοις, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ὑποδέχεσθαι τοὺς ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ συναγομένους. εἰ δὲ φανείη τις τῶν ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων, ἤ τις τοῦ κανόνος, τοῖς ἀκοινωνήτοις κοινωνῶν, καὶ τοῦτον ἀκοινώνητον εἶναι, ὡς ἂν συγχέοντα τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας.

II.

Omnes qui in ecclesiam ingrediuntur, & sacras scripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel sanctam eucharistiæ participationem propter aliquam insolentiam aversantur, eos ab ecclesia expelli, donec postquam confessi fuerint, fructusque pœnitentiæ ostenderint, & imploraverint, veniam assequi possint. Non licere autem communicare cum excommunicatis, neque in domibus convenientes orare pro iis, qui in ecclesia non communicant: neque in alia ecclesia recipi, qui in alia ecclesia non conveniunt. Si quem autem ex episcopis, vel presbyteris, vel diaconis, vel quemvis ex canone excommunicatis, communicare apparuerit, eum quoque esse excommunicatum, ut qui canonem ecclesiæ confundat.

γ'.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως

III.

[1] Si quis presbyter, vel diaconus, vel quis

ANNO CHRISTI 341.

quis omnino ex sacerdotali ordine relicta sua parochia in aliam abierit, deinde omnino commigrans, in alia parochia longo tempore versari conatur. ne amplius celebret, maxime si proprio vocanti episcopo ut in suam parochiam redeat, exhortantique non pareat. Si autem in insolentia (ἀταξίᾳ,) omnino perseverat, is omnino a sacro ministerio deponatur. Si autem eum, qui propter hanc causam depositus est, alius episcopus receperit, ille quoque a communi synodo puniatur, ut qui ritus ecclesiasticos dissolvat.

IV.

[m] Si quis episcopus" a synodo depositus, vel presbyter, vel diaconus a proprio episcopo, sacrum celebrare ausus fuerit, sive episcopus secundum præcedentem consuetudinem, sive presbyter, sive diaconus, nullam amplius spem restitutionis in alia synodo, neque defensionis locum ei habere liceat. Sed & omnes qui ei communicant, ex ecclesia ejiciantur, & maxime si cum sententiam adversus prædictos prolatam didicerint, eis communicare ausi fuerint.

"Hic canon una cum sequenti citatur act. 4. conc. Calchedonēsis, ubi de Carosu & Dorotheo, necnon in ep. synodica episcoporum Pisidiæ ad Leonem I. imp. diciturque 83. codicis ecclesiastici sive antiquæ canonum Græcorum collectionis de qua Iustellus, aliique plura

* Vide actionem mox citatam Concilii Calchedonensis, ubi ex numerorum serie dicitur 84. & Vigilii ep. ad Rusticū & Sebastianum diaconos.

V.

[n] Si quis" presbyter vel diaconus proprio contempto episcopo, ab ecclesia seipsum segregaverit, & privatim congregationem effecerit, & altare erexerit, & episcopo accersente non obedierit, nec velit ei parere nec morem gerere primo & secundo vocanti, is omnino deponatur, & non amplius curationem assequi, nec suum possit honorem capere. Sin autem perseverat perturbare & ecclesiam evertere, is per externam potentiam ut seditiosus castigetur.

VI.

Si quis a proprio episcopo fuit excommunicatus, ne prius ab aliis suscipiatur, quam fuerit a proprio episcopo susceptus, vel facta synodo accedens se defenderit, & persuasa synodo aliam sententiam retulerit. Idem autem decretum adversus laicos, & presbyteros, & diaconos, & eos qui sunt in cleri catalogo, observetur.

VII.

Nullus externus [o] sine pacificis suscipiatur.

VIII.

Nec presbyteri qui sunt in pagis, dent canonicas epistolas, vel ad solos vi-

A τῶν τοῦ ἱερατείου τις καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι· ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς, διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ, μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ, καὶ ἐπανελθεῖν εἰς παροικίαν τὴν ἑαυτοῦ παραινοῦντι μὴ ὑπακούοι. εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. εἰ δὲ καθαιρεθέντα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν B δέχοιτο ἕτερος ἐπίσκοπος, κἀκεῖνον ἐπιτιμίας τυγχάνειν ὑπὸ κοινῆς συνόδου, ὡς παραλύοντα τοὺς θεσμοὺς τοὺς ἐκκλησιαστικούς.

δʹ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέν τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, εἴτε ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν, εἴτε ὁ διάκονος· μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μήτε ἀπολογίας χώραν C ἔχειν. ἀλλὰ δὲ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ πάντας ἀποβάλλεσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν τὴν κατὰ τῶν προειρημένων ἐξενεχθεῖσαν τολμήσειαν αὐτοῖς κοινωνεῖν.

εʹ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καταφρονήσας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἰδίου, ἀφώρισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίᾳ συνήγαγε, καὶ θυσιαστήριον ἔστησεν, καὶ τοῦ ἐπισκόπου προσκαλεσαμένου ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πείθεσθαι μηδὲ ὑπακούειν καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον D καλοῦντι· τοῦτον καθαιρεῖσθαι παντελῶς, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μηδὲ δύνασθαι λαμβάνειν τὴν ἑαυτοῦ τιμήν. εἰ δὲ παραμένοι θορυβῶν καὶ ἀναστατῶν τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας ὡς στασιώδη αὐτὸν ἐπιστρέφεσθαι.

ϛʹ.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γέγονεν, μὴ πρότερον αὐτὸν παρ᾽ ἑτέρων δεχθῆναι, (εἰ μὴ ὑπ᾽ αὐτοῦ παραδεχθείη τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου) ἢ συνόδου γινομένης ἀπαν- E τήσας ἀπολογήσεται, πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν. ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος ἐπὶ λαϊκῶν, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κανόνι.

ζʹ.

Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων.

ηʹ.

Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς

ANNO CHRISTI 341.

τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν. τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους διδόναι εἰρηνικάς.

cinos episcopos epiſtolas emittant. Chorepiſcopi autem nulli reprehenſioni affines dent pacificas.

θ'.

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν· περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

IX.

Episcopos qui ſunt in unaquaque provincia, ſcire oportet episcopum, qui præeſt metropoli, etiam curam ſuſcipere totius provinciæ, eo quod in metropolim undequaque concurrunt omnes qui habent negotia. Vnde viſum eſt eum quoque honore præcedere: reliquos autem epiſcopos nihil magni momenti aggredi ſine ipſo, ut vult, qui ab initio obtinuit, patrum canon: vel ſola, quæ ad uniuſcujuſque parochiam conferunt, & regiones quæ ei ſubſunt. Vnumquemque enim epiſcopum habere ſuæ parochiæ poteſtatem, & adminiſtrare pro unicuique conveniente religione, & totius regionis curam gerere, quæ ſuæ urbi ſubeſt. Vt etiam ordinent presbyteros & diaconos, & unaquæque cum judicio tractent, & nihil ultra facere aggrediantur ſine metropolis epiſcopo: neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

ι'.

Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ, καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐφορκιστὰς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ. μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾗ ὑπόκεινται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. εἰ δὲ τολμήσειέ τις παραβῆναι τὰ ὁρισθέντα, καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς. Χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται, ἐπισκόπου.

X.

Ii qui ſunt in vicis vel pagis, qui dicuntur chorepiſcopi, etiamſi epiſcopi ordinationem manuumve impoſitionem acceperint, viſum eſt, ut ſuum modum ſciant, & ſibi ſubjectas eccleſias adminiſtrent, earumque cura & ſolicitudine gerenda contenti ſint: conſtituant autem lectores, hypodiaconos & exorciſtas, & eorum promotionem ſufficere exiſtiment, nec presbyterum, nec diaconum ordinare audeant abſque urbis epiſcopo, cui ſubjicitur ipſe & regio. Si quis autem ea quæ definita ſunt, tranſgredi audeat, ipſe quoque deponatur ab eo honore quem habet. Fiat autem chorepiſcopus ab epiſcopo civitatis, cui ſubjicitur.

ια'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ὅλως τοῦ κανόνος, ἄνευ γνώμης καὶ γραμμάτων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν, ὁρμήσειεν πρὸς βασιλέα ἀπελθεῖν, τοῦτον ἀποκηρύττεσθαι καὶ ἀπόβλητον γίνεσθαι, οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξίας, ἧς μετέχων τυγχάνει· ὡς παρενοχλεῖν τολμῶντα ταῖς τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡμῶν ἀκοαῖς, παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς ἐκκλησίας. εἰ δὲ ἀναγκαία καλοίη χρεία πρὸς βασιλέα ὁρμᾶν, τοῦτο πράττειν μετὰ σκέψεως καὶ γνώμης τοῦ κατὰ

XI.

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel omnino ex canone citra ſententiam & literas epiſcoporum provinciæ, & maxime metropolitanorum ad imperatorem proficiſci aggreſſus fuerit, is abdicetur & ejiciatur non ſolum a communione, ſed etiam a dignitate cujus eſt particeps, ut qui religioſiſſimi imperatoris noſtri auribus moleſtiam afferre audeat præter ritum eccleſiæ. Si autem neceſſarius uſus exigat ut ad imperatorem ſe conferat, id agat cum deliberatione & ſententia metropolitani provinciæ, &

eorum qui sunt in ea, eorumque literis munitus iter invadat.

XII.

¶ Si quis a proprio episcopo depositus presbyter, vel diaconus, vel episcopus a synodo, ausus fuerit imperatoris auribus molestiam exhibere, cum oporteat ad majorem synodum converti, & jus, quod se habere putat, ad plures episcopos referre, eorumque examinationem & judicium suscipere: qui itaque his contemptis imperatori molestus fuerit, is nulla venia dignus, neque sui defendendi locum habeat, nec restitutionis futuræ spem expectet.

XIII.

Nullus episcopus audeat ab una provincia in aliam transire, & aliquos in ecclesiis ordinare ad sacrorum celebrationem, nec si alios una secum inducat, nisi venerit literis accersitus metropolitani, & episcoporum qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, ad aliquorum ordinationem & ecclesiasticarum rerum ad se non pertinentium constitutionem inordinate insolenterque processerit, sint quidem irrita quæ ab ipso geruntur, ipse autem suæ insolentiæ & præter rationem factæ aggressionis det pœnas, a sancta scilicet synodo exinde depositus.

XIV.

Si quis episcopus ob aliqua crimina judicetur, deinde contingat episcopos, qui sunt in provincia, de eo dissentire, illis quidem eum, de quo fertur sententia, innocentem pronunciantibus, his vero reum: pro tota componenda controversia visum est sanctæ synodo, ut metropolitanus episcopus ex propinqua provincia alios evocet judicaturos, & controversiam decisuros, & cum provincialibus quod probatum fuerit, confirmet.

XV.

Si quis episcopus aliquorum criminum accusatus, fuerit ab omnibus provinciæ episcopis condemnatus, & omnes unam consentientem adversus eum sententiam tulerint, is ne amplius ab aliis judicetur, sed provinciæ episcoporum firma maneat sententia.

XVI.

Hic & sequens canō itātur act.

r Si quis vacans episcopus in vacantem ecclesiam irrumpens, sedem arri-

τὴν μητρόπολιν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπου, ἢ τῶν ἐν αὐτῇ, τοῖς τε τούτων γράμμασιν ἐφοδιάζεσθαι.

ιβ'.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθεὶς πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἐνοχλῆσαι τολμήσειε ταῖς βασιλέως ἀκοαῖς, δέον ἐπὶ μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον τρέπεσθαι, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν, προσαναφέρειν πλείοσιν ἐπισκόποις, καὶ τὴν αὐτῶν ἐξέτασίν τε καὶ ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι. Εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας, ἐνοχλήσειεν τῷ βασιλεῖ. καὶ τοῦτον μηδεμιᾶς συγγνώμης ἀξιοῦσθαι, μηδὲ χώραν ἀπολογίας ἔχειν, μηδὲ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως προσδοκᾶν.

ιγ'.

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν, καὶ χειροτονεῖν τινας εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους. Εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο. Εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ, καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

ιδ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κρίνοιτο, ἔπειτα συμβαίη περὶ αὐτοῦ διαφωνεῖν τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους, τῶν μὲν ἀθῷον τὸν κρινόμενον ἀποφαινόντων, τῶν δὲ ἔνοχον· ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς πάσης ἀμφισβητήσεως, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύσοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.

ιε'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασιν κατηγορηθεὶς, κριθείη ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, πάντες τε σύμφωνοι μίαν κατ' αὐτοῦ ἐξενέγκοιεν ψῆφον· τοῦτον μηκέτι παρ' ἑτέροις δικάζεσθαι, ἀλλὰ μένειν βεβαίαν τὴν σύμφωνον τῶν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἀπόφασιν.

ις'.

r Εἴ τις ἐπίσκοπος σχολάζων ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιρρίψας, ὑφαρπάζοι τὸν θρόνον

A N. CHR. 34

θέντον δίχα συνόδου τελείας, τοῦτον ἀπόβλητον εἶναι, καὶ εἰ πᾶς ὁ λαὸς, ὃν ὑφάρπασεν, ἕλοιτο αὐτόν. τελείαν δὲ ἐκείνην εἶναι σύνοδον, ᾗ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

ιζ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροθεσίαν ἐπισκόπου λαβὼν, καὶ ὁρισθεὶς προεστάναι λαοῦ, μὴ καταδέξοιτο τὴν λειτουργίαν, μηδὲ πείθοιτο ἀπιέναι εἰς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ ἐκκλησίαν, τοῦτον εἶναι ἀκοινώνητον, ἕως ἂν ἀναγκασθεὶς καταδέξοιτο, ἢ ὁρίσοι τι περὶ αὐτοῦ ἡ τελεία σύνοδος τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐπισκόπων.

ιη΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροτονηθεὶς εἰς παροικίαν, μὴ ἀπέλθῃ εἰς ἣν ἐχειροτονήθη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν, ἀλλ' ἤτοι διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν οὐκ ἐξ αὐτοῦ γενομένην, τοῦτον μετέχειν τῆς τιμῆς καὶ τῆς λειτουργίας, μόνον μηδὲν παρενοχλοῦντα τοῖς πράγμασι τῆς ἐκκλησίας, ἔνθα ἂν συνάγοιτο· ἐκδέχεσθαι δὲ τοῦτον, ὃ ἂν ἡ τῆς ἐπαρχίας τελεία σύνοδος κρίνασα τὸ παριστάμενον ὁρίσῃ.

ιθ΄.

Ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα συνόδου, καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας· τούτου δὲ παρόντος ἐξάπαντος, βέλτιον μὲν συνεῖναι αὐτῷ πάντας τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ συλλειτουργοὺς, καὶ προσήκει δι' ἐπιστολῆς τὸν ἐν τῇ μητροπόλει συγκαλεῖν, καὶ εἰ μὲν ἀπαντοῖεν οἱ πάντες, βέλτιον. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, τούς γε πλείους ἐξάπαντος παρεῖναι δεῖ, ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γενέσθαι· καὶ οὕτως μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρουσίας, ἢ ψήφου γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. εἰ δὲ ἄλλως παρὰ τὰ ὡρισμένα γίγνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν. εἰ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον κανόνα γίγνοιτο ἡ κατάστασις, ἀντιλέγοιεν δέ τινες δι' οἰκείαν φιλονεικίαν, κρατεῖν τὴν τῶν πλειόνων ψῆφον.

κ΄.

Διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας, καὶ τὰς τῶν ἀμφισβητουμένων διαλύσεις, καλῶς ἔχειν ἔδοξε συνόδους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι δεύτερον τοῦ ἔτους· ἅπαξ μὲν μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς ἐπιτελεῖσθαι τὴν σύνοδον, ὑπομιμνήσκοντος τοὺς ἐπαρχιώτας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει. τὴν δὲ δευτέραν σύνοδον γίνεσθαι Ἰδοῖς Ὀκτωβρίαις, ἥτις ἐστὶ δεκάτη Ὑπερβερεταίου· ὥστε ἐν αὐταῖς ταύταις

A pererit absque perfecta synodo, is sit ejectus, etiamsi omnis populus, quem invasit, eum elegerit. Sit autem illa perfecta synodus, cui una quoque adest metropolitanus.

ANNO CHRISTI 341.

XVII.

Si quis episcopus accepta ordinatione & manuum impositione episcopi, & populo præesse jussus, munus non susceperit, nec ut ad sibi concreditam ecclesiam proficiscatur persuaderi possit, is sit excommunicatus, donec coactus B suscipiat, vel perfecta synodus episcoporum provincialium de ipso aliquid decernat.

xi. concilii Calchedonensis, dicunturque 95. & 96. codicis ecclesiastici, de quo plura Iustellus qui edidit, aliique.

XVIII.

Si quis ordinatus non ierit in parochiam, ad quam est ordinatus, non sua quidem culpa, sed propter populi recusationem, vel aliquam aliam causam, quæ a se non oritur, is sit & honoris & muneris particeps, dummodo nullam rebus ecclesiæ, in qua convenit, molestiam afferat. Is autem id suscipiat, quod perfecta provinciæ synodus, eo C quod ad se allatum est judicato, statuerit.

XIX.

Episcopus ne ordinetur absque synodo & præsentia metropolitani provinciæ. Eo autem præsente, omnino melius est omnes una cum eo adesse, qui sunt in provincia ejusdem muneris officiique socii, (συλλειτουργοὺς) & oportet per epistolam metropolitanum eos convocare, & si omnes quidem acces- D serint, bene est: sin autem hoc fuerit difficile, plures omnino adesse oportet, vel per literas una cum illis suffragium ferre, & sic cum plurium præsentia vel electione fieri constitutionem. Sin autem aliter præter hæc quæ decreta sunt, fiat, non valeat ordinatio. Sin autem ex præfinito canone facta fuerit constitutio, aliqui autem propter suum contentionis studium contradicant, vincat plurium suffragium.

XX.

E Propter usus ecclesiasticos, & pro componendis controversiis, recte habere visum est, ut synodi episcoporum in unaquaque provincia fiant bis in anno: semel quidem post tertiam hebdomadem festi paschæ, ut quarta hebdomade pentecostes perficiatur synodus, metropolitano provinciales episcopos admonente secundam synodum Idibus Octobris futuram, qui est decimus Hyperberetæi: ut in his ipsis synodis

ANNO CHRISTI 341.

synodis accedant presbyteri & diaconi, & omnes qui se injuria affectos putant, & a synodo judicium assequantur: nec ullis liceat synodos per se facere, sine iis quibus sunt creditæ metropoles.

XXI.

Episcopus ab alia parochia in aliam ne transeat, nec se sua sponte ingerens, nec a populis vi adactus, nec ab episcopis coactus: maneat autem in ea quam a Deo sortitus est ecclesia, & ab ea non recedat, secundum decretum prius de ea re editum.

XXII.

Episcopus in alienam civitatem, quæ ei subjecta non est non ascendat, nec in regionem quæ ad eum non pertinet, ad alicujus ordinationem, nec presbyterum vel diaconum constituat in locis alii episcopo subjectis, nisi cum voluntate proprii illius regionis episcopi. Si quis autem tale quid ausus fuerit, infirma sit ordinatio, & ipse a synodo puniatur.

XXIII.

Nec liceat episcopo alium pro se successorem constituere, etiamsi sit in fine vitæ. Si quid autem fiat ejusmodi, irrita sit constitutio. Servetur autem ritus ecclesiasticus, qui continet, non aliter debere fieri, quam cum synodo & judicio episcoporum, qui post defuncti dormitionem potestatem habent dignum provehendi.

XXIV.

Recte habet, ut ea quæ sunt ecclesiæ, ecclesiæ serventur cum omni bona conscientia, & fide in omnium præsidem & judicem Deum: quæ etiam administrari convenit cum judicio, & potestate episcopi, cui est omnis populus creditus, & eorum animæ quæ in ecclesiam conveniunt. Sin autem manifesta quæ ad ecclesiam pertinent cum cognitione presbyterorum & diaconorum, qui sunt circa eum, ut sciant & non ignorent quæ sunt propria ecclesiæ, ut nihil ipsos lateat: ut si contingat episcopum e vita migrare, iis manifestis existentibus quæ ad ecclesiam pertinent, ne ea intercidant & pereant: nec quæ sunt propria episcopi, prætextu rerum ecclesiasticarum vexentur. Est enim justum, & apud Deum & homines acceptum, ut episcopus propria quibus velit relinquat. Quæ sunt autem ecclesiæ, ipsi serventur, & nec ecclesia damnum

A ταῖς συνόδοις προσιέναι πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ πάντας τοὺς ἠδικῆσθαι νομίζοντας, καὶ παρὰ τῆς συνόδου ἐπικρίσεως τυγχάνειν. μὴ ἐξεῖναι δέ τινας καθ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι ἄνευ τῶν πεπιστευμένων τὰς μητροπόλεις.

κα'.

Ἐπίσκοπον ἀπὸ παροικίας ἑτέρας εἰς ἑτέραν μὴ μεθίστασθαι, μήτε αὐθαιρέτως ἐπιρρίπτοντα ἑαυτὸν, μήτε ἀπὸ λαῶν ἐκβιαζόμενον, μήτε ὑπὸ ἐπισκόπων ἀναγκαζόμενον· μένειν δὲ εἰς B ἣν ἐκληρώθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ μεθίστασθαι αὐτῆς, κατὰ τὸν ἤδη πρότερον ἐξενεχθέντα ὅρον.

κβ'.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐπιβαίνειν ἀλλοτρίᾳ πόλει τῇ μὴ ὑποκειμένῃ αὐτῷ, μηδὲ χώρᾳ τῇ αὐτῷ μὴ διαφερούσῃ ἐπὶ χειροτονίᾳ τινὸς, μηδὲ καθιστᾶν πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους, εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους, εἰ μὴ ἄρα μετὰ γνώμης τοῦ οἰκείου τῆς χώρας ἐπισκόπου. εἰ δὲ τολμήσειέν τις τοιοῦτο, ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγ-D χάνειν.

κγ'.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾶν ἕτερον ἑαυτοῦ διάδοχον, κἂν πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βίου τυγχάνει. εἰ δέ τι τοιοῦτο γίγνοιτο, ἄκυρον εἶναι τὴν κατάστασιν, φυλάττεσθαι δὲ τὸν θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικὸν, περιέχοντα, μὴ δεῖν ἄλλως γίνεσθαι, ἢ μετὰ συνόδου, καὶ ἐπικρίσεως ἐπισκόπων, τῶν, μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀναπαυσαμένου, τὴν ἐξουσίαν ἐχόντων τοῦ προάγεσθαι τὸν ἄξιον.

κδ'.

C Τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ καλῶς ἔχειν φυλάττεσθαι δεῖν, μετὰ πάσης ἐπιμελείας, καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως, καὶ πίστεως τῆς εἰς τὸν πάντων ἔφορον καὶ κριτὴν Θεόν· ἃ καὶ διοικεῖσθαι προσήκει μετὰ κρίσεως καὶ ἐξουσίας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ πεπιστευμένου πάντα τὸν λαὸν, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν συναγομένων. φανερὰ δὲ εἶναι, τὰ διαφέροντα τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ γνώσεως τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων· ὥστε τούτους εἰδέναι, καὶ μὴ ἀγνοεῖν, τίνα ποτέ ἐστι τῆς ἐκκλησίας, ὥστε μη-E δὲν αὐτοὺς λανθάνειν· ἵν' εἰ συμβαίη τὸν ἐπίσκοπον μεταλλάττειν τὸν βίον, φανερῶν ὄντων τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ πραγμάτων, μήτε αὐτὰ διαπίπτειν καὶ ἀπόλλυσθαι, μήτε τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου ἐνοχλεῖσθαι προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. δίκαιον γὰρ καὶ ἀρεστὸν παρά τε τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου, οἷς ἂν αὐτὸς βούλεται, καταλιμπάνεσθαι· τὰ μέντοι τῆς ἐκκλησίας, αὐτῇ φυλάττεσθαι. καὶ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ὑπομένειν

ὑπομένειν ζημίας, μήτε τὸν ἐπίσκοπον προφάσει τῆς ἐκκλησίας δημεύεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, μετὰ τοῦ καὶ αὐτὸν μετὰ θάνατον δυσφημίᾳ περιβάλλεσθαι.

κέ.

Ἐπίσκοπον ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων ἐξουσίαν, ὥστε διοικεῖν εἰς πάντας τοὺς δεομένους μετὰ πάσης εὐλαβείας καὶ φόβου Θεοῦ. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας, καὶ τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον λέγοντα· ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. εἰ δὲ μὴ τούτοις ἀρκοῖτο, μεταβάλλοι δὲ τὰ πράγματα εἰς οἰκιακὰς αὐτοῦ χρείας, καὶ τοὺς πόρους τῆς ἐκκλησίας, ἢ τοὺς τῶν ἀγρῶν καρποὺς, μὴ μετὰ γνώμης τῶν πρεσβυτέρων, ἢ τῶν διακόνων, χειρίζοι, ἀλλ' οἰκείοις αὐτοῦ, καὶ συγγενέσιν, ἢ ἀδελφοῖς, ἢ υἱοῖς, παρέχοιτο τὴν ἐξουσίαν, εἰς τὸ, διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας· τοῦτον εὐθύνας παρέχειν τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. εἰ δὲ καὶ ἄλλως διαβάλλοιτο ὁ ἐπίσκοπος, ἢ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι, ὡς τὰ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφέροντα, ἤτοι ἐξ ἀγρῶν, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀποφερόμενοι, ὡς θλίβεσθαι μὲν τοὺς πένητας, διαβολὴν δὲ καὶ δυσφημίαν περιτρίβεσθαι τῷ τε λόγῳ, καὶ τοῖς οὕτω διοικοῦσιν. καὶ τούτους διορθώσεως τυγχάνειν, τὸ πρέπον δοκιμαζούσης τῆς ἁγίας συνόδου.

A damnatum aliquod sustineat, nec episcopus ecclesiæ prætextu proscribatur, vel qui ad eum attinent, in negotia incidant cum eo, quod & ipsum post mortem malis omnibus prosequantur. ANNO CHRISTI 341.

XXV.

Episcopus habeat rerum ecclesiæ potestatem, ut eas in omnes egentes dispenset cum multa cautione & Dei timore: ipse autem eorum, quæ opus est, sit particeps ad usus necessarios, & fratrum qui apud eum hospitio excipiuntur, ut ipsi nullo modo priventur secundum divinum apostolum, qui dicit: *Habentes autem alimenta & quibus tegamur, iis contenti erimus.* (1. Tim. 6.) Sin autem iis non sit contentus, & res in proprios usus convertat, & ecclesiæ reditus, vel agrorum fructus non cum presbyterorum vel diaconorum sententia administret, sed suis cognatis, vel fratribus, vel filiis præbeat facultates, ut per hæc rationes ecclesiæ latenter lædantur, is det synodo provinciæ rationem. Sin autem etiam alias insimuletur episcopus, vel qui sunt cum eo presbyteri, quod quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex quacumque alia causa ecclesiastica, ad seipsos referant, ut pauperes quidam opprimantur, & invidia ac infamia verbo inuratur, & iis qui sic administrant: ii quoque correctionem assequantur, sancta synodo id quod decet examinante.

CANONES

CONCILII ANTIOCHENI.

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITVLI CANONVM.

XXI. *Vt*

ANNO CHRISTI 341.

XXI. Vt nullo modò episcopus de parochia in aliam parochiam transeat.

XXII. Vt in altera parochia clericos alterius parochiæ episcopus nullatenus ordinet.

XXIII. Vt nullum ad episcopatum pro se constituat promovendum.

XXIV. De rebus ad ecclesiam pertinentibus, & de his quæ propria episcopi esse noscuntur.

XXV. Vt episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem.

CANONES.

I.

OMNES, qui ausi fuerint dissolvere diffinitionem sancti & magni concilii quod apud Nicæam congregatum est sub præsentia piissimi & venerandi principis Constantini, de salutifera solennitate sacratissimi paschæ, excommunicandos, & de ecclesia pellendos esse censemus, si tamen contentiosius adversus ea quæ bene sunt decreta perstiterint: & hæc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum, qui præesse noscuntur ecclesiæ, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post hanc definitionem tentaverit, ad subversionem populorum, ecclesiarumque perturbationem, seorsum colligere, & cum Iudæis pascha celebrare: sancta synodus hunc alienum jam hinc ab ecclesia judicavit, quod non solum sibi, sed & plurimis causa corruptionis & perturbationis extiterit. Nec solum tales a ministerio removet, sed etiam illos, qui post damnationem hujusmodi communicare tentaverint, damnatos autem, omni quoque extrinsecus honore privari, quem sancta regula & sacerdotium Dei promeruit.

II.

Omnes qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctæ communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur, quamdiu per confessionem pœnitentiæ fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his, qui per domos conveniunt, devitantes orationes ecclesiæ, simul orandum est: ab alia quoque ecclesia non suscipiendum, qui in alia minime congregatur. Si quis autem de episcopis, aut presbyteris, vel diaconis, seu quilibet ex clero, deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste privetur communione, tamquam qui regulam confundat ecclesiæ.

In decret. Ivonis lib. 5.

III.

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parochiam propriam deserens, ad aliam properaverit, vel omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo episcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Si vero pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coerceatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissolvat.

IV.

Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter, aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei, nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed communicantes ei omnes abjici de ecclesia, & maxime, si posteaquam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.

II. q. quis pus d tus.

V.

Si quis presbyter aut diaconus episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestravit, & seorsum colligens altare constituit, & commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum convocanti, hic damnetur omni modo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si ecclesiam conturbare & solicitare persistat, tamquam seditiosus, per potestates exteras opprimatur.

VI.

Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis quam suo reconcilietur episcopo, aut certe ad synodum, quæ congregatur, occurrens pro se satisfaciat, & persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos, omnesque, qui sub regula esse monstrantur.

VII.

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis, suscipiatur epistolis.

VIII.

Presbyteri, qui sunt in agris, canonicas epistolas dare non possunt: ad solos tantum vicinos episcopos literas destinabunt. Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est, generales epistolas.

IX.

Per singulas regiones episcopos convenit nosse, metropolitanum episcopum solicitu-

solicitudinem totius provinciæ gerere. A Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Vnde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quæ ad suam diœcesim pertinent, possessionesque subjectas. Vnusquisque enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatem, ut regat juxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis, B quæ sub ejus est potestate, ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & singula suo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacerdotum.

X.

Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut episcopi consecrati sint, tamen sanctæ synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernent sibi subjectas ecclesias, earumque moderamine curaque C contenti sint. Ordinent etiam lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare, præter civitatis episcopum, cui ipse cum possessione subjectus est. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus, quo utebatur honore privetur. Chorepiscopum vero civitatis episcopus ordinet, cui ille subjectus est.

XI.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut D quilibet regulæ subjectus ecclesiæ, præter consilium & literas episcoporum provinciæ, & præcipue metropolitani, adierit imperatorē, hunc reprobari & abjici oportere, non solum a communione, verum & ab honore, cujus particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentavit inferre contra leges ecclesiæ. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & consilio metropolitani, & ceterorum E episcoporum, qui in eadem provincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

XII.

Si quis a proprio episcopo presbyter, aut diaconus, aut a synodo fuerit episcopus forte damnatus, & imperatoris auribus molestus extiterit, oporteat ad majus episcoporum converti concilium, & quæ putaverint habere justa, plurimis episcopis suggerant, eorumque discussiones ac judicia præstolentur. Si vero hæc parvipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus opperiri dijudicamus.

ANNO CHRISTI 341.

XIII.

Nullus episcopus ex alia provincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerii aliquos in ecclesiis ordinare, licet consensum videantur præbere nonnulli, nisi literis tam metropolitani quam ceterorum qui cum eo sunt episcoporum rogatus adveniat, & sic ad actionem ordinationis accedat. Si vero nullo vocante, inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus & ecclesiasticis negotiis, ad eum non pertinentibus, componendis; irrita quidem quæ ab eo geruntur existant, ipse vero incompositi motus sui & irrationabilis audaciæ subeat ultionem, ex hoc jam damnatus a sancto concilio.

XIV.

Si quis episcopus de certis criminibus judicetur, & contingat de eo comprovinciales episcopos diffidere, cum judicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis existimatur, pro totius hujus ambiguitatis absolutione, sanctæ synodo placuit ut metropolitanus episcopus a vicina provincia judices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos, simul & per comprovinciales episcopos, quod justum visum fuerit approbetur.

XV.

Si quis episcopus, de certis criminibus accusatus, condemnetur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, cunctique consonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciæ manere sententiam.

XVI.

Si quis episcopus vacans in ecclesiam vacantem prosiliat, sedemque pervadat, absque integro perfectoque concilio, hic abjiciatur necesse est, etsi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum vero concilium illud est, ubi interfuerit metropolitanus antistes.

XVII.

Si quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & præesse populo constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione privari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreverit ejusdem provinciæ synodus sacerdotum. Dist. 92. Si quis episcopus per manus.

XVIII.

Si quis episcopus ordinatus, ad parochiam

ANNO CHRISTI 341.

chiam minime, cui est electus, accesserit, non suo vitio, sed quod eum aut populus, * vitet, aut propter aliam causam, non tamen ejus vitio perpetratam: hic & honoris sit & ministerii particeps, dummodo nil molestus ecclesiæ rebus existat, ubi ministrare cognoscitur. Quem etiam observare conveniet, quidquid synodus perfecta provinciæ quod visum fuerit judicando decreverit.

* vetet,

XIX.

Episcopus præter synodum & præsentiam metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito, melius quidem est ut omnes simul adsint ejusdem provinciæ sacerdotes, quos metropolitanus episcopus advocare debebit. Et si quidem omnes occurrerint, optime: quod si difficile fuerit, saltem plures adesse omnino convenit, aut certe scriptis ejusdem sententiæ comprobari: & ita sub plurimorum vel præsentia vel decreto ordinatio celebretur. Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat. Si vero juxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

XX.

Propter utilitates ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum, quæ dubitationem controversiamque recipiunt, optime placuit, ut per singulas quasque provincias bis in anno episcoporum concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi paschalis, ita ut in quarta septimana quæ consequitur, id est medio pentecostes, conveniat synodus, metropolitano comprovinciales episcopos admonente. Secunda vero synodus fiat Idibus Octobris, id est quintodecimo die mensis Octobris, quem Hyperberetæon Græci nominant. In ipsis autem conciliis adsint presbyteri & diaconi, & omnes qui se læsos existimant, & synodi experiantur examen. Nullis vero liceat apud se celebrare concilia, præter eos quibus metropolitana videntur esse jura commissa.

XXI.

Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab episcopis necessitate compulsus: maneat autem in ecclesia quam primitus a Deo sortitus est: nec inde transmigret, secundum pristinum de hac re terminum constitutum.

XXII.

Episcopus alienam civitatem, quæ non est illi subjecta, non adeat: nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet super ordinationem cujusquam: nec constituat presbyteros, aut diaconos alteri subjectos episcopo, nisi forte cum consilio & voluntate regionis episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita sit ejus ordinatio, & ipse coerceatur a synodo. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus judicabit.

XXIII.

8. q. 1. [Epi]scopo [non] liceat [...] se.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perveniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse hujusmodi est constitutum. Servetur autem jus ecclesiasticum, id continens, oportere non aliter fieri, nisi cum synodo & judicio episcoporum, qui post obitum quiescentis, potestatem habent eum qui dignus extiterit promovere.

XXIV.

Quæ sunt ecclesiæ, sub omni sollicitudine, & conscientia bona, & fide, quæ in Deum est, qui cuncta considerat judicatque, serventur: quæ etiam dispensanda sunt judicio & potestate pontificis, cui commissus est populus, & animæ quæ in ecclesia congregantur. Manifesta vero sint quæ pertinere videntur ad ecclesiam, cum notitia presbyterorum & diaconorum, qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscant, nec ignorent, quæ sunt ecclesiæ propria, nec eos aliquid lateat: ut si contigerit episcopum migrare de sæculo, certis existentibus rebus, quæ sunt ecclesiæ, nec ipsæ collapsæ depereant, nec quæ propria probantur episcopi, sub occasione rerum pervadantur ecclesiæ. Iustum namque & acceptum est coram Deo & hominibus, ut sua episcopus quibus voluerit derelinquat, & quæ ecclesiæ sunt eidem conserventur ecclesiæ, ut nec ecclesia aliquod patiatur incommodum, nec episcopus sub occasione proscribatur ecclesiæ, & in causas incidant qui ad eum pertinent, & ipse post obitum maledictionibus ingravetur.

XXV.

12. q. [...] [Epi]scop[us ec]clesia[...] rum[...]

Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reverentia & timore Dei. Participet autem & ipse, quibus indiget, si tamen indiget, tam in suis, quam in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occasione fraudentur, juxta sanctum apostolum sic dicentem: *Habentes victum & tegumentum, his contenti sumus.* Quod si contentus istis minime fuerit, convertat autem res ecclesiæ in suos usus domesticos, & ejus commoda vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conscientia diaconorumque pertractet, sed

1. Ti[m.]

sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filiisque committat, ut per hujusmodi personas occulte ceteræ lædantur ecclesiæ, synodo provinciæ pœnas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri qui cum ipso sunt, quod ea quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibi-

A met usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, * criminatori vero & blasphemiis tam sermo prædicationis, quam hi qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet approbante. Et subscripserunt triginta † episcopi, qui in eodem concilio convenerunt.

ANNO CHRISTI 341.

* criminationi.

† Superius tantum XXIX. exprimuntur, qui supra in principio alterius translationis hujus concilii annotati sunt.

CANONES

CONCILII ANTIOCHENI.

Ex interpretatione " Isidori Mercatoris.

TITVLI CANONVM.

CANONES.

I.

OMNES qui audent dissolvere regulam sancti & magni concilii Nicæni, quod celebratum est in præsentia " Dei amantissimi Constantini imperatoris, de sancta & salutari festivitate paschali salvatoris nostri, " excommunicatos & ejectos ab ecclesia esse debere, maxime si perseverent studio contentionis, ad sub- B vertenda ea quæ optime constituta sunt. Et hæc quidem dicta sunt de laicis. Si autem de præpositis ecclesiæ aliquis, id est, vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus, post hanc definitionem, & hunc terminum, ausus fuerit, in subversionem populorum & perturbationem ecclesiarum, seorsum colligere, & cum Iudæis pascha voluerit celebrare, hunc sancta synodus ab hoc jam alienum ab ecclesia esse judicavit, tamquam eum qui non solum proprii peccati, sed & aliorum corruptæ mentis & conversationis supplantator exstiterit, reus. Et non solum hujuscemodi deponit a sacerdotio & ministerio, C sed & eos qui ausi fuerint his communicare post damnationem. Depositos autem etiam honore qui extrinsecus est privari oportet, quem ' sanctus canon & Dei sacerdotium promeruit.

' Per sanctos canones D. s. meruit.

II.

Ex apost. can. 10.

Omnes qui ingrediuntur in ecclesiam Dei, & sacras scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, aversantur etiam sanctam assumptionem dominici sacramenti, secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab ecclesia ejici oportet, donec confitentes, fructum pœnitentiæ demonstrent, D & deprecati fuerint, ut data venia suscipi mereantur. Non autem liceat communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare qui ecclesiæ non participant in oratione, nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si quis episcoporum vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hunc oportet communione privari, tamquam ecclesiæ regulas confundentem.

7. q. 1. Si quis presbyter, vel diaconus.

III.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel

ANNO CHRISTI 341.

quilibet clericus, deserta sua * ecclesia ad A aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quo migravit, perpetuo manere, ulterius ministrare non debet, presertim si ab episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus. Quod si & post evocationem sui episcopi non obedierit, sed inobediens perseveraverit, omnibus modis ab officio suo deponi debere, nec aliquando facultatem habeat ad ecclesiasticum ordinem redeundi. Si vero propter hanc culpam depositum alius episco- B pus susceperit, & ipse a communi synodo arguatur, tamquam ecclesiastica jura dissolvens.

* diœcesi.

IV.

Si quis episcopus a synodo fuerit depositus, vel presbyter, vel diaconus, a proprio episcopo condemnatus, & præsumpserit sacerdotii seu sacri ministerii aliquam actionem, non ei amplius liceat neque in alia synodo spem restitutionis habere, neque * assertionis alicujus locum, sed & communicantes ei abjici omnes ab ecclesia, maxime si, postquam cognoverunt sententiam adversus eum fuisse prolatam, ei contumaciter communicarunt.

* satisfactionis.

V.

Si quis presbyter, vel diaconus contempto suo episcopo, seipsum ab ecclesia segregaverit, & privatim apud se, collectis populis, altare erigere ausus fuerit, & nihilo minus, episcopo se exhortante, & semel & iterum revocante inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem, aut proprium honorem recipere sperret. Quod si etiam perseveraverit, conturbans & concitans ecclesiam, per eam, quæ foris est, potestatem, hunc tamquam seditiosum corripi oportet.

VI.

11. q. 3. Si quis a proprio episcopo.

Si quis a proprio episcopo excommunicatus est, non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut a suo fuerit receptus episcopo, aut, concilio facto, occurrat ut respondeat. & si synodo satisfecerit, * statuimus sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes qui in clero sunt, convenit observari.

* quod statuerit, sub

VII.

Distinct. 71 Nullum absque formata.

Nullum absque formata (quam Græci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipi oportet.

VIII.

Chorepiscopi qui.

Neque presbyter ad regiones longinquas formatas (id est canonicas) epistolas dare, & nisi ad finitimos episcopos, simplices epistolas mittere præsumat. Vicariis vero episcopi, qui a Græcis chorepiscopi vocantur, formatas facere liceat.

IX.

6. qu... singu... provi...

Per singulas provincias episcopos constitutos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui præest, curam & solicitudinem totius provinciæ suscepisse. Propter quod ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent sine dubio concurratur. Quapropter placuit eum & honore præire, & nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum patrum nostrorum qui obtinuit canonem, nisi hæc tantum quæ uniuscujusque ecclesiæ per suam diœcesim competunt. Unumquemque enim episcopum oportet habere suæ diœcesis potestatem, ad hanc gubernandam secundum competentem sibi reverentiam, ad providendum omni regioni, quæ sub ipsius est civitate, ita ut etiam ordinare ei presbyteros & diaconos probabili judicio liceat, & de singulis illius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. C Ultra autem nihil agere permittitur citra metropolitani episcopi conscientiam, nec metropolitanus sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

X.

Qui in villis & vicis constituti sunt chorepiscopi, tametsi manus impositionem ab episcopis susceperunt, & ut episcopi sunt consecrati, tamen placuit sanctæ synodo scire eos oportere modum proprium retinere, & gubernare adjacentes ecclesias sibi commissas, & esse contentos propria solicitudine & D gubernatione, quam susceperunt. Constituere autem his permittitur lectores, & subdiaconos atque exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Non autem presbyterum, non diaconum audeant ordinare, præter conscientiam episcopi civitatis vel ecclesiæ, cui adjacens invenitur seu ipse, seu regio, in qua præesse dignoscitur. Quod si quis prævaricari ausus fuerit constituta, deponi eum, & dignitate qua præditus est debere privari. Chorepiscopus autem ab episcopo civitatis, vel loci, cui idem adjacet, ordinandus est.

E

XI.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel quicumque clericus, & omnis omnino qui est sub * ecclesiastica regula constitutus, * præter consilium vel literas eorum episcoporum, qui sunt intra provinciam, & maxime metropolitani, ad imperatorem perrexerit, hunc abdicari & ejici non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate privari tamquam molestum & importunum imperialibus auribus,

can...

bus, contra ecclesiastica constituta. Si autem necessitas cogat ad imperatorem excurrere, propter aliquam actionem, cum deliberatione & consilio metropolitani ipsius provinciæ episcopi, & ceterorum conscientia episcoporum, qui in eadem provincia sunt, atque cum literis eorum ire debebit.

XII.

Si quis a proprio episcopo depositus vel presbyter, vel diaconus, aut etiam si a synodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus, molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad majorem episcoporum synodum sese convertat, & quæ se putat habere justa in eorum concilio alleget, atque ab his de se expectet quæ fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed imperatori fuerit importunus, hujusmodi nullam veniam habeat, neque locum ullius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

XIII.

Nullum episcopum audere debere ex alia provincia ad aliam transitum facere, & ordinare aliquos in ecclesiis, aut provehere ad sacrum ministerium, nec alios illuc secum attrahat episcopos, nisi forte per literas rogatus, abierit, non solum a metropolitano, sed & ab his, qui cum eo sunt omnibus ipsius provinciæ episcopis. Quod si nullo invitante, inordinate superveniat, & aliquos vel ordinare præsumpserit, vel quoslibet actus illi ecclesiæ competentes, quæ ad se minime pertinent, usurpare tentaverit, vacua quidem & inania erunt omnia quæ gesserit, ipse vero hujus indisciplinati ausus & irrationabilis cœpti dignas causas expendat, tamquam depositus a synodo sancta, & propter hujusmodi præsumptionem jam prædamnatus.

XIV.

Si quis episcopus de aliquibus causis criminalibus in judicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis episcopos provinciæ qui convenerunt diversas habere sententias, & alios quidem innocentem eum pronuntiare, alios reum, propter hujuscemodi itaque controversiam amputandam, placuit sanctæ synodo metropolitanum episcopum alterius vicinæ provinciæ advocari oportere, & aliquantos cum eo episcopos alios; qui pariter residentes quæcumque fuerint dirimant quæstiones, propter hoc, ut firmum sit judicium quod ab unius provinciæ episcopis fuerit promulgatum.

XV.

Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra provinciam, episcopis, exceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius judicari non poterit, sed manere circa eum oportet, tamquam convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

XVI.

Si quis episcopus vacans in ecclesiam vacantem supervenerit, & hanc obrepenter, præter plenariam synodum, diripiendam esse crediderit, hunc abjici oportet, tametsi eum plebs quam diripuerit, velit sibi episcopum retinere. Illa autem dicitur synodus 'plenaria, in qua etiam episcopus metropolitanus adfuerit.

XVII.

Si quis episcopus, suscepta manus impositione, & deputatus populis præesse, non suscipiat ministerium sacerdotii, nec consentiat abire in ecclesiam cui fuerat ordinatus, hunc incommunicabilem esse debere, donec coactus consentiat plebem suscipere sibimet deputatam, aut provinciæ plenaria synodus episcoporum de eo aliquid statuat.

XVIII.

Si quis episcopus ordinatus non abierit in parochiam cui ordinatus est, non suo vitio, sed plebis forsitan contradictione, hic honorem susceptum retinere debebit, & sacerdotio fungi, ita ut nihil molestiæ afferat ecclesiæ illi in qua est constitutus. Expectare autem eum oportet provinciæ plenariam synodum, donec de eo quod competit statuatur.

XIX.

Episcopum non ordinandum sine consilio & præsentia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni provincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt, propriis literis consensum suum de seipso designent, & tunc demum, post plurimorum sive per præsentiam, sive per literas consensum, sententia consona ordinetur. Quod si aliter, quam statutum est, fiat, nihil valere hujusmodi ordinationem. Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui, propter proprias & domesticas simultates, his contemptis sententia de eo obtineat plurimorum.

XX.

Propter ecclesiasticas causas, & quæ existunt controversias dissolvendas, sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum concilium fieri. Semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta 'septimana sancti paschæ perfici concilium possit, convocante metropolitano episcopo omnes provinciæ episcopos. Secundo autem concilium fieri Idibus Octobris, qui dies apud Græcos Hyperberetæi mensis decimus quintus invenitur: ita ut in his conciliis procedant omnes presbyteri, diacones, & reliqui qui

Anno Christi 341.

'perfecta.

Dist. 92. Si quis episcopus vacans. istud est in decr. Ivo. lib. 4.

Dist. 92. Si quis episcopus ordinatus.

Dist. 65. Episcopus non est ordinandus.

Dist. 18. Propter ecclesiasticas. Et in decr. Ivo. lib. 4.

'hebdomada quæ consequitur, id est mediæ pētecostes.

ANNO CHRISTI 341.

qui se læsos dicunt," ut in concilio eorum A causa examinata, ad debitum judicium perveniant. Nec liceat ulli proprie apud semetipsum concilium celebrare, præter " eos quibus metropoles creditæ sunt.

"Et synodicam expectare sententiam.
" metropolitanorum episcoporũ conscientiã facere quibus de omnibus causis cõstat permissum esse judicium

XXI.

7 q. 1. Episcopum de diœcesi.

Episcopum de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si a populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur. Manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alio demi- B grare, secundum regulam super hoc olim a patribus constitutam.

XXII.

9 q. 2 Episcopum nõ debere.

Episcopum non debere in alienam irruere civitatem, quæ illi probatur non esse subjecta, neque in regionem, quæ ad ejus curam minime dignoscitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque presbyteros, neque diaconos constituere ad alios episcopos pertinentes, nisi forte cum consilio & voluntate propriæ regionis episcopi. Quod si quispiam horum aliquid audere voluerit, irrita quidem erit hujusmodi ordinatio, & is qui male u- C surpaverit a synodo arguatur. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum judicare præsumat.

XXIII.

Episcopos non licere, tamquam successorem sibi futurum, constituere alterum, quamvis circa " viciniam mortis habeatur. Quod si tale aliquid factum fuerit, irrita sit hujusmodi ordinatio. Custodiri autem oportet ecclesiastica constituta, quæ se ita continent, non posse aliter episcopum fieri, nisi in concilio D & cum consensu episcoporum, eorum dumtaxat, qui post obitum illius qui præcessit, habuerint potestatem eum qui dignus fuerit provehendi.

" vicina.

XXIV.

9 q. 1. Quæcumque ecclesiæ.

Quæcumque res ecclesiæ sunt, bene debent cum omni diligentia & bona fide servari: illa scilicet fide, quæ Deo servatur, omnia providenti atque judicanti, easque gubernari & dispensari oportet cum judicio & potestate episcopi, cui E totius plebis animæ videntur esse commissæ. Manifesta autem esse oportet, quæ ecclesiæ competunt, sub conscientia eorum presbyterorum & diaconorum, qui circa ipsum sunt, ut ipsi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum quæ sunt propria ecclesiæ. Ut si contigerit episcopum ex hac vita migrare cum manifestæ sunt & notæ res ecclesiasticæ, non intercidant atque depereant, sed nec res propriæ episcopi, tamquam obnoxiæ, rerum ecclesiasticarum occasione, ullius A pulsentur injuria: quia justum & acceptum est apud Deum & homines, quæ propria sunt episcopi, quibus ipse jusserit derelinqui, & quæ ecclesiæ, ipsi servari. Ita enim fit, ut nec ecclesia damno aliquo affligatur, nec episcopus occasione rerum ecclesiasticarum proscribatur, neque pertinentes ad eum causas incurrant, quo post mortem memoria ejus maledictis aliquibus oneretur.

Idẽ habetur in canonibus apostolorum can. 39.

XXV.

Episcopum habere rerum ecclesiasticarum potestatem ad dispensandum omni- B bus indigentibus cum omni timore & reverentia Dei. Ipsum quoque ex eis percipere atque uti debere quibus indiget, si tamen indiget, vel ad suas necessarias expensas, vel fratrum qui apud eum hospitalitatis gratia commorantur, ut nulla ex parte per inopiam defraudentur, secundum apostolum dicentem: *Habentes victum quotidianum & tegumentum corporis his contenti sumus.* Quod si his minime contentus atque sufficiens, transferat in necessitates domesticas ecclesiasticas res, vel commoda quælibet ecclesiæ, aut a- C grorum ecclesiasticorum fructus citra conscientiam presbyterorum " apud se redigat, & domesticis suis vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filiis earum rerum tribuat potestatem, ut per eorum secretam diligentiam ceteri ecclesiastici lędi videantur, reatum hunc, qui hujusmodi est, apud metropolitanum provinciæ prestare debebit. Quod si aliter reprehendatur episcopus, vel qui cum ipso sunt presbyteri, quo dicatur, hęc quæ ad ecclesiam pertinent, sive de agris, D sive de aliis quibuscumque ecclesiasticis causis, eos sibimet usurpare, pauperes vero necessitate & penuria opprimi, atque ex hoc ipso non solum ecclesiasticæ rationi, verum etiam dispensatoribus ejus maledicta & reprehensio augeatur: hos igitur correptionem oportet mereri, quam condecet, sancta synodo cognoscente. Eusebius omnibus quæ constituta sunt a sancta synodo pręsens consensi. Theodorus, Nicetas, Macedonius, Ana- E tolius, Tarcodimantus, Æthereus, Narcissus, Eustachius, Hesychius, Mauricius, Paulus, & ceteri, † consenserunt & subscripserunt triginta episcopi. ‡

1. Ti[m.]
" vel nor[...]

NOTÆ SEVERINI BINII.

Concilium.] Cum Iulius Pontifex an. Christi 340. concilium, quod Arianorum legati, per Alexandrinæ synodi deputatos convicti, ad causam Athanasii ab exilio revocati latius discutiendam, Romæ indici ac celebrari petiverant, indixisset, eosque ad præfinitum terminum citasset, jamque Athanasius ultra annum eorum adventum præstolatus fuisset, ut honesto prætextu indictum Romæ conventum subterfugerent, auctore Constantio procurarunt, ut Antiochiæ nobilissimi illius templi, quod a Constantino magno inceptum, quodque sub Constantio postmodum

† Q[...] nom[...] Græ[...] supe[...] conu[...]
‡ In[...] huju[...] cili[...] tati.
Aria[...] legat[...] calu[...] conv[...] conc[...] prov[...] Occ[...] enca[...] epis[...] Anti[...] cong[...]

modum absolutum, præ sui excellentia dominicum aureum appellatum fuit, encænia & dedicatio celebraretur. Callidum imperatoris inventum placuit: convocantur a Constantio per literas episcopi, teste Athanasio lib de synodis, nonaginta; vel, quod habet Hilarius lib. de synodis, nonaginta septem, quamquam Sozomenus lib. 3. cap 5. nonaginta novem convocatos ac congregatos fuisse scribat. Ex his triginta sex Ariani erant: verum, quam occultam in pectore gerebant, hæresim ac fraudem mirifice admodum tegebant. Ne enim viderentur non catholici, hujus conventus principio Arianum nomen publicis scriptis aversati sunt, atque extrinsecus insignes sese fidei ac morum vindices jactitarunt, eo ipso quod Eustathium ob adulterium & Sabellii hæresim condemnatum episcopatu deposuissent. Mirum igitur videri non debet, quod cum Arianis catholici convenerint, simul in sacris encæniorum solennitatibus communicarint, simulque in uno eodemque concilio consederint. Peracta igitur templi dedicati celebritate, in eodem episcoporum conventu causa Athanasii in judicium deducta est post repetitas eas calumnias, quæ in Tyrio conventu propositæ ac refutatæ fuerant, accusatur, quod contra canones ab exilio revocatus, & pristinæ Alexandrinæ ecclesiæ restitutus sit: nam episcopatu amotum non aliter quam per concilium restitui oportere aiebant. Hoc modo cum Athanasius restitutus non fuisset, Eusebianorum calculo dumtaxat dijudicatum est, eum juste depositum a sede Alexandrina, cui non legitime restitutus esset, deturbandum, aliumque in ejus locum subrogandum esse. Huic decreto, quantumvis episcopi catholici majoris numeri voto suo contradicerent, tamen Constantii imperatoris nutu, favore ac voluntate, illud sartum tectumque habitum est, quod Eusebiani numero pauciores constituerant. Post multa de subrogando in locum ejus alio episcopo ex sententia Eusebii Nicomediensis olim, nunc Constantinopolitani, Eusebius Emissenus homo nondum sacris initiatus, quem sancti Hieronymi chron. Arianæ factionis signiferum appellat, *ad sedem ecclesiæ Alexandrinæ* (hæc Sozom lib. 3. cap. 5.) *capessendam designatus est: nam putabat illum, tum propter piæ vitæ institutionem, tum propter singularem in dicendo facultatem, animos Ægyptiorum a benevolentia, qua Athanasium complectebantur, facile avocaturum. At ubi episcopatum capessere recusavit, ratione secum inita, quod paratum in odium apud Alexandrinos incurreret, qui videre non poterant alterum in locum Athanasii subrogatum, ecclesiæ Alexandrinæ episcopatus Gregorio tributus est*; homini nimirum Ariano, peregrino Cappadoci, quem Philagrius & Arsacius præfecti magna catholicorum strage anno Christi 341. introduxerunt, Sardicensis concilii patres deposuerunt: quem denique populus Alexandrinæ ecclesiæ decimo mense post habitum Sardicense concilium occiderunt. His rebus contra Athanasium Nicænæ fidei acerrimum defensorem ita peractis, ut Nicænæ fidei symbolum evertant, nomenque *consubstantialis* inde callide, vafre, & quasi per cuniculos expungant, se Arium detestari, ac procul ab ejus sententia abhorrere fidei confessione hac, quam infra ex Socrate subjungimus, conscripta profitentur.

Formula fidei hæc est:

Nos neque sumus Arii sectatores (qui namque fieri potest ut cum simus episcopi Ario presbytero auscultemus?) neque aliam fidem, quam quæ ab initio divulgata sit, recipimus: sed cum in fidem ejus studiose inquirere, eamque accurate expendere niteremur, Arium potius ad nos revertentem admisimus, quam ejus opinioni sumus ipsi obsecuti: idque ex iis quæ dicentur facile cognoscetis. Nam nos ab initio didicimus, in unum Deum totius universitatis, omnium rerum, quæ tum mente tum sensu percipiuntur, opificem & * curatorem credere: & in unum Filium Dei unigenitum, qui fuit ante omnia sæcula, & una cum Patre, qui eum genuerat, extitit: per quem omnia visibilia & invisibilia facta sunt: qui in novissimis diebus secundum Patris beneplacitum descendit, & carnem de sancta virgine assumpsit: qui omnem Patris sui voluntatem explevit: qui passus est, resurrexit, & ad cælos ascendit, & ad dexteram Patris sedet, & venturus est judicare vivos & mortuos, & rex ac Deus in sæcula permansurus. Credimus etiam in Spiritum sanctum: &, si quid amplius adjungendum est, credimus carnis resurrectionem, & vitam æternam.

ANNO CHRIST 341

Socr. Hist. eccl. l. 2. c. 7.

Ἡμεῖς οὔτε ἀκόλουθοι Ἀρείου γεγόναμεν. πῶς γὰρ ἐπίσκοποι ὄντες ἀκολουθήσομεν πρεσβυτέρῳ, οὔτε ἄλλην τινὰ πίστιν παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐκτεθεῖσαν ἐδεξάμεθα. Ἀλλὰ ἡμεῖς ἐξετασταὶ καὶ δοκιμασταὶ τῆς πίστεως αὐτοῦ γενόμενοι, μᾶλλον αὐτὸν προσηκάμεθα ἤπερ ἡμεῖς ἠκολουθήσαμεν. καὶ γνώσεσθε ἀπὸ τῶν λεγομένων. μεμαθήκαμεν γὰρ ἐξ ἀρχῆς, εἰς ἕνα Θεὸν τὸν τῶν ὅλων πιστεύειν τῶν πάντων νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν δημιουργόν τε καὶ προνοητήν. καὶ εἰς ἕνα υἱὸν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ὑπάρχοντα, καὶ συνόντα τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν πατρὶ, δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. τὸν καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατ' εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς κατελθόντα, καὶ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ἀνειληφότα· καὶ πᾶσαν τὴν πατρικὴν αὐτοῦ βουλὴν συνεκπεπληρωκότα, πεπονθέναι καὶ ἐγηγέρθαι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνεληλυθέναι, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθέζεσθαι. καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ διαμένοντα βασιλέα καὶ Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. εἰ δὲ δεῖ προσθεῖναι πιστεύομεν καὶ περὶ σαρκὸς ἀναστάσεως, καὶ ζωῆς αἰωνίου.

Quæ cum de Filii Dei divinitate nimis jejune scripta esset, adeoque facile in Arianæ impietatis suspicionem venire potuisset, aliam quamdam, in qua suo sensu Filium substantiæ Patris imaginem profitentur, conscribi curarunt, quam ex Socratis lib. 2. cap. 7. subjicimus.

Secunda fidei formula.

Credimus secundum euangelicam & apostolicam traditionem, in unum Deum Patrem omnipotentem, rerum universarum opificem & fabricatorem. Et in unum dominum Iesum Christum Filium ejus unigenitum Deum, per quem omnia facta sunt, genitum ante omnia sæcula ex Patre, Deum de Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, regem ex rege, dominum ex domino, Verbum vivum, Sapientiam vivam, Lucem veram, veritatis viam, Resurrectionem, Pastorem, Ostium: eumque nec converti, nec mutari posse, expressam divinitatis, essentiæ, virtutis, consilii, gloriæ Patris imaginem, Primogenitum omnis creaturæ: qui fuit initio apud Deum Deus Verbum, sicut in euangelio dictum est: *Et Deus erat Verbum, per quem omnia facta sunt*: & in quo omnia consistunt. Qui in novissimis diebus descendit de cælis, &c.

Πιστεύομεν ἀκολούθως τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ παραδόσει, εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν τε καὶ ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Θεὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς, Θεὸν, ἐκ Θεοῦ· ὅλον, ἐξ ὅλου· μόνον, ἐκ μόνου. τέλειον, ἐκ τελείου. βασιλέα, ἐκ βασιλέως· κύριον, ἀπὸ κυρίου. Λόγον ζῶντα, σοφίαν, ζωὴν, φῶς ἀληθινὸν, ὁδὸν ἀληθείας, ἀνάστασιν, ποιμένα, θύραν, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. τὸν τῆς θεότητος οὐσίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ βουλῆς καὶ δόξης τοῦ πατρὸς ἀπαράλλακτον εἰκόνα. τὸν πρωτότοκον πάσης

κτίσεως

ANNO CHRISTI 341.

κτίσεως τὸν ὄντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, λόγον Θεὸν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε. τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἄνωθεν, καὶ γεννηθέντα ἐκ παρθένου κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπόστολόν τε τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ὥς φησι, καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ' ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με· τὸν παθόντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός. καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ εἰς παράκλησιν καὶ ἁγιασμὸν, καὶ τελείωσιν τοῖς πιστεύουσι διδόμενον, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διετάξατο τοῖς μαθηταῖς λέγων. πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. δῆλον ὅτι πατρὸς ἀληθινῶς πατρὸς ὄντος, καὶ υἱοῦ ἀληθινῶς υἱοῦ ὄντος, καὶ πνεύματος ἁγίου ἀληθῶς ὄντος πνεύματος ἁγίου, τῶν ὀνομάτων οὐχ' ἁπλῶς οὐδὲ ἀργῶν κειμένων, ἀλλὰ σημαινόντων ἀκριβῶς τὴν ἰδίαν ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων ὑπόστασίν τε, καὶ τάξιν, καὶ δόξαν· ὡς εἶναι τῇ μὲν ὑποστάσει τρία. τῇ δὲ συμφωνίᾳ, ἕν. ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πίστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, πᾶσαν αἱρετικὴν ἀναθεματίζομεν κακοδοξίαν. καὶ εἴ τις παρὰ τὴν ὑγιῆ τῶν γραφῶν ὀρθὴν πίστιν διδάσκει λέγων, ἢ καιρὸν, ἢ αἰῶνα εἶναι, ἢ γεγονέναι πρὸ τούτου, υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις λέγει τὸν υἱὸν κτίσμα ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ἢ γέννημα ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, καὶ μὴ ὡς αἱ θεῖαι γραφαὶ παραδεδώκασι τῶν προειρημένων ἕκαστα· ἢ εἴ τις ἄλλο διδάσκει ἢ εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβομεν, ἀνάθεμα ἔστω. ἡμεῖς γὰρ πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν θείων γραφῶν παραδιδομένοις, ὑπό τε τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων, ἀληθινῶς τε καὶ ἐμφανῶς, καὶ πιστεύομεν, καὶ ἀκολουθοῦμεν.

Sed nec tunc quidem ejusmodi secundæ ab eis editæ fidei formulæ steterunt. *Theophronius enim Tyanensis episcopus* (inquit Athanasius de synodis) *aliam istiusmodi fidem a se compositam in præsentia omnium promulgavit; cui omnes, hominis religione approbata, subscripserunt.*

Ipsa fidei forma hæc est:

Tertia fidei formula.

Novit dominus, quem testem adversus animam meam invoco, quod credo in unum Deum Patrem omnipotentem, universitatis conditorem & auctorem, ex quo omnia: & in Filium ejus unigenitum, Deum, Verbum, Potentiam, & Sapientiam, dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia: eumque genitum esse ex Patre ante sæcula, Deum perfectum ex Deo perfecto, & apud Patrem existere in sua persona, & ultimis diebus descendisse, genitumque ex virgine esse secundum scripturas, &, postquam homo factus esset, passum esse, & resurrexisse a mortuis, & in cælos ascendisse, & sedere ad dexteram Patris sui, eumdemque iterum venturum esse cum gloria & potentia ad judicandum vivos & mortuos, eumdemque permanere in sæcula. Et in Spiritum sanctum consolatorem, Spiritum veritatis; quem etiam per prophetam promisit Deus se effusurum super servos suos, & quem dominus discipulis suis pollicitus est, & secundum pollicitationem misit, ut Acta apostolorum testantur. Si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diversa in animo retinet, anathema esto, aut quæ Marcelli Ancyrani, Sabellii, aut Pauli Samosateni sunt, sapiat; & ille quoque anathema esto, & quicumque cum eo communicant.

Actor.

Οἶδεν ὁ Θεὸς ὃν μάρτυρα καλῶ ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι οὕτως πιστεύω· εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων κτίστην καὶ ποιητὴν, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Θεὸν λόγον, δύναμιν καὶ σοφίαν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, Θεὸν τέλειον ἐκ Θεοῦ τελείου, καὶ ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ὑποστάσει, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν κατελθόντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς παρθένου κατὰ τὰς γραφὰς, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ μένοντα εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον, τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ καὶ διὰ τοῦ προφήτου ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς ἐκχέειν ἐπὶ τοὺς ἑαυτοῦ δούλους, καὶ ὁ κύριος ἐπηγγείλατο πέμψαι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὃ καὶ ἔπεμψεν, ὡς αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων μαρτυροῦσιν. εἰ δέ τις παρὰ ταύτην τὴν πίστιν διδάσκει, ἢ ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀνάθεμα ἔστω· καὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, ἢ Σαβελλίου, ἢ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἀνάθεμα ἔστω καὶ αὐτὸς, καὶ πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ.

Tribus præcedentibus hæretici semper instabiles sua ipsorum inconstantia & mobilitate damnati, ea calliditate & vafritie quartam formulam fidei addiderunt, ut pro temporis atque loci ratione, quæ sibi opportuna viderentur, ex illis unam ederent.

Quarta formula fidei hæc est:

Quarta formula fidei.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, conditorem & factorem rerum, ex quo omnis paternitas & in cælis & in terris nominatur. Et in unigenitum ejus Filium dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia sæcula ex Patre genitum, Deum ex Deo, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt in cælis & in terris, sive ea visibilia sint, sive invisibilia: eumdemque Verbum esse, Sapientiam, Virtutem, Vitam & veram Lucem: qui propter nos postremis temporibus homo factus est, & genitus ex sancta virgine: eumdemque credimus crucifixum, mortuum, sepultumque, tertio die ex mortuis resurrexisse, assumptumque in cælum, residere ad dexteram Patris, & venturum esse in consummatione, ut judicet vivos & mortuos, reddatque singulis secundum opera sua. Cujus regnum indestructibile permanet per infinitas ætates: sedet enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Credimusque in Spiritum sanctum, hoc est Paracletum, quem pollicitus apostolis, post reditum suum in cælos, misit, ut eos erudiret, omniaque

Anno Christi 341. Actor. I.

niaque illis in memoriam subjiceret: per quem animæ sanctificantur, quæ in illum sinceriter credunt. Eos porro qui dicunt Filium ex non ente, aut alia subsistentia, & non ex Deo esse; aut, Erat quando non erat Filius, alienos a se censet catholica ecclesia, &c. *omissa a Binio.*

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων. ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, τὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν, καὶ B φῶς ἀληθινὸν, καὶ ζωήν. τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανὸν, καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα διαμένει εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπείρους. ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸ παρά- C κλητον. ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον ἀπέστειλε καὶ διδάξαι, καὶ ὑπομνῆσαι αὐτοὺς πάντα ἔπεμψεν. δι' οὗ καὶ ἁγιάζονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτε ἦν χρόνος ἢ αἰὼν ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν, ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. Πάλιν οὖν ἐροῦμεν, εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δύο λέγει Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις λέγων. Θεὸν τὸν Χριστὸν προαιώνιον, υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπουργηκότα τῷ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν μὴ ὁμολογοίη, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν D ἀγέννητον, ἢ μέρος αὐτοῦ ἐκ Μαρίας λέγειν γεγεννῆσθαι τολμᾷ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις κατὰ πρόγνωσιν τὸν ἐκ Μαρίας λέγοι υἱὸν εἶναι καὶ μὴ πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον πρὸς τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάντα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ πλατύνεσθαι, ἢ συστέλλεσθαι φάσκοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις πλατυνομένην τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τὸν υἱὸν λέγοι ποιεῖν, ἢ τὸ πλατυσμὸν τῆς οὐσίας αὐτοῦ υἱὸν ὀνομάζει, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ἐνδιάθετον ἢ προφορικὸν λόγον λέγοι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ἄνθρωπον μόνον λέγοι τὸν υἱὸν τὸν ἐκ Μαρίας λέγων, Θεὸν τὸν ἀγέννητον, ἀγέννητον αὐτὸν νοεῖ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ἐγὼ Θεὸς E πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι Θεὸς τὸ ἐπ' ἀναιρέσει εἰδώλων, καὶ τῶν μὴ ὄντων Θεὸν εἰρημένον ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ μονογενοῦς πρὸ τῶν αἰώνων Θεοῦ Ιουδαϊκῶς ἐκλαμβάνοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο ἀκούων, τὸν λόγον εἰς σάρκα μεταβεβλῆσθαι νομίζοι, ἢ τροπὴν ὑπομεμενηκότα ἀνειληφέναι τὴν σάρκα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐσταυρωμένον ἀκούων, φθορὰν, ἢ πάθος, ἢ τροπὴν, ἢ μείωσιν, ἢ ἀναίρεσιν ὑπομεμενηκέναι λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, μὴ τὸν πατέρα πρὸς τὸν υἱὸν λέγειν, ἀλλὰ αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν τὸν Θεὸν εἰρηκέναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τῷ Ια-

A κὼβ μὴ τὸν υἱὸν ὡς ἄνθρωπον πεπαλαικέναι, ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον Θεὸν, ἢ μέρος αὐτοῦ λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου, μὴ ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκλαμβάνοι, ἀλλ' αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λέγοι βεβρεχέναι, ἀνάθεμα ἔστω. ἔβρεξε γὰρ κύριος ὁ υἱὸς παρὰ κυρίου τοῦ πατρός. εἴ τις ἀκούων κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν κύριον, καὶ τὸν κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν κύριον, καὶ τὸν κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν εἴποι, καὶ κύριος ἐκ κυρίου λέγων δύο λέγοι Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ συντάσσομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὑποτεταγμένον τῷ πατρί. οὔτε γὰρ κατῆλθεν εἰς σῶμα ἄνευ βουλῆς τοῦ πατρός. οὐδὲ ἔβρεξεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ κυρίου αὐθεντοῦντος, δηλαδὴ τοῦ πατρὸς, οὔτε κάθηται ἐκ δεξιῶν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀκούει τοῦ πατρὸς λέγοντος, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἀνάθεμα ἔστω εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἓν πρόσωπον λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παράκλητον λέγων, τὸν ἀγέννητον λέγοι Θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ὡς ἐδίδαξεν ἡμᾶς μὴ ἄλλον λέγει τὸν παράκλητον, παρὰ τὸν υἱὸν, εἴρηκε γὰρ, ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν ὁ πατὴρ, ὃν ἐγὼ ἐρωτήσω, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα μέρος λέγοι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τρεῖς λέγοι Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις βουλήσει τοῦ Θεοῦ, ὡς ἓν τῶν κτισμάτων γεγονέναι λέγοι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ θελήσαντος τοῦ πατρὸς γεγενῆσθαι τὸν υἱὸν λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ μὴ βουλομένου τοῦ πατρὸς, βιασθεὶς ὁ πατὴρ ὑπὸ ἀνάγκης φυσικῆς, αὖθις ὡς οὐκ ἤθελεν ἐγέννησε τὸν υἱὸν, ἀλλ' ἅμα τε ἐβουλήθη καὶ ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ αὐτὸν γεννήσας ἀπέδειξεν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ἀγέννητον καὶ ἄναρχον λέγοι τὸν υἱὸν, ὡς δύο ἄναρχα, καὶ δύο ἀγέννητα λέγων, καὶ δύο ποιῶν Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. κεφαλὴ γάρ ἐστι καὶ ἀρχὴ πάντων ὁ υἱός. κεφαλὴ δέ ἐστι τοῦ Χριστοῦ, ὁ Θεός. οὕτω γὰρ εἰς μίαν ἄναρχον τῶν ὅλων ἀρχὴν δι' υἱοῦ εὐσεβῶς τὰ πάντα ἀνάγομεν. καὶ πάλιν οὖν διακριβοῦντες τοῦ χριστιανισμοῦ τὴν ἔννοιαν λέγομεν, ὅτι εἴ τις Χριστὸν Ιησοῦν υἱὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ αἰώνων ὄντα ὑπουργηκότα τῷ πατρὶ, εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν μὴ λέγοι, ἀλλ' ἐξ οὗ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας, ἐκ τότε καὶ υἱὸν καὶ Χριστὸν κεκλῆσθαι, καὶ ἀρχὴν εἰληφέναι τοῦ Θεοῦ εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω, ὡς ὁ Σαμοσατεύς.

Cur ad Cõstãtem imperatorem Ariani legatos mittant.

Cum igitur ad capturam imperatoris Constantis, aliorumque fidelium, hanc fallacem sagenam composuissent, legationem quamdam ad prædictum imperatorem decreverunt, & ad eam perficiendam Narcissum Neroniadis in Cilicia, Marim Calchedonensis ecclesiæ, Theodorum Heracleæ, & Marcum Arethusium, episcopos impietate præstantissimos, ut videre est apud Athanasium de synodo Ariminensi, designarunt; eo consilio, ut quemadmodum Constantium orientalis imperii cassibus hæreseos suæ inclusissent, sic etiam Constantem, qui occidentali imperio præerat, iisdem artibus captivarent, adeoque universum Christianum orbem Ariana hæresis captivum detineret. Ipsos vero legatos ad Constantem missos, illam fidei formulam obtulisse, quæ ad decipiendum imperatorem opportunior esse videbatur, scribit Sozom. l.3. c.14. Reliqua, quæ hac in synodo gesta fuerunt, attingemus in notis canonum infra sequentium.

Antiochiæ urbis descriptio.

b *Antiocheni.*] Sic dictum, quod celebratum fuerit Antiochiæ in Syria. De qua hæc Abrahamus Ortelius: *Antiochia Ptolomæo Syriæ metropolis, super Oronte fluvio. Epidaphne a Plinio cognominatur. Magna epitheto eam ornat Philostratus 1. vita Apollonii. Reblatha, vel Rebla Hebrais, ut scribit Hieronymus in Ezechielem. Iustiniani imperatoris tempore Theopolis ab eodem dicta fuit, ut scribunt Procopius,*

 Cedrenus,

ANNO CHRISTI 341.

Cedrenus, Nicephorus, Callistus, & Eustathius, qui addit, illam quoque olim Chersonesum propter ambitum aquarum dictam, &c. *De eadem hac Plinius lib. 6. cap. 16. Hac diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Syrianam, interfluente Margo, qui corrivatur in Zotale. is maluerat illam Antiochiam nominari. Sed movendus est lector, quosdam codices hoc loco pro Syrianam, Seleuciam legere, idque fortasse sincerius; cum idem Plinius addat, hanc esse, in qua Orodes Romanos Crassiana clade captos deduxerat. Circa Seleuciam enim Crassum periisse, ex Parthicis bellis ab Appiano descriptis liquet.* Scribit Nicephorus lib. 1. cap 17. Tiberium Cæsarem a bello Persico revertentem Antiochiam muro firmo & inexpugnabili cinxisse, porticus extruxisse, columnis æreis, statuis, aliisque ædificiis variis exornasse. Strabo libro 16. asserit, hanc fuisse unam ex quatuor insignibus civitatibus quæ in Syria fuerunt, ideoque etiam Tetrapolim nominatam fuisse. Non infima laus Antiochenæ urbis ista est, quod a sancto Petro in fide edocta, sedes patriarchalis esse meruit, ejusque præsules tertium locum dignitatis & jurisdictionis ecclesiasticæ adepti fuerint, ut supra aliquoties diximus.

Antiochena cathedra patriarchalis.

Quo tempore hęc synodus celebrata fuerit.

c *Sub Iulio papa.*] Athanasius libro de synodis, de tempore concilii Antiocheni in encæniis celebrati, hæc scribit: *Fuere autem numero, qui Antiochiam tempore encaniorum convenerunt, nonaginta, consulibus Marcellino & Probino, indictione decimaquarta, præsente ibidem impiissimo Constantio imperatore.* Idem Socrates lib. 2. cap 5. testatur his verbis: *Cogitur concilium Antiochia præsente imperatore Constantio, Marcellino & Probino consulibus. Quintus jam agebatur annus a morte Constantini istorum Cæsarum Augustorum patris.* Cum igitur, ut ex fastis constat, cum indictione 14. & consulatu Marcellini & Probini, annus Christi 341. Iulii pontificis Romani quintus, Constantii & Constantis annus imperii quintus coincidant, rectissime hanc synodum prædicto tempore celebratam fuisse cum Baronio sustinemus.

De numero episcoporum.

d *Ariani.*] Supra dixi ab imperatore Constantio 90. vel ut habent alii, 96. aut 99. episcopos convocatos fuisse, qui prętextu encæniorum congregati causam Athanasii Antiochiæ dijudicarent, eoque judicio habito, synodum ob prædictam causam Romæ a Iulio indictam subterfugerent. Ex his episcopis triginta sex Arianos fuisse Iulius pontifex in epistola sua ad Arianos scripta testatur his verbis: *Qui igitur sunt qui contra canones agunt? Nosne, qui cum tantis rerum documentis virum recipimus; an qui solum ad triginta sex suffragia eorum, qui Antiochia fuere, externum hominem episcopū salutaverunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt?* Quibus verbis pontifex aperte indicat, Eusebianos triginta sex, impia illa scelesta atque indecora decreta, vel clanculum & seorsum a catholicis (quod in Tyrio conventu etiam accidisse supra diximus) decrevisse, vel saltem, favore præsentis imperatoris obstante, catholicorum episcoporum votis ac suffragiis suis contradicentium nullam rationem habitam fuisse. Num ut ille Iacobus Nisibita episcopus, qui cum aliis catholicis interfuisse legitur, Athanasium innocentem suo suffragio condemnarit, aut formulas fidei propter omissum *consubstantialis* nomen jure meritoque suspectas approbarit, credi non potest. Alterutro igitur prædictorum duorum modo factum esse oportuit, quod episcopi numero pauciores constituisse leguntur.

Qua ratione Ariani episcopi numero pauciores, hęc constituerint.

e *Athanasium videret.*] Vide quæ supra diximus in principio, verbo *concilium.*

Athanasio bis dejecto primum Gregorius postea Georgius quidam substitutus fuit.

f *Gregorium Cappadocem.*] Athanasio post exilium sede sua primum deturbato, quemdam nomine Gregorium Cappadocem, iterumque post Sardicense concilium restituto, ac secunda vice dejecto substitutum fuisse quemdam nomine Georgium ex Epiphania Ciliciæ civitate oriundum, una cum Rufino lib. 1 cap. 9. Socrate lib. 2. cap 16. Sozomeno lib. 3. cap. 5. testatur ipse Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes, his verbis: *Primum quidem Gregorium, nunc deinde Georgium depeculatorem in episcopatum mittunt.* Hæc ideo notari oportuit, quia interdum vitio librariorum contigit apud prædictos auctores Georgium pro Gregorio notari. Baronius anno 341. numero 12. 13. & 14.

Canones Antiocheni quantæ auctoritatis.

g *Regula.*] Canones viginti quinque hujus concilii ad probandum aliquid allegati, propterea quod ab Eusebianis instituti essent, ab antiquioribus rejecti fuerunt, ut infra patebit Can. 12. Horum nonnulli antiqua fidei dogmata, fideique Nicænæ decreta confirmant: nonnulli vero, tamquam orthodoxæ fidei & bonis moribus ab ecclesia receptis contrarii, exploduntur. Cum apostolica & antiqua lege ac consuetudine hactenus observatum esset, ut episcopi quavis injuria affecti, ad apostolicæ sedis judicium appellarent, non citra fraudem hic constitutum est, ne episcopus a concilio depositus ad sedem pristinam, aliter quam a majoris numeri episcoporum concilio ac sententia absolutus, redire præsumeret. Athanasius Eusebianorum synodali sententia condemnatus fuerat: ut docerent eum juste ac legitime restitutum fuisse, qui Romani pontificis sententia absolutus, & imperatoris decreto revocatus fuerat, talem scilicet canonem excudisse oportuit ut hæreseos Arianæ & Nicænæ fidei contemptæ suspicionem, quam juste incurrerant, aliquo modo declinarent ipso ingressu, canonem illum posuerunt, quo Nicæni concilii canonis de paschatis tempore instituti se vindices exhibuerunt. Ad nomina subscriptorum episcoporum, etiam addiderunt insignem illum Iacobum Nisibitam episcopum; de quo, præter ea quæ in notis ad concilium Nicænum diximus, & infra plura scribemus. Contra vero eorum, qui Arianæ factionis antesignani erant, Eusebii Nicomediensis olim, jam Constantinopolitani, Acacii episcopi Cæsariensis, Maris Calchedonensis, Patrophili Scythopolitani, Theognis Nicæni, aliorumque famosissimorum Arianorum nomina omiserunt, aut saltem dolose suppresserunt, eamque quæ hic extat epistolam verborum lenocinio fictam suo conciliabulo præfixerunt. Vnde accidit ut canonum collectores, hos canones, velut ab orthodoxis editos collegerint, ecclesiæ legendos ediderint, atque duos ex iis patres concilii Calchedonensis absque titulo Antiocheni concilii çitaverint, non aliter sane, quam ut ea, quæ secundum ecclesiasticam disciplinam antiquitus traditam, ab eis in synodo deposita esse videbantur, ab ipsis tamquam ab injustis possessoribus vindicarent. Quod Gratianus Can. 11. dist. 16. hanc synodum inter concilia a catholicis habita recęnseat, gravi errore lapsus fuit; poterat enim intellexisse non a catholicis, sed ab Eusebianis & Arianis hoc concilium collectum fuisse, cui Eusebium Arianæ factionis in Palæstina episcopum velut præsidem interfuisse scribit. Vide Baronium anno 341. num. 29. 32. 34. & 37.

Can. 12. velut hæreticus exploditur, & cur.

h *Iacobus Nisibensis episcopus.*] Constantinus Magnus, admirabili sanctitate hujus episcopi in Nicæno concilio cognita, Constantio filio hoc in mandatis dedit, ut hunc episcopum non tantum viventem coleret & observaret, sed ejus quoque cadaver honore prosequeretur, ac proinde non abhorreret a fide quam sciebat ab eodem sancto episcopo prædicari. Quod si non satis fuit, ut se Constantius in fide catholica contineret, debuisset utique propterea favisse catholicis, quod precibus Iacobi Nisibitæ, a Persarum vi & tyrannide non semel miraculose liberatus fuerit. Theodoretus libro 2. capite 30. scribit, quod cum Sapor rex Persarum Nisibim urbem obsedisset, muros magna ex parte dejecisset, jamque ad expugnandam urbem aditum præparasset, divinus ille vir Iacobus suæ precationis virtute, non solum militum aliorumque incolarum animos confirmaverit, verum etiam murum denuo exstruxerit, & machinis oppositis hostes irruentes repulerit. *Eodem tempore*, ait Theodoretus, *Ephraim vir sane admirabilis orat Iacobum, ut conscendat mœnia, barbaros conspiciat, & execrationis tela in eos conjiciat. Cujus postulationi obsecutus sanctus vir, in quamdam turrim ascendit, ac cum videret ingentem eorum multitudinem, non aliud est illis imprecatus, quam ut cyniphes ac culices in eos immitterentur, ut minutarum bestiarum morsu ejus potentiam, qui ipsis Romanis auxilium tulerat, agnoscerent.*

i *Omnes qui audent.*] Hic canon statutus esse videtur ab Eusebianis, partim, ut maculam illam de Nicæna synodo contempta sibi inustam hoc dolo prorsus eluerent, partim etiam, quia hoc tempore Audæus hæresiarcha docebat, corporeum & humana forma præditum Deum esse, qui hominem ad imaginem suam condidisset. Item non amplius more orthodoxorum, sed ex consuetudine Iudæorum pascha celebrandum esse decima quarta luna; quantumvis patres Nicęni concilii contrarium statuissent. Ex Epiphanio hęresi 70. Baronius anno 341. numero 38. & sequentibus.

k *Orationi autem cum populo non communicant.*] Illi qui certa de causa, nimirum ob aliquam superstitionem aut pravam opinionem scripturas quidem audiebant; sacram autem communionem aversabantur, excommunicantur, & merito. Vide notas canonis apostolorum 10. Probabile est id contra Audianos constitutum fuisse, de quibus hæc Epiphan. hær. 70. *Ceterum, quod gravissimum ac horrendissimum est, non faciunt preces cum aliquo, etiamsi probatus videatur, & nihil habeat quod accusari mereatur*, &c. Theodoretus libro 4. hæret. fabul *Prætexunt*, inquit, *se fugere ecclesiæ communionem, propter feneratores, & eos qui cum mulieribus cohabitant, donec confitentes fructum pœnitentia demonstrent.*

Cum Audiani (qui, quod Deum corporeum hominique similem esse docerent, postea Anthropomorphitæ nuncupati fuere) peccatoribus peccata remitterent, nulla satisfactione sacramentali imposita, ut prędicto loco attestatur Theodoretus, Eusebiani hoc canone decreverunt id

id quod docet ecclesia catholica, nimirum quod per simplicem confessionem peccata non dimittantur, si digna satisfactio præscripta non impleatur. Baronius n. 44.

l *Si quis presbyter aut diaconus*, &c.] Idem constituitur canone 20. concilii Calchedonensis, & canone 71. concilii Aquisgranensis: concilii Nicæni canone 16. jam ante idem decretum fuerat.

m *Si quis episcopus damnatus.*] Idem constitutum est in concilio Aquisgranensi Can. 47. & epistola 8. Nicolai papæ.

n *Si quis presbyter aut diaconus.*] Ad verbum recitatur actione 4. concilii Calchedonensis, estque apostolicæ doctrinæ conveniens ab exordio enim nascentis ecclesiæ observatum fuit, ut omnes fideles ad unum altare accederent, unumque panem participarent. Ab Eusebianis hunc canonem ideo constitutum fuisse putamus, quod cum Eustathium Antiochenum episcopum quasi adulterum & Sabellianismi sectatorem amovissent, & Euphronium quemdam Ario faventem substituissent; catholici, quos illi ignominiæ causa Eustathianos nominabant, Ariani antistitis communionem ut rem execrabilem detestati; seorsum ab eo conventus egerint, nulloque modo adigi potuerint, ut cum Arianis & Eusebianis communicarent. Quod idem accidit Alexandriæ, cum illuc Gregorius in locum Athanasii intrusus fuisset: fideles enim illius ecclesiæ tanta constantia Ariani & intrusi illegitimi præsulis communionem subterfugerunt, ut nulla vi militum, nullisque tormentis ad ejus communionem compelli potuerint. Canonem igitur hunc, apostolico jure ad schismaticos & seditiosos coercendos utiliter constitutum, Eusebiani ad vexandos catholicos synodali hac constitutione renovarunt, & in pravum usum converterunt. Vnde quod hoc canone secundum ecclesiasticam antiquitus traditam disciplinam ab iis hoc loco dispositum fuit, a patribus Calchedonensis concilii (cujus 4. actione, suppresso Antiocheni concilii nomine, integre recitatur) non plane abjectum, sed ab Arianis tamquam ab injustis possessoribus vindicatum fuit. Vide Baron. anno 341. n. 35. & 36.

o *Sine pacificis*] De literis pacificis, quæ alias formatæ, canonicæ & commendatitiæ appellantur, vide notas in vitam Sixti primi supra.

p *Episcopos qui sunt*] Hæc quæ de metropolitano decernuntur etiam ad suffraganeos extenduntur in notis ad Can. 2. 11 quæst. 3. Vide ibidem cum Græco contextu novam quamdam editionem hujus canonis a tribus hisce diversam.

q *Si quis proprio episcopo.*] Hunc canonem adversus Athanasium constitutum fuisse hinc constat, quod quem illi concilio Tyrio condemnaverant, & sede Alexandrina per sententiam deposuerant, ac demum auxilio imperatoris Constantini magni relegarant, solus imperator Constantinus junior, citra alterius concilii majoris numeri episcoporum sententiam ad decretum ab exilio revocasset, & pristinæ sedi Alexandrinæ restituisset. Hic est ille Canon, quem adversarii sancto Chrysostomo objecerunt, quemque ille ab Arianis sancitum, meritoque per Sardicense concilium plane sublatum esse respondit. Concilio adversariorum deponebatur Chrysostomus: alia quadam synodo catholicorum indicta absolvebatur. Quam absolutionem dum adversarii nullius momenti esse instarent, utpote quæ contra Antiocheni concilii canonem 12. decreta fuisset, defensores Chrysostomi libera voce dixerunt id quod supra dixi, nimirum objectum canonem ab Arianis sancitum, & per Sardicense concilium, quo cuivis episcopo a quovis concilio deposito libera facultas Romanum pontificem adeundi & interpellandi potestas conceditur, plane abrogatum esse. Rem gestam Socrates libro 6 capite 16. enarrat his verbis: *Episcopi qui tunc aderant non de alio crimine queri, sed hoc solum in judicium adduci oportere dixerunt, nimirum quod post abdicationem, absque concilii sententia, ipse sese in sede episcopali collocaverat. Vbi Ioannes respondit, quinquaginta episcopos, qui cum ipso communicaverant, ei in illa suffragatos fuisse. Leontius contra: At plures, inquit, tibi in concilio refragati sunt. Rursus cum Ioannes diceret, non ad illorum ecclesiam, sed ad ecclesiam Arianorum pertinere, (nam qui Antiochia ad fidem consubstantialis tollendam convenerant, pro odio adversus Athanasium concepto hunc canonem ediderant) rejecto illius responso, contra eum sententiam pronuntiarunt, illud neutiquam animis complexi, quod qui hoc canone usi fuissent, etiam Athanasium abdicarant.* Innocentius Romanus epistola quam ad clericos Constantinopolitanos in eadem causa Chrysostomi scripsit, de hoc canone addidit quæ sequuntur: *Si qui vero & alii* (canones) *a quibusdam proferuntur, qui a canonibus Nicænis discrepant, & ab hæreticis compositi esse deprehenduntur, hi ab episcopis catholicis rejiciuntur. Hæreticorum enim commenta catholicis canonibus adstruere non licet, semper enim vel per contraria, vel per illicita labefactare student voluntatem concilii Nicæni. Non solum igitur his non obtemperandum esse dicimus, sed ipsa potius cum hæreticis & schismaticis dogmatibus esse contemnenda: quomodo & ante in Sardicensi concilio ab episcopis prædecessoribus nostris factum est.* Advertat lector, qua auctoritate Gratianus prædicto loco hanc Eusebianorum synodum in numerum orthodoxorum conciliorum retulerit. Vide Baronium prædicto anno 341. n. 29. 30. & 31.

ANNO CHRISTI 341.

r *Si quis episcopus vacans.*] Canon decimus sextus & decimus septimus hic positi, ad verbum in concilio Calched. act. 4. & 11. absque titulo Antiocheni concilii recitantur ex alio quodam codice in synodo approbato, in quo decimus sextus nonagesimoquinto, decimus septimus nonagesimo sexto numero consignatus erat; adeo ut plane hinc appareat, eos non ex ipso Antiocheni concilii codice, sed ex quadam jam ante facta collectione communi majorum auctoritate probata editos fuisse Baronius n. 34. Can. 16. & 17.

* ** GABR. ALBASPINEI EP. AVR. AD CAN. II. CONC. EIVSDEM NOTA.

Vel quemvis ex canone, hoc est, qui inter clericos recensentur, & qui societate & communione ecclesiastica fruitur, per canonem enim hoc loco intelligo chartam illam, qua omnium clericorum nomina, ordines, dignitates, & gradus, omnis denique ecclesiasticus senatus, & conventus inscriptus legebatur: & ita accipiendum censeo, quod in decimo sexto & septimo Nicæni reperitur; *qui in canone recensetur.* item, *quicumque omnino in canone recensetur.* Item quod habetur in historia Nectarii τῷ κανόνι προστεθῆναι: non ut quidam male interpretantur, pœnitentiarium illum aliquo decreto, & canone ecclesiæ in odium Novatianorum adjunctum: canoni enim adjicere, est novum illum pœnitentiarii gradum & dignitatem instituere, de novo hunc gradum cæteris ordinibus adjicere. In potestate enim episcoporum erat novos gradus, novasque ut vocant, dignitates adjicere & stabilire, & certam eisdem prout ecclesiæ status postularet, potestatem permittere: quemadmodum eorumdem arbitrio & auctoritate nonnullos ex antiquis illis gradibus, & dignitatibus antiquatos videmus.

a CONCILIVM ROMANVM II.

SVB IVLIO

In causa Athanasii aliorumque episcoporum.

a *Concilium.*] Cum Ariani per Alexandrinæ ecclesiæ legatos Romæ coram Iulio pontifice convicti ad concilium appellassent, pontifex eorum appellationi deferens; hanc synodum Romæ celebrandam indixit: cumque querelæ adversus Arianos aliunde accumularentur, ipsos cum Athanasio per literas debite citatos, certo atque præfixo termino præsentes adesse mandavit. Athanasius pontificis mandato obtemperans, tempore quo oportebat mature præsto fuit. Ariani vero post futiles illas & inanes excusationes, de quibus supra in notis ad epistolam 4. Iulii, encæniorum Antiochenæ ecclesiæ celebritatem prætexentes, non modo contumaciter se absentarunt, verum etiam conciliabulo quodam, de quo supra, ibidem celebrato, Athanasium episcopatu & sede Alexandrina amoverunt, inque ejus locum Gregorium Cappadocem Arianum subrogarunt. Interea Athanasius Romæ Ægyptiorum monachorum institutionem, & admirabilem vitam magni Antonii adhuc viventis a se descriptam promulgavit, & ad imitandam & consectandam vitam monasticam, omnibus hominibus reverendam, ex Romanis feminis nobilissimas plurimas induxit. Sanctus Hieronymus epist. 16. ad Principiam. Publicam etiam ibidem catholicæ fidei professionem, quæ symbolum Athanasii appellatur, Latino sermone coram pontifice eique assidentibus recitavit. Hanc pontifex ab ipso cognitam atque susceptam, una cum actis synodi in amplissimo Romanæ ecclesiæ archivo collocari mandavit. Cum jam Athanasius Romæ ultra annum & sex menses adventum Eusebianorum expectasset, ne diutius quam par erat ab ecclesia abesset, causa illius in judicium 50. episcopo-

Causa hujus concilii.

Primus Athanasius monasticam vitam in occidentalem ecclesiam introduxit.

Symbolum Athanasii quando & ubi compositum.

Athanasius quam diu Romæ moratus.

ANNO CHRISTI 341.

scoporum deducta est: qui cum actis Tyriis & Mareoticis (quæ nocturno tempore fugientes Arianorum legati turpiter convicti, ut patet ex 4. epistola Iulii, Romæ reliquerant) diligenter prævisis, accusantium calumniam deprehendissent, Athanasium calumniose accusatum absolverunt, in communionem ecclesiæ receperunt, cumque literis communicatoriis ad suos redeuntem dimiserunt. Id quidem Iulius in epistola 4. quam ad Eusebianos ex III. Romano concilio post cladem Alexandrinam scripsit, testatur his verbis: *Cum igitur istiusmodi allegarentur, & tot testes pro Athanasio starent, & ipse tam justa pro se afferret, quid quæso nos oportuit facere? An non quod ecclesiastici canonis est? hominemque proinde non condemnaremus, sed potius reciperemus, eumque pro episcopo, quemadmodum est, haberemus,* &c. Hoc secundum est judicium, quo ipse Athanasius a calumniis sibi ab Eusebianorum malitia illatis publice absolutus est. Qua de re initio suæ apologiæ secundæ hæc ipse scribens ait: *Presbyter enim Vitus plures episcopos quam quinquaginta ad concilium adduxit, ubi & nostra defensio recepta fuit, nosque digni habiti sumus communione & agape.* Ibidem hæc: *Quod ad nos attinet, nullo judicio opus est. Iudicatum est enim non semel secundum nos, sed sæpius & sæpius: primum quidem in nostra provincia, cum ad id coissent propemodum centum episcopi: secundo Romæ, nobis ceterisque adversariis Eusebii ad ejus criminosas literas judicio comparentibus. Fuerunt autem in eo consessu plusquam quinquaginta episcopi.* De cognita hoc eodem concilio causa Marcelli Ancyrani episcopi, qui, ut in conciliabulo Constantinopolitano sub Marco videre est, ob Samosatenianam hæresim ab Eusebianis sede sua deturbatus, & in exilium relegatus, Romanum pontificem appellans, Romam (teste Athanasio) profectus est, hæc Iulius pontifex prædicta ep. 4. *De Marcello autem, postquam de illo quoque ut impio in Christum perscripsistis, vobis studui significare, eum, cum huc venisset, affirmasse falsa esse quæ de se literis vestris scripta essent. Sed tamen cum a nobis postularetur, ut de fide diceret, tanta cum fiducia per se respondit, ut nemo non perciperet eum nihil a veritate proferre alienum, sed eadem pietate, qua ecclesia, de domino ac salvatore nostro sentire: neque jam tantummodo, sed etiam olim hujus sententiæ se fuisse confirmabat,* &c. Quod vero non Athanasii tantum atque Marcelli, sed & aliorum quamplurium, querelas de illata sibi ab Arianis vi & injuria afferentium, causæ hac synodo discussæ fuerint, subditur his verbis: *Non solum Athanasius & Marcellus episcopi cũ querimoniis de illatis injuriis, sed & plurimi alii episcopi ex Thracia, Cœlesyria, Phœnicia, Palæstina huc convenere: presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad concilium occurrerunt, & coram omnibus episcopis ibi congregatis inter reliqua dicta sua conquesti sunt vim & injurias ecclesiis illatas esse, suasque ecclesias eadem quæ Alexandrina passas esse.* Id sane non citra probabilitatem intelligi posset de Eustathio Antiocheno episcopo, quem sede Antiochena deturbatum (ideo quod in matrem Constantii principis contumeliose locutus fuisset, atque Sabellianæ hæreseos sectator, mulierculæ cuidam stuprum intulisset) in exilium relegaverant, anno nimirũ Christi 340. quo post synodum hanc Romæ indictam, Paulũ Constantinopoli Alexandro in episcopatu suffectum Eusebius Nicomediensis olim antistes, Constantinopolitanæ sedis invasor, dejecit. Ita tres acerrimos Nicænæ fidei defensores ab Arianis sedibus suis amotos, legitima judicii forma observata absolvi, sedibus suis restitui, intrusos exinde amoveri necessum erat. Vide Baronium anno Christi 340. num. 1. 2. & sequentibus, item 341. num. 46. & sequentibus.

Numerus episcoporum. Athanasius a concilio secundo absolvitur. Secunda synodalis absolutio Athanasii quæ? Marcelli causa in synodo cognita. Eusta[thii] Anti[ocheni] causa cogn[ita].

SYMBOLVM ATHANASII, Romæ editum anno * CCCXL.

* aut sequenti, ut alii volunt.

QVICVMQVE vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit absque dubio in æternum peribit.

Fides autem catholica hæc est: ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filii & Spiritus sancti una est divinitas, æqualis gloria & coæterna majestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed unus æternus.

Sicuti non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

" ** ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ Ἀθανασίου.

ΟΣΤΙΣ ἂν βούληται σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν.

Ἣν εἰ μὴ εἷς ἕκαστος σώαν καὶ ἀμώμητον τηρήσειεν, ἄνευ δισταγμοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται.

Πίστις δὲ ἡ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σεβώμεθα.

Μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαχωρίζοντες.

Ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, ἄλλη τοῦ υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Ἀλλὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μία ἐστὶν ἡ θεότης, ἴση ἡ δόξα, συναΐδιος ἡ θεότης.

Οἷος ὁ πατὴρ, τοιοῦτος ὁ υἱὸς, τοιοῦτον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἄκτιστος ὁ πατὴρ, ἄκτιστος ὁ υἱὸς, ἄκτιστον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἀκατάληπτος ὁ πατὴρ, ἀκατάληπτος ὁ υἱὸς, ἀκατάληπτον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Αἰώνιος ὁ πατὴρ, αἰώνιος ὁ υἱὸς, αἰώνιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Καὶ γὰρ οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ᾽ εἷς αἰώνιος.

Ὥσπερ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, οὐδὲ τρεῖς ἀκατάληπτοι, ἀλλ᾽ εἷς ἄκτιστος, καὶ εἷς ἀκατάληπτος.

Ὁμοίως παντοδύναμος ὁ πατὴρ, παντοδύναμος ὁ υἱὸς, παντοδύναμον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Καὶ γὰρ οὐ τρεῖς παντοδύναμοι, ἀλλ᾽ εἷς παντοδύναμος.

Οὕτω

ANNO CHRISTI 341.

Οὕτω Θεὸς ὁ πατὴρ, Θεὸς ὁ υἱὸς, Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

A Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Καὶ γὰρ οὐ τρεῖς Θεοὶ, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ Θεός.

Et tamen non tres dii, sed unus est Deus.

Οὕτω κύριος ὁ πατὴρ, κύριος ὁ υἱὸς, κύριος καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ita dominus Pater, dominus Filius, dominus Spiritus sanctus.

Καὶ γὰρ οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ κύριος.

Et tamen non tres domini, sed unus est dominus.

Ὅτι ὡς ἰδίαν μίαν ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ κύριον ὁμολογεῖν τῇ Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ βιαζόμεθα. οὕτω τρεῖς Θεοὺς, καὶ τρεῖς Κυρίους λέγειν τῇ καθολικῇ εὐσεβείᾳ κωλυόμεθα.

Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum aut dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur.

Ὁ πατὴρ ἀπ᾽ οὐδενός ἐστιν, οὔτε ποιητὸς, οὔτε κτιστὸς, οὔτε γεννητός.

Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus est.

Ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς μόνου ἐστὶν, οὐ ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός.

Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, nec genitus est, sed procedens.

B

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ᾽ ἐκπορευόμενον.

Spiritus sanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus est, sed procedens.

Εἷς γοῦν πατὴρ, οὐ τρεῖς πατέρες. εἷς υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοί. ἓν πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια.

Vnus ergo Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδὲν πρότερον, ἢ ὕστερον, οὐδὲ μεῖζον, ἢ ἔλαττον, ἀλλὰ πᾶσαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις συναΐδιοι εἰσὶν ἑαυταῖς καὶ ἴσαι.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Οὕτω κατὰ πάντα, καθὼς εἴρηται, καὶ τὴν μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σεβόμεθα.

Ita ut per omnia sicut jam supra dictum est, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda sit.

C

Ὁ οὖν βουλόμενος σωθῆναι, οὕτω περὶ τῆς Τριάδος φρονείτω.

Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat.

Πλὴν ἀναγκαῖόν ἐστιν πρὸς αἰώνιον σωτηρίαν, ὅπως καὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθῶς πιστεύσῃ.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Ἔστι γὰρ πίστις ὀρθὴ, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστι.

Est ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Θεὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς, καὶ ἄνθρωπος ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς ἐν τῷ αἰῶνι τεχθείς.

Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, homo ex substantia matris in sæculo natus.

Τέλειος Θεὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑφιστάμενος.

Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens.

D

Ἴσος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐλάττων τῷ πατρὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

Ὃς εἰ καὶ ἄνθρωπος καὶ Θεός ἐστιν, οὐ δύο ὅμως, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ Χριστός.

Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus.

Εἷς δὲ οὐ τροπῇ τῆς θεότητος εἰς σάρκα, ἀλλὰ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος εἰς Θεόν.

Vnus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Εἷς πάντως οὐ συγχύσει τῆς οὐσίας, ἀλλ᾽ ἑνότητι τῆς ὑποστάσεως.

Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Καὶ γὰρ ὡς ἡ λογικὴ ψυχὴ καὶ ἡ σὰρξ εἷς ἐστὶν ἄνθρωπος, οὕτω Θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστι Χριστός.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus.

Ὃς ἔπαθε διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατῆλθεν ἐν ᾅδῃ, ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν.

E

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, κάθηται ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς παντοκράτορος. ὅθεν ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Οὗ τῇ παρουσίᾳ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀναστήσονται μετὰ τῶν σωμάτων αὐτῶν, καὶ ἀποδώσουσιν τῶν ἰδίων ἔργων τὴν ἀπολογίαν.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Καὶ οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ δὲ τὰ φαῦλα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum.

Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἣν εἰ μή εἷς ἕκαστος ἐκ πίστεως βεβαίως πιστεύσει, σωθῆναι οὐ δυνήσεται.

Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

ANNO CHRISTI 341.

" ** IDEM SYMBOLVM A GRÆCIS INTERPOLATIM

" ** *Ex sancta & universali synodo Nicæna, fidei compendium; & quomodo verum Christianum oporteat credere.*

QVICVMQVE vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat orthodoxam fidem. Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit. Fides autem orthodoxa hæc est: ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur. Neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. Sed Patris, & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas, *unum robur, una potestas, unum regnum*, æqualis gloria, *æqualis* majestas & coæterna. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus: & non tres increati, sed unus increatus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus: & non tres immensi, sed unus immensus. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus: & non tres æterni, sed unus æternus. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, & non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus: & non tres dii, sed unus est Deus. Dominus Pater, dominus Filius, dominus Spiritus sanctus: & non tres domini, sed unus est dominus. Et sicut sigillatim unamquamque personam Deum & dominum confiteri, christiana veritate defendimus: ita tres deos aut tres dominos dicere, non comprobamus, sed omnino prohibemus. Pater a nullo est factus, non creatus, sed ingenitus. Filius est a Patre, non factus, non creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a Patre est, non factus, non creatus, non genitus, sed procedens: unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius, non tres Filii, unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et in hac Trinitate, nullus primus aut postremus, nullus major aut minor: sed tres ipsæ personæ & æternæ sunt, & æquales per omnia, sicut jam supra dictum est. Vnitatem igitur in Trinitate, & Trinitatem in unitate, omnis Christianus veneretur: & ita de *sancta & vivifica & consubstantiali* Trinitate sentiat.

Quæ a Græcis recentioribus addita, alio characteris genere sunt hic signata.

Necessarium vero est, incarnationem quoque filii Dei & salvatoris nostri Iesu Christi recte credere. Est ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quod dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deus & homo est. Deus est ex substantia patris: Homo est ex substantia matris. *Quia enim peccans Adamus, morti genus humanum subjecit, & naturam nostram [reddendo] debito fecit obnoxiam; idcirco Filius, invisibilis Patris & Dei, ex cælis non discedens ad nos descendit; & per auditum ingressus uterum sanctæ virginis, arcano modo ut prægnans ea esset operatus est, induens naturam nostram per summam unionem. Deus simul & homo progrediens, eam quæ ad nos spectat dispensationem, ita implevit per commiserationem ineffabilem*: & perfectus Deus *existens; factus est perfectus homo; non conversa, neque commutata superessentiali & in-*

A " ** Ἐκ τῆς " ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ, περὶ πίστεως κατὰ συντομίαν, καὶ πῶς δεῖ πιστεύειν τὸν ἀληθῆ Χριστιανόν.

Εἴ τις βούλοιτο σωθῆναι, πρὸ πάντων αὐτῷ χρεία κρατῆσαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν. ἣν ἐὰν μή τις ἀμόλυντον καὶ ἄφθορον τηρήσῃ, αἰώνιον εὑρήσει τὴν ἀπώλειαν. Πίστις οὖν ἡ ὀρθόδοξος αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν, μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντες. ἄλλη γὰρ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, B ἄλλη τοῦ υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀλλὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, μία ἐστὶν ἡ θεότης, ἓν τὸ κράτος, μία ἐξουσία, μία βασιλεία, ἴση ἡ δόξα, ἴση ἡ μεγαλωσύνη, καὶ αἰώνιος. οἷος ὁ πατὴρ, τοιοῦτος ὁ υἱὸς, τοιοῦτον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄκτιστος ὁ πατὴρ, ἄκτιστος ὁ υἱὸς, ἄκτιστον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, ἀλλ᾽ εἷς ἄκτιστος. Παντοκράτωρ ὁ πατὴρ, παντοκράτωρ ὁ υἱὸς, παντοκράτωρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς παντοκράτορες, ἀλλ᾽ εἷς παντοκράτωρ. αἰώνιος ὁ πατὴρ, αἰώνιος ὁ υἱὸς, αἰώνιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ᾽ εἷς αἰώνιος. παντοδύναμος ὁ πατὴρ, παντοδύναμος ὁ υἱὸς, C παντοδύναμον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς παντοδύναμοι, ἀλλ᾽ εἷς παντοδύναμος. οὕτω Θεὸς ὁ πατὴρ, Θεὸς ὁ υἱὸς, Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς Θεοὶ, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ Θεός. κύριος ὁ πατὴρ, κύριος ὁ υἱὸς, κύριος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ κύριος. καὶ ὥσπερ μοναδικῶς μίαν ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ κύριον ὁμολογεῖν Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ συνηγοροῦμεν, οὕτω τρεῖς Θεοὺς ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν οὐ συναινοῦμεν, ἀλλὰ παντελῶς ἀπαγορεύομεν. πατὴρ γὰρ παρ᾽ οὐδενός ἐστι ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλ᾽ ἀγέννητος. ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρός ἐστιν, οὐ ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεν- D νητός. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρός ἐστιν, οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ᾽ ἐκπορευτόν. εἷς λοιπὸν ὁ πατὴρ, οὐ τρεῖς, εἷς υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοὶ, ἓν πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια. καὶ ἐν ταύτῃ τριάδι, οὐδεὶς πρῶτος ἢ ἔσχατος, οὐδεὶς μέγας ἢ μικρός. ἀλλὰ αἱ τρεῖς αὗται ὑποστάσεις, αἰώνιαί τε εἰσὶ καὶ ἴσαι εἰς πάντα, ὡς προείρηται. μονάδα γοῦν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι, πᾶς Χριστιανὸς εὐσεβέσθω, καὶ οὕτω περὶ τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμοουσίου τριάδος δοξαζέτω.

Ἀναγκαῖον δέ ἐστι καὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθῶς πιστεύειν. ἔστι γοῦν ἡ πίστις ἡ ὀρθὴ, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶ- E μεν, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστιν * ἄκτιστός ἐστι καὶ οὐσία πατρός. ἄνθρωπός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρός. ἐπειδὴ γὰρ ἁμαρτήσας ὁ Ἀδὰμ θανάτῳ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκεν, ὁ υἱὸς λοιπὸν τοῦ ἀοράτου πατρὸς καὶ Θεοῦ, τῶν οὐρανῶν οὐκ ἐκστὰς πρὸς ἡμᾶς κατῆλθε. καὶ δι᾽ ἀκοῆς εἰσδὺς τὴν νηδὺν τῆς ἁγίας παρθένου, μυστικῶς τὴν κυοφορίαν εἰργάσατο, ἐνδὺς τὴν ἡμετέραν φύσιν κατ᾽ ἄκραν ἕνωσιν. Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος προελθὼν, οὕτω τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσε

* Θ… ἐκ … σίας.

ρωσε δι' ἄφατον ἔλεον. καὶ τέλειος Θεὸς ὢν γέγονε τέλειος ἄνθρωπος, μὴ τραπεὶς, μὴ ἀλλοιωθεὶς τῆς ὑπερουσίου καὶ ἀφράστου οὐσίας τῆς αὐτοῦ θεότητος. ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς οὐσιωθείς· αὐτὸς ἑαυτῷ σὺν τῷ συμφυεῖ αὐτοῦ παναγίῳ πνεύματι, δημιουργήσας τὴν παναγίαν τῆς σαρκὸς πρόσληψιν. τελείαν οὐσίαν ἀνθρωπίνην, ἐνυπόστατον αὐτῷ καὶ ἀδιαίρετον ἐξ αὐτοῦ, ἁμαρτίας ἀμέθεκτον. ἐκ τῶν παρθενικῶν ἁγνῶν αἱμάτων τῆς θεομήτορος συμπαγέντος τοῦ σώματος, χωρὶς τινὸς θελήματος ἢ ἐννοήματος σαρκικοῦ. τῆς δὲ ψυχῆς ἀΰλως κτισθείσης, νοερᾶς, λογικῆς, θελητικῆς, ἐνεργητικῆς, ὅλης τεθεωμένης σὺν τῇ σαρκὶ, ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς, ἐκ πρώτης ὑπάρξεως, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄκραν ἕνωσιν, ἀσύγχυτον καθ' ὑπόστασιν.

Ἴσος οὖν ἐστὶ τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐλάττων δὲ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. καὶ ὄντως ἀληθινὸς ὑπάρχει Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὅμως οὐ δύο, ἀλλ' εἷς ἐστιν ὁ Χριστός. εἷς δὲ, οὐ τραπεῖσα ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ἀναληφθεῖσα εἰς τὸν Θεόν. εἷς ὁλικῶς, οὐ συγχύσει οὐσιῶν, ἀλλ' ἑνώσει τὸ καθ' ὑπόστασιν. καὶ γὰρ ὥσπερ ψυχὴ λογικὴ καὶ σὰρξ εἷς ὑπάρχει ἄνθρωπος· οὕτω καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστιν ὁ Χριστός. ὃς ἔπαθε τῇ σαρκὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἀπαθοῦς τῆς θεότητος μενούσης. καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς, καὶ ἀναληφθεὶς εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἐρχόμενος κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς. οὗ τῇ παρουσίᾳ πάντες οἱ ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένοι ἄνθρωποι ἀναστήσονται, λόγον ἀποδοῦναι περὶ τῶν πράξεων αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, πορεύσονται τῷ κελεύσματι αὐτοῦ εἰς αἰώνιον ζωήν. οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, πορεύσονται εἰς αἰωνίους κολάσεις. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὀρθόδοξος πίστις, ἣν ὁ μὴ τηρήσας ἀμώμητον, σωθῆναι οὐ δύναται.

A *explicabili deitatis suæ substantiâ*: ex anima rationali & humana carne subsistens. *Ipse sibi, cum cognato suo sanctissimo Spiritu, fabricans sanctissimam carnis assumptionem: perfectam substantiam humanam, in eo subsistentem & ab eo inseparabilem, peccati minime participem. Corpore ex virgineis & castis sanguinibus matris Dei compacto, absque carnali aliqua voluntate vel cogitatione: anima vero immaterialiter creata, intellectuali, rationali, voluntate & vi agendi prædita; tota, simul cum carne, divinitate repleta, ab ipso principio & prima existentia, propter summam & inconfusam, secundum personam, ad ipsum Deum verbum factam unionem.*

ANNO CHRISTI 342.

Æqualis *igitur est* Patri secundum divinitatem; B minor *vero* Patre secundum humanitatem. *Planeque verus* Deus est & homo: non duo tamen, sed unus est Christus. Vnus autem, non conversione carnis, sed assumptione in Deum. Vnus omnino, non confusione substantiarum; sed unitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo; ita & Deus & homo unus est Christus. Qui passus est *carne* pro salute nostra, *impassibili manente divinitate*; *& sepultus*, & resurgens, & assumptus ad cælos, sedet ad dexteram Dei & Patris. Inde *vero iterum* venturus, judicabit vivos & mortuos. Ad cujus adventum, omnes *qui a seculo* C *obdormierunt* homines resurgent; rationem reddituri de factis suis: & qui bona egerunt, ibunt *illius mandato* in vitam æternam; qui vero mala *egerunt, ibunt* ad cruciatus æternos. Hæc *utique* fides est orthodoxa: quam nisi quis inculpatam servaverit, salvus esse non poterit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Athanasius Romam a Iulio pontifice maximo vocatus, ut judicaretur, cum Eusebianorum adventum anno integro & sex mensibus, ut supra dixi, expectaret, hoc symbolum fidei Romæ scripsit, ac tamquam catholicæ suæ fidei professionem publice edidit. Quod cum actis Nicænæ synodi in archivo Romano diu asservatum, tandem post multa annorum curricula tradi meruit ecclesiæ recitandum, ab illo altero Athanasii scripto, quod inscriptum est, *Expositio fidei*, quod in primo operum ejusdem tomo D habetur, diversum. Meminit autem symboli hujus Augustinus in psal. 120. super illud: *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem*: " ubi citat integrum versum ejus symboli, nec desunt alibi loca, quæ ejusdem verbis atque sententia conspersa cernuntur. Ac quamquam in universo pene Christianorum orbe hoc symbolum receptum, & in summa veneratione habitum fuerit, a Græcis tamen iis, qui sese a Romana ecclesia præsciderunt, pars illa truncata est, qua Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere asseritur: eo falso prætextu quod nuper a Latinis (ut aiunt) superaddita fuerit, cum liqueat ante annos 960. ita ut se nunc habet, legi solitum. Quod ex cap. 1. concilii Tolet. IV. & ex testimonio apostolicæ sedis legatorum ad Græcos, Gregorio IV. Rom pontifice, ex illa ipsa fidei definitione, quæ in Vaticana & Sfortiana bi- E bliothecis habetur in urbe, atque ex decreto Eugenii ad Armenos in concilio Florentino manifestissime constat. Inscriptionem illam, quæ hodie adhuc apud Treviros legitur in puteo sui exulantis receptaculo, de fide suspectam esse ex eo convincitur, quod imperator occidentis, & Maximinus episcopus Trevirensis non instar exulis, sed charissimi potius hospitis & amici eum Treveris honorifice exceperunt, atque humanissime tractarunt. Vnde Baronius anno Christi 340. num. 14. fabellam esse putat, hoc symbolum, ut ab aliquibus fertur, ab Athanasio Treviris in puteo latitante scriptum fuisse. Quod autem exul illud scripsisse dicatur, ita accipiendum est, inquit, quod omnis Athanasii a sua Alexandrina ecclesia absentia, occasione suorum hostium facta, ab ipso Athanasio & ab aliis exilium appellari consueverit. Vide Baronium prædicto anno num. 11. 12. 13. & 14. Possevimus in suo apparatu sacro, verbo *Athanasius Alexandria*, probabile esse judicat, ut sanctissimæ Trinitatis acerrimus propugnator, hymnum illum locis quibus potuit omnibus scripserit, cantaverit & disseminaverit. Qui post Bellarminum cardinalem, Gilbertum Genebrardum, Nicolaum Serarium in symbolum Athanasii scripserint; vide Possevinum prædicto loco apparatus sacri.

Possevini sententia.

a CONCILIVM ROMANVM III. SVB IVLIO.

ANNO CHRISTI 342.

c *Concilium.*] Hoc concilium celebratum est Romæ anno domini 342. post cladem illam Alexandrinam, qua Gregorius in locum Athanasii ab Eusebianis Antiochena synodo suffectus, magna Christianorum calamitate & templorum incendio in urbem introductus est, quove cladem Alexandrinam prævisam fugiens, Romam reversus, ibique deinceps triennio commoratus est, cumque Elpidius & Philoxenus ab Eusebianis in oriente hucusque detenti, cum literis ex Antiocheno conciliabulo ad Iulium acerbissime & contumeliose scriptis, tandem dimissi fuerunt. Qui ubi prædicto anno Romam venissent, obtulissentque pontifici Arianorum literas, quibus de Athanasio absoluto, de termini ad comparendum præfixi angustia, de judicio Romani pontificis & concilii illegitime usurpato, deque aliis pluribus, quæ supra in notis ad epistolam Iulii 4. attigi, conquerebantur, pontifex hac synodo cõprovincialium, secundum apostolicam constitutionem congregata, literas eorum aliter quã statuerat legi & publicari demãdavit, quidve calũniatoribus responden-

Locus tempus & causa concilii.

ANNO CHRISTI 342

respondendum videretur inquisivit Placuit autem omnibus ibidem congregatis, ut per epistolam a Iulio omnium nomine scriptam, calumniæ Eusebianorum refutentur, injuriæ depellantur, & justa Athanasii, Marcelli, aliorumque facta synodali absolutione defendantur. Ita intelligendum est illud Athanasii apol. 2. quod post illa verba: *Presbyter Vitus plures episcopos, &c.* supra allegata subjungit: *Magnaque indignatio exorta est contra Eusebianos, quibus Iulium, cum ab eis literas accepisset, rescribere jusserunt.* Hanc synodum a priore Romana diversam non esse arbitrantes, ideo quod Athanasii aliorumque absolutiones subsequente epistola post cladem Alexandrinam enarrentur, graviter errant; id enim factum est per anticipationem, qua solent quandoque propter rerum affinitatem prius enarrari ea quæ posterius acciderunt. Anno 341 Romana synodo prædictos episcopos absolutos, alia quadam anno 342. celebrata Eusebianorum literas expostulatorias perlectas; ac demum mandato synodi, per rescriptum Iulii ad synodum sequente anno 343. Romæ congregandam, vocatos fuisse, mirum esse non debet: cum non tantum lege apostolica, de qua in can. apostolorum supra egimus, verum etiam Antiocheno Eusebianorum conciliabulo constitutum fuerit, ut bis in anno concilia episcoporum saltem comprovincialium celebrentur. Vide Baronium an. 341. num. 47. an. 342. num. 28. & 34. Ea quæ notavimus supra ad 4. epistolam Iulii, non parum huc faciunt.

Decretum concilii.

Hæc synodus a præcedente Romana diversa fuit.

EPISTOLA SYNODICA AD EVSEBIANOS SCRIPTA.

LEGI epistolam vestram, &c. *Excusa est supra inter Iulianas" quarta.*

"immo tertia, vide supra p. 494. C

[a] CONCILIVM ANTIOCHENVM II. AB ARIANIS CELEBRATVM SVB IVLIO.

Locus & tempus concilii.

a *Concilium Antiochenum* II.] Hanc synodum ab Arianis, anno tertio post Antiochenam in encæniis celebratam, habitam fuisse Antiochiæ, anno Christi 344. atque in ea prioribus quatuor fidei formulis rejectis, aliam cæteris prolixiorem, & ad occidentales episcopos, quos nulla adhuc Arianæ perfidiæ labecula contaminarat, decipiendos convenientiorem edidisse, eamque in occidentem nullo cum fructu transmisisse, post Athanasium Sozom lib. 1. cap. 10. aperte indicat, his verbis: *Triennio vero jam intermisso* (nimirum a priore synodo Antiochiæ in encæniis anno 341. celebrata) *episcopi orientis aliam fidei formulam, quam* μακρόστιχον, *id est prolixam, vel multas lineas comprehendentem nominabant, propterea quod multo pluribus verbis ac nominibus quam priores formulæ conscripta erat, episcopis occidentis m serunt: in qua, ut essentiæ Dei nullam fecere mentionem, sic illis qui Filium Dei asserebant, vel ex nihilo ortum esse, vel ex alia essentia quam Dei patris constare, vel tempus sæculumve fuisse quando non erat, anathema indixere. Quam formulam ab Eudoxio episcopo jam tum Germaniciæ, & Martyrio, & Macedonio ad se perlatam, episcopi occidentis non receperunt. Nam responderunt se decretis Nicæni concilii velle acquiescere: & præter illa nihil amplius curiose inquirendum curarunt.* Hæc Sozom. eumque secutus Socrates lib. 2. cap. 15. Prædicto tempore hanc synodum habitam fuisse etiam manifeste colligitur ex Athanasio de synodis, cum ait, *Rursum quasi istorum pœnitentia laborarent,* nempe de editis quatuor fidei regulis, *pœnitentes, post triennium iterum in confessum veniunt.* Vt ergo orientales episcopi eam, quæ laborabant, Arianæ hæreseos suspicionem eluerent, & ab Ariano contagio se procul abhorrere significarent, probatum in magna Nicæna synodo nomen *consubstantialitatis,* delerent, ipsumque vocabulum prædictum crebris validisque arietum ictibus quatientes omnem simul cum eo fidem orthodoxam prosternerent, sicque Arii impietatem diu dolo suppressam erigerent, hanc quam infra subjungimus formulam fidei, qua Ariana hæresis specie tenus condemnatur, omnesque ejus positiones simplicioribus destrui videntur, ediderunt; editamque per Eudoxium, Martyrium, Macedonium & Demophilum ad occidentalis ecclesiæ episcopos transmiserunt. Quo eventu, sequenti concilio constabit. Vide Baronium anno 344. num. 1. 2. 3. 4.

ANNO CHRISTI 344

Causa concilii.

FORMVLA FIDEI HÆC EST.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, conditorem factoremque omnium, ex quo omnis paternitas in cælis & in terris nominatur. Et in unigenitum ejus Filium, dominum nostrum, ante omnia sæcula ex Patre natum: Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, tum visibilia tum invisibilia, eumdemque Verbum esse, sapientiam, potentiam, & vitam, & lucem veram, qui ultimis diebus propter nos homo factus, & genitus ex Maria virgine, crucifixus, & mortuus est, & resurrexit tertia die a morte, & in cælum subvectus est, sedetque ad dexteram Patris, & venturus est in consummatione sæculi ad judicandum vivos & mortuos, & reddendum unicuique secundum opera sua, cujus regnum indesinens permanet in infinitas ætates. Sedet enim ad dexteram Patris non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Credimus item in Spiritum sanctum, hoc est Paracletum, quem cum pollicitus esset apostolis post reditum suum in cælos, misit ut doceret eos, & commonefaceret omnium: per quem animæ quæ in illum sinceriter credunt sanctificantur. Eos autem qui dicunt Deum ex non ente extitisse aut ex alia subsistentia, & non ex Deo, & quod tempus ante sæculum aliquot fuit, quo nondum esset Filius, alienos a se censet & agnoscit sancta & catholica ecclesia. Similiter & eos qui dicunt tres esse deos, aut Christum non esse Deum, aut ante sæcula eum nec Christum nec Dei Filium fuisse, aut eumdem esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: aut Filium ingenitum, aut quod non de consilio suo & voluntate Pater Filium genuerit, hos omnes anathemate ferit sancta & catholica ecclesia. Non enim tutum est dicere Filium ex non ente ad essentiam prodiisse, eo quod illud in sacris literis nusquam de Filio feratur. Neque illum ex ulla alia substantia præexistente, & quæ Pater non esset, genitum esse, sed solum ex Deo genuine & naturaliter natum esse definimus. Vnum enim ingenitum & nullo principio inchoatum Christi Patrem sacra scriptura commonstrat. Sed neque illi qui subtiliter dicunt fuisse aliquando, quando non erat, ex literis quæ sacræ scripturæ

scripturæ non sunt, temporale aliquod intervallum, quod ante ipsum fuerit, cogitare debent, sed solum dum intemporaliter Deum genitum esse, eo quod tempora & ætates per eum sint conditæ, non tamen eum coinexordiatum & coingenitum cum Patre existimare fas est. Neuter enim proprie sive Pater sive Filius coinoriginatus, aut coingenitus, ut ea parte collegam habeat, dici potest. Sed Patrem solum nullo principio inchoatum ineffabiliter, & omnibus incomprehensibiliter, ante sæcula genuisse agnoscimus, ac proinde Filium non itidem, uti Patrem, ingenitum dici posse, sed principem exordiumque sui Patrem habere qui ipsum genuit. Caput enim Christi Deus: neque tamen ob id quia ternas res, & tres personas Patris & Filii & Spiritus sancti secundum scripturas confitemur, tres deos facimus. Quoniam perfectum, ingenitum, & nullo principio inchoatum, invisibilem unum Deum agnoscimus, Deum & Patrem Vnigeniti, qui solus ex se habet id ipsum quod est, solusque omnibus aliis benigne largitur, ut sint: non tamen quia unum solum Deum esse Patrem domini nostri Iesu Christi, unumque ingenitum profitemur, ideo Christum Deum ante sæcula esse abnegamus, qualia faciunt Pauli Samosatensis discipuli, qui eum post incarnationem suam ex profectu virtutis Deum factum esse asseverant, eo quod merus homo esset. Scimus enim eum, tametsi subjectus sit Patri & Deo, ante sæcula tamen genitum ex Deo, Deum secundum naturam perfectum & verum esse, neque ex homine Deum, sed ex Deo hominem, propter nos factum esse, & neutiquam ullo in tempore suam essentiam perdidisse. Abominamur præterea & anathemate execramur, qui illum tantummodo nudum verbum Dei sine substantia commentitia ratione nominant, quique in alio habeat, quod sit, quemque nunc, uti vocem quæ ore profertur, nunc uti dictionem quæ in cogitatu versatur intelligunt: Christum autem ipsum, & Filium Dei, & mediatorem, & imaginem, non ante sæcula fuisse contendunt, sed ex eo tempore eum Christum & Filium Dei factum esse, ex quo nostram carnem ex virgine assumpsit, non totis ab hinc quadringentis annis. Ab eo enim tempore volunt Christum initium regni adeptum esse, regnique finem habiturum, post consummationem & judicium. Tales sunt discipuli Marcelli & Photini Ancyrogalatarum, qui ante sæcularem essentiam Christi, ejusque deitatem & regnum indefinens, itidem ut Iudæi inficiantur, sub prætextu constituendæ monarchiæ. Scimus enim eum non simpliciter Verbum, quod ore Dei profertur, aut quod in ejus animo cogitatur, sed vivum Verbum, quod per se existit, & Filium Dei & Christum esse, neque eum ratione providentiæ, eo quod Pater talem eum futurum præcognoverat, cum Patre fuisse, & conversatum esse ante sæcula, sed illi administrum fuisse ad omne opificium, visibilium simul & invisibilium. Hic enim est ad quem Pater dixit: *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram*, & qui patriarchis in suamet ipsius persona visus est, legem dedit, & locutus est per prophetas, & tandem homo factus est, & suum Patrem omnibus manifestavit, & regnat per infinita sæcula. Non enim recentem dignitatem assumpsit Christus, sed ab initio eum Patri per omnia similem credimus: illosque qui dicunt eumdem illum Patrem & Filium & Spiritum sanctum esse, & de una re personaque tria ista nomina impie accipiunt, merito ab ecclesia abdicamus, eo quod impatibilem & nullo loco circumscriptum Patrem, patibilem simul & loco circumscriptum per incarnationem fingunt. Tales enim sunt apud Romanos quidem Patropassiani, apud nos vero Sabelliani. Scimus item Patrem qui emisit, in suo inalterabilis deitatis ingenio & moribus permansisse, Christum vero qui missus est, humanitatis assumptæ officium adimplevisse. Eos vero qui non consilio neque voluntate Patrem genuisse Filium irreverenter dicunt, & necessitatem & invitum quiddam & servam impeditamque eligendi potestatem Deo adjungunt, ita ut nolens genuerit Filium, impiissimos & alienissimos ab ecclesiis censemus, eo quod præter novas de deitate sententias, & præter voluntatem sacræ scripturæ, talia de eo sint ausi definire. Nos contra, omnipotentem Deum, eumque sui ipsius dominum agnoscentes, sponte libenterque Filium suum genuisse cum pietate arbitramur, & reverenter ipsi de se loquenti credimus: *Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua:* Prov. 8. non tamen eum ita creatum esse, ut similis sit rebus per ipsum conditis, existimamus. Est enim hoc ipsum impium, & alienum ab ecclesiastica fide, conditorem cum rebus ab ipso conditis æquiparare, & eamdem cum aliis generationis rationem obtinere credere, cum unum unice unigenitum Filium genuine & vere natum esse, sacræ scripturæ commonstrent. Verum quia Filium non per se esse, vivere & existere dicimus, itidem ut Pater, ideo eum separamus a Patre, non quasi loca intervallaque in eorum conjunctione corporaliter fingamus. Credimus enim eos immediate & sine intercapedine sibi mutuo coaptatos consertosque, & inseparabiles a se invicem esse, integro Patre Filium complectente, integro Filio ab eo pendente & cohærente, & perpetuo in Patris sinu requiescente. Credentes igitur in integram & sanctissimam Trinitatem, hoc est in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & Deum Patrem dicentes, Deum item Filium, non duos deos, sed unam deitatis majestatem profitemur, & unam regni perfectam concordiam, ut omnium ubique solus Pater sit dominus, atque adeo etiam ipsius sui Filii: Filiusque vicissim ei subjectus sit, qui eo excepto omnium a se conditorum post illum rex & imperator est. Et in Spiritus sancti gratiam, qui omnibus sanctis affatim Patris voluntate donatur. Ita enim de Christi monarchia loqui sacræ literæ nos docuerunt. Hæc coacti sumus post fidem compendio editam latius explicare, non ambitionis causa, sed ut nos ab omni suspicione, quæ minime in nos competit, purgaremus, apud eos quibus res nostræ cognitæ non sunt, & ut omnes occidentales pariter intelligerent, & calumnias eorum qui diversas opiniones fovent, & orientalium in Christo ecclesiasticos animos, rem ita esse attestantibus libere sacris scripturis, apud eos saltem qui incorrupti sunt.

ANNO CHRISTI 344.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὄντων· ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ἀληθινόν· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανὸν, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάλυτος οὖσα διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας· ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα· τουτέστι τὸν παράκλητον· ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον ἀπέστειλε, διδάξαι αὐτοὺς καὶ ὑπομνῆσαι πάντα. δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἦν ποτε χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ἀληθινὸν, τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀναληφθέντα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ ἔργα αὐτοῦ, οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. καθέζεται γὰρ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν παράκλητον, ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἀπέστειλε διδάξαι αὐτοὺς καὶ ὑπομνῆσαι πάντας δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Θεὸν ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἦν χρόνος ποτὲ ἢ αἰὼν ὅτε μὴ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ καὶ ἁγία ἐκκλησία. ὁμοίως καὶ τοὺς λέγοντας τρεῖς εἶναι Θεοὺς, ἢ τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεὸν, ἢ πρὸ τῶν αἰώνων μήτε Χριστὸν αὐτὸν, μήτε υἱὸν εἶναι Θεοῦ, ἢ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν ἢ ἅγιον πνεῦμα, ἢ ἀγέννητον υἱὸν, ἢ ὅτι οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει ἐγέννησε τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν λέγειν ἀσφαλὲς, ἐπεὶ μηδαμοῦ τοῦτο τῶν θεοπνεύστων γραφῶν φέρεται περὶ αὐτοῦ, οὔτε μὴν ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως παρὰ τὸν πατέρα προϋποκειμένης, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὸν γεγεννῆσθαι διοριζόμεθα. ἓν γὰρ τὸ ἀγέννητον καὶ ἄναρχον τὸν Χριστοῦ πατέρα ὁ θεῖος διδάσκει λόγος. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἐξ ἀγράφων ἐπισφαλῶς λέγοντας χρονικόν τι διάστημα προενθυμητέον αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ μόνον τὸν ἀχρόνως αὐτὸν γεγεννηκότα Θεόν· καὶ χρόνοι γὰρ καὶ αἰῶνες γεγόνασι δι' αὐτοῦ· οὔτε μὴν συνάναρχον καὶ συναγέννητον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ εἶναι νομιστέον· συνανάρχου γὰρ καὶ συναγεννήτου, οὐδεὶς κυρίως πατὴρ ἢ υἱὸς λεχθήσεται. ἀλλὰ τὸν μὲν πατέρα μόνον ἄναρχον ὄντα καὶ ἀγέννητον γεγεννηκέναι ἀνεφίκτως καὶ πᾶσιν ἀκαταλήπτως οἴδαμεν· τὸν δὲ υἱὸν γεγεννῆσθαι πρὸ αἰώνων, καὶ μηκέτι ὁμοίως τῷ πατρὶ ἀγέννητον εἶναι καὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχειν τὸν γεννήσαντα πατέρα· κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ ὁ Θεός. οὔτε μὴν τρία ὁμολογοῦντες πράγματα καὶ τρία πρόσωπα, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὰς γραφὰς, τρεῖς διὰ τοῦτο τοὺς Θεοὺς ποιοῦμεν. ἐπειδὴ τὸν αὐτοτελῆ καὶ ἀγέννητον ἄναρχόν τε καὶ ἀόρατον Θεὸν, ἕνα μόνον οἴδαμεν, τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς, τὸν μόνον μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντα, μόνον τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀφθόνως τοῦτο χαριζόμενον· οὔτε μὴν ἕνα Θεὸν μόνον εἶναι λέγοντες τὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πατέρα τὸν μόνον ἀγέννητον, διὰ τοῦτο ἀρνούμεθα καὶ τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι πρὸ αἰώνων· ὁποῖοί εἰσιν οἱ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὕστερον αὐτὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκ προκοπῆς τεθεοποιῆσθαι λέγοντες, τῷ τὴν φύσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. οἴδαμεν γὰρ καὶ αὐτὸν εἰ καὶ ὑποτέτακται τῷ πατρὶ καὶ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὅμως πρὸ αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, Θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον εἶναι καὶ ἀληθῆ, καὶ μὴ ἐξ ἀνθρώπων μετὰ ταῦτα Θεὸν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐνανθρωπῆσαι δι' ἡμᾶς, καὶ μηδέποτε ἀπολωλεκότα τὸ εἶναι. βδελυσσόμεθα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λόγον μὲν μόνον αὐτὸν ψιλὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνύπαρκτον ἐπιπλάστως καλοῦντας ἐν ἑτέρῳ τὸ εἶναι ἔχοντι, νῦν μὲν, ὡς τὸν προφορικὸν λεγόμενον ὑπό τινων, νῦν δὲ ὡς τὸν ἐνδιάθετον· Χριστὸν δὲ αὐτὸν, καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μεσίτην, καὶ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ μὴ εἶναι πρὸ αἰώνων θέλοντας, ἀλλ' ἐκ τότε Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ οὗ τὴν ἡμετέραν ἐκ τῆς παρθένου σάρκα ἀνείληφε πρὸ τετρακοσίων οὐχ ὅλων ἐτῶν· ἐκ τότε γὰρ τὸν Χριστὸν ἀρχὴν βασιλείας ἐσχηκέναι ἐθέλουσι· καὶ τέλος ἕξειν αὐτὸν μετὰ τὴν συντέλειαν καὶ τὴν κρίσιν. τοιοῦτοι δέ εἰσιν, οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ τῶν Ἀγκυρογαλατῶν,

τῶν, οἱ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἀτελεύτητον αὐτοῦ βασιλείαν ὁμοίως Ἰουδαίοις ἀθετοῦσιν, ἐπὶ προφάσει τοῦ συνίστασθαι δοκεῖν τῇ μοναρχίᾳ. ἴσμεν γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς, οὐχ ἁπλῶς λόγον προφορικὸν ἢ ἐνδιάθετον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ζῶντα Θεὸν, λόγον καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχοντα καὶ υἱὸν Θεοῦ καὶ Χριστὸν, καὶ οὐ προγνωστικῶς συνόντα καὶ συνδιατρίβοντα πρὸ αἰώνων τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ, καὶ πρὸς πᾶσαν διακονησάμενον αὐτῷ τὴν δημιουργίαν εἴτε τῶν ὁρατῶν, εἴτε τῶν ἀοράτων. οὗτος γάρ ἐστι πρὸς ὃν εἶπεν ὁ πατὴρ ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὁ καὶ τοῖς πατριάρχαις αὐτοπροσώπως ὀφθεὶς δεδωκὼς τὸν νόμον, καὶ λαλήσας διὰ τῶν προφητῶν, καὶ τὰ τελευταῖα ἐνανθρωπήσας, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα πᾶσιν ἀνθρώποις φανερώσας, καὶ βασιλεύων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. οὐδὲν γὰρ πρόσφατον ὁ Χριστὸς προσείληφεν ἀξίωμα, ἀλλ' ἄνωθεν τέλειον αὐτὸν, καὶ τῷ πατρὶ κατὰ πάντα ὅμοιον εἶναι πεπιστεύκαμεν· καὶ τοὺς λέγοντας δὲ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, καθ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματός τε καὶ προσώπου τὰ τρία ὀνόματα ἀσεβῶς ἐκλαμβάνοντας, εἰκότως ἀποκηρύσσομεν τῆς ἐκκλησίας, ὅτι τὸν ἀχώρητον καὶ ἀπαθῆ πατέρα, χωρητὸν ἅμα καὶ παθητὸν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑποτίθενται. τοιοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ Πατροπασσιανοὶ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις· Σαβελλιανοὶ δὲ καλούμενοι παρ' ἡμῖν. οἴδαμεν γὰρ ἡμεῖς τὸν μὲν ἀποστείλαντα πατέρα, ἐν τῷ οἰκείῳ τῆς ἀναλλοιώτου θεότητος ἤθει μεμενηκέναι, τὸν δὲ ἀποσταλέντα Χριστὸν τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν πεπληρωκέναι· ὅμως δὲ καὶ τοὺς οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν εἰρηκότας ἀνευλαβῶς, ἀνάγκην δὲ δηλονότι ἀβούλητον καὶ ἀπροαίρετον περιτεθεικότας τῷ Θεῷ, ἵνα ἄκων γεννήσῃ τὸν υἱὸν, δυσσεβεστάτους καὶ τῆς ἐκκλησίας ξένους γινώσκομεν· ὅτι τε παρὰ τὰς κοινὰς τὰς περὶ Θεοῦ ἐννοίας, καὶ δὴ καὶ παρὰ τὸ βούλημα τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, τοιαῦτα τετολμήκασι περὶ αὐτοῦ διορίσασθαι. αὐτοκράτορα γὰρ ἡμεῖς τὸν Θεὸν καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ εἰδότες, ἑκουσίως αὐτὸν καὶ ἐθελοντὴν υἱὸν γεγεννηκέναι εὐσεβῶς ὑπειλήφαμεν. πιστεύοντες δὲ ἐμφόβως καὶ τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγοντι· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, οὐχ ὁμοίως αὐτὸν τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις κτίσμασιν ἢ ποιήμασι γεγενῆσθαι νοοῦμεν. ἀσεβὲς γὰρ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἀλλότριον, τὸ τὸν κτίστην, τοῖς δι' αὐτοῦ κεκτισμένοις δημιουργήμασι παραβάλλειν· καὶ τὸν αὐτὸν τῆς γενέσεως τοῖς ἄλλοις τρόπον ἔχειν αὐτὸν νομίζειν. μόνον γὰρ καὶ μόνως τὸν μονογενῆ υἱὸν γεγεννῆσθαι γνησίως τε καὶ ἀληθῶς διδάσκουσιν ὑμᾶς αἱ θεῖαι γραφαί. ἀλλ' οὐδὲ τὸν υἱὸν καθ' ἑαυτὸν εἶναι, ζῆν τε καὶ ὑπάρχειν ὁμοίως τῷ πατρὶ λέγοντες, διὰ τοῦτο χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ πατρὸς, τόπους καὶ διαστήματά τινα μεταξὺ τῆς συναφείας αὐτῶν σωματικῶς ἐπινοοῦντες.

A πεπιστεύκαμεν γὰρ ἀμεσιτεύτως αὐτοὺς καὶ ἀδιαστάτως ἀλλήλοις ἐπισυνῆφθαι, καὶ ἀχωρίστους ὑπάρχειν ἑαυτῶν. ὅλου μὲν τοῦ πατρὸς ἐνστερνισμένου τὸν υἱὸν, ὅλου δὲ τοῦ υἱοῦ ἐξηρτημένου καὶ προσπεφυκότος τῷ πατρὶ, καὶ μόνου τοῖς πατρῴοις κόλποις ἐπαναπαυομένου διηνεκῶς· πιστεύοντες οὖν εἰς τὴν παντέλειον τριάδα τὴν ἁγιωτάτην, τουτέστιν εἰς τὸν πατέρα, καὶ εἰς τὸν υἱὸν, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ Θεὸν μὲν τὸν πατέρα λέγοντες, Θεὸν δὲ καὶ τὸν υἱὸν, οὐ δύο τούτους Θεοὺς, ἀλλ' ἓν ὁμολογοῦμεν τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ μίαν ἀκριβῆ τῆς βασιλείας τὴν συμφωνίαν· παν-
B τοκρατοῦντος μὲν καθόλου πάντων καὶ αὐτοῦ υἱοῦ, μόνου τοῦ πατρὸς, τοῦ δὲ υἱοῦ ὑποτεταγμένου τῷ πατρί. ἐκτὸς δὲ αὐτοῦ, πάντως μετ' αὐτὸν βασιλεύοντος τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριν, ἀφθόνως τοῖς ἁγίοις δωρουμένου πατρικῷ βουλήματι. οὕτω γὰρ τὸν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν μοναρχίας συνίστασθαι λόγον παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἱεροὶ λόγοι. ταῦτα ἠναγκάσθημεν μετὰ τὴν ἐν ἐπιτομῇ προεκτεθεῖσαν πίστιν, πλατύτερον ἐπεξεργάσασθαι, οὐ κατὰ περιττὴν φιλοτιμίαν, ἀλλ' ἵνα πᾶσαν τὴν τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως ἀλλοτρίαν ἀνακαθάρωμεν ὑποψίαν, παρὰ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀ-
C γνοοῦσι· καὶ γνῶσιν οἱ κατὰ τὴν δύσιν πάντες, ὁμοῦ μὲν τῆς συκοφαντίας τῶν ἑτεροδόξων τὴν ἀναίδειαν, ὁμοῦ δὲ τῶν ἀνατολικῶν τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐν κυρίῳ φρόνημα, μαρτυρούμενον ἀβιάστως ὑπὸ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν παρὰ τοῖς ἀδιαστρόφοις.

a CONCILIVM MEDIOLANENSE I.

SVB IVLIO.

A CATHOLICIS CELEBRATVM.

ANNO CHRISTI 344.

Causa concilii.

a *Concilium.*] Cum Eudoxius, Martyrius, Macedonius & Demophilus orientalium legati prædicto concilio Antiocheno designati, juxta formulam fidei, quam velut catholicam & orthodo-
D xam venditabant, sibi atq; omnibus orientalibus velut orthodoxis & catholicis episcopis communionem Romanæ ecclesiæ impertiri petivissent, orthodoxi patres in hoc conventu Mediolani congregati, ante omnia oblatam fidei formulam examinantes, ipsam ob novitatem & nomen *consubstantialitatis* omissum rejecerunt; ideo maxime, quod ad abluendam labem ex Arianæ hæreseos suspicione contractam, & ad communionem ecclesiæ catholicæ impetrandam satis fuisset catholicæ fidei Nicænum symbolum profiteri, ipsumq; suo chirographo consignatum, quod fecerant antehac alii, Romã misisse. Cum igitur fraude eorum cognita orthodoxi episcopi Arii sententias condemnare vellent, legati, qui hactenus
E & verbis & scriptis se id facturos esse præ se tulerant, continuo resilierunt, simulq; suam & aliorũ imposturam detexerunt. Ad fidem Verbi divini Deo patri consubstantialis per occultos meatus & cuniculos evertendã, nõ satis hominibus perfidis ac turbulentis fuit quod Athanasium falsis criminibus afflictis circũvenissent, ipsũmq, cum pluribus aliis fidei defensoribus sedibus exturbassent, sed oportebat etiã apud occidentales hoc ad fraudẽ & imposturã adjicere, ut crebris de fide catholica conciliis celebratis, velut mole quadam unicum Nicænum obruerent, statutamque in ea unicam fidei catholicæ professionem toto orbe receptam,

Decretum concilii.

ANNO CHRISTI 344.

formulis aliis a se frequenter commutatis, eliminarent. Rem hoc concilio gestam Liberius pontifex in ea epistola " quam ad Constantium scripsit (quamque ex tomo 9. biblioth. VV. patrum infra sub Liberio posuimus) his verbis describit. *Significant orientales paci se nostræ velle conjungi, Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo*, (scripta est hæc epistola anno post hunc octavo) *cum apud Mediolanum Arii hæreticam sententiam noluissent damnare, de concilio iratis animis exierunt? Horum si fas est sententiis inhærere, quale sit, aut quid habeat commodare consensum, æquitas & clementia tua poterit æstimare*, &c. Vide Baronium anno 344. n. 4. 5. & 6.

" ordine 2.

ANNO CHRISTI 346.

[a] CONCILIVM [b] AGRIPPINENSE [c] IN QVO

EVPHRATAS COLONIÆ AGRIPPINÆ episcopus, quod Christum Deum negaret, hæresis damnatus atque exauctoratus est, anno Christi CCCXLVI. *Iulii papæ* X. *Constantis Augusti in Italia* IX. *in Gallia* V.

[d] POST consulatum Amantii & Albini, IV. Idus Maias, cum consedissent episcopi in Agrippinensium civitate, id est Maximinus Trevirorum, Valentinus ab Arelato, Donatianus Cabillonorum, Severinus Senonum, Optatianus Tricassium, Iesses Nemetum, Victor Vangionum, Valerianus Autisiodorensium, Simplicius Augustodunensium, Amandus Argentinensium, Iustinianus Rauricorum, Eulogius Ambianorum, Servatius Tungrorum, [e] Dyscolius Rhemorum: consentientibus & mandantibus Mattino episcopo Moguntiacensium, Victore Mediomatricorum, Desiderio Lingonicæ, Panchario Vesontiensium, Sanctino † Articlavorum, Victorino Parisiorum, Superiore Nerviorum, Mercurio Suessionum, Diopeto Aurelianorum, Eusebio Rothomagensium: cumque recitata fuisset epistola plebis Agrippinensium; sed & omnium castrorum Germaniæ secundæ, de nomine Euphratæ, qui Christum Deum negavit;

† Virodunum, cujus antistes Sanctinus, Vrbem clavorum olim dictã fuisse docet Bercharius in hist. episc Virodunensium. " & Sigebertus in chronico an. 1048.

Maximinus episcopus dixit: Quia voluntas Dei Patris, & domini nostri Iesu Christi, voluit nos juxta postulatum fratrum ad hoc Agrippinense oppidum convenire, propter perditum & blasphemum Euphratam, quem omnis mundus jam ore domini cognovit esse damnatum; qui in Spiritum sanctum catenus blasphemavit, quod Christum Deum negat: hanc mediocritas mea sententiam fert, sicut Dei & domini nostri salvatoris ore prolata est dicentis: *Omnia peccata & blasphemiæ remittuntur hominibus: qui autem blasphemaverit Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in futuro, sed reus erit æterno judicio.* Ideo episcopum eum manifestum est esse non posse.

Matth. 12. Marc. 3. Luc. 12.

Valentinus episcopus dixit: Quia Euphrata Christum Deum negat, consentio cum episcopum esse non posse; qui nec laicam debet communionem accipere.

Donatianus episcopus dixit: In pace negavit Christum Deum: & ideo constat Euphratam non esse catholicum.

Severinus episcopus dixit: Cum constet Euphratam subscriptione fratrum plurimorum in Spiritum sanctum blasphemasse negando Deum Christum; & ego consentio eumdem, juxta euangelica præcepta, jure ab episcopatu esse dejectum.

Optatianus episcopus dixit: Et ego sentio Euphratam in episcopatu permanere non posse, qui in Spiritum sanctum blasphemavit negando Christum Deum.

Iesses episcopus dixit: Non solum epistolis omnium ecclesiarum, quæ audierunt Euphratam negare Deum Christum, sed quod ego ipse auribus meis audivi sub præsentia Martini consenioris nostri, & Metropii presbyteri, & Quintini presbyteri, & Victoris diaconi, ideo consensi illum jure esse depositum.

Victor episcopus dixit: Quoniam palam factum est, & probatum, Euphratam immemorem sacramenti cælestis blasphemasse in Spiritum sanctum, negando Christum Deum Dei filium, & multis criminibus coarguitur, quod episcopum nullo modo decet, consentio eum esse depositum.

Valerianus episcopus dixit: Etsi non omnes conseniores, hic apud Agrippinam Dei voluntate qui sumus adunati, convenissemus, suffecerat a quinque episcopis Euphratam blasphemum, quia Christum Deum negat, pro meritis suis sententiari, eodem jure esse depositum. Nunc autem in præsenti majora cognovimus: multorum etiam carorum laicorum subscriptione manifestum est, quia primordialem dominum & Deum nostrum negat: cum per universos prophetas manifestetur illum ante mundi constitutionem fuisse cum Deo patre omnipotente: & quia omnes cecinerunt illum venturum, & pati pro totius mundi salute, sicut ipse complevit. Quapropter Euphratas falsus doctor, qui nudum tantum hominem asserit Christum, recte omnium consacerdotum voce damnatus est. Ideo consentio, ut si quis epistolas ipsius per catholicam ecclesiam attulerit, communione privetur: eumdemque censeo juste esse depositum.

Simplicius episcopus dixit: Esse episcopum non posse Euphratam consentio, quia Christum Deum negat.

Amandus episcopus dixit: Siquidem in præsenti, quando Euphrata a quinque episcopis sententiam accepit, me inter ipsos fateor esse consentaneum, qui epistolis meis ad eumdem deponendum consensi, secundum falsam doctrinam ipsius, qui Christum dominum Deum negat, merito in ipsum sententiam collatam esse constat: ad cujus damnationem consentio.

Iustinianus episcopus dixit: Ex epistola clericorum Agrippinensium, nec non & fratrum per singula castra constitutorum, quorum epistolæ & subscriptiones tenentur, cognovimus Euphratam esse blasphemum, qui Christum salvatorem dominum nostrum Deum esse negat. Quapropter & ego consentio illum ab ecclesia catholica esse damnatum.

Eulogius episcopus dixit: Diabolus qui ab initio fuit, qui periit primus, & ceteros perdidit, ipse hodie in Euphrata persistit. Nam & idem multos secum trahendo decepit: qui

qui tamen meminisse debuerat apostolum prædicasse, qui ait: *Et si angelus descenderit de cælo, & vobis aliter prædicaverit, quam vobis est prædicatum, anathema sit.* Quare Euphrata falsus doctor, legisque subversor, merito omnium episcoporum sententia damnatus est, qui benedictum dominum & salvatorem nostrum, auctorem lucis & vitæ, Iesum Christum Deum negare ausus est. Et ideo pusillitatis meæ consensu, ut meretur, damnatione percussus est.

Servatius episcopus dixit: Quid fecerit, quidve docuerit Euphrata pseudoepiscopus, non opinione sed veritate cognovi, pro finitimi loci conjuncta civitate: cuique publice & domestice obstiti sæpe, cum ille Christum Deum negaret, audiente Athanasio episcopo Alexandriæ, & presbyteris, & diaconibus plurimis. Et idcirco censeo Christianis episcopum eum esse non posse, quia Deum Christum sacrilega voce negavit: neque illum Christianum esse judicandum qui ejusdem confinitimus fuerit inventus.

Dyscolius episcopus dixit: Qui Christum Deum negat in ecclesia non potest permanere, dicente domino nostro Christo: *Qui me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre meo qui est in cælis.* Et ideo Euphratam inter ceteros fratres meos arbitror, & rectissime censeo, esse episcopum non permitti.

Item ex * epistola Diopeti episcopi Aurelianorum*: Inter omnium voces Euphratas damnationi tradatur, atque puniatur, qui Christum negat esse filium Dei: cujus falsa machinatio multis innocentibus attulit pravitatem. Sed necesse est, ut ipse veterator, qui tantum molitus est scelus, cælesti plaga feriatur.

QVÆDAM DESVMPTA

Ex historia beati Servatii episcopi Tungrensis, synodum Agrippinensem seu Coloniensem concernentia.

f IN eodem quoque loco (*Trajectensi videlicet civitate*) revelante sibi Spiritu sancto, præcognovit B. Servatius quæ superventura erant subterjacenti sæculo: convocatisque fratribus, prædixit barbaricas Hunnorum phalangas de puteo abyssi suæ progressuras fore, orbemque rebellis & criminosi populi, præcipue per Gallias, nominatim urbem Octaviam, depastum iri. It rumor & pavor per populos & provincias. Rogatur sanctus in Franciam advenire Tricassinam. Assensit sancti benignitas, conscenditque obviam illi omnis sacerdotalis dignitas. Appellatur exponere quæ noverit. Exoratus exponit. Occupat extemplo audientes horror, & mentis hebetudo, timorque & tribulatio. Initur concilium: placuit supplicationes dirigi Romam ad principem apostolorum, quæriturque legatus. Eligitur ergo primum ad hoc opus Exuperius Tolosanus episcopus. Sed illo multipliciter excusante, adposcunt voce unanimi Servatium legationi. Æquipollentissimum ab omnibus probatur continuo, ut qui nuntius ad populum electus fuisset a domino, ad apostolorum principem interpellator dirigeretur a populo. Superatus autem universorum instantia, vix tandem acquievit. Hortabatur igitur prædicari je-

A junium, & corrigi ausus indisciplinatorum. Sed neque sic expeditum satis iter suum judicat, nisi Euphratam Coloniorum pseudopræsulem, quem post tergum suum ecclesiæ nociturum timuit, ecclesiastica severitas judicialiter discusserit. Illico ergo * præcedunt universali principum decreto veredarii veloces Agrippinam, cogitur cœtus clericorum, it senatus ad synodum. Pontifices postremo, comitante singulos aliquanta mole populorum, Maximinus Trevirorum, Valentinus Arelatensium, Donatianus Cabillonorum, Severinus Senonum, Optatianus Tricassium, * Iessius Nemetum, Victor Vangionum, Valerianus Autisiodorensium, B Amandus Argentoratensium, Servatius Tungrorum, Simplicius Augustodunensium, Iustinianus Rauricorum, Eulogius Ambianorum, Dyscolius Rhemorum, Diopetus Aurelianorum, procedunt tempore statuto ad concilium. Iudicantibus autem ibi quibusdam debere correctionem Euphratæ indici, non tamen oportere virum tam clara sede subito deponi; aliis sane præpaventibus, ne ex hac venia causa præstaretur scelus hoc dilatandi, inter hos illosque sententia Servatii mediastini censebatur hujusmodi: Euphratam, qui Christum salvatorem meum negavit esse Deum, ego nego esse posse episcopum, cum quo sæpe (Athanasio Alexandrino cognoscente) contendi, diræque conscientiæ pectus inflexibile deprehendi. C Cujus & pœnitentia, si qua est expectanda, potius hanc sentio inter laicos quam inter episcopos agendam. Nulla mora, singulis pontificibus orationes similes ad eamdem normam dictantibus, Euphrata deordinatur, & Severinus, qui tunc ex voluntate Dei aderat, plenarie catholicus & sanctus in locum ejus exaltatur.

ANNO CHRISTI 346.

* procedunt

* Iesses

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Causa indictæ synodi ista erat, ut Euphrata cum Photino hæresiarcha divinitatem Christi negans sede episcopali deponeretur, aliusque in locum ejus subrogaretur. Photinum hæresiarcham, patria Ancyranum, Sirmiensem episcopum, docuisse filium Dei hominem tantum esse, testatur Epiphanius hæresi 71. Euphratam vero eamdem hæresin sectatum fuisse, acta hujus synodi aperte indicant. Vnde, quod a quibusdam scribitur, Euphrata auctore, Arianam hæresim Coloniæ propagatam, ideoque synodali sententia condemnatum, episcopatu abdicatum esse, cum historia & actis non convenit: nisi dicas, Arianos tenentes filium Dei creaturam esse, occulte eamdem cum Photino hæresim docuisse: atque ita Euphratam, Photinum sectando, Arianæ factionis sectarium dici posse. Vide Baronium anno 357. num. 4. & 5.

Causa concilii Agrippinensis. Photini & Euphratæ doctrina quæ?

b *Agrippinense.*] Agrippina colonia, ad citeriorem ripam Rheni sita, Vbiorum sedes olim fuit. Qui cum Suevorum incursionibus gravissime exagitarentur, majoris securitatis gratia Rhenum transgressi, post urbem ibidem, quam Tacitus opidum Vbiorum appellat, exstru- E ctam, a Marco Agrippa patre Germanici & avo Agrippinæ in fidem accepta est, auctore Tacito libro 12. Nomen Coloniæ Agrippinæ, & Claudiæ Agrippinensis, sortita est de nomine Agrippinæ Germanici filiæ & imperatoris Claudii conjugis. Hæc enim cum Antistio & Suillio consulibus, anno Christi nimirum 52. Augustæ titulo aucta esset, *quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret*, inquit Tacitus lib. 12. *in opidum Vbiorum in quo genita erat* (agente illic cum exercitu Germanico patre) *veteranos coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.* ita Baron prædicto loco. Lipsius in notis ad Tacitum. Ab initio suę structuræ eam Romanæ urbis & imperii fuisse talem coloniam, quæ eodem jure, iisdem moribus uteretur, eadem forma regiminis gubernaretur, manifestissimo testimonio Pauli libro 10. de censibus probatur, ubi ostensurus, quo jure Agrippinensis colonia deducta fuerit, hæc scribit: *In Germania inferiore Agrippinenses juris Italici sunt.* Et recte:

Agrippina quæ & qualis urbs? A quo condita? Quomodo nominata? Colonia Italici juris.

ANNO CHRISTI 346.

enim Romanæ urbis Colonia suos semper habuit consules, proconsules, quæstores, censores, variosque variarum rerum ac tribuum tribunos atque præfectos: baculus ille candidus, rectus & inflexibilis, quem teneræ ætatis puer consulem concomitans gestare solet, fascium loco receptum fuisse, vulgo existimatur. *Si tribuum* (inquit Georgius Braunius in theatro de Colonia scribens) *ordines, si civilem senatorum auctoritatem, si denique capitolium instar Romani ædificatum observes, quasi effigiem & vivum quoddam simulacrum Romanæ urbis hanc Agrippinensem videbis rempublicam, ut non immerito nativo quodam jure Romanorum dicatur.*

Colonia a quo & quando ad fidem conversa.

Vtraque ergo initio idolorum cultrix per apostolum Petrum ad veram Dei unius fidem & religionem conversa fuit: eamque quam Romæ Petrus, Coloniæ Maternus Petri discipulus prædicavit, hactenus incorruptam & illæsam Dei gratia tenuit, adeo ut non immerito majus sigillum hujus civitatis D. Petri sedentis altera manu duas claves, altera libro tenentis imaginem repræsentet, cum hac circumscriptione: Sancta Colonia Romanæ ecclesiæ fidelis filia. Gereon cum trecentis octodecim, Mauri sexaginta supra trecentos, Vrsula cum undecim millibus virginum martyrium sustinentes, sanguine suo hic pro Christi nomine effuso urbem consecrarunt. Hac urbe sacra corpora trium sanctorum regum, Felicis, Naboris, Gregorii Spoletani, Hippolyti, Albini, Agilolphi, aliorumque plurium martyrum, confessorum ac virginum reliquiæ sacræ continentur. Hinc in commemoratione suorum patronorum in ea prosa quam B. Mariæ virginis ad gradus præpositum composuisse scribit Cornelius Sculthingius in bibliotheca ecclesiastica, sic concinit:

Sigillum quale.

Gaude felix Agrippina, sanctaque Colonia,
Sanctitatis tua bina ferens testimonia.
Postquam fidem suscepisti, civitas pranobilis,
Recidiva non fuisti, sed in fide stabilis.

Colonia urbs imperialis.

Hanc urbem Romano imperio Childericus rex Franciæ ademit: Otto I. eamdem Romano imperio restituit. Deinceps potentior, amplior & nobilior effecta, inter urbes imperiales liberas & Hanseaticas relata, sessionis & dignitatis primatum sortita est. Prima ejus forma, quemadmodum & urbis Romæ, quadrata fuit; cujus jam adhuc muri, turres ac fossæ plerisque in locis videntur. Mœnibus deinceps semilunaribus ampliata, turribus LXXXIII. desuper ædificatis, post admirabilem illam & stupendi operis D. Petri basilicam, X. collegiata, XVIII. plebanica templa, XV. cœnobia virorum, XXII. monialium, triginta sacella, aliaque plurima loca divino cultui dicata circumscribit. Insignia urbis sunt tres aureæ regum coronæ in campo rubro seriatim dispositæ: scutum est argentei coloris, undecim guttulas sanguineas 11000. virginum patronarum indices continens. Propter tria Magorum corpora anno domini 1164. accepta, tres coronas usurpat. E regione Coloniæ versus orientem est oppidulum quoddam Tuitium appellatum, quod a Tuiscone primo Germanorum parente exstructum viri doctissimi asserunt, ex etymologia nominis, ut puto, conjectantes. Verius est, hoc munimentum esse illud, quod Constantinus maximus imperatoris Constantii filius pro militibus illic in tutelam Galliarum collocandis erexit. A quo præsidii loco Divitenses milites, quorum Ammianus Marcellinus libro 27. meminit, nomen traxerunt: corrupte igitur Tuitium, vulgo *Deutz* nominatur: quod melius Divitense munimentum appellaretur. Rhenus hunc locum ab urbe sejungit. Idem imperator, pro imperii & limitis ornatu, Coloniæ septimum orbis miraculum, pontem lapideum facta sic satis difficilem, usui sempiterno destinatum, constituit. Hunc pontem Bruno archiepiscopus Coloniensis, Ottonis I. imperatoris frater, non ob latrocinia, ut Coloniense fabulatur chronicon, sed ne Franci orientales cum occidentalibus conjungi possent, circa annum domini 962. dejecit. Nam ob imperium a Francis ad Saxones translatum, inter Saxonicam & Franciam domum non tantum ingens bellum exortum erat, verum etiam Lutetiam " Parisiorum in Gallia Bruno cum Saxonibus invaserat, spoliaque ingentia isthinc Coloniam advexerat. Ne ergo hanc cladem facilius Galli auxilio orientalium freti ulciscerentur, ipsum pontem, quantumvis fere septimum orbis miraculum foret, Bruno archiepiscopus dejecit. Plura antiquitatum Agrippinensium hactenus incognitarum egregia monumenta ex archivis abditissimis magno studio & labore domini Stephani Broelmanni, Agrippinensis jurisconsulti clarissimi, viri in perscrutandis antiquitatibus Germaniæ diligentissimi, brevi, ut spero, prodibunt. De universitate Coloniensi scitu pulcerrima, docte, & sic satis fuse scripsit reverendissimus D. Iacobus Middendorpius, ejusdem universitatis theologus, jurisconsultus ac philosophus doctissimus, in suo tractatu de celebrioribus universi mundi academiis. Totam vero urbem reverendus domi-

Insignia urbis quæ?

Cur tres gerat coronas.

Tuitium unde dictum, & a quo exstructum.

Pons Rhenanus lapideus a quo constructus & dejectus.

" Falsum hic narrat Binius, ut dicemus in notis.

nus Georgius Braunius, cujus non possum non honeste meminisse, ut graphice, ita vere descripsit. De electorali dignitate hujus urbis archiepiscopali, a sede pontificia non sine magna urbis celebritate concessa, reverendissimus & illustrissimus cardinalis Baronius anno domini 9 9. Bellarminus libro 3. de translatione imperii capite 1. Nicolaus Serrarius libro 1. Mog. hist. capite 24. & sequentibus, scitu pulcerrima in lucem ediderunt. Hos, lector, si plura scire cupias, consule.

c *In quo Euphratas.*] Sunt qui, nescio qua ratione inducti, Euphratam Arianæ hæreseos sectatorem, a Gothis Arianis intrusum fuisse existimant. Quam longe autem illi a veritate aberrent, ex epistola Athanasii ad solitariam vitam agentes scripta, & ex Theodoreto libro 2. historiæ capite 9. liquidissime constat. Vterque refert Euphratam Agrippinæ episcopum Sardicensi concilio interfuisse, & ob præclaram nominis ac virtutis celebritatem omnium episcoporum judicio dignum habitum fuisse, qui nomine totius concilii una cum Vincentio Capuano ad Constantium imperatorem Antiochiæ commorantem ablegaretur, petiturus ab imperatore, ut Athanasium, Marcellum, aliosque exules episcopos, Eusebianorum dolo ac fraude sedibus suis deturbatos, nunc vero universalis concilii sententia a calumnia absolutos, redire, suisque sedibus deinceps præesse non impediat. Et ad hanc rem facilius impetrandam tales ablegarunt, quos Constans imperator commendatitia scripta ad fratrem epistola vere commendare posset. Verba Athanasii hæc sunt: *Missi a sancto concilio in legationem episcopi Vincentio Capua, qua metropolis est Campania, & Euphrata Agrippina, qua est metropolis superioris Gallia, ut pro synodi decretis imperator Constantius episcopos, quos ipse ejecerat, in suas sedes reverti pateretur, & in eam sententiam a Constante pientissimo ad fratrem suum literis datis, quibus episcopos illi commendabat.* Ex quibus satis manifestum est, Euphratam principio sui episcopatus non modo non Arianum, sed neque hereticum fuisse. Vt patres concilii hominem turpissima nota infamiæ inustum, quem præsertim graviorquam Arii hæresis infamasset, quantumvis palinodiam recantasset, tam brevi temporis spatio in pristinam sedem restitutum, & inter eximios sanctitate & doctrina viros Galliarum episcopos, qui Sardicensi concilio interfuerunt, delegerint, sentire aut credere non possum. Probabile esse existimo, hæresin Photini ante hæc tempora occidentali ecclesiæ, teste Baronio anno 344. num. 1. adhuc incognitam, Euphratam tunc primum hausisse, primumque tunc Coloniæ prædicasse, quando a concilio Sardicensi & a legatione orientali reversus Coloniam rediisset. Euphratam Christi divinitatem negasse, cumque Photino asseruisse, quod Filius Dei homo tantum, non Deus esset, acta concilii hujus aperte testantur. Photinus ante concilium Sardicense ecclesiæ catholicæ nondum innotuerat, sed (ut auctor est Epiphanius hæresi 71.) a prædicti concilii patribus fidei suæ rationem jussus, paulo post condemnatus fuit. Vnde manifeste constat, Euphratam Photini sectatorem, non nisi post concilium Sardicense hæresim prædictam accepisse, & didicisse, in occidente propagasse, ad palinodiam cantandam, auctore Servatio, frustra admonitum, tandem communi occidentalium episcoporum sententia episcopatu abdicatum fuisse. Quid Euphratæ in hac legatione obtigerit, his verbis enarrat Athanasius: *Conducit ille* (Stephanus Antiochiæ Arianus) *publicam meretricem, eamque nudam per tenebras immittunt in ædes Euphrata episcopi. Meretrix autem principio, quia credebat juvenem esse a quo accerseretur, prompte sequebatur. Postquam autem ita destituta ab illis hominem dormientem, ignarum omnium intueretur, diligentiusque considerans senis vultum, & episcopi speciem animadverteret, statim clamorem edit, ac vim queritatur. Illi contra eam orare, ut taceret, & falsum crimen episcopo concinnaret. Die igitur illucescente, vulgatur facinus, & universa civitas concurrit: & qui in palatio erant rei admiratione commovebantur, neque eam silentio tradi volebant. Itur ad judicium: leno prodit eos qui meretricem accersierant: illique deinde auctorem istius rei Stephanum esse ostendunt: erant enim illius clerici, qui cum lenone convenerant. Stephanus igitur episcopali dignitate exuitur, &c.* Theodoretus historiam prolixius recenset allegato loco.

d *Post consulatum Albini & Amantii.*] Hæc verba subreptitia, aut saltem mendosa esse, hæ rationes satis probabiliter ostendunt. Primo: annus prædicta consulari nota simpliciter notatus coincidit in annum Christi trecentesimum quadragesimum sextum, qui immediate concilii Sardicensis tempora antecedit. Cum ergo, ut supra dixi in notis ad concilium Antiochenum III. neque Ariana neque Photiniana hæresis, quam Euphratas propugnavit, ante in occidentali ecclesia cognita fuerit, adeoque non nisi post Sardicense, anno nimirum Christi 350. vel 351. Coloniense Maximini Trevirensis episcopi paulo post defuncti

A functi præſentia condecoratum, celebrari potuerit; ſimpliciter fatendum eſt, acta hujus ſynodi prædicta conſulum nota vel omnino depravate, vel ſaltem mendoſe, conſignari. Secundo: poſt ea tempora, quibus S. Servatius cum Athanaſio de ſententia Euphratæ coram egerat, hanc ſynodum Agrippinæ celebratam fuiſſe, ex adſcripto S. Servatii ſuffragio manifeſte conſtat. Cum igitur hiſce epiſcopis duæ tantum conveniendi occaſiones oblatæ fuerint: una, cum Athanaſius in exilium relegatus, anno domini trecenteſimo trigeſimo ſeptimo, Treviris commoraretur: altera, cum Maximinus Trevirenſis & Servatius Tungrenſis epiſcopi, poſt Conſtantem magno omnium catholicorum luctu interfectum, a Magnentio tyranno in orientem ad Conſtantium imperatorem ablegati, Alexandriæ ab Athanaſio in hoſpitium & communionem eccleſiaſticam accepti fuiſſent. B Cumque priore occaſione Euphratas Agrippinenſis de hæreſi Photiniana, ut ea quæ ſupra dixi ſatis evidenter oſtendunt, nondum diffamatus fuiſſet; neceſſario hac poſteriore anno 350. conveniendi & colloquendi opportunitate oblata, de ſtatu occidentalis eccleſiæ, Servatium cum Athanaſio, Alexandrinæ eccleſiæ poſt Gregorium interfectum reſtituto, egiſſe oportuit. Quod ſi ita eſt, fieri non poteſt quin prædicta conſularis nota, qua principium hujus ſynodi conſignatum eſt, vel plane ſurreptitia, vel ſaltem mendoſa exiſtat. Mendum irrepſiſſe facile ſuſtinuerimus, ſi dicamus ea quæ poſt conſulatum Albini & Amantii quarto vel quinto anno contigerunt, poſt prædictum conſulatum primo dumtaxat anno mendoſe conſignata fuiſſe. Et quamquam temporibus iſtis ordinarii conſules faſtis adſcripti inveniantur, adeoque fere ſupervacaneum eſſe videatur nominibus Albini & Amantii quartum aut quintum poſt eo- C rum conſulatum annum denominare; tamen cum id non ſemel alias factum fuerit, non vana conjectura idem hoc loco accidiſſe dici poteſt. Anno quo Epheſinum concilium celebratum fuit, Baſſum & Antiochum conſules creatos fuiſſe conſtat; & tamen acta Epheſini concilii interdum reperiuntur annotata, *poſt conſulatum Theodoſii imperatoris & Valentiniani*. Quid, quod in Africano concilio expreſſe præcipiatur, ut ſi vel currentis anni conſulatus incertus, vel conſulum tyrannorum nomina deleta fuerint, in formatis literis ſcribendis præcedens adjungatur? Verba canonis hæc ſunt: *Quod ſi adhuc ejus anni paſcha dies incertus eſt, ille præcedens adjungatur: quomodo ſolet poſt conſulatum in publicis geſtis adſcribi*. Tertio, communi conſenſu receptum eſt, Severinum epiſcopum Agrippinenſem Euphratæ, poſtquam epiſcopali ſede depoſitus D fuiſſet, ſubrogatum eſſe. Hunc anno Chriſti [u] 402. quo ſancti Martini epiſcopi vita defuncti anima ab angelis pſallentibus in cælum delata eſt, adhuc ſupervixiſſe, pſallentium angelorum voces, teſte Severo Sulpitio, audiviſſe conſtat. Si itaque anno Chriſti 346. primo poſt conſulatum Albini & Amantii, Euphratæ amoto ſubſtitutus fuiſſet, oportuiſſet virum tunc ſatis grandævum, & multis annis epiſcopali munere alibi functum, annis fere ſexaginta Agrippinenſi eccleſiæ præfuiſſe. Quod meo judicio fidem congruam aliquo modo excedit. Ad hoc aliave incommoda evitanda, ſuſtineamus quod ſupra mihi veritati maxime conſentaneum eſſe viſum fuit; nimirum, Chriſti 350. vel 351. anno, poſt conſulatum Albini & Amantii quarto aut quinto, hanc ſynodum Coloniæ celebratam, in ea Euphratam ob hæreſin juſte depoſitum, atque in ejus locum Severinum ſubrogatum fuiſſe. Interim in re valde incerta doctiorum judicio me lubenter ſubmitto. His ad extremum addo, non valde a veritate alienum videri, duo in cauſa Euphratæ concilia habita fuiſſe: unum ipſo anno Chriſti 346. qui inſcribitur poſt con- E ſulatum Albini & Amantii: alterum, quod ſentit Trithemius in Maximo anno Chriſti 375. ſub Maximo Moguntinæ eccleſiæ epiſcopo. Secundum hanc ſententiam dicendum foret, priori Maximinum Trevirenſem, Lucium aut Martinum Moguntinum anno Chriſti 354. teſte Baronio relegatum: Servatium Tungrenſem cum Amando Argentoratenſi, aliiſve aliarum diœceſium epiſcopis interfuiſſe, atque Euphratam calumnioſe forte denuntia-

A tum abſolviſſe; vel ſaltem ad palinodiam cantandam induxiſſe. Poſteriori autem præſto fuiſſe Maximum Moguntinæ eccleſiæ epiſcopum, Severinum, alioſque epiſcopos, atque in ea Euphratam condemnatum, epiſcopatu amotum, Severinum autem ſubſtitutum eſſe. Hoc non unius, ſed plurium epiſcoporum ſuffragia indicare videntur: dum eum ab aliis epiſcopis juſte judicatum fuiſſe aiunt. Vt autem ex duobus conciliis compilator unum fecerit, novum non eſt. Sicut enim Arelatenſis primi & ſecundi concilii ſubſcriptiones, ita Vaſenſis primi & ſecundi canones confuſos fuiſſe, partim ſupra in notis ad concilium Arel. I. diximus, partim infra in notis ad Vaſenſia concilia dicemus. Conſtitutis itaque duabus in cauſa Euphratæ epiſcopi ſynodis Colonienſibus, ſciendum eſt (quod unum tamen aliquo modo obſtat) nimirum, quomodo B Euphratas turpi nota infamiæ inuſtus, a patribus Sardicenſis concilii dignus habitus fuerit, quem ad Conſtantinum in cauſa reſtituendi Athanaſii ablegatum, Conſtans imperator epiſtola ſua tantopere commendarit. Ad id diluendum optime dici poſſet; quod, ſicut Marcellus Ancyranus [f] Conſtantinopoli de hæreſi Pauli Samoſateni, Euſtathius Antiochenus de Sabellianiſmo calumniam patiebatur Euſebianorum, ita Euphratas ob Photini hæreſin denuntiatus, in conceſſu vicinorum Galliæ epiſcoporum, fidem integre & ſincere confeſſus; nullam nominis & famæ jacturam fecerit.

Anno Christi 346.

Diluitur objectio.

Acta hujus concilii integra recitantur ab Hartgero abbate Lobienſi, quem edidit Ioannes Chapeaville tom. 1. pontif. Tungrenſium cap. 24.

e *Dyſcolius.*] Hunc Dyſcolium, quem Demochares ſextum facit ſedis Rhemenſis epiſcopum, non epiſcopum, C ſed vel chorepiſcopum vel titularem tantum extitiſſe, ideoque catalogo Rhemenſium epiſcoporum non eſſe addendum, reverendus D. Georgius Colvenerius ſanctæ theologiæ doctor, & regius ac ordinarius in academia Duacenſi profeſſor, eccleſiæ S. Petri præpoſitus, probari putat: Primum ex teſtamento B. Remigii cap. 18. quod duobus locis indicat, non eſſe plures quam novem Rhemenſes epiſcopos, qui S Nicaſium præcedant. Secundo ex epiſtola Ebonis ad Balduinum Ferreum Flandriæ marchionem, quæ extat apud Molanum in natal. SS. Belgii 14. Octobris, in qua diſerte ſcribit B. Donatianum ſeptimum fuiſſe Rhemenſis ſedis epiſcopum. Tertio ex epiſtola quadam Hincmari quæ extat inter ejus opuſcula in bibliotheca patrum, noviſſime Coloniæ edita, qua S. Remigium vocat decimum quintum Rhemorum epiſcopum.

D Sed necdum ſatis probatum eſſe ſentio, cur per allegatas rationes in ſynodo Agrippinenſi nominatus Dyſcolius magis quam alius quiſquam antecedentium vel ſubſequentium epiſcoporum e numero eorum ſit expungendus.

f *In eodem*, &c.] Hæc quæ de legatione Servatii ad ſedem apoſtolicam a Surio adjecta fuerant, ſuſpectæ fidei ſunt; tum quod nemo ſcriptorum hujus legationis a Servatio obitæ meminerit, tum quod Exuperium Toloſanum epiſcopum, qui hic nominatur, ſub Theodoſio, anno Chriſti 394. vixiſſe conſtat. Baronius anno 346. numero 9.

Legatio Servatii ad ſedem apoſtolicam de fide ſuſpecta.

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIET. IESV.

n ** Omiſſa in collectione Regia concilii hujus manuſcriptum exemplar nullum vidimus. Itaque Surianam editionem repræſentamus, niſi quod in nomenclatura epiſcoporum pro *Articlavo* irrepſit *a Laticlavo*: Virodunum porro, cujus antiſtes, Santinus, urbem clavorum olim E dictam fuiſſe docet inter cæteros Berthacius presbyter qui brevem Virodunenſium epiſcoporum hiſtoriam ad Dadonem epiſcopum ſcripſit [n] ** Adverte porro non ſolum Agrippinenſis hujus ſynodi meminiſſe Acta ſancti Servatii Tungrenſis præſulis & Lupum in vita ſancti Maximini, qui ſcribebat anno 839. ſed etiam Harigerum Laubienſem abbatem in Belgio, & quoſdam alios eo recentiores.

ANNO CHRISTI 347.



Η ΕΝ

ΣΑΡΔΙΚΗ ΑΓΙΑ

ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ

Η ΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΠΑΡΑΦΥΑΣ.

CONCILIVM SARDICENSE GENERALE,

QVOD EST NICÆNI APPENDIX.

HISTORIA CONCILII SARDICENSIS.

POSTEAQVAM Nicæni patres, quorum auctoritas fuerat orthodoxæ fidei clypeus, impiorum terror ac luctus, ecclesiarum nexus & quies, ad capienda certaminum suorum præmia corporis vinculis evocati sunt plerique omnes; Ariana hæresis nefario quodam quasi postliminio reversa, colligere vires iterum, nec parum convalescere cœpit, auctoribus [a] Eusebio Nicomediensi, Theognide Nicæno, Asterio Sophista, Macedonio Constantinopolitano, Vrsacio Singidunensi in Mœsia, Valente Mursensi in Pannonia, aliisque id genus Arianis episcopis. Freti namque præsidiis tam [b] Constantii, qui post Constantini patris obitum toti præerat orienti; quam multorum adhuc præsidum, qui militum stipati copiis, omnibus erant formidini; Nicænæ synodi [c] fidem, quam aperte convellere non audebant, occulte frequentioribus conciliis oppugnare conabantur, studebantque [d] catholicos pastores minis, vinculis, spoliatione bonorum, abdicationibus, exiliis perterrere: Athanasium in primis Alexandrinum episcopum, adversus quem, ut fortissimum ecclesiæ pugilem, & acerrimum divini Homousii propugnatorem, quot insidias struxerint, non mortuo solum, sed etiam superstite Constantino, longum est percensere. Coacta [e] ad Tyrum synodo, Arsenii manum ab Athanasio amputatam ad usum magicæ artis criminantur: qua fraude [f] aliisque rejectis, ab imperatore per impudentissimam extorquent calumniam, ut Athanasium, quod Alexandrinum frumentum Constantinopolim convehi prohiberet, Treveris in Gallia jubeat exulare: deinde [g] Constantini junioris literis Alexandriæ restitutum, in Antiocheno rursus nonaginta episcoporum [h] conventu, variis confictis criminibus, eo cum primis, quod sine communi episcoporum concilio reversus ab exilio Alexandriam invasisset ecclesiam, per summam injuriam abdicant episcopatu. Athanasius, [i] & cum eo Paulus, qui e Constantinopolitana sede fuerat pulsus, Marcellus Ancyranus tunc catholicus [k] habitus, Asclepas Gazæus, Lucius Hadrianopolitanus, ceterique episcopi, quos orthodoxæ fidei causa suis ejecerant sedibus Ariani, ad Romanam ecclesiam, ut ecclesiarum omnium matrem, rectæque fidei petram, cui tunc Iulius pontifex præerat, confugere. Quos ut terrerent [l] Ariani, datis ad Iulium literis ex Antiocheno conciliabulo, obsequium ac pietatem simulant; delatoque ad eum totius causæ judicio, rogant, ut synodum alteram, qua veritas accuratius explicetur, indicat. Indixit [m] Iulius, eosque, missis in orientem Elpidio & Philoxeno presbyteris, Romæ ad certam diem adesse jussit. Verum ipsi eo decreto [n] perculsi, quod viderent Athanasium & socios, ut Nicænæ fidei constantissimos defensores, in Romanam communionem cooptatos, remque in urbe non sicariorum manu, quibus confidebant, sed episcoporum sententiis decernendam esse; excusant primum bellorum tumultus, deinde [o] præstituti temporis angustias: dumque moras ex mora, & causas ex causis nectunt, annus & sex integri menses effluxerunt. Quo toto tempore Iulius, acceptis ab Ægypto variis [p] literis, gravissimisque episcoporum testimoniis de Athanasii innocentia, coacto [q] Romæ quinquaginta episcoporum concilio, & criminibus, quæ falso catholicis episcopis objecta fuerant, palam rejectis, tam Athanasium, quam socios, & ab omni noxa liberos, & dignos qui suas reciperent ecclesias, tota approbante synodo pronuntiavit. Graviter rem tulerunt [r] Ariani, iterumque ad Antiocheni conventus latibula regressi, literis contumeliarum plenis tam Athanasium, quam Iulium ob usurpatam potestatem dissolvendi quod ab eorum synodo constitutum fuerat, lacerarunt. Quorum audacia cum in dies ad graviores spectaret tumultus, eo potissimum, quod duabus fidei [s] formulis adversus Nicænam evulgatis, omnia susque deque miscerent, Iulius, ut afflictis rebus consuleret, negotium ad Constantem [t] detulit. qui cum Constantio fratri, qui orientem moderabatur, [u] per literas ut synodus cogeretur suasisset: Pontificis auctoritate (nam de [x] præstituti ad concilium temporis angustia nonnulli

a Socrat. lib. 1. cap. 18. & seq. lib. 2. c. 1. & seq. Theod. l. 1. c. 21. 26. & seq. & lib. 2. c. 3. Sozom lib. 2. c. 20. & seq.

b Socrat. l. 2. c. 2. & seq. Athan de syno. Theod l. 2. c. 3. & seq. Sozom. l. 3. c. 1.

c Socrat. l. 2. cap. 7.

d Athan de synod. & ep. ad solit. vit agen. Socrat. Theod ubi sup.

e Socrat. l. 1. c. 21. Theod. l. 1. c. 30. Sozom. lib. 2. c. 24. Athan. apolog. 2.

f Socrat l. 1. c. 23. Theod. l. 1. c. 31.

g Socrat. l. 2. c. 2. Sozom. l. 3. c. 2.

h Socrat. l. 2. c. 5. Sozom. l. 3. c. 5. Athan. de synodis.

i Athan. apol. ad Constan. & apol 2. & ad solit vit agē. Socrat. l. 2. c. 11. Sozom. l. 3. c. 7.

k Athan. ep. ad solit. vit.

nonnulli orientales episcopi eum criminabantur) imperatorumque [y] consensu apud Sardicam Illyrici urbem synodus generalis indicitur, Rufino [z] & Eusebio Coss. anno post obitũ Constantini undecimo. Eo convenere [a] episcopi circiter ducenti octoginta ex occidente, & ex oriente septuaginta sex. Osius, [b] Archidamus & Philoxenus Iulii nomine præerant. Adfuit [c] & Athanasius cum sociis, ad crimina quorum postulati fuerant, diluenda. Verum orientales Ario pleni, cum intelligerent rem agendam esse sine [d] Musoniano, Hesychio, & Castritio, quorum muniti lictoribus, episcoporum solebant obterere libertatem: diffisi causæ, & scelerum conscientia consternati, venturos [e] se in synodi conspectum, nisi prius Athanasio & sociis de medio pulsis, palam negarũt. Quod cum Sardicenses patres de innocentibus ac sanctissimis viris, jamque in Romanam communionẽ receptis, abnuerent constituere, Arianosque iterum atque iterum commonuissent, ut e palatio, quo sese [f] abdiderant, prodirent in medium, flagitia quæ Athanasio intenderant, probaturi; alioquin ipsos reorum loco habendos esse: illi tam incorruptis judicũ subselliis res suas credere non ausi, clam [g] Philippopolim [h] Thraciæ defugere. Vbi [i] nova fidei formula, velut ad explẽdum quod Nicęnæ deerat, edita, damnarunt Homousion; adversus Athanasium & socios sua decreta confirmarunt; Iulio, Osio, ceterisq; Athanasii fautoribus edixerunt anathema, & episcopale nomen [k] abrogarunt. Quæ omnia quo plus haberent auctoritatis ac ponderis, ad hæreticorũ dolos conversi, tamquam acta gestaq; in Sardicensi synodo, cujus abutuntur nomine, ad Donatum [l] tunc catholicæ ecclesiæ infensissimum in Africa, ut ipsum suis adjungerent partibus, perscripsere; tametsi ea fraus haudquaquam fefellerit Africanos patres. Nam longo post tempore cum Donatistæ eo concilio, quod coactum fuerat ab Arianis, in suæ causæ patrocinium vellent abuti, continuo B. Augustinus ex iniquissima Iulii & Athanasii condemnatione, quæ tamquam in eo concilio facta recitabatur, opus ex Ariana officina prodiisse deprehendit. Harũ rerum [m] indignitate, & singulari hominum impudentia commoti Sardicenses patres, in eos ut causæ desertores, criminatores piorum omnium, & orthodoxæ fidei adversarios, justissimum anathema conclamant; Stephanum Antiochenum, Menophantem Ephesinum, Narcissum Neroniadis, Theodorum Heracleensem, Acacium Cæsariensem, Vrsacium & Valentem ex episcopali gradu dimovent, Gregorium in primis, qui in Alexandrinam sedem armatis militibus septus irruperat: Athanasium & socios honorificis judicum sententiis ac decretis ornatos, suarum iterum jubent ecclesiarum gubernacula capessere: Homousion, Nicænamque doctrinam, ut nullis egentem [n] assumentis, sed numeris omnibus absolutam, religiosissimis acclamationibus comprobant: tabellam vero, ac novam formulam, quam adversarii finxerant, & nomine synodi Sardicensis ediderant, ut adulterinam ac supposititiã abrogant, atque rescindunt: viginti denique canones [o] Græce ac Latine in communem ecclesiæ utilitatem sanciunt: omniaque quo ordine gesta sunt, diligenter perscribunt, primum [p] Iulio Romano pontifici, ceterisque [q] episcopis; ut iis quos Ariani injustissime vexaverant, solatio ac perfugio essent: deinde Alexandrinæ ecclesiæ, cujus tantopere intererat, quæcumq; ad Athanasii causam spectabant non ignorare: tum Constanti Au-

A gusto, qui [r] mox per litteras egit cum fratre Constantio, ut (quod & sancta synodus [s] missis ad eũ Euphrata Agrippinæ, & Vincentio Capuæ episcopis, rogabat) Athanasio & sociis contra fas & jus omne depulsis sui reddi ecclesias imperaret. Atque hic fuit synodi Sardicensis exitus. Quoniã autem nihil novum, quod ad fidem pertineret, in hac synodo sancitum fuit, nec [t] novus fidei articulus explicatus, sed ea tantum novis suffragiis stabilita ac confirmata, quæ patres in Nicæna synodo tradiderant: propterea synodus Sardicensis, licet ex toto fere orbe collecta, semper tamquam pars appendixq; Nicæni concilii fuit habita; cum omnia quæ de fide fuerunt definita, ad illius decreta servanda referantur. Itaq; licet hæc

B synodus altera fuerit a Nicæna, tamen quia non novas suscepit fidei vel ecclesiæ causas, sed Nicęnæ tantum fidei tutelam ac patrocinium, &, ut est in concilio Calchedonensi, [u] Arianorum reliquias oppugnavit: & quia ipsorum Sardicensium & Nicænorum patrum una fuit sententia, una mẽs, unus spiritus; idcirco Sardicense concilium Nicæni nomine a multis comprehenditur, quemadmodum urbs, ac urbis propugnaculum, una res censeri solet ac nominari. Quamobrem [x] Innocentius & [y] Zosimus Sardicenses canones appellant Nicænos, ut ex concilio sexto Carthaginensi apparet. Eamdem item ob causam S. [z] Gregorius, Isidorus [a], Beda [b], & alii patres, cum prima qua-

C tuor concilia enumerant, Sardicense, quamvis revera generale, silentio prætereunt, tamquam Nicæno inclusum. Quantam autem hæc synodus auctoritatem habeat, multis validisque rationibus probari potest. Primum enim esse generalem colligitur, tum ex magna episcoporum frequentia, qui ad eam convenerunt, ut apparet ex [c] Athanasio & aliis, qui patrum numerum protulerunt: tum quia Iulii pontificis maximi auctoritate [d] convocata fuit, ejusque legati eidem præfuerunt. His accedit Constantis & Constantii imperatoris auctoritas, qui omnem dederunt operam, ut episcopi ex omnibus fere provinciis convenirent. Extat præterea Socratis, & (quod majus est) Iustiniani imperatoris testimoniũ, qui in edicto

D de tribus capitulis hæc verba scribit: Quoniam ex his qui in Nicæna sancta synodo convenerunt, & expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt, * quoniam postea contraire sapientes apparuerunt; alii quidem vivi, alii post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ, vel ab universali Sardicensi synodo, prout testatur sanctus Athanasius. hæc Iustinianus. Cum autem ipsemet Iulius [e] in epistola ad Alexandrinos, suam de Athanasio restituendo sententiam a synodo approbatam esse gratuletur, perspicuum est ab eodem approbatam fuisse; præsertim cum Osius & reliqui literas ad ipsum dede-

E rint, eumdemque [f] rogaverint, ut concilii sententiam sua auctoritate confirmaret. Itaque si omnia diligenter perpendantur, exploratum erit, hanc synodum generalem esse, cum nihil ex his quæ ad concilium generale pertineant, in illa desiderari possit. Apostolica etiam sedes Sardicensi concilio semper honorem habuit: nam & in corpore canonum, quo in primis olim in controversiis ecclesiasticis dijudicandis utebatur, Sardicenses canones collocavit: & Leo IV. in epistola ad episcopos Britanniæ, per hujus concilii canones ecclesiæ disceptationes dissolvendas docuit. Gratus etiam

ANNO CHRISTI 347.

r Socrat. lib. 2. c. 18.
s Athan epist. ad solit. vit. agen.
t Athan. epist. ad Antioch.
u Act. 16.
x epist. ad Victr. c. 3.
y Carthag. 6. c. 3. & seq.
z lib. 2. epist. 10.
a lib. 6. etymol. c. 16.
b lib. de tẽp. cap. 65.
c Apolog. 2.
d Socrat. lib. 2. c. 16.
* for. quidam contraria sapiant.
e apud Athan. apol. 2.
f Sozom. lib. 3. cap 11. Niceph. lib. 9. c. 12.

ANNO CHRISTI 347. Can. 5,

etiam Carthaginenſis epiſcopus in Carthaginenſi primo concilio idem confirmat, cujus verba hæc ſunt : Memini in ſanctiſſimo concilio Sardicenſi ſtatutum, ut nemo alterius plebis hominem uſurpet : ſed ſi forte erit neceſſarius, petet a collega ſuo, & per conſenſum habeat.

A Quod in Sardicenſi concilio can. xv. decretum eſt. Et Nicolaus primus in epiſtola iiij. Rhotadi cauſam hujus ſynodi auctoritate compoſuit : & epiſtola ad clerum Conſtantinopolitanum ab omni eccleſia Sardicenſe concilium receptum eſſe teſtatur.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ

ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

καὶ μακαρίων πατέρων.

CANONES SANCTORUM ET BEATORUM

patrum qui Sardicæ convenerunt.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

SANCTA SYNODUS SARDICÆ congregata ex diverſis provinciis, definivit quæ ſequuntur.

I.

* Canones illos non ſecus ac ut Africanos Latine fuiſſe primum editos docet Dionyſius Exiguus in præfatione ad Stephanum Ep. Salonitanum.

OSIUS urbis " Cordubæ epiſcopus dixit : Non tam mala conſuetudo, quam pernicioſiſſima rerum corruptela, eſt ex ipſis fundamentis penitus extirpanda : ne cui epiſcopo liceat a parva civitate in aliam migrare. Ejus enim cauſæ prætextus eſt manifeſtus, propter quem talia tentantur. Nullus enim epiſcopus adhuc inveniri potuit, qui a majori civitate in minorem tranſire ſtuduerit. Unde conſtat, eos ardenti plura habendi cupiditate ſuccendi, & magis arrogantiæ ſervire, ut videantur majorem habere poteſtatem. Placetne hoc omnibus, ut ejuſmodi improbitas acerbius vindicetur ? Exiſtimo enim eos ne laicorum quidem debere habere communionem. Omnes epiſcopi dixerunt: Placet omnibus.

II.

Oſius epiſcopus dixit : Si quis autem adeo inſanus, vel audax inveniatur, ut de iis videatur aliquam afferre excuſationem, afferens ſibi a populo allatas eſſe literas; clarum eſt potuiſſe paucos aliquos mercede & precio corruptos in eccleſia ſeditionem movere, ut eumdem utique poſtulent habere epiſcopum. Omnino ergo has fraudes & artes puniendas eſſe exiſtimo ; ut nemo poſſit, qui eſt ejuſmodi, ne in fine quidem laica communione dignus haberi. An ergo hæc placeat ſententia, reſpondete. Reſponderunt : Placent quæ dicta ſunt.

III.

Oſius epiſcopus dixit : Hoc quoque neceſſario eſt adjiciendum, ut nullus epiſcoporum ex ſua provin-

Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ Σαρδικῇ συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

α'.

ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης εἶπεν. οὐ τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων διαφθορὰ ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα· ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερά ἐστι, δι' ἣν C τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται. οὐδεὶς γὰρ πώποτε εὑρεθῆναι ἐπισκόπων δεδύνηται, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν ἐσπούδασε μεταστῆναι· ὅθεν συνέστηκε διαπύρῳ πλεονεξίας τρόπῳ ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. εἰ πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἡγοῦμαι γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς τοιούτους χρῆναι κοινωνίαν. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει πᾶσιν.

β'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. εἰ δέ τις τοιοῦτος εὑρίσκοιτο μανιώδης ἢ τολμηρὸς, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαι τινὰ φέρειν παραίτησιν, διαβεβαιούμενον ἀπὸ τοῦ πλήθους ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα· δῆλόν ἐστιν, ὀλίγους τινὰς δεδυνῆσθαι μισθῷ καὶ τιμήματι διαφθαρέντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στασιάζειν, ὡς δῆθεν ἀξιοῦντας τὸν αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον. καθάπαξ οὖν τὰς ῥᾳδιουργίας τὰς τοιαύτας καὶ τέχνας κολαστέας εἶναι νομίζω, ὥστε μηδένα τοιοῦτον μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς γοῦν ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. εἰ τοίνυν ἀρέσκει ἡ γνώμη αὕτη, ἀποκρίνασθε. ἀπεκρίναντο· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

γ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο προστεθῆναι ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐπισκόπων ἀπὸ τῆς

ἑαυτῆς

NO LIBRI 7. ἑαυτοῦ ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι, διαβαίνῃ, εἰ μή τι παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ κληθείη. διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ἡμᾶς τὰς τῆς ἀγάπης ἀποκλείειν πύλας. καὶ τοῦτο δὲ ὡσαύτως προνοητέον, ὥστε ἐὰν ἔν τινι ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων τις ἀντικρὺς ἀδελφοῦ ἑαυτοῦ καὶ συνεπισκόπου πρᾶγμα σχοίη, μηδέτερον ἐκ τούτων ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόπους ἐπιγνώμονας ἐπικαλεῖσθαι. εἰ δὲ ἄρα τις ἐπισκόπων ἔν τινι πράγματι δόξῃ κατακρίνεσθαι, καὶ ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν μὴ σαθρὸν, B ἀλλὰ καλὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ· εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, καὶ γραφῆναι παρὰ τούτων τῶν κρινάντων Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὥστε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, εἰ δέοι, ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ ἐπιγνώμονας αὐτὸς παράσχοι. εἰ δὲ μὴ συστῆναι δύναται τοιοῦτον αὐτοῦ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς παλινδικίας χρῄζειν, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι. τὰ δὲ ὄντα, βέβαια τυγχάνειν. C

δ'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ δοκεῖ, ἀναγκαῖον προστεθῆναι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει, ἥν τινα ἀγάπης εἰλικρινοῦς πλήρη ἐξενήνοχας, ὥστε ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τούτων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ὑποκαταστῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τῶν Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου, ὅρον D ἐξενέγκῃ.

ε'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἤρεσεν, ἵν' εἴ τις ἐπίσκοπος καταγγελθείη, καὶ συναθροισθέντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐνορίας τῆς αὐτῆς, τοῦ βαθμοῦ αὐτὸν ἀποκινήσωσι. καὶ ὥσπερ ἐκκαλεσάμενος καταφύγῃ ἐπὶ τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, δίκαιόν τε εἶναι νομίσῃ ἀνανεώσασθαι αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν τοῦ πράγματος, γράφειν τούτοις τοῖς συνεπισκόποις καταξιώσῃ, τοῖς ἀγχιστεύουσι E τῇ ἐπαρχίᾳ, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ ἀκριβείας ἕκαστα διερευνήσωσι, καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν, ψῆφον περὶ τοῦ πράγματος ἐξενέγκωσιν. εἰ δέ τις ἀξιοῖ καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, καὶ τῇ δεήσει τῇ ἑαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον* δόξειεν, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβυτέρους ἀποστείλοι, *εἶναι ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ, * καὶ ὁρίσῃ δεῖν ἀποσταλῆναι τοὺς μετὰ τῶν ἐπισκόπων

A cia in aliam provinciam, in qua sunt episcopi, transeat; nisi utique a suis fratribus vocetur; ne videamur dilectionis fores claudere. Hoc autem etiam similiter providendum est, ut si in aliqua provincia episcoporum quispiam adversus fratrem suum & coepiscopum negotium habeat, *neuter eorum ex alia provincia episcopos cognitores evocet. Si quis autem episcoporum in aliquo negotio condemnandus visus fuerit, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, ut etiam rursus judicium renovetur: si vestræ dilectioni videtur, Petri apostoli memoriam honoremus, ut ab iis qui judicarunt, scribatur Iulio Romanorum episcopo; & per propinquos provinciæ episcopos, si opus sit, judicium renovetur; & cognitores ipse præbeat. Si autem probari non potest, causam ejus esse talem, ut eam rursus judicari opus sit; quæ semel sunt judicata, non infirmentur, sed rata sit lata sententia.

ANNO CHRISTI 347.

* ne unus è duobus.

IV.

Gaudentius episcopus dixit: Si videtur, necesse esse adjici huic sententiæ, quam sincera dilectione plenam protulisti, ut si quis episcopus fuerit depositus judicio episcoporum, qui sunt in vicinia, & dicat rursus sibi defensionis negotium competere; non prius in cathedram alius substituatur, quam Romanus episcopus causa cognita sententiam tulerit.

V.

Osius episcopus dixit: Placuit, ut si quis episcopus delatus fuerit, & congregati ejusdem regionis episcopi eum gradu moverint; & veluti appellans confugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopum, & velit ipsum audire, & justum esse existimaverit ejus rei examinationem renovari; coepiscopis scribere dignetur, qui sunt propinqui provinciæ, ut ipsi diligenter & accurate singula perscrutentur, & ex veritatis fide de re sententiam ferant. Si quis autem postulet suum negotium rursus audiri, & ad suam supplicationem Romanorum episcopum * judicare visum fuerit, ut a proprio latere presbyteros mittat; & sit in potestate ipsius quodcumque recte habere probaverit. & si decreverit oportere eos mitti, qui cum episco-

* movere

ANNO CHRISTI 347.

pis sint judicaturi, habentes auctoritatem ejus, a quo missi sunt; & hoc ponendum est. Si autem sufficere putaverit ad rei cognitionem, & episcopi sententiam, faciet quod prudentissimo ejus consilio recte habere videbitur. Responderunt episcopi: Quæ dicta sunt placuerunt.

VI.

Osius episcopus dixit: Si contigerit in una provincia, in qua sunt plurimi episcopi, unum episcopum conventui non interesse, & ille per quamdam negligentiam nolit convenire, & episcoporum institutioni & electioni assentiri, congregata autem populi multitudo instet, ut fiat institutio episcopi, qui ab eis postulatur, oportet illum, prius, qui non adfuerit, episcopum admoneri per literas Primatis provinciæ, nempe episcopi metropolitani, quod rogat populus sibi pastorem dari: & existimo recte habere hunc quoque expectari, ut adsit. Si autem literis rogatus non adfuerit, ac ne rescripserit quidem, populi voluntati satisfiat. Oportet autem ex vicina quoque provincia accersi episcopos ad metropolitani episcopi institutionem. Non licere autem simpliciter episcopum constituere in aliquo pago vel parva urbe, cui vel unus presbyter sufficit. non necesse est enim illic episcopum constitui, ne episcopi nomen & auctoritas vilipendatur. Sed provinciæ (ut prius dixi) episcopi debent in iis urbibus episcopos constituere, ubi etiam prius episcopi fuerunt. Si autem inveniatur urbs aliqua, quæ adeo populosa evadat, ut ipsa episcopatu digna judicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Responderunt omnes: Placet.

VII.

Osius episcopus dixit: Importunitas nostra, & multa assiduitas, & injustæ preces effecerunt, ut nos non habeamus tantam gratiam & libertatem dicendi, quantam debebamus habere. Multi enim episcopi non intermittunt ad castra accedere, & maxime Afri; qui, quemadmodum cognovimus, a dilecto fratre nostro & coepiscopo Grato, salutaria consilia non admittunt, sed ita contemnunt, ut unus homo in castra plurimas, & diversas, & quæ non possunt juvare ecclesias, preces afferat, & non (ut debet fieri & convenit) pauperibus & laicis, vel vi-

κρινοῦντας, ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντίαν τούτου παρ' οὗ ἀπεστάλησαν· καὶ τοῦτο θετέον. εἰ δὲ ἐξαρκεῖν νομίσῃ πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἐπίγνωσιν, καὶ ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου, ποιήσει ὅπερ ἂν τῇ ἐμφρονεστάτῃ αὐτοῦ βουλῇ καλῶς ἔχειν δόξῃ. ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

ϛʹ.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου. χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, ὅτι ἀξιοῖ τὰ πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι· ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. εἰ δὲ μηδὲ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γίνεσθαι. χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου· μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθιστᾶν ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει, ᾗ τινι καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ. οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόπους ἐκεῖσε καθίστασθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία. ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς προεῖπον, ἐπίσκοποι ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι καθιστᾶν ἐπισκόπους ὀφείλουσιν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι. εἰ δὲ εὑρίσκοιτο οὕτως πληθύνουσά τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς ἀξίαν αὐτὴν καὶ ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω. εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο; ἀπεκρίναντο πάντες, ἀρέσκει.

ζʹ.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, καὶ ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις πεποιήκασιν ἡμᾶς μὴ τοσαύτην ἔχειν χάριν καὶ παρρησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Ἄφροι· οἵτινες, καθὼς ἔγνωμεν παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου Γράτου, τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως, ὡς ἕνα ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, δεήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ ὡς ὀφείλει γίνεσθαι, καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι, τοῖς πένησι καὶ τοῖς λαϊκοῖς,

ἢ ταῖς

ANNO CHRISTI 347.

ἢ ταῖς χήραις συναίρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις περινοεῖν τισίν. αὕτη τοίνυν ἡ σκαιότης τὸν θρασυσμὸν οὐκ ἄνευ σκανδάλου τινὸς ἡμῖν καὶ καταγνώσεως παρέξενεῖ. πρεπωδέστερον δὲ ἐστὶν ἐνόμισα ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν παρέχειν ἐκείνῳ, ὅστις ἂν ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδικοῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν ἀξίωσιν. εἰ τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἐπικρίνατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι, παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μετακαλοῖτο. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένους καταφυγεῖν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα εἰς περιορισμὸν ἢ νῆσον καταδικασθέντας, ἢ αὖ πάλιν οἱαδηποτοῦν ἀποφάσει ἐκδεδομένους· τοῖς τοιούτοις μὴ ἀρνητέον ἐστὶ τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρὶς μελλησμοῦ καὶ ἄνευ τοῦ διστάσαι τοῖς τοιούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν. εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γίνεσθε ἅπαντες. ἀπεκρίναντο ἅπαντες· ὁριζέσθω καὶ τοῦτο.

A duis opem & auxilium ferat, sed sæculares dig itates & functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo perversitas detrimentum non sine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Convenientius autem esse existimavi, ut episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur; vel si quæ vidua injuria afficiatur, vel si quis pupillus privetur iis, quæ ad ipsum pertinent; si quidem hæc nomina justam B habeant causam & supplicationem. Si itaque, dilecti fratres, hoc omnibus videtur, statuite nullum oportere episcopum ad castra a cedere, præter eos quos pius impera.or noster suis literis accersit. Sed quia sæpe contingit, aliquos qui egent misericordia, ad ecclesiam confugere, qui propter sua peccata vel relegatione, vel in insulam deportatione damnati, vel quavis alia sententia addicti sunt; iis non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione & dubitatione iis veniam esse petendam. Si itaque hoc quoque placet, C omnes una vestrum suffragium ferte. Responderunt omnes: Decernatur & hoc.

η'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἡ ἀγχίνοια ὑμῶν κρινάτω, ἵν' ἐπειδὴ ἔδοξε, διὰ τὸ μὴ πίπτειν ὑπὸ κατάγνωσίν τινα τῶν ἐπισκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴ τινες αὐτῶν τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου ἀποστέλλοιεν. τοῦ τε γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει, καὶ τὰ παρασχεθησόμενα θᾶττον διακομισθῆναι δυνήσεται. ἀπεκρίναντο πάντες· καὶ τοῦτο ὁριζέσθω.

VIII.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque vestra solertia judicet, ut quia visum est, ne aliquis episcopus in condemnationem incidat ad castra veniens, si qui eorum ejusmodi, quarum superius meminimus, habeant preces, per proprium diaconum mittant. Ministri enim persona non est invidiosa, & quæ concessa fuerint, citius perferri poterunt. D Responderunt omnes: Sanciatur & hoc.

θ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἀκόλουθον νομίζω εἶναι, ἵνα ἐὰν ἐν οἱαδηποτοῦν ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοποι πρὸς ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτῶν ἀποστέλλοιεν δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τοῦτ' ἔστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ τὸν διάκονον αὐτοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολάς, γράφων δηλονότι κατὰ ἀκολουθίαν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, εἴ τινες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν τόποις ἢ ἐν ταῖς πόλεσι διάγοιεν, ἐν αἷς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια πράγματα διακυβερνᾷ. εἰ δὲ ἔχοι τις τῶν ἐπισκόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου, καὶ βούλοιτο περί τινος, ὅπερ πρεπωδέστερον εἴη, ἀξιῶσαι, μὴ κωλύοιτο διὰ τοῦ ἑαυτοῦ διακόνου καὶ ἀξιῶσαι καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι τούτοις, ὥστε τὴν αὐτῶν βοήθειαν ἀξιοῦντι αὐτῷ παρέχειν. οἱ δὲ εἰς Ῥώμην πα-

IX.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque consequens esse existimo, ut si in quacumque provincia episcopi ad fratrem & coepiscopum suum mittant preces, is qui est in majori civitate, hoc est in metropoli, ipse ministrum suum & preces mittat, præbens ei commenda- E titias quoque literas, scribens videlicet per consequentiam etiam ad fratres & coepiscopos nostros, qui scilicet illo tempore in locis vel civitatibus agant, in quibus piissimus imperator rempublicam gubernat. Si quis autem episcopus hal et amicos in aula palatii, & velit aliq id, quod sit honestum & justum, impetrare, ne prohibeatur per suum ministrum & rogare, & iis mandare, ut bonum suum auxilium ei velint præbere. Q i autem Romam accedunt

ANNO CHRISTI 347.

accedunt (quemadmodum ſuperius dictum eſt) dilecto fratri noſtro & coepiſcopo Iulio preces, quas habent dandas, præbere debent, ut ipſe prius examinet, ſi aliquæ earum non ſunt impudentes; & ſic ſuam opem & curam præbens, eos ad caſtra mittat. Omnes epiſcopi dixerunt, eis placere, & eſſe convenientiſſimum hoc conſilium.

X.

Oſius epiſcopus dixit: Hoc quoque neceſſarium exiſtimo, ut cum omni cura & diligentia examinetur; ut ſi quis ex foro ſive dives, ſive ſcholaſticus, epiſcopus fieri dignus habeatur, non prius conſtituatur, quam lectoris & diaconi & preſbyteri miniſterium peregerit: ut in unoquoque gradu, ſi dignus exiſtimatus fuerit, ad epiſcopatus faſtigium per progreſſionem poſſit aſcendere. Habebit autem uniuſcujuſque ordinis gradus non minimi ſcilicet temporis longitudinem, per quod & fides & morum probitas, & conſtantia, & moderatio poſſit cognoſci: & ipſe divino ſacerdotio dignus exiſtimatus, maximum honorem aſſequatur. Neque enim convenit, neque ſcientia & bona converſatio hoc recipit, ut temere & leviter ad id accedatur, ut epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus pronpte ac facile conſtituatur. (1. Tim. 3.) Sic enim merito neophytus exiſtimetur, quandoquidem & beatiſſimus apoſtolus, (1. Tim. 5.) qui fuit etiam doctor gentium, prohibuiſſe plane videtur, ne celeres fiant ordinationes. Longiſſimi enim temporis probatio & converſationem, & uniuſcujuſque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnes dixerunt ipſis placere, & omnino non oportere ea ſubvertere.

XI.

Oſius epiſcopus dixit: Hoc quoque definire debemus; ut quando epiſcopus ex alia civitate in aliam civitatem, vel ex alia provincia in aliam provinciam acceſſerit, jactationis gratia propriis laudibus ſerviens, aut religionis cauſa, & velit longiori tempore illic agere; illius autem civitatis epiſcopus doctrinæ non fuerit peritus: ne illum deſpiciat, & frequentius concionetur, ſtudens dedecore afficere & vilipendere perſonam epiſcopi (hic enim prætextus ſolet turbas excitare) nec ejuſmodi calliditate alienam ſedem ſibi conciliare & attrahere ſtudeat, non dubitans ſibi traditam eccleſiam re-

A προσαγόμεναι, καθὼς προείρηκα, τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπῳ Ἰουλίῳ τὰς δεήσεις, ἃς ἔχοιεν διδόναι, ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα πρότερος αὐτὸς δοκιμάζῃ, εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἀναισχυντοῖεν· καὶ οὕτως τὴν ἑαυτοῦ προστασίαν καὶ φροντίδα παρέχων, εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτοὺς ἀποστέλλοι. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπεκρίναντο, ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ πρεπωδεστάτην εἶναι τὴν συμβουλὴν ταύτην.

ι'.

B Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, ἵνα μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας ἐξετάζοιτο, ὥστε ἐάν τις πλούσιος, ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, μὴ πρότερον καθίστασθαι, ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου, καὶ διακόνου, καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ· ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμόν, ἐάν περ ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἁψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς κατὰ προκοπὴν διαβῆναι δυνηθείη. ἕξει δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ, καὶ ἡ τῶν τρόπων C καλοκαγαθία, καὶ ἡ στερρότης, καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώριμος γενέσθαι δυνήσεται· καὶ αὐτὸς ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης νομισθεὶς τῆς μεγίστης * ἀπολαῦσαι τιμῆς. (* al. λαῦ) οὔτε γὰρ προσῆκόν ἐστιν, οὔτε ἡ ἐπιστήμη, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἐπιδέχεται, τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τοῦτο ἰέναι, ὥστε ἢ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον προχείρως καθίστασθαι. οὔτε γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος νομισθείη, ἐπειδὴ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν γεγένηται διδάσκαλος, φαίνεται D κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς καταστάσεις. τοῦ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκιμασία τὴν ἀναστροφὴν καὶ τὸν ἑκάστου τρόπον οὐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δυνήσεται. ἅπαντες εἶπον ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθάπαξ μὴ δεῖν ἀνατρέπειν ταῦτα.

ια'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο δὲ ὁρίσαι ὀφείλομεν, ἵνα ἐπίσκοπος, ὁπόταν ἐξ ἑτέρας πόλεως παραγένηται εἰς ἑτέραν πόλιν, ἢ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, κόμπου χάριν ἐγκωμίοις οἰκείοις ὑπηρετούμενος, ἢ E θρησκείας καθοσιώσει, καὶ πλείονα χρόνον βούλοιτο διάγειν, καὶ μὴ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἔμπειρος ᾖ διδασκαλίας· μὴ καταφρονῇ ἐκείνου, καὶ συνεχέστερον ὁμιλῇ, καταισχύνειν καὶ κατευτελίζειν τὸ πρόσωπον τοῦ αὐτόθι ἐπισκόπου σπουδάζων. αὕτη γὰρ ἡ πρόφασις εἴωθε ταράχους ποιεῖν· καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης πανουργίας τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμνηστεύεσθαι καὶ παρασπᾶσθαι σπουδάζῃ, μὴ διστάζων τὴν αὐτῷ παραδοθεῖσαν

ραδοθεῖσαν ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν, καὶ εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι. ὁριστέον τοίνυν ἐπὶ τούτῳ χρόνον· ἐπειδὴ καὶ τὸ μὴ ὑποδέχεσθαι ἐπίσκοπον, τῶν ἀπανθρώπων καὶ σκαιῶν εἶναι νενόμισται. μέμνησθε δὲ καὶ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ τοὺς πατέρας ἡμῶν κεκρικέναι, ἵνα εἴ τις λαϊκὸς ἐν πόλει διάγων, τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, ἀποκινοῖτο τῆς κοινωνίας. εἰ τοίνυν περὶ τῶν λαϊκῶν τοῦτο τεθέσπισται, οὐ χρή, οὐδὲ πρέπει, ἀλλ' οὐδὲ συμφέρει, ἐπίσκοπον, εἰ μηδεμίαν βαρυτέραν ἀνάγκην ἔχοι, ἢ πρᾶγμα δυσχερές, ἐπὶ πλεῖστον ἀπολείπεσθαι τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, καὶ * λυπεῖν τὸν ἐμπεπιστευμένον αὐτῷ λαόν. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἰρήκασι· καὶ ταύτην τὴν γνώμην σφόδρα εἶναι πρεπωδεστάτην ὁριζόμεθα.

ιβ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐπειδὴ οὐδὲν δεῖ παραλειπτέον, καὶ τοῦτο ὁρισθήτω. τινὲς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἐπίσκοποι καθίστανται, δοκοῦσι κεκτῆσθαι σφόδρα ὀλίγα ὑπάρχοντα ἴδια· ἐν ἑτέροις δὲ τόποις κτήσεις μεγάλας, ἐξ ὧν καὶ ἐπικουρεῖν δυνατοί εἰσι τοῖς πένησιν. οὕτως οὖν αὐτοῖς συγχωρητέον εἶναι κρίνω, ἵνα εἰ μέλλοιεν εἰς τὰς ἑαυτῶν παραγίνεσθαι κτήσεις, καὶ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι, τρεῖς κυριακὰς ἡμέρας, τοῦτ' ἔστι, τρεῖς ἑβδομάδας ἐν τοῖς ἑαυτῶν κτήμασιν αὐτοὺς διάγειν, καὶ ἐν τῇ ἀγχιστευούσῃ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ πρεσβύτερος συνάγει, ὑπὲρ τοῦ μὴ χωρὶς συνελεύσεως αὐτὸν δοκεῖν εἶναι, συνέρχεσθαι καὶ λειτουργεῖν, καὶ μὴ συνεχέστερον εἰς τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐστιν ἐπίσκοπος, παραγίνοιτο. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ τὰ οἰκεῖα αὐτοῦ πράγματα παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀπουσίαν οὐδεμίαν ὑπομενεῖ ζημίαν, καὶ τὸ τῆς ἀλαζονείας καὶ τοῦ τύφου ἐκκλίνειν δόξει ἔγκλημα. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις.

ιγ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀρεσάτω, ἵνα εἴ τις διάκονος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ καί τις τῶν κληρικῶν ἀκοινώνητος γένηται, καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον τὸν εἰδότα αὐτὸν καταφύγῃ, γινώσκοντα ἀποκεκινῆσθαι αὐτὸν τῆς κοινωνίας παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ χρῆναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὕβριν ποιοῦντα παρέχειν αὐτῷ κοινωνίαν. εἰ δὲ τολμήσοι τις τοῦτο ποιῆσαι, γινωσκέτω συνελθόντων ἐπισκόπων ἀπολογίᾳ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθιστάναι. ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· αὕτη ἡ κρίσις καὶ τὴν εἰρήνην πάντοτε διαφυλάξει, καὶ διατηρήσει τὴν πάντων ὁμόνοιαν.

A linquere, & in aliam transire. Ad hoc ergo tempus definiendum est. Nam episcopum non recipi, inhumanum & incivile existimatum est. Recordemini autem, patres nostros in tempore præterito judicavisse, ut si quis laicus in aliqua urbe agens, tribus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conveniat, is communione moveatur. Si hoc ergo de laicis statutum est, non oportet, nec convenit, sed neque est B utile episcopum, si nullam habet graviorem nece[ss]itatem, vel negotium difficilius, a su[a] ecclesia diutius abesse, & sibi commissum populum contristare. Omnes episcopi dixerunt, hanc quoque sententiam esse convenientissimam.

XII.

Osius episcopus dixit: Quia nihil est prætermittendum, hoc quoque definiatur. Quidam fratres & coepiscopi in civitatibus, in quibus episcopi constituuntur, videntur valde pauca, C quæ sibi sint propria, possidere; in aliis autem locis magnas possessiones, ex quibus etiam possunt opem ferre pauperibus: iis igitur ita esse concedendum judico, ut si in suas possessiones venturi sunt, & fructus suos collecturi, tribus diebus dominicis, id est, tribus septimanis in suis possessionibus degant; & in ecclesia, quæ prope est, in qua presbyter populum congregat, ne congregationis expers esse videatur, conveniat, & officia divina obeat; & ne frequentius in civi- D tate, in qua est episcopus, adsit. Eo enim modo & res ejus propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac superbiæ crimen effugere videbitur. Omnes episcopi dixerunt: Placet hæc quoque constitutio.

XIII.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat; ut si diaconus, vel presbyter, vel etiam aliquis ex clericis sit excommunicatus, & ad alium episcopum, qui eum novit, confugerit, scientem eu[m] a proprio episcopo esse communione motum, non oportere E episcopo & fr[a]tri suo injuriam facientem, ei communionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cum convenerint episcopi, seipsum caussam esse dicturum. Omnes episcopi dixerunt: Hoc judicium & pacem usque custodiet, & omnium concordiam tuebitur.

ANNO CHRISTI 347.

XIV.

ANNO CHRISTI 347.

XIV.

Osius episcopus dixit: Quod autem me undequaque movet, reticere non debeo. Si inveniatur quis episcopus ad iram propensus (quod quidem ab ejusmodi homine abesse debet) & adversus presbyterum, vel diaconum cito commotus, eum ex ecclesia ejicere voluerit; providendum est, ne is repente condemnetur, & communione privetur. Omnes episcopi dixerunt: Qui ejicitur, potestatem habeat confugiendi ad episcopum metropolis ejusdem provinciæ: si autem metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, & rogandi, ut suum negotium accurate examinetur. Neque enim non sunt aures præbendæ iis qui rogant. Ille quoque episcopus, qui jure vel injuria eum expulit, æquo animo ferre debet ut rei fiat examinatio, & vel ejus confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquam autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi communionem arrogare. Si autem clerici aliqui convenerint, & ejus superbiam & arrogantiam viderint; quia non convenit contumeliam vel injustam expostulationem pati, acerbioribus & gravioribus verbis eum debent corrigere; ut ei qui jubet quæ decent, inserviant & obediant. Sicut enim debet episcopus ministris sinceram dilectionem & affectum præbere; eodem modo & subjecti debent episcopis non fraudulentum ministerium & obsequium exhibere.

ιδ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε. Ὃ δὲ πάντοτέ με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο· ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι· καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας* αὐτὸν ἐθελήσοι· προνοητέον ἐστὶ μὴ* ἀθρόον τὸν τοιοῦτον καταικρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν· ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν· εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετ᾽ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσι. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται· καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν, πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος, ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν. ἐὰν δὲ συνεληλυθότες τῶν κληρικῶν τινες, κατίδωσι τὴν ὑπεροψίαν καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ· ἐπειδὴ οὐ προσῆκόν ἐστιν ὕβριν ἢ μέμψιν ἄδικον ὑπομένειν, πικροτέροις καὶ βαρυτέροις ῥήμασιν ἐπιστρέφειν τὸν τοιοῦτον ὀφείλουσιν, ἵνα τῷ τὰ πρέποντα κελεύοντι ὑπηρετῶνται καὶ ὑπακούωσιν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπίσκοπος τοῖς ὑπηρέταις εἰλικρινῆ ὀφείλει τὴν ἀγάπην καὶ τὴν διάθεσιν παρέχειν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ὑποτεταγμένοι* ἄδολα τοῖς ἐπισκόποις τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἐκτελεῖν ὀφείλουσιν.

* al. * al. * ἀε…

XV.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnes definiamus; ut si quis episcopus ex alia parochia velit alienum ministrum sine consensu proprii episcopi in aliquo gradu constituere, irrita & infirma ejusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibiipsis permiserint, a fratribus & coepiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerunt: Hoc quoque decretum stet firmum & immobile.

ιε'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ τοῦτο δὲ πάντες ὁρίσωμεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος ἐξ ἑτέρας παροικίας βουληθῇ ἀλλότριον ὑπηρέτην, χωρὶς τῆς συγκαταθέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, εἴς τινα βαθμὸν καταστῆσαι, ἄκυρος καὶ ἀβέβαιος ἡ κατάστασις ἡ τοιαύτη νομίζοιτο. εἴ τινες δὲ αὖ τοῦτο ἑαυτοῖς ἐπιτρέψειαν, παρὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι καὶ διορθοῦσθαι ὀφείλουσιν. ἅπαντες εἰρήκασι· καὶ οὗτος ὁ ὅρος* στήτω ἀσάλευτος.

* στα…

XVI.

Aetius episcopus dixit: Non ignoratis qualis quantaque sit Thessalonicensium metropolis. Sæpe itaque ad eam ex provinciis presbyteri & diaconi accedunt, & brevis temporis mora non contenti, permanent, & omne tempus illic agentes transigunt;

ιϛ'.

Ἀέτιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἀγνοεῖτε ὁποία καὶ πηλίκη τυγχάνει ἡ τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολις. πολλάκις τοιγαροῦν εἰς αὐτὴν ἀπὸ ἑτέρων ἐπαρχιῶν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι παραγίνονται, καὶ οὐκ ἀρκούμενοι βραχέος διαγωγῇ χρόνου, ἐναπομένουσι, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αὐτόθι ποιοῦντες διατελοῦσιν.

ἢ μόλις

ANNO CHRISTI 347.

ἢ μόλις μετὰ πλεῖστον χρόνον εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπανιέναι ἐκκλησίας ἀναγκάζονται. περὶ τούτων οὖν ὁριστέον. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὗτοι οἱ ὅροι, οἱ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων ὡρισμένοι, φυλαττέσθωσαν καὶ ἐπὶ τούτων τῶν προσώπων.

ιζ'.

Ὑποβάλλοντος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ὀλυμπίου, καὶ τοῦτο ἤρεσεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος βίαν ὑπομείνας ἀδίκως ἐκβληθῇ, ἢ διὰ τὴν ἐπιστήμην, ἢ διὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἢ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐκδικίαν, καὶ φεύγων τὸν κίνδυνον, ἀθῷος καὶ καθωσιωμένος ὢν εἰς ἑτέραν ἔλθοι πόλιν, μὴ κωλυέσθω ἐκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον διάγειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ, ἢ τῆς ὕβρεως τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι δυνηθῇ. σκληρὸν γὰρ καὶ βαρύτατον, ἐλασίαν ἄδικον ὑπομεμενηκότα μὴ ὑποδέχεσθαι ὑφ' ἡμῶν, πλείστῃ γὰρ καλοκἀγαθίᾳ καὶ φιλοφρονήσει ὀφείλει προσδέχεσθαι ὁ τοιοῦτος. πάντες εἰρήκασιν· ἤρεσε καὶ τοῦτο.

ιη'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οἶδας ἀδελφὲ Ἀέτιε, ὡς τὸ τηνικαῦτά ποτε κατασταθέντος σου ἐπισκόπου, ἡ εἰρήνη λοιπὸν ἐβράβευσεν, ἵνα μὴ τινὰ λείψανα διχονοίας περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐναπομείνῃ· ἔδοξε καὶ τοὺς παρὰ Μουσαίου κατασταθέντας, καὶ τοὺς παρὰ Εὐτυχιανοῦ, ἐπειδὴ αὐτῶν οὐδεμία αἰτία εὑρίσκοιτο, πάντας ὑποδεχθῆναι.

ιθ'.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῆς ἐμῆς μετριότητος ἡ ἀπόφασίς ἐστιν αὕτη· ἐπειδὴ ἥσυχοι καὶ ὑπομονητικοὶ ὀφείλομεν εἶναι, καὶ διηνεκῆ τὸν πρὸς πάντας ἔχειν οἶκτον, ἅπαξ τοὺς εἰς κλῆρον ἐκκλησιαστικὸν προαχθέντας ὑπό τινων ἀδελφῶν ἡμῶν, ἐὰν μὴ βούλοιντο ἐπανέρχεσθαι εἰς ἃς κατωνομάσθησαν ἐκκλησίας, τοῦ λοιποῦ μὴ ὑποδέχεσθαι· Εὐτυχιανὸν δὲ μήτε ἐπισκόπου ἑαυτῷ διεκδικεῖν ὄνομα· ἀλλ' οὐδὲ Μουσαῖον ὡς ἐπίσκοπον νομίζεσθαι. εἰ δὲ λαϊκὴν κοινωνίαν ἀπαιτοῖεν, μὴ χρῆναι αὐτοῖς ἀρνεῖσθαι. πάντες εἶπον· ἀρέσκει.

κ'.

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπε· ταῦτα σωτηριωδῶς καὶ ἀκολούθως ὁρισθέντα, καὶ πρεπόντως τῇ ἐπιτιμίᾳ ἡμῶν τῶν ἱερέων, καὶ Θεῷ ἀρέσαντα καὶ ἀνθρώποις, τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἰσχὺν ἑαυτῶν κατασχεῖν οὐ δυνήσονται· ἐὰν μὴ καὶ φόβος ταῖς ἐξενεχθείσαις ἀποφάσεσιν ἀκολουθήσῃ. ἴσμεν γὰρ καὶ αὐτοί, πλεονάκις διὰ τὴν ὀλίγων ἀναισχυντίαν τὸ θεῖον καὶ σεβασμιώτατον ὄνομα τῆς ἱερωσύνης εἰς κατάγνωσιν ἐληλυθέναι.

A vel vix tandem poſt plurimum tempus in ſuas eccleſias reverti coguntur. De iis ergo definiendum eſt. Oſius epiſcopus dixit: ea decreta, quæ de epiſcopis conſtituta ſunt, ſerventur etiam in ejuſmodi perſonis.

XVII.

Suggerente fratre noſtro Olympio, hoc quoque placuit; ut ſi quis epiſcopus vim paſſus, injuſte ejectus ſit, vel propter ſcientiam, vel propter catholicæ eccleſiæ confeſſionem, vel propter B veritatis defenſionem, & fugiens periculum, innocens execrationi ſubjectus in aliam urbem venerit: ne prohibeatur illic tamdiu agere, donec revertatur, vel a facta ſibi injuria poſſit liberationem invenire. Durum enim eſt, atque adeo graviſſimum, eum qui injuſtam ejectionem paſſus eſt, a nobis non ſuſcipi. Is enim debet a nobis plurima humanitate & benignitate excipi. Omnes dixerunt: Hoc etiam placuit.

XVIII.

Gaudentius epiſcopus dixit: Scis fra- C ter Aetie, quod tunc cum epiſcopus conſtitutus es, pax deinceps viguit; ne aliquæ diſſidii reliquiæ remaneant, viſum eſt, ut qui a Muſeo & Eutychiano conſtituti ſunt, quia nulla eorum culpa inveniebatur, omnes ſuſcipiantur.

XIX.

Oſius epiſcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc eſt ſententia; quia quieti & patientes eſſe debemus, & perennem in omnes habere miſericor- D diam, eos qui ſemel in clerum eccleſiaſticum ab aliquibus fratribus noſtris promoti ſunt, ſi nolint redire ad eas, ad quas nominati ſunt, eccleſias deinceps non admitti: Eutychianum autem ne epiſcopi quidem ſibi nomen uſurpare; ſed neque Muſæum ut epiſcopum exiſtimari. ſi autem laicam communionem petiverint, non oportere eis denegari. Omnes dixerunt: Placet.

E

XX.

Gaudentius epiſcopus dixit: Hæc ſalutariter & congruenter definita, & noſtræ ſacerdotum dignitati convenienter, & quæ Deo & hominibus placuerunt, potentiam & vires ſuas obtinere non poterunt, niſi etiam metus editas ſententias conſecutus fuerit. Ipſi enim ſcimus, ſæpe propter paucorum impudentiam, divinum & in primis venerandum ſacerdotii nomen in * damnationem incurriſſe.

* vituperationem, vel cõtemptum

ANNO CHRISTI 347.

currisse. Si quis ergo præter ea quæ omnibus visa sunt, ausus fuerit, studens fastui magis & arrogantiæ servire, quam Deo placere, aliquid aliud agere: sciat jam se criminis reum, ac defensioni obnoxium constituere, & episcopatus honorem ac dignitatem amittere. Omnes responderunt: Decet, & placet nobis hæc sententia.

Porro autem hoc quoque illinc erit maxime notum & re ipsa observatum, si unusquisque nostrum, qui sumus prope vias publicas seu canale constituti episcopi, cum viderit episcopum, quærat causam transitus, & quo pergat: & si eum quidem in castra proficiscentem invenerit, quærat conditiones, quæ superius propositæ sunt: & si evocatus veniat, ei abeunti nihil impedimenti fiat: sin autem ostentationis gratia, quemadmodum vestræ dilectioni superius dictum est, vel propter aliquorum postulata in castra festinat; nec literis ejus subscribat, nec cum eo communicet. Omnes dixerunt: Hoc quoque decernatur.

εἰ τοίνυν τις παρὰ τὰ πᾶσι δόξαντα τολμήσοι σπουδάζων τύφῳ μᾶλλον καὶ ἀλαζονείᾳ, ἢ τῷ Θεῷ ἀρέσαι, ἕτερόν τι διαπράξασθαι· ἤδη γινωσκέτω ἐγκλήματι ἀπολογίας ἑαυτὸν ὑπεύθυνον * καθιστᾶν, καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλλειν. ἅπαντες ἀπεκρίναντο, πρέπει, καὶ ἀρέσκει ἡμῖν ἡ τοιαύτη γνώμη.

* al. σταθ

Καὶ τοῦτο δὲ ἐκεῖθεν μάλιστα γνώριμον γενήσεται, καὶ πληρωθήσεται, ἐὰν ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἐν ταῖς προόδοις ἤτοι κανάλιῳ καθεστώτων ἐπισκόπων, θεασάμενος ἐπίσκοπον, ἐπιζητοίη τὴν αἰτίαν τῆς προόδου, καὶ ποῦ τὴν πορείαν ποιεῖται. καὶ ἐὰν μὲν εὕρῃ αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπιόντα, ἐπιζητήσει τὰς αἱρέσεις τὰς ἐπάνω προκειμένας. κἂν κεκλημένος ἀφικνῆται, ἀπιόντι αὐτῷ μηδὲν ἐμπόδιον γίγνοιτο· εἰ δὲ ἐπιδείξεως χάριν, καθὼς προείρηται τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ἢ διά τινων ἀξιώσεις σπουδάζοι ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, μήτε τοῖς γράμμασιν αὐτοῦ ὑπογράφειν, μήτε κοινωνεῖν τῷ τοιούτῳ. ἅπαντες εἶπον· ὁριζέσθω καὶ τοῦτο.

[h]CANONES CONCILII SARDICENSIS,

Ex interpretatione [n] Dionysii Exigui.

[n] ** TITVLI CANONVM.

[n] immo docet ipse Exiguus canones illos nõ secus atque Africanos Latine fuisse editos, sic enim in ep. ad Stephanum Salonitanũ ep. *Stet ita quoque Sardicensis concilii atque Africani, quæ Latine sunt edita, suis a nobis numeris cernuntur esse distincta.*

CANONES.

I.

I. OSIVS episcopus dixit: Non ' minus mala consuetudo, quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est; ' ne cui liceat episcopo de civitate sua ad aliam transire civitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere ' tentant; cum nullus in hac re inventus sit episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret. Vnde apparet, avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni servire, & ut dominationem agant. Si omnibus placet, hujusmodi pernicies * sævius & austerius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat qui talis est. Responderunt universi: Placet.

II.

Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, ut fortassis excusationem afferens asseveret, quod populi literas acceperit; cum manifestum sit, potuisse paucos præmio & mercede corrumpi, eos qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum. Omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem

nem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit: Placet.

III.

Oſius epiſcopus dixit: Illud quoque neceſſario adjiciendum eſt, ut [k] epiſcopi de ſua provincia ad aliam provinciam, in qua ſunt epiſcopi, non tranſeant: niſi forte a fratribus ſuis invitati; ne videamur januam claudere caritatis. [l] Quod ſi in aliqua provincia aliquis epiſcopus contra fratrem ſuum epiſcopum litem habuerit; " ne unus e duobus ex alia provincia advocet epiſcopum cognitorem. Quod ſi aliquis epiſcoporum judicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, ut iterum concilium renovetur; ſi vobis placet, ſancti Petri apoſtoli memoriã honoremus, ut ſcribatur ab his qui cauſam examinarunt, Iulio Romano epiſcopo: & ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, renouetur, & det judices. Si autem probaverit talem cauſam eſſe, ut non refricentur ea quæ acta ſunt; quæ decreverit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit: Placet.

IV.

Gaudentius epiſcopus dixit: Addendum, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſti; ut cum aliquis epiſcopus depoſitus fuerit eorum epiſcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in urbe Roma: alter epiſcopus in ejus cathedra, poſt appellationem ejus qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur; niſi cauſa fuerit in judicio epſcopi Romani determinata.

V.

Oſius epiſcopus dixit: Si contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint epiſcopi, unum forte remanere epiſcopum; ille vero per negligentiam noluerit ordinare epiſcopum, & populi convenerint; epiſcopi vicinæ provinciæ debent illum prius convenire epiſcopum, qui in ea provincia moratur: & oſtendere, quod populi petant ſibi rectorem; & hoc juſtum eſſe, ut & * ipſi veniant, & cum ipſo ordinent epiſcopum. quod ſi conventus literis tacuerit & diſſimulaverit, nihilque reſcripſerit; ſatisfaciendum eſſe populis, ut veniant ex vicinã provincia epiſcopi, & ordinent epiſcopum.

VI.

[m] Licentia vero danda non eſt ordinandi epiſcopum aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui ſufficit unus preſbyter: quia non eſt neceſſe ibi epiſcopum fieri, ne vileſcat nomen epiſcopi & auctoritas. Non debent illi ex alia provincia invitati facere epiſcopum, niſi aut in his civitatibus quæ epiſcopos habuerunt; aut ſi qua talis, aut tam populoſa eſt civitas, quæ mereatur habere epiſcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit: Placet.

ANNO CHRISTI 347.

VII.

Oſius epiſcopus dixit: Placuit autem, ut ſi epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum dejecerint: ſi appellaverit qui dejectus eſt, & confugerit ad epiſcopum Romanæ eccleſiæ, & voluerit ſe audiri: ſi juſtum putaverit, ut * renovetur judicium, vel diſcuſſionis examen, ſcribere his epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia * requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua moverit epiſcopum Romanum, ut de latere ſuo preſbyterum mittat: erit in poteſtate epiſcopi quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis judicent, habentes ejus auctoritatem, a quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit epiſcopos ſufficere, ut negotio terminum imponant; faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit.

In Græc. ϛ.

* renovetur examẽ.

* exquirant.

VIII.

Oſius epiſcopus dixit ' : Importunitates, & nimia frequentia, & injuſtæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam, dum quidam non ceſſant ad comitatum ire epiſcopi, & maxime Afri; qui (ſicuti cognovimus) ſanctiſſimi fratris & coepiſcopi noſtri Grati ſalutaria conſilia ſpernunt atque contemnunt, ut non ſolum ad comitatum multas & diverſas eccleſiæ non profuturas perferant cauſas, neque ut fieri ſolet, aut oportet, ut pauperibus; aut viduis, aut pupillis ſubveniatur; ſed & dignitates ſæculares, & adminiſtrationes quibuſdam poſtulent. Hæc itaque pravitas olim non ſolum murmurationes, ſed & ſcandala excitat. Honeſtum eſt autem, ut epiſcopi interceſſionem his præſtent, qui iniqua vi opprimuntur, aut ſi vidua affligatur, aut pupillus expolietur: ſi tamen * iſthæc nomina juſtam habeant cauſam, aut petitionem. Si ergo vobis, fratres cariſſimi, placet, decernite, [n] ne epiſcopi ad comitatum accedant, niſi forte hi, qui religioſi imperatoris literis vel invitati, vel evocati fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, ut ad miſericordiã eccleſiæ confugiant, qui injuriã patiuntur, aut qui peccãtes, in exilio vel inſulis damnantur, aut certe quamcumque ſententiam excipiũt: ſubveniendum eſt his, & ſine dubitatione petenda

In Gr. VII. Anieienſis c. Importunitas nimia & injuſtæ frequenter petitiones fecerunt.

* iſta omnia.

ANNO CHRISTI 347.

petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Vniversi dixerunt: Placet, & constituatur.

IX.

In Gr. VIII. Osius episcopus dixit: Hoc quoque providentia vestra tractare debet; quia decrevistis, ne episcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicumque ergo, quales superius memoravimus, preces habuerint, vel acceperint; per diaconum suum mittant; quia persona ministri invidiosa non est, & quæ impetraverit, celerius poterit referre. * Et hoc consequens esse videtur, ut de qualibet provincia episcopi ad eum fratrem & coepiscopum nostrum preces mittant, qui in metropoli consistit; ut ille & diaconum ejus, & supplicationes destinet, tribuens commendatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si vero habet episcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare, non * prohibetur per diaconum suum rogare ac significare his, quos scit benignam intercessionem sibi absenti posse præstare *.

In Græc. IX. (B)

*prohibeatur (C)

* si tamen opportunum fuerit.

X.

In Græc. est postr. pars Can. IX.

Qui vero Romam venerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ ecclesiæ preces quas habent, tradant; ut & ipse prius examinet, si honestæ & justæ sunt, & præstet diligentiam atque solicitudinem, ut ad comitatum perferantur. Vniversi dixerunt placere sibi, & honestum esse consilium. * Alypius episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis: nunc vero cum ea postulent præcipue, quæ sine invidia * hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est eos ire ad comitatum.

(D) Hæc pars in Græco non habetur.

* omnium,

XI.

In Gr. XX. Gaudentius episcopus dixit: Ea quæ salubriter * providistis, convenientia & æstimationi omnium, & Deo placitura & hominibus, tenere * hactenus firmitatem possunt, si metus huic sententiæ conjungatur. Scimus enim & ipsi, sæpissime propter paucorum impudentiam, religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisus voluerit ambitioni magis placere quam Deo; is debet scire, causis redditis, honorem dignitatemque se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si unusquisque nostrum ° qui in canali constitutus est, cum progredientem episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendat agnoscat: & si quidem eum invenerit ire ad comitatum, requirat & illud quod superius comprehensum est, * ne forte invitatus sit, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero ut superius memoravit sanctitas vestra, propter desideria & ambitiones ad comitatum pergat: neque in literis ejus subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniversi dixerunt honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem.

* præmonuistis.
* suam

(E)

* nisi invitatus

XII.

Non in Græc.

Osius episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretum sit in synodo, subito veniant ad civitates eas quæ in canali sunt. Debet ergo episcopus civitatis ipsius admonere eum, & instruere, ut ex eo loco diaconum suum mittat; admonitus ipse tamen redeat in parœciam suam.

XIII.

In Gr. Osius episcopus dixit [p]: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetis, si forte aut dives, aut scholasticus de foro, aut ex * administratore episcopus fuerit postulatus; ut non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus; & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt utique prolixum tempus, probari qua fide sit, quave modestia, qua gravitate & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur: quia conveniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, ut temere & leviter ordinetur aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est: maxime cum & magister gentium beatus apostolus, ne hoc fieret, denuntiasse & prohibuisse videatur; sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Vniversi dixerunt placere sibi hæc.

* administratus

1. Ti.

XIV.

In Gr. Osius episcopus dixit: Et hoc quoque statuere debetis; ut episcopus, si ex alia civitate convenerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quam devotioni serviens, voluerit in aliena civitate multo tempore residere: forte enim evenit episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum; is vero qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, ut dehonestet & infirmet illius personam; ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam

tam sibi ecclesiam, & transeat ad alienam: definite ergo tempus; quia & non recipi episcopum, inhumanum est; & si diutius resideat, perniciosum est. Hoc ne fiat, providendum est. Memini autem superiore concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea, in qua commoratur civitate, tres dominicos dies, id est, per tres septimanas non celebrasset conventũ, communione privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt; multo magis episcopum nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas quæ detineat, ut amplius a suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Vniversi dixerunt placere sibi.

XV.

Osius episcopus dixit: Quia nihil prętermitti oportet; sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non in ea civitate resident, in qua videntur episcopi esse constituti, vel quod parvam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur; vel certe affectione proximorum, quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, ut accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui; ut post tres dominicas, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima civitas, in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diem dominicum, illuc accedat: ut neq; res domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant, & non frequenter veniendo ad civitatem, in qua episcopus moratur, suspicionem jactantiæ & ambitionis evadat. Vniversi dixerunt placere sibi.

XVI.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, ut sive diaconus, sive presbyter, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus, & ad alterum perrexerit episcopum, & scierit ille, ad quem confugit eum ab episcopo suo fuisse abjectum: non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas esse dicturum. Vniversi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

XVII.

Osius episcopus dixit: Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet, cito & aspere commoveatur adversus presbyterum, sive diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit; providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo q habeat potestatem is qui abjectus est, ut episcopos finitimos interpellet, & causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur; quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut juste aut injuste eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur: ut vel probetur sententia ejus a plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut * communioni societ. Hi vero qui conveniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse * fastidium & superbiam, quia jam non decet, ut episcopus injuriam, vel contumeliam patiatur, * severioribus eos verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti episcopo: quia sicut ille clericis sincerum exhibere debet amorem caritatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

XVIII.

Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum solicitare, & in suis parochiis ordinare. Vniversi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus solet nasci discordia; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

XIX.

Osius episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus. Quicumque autem hoc usurpaverit, a fratribus & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

XX.

Aetius episcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis sit Thessalonicensium civitas. sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti brevi tempore morari, sed aut resident ibi, aut certe vix post longa spatia adsua redire coguntur. Vniversi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa episcopos, & circa has personas, observari debent.

XXI.

Osius episcopus dixit: Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit; ut si aliquis vim perpessus est, & inique expulsus pro disciplina & catholica * confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens & devotus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu

Margin notes: ANNO CHRISTI 347. — I. Eli- c. 21. — * recipiat, & — * fastigium — * austerioribus — Caput istud Græce non extat. — In Gr. xv. — In Gr. xvi. — * professione,

ANNO CHRISTI 347.

diu aut redire possit, aut injuria ejus remedium acceperit: quia durum est, eum qui persecutionem patitur, non recipi: etiam & larga benevolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniversa quæ constituta sunt, Catholica ecclesia in universo orbe diffusa custodiet.

[f] Et subscripserunt qui convenerant episcopi omnes diversarum provinciarum, sic: Ego N. episcopus civitatis N. & provinciæ N. ita credo, sicut supra scriptum est.

CANONES CONCILII SARDICENSIS,

Ex interpretatione" Isidori Mercatoris.

"veteri quę reperitur in collectione

" ** TITVLI CANONVM.

*id est donec.

CANONES.

I.

OSIVS episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est; ne cui liceat episcopo de sua civitate ad aliam transire. Menifesta est enim causa, qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inventus sit episcopus, qui de majore civitate ad minorem transierit. Vnde apparet, avaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni servire, & ut dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet, hujusmodi pernicies" austerius vindicetur, nec laicam communionem habeat qui talis est. Vniversi dixerunt: Placet. Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, ut forsitan excusationem afferat, quod populi literas acceperit; cum manifestum sit, præmio & mercede paucos, qui sinceram fidem non habent, potuisse corrumpi, ut clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum: omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam communionem in fine accipiat talis. Quod si vobis omnibus placet, statuite. Vniversi dixerunt: Placet.

" sæ[...]

II.

Osius episcopus dixit: Illud quoque statutum sit, ut episcopus de sua provincia ad aliam provinciam, in qua sunt episcopi, non transeat, nisi forte a fratribus suis invitatus; ne videamur januam caritatis claudere.

III.

Osius episcopus dixit: Providendum est etiam, ut si in aliqua provincia forte aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit; ne unus e duobus ex alia provincia advocet episcopos ad judicium.

IV.

Osius episcopus dixit: Quod si aliquis episcopus " adjudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum judicium renovetur; si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur vel ab his qui examinaverunt, vel etiam ab aliis episcopis qui * in provincia proxima morantur, Romano episcopo. Et si judicaverit renovandum este judicium, renovetur, & det judices. Si autem probaverit talem causam, ut ea non refricentur quæ acta sunt; quæ decreverit Romanus episcopus, confirmata erunt. Si ergo hoc omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.

" jud[...]

*in p[...] quo [...]rantu[...]

V.

Gaudentius episcopus dixit: Addendum est, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulistis; ut cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoqorum judicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma; alter episcopus in eadem cathedra, post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Romani episcopi determinata.

VI.

Osius episcopus dixit: Si contigerit

in una provincia, in qua fuerint plurimi episcopi, unum forte remanere episcopum; ille vero per negligentiam noluerit ordinare episcopum, & populi * convenerint: episcopi vicinæ provinciæ debent illum convenire episcopum, qui in eadem provincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem, & hoc justum esse, ut & * ipse veniat, & cum eo ordinent episcopum. Quod si conventus literis tacuerit & dissimulaverit, nihilque responderit: tunc satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicinis provinciis, & ordinent episcopum. Iterum, licentia ordinandi episcopum danda passim non est. Si enim subito aut vicus aliquis, aut modica civitas, cui satis est unus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc, ut vilescat nomen episcopi, & summi honoris auctoritas: non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum, nisi aut in civitatibus quæ episcopos habuerunt, aut si qua tam populosa est civitas vel locus, qui mereatur habere episcopum. Synodus respondit: Placet.

VII.

Osius episcopus dixit: Et hoc placuit, ut si episcopus accusatus fuerit, & omnes judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejecerint; si appellaverit qui dejectus videtur, & confugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopum, & voluerit se audiri: si justum putaverit, ut renovetur examen, scribere his episcopis dignetur Romanus episcopus, qui in finitima & propinqua altera provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut de latere suo presbyteros mittat; erit in potestate ipsius quid velit, & quid æstimet. Si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis judicent, ' ut habeant etiam * auctoritatem personæ illius, a quo destinati sunt; erit in ejus arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos comprovinciales, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

VIII.

Osius episcopus dixit: ' Importunitatis nostræ nimia frequentia, & injustæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere gratiam, aut fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire episcopi, & maxime Afri; qui (sicuti cognovimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt atque contemnunt, & non solum A ad comitatum multas & diversas ecclesiæ non profuturas perferunt causas, ut fieri solet, aut oportet, ut aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur; sed & dignitates sæculares, & administrationes * quibusdam postulant. Hæc itaque pravitas olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, ut episcopus intercessionem suam his præstet, qui aliqua iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur: tamen & ista omnia, si justam habeant B causam & petitionem. Si vobis ergo, fratres carissimi, placet, decernite, ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosissimi imperatoris literis vel invitati fuerint, vel vocati. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam ecclesiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, & qui peccantes in exilium vel insulas damnantur, aut certe quamcumque sententiam suscipiunt: ideo subveniendum est his, & sine dubitatione eis petenda per ecclesiam in- C dulgentia. Si vero hoc vobis placet, statuatur. Universi dixerunt: Placet, & constituatur.

* quasdam

IX.

Osius episcopus dixit: Hæc quoque prudentia vestra tractare debet; ut quia decrevistis, ne episcopi improbitas notetur ad comitatum pergendo: quicumque ergo, quales superius memoravimus, preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittant; quia persona ministri non erit invidiosa, & quæ celerius poterit quæ impetraverit refer- D re. Et hoc consequens esse videtur, ut unusquisque qui preces habuerit, eas ad fratres & coepiscopos nostros, qui in maxima civitate, id est, qui in metropoli consistunt, mittat; & illi per suos diaconos destinent, tribuendo commendatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros, qui illo tempore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si vero habet quis episcoporum amicos in palatio, qui E cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare; non prohibeatur per diaconum suum rogare, & significare eis, quos scit ' benigna intercessione sibi absenti posse præstare. Qui vero Romam venerit, sicut dictum est, sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ ecclesiæ preces, quas habet, tradat, ut & ipse prius examinet, si honestæ & justæ sunt, & præstet diligentiam atque solicitudinem, ut ad comitatum perferantur. Universi dixerunt placere sibi, & honestum esse consilium.

' benignam intercessionem

X.

Anno Christi 347.

X.

Alypius episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint 'peregrinationis incommoda, habebunt aliquid justæ rationis: nunc vero cum ea postulent, quæ sine invidia omnium & reprehensione esse non possunt, non necesse eos ire ad comitatum.

' peregrinationes incommodas

XI.

Gaudentius episcopus dixit: Ea quæ salubriter * providistis convenienti æstimatione, omniumque Deo placitura & hominibus, tenere hactenus fortitudinem possunt, si metus huic sententiæ conjungatur. Scimus enim etiam ipsi, sæpissime propter paucorum imprudentiam sacrum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur contra omnium sententiam aliquis nisus, voluerit ambitioni magis placere quam Deo, is debet scire, causis redditis, honorem atque dignitatem se amissurum. Hoc autem sciri & comperiri poterit, si unusquisque nostrum qui in canali constitutus est, cum progredientem episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendit agnoscat. Et si quidem eum 'agnoverit ire ad comitatum, requirat illud quod superius comprehensum est, * ne forte invitatus sit, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero (ut superius meminit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ire ad comitatum tentaverit, neque literis ejus subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Universi dixerunt, hoc honestum esse, & placere 'constitutionem.

* prævidistis
' invenerit
* nisi
' sibi hanc

XII.

Osius episcopus dixit: Sed & moderatio est necessaria, dilectissimi fratres, ne adhuc quidam nescientes quid decretum sit in synodo, subito veniant ad civitates eas, quæ in canali sunt: debet episcopus civitatis ipsius admonere & instruere illum, * & ex eo loco ille mittat diaconum; admonitus tamen ipse redeat ad parochiam suam.

* ut

XIII.

Osius episcopus dixit: Necessarium arbitror, ut diligentissime * tractetis, si forte aut dives, aut scholasticus de foro, aut ex * administratore episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, & presbyteri fuerit perfunctus; & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habent utique prolixum tempus, probari qua fide sit, quave modestia, & gravitate, & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur. Nam nec conveniens est, nec * ratio nec disciplina patitur, ut temere ac leviter ordinetur aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est: maxime cum beatissimus apostolus magister gentium, ne hoc fieret, denuntiasse & prohibuisse videatur; sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita comprobata. Universi dixerunt placere sibi hæc.

* tractetur,
* administratione
* ra[tio] [di]scipl[ina]
1. Ti[m.]

XIV.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque statuere debetis; ut episcopus, ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, & ambitioni magis serviat, quam devotioni; ita ut si voluerit in aliena civitate multo tempore residere, & contingat ut episcopus civitatis ipsius non tam instructus sit, nec tam doctus; is vero qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, ut dehonestet & deformet illius personam: qua occasione fit, ut non dubitet relinquere sibi assignatam ecclesiam, & transire ad alienam: definite ergo tempus; quia & non recipi episcopum, inhumanum est; & diutius residere, perniciosum. Ne fiat ergo hoc, providendum est. Memini autem superiore concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea qua commoratur civitate, tres dominicas, id est, per tres septimanas non celebrasset conventum, communione privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt; tanto magis nec licet, nec decet ut episcopus, si nullam tam gravem habet necessitatem, nec tam difficilem rationem, tamdiu desit ab ecclesia, ne populum contristet. Universi dixerunt placere sibi.

XV.

Osius episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet; sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non in ea civitate * possident, in qua episcopi videntur esse constituti, vel certe paucam rem ibi, alibi autem idonea prædia habere noscuntur, vel affectiones proximorum, quibus indulgeant: hactenus autem eis permitti oportet, ut accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui; ut post tres dominicas, id est, post tres septimanas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Et si est proxima civitas, in qua presbyter est, ne sine ecclesia facere videatur diem dominicum, illuc accedat: ut nec res ejus domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant, & non frequenter

* res[ident]

ter veniendo ad aliam civitatem, in qua est episcopus, suspicionem jactantiæ & ambitionis incurrat. Universi dixerunt placere sibi.

XVI.

Osius episcopus dixit: Si hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus, sive presbyter, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus, & ad alterum perrexerit episcopum; & scierit ille, ad quem confugerit, eum ab episcopo suo fuisse abjectum: non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod B si fecerit, sciat se convocatis episcopis 'causas esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

XVII.

Osius episcopus dixit: Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoveatur adversus presbyterum, aut diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit; providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem qui dejectus est, ut finitimos episcopos interpellet, & causa ejus audiatur, & diligentius tractetur; quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut juste aut injuste eum dejecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur: ut vel probetur sententia ejus a plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter fuerint examinata, eum qui fuerit a communione separatus, ' nullus alius debet præsumere ut recipiat, & communioni societ. Qui autem convenerint ad audiendum, si cle- D ricorum esse ' fastigium viderint & superbiam, quia non decet ut episcopus aut injuriam, aut contumeliam patiatur, 'austerioribus eos verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti episcopo: quia sicut ille sincerum amorem debet clericis exhibere caritatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

XVIII.

Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque sanctitas vestra statuat, ut nulli episcopo liceat alterius civitatis hominem E ecclesiasticum solicitare, & in 'sua diœcesi ordinare clericum; 'quia ex his contentionibus solent nasci discordiæ: & 'ideo prohibeat omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

XIX.

Osius episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine A consensu episcopi ipsius & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus. Quicumque autem hoc usurpaverit, a fratribus & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi. ANNO CHRISTI 347.

XX.

Aetius episcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis sit Thessalonicensium civitas. Sæpe enim ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti ut brevi tempore morentur, & aut resident ibi, aut certe vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Universi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa episcopos, & erga horum personas, observari debent.

XXI.

Osius episcopus dixit: Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio, hoc etiam placuit, ut si aliquis vim perpessus est, & inique 'pulsatus pro disci- ' expulsus
plina vel catholica confessione, vel defensione veritatis, fugiens pericula, innocens & devotus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur ' immorari, ' in ea morati
C quamdiu aut "redire potuerit, aut inju- ' secedere
ria ejus remedium acceperit. Durum est enim, qui persecutiones patitur non recipi. Etiam & larga benevolentia, & humanitas ei est exhibenda.

Inter ceteros qui subscripserunt huic synodo, referuntur sequentes.

Osius ab ' Hispania, episcopus civitatis Cordubensis. ' Spania
Vincentius de Capua.
Calepodius Neapolitanus.
Athanasius episcopus civitatis Alexandriæ magnæ.
Ianuarius episcopus Beneventanus.
Anianus ab ' Hispania, de Castulona. 'ab Spaniis de Castolona
Florentinus ab Hispaniis, de Emerita.
Domitianus ' ab Hispaniis, de Asturica. ' Domminianus
Castus ab Hispaniis, de Cæsaraugusta.
Prætextatus ab Hispaniis, de Barcilona.
Maximus a Tuscia, de Luca.
Porphyrius a Macedonia, de Philippis.
Marcellus a " Macedonia, de Ancyra Galatiæ. " videtur hæc provincia male repetita
Eutherius * a Procia, de Canuos. *civit. Prochitæ
Asclepius a Palæstina, de Gaza.
Moschus ' a Thessalia, de Thebis. ' Mopsus
Bassus a Macedonia, de Diocletianopoli.
Protogenes a Dacia, de Sardica.
Dioscorus, * de Thracia. * Therasiæ.
Hymenæus a Thessalia, * de Phrata. * civ. Cyperæ.
Lucius a Thracia, * de Caniopoli. * Adrianopoli.
" Lucius ab Italia, de Verona. " Lucillus ex ep. sancti Athanasii ad Constantium.
Euagrius a Macedonia, de Heracleanopoli.
Dionysius ' ab Achaia, * de Helide. ' a Dacia * Helice.
Iulius ab Achaia, * de Thebesse. * Thebeeptapoleos.
Athenodorus * a Dacia, de Blacena. * ab Achaia, de Blatea,
Diodorus ab Asia, de Tenedo insula.
Alexander a Thessalia, de Larissa.
Aetius a Macedonia, de Thessalonica.
Vitalis a Dacia ripensi, de Aquis.
Paregorius a Dardania, de Scupis.

ANNO CHRISTI 347.

Tryphon ab Achaia, * de Macarce. A
Gaudentius * ab Achaia, de Naiso.
Ionas a Macedonia, * de Pattecopoli.
* Marathonensis. Alypius ab Achaia, de Megaris.
* a Dacia. Macedonius a Dardania, de Vlpianis.
* Parthenopoli. Calvus a Dacia ripensi, de Castro Martis.
Fortunatianus ab Italia, de Aquileia.
Prostarcus ab Achaia, de Patris.
Heliodorus civitatis Nicopolis.
Eutherius a Pannoniis.
Arius a Palæstina.
* Asturius * Asterius de Arabia.
' de Asapo, sebiis Chocras ab Achaia '.
Stercorius ab Apulia, de Canusio.
Irenæus ab Achaia, de Secoro. B
Martyrius ab Achaia, de Neapoli.
Severus ab Italia, de Ravenna.
Vrsacius ab Italia, de Brixia.
Protasius ab Italia, de Mediolano.
* Cissa. Marcus ab Asia, * de Sciscia.
Verissimus a Gallia, de Lugduno.
' de Scio. Valens a Dacia ripensi, Scythopolitanus.
' Dui. Palladius a Macedonia, de ' Dio.
* civit. Beri. al. Beroæ. Gerontius a Macedonia, * de Brebi.
* Maroneæ vel Morenciis. Alexander ab Achaia, * de ' Moreniis.
Eutychius ab Achaia.
Tychius ab Asia, de Methonis.
' Ceparisina. Zosimus a Macedonia, * de Lignedo.
* Lichnidi.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, SOC. IESV. C

" * * *In ms. codice antiquo post Osium recensentur hi tres :* Vincentius de Capua legatus sanctæ ecclesiæ Romanæ. Ianuarius de Benevento legatus ecclesiæ SS. Calepodius Neapolitanus legatus ecclesiæ SS.

Porro de numero episcoporum qui huic Sardicensi concilio interfuerunt, quosque alphabetico digessit ordine, hęc annotavit in editione anni 1551. Petrus Crabbe O. M.

Differenter admodum assignatur numerus patrum & episcoporum subscribentium huic concilio, seu in eo convenientium. In fine nempe hujus concilii, juxta exemplar quoddam, inveniuntur subscripsisse episcopi 121. In principio autem alterius exemplaris, 300. dicuntur fuisse. Porro historiæ tripartitæ lib. 4. cap. 23. habetur sic : Ex Hesperiis ergo partibus convenerunt episcopi quasi 300 sicut Athanasius ait, ex orientalibus 76. tantummodo, sicut Sabinus dicit. Verum dist. 26. in decretis ca. Sexta synodus legitur ita : Quarta synodus Sardicensis, in qua patres * 6c. statuerunt canones 21. quorum author maxime Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus, & Ianuarius Beneventanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. Hæc ibi. Itaque veritas hujus differentiæ & concordia relinquantur scrutantibus curiosius. Cæterum post congestam in unum suprascripti numeri differentiam, occurrit historię ecclesiasticæ secundum Theodoretum Cyrenensem episcopum, quæ recenter prodiit, impressio, in qua cap. 7. lib. 2. hoc modo scriptum est : Sardicæ vero pontifices convenere 250. ut docent antiquæ narrationes. Hæc ibi. Quocirca non est quoquo pacto æstimandum, has differentias ex inscitia, aut negligentia processisse authorum, sed potius attribuendum est scribentium vel incuriæ vel negligentiæ.

* 61.

" * * EIVSDEM CONCILII FRAGMENTA

Ex veteri MS. Iustelliano.

" Bibliothecæ Iuris canonici pag. 287. & sequenti.

Vt non liceat episcopo pluribus hebdomadibus abesse.

XIV. 15. Dionys. Exig. Osius episcopus dixit : quia nihil prætermitti oportere, sunt quidam fratres, & coepiscopi nostri, qui non in ea civitate, in qua ordinati sunt, vel certe parvam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur. . . . . . .

. . . .

De clericis excommunicatis ab aliis minime suscipiendis.

Osius episcopus dixit : hoc quoque omnibus placuit, ut sive presbyter, sive diaconus, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus, ad alterum perrexit episcopum, & scierit ille ad quem confugerit, eum ab episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat : quod si quis fecerit, sciat apud congregati episcopi pro eo causam esse dicturum. Vniversi dixerunt : hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

De excommunicatis apud vicinos episcopos audiendis.

Osius episcopus dixit : quid me adhuc moveat reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito aspere moveatur adversus presbyterum, sive diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem, habeat potestatem ejectus finitimos rogare episcopos, ut ejus causam audiant, & diligentius tractent, quia non oportet negari audientia roganti ; & ille episcopus, quia juste aut injuste rejecit patienter accipiat, & negotium discutiatur, ut aut probetur ejus temeritas, aut emendetur sententia : prius tamen quam omnia diligenter & fideliter fuerint examinata, communionem non debet præsumere, donec ipse eum recipiat, & communioni societ. Qui convenerint autem, si viderint clericorum esse fastidium & superbiam, quod non decet, ut episcopus injuriam, aut contumeliam patiatur, severioribus eos verbis castigari debere, ut obediant honesta recipientes. Et sicut ille ministris sincerum exhibere debet amorem caritatis, ita quoque ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

De non sollicitandis clericis alienis.

Ianuarius episcopus dixit : Illud præterea statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat, alterius civitatis clericum sollicitare, & in suis parrociis ordinare. Vniversi dixerunt, quia ex his contentionibus solet discordia nasci, prohibet omnium sententia, ut ne quis hoc facere audeat.

De non ordinandis clericis alienis sine consensu episcopi sui.

Osius episcopus dixit : Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia provincia alienum ministrum, sine conscientia, vel voluntate sui episcopi voluerit in ordine promovere, non sit rata ejus ordinatio. Quicumque autem hoc usurpare tentaverit, a fratribus, & coepiscopis nostris admoneri debet & corrigi. E

De clericis qui Thessalonicam veniunt.

. . . .

. . . .

SYNODI SARDICENSIS EPISTOLA

AD IVLIVM VRBIS ROMÆ EPISCOPVM.

QVOD semper credidimus, etiam nunc sentimus : experientia enim probat & confirmat, quæ quisque auditione audivit. Verum est enim quod beatissimus magister gentium Paulus apostolus de se locutus est : *An experimentum*

mentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus? Quamquam utique, quia in ipso dominus Christus habitavit, dubitari non possit Spiritum sanctum per animam ejus locutum, & organum corporis personasse. Et tu itaque, dilectissime frater, corpore separatus, ' mente concordi ac voluntate adfuisti: & honesta fuit & necessaria excusatio absentiæ, ne aut lupi schismatici furtum facerent & raperent per insidias, aut canes hæretici rabido furore exciti insani oblatrarent, aut certe serpens diabolus blasphemiarum venenum effunderet. Hoc enim optimum & valde congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id est, ad Petri apostoli sedem de singulis quibusque provinciis domini referant sacerdotes. Quoniam ergo universa quæ gesta sunt, quæ acta, quæ constituta, & chartæ continent, & vivæ voces carissimorum fratrum & compresbyterorum nostrorum Archidami & Philoxeni, & carissimi filii nostri Leonis diaconi, verissime & fideliter exponere poterunt; pene supervacuum videatur, eadem his literis ' inserere. Patuit apud omnes qui convenerunt ex partibus orientis, qui se appellant episcopos; quamquam sint ex his certi auctores, quorum sacrilegas mentes Ariana hæresis pestifero tinxit veneno; diu tergiversatos propter diffidentiam ad judicium venire noluisse, tuamque & nostram reprehendere communionem, quæ nullam habebat culpam, quia non solum octoginta episcopis testantibus de innocentia Athanasii pariter credidimus, sed & conventi per presbyteros tuos & per epistolam, ad synodum quæ futura erat in urbe Roma, venire noluerunt: & satis erat iniquum, illis contemnentibus, tot sacerdotibus testimonium perhibentibus, Marcello & Athanasio denegare societatem. Tria fuerunt quæ tractanda erant. nam & ipsi religiosissimi imperatores permiserunt, ut de integro universa discussa disputarentur; & ante omnia de sancta fide, & de integritate veritatis, quam violaverunt: secunda de personis, quas dicebant esse dejectas de iniquo judicio, ut si potuissent probare, justa fieret confirmatio: tertia vero quæstio, quæ vere quæstio appellanda est, quod graves & acerbas injurias, intolerabiles etiam & nefarias contumelias ecclesiis fecissent, cum raperent episcopos, presbyteros, diaconos, & omnes clericos in exilium mitterent, ad deserta loca transducerent, fame, siti, nuditate, & omni egestate necarent; alios clausos carcere, squalore & putore conficerent, nonnullos ferreis vinculis, ita ut cervices eis arctissimis circulis strangularentur: denique ex ipsis quidam vincti, in eadem injusta defecerunt pœna: quorum ambigi non potest martyrio gloriosam mortem extitisse. adhuc quoque audent quosdam retinere: nec ' ulla causa fuit criminis, nisi quod repugnarent, & clamarent quod execrarentur Arianam & ' Eusebii hæresim, & nollent habere cum talibus communionem; ' iis autem qui secum sentire maluerunt, prodesse; & qui ante fuerant dejecti, non solum recepti sunt, sed etiam ad ' clericalem dignitatem promoti, & receperunt præmium falsitatis. Quid autem de impiis & de imperitis adolescentibus Vrsacio & Valente statutum sit, accipe beatissime frater. Quia manifestum erat hos non cessare adulterinæ doctrinæ lethalia semina spargere, & quod Valens relicta ecclesia aliam invadere voluisset eo tempore, quo seditionem commovit, unus ex fratribus nostris qui fugere non potuit * Viator, obrutus & conculcatus, in eadem Aquileiensium civitate die tertia

A defecit. causam utique mortis præbuit Valens, qui perturbavit, qui solicitavit. Sed ea quæ beatissimis Augustis significavimus, cum legeritis, facile pervidebitis, nihil nos prætermisisse, quantum ratio patiebatur: & ne molesta esset longa narratio, quæ fecissent & commisissent, insinuamus. Tua autem excellens prudentia disponere debet, ut per tua scripta, qui in Sicilia, qui in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, quæ acta sunt, & quæ definita, cognoscant; & ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, quos * extra episcopatum justa sententia ' declaravit. Perseverent autem Marcellus, Athanasius, & Asclepius in nostra com-

B munione, quia obesse eis non poterat iniquum judicium, & fuga & tergiversatio eorum, qui ad judicium omnium episcoporum, qui convenimus, venire noluerunt. Ceterum, sicuti superius commemoravimus plena relatio fratrum, quos sincera caritas tua misit, unanimitatem tuam perdocebit. Eorum autem nomina, qui pro facinoribus suis dejecti sunt, subjicere curavimus, ut sciret eximia gravitas tua, qui essent communione privati, uti ante prælocuti sumus. Omnes fratres & coepiscopos nostros literis tuis admonere digneris, ne ' epistolas, id est, literas communicatorias eorum accipiant.

Nomina hæreticorum.

C Vrsacius a Singiduno, Valens a Mursa, Narcissus ' a Neronopoli, Stephanus ab Antiochia, Acacius a Cæsarea, ' Menophanes ab Epheso, Georgius a Laodicea. " ' * * Theodorum quoque hic addere oportuit de quo S. Athanasius ep. ad solitarios p. 635. & patres concilii Sardicensis in epistola ad universas ecclesias p. 669. hoc ordine eos recensent: Theodorum, Narcissum, Acacium, Stephanum, Vrsacium, Valentem, Menofantum, & Georgium.

"*Item nomina episcoporum qui synodo Sardicensi adfuerunt & subscripserunt iidem in judicio.*

Osius ab Spannia Cordobensis.
Anianus ab Spanniis de Castolona
D Florentius ab Spaniis de Emerita
Dommianus ab Spaniis de Asturica
Castus ab Spaniis de Cæsar-Augusta
Prætextatus ab Spanniis de Barcilona
Maximus a Thuscia de Luca
Bassus a Macedonia de Diocletianopoli
Porphyrius a Macedonia de Philippis
Marcellus a Macedonia de Ancyra Gallaciæ
Euterius a Procia de Caindo
Asclepius a Palæstina de Gaza
Moscus a Thessalonica de Thebis
Vincentius a Campania de Capua
Ianuarius a Campania de Benevento
Prothogenes ab Acadia de Serdica
E Dioscorus de Thracia
Hymomus a Thessalia de Oparata
Lucius a Thracia de Cainopoli
Lucius ab Italia de Verona
Euagrius a Macedonia de Heraclialineo
Dionysius ab Achaia de Lignedon
Iulius ab Achacia de Thebe eptapyleos
Athenodorus ab Acaia de Blatea
Diodorus ab Asia de Tenedos
Alexander de Thessalia de Larissa
Aethius a Macedonia de Thessalonica
Vitalis a Dacia-ripensi de Aquis
Paragorius a Dardania de Scupis
Trifon ab Achaia de Macroce
Athanasius ab Alexandria
Gaudentius ab Achaia de Naiso

ANNO CHRISTI 347.

al. justa sententia degradavit.

' id est episcopales vel epistoliasen episcopalia.

' epistolia

' male Ieropoli sive Hierapoli nam Athanasius lib. de Fuga ἀπὸ τῆς πόλεως Νέρωνος.

' Menofantus

" variis deformata mendis in fragm. sancti Hilarii pag. 18.

ANNO CHRISTI 347.

Ionam a Macedonia de Particopoli
Alipius ab Acaia de Magari
Macedonius ab Ardania de Vlpianis
Calvus ab Achaia ripensi de Castra martis.
Fortunatianus ab Italia de Aquileia
Plotarcus ab Acacia de Patrois
Eliodorus a Nicopoli
Eutarius a Pannoniis
Arius a Palæstina
Asturus ab Arabia
Cocras ab Achaia de Asapofebiis.
Stercorius ab Apuleia de Canusio.
Calepodius a Campania
Lerenius ab Achaia de Secoro
Martirius ab Achaia de Neapoli
Dionysius ab Arcaida de Elida
Severus ab Italia de Ravennensi
Vrsacius ab Italia de Brixa
Partasius ab Italia de Mediolano
Marcus ab Asia de Fissia
Verissimus a Gallia de Lugduno
Valens ab Achaia ripense de Scio
Palladius a Macedonia de Dui
Geruntius a Macedonia de Brevi
Alexander ab Achaia de Morenis
Euthitius ab Achaia.
Titius ab Asia de Montonis.

Episcopi omnes numero unus de sexaginta.

EPISTOLA CONCILII Sardicensis ad ecclesiam Alexandrinam.

Ex Athan. apol. 2. Baron. ann. 347. n. 26.

Sacra synodus per gratiam Dei Sardicæ congregata, e Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Mysiis, Dacia, Norico, Tuscia, Dardania, & secunda Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodope, Palæstina, Arabia, Creta, Ægypto, presbyteris & diaconis, & universæ ecclesiæ Dei per Alexandrinam parochiam, dilectis fratribus, in domino salutem.

Petro Nannio interprete.

ETIAM antequam acciperemus literas vestræ religionis, non ignotum id nobis, sed prorsus compertum erat, antesignanos infausti nominis Arianorum multa & gravia, sed tamen magis in exitium suarum animarum, quam in ecclesiam molitos esse. Ea enim eorum ars & vafricies fuit, semperque hujus pestiferi propositi fuere, ut omnes ubique orthodoxæ fidei homines, & catholicæ ecclesiæ doctrinam a patribus traditam servantes, exagitent & persequantur. Quorum nonnullos falsis criminibus circumvenerunt, alios extra fines suos relegarunt, alios in ipsis suppliciis absumpserunt: certe fratris nostri & coepiscopi Athanasii innocentiam vi & tyrannide circumvenire, & opprimere conati sunt, nulla in ejus judicio neque sedulitate, neque fide, neque justitia adhibita. Iam ergo diffisi suis fabulis, & vanis rumoribus, ac etiam intuentes, quam non possent de iis rebus vera documenta afferre, cum essent in urbe Sardica, non ausi sunt in concilio sanctorum episcoporum apparere. Qua ex re æquitas judicii fratris & coepiscopi nostri Iulii liquidissime apparuit, qui non temerario consilio, sed cum matura deliberatione sententiam tulit; adeo ut nihil relinquatur dubii de communione fratris nostri Athanasii adducentis octoginta episcopos veros testes pro se in judicium, atque eo potiore jure nitentis, quod per dilectos fratres nostros presbyteros suos, & per literas, Eusebianos non jure, sed vi fretos convenerit. Quapropter omnes undique episcopi ejus communionem ob innocentiam ipsius confirmarunt. Illud quoque vestra caritas conspiciat; post Athanasii ad sacram synodum Sardicæ congregatam adventum,

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗΣ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ συναχθείσης συνόδου, τῇ ἐκκλησίᾳ Αλεξανδρέων.

Η ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, ἀπὸ Ρώμης, καὶ Σπανιῶν, Γαλλιῶν, Ιταλίας, Αφρικῆς, Σαρδινίας, Παννονιῶν, Μυσιῶν, Δακίας, Νωρίκου, Τουσκίας, Δαρδανίας, ἄλλης Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Αχαΐας, Ηπείρων, Θρᾴκης, καὶ Ροδόπης, καὶ Παλαιστίνης, καὶ Αραβίας, καὶ Κρήτης, καὶ Αἰγύπτου, πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ ἐν Αλεξανδρείᾳ παροικούσῃ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑΙ πρὶν μὲν λαβεῖν ἡμᾶς τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, οὐκ ἠγνοοῦμεν, ἀλλὰ φανερὸν ἡμῖν ἦν, ὡς ὅτι οἱ τῆς δυσωνύμου τῶν Αρειανῶν αἱρέσεως προστάται πολλὰ καὶ δεινὰ, μᾶλλον δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἢ κατὰ ἐκκλησίας ἐμηχανῶντο. αὕτη γὰρ ἦν αὐτῶν ἡ τέχνη καὶ πανουργία, ταύτης ἀεὶ τῆς θανατηφόρου γεγόνασι προθέσεως, ὅπως πάντας τοὺς ὁπουδήποτε τυγχάνοντας τῆς ὀρθῆς δόξης, καὶ τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδασκαλίαν κατέχοντας, τὴν παρὰ τῶν πατέρων αὐτοῖς παραδοθεῖσαν, σπουδάζωσιν ἐλαύνειν καὶ διώκειν. τοὺς μὲν γὰρ πλαστοῖς ἐγκλήμασιν ὑπέβαλλον, ἄλλους εἰς ἐξορισμὸν ἀπέστελλον, ἄλλους ἐν αὐταῖς ταῖς τιμωρίαις κατεπόνουν· ἀμέλει καὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν Αθανασίου τὴν καθαρότητα βίᾳ καὶ τυραννίδι συλλαβέσθαι ἐσπούδασαν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐπιμελὴς, οὔτε μετὰ πίστεως, οὐθ' ὅλως δικαία γέγονεν ἡ παρ' ἐκείνων κρίσις. διόπερ οὐδὲ θαῤῥοῦντες οἷς ἐδραματούργησαν, οὐδὲ οἷς ἐθρύλλησαν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ θεωροῦντες ὡς οὐ δύνανται περὶ τούτων ἀποδείξεις ἔχειν ἀληθεῖς, παρόντες εἰς τὴν Σαρδῶν πόλιν, οὐκ ἠθέλησαν εἰς τὴν σύνοδον πάντων τῶν ἁγίων ἐπισκόπων ἀπαντῆσαι. ἐκ δὴ τούτου φανερὰ καὶ δικαία καθέστηκεν ἡ κρίσις τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν Ιουλίου. οὐ γὰρ ἀσκέπτως βεβούλευται, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐπιμελείας ὥρισεν, ὥστε μηδὲ ὅλως διστάσαι περὶ Αθανασίου· εἶχε γὰρ ἐπισκόπων ὀγδοήκοντα ἀληθεῖς μαρτυρίας· εἶχε καὶ τοῦτο δίκαιον, ὅτι διὰ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν πρεσβυτέρων ἑαυτοῦ, καὶ διὰ γραμμάτων μεθώδευσε τοὺς περὶ Ευσέβιον, τοὺς οὐκ ἐπὶ κρίσει, ἀλλ' ἐπὶ βίᾳ μᾶλλον ἐπερειδομένους. ὅθεν οἱ πανταχοῦ πάντες ἐπίσκοποι τὴν κοινωνίαν Αθανασίου ἐβεβαίωσαν διὰ τὴν καθαρότητα αὐτοῦ. κἀκεῖνο δὲ ὑμῶν ἡ ἀγάπη συνοράτω· ἐπειδὴ εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον

νοδον τὴν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσαν παρεγένετο, τότε δὴ καθὰ προείπομεν καὶ διὰ γραμμάτων, καὶ διὰ ἀγράφων ἐντολῶν ὑπεμνήσθησαν οἱ τῆς ἑῴας, καὶ ἐκλήθησαν παρ' ἡμῶν ὥστε παρεῖναι. ἀλλ' ἐκεῖνοι ὑπὸ τῆς συνειδήσεως καταγινωσκόμενοι, ἀπρεπέσι χρώμενοι προφάσεσι, φυγοδικεῖν ἤρξαντο· ἠξίουν γὰρ τὸν ἀθῷον ὡς ὑπεύθυνον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἐκβάλλεσθαι, οὐ συνορῶντες ὡς ἀπρεπὲς, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον ἦν τοῦτο. καὶ τὰ ὑπομνήματα δὲ τὰ ἐν τῷ Μαρεώτῃ γενόμενα ὑπὸ παμπονήρων καὶ ἐξωλεστάτων τινῶν νεωτέρων, οἷς οὐκ ἄν τις ἐπιστεύσειεν οὐδὲ τὸν τυχόντα βαθμὸν τοῦ κλήρου, συνέστηκε κατὰ μονομέρειαν πεπρᾶχθαι. οὔτε γὰρ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος, οὔτε Μακάριος ὁ πρεσβύτερος ὁ κατηγορούμενος ὑπ' αὐτῶν, παρῆν. καὶ ὅμως ἡ παρ' αὐτῶν, ἐρώτησις μᾶλλον δὲ ὑποβολὴ ἡ γενομένη, πάσης αἰσχύνης ἦν μεστή. πῆ μὲν γὰρ ἐθνικοὶ, πῆ δὲ κατηχούμενοι ἠρωτῶντο, οὐχ ἵνα ἅπερ ἴσασιν, εἴπωσιν, ἀλλ' ἵνα ἅπερ παρ' αὐτῶν μεμαθήκασι, ψεύσωνται. καὶ γὰρ καὶ ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων φροντιζόντων ἐπὶ τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ὑμετέρου ἐπισκόπου, καὶ βουλομένων παρεῖναι ἐπὶ τῇ ἐξετάσει, καὶ τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, καὶ τὰ ψευδῆ διελέγξαι, οὐδεὶς λόγος γέγονεν. οὐκ ἐπέτρεψαν γὰρ ὑμᾶς παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὕβρεως ἐξέβαλον. καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα φανερὰ πᾶσι καθέστηκε καὶ ἐκ τούτου ἡ συκοφαντία, ὅμως ἀναγινωσκομένων τῶν ὑπομνημάτων, εὕρομεν αὐτὸν τὸν παμπόνηρον Ἰσχύραν τὸν ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ μισθὸν παρ' αὐτῶν λαβόντα, τὸ δοκοῦν ὄνομα τῆς ἐπισκοπῆς, διελέγχοντα ἑαυτοῦ τὴν συκοφαντίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰσχύρας ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπομνήμασι διελάλησε κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, ἐν ᾗ Μακάριον ἐληλυθέναι εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ διεβεβαιοῦτο, νοσοῦντα τότε κατακεῖσθαι ἑαυτόν· καίτοι τῶν περὶ Εὐσέβιον γράψαι τολμησάντων, ἑστάναι τότε τὸν Ἰσχύραν, καὶ προσφέρειν, ὅτε Μακάριος ἐπέστη. κἀκείνη δὲ πᾶσι φανερὰ καθέστηκεν ἡ συκοφαντία καὶ διαβολὴ, ἣν ᾐτιάσαντο μετὰ ταῦτα. ἔφθασαν γὰρ καὶ κατεβόησαν, φόνον δεδρακέναι τὸν Ἀθανάσιον, καὶ ὡς Ἀρσένιόν τινα Μελετιανὸν ἐπίσκοπον ἀνῃρηκέναι· ἐφ' ᾧ προσποιητῷ στεναγμῷ καὶ πεπλασμένοις δάκρυσιν ὑπεκρίνοντο, καὶ ἠξίουν τοῦ ζῶντος ὡς τεθνηκότος τὸ σῶμα ἀποδοθῆναι· ἀλλ' οὐκ ἄγνωστα γέγονε τὰ σοφίσματα τούτων. ἔγνωσαν γὰρ πάντες ζῆν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετάζεσθαι. καὶ ἐπειδὴ ἑώρων ἑαυτοὺς οἱ πρὸς πάντα εὐχερεῖς διελεγχομένους ἐπὶ τοῖς ψεύσμασι τούτοις· αὐτὸς γὰρ ζῶν ὁ Ἀρσένιος ἐδείκνυεν ἑαυτὸν μὴ ἀνῃρῆσθαι, μήτε τεθνηκέναι· ὅμως οὐχ ἡσύχασαν, ἀλλ' ἑτέρας συκοφαντίας πρὸς ταῖς προτέραις συκοφαντίαις ἐπεζήτουν, ἵνα πάλιν μηχανησάμενοι διαβάλωσι τὸν ἄνθρωπον. τί οὖν ἀγαπητοί; οὐκ ἐταράχθη ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος, ἀλλὰ πάλιν πολλῇ παρρησίᾳ χρώμενος προεκαλεῖτο καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτούς. καὶ ἡμεῖς δὲ ηὐχόμεθα, καὶ προετρεπόμεθα ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν κρίσιν, καὶ εἴπερ δύνανται, διελέγξαι. ὢ τῆς πολλῆς πλεονεξίας, ὢ τῆς δεινῆς ὑπερηφανίας· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὢ κακῆς καὶ ὑπευθύνου συνειδήσεως· τοῦτο γὰρ πᾶσι πεφανέρωται. ὅθεν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὑπομιμνήσκομεν καὶ προτρεπόμεθα ὑμᾶς, πρὸ πάντων τὴν ὀρθὴν πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κατέχειν. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινὰ

orientales literis mandatisque citatos fuisse, ut se judicio sisterent: verum illos sua conscientia prædamnatos, inhonestis causificationibus tergiversari incepisse, poscentes interim, ut innocentem quasi nocentem a nostra communione submoveremus; non animadvertentes, quam indecentia, vel potius impossibilia postularent: quin & commentaria, actaque Mareotæ, non nisi a sceleratis & perditissimis quibusdam adolescentibus, quibus ne vulgarem quidem gradum clericatus committas, constat per absentiam alterius partis confecta esse. Neque enim frater noster Athanasius episcopus, aut Macarius presbyter, quem accusabant, præsentes adfuerunt: quamquam alioqui illorum inquisitio, seu potius insidiatio, nullo non probro scaturiebat, cum nunc ethnici, nunc catechumeni interrogarentur, non ut quæ scirent, dicerent, sed quæ ab illis didicerant, mentirentur. Nam & vobis presbyteris curam absentis episcopi vestri suscipientibus interesse quæstioni, & veritatem ostendere, & falsa redarguere, nulla vestri ratio est habita: tantum autem abest ut vos præsentes esse voluerint, ut etiam contumeliose ejecerint. Ex istis porro rebus, quamquam sycophantiam esse clarissime constaret, tamen dum evolvimus acta, deprehendimus ipsum sceleratum Ischyram apparente titulo episcopi in mercedem calumniæ remuneratum, suam sycophantiam suis verbis prodere. Ipse enim Ischyras in monumentis actorum diserte testatus est, se ea ipsa hora, qua Macarium in suam cellam venisse aiebat, ægrotum jacuisse; Eusebianis contra scribentibus, eum tum stetisse, & oblationes fecisse, cum Macarius superveniret. Quin & illa calumnia, qua postmodum usi sunt, manifesta apparuit, cum vociferarentur, & misere deplangerent, cædem Athanasium fecisse, & Arsenium Meletianum episcopum ejus opera e medio sublatum: quam rem fictitio gemitu & falsis lacrymis, ut vera videretur, deplorabant; rogabantque ejus, qui viveret, quasi qui extinctus esset, cadaver exhiberi: sed figmenta eorum non latuerunt. notum enim factum est omnibus, hominem incolumem esse, & inter vivos recenseri. Verum ne sic quidem, cum isti ad omnia faciles, vidissent figmenta sua redargui, ipso Arsenio se vivum, & minime interfectum aut mortuum exhibente, quiescere potuerunt; sed novas sycophantias veteribus accumulantes, omnibus machinis id agebant, ut hominem calumniis iterum involuerent. Quid igitur dilecti? Ne sic quidem frater noster Athanasius animum despondit, sed magna cum fiducia eos etiam in hac causa ad judicium provocavit.) quod & nobis in voto fuit, ac proinde eos hortabamur, ut judicio se sisterent, & si possent, accusationis causam certis documentis peragerent. Sed, o magnam improbitatem, o gravem superbiam, vel potius (si verum dicendum est) o malam & obnoxiam conscientiam. id enim ita esse, nulli non clarissime innotuit. Quocirca, dilectissimi fratres, commonitos vos cupimus, & diligenter adhortamur, ut præ omnibus fidem catholicæ ecclesiæ retineatis. Multa certe & gravia

ANNO CHRISTI 347.

A & acerba perpeſſi eſtis, multas viciſſim contumelias & injurias ſuſtinuit catholica eccleſia: ſed qui in finem ſuſtinuerit, ſalvus erit.
Marc. 13. Quapropter ſi denuo auſi ſint aliquid facere contra vos, tribulatio illa vobis pro gaudio ſit. Nam iſtiuſmodi paſſiones, pars martyrii ſunt; & iſtiuſmodi veſtræ confeſſiones & tormenta non carebunt mercede, cum præmia a Deo recepturi ſitis. Quapropter in primis decertate pro ſana fide, & pro innocentia Athanaſii veſtri epiſcopi & comminiſtri noſtri. Nam neque nos ſilentio ſuppreſſimus, aut negleximus ea, quæ ad veſtram ſecuritatem pertinebant; ſed ejus rei curam præcipuam habuimus, eaque egimus, quæ dilectionis ratio poſtulat. B Compatimur enim fratribus noſtris patientibus, & eorum paſſiones, noſtras proprias arbitramur, & noſtras lacrymas cum veſtris commiſcuimus. Neque vos ſoli dumtaxat paſſi eſtis, fratres; ſed eadem alii complures comminiſtri noſtri, cum huc veniſſent, deplorarunt. Quamobrem preces noſtras ad religioſiſſimos & amantiſſimos Dei imperatores retulimus, ut illorum humanitas eos qui adhuc graviter laborant & affliguntur, relaxari jubeat, conſtituatque ne quis judicum, qui publica ſolum curare debent, aut clericos judicet, aut ulla ratione in poſterum ſub prætextu eccleſiarum, C quippiam contra fratres moliatur: ſed unuſquiſque citra perſecutionem, aut vim, aut fraudem (prout optat, & cupit) vitam inſtituat, & cum quiete & pace catholicam & apoſtolicam fidem ſequatur. Gregorium quidem qui illegitime ab hæreticis epiſcopus conſtitutus eſt, & in veſtram civitatem ab illis deductus, ab univerſa ſacra ſynodo de epiſcopatu (tametſi revera numquam pro epiſcopo habitus fuerit) depoſitum eſſe, veſtram unanimitatem ſcire volumus. Valete igitur, & recipite veſtrum epiſcopum Athanaſium, quem ob idipſum cum pace D dimiſimus. Vnde admonemus omnes, qui vel per metum, vel per dolum circumventi, cum Gregorio communicarunt, ut nunc noſtra admonitione, hortatu & ſuaſu reſipiſcentes, deinceps ab illius nefaria communione abſtineant, & ſeſe eccleſiæ catholicæ agglutinent. Ceterum quia cognovimus, & Aphthonium, & Athanaſium Capitonis filium, & Paulum & Plutionem compre
* veſtros ſbyteros * noſtros eamdem fraudem ab Euſebianis perpeſſos eſſe, & quoſdam eorum in exilium ejectos, quoſdam mortis interminationes effugiſſe; hac de cauſa hoc etiam vobis ſignificare neceſſarium duximus, etiam iſtos a nobis receptos eſſe, & ut innocentes crimine liberatos, cum non ignari ſimus, E omnia ab Euſebianis contra orthodoxos ad cohoneſtanda, quæ per fraudem concinnarunt, acta eſſe. Æquum ergo fuerat, ipſum epiſcopum veſtrum, comminiſtrum noſtrum Athanaſium vos ut ſuos de iſtis rebus, ut ſuis ac propriis, certiores facere: ſed tamen quia ipſe ſacram quoque ſynodum ea vobis ad plenius teſtimonium ſcribere voluit, ideo non ſuperſedendum putavimus, ſed ſignificare ſtuduimus, ut quemadmodum nos, ita vos quoque hos viros recipiatis, qui & ipſi e-
Act. 5. tiam laudem merentur, quod ob pietatem in Chriſtum digni habiti ſint qui ab hæreticis

A καὶ χαλεπὰ πεπόνθατε· πολλὰς δὲ ὕβρεις καὶ ἀδικίας ὑπέμεινεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· ἀλλ' ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. διόπερ κἂν ἔτι ποιεῖν τολμήσωσι καθ' ὑμῶν, ἡ θλίψις ἀντὶ χαρᾶς ὑμῖν ἔστω. τὰ γὰρ τοιαῦτα παθήματα μέρος ἐστὶ μαρτυρίου, καὶ αἱ τοιαῦται ὑμῶν ὁμολογίαι καὶ αἱ βάσανοι οὐκ ἄμισθοι τυγχάνουσιν· ἀλλ' ἀπολήψεσθε παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ἔπαθλα. διὸ δὴ μάλιστα ἀγωνίζεσθε ὑπὲρ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, καὶ τῆς καθαρότητος τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν Ἀθανασίου τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν. καὶ γὰρ οὐδὲ ἡμεῖς παρεσιωπήσαμεν, οὐδὲ ἠμελήσαμεν τῆς ὑμῶν ἀμεριμνίας χάριν· ἀλλ' ἐφροντίσαμεν καὶ πεποιήκαμεν, ἅπερ ὁ τῆς ἀ- B γάπης λόγος ἀπαιτεῖ. συμπάσχομεν γὰρ τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς ἡμῶν, καὶ τὰ ἐκείνων παθήματα ἴδια ἡγούμεθα, καὶ τοῖς δάκρυσιν ὑμῶν τὰ ἡμέτερα δάκρυα συνεμίξαμεν. οὐχ ὑμεῖς δὲ μόνοι πεπόνθατε ἀδελφοὶ, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἄλλοι συλλειτουργοὶ ἡμῶν * ταῦτα ἐλθόντες ἀπωδύραντο. διόπερ ἀντεβολήκαμεν, καὶ ἠξιώσαμεν τοὺς εὐσεβεστάτους καὶ θεοφιλεστάτους βασιλέας, ὅπως ἡ φιλανθρωπία αὐτῶν καὶ τοὺς ἔτι κάμνοντας καὶ πιεζομένους ἀνεθῆναι κελεύσῃ, καὶ προστάξωσι μηδένα τῶν δικαστῶν, οἷς περὶ μόνων τῶν δημοσίων μέλειν προσήκει, μήτε C κρίνειν κληρικοὺς, μήτε ὅλως τοῦ λοιποῦ προφάσει τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιχειρεῖν τι κατὰ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ἵνα ἕκαστος χωρίς τινος διωγμοῦ, χωρίς τινος βίας καὶ πλεονεξίας, ὡς εὔχεται καὶ βούλεται, ζῇ, καὶ μεθ' ἡσυχίας καὶ εἰρήνης τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν μετέρχηται. Γρηγόριος μέντοι ὁ παρανόμως ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν λεγόμενος καθεστάσθαι, καὶ εἰς τὴν ὑμετέραν πόλιν παρ' αὐτῶν ἀποσταλεὶς, καὶ τοῦτο γὰρ γινωσκέτω ὑμῶν ἡ ὁμοψυχία, ὅτι κρίσει τῆς ἱερᾶς πάσης συνόδου καθῃρέθη, εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐδεπώποτε, οὐδὲ ὡς ἐπίσκοπος ὅλως γενόμενος ἐνομίσθη. χαίρετε τοίνυν ἀπολαμβάνοντες ἑαυτῶν τὸν ἐπίσκοπον Ἀθα- D νάσιον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μετ' εἰρήνης αὐτὸν ἀπελύσαμεν. ὅθεν καὶ παραινοῦμεν πᾶσι τοῖς ἢ διὰ φόβον, ἢ διὰ περιδρομήν τινων κοινωνήσασι Γρηγορίῳ, ἵνα νῦν ὑπομνησθέντες καὶ προτραπέντες καὶ ἀναπεισθέντες παρ' ἡμῶν, παύσωνται τῆς πρὸς ἐκεῖνον μυσαρᾶς κοινωνίας, καὶ λοιπὸν ἑαυτοὺς συνάψωσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ἐπειδὴ δὲ ἔγνωμεν, ὅτι καὶ Ἀφθόνιος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ Καπίτωνος, καὶ Παῦλος, καὶ Πλουτίων, οἱ συμπρεσβύτεροι * ἡμῶν, συσκευὴν καὶ αὐτοὶ πεπόνθασιν ὑπὸ τῶν περὶ Εὐσέβιον, ὥστε τοὺς δὲ καὶ θανάτων ἀπειλὰς διαπεφευγέναι· τούτου ἕνεκεν καὶ περὶ τούτου δηλῶσαι ὑμῖν ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα, ἵνα γινώσκητε, ὅτι καὶ τούτους ἀπεδεξάμεθα, E καὶ ἀθώους ἀπελύσαμεν, εἰδότες ὅτι πάντα τὰ παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον κατὰ τῶν ὀρθοδόξων γενόμενα, ἐπὶ δόξῃ καὶ συστάσει τῶν συσκευασθέντων ὑπ' αὐτῶν γέγονεν. ἔπρεπε μὲν οὖν τὸν ὑμέτερον ἐπίσκοπον τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀθανάσιον περὶ αὐτῶν, ὡς περὶ ἰδίοις ὑμῖν δηλῶσαι. ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ πλείονος μαρτυρίας, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἠθέλησεν ὑμῖν γράψαι, διὰ τοῦτο οὐκ ἀνεβαλόμεθα, ἀλλὰ καὶ σημᾶναι ὑμῖν ἐσπουδάσαμεν· ἵν' ὥσπερ ἡμεῖς, οὕτως καὶ ὑμεῖς αὐτοὺς ὑποδέξησθε· ἄξιοι γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐπαίνου, ὅτι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν καὶ αὐτοὶ ἠξιώθησαν παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑβρεῖν

ὕβριν ὑπομεῖναι. τίνα δὲ ἐστὶ τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δογματισθέντα κατὰ Θεοδώρου, καὶ Ναρκίσσου, καὶ Στεφάνου, καὶ Ἀκακίου, καὶ Μηνοφάντου, καὶ Οὐρσακίου, καὶ Οὐάλεντος, καὶ Γεωργίου, τῶν προϊσταμένων τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως, καὶ πλημμελησάντων καθ' ὑμῶν, καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἐκκλησιῶν, γνώσεσθε ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων. ἀπεστείλαμεν γὰρ ὑμῖν, ἵνα καὶ ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια σύμψηφος τοῖς παρ' ἡμῖν ὁρισθεῖσι γένηται, καὶ γινώσκητε, ὅτι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐ παρορᾷ τοὺς εἰς αὐτὴν πλημμελοῦντας.

contumeliam paterentur. Quæ autem decreta sunt a sancta synodo in Theodorum, Narcissum, Stephanum, Acacium, Menophantem, Vrsacium, Valentem, & Georgium, antesignanos Arianæ hæreseos, qui & in vos, & in alias ecclesias peccaverunt, ex iis quæ subjecta sunt, cognoscetis: quæ ideo ad vos misimus, ut vestra in Deum pia religio suffragaretur sententiis a nobis latis, simulque intelligat, ecclesiam catholicam nequaquam dissimulanter cum iis agere, qui ipsam offendunt.

ANNO CHRISTI 347.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗΣ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ συνόδου, τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΟΛΛΑ μὲν καὶ πολλάκις ἐτόλμησαν οἱ Ἀρειομανῖται κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν τὴν πίστιν φυλαττόντων τὴν ὀρθήν. νόθον * γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, τοὺς ὀρθοδόξους ἐλαύνειν ἐπεχείρησαν. τοσοῦτον δὲ λοιπὸν κατεπανέστησαν κατὰ τῆς πίστεως, ὡς μηδὲ * τὴν εὐλάβειαν τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων λαθεῖν. τοιγαροῦν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ συνεργούσης, καὶ αὐτοὶ οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς συνήγαγον ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον ἐν τῇ Σαρδῶν πόλει γενέσθαι δεδώκασιν, ἵνα πᾶσα μὲν διχόνοια περιαιρεθῇ, πάσης δὲ κακοπιστίας ἐξελαθείσης, ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια μόνη παρὰ πάντων φυλάττηται. ἦλθον γὰρ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπίσκοποι, προτραπέντες καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, μάλιστα δι' ἅπερ ἐθρύλλουν πολλάκις περὶ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν, Ἀθανασίου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρκέλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀγκυρογαλατίας· ἴσως γὰρ καὶ εἰς ὑμᾶς ἔφθασαν αὐτῶν αἱ διαβολαί, ἴσως καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἐπεχείρησαν παρασαλεῦσαι· ἵνα κατὰ μὲν τῶν ἀθῴων ἃ λέγουσι πιστεύσητε, τὴν δὲ τῆς μοχθηρᾶς αὐτῶν αἱρέσεως ὑπόνοιαν ἐπικρύψωσιν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν. ἔστι γὰρ ὁ προϊστάμενος τῶν ἐκκλησιῶν κύριος, ὁ ὑπὲρ τούτων καὶ πάντων ἡμῶν θάνατον ὑπομείνας, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. πάλαι μὲν οὖν γραψάντων τῶν περὶ Εὐσέβιον Ἰουλίῳ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τῷ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, κατὰ τῶν προειρημένων συλλειτουργῶν ἡμῶν, λέγομεν δὴ Ἀθανασίου, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Ἀσκληπᾶ· ἔγραψαν καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν ἐπίσκοποι, μαρτυροῦντες μὲν τῇ καθαρότητι τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, τὰ δὲ παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον γενόμενα, μηδὲν ἕτερον ἢ ψευδῆ καὶ συκοφαντίας εἶναι μεστά· καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐκ τοῦ κληθέντας αὐτοὺς παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Ἰουλίου μὴ ἀπαντῆσαι καὶ ἐκ τῶν γραφέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου, φανερὰ τούτων ἡ συκοφαντία πέφηνεν· ἦλθον γὰρ ἂν εἴπερ ἐθάρρουν οἷς ἔπραξαν καὶ πεποιήκασι κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν· ὅμως καὶ ἐξ ὧν πεποιήκασιν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, φανερωτέραν τὴν ἑαυτῶν συσκευὴν ἀπέδειξαν. ἀπαντήσαντες γὰρ

EPISTOLA CONCILII Sardicensis ad omnes episcopos.

Sancta " *synodus per gratiam Dei Sardicæ congregata, ecclesiæ catholicæ episcopis & comministris, dilectissimis fratribus nostris in domino salutem.*

" eodem Nannio interprete.

SÆPE multumque in servos Dei rectæ fidei cultores, audaciam suam exercuerunt Ariomanitæ. dum enim spuriam doctrinam subjiciunt, toti in hoc sunt, ut orthodoxos ejiciant: tanta autem vi jam contra fidem surrexerunt, ut id ne pietatem quidem religiosorum imperatorum latuerit. Quapropter cooperante Dei gratia, ipsi quoque religiosissimi principes nos ex diversis provinciis & civitatibus in unum convocarunt, cupientes, ut sancta synodus in Sardorum civitatem conveniret, quo omnis controversia præcideretur, & ejecto quidquid pravæ fidei esset, sola in Christum pietas ab omnibus retineretur. Venerunt quoque ex oriente episcopi, ad id & ipsi instigati a religiosissimis imperatoribus, & potissimum ob ea, quæ subinde jactaverunt de dilectis fratribus nostris & comministris, Athanasio episcopo Alexandriæ, & Marcello Ancyrogalatiæ episcopo; forsitan & ad vos quoque eorum calumniæ penetrarunt, & vestras aures concutere admoliti sunt, ut ipsorum de innocentibus calumniam veram putaretis, & sub hoc prætextu flagitiosæ suæ hæreseos suspicionem evitarent. Atqui non in longum id iis facere licuit. est enim qui ecclesiis præsidet dominus, qui pro illis & pro nobis omnibus mortem subiit, & per seipsum omnibus nobis ascensum in cælos donavit. Cum igitur jampridem literas suas accusatrices de Athanasio & Marcello & Asclepa comministris nostris, Eusebiani ad Iulium Romanæ ecclesiæ episcopum misissent, alii quoque ex aliis locis episcopi ad eumdem Iulium literas suas miserunt, quibus & Athanasii innocentiam, & Eusebianorum sycophantiam contestabantur: & quamquam id ita esse ex eo præcipue cognosci potuit, quod accersiti a dilecto nostro comministro Iulio, judicio non steterunt, & ex ipsius Iulii literis manifesta illorum sycophantia apparuit: accessissent enim, si actorum suorum in comministros nostros fiduciam habuissent: fraudem tamen suam per ea quæ in hac sacratissima synodo gessere, longe manifestius declararunt. Nam cum ad

Ex Athan. apolog. 2. Alia hujus epistolæ versio, ac fortasse ipsius synodi autographa, ext. in fragm. Hilarii. Alia item hist. trip. lib. 4. c. 24.

ANNO CHRISTI 347.

ad Sardorum civitatem accessissent, conspectis ibi Athanasio, Marcello, Asclepa, aliisque nonnullis, veriti sunt in judicium prodire: & cum non semel, aut bis, sed iterum atque iterum citati essent, citationibus non obtemperaverunt; tametsi omnes episcopi simul congregati, & in primis præclara senectute Osius, homo & ob ævi longitudinem, & confessionem suam, & ob tantos suos labores omni reverentia dignus, expectaremus & hortaremur eos, ut in judicium prodirent, & ea quæ rumoribus & literis de comministris nostris absentibus jactaverant, præsentes justis rationibus comprobarent. Verum illi, ut diximus, quantumcumque citati prodire noluerunt: qua etiam tergiversatione suam sycophantiam manifestissimam reddiderunt, & propemodum ea ipsa recusatione accipiendi judicii, insidias suas conspirationesque quasi clamoribus confessi sunt. Qui enim dictis suis confidunt, ii non verentur ea in præsentia defendere: postquam autem se judicio non stiterunt, arbitramur neminem ignorare, etiamsi denuo malitiose agere velint, nihil eos habere adversus comministros nostros quod probent, cum eos absentes criminentur, & præsentes refugiant. Fugerunt autem non eo solum, quod sycophantiam suam agnoscerent, sed quod præsto viderent, qui ipsos de variis criminibus incesserent, qui vincula & ferrum promebant, & homines ab exilio reversos. Cognati autem eorum, qui adhuc exulant, ibi quoque comministri præsentes eorum oculis apparebant, unaque cum eis amici eorum, quos ipsi trucidaverant: &, quod maximum est, aderant episcopi, quorum alii ferrum & catenas sibi ab ipsis inditas proferebant: alii mortes, eorum calumniis tentatas testificabantur. Eo enim furoris processerunt, ut etiam episcopos interficere conarentur; & interfecissent, nisi eorum manus effugissent. Certe comminister noster beatus Theodulus per calumniam eorum jussus est interfici, cum fuga calumniam devitaret: alii ictus gladiorum ostentabant; alii famem toleratam conquerebantur: neque harum rerum vulgares homines, sed integræ ecclesiæ testes erant, quarum nomine legati, qui huc venerant, de militum gladiis, turbarum fustibus, judicum minis, adulterinis & subornatis falsis literis, certa documenta afferebant. Lectæ enim sunt literæ, quas Theognius in fraudem Athanasii, Marcelli, & Asclepæ finxerat, ut etiam imperatores in hos viros concitaret: & hoc ita esse, ii qui Theognii per id temporis diaconi fuere, commonstrarunt: ut interim omittamus virginum denudationes, ecclesiarum incendia, carceres eorum qui in sacris ministri erant: quæ scelera nulla alia de causa, quam ob infaustam abominandamque Arianorum hæresim commissa sunt. Hæc enim mala coacti sunt experiri, qui eorum communionem recusabant. His igitur conspectis, in angustum cogebantur eorum consilia, cum facta sua perpuderet confiteri. Cum vero non possent hæc amplius occultare, venerunt in Sardorum civitatem, ut viderentur adventu suo existimationem, quasi non peccassent, excitare. Ceterum cum eos conspicerent, quos vel calumniis, vel calamitatibus afflixerant, & accusatores in oculis hærerent, & sub conspectu essent rerum quæ objicerentur documenta, noluerunt ad citationem

A εἰς τὴν Σαρδῶν πόλιν, ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Ἀθανάσιον, καὶ Μάρκελλον, καὶ Ἀσκληπᾶν, καὶ τοὺς ἄλλους, ἐφοβήθησαν εἰς κρίσιν ἐλθεῖν· καὶ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις κληθέντες οὐκ ἐπήκουσαν ταῖς κλήσεσι. καί τοι πάντων ἡμῶν συνελθόντων ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τοῦ εὐγηρεστάτου Ὁσίου, τοῦ καὶ διὰ τὸν χρόνον, καὶ τὴν ὁμολογίαν, καὶ διὰ τὸ τοσοῦτον κάματον ὑπομεμενηκέναι πάσης αἰδοῦς ἀξίου τυγχάνοντος, ἀναμενόντων καὶ προτρεπομένων αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὴν κρίσιν, ἵν' ἅπερ ἀπόντων τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν ἐθρύλλησαν καὶ ἔγραψαν κατ' αὐτῶν, ταῦτα παρόντες ἐλέγξαι δυνηθῶσιν. ἀλλ' οὐκ ἦλθον
B κληθέντες, καθάπερ προείπομεν, δεικνύντες καὶ ἐκ τούτων τὴν συκοφαντίαν ἑαυτῶν, καὶ μονονουχὶ τὴν ἐπιβουλὴν καὶ συσκευὴν, ἣν πεποιήκασι, βοῶντες διὰ τῆς παραιτήσεως. οἱ γὰρ θαῤῥοῦντες οἷς λέγουσι, τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συστῆναι δύνανται. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπήντησαν, νομίζομεν λοιπὸν μηδένα ἀγνοεῖν, κἂν ἐκεῖνοι πάλιν κακουργεῖν ἐθέλωσιν, ὅτι μηδὲν ἔχοντες κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν ἐλέγξαι, τούτους μὲν διαβάλλουσιν ἀπόντας, παρόντας δὲ φεύγουσιν. ἔφυγον γὰρ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν τούτων συκοφαντίαν, ἀλλ' ὅτι
C καὶ τοὺς ἐπὶ διαφόροις ἐγκαλοῦντας αὐτοῖς ἐθεώρουν ἀπαντήσαντας· δεσμὰ γὰρ ἦν καὶ σίδηρα προφερόμενα, ἀπ' ἐξορισίας ἐπανελθόντες ἄνθρωποι· καὶ παρὰ τῶν ἔτι κατεχομένων εἰς ἐξορισίαν ἐλθόντες ἦσαν συλλειτουργοὶ, συγγενεῖς, καὶ φίλοι δὲ τῶν δι' αὐτῶν ἀποθανόντων παρεγένοντο· καὶ τὸ μέγιστον, ἐπίσκοποι παρῆσαν, ὧν ὁ μὲν τὰ σίδηρα καὶ τὰς ἁλύσεις προέφερεν, ἃς δι' αὐτοὺς ἐφόρεσεν· οἱ δὲ τὸν ἐκ τῆς διαβολῆς αὐτῶν θάνατον ἐμαρτύροντο· εἰς τοσοῦτο γὰρ ἔφθασαν ἀπονοίας, ὡς ἐπισκόπους ἐπιχειρεῖν ἀνελεῖν· καὶ ἀνεῖλον ἄν, εἰ μὴ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτῶν. ἀπέθανεν οὖν ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν, ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν
D τὴν διαβολήν· ἐκεκέλευστο γὰρ ἐκ διαβολῆς αὐτῶν ἀποθανεῖν. ἄλλοι δὲ πληγὰς ξιφῶν ἐπεδείκνυντο, ἄλλοι δὲ λιμὸν ὑπομεμενηκέναι παρ' αὐτῶν ἀπωδύροντο. καὶ ταῦτα οὐχ οἱ τυχόντες ἐμαρτύρουν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐκκλησίαι ὅλαι ἦσαν, ὑπὲρ ὧν οἱ ἀπαντήσαντες καὶ πρεσβεύοντες ἐδίδασκον, στρατιώτας ξιφήρεις, ὄχλους μετὰ ῥοπάλων, δικαστῶν ἀπειλὰς, πλαστῶν γραμμάτων ὑποβολάς. ἀνεγνώσθη γὰρ γράμματα τῶν περὶ Θεόγνιον, πλαττομένων κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, ἵνα καὶ βασιλέας κατ' αὐτῶν κινήσωσι. καὶ ταῦτα ἤλεγξαν οἱ γενόμενοι τότε διάκονοι Θεο-
E γνίου. πρὸς τούτοις, παρθένων γυμνώσεις, ἐμπρησμοὺς ἐκκλησιῶν, φυλακὰς κατὰ τῶν λειτουργῶν. καὶ ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὴν δυσώνυμον αἵρεσιν τῶν Ἀρειομανιτῶν. οἱ γὰρ παραιτούμενοι τὴν πρὸς τούτοις κοινωνίαν, ἀνάγκην εἶχον πειρᾶσθαι τούτων. ταῦτα τοίνυν συνορῶντες, εἰς στενὸν εἶχον τὰ τῆς προαιρέσεως. ᾐσχύνοντο μὲν γὰρ ὁμολογεῖν, ἃ δεδράκασι· διὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι λοιπὸν ἔτι ταῦτα κρύπτεσθαι, ἀπήντησαν εἰς τὴν Σαρδῶν πόλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀφίξεως, ὑπόνοιαν, ὡς μὴ πλημμελήσαντες, δόξωσιν ἀποφέρεσθαι. ἰδόντες δὲ τοὺς παρ' αὐτῶν συκοφαντηθέντας, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν παθόντας, τοὺς κατηγόρους, τοὺς ἐλέγχους

περὶ

πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, ἐλθεῖν οὐκ ἐβούλοντο κληθέντες· καίτοι τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρωμένων, ἀποδυρομένων καὶ ἐπικειμένων καὶ προκαλουμένων αὐτούς, καὶ ἐπαγγελλομένων μὴ μόνον ἐλέγχειν τὴν συκοφαντίαν, ἀλλὰ καὶ δεικνύναι ὅσα κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν *ἐκοινώνησαν. οἱ δὲ τοσούτῳ φόβῳ τοῦ συνειδότος κατεσχέθησαν, ὡς φεύγειν αὐτούς, καὶ διὰ τῆς φυγῆς τὴν συκοφαντίαν αὐτῶν ἐλέγξαι, καὶ ἅπερ ἐπλημμέλησαν, διὰ τὸν δρασμὸν ὁμολογῆσαι. εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοίνυν οὐ μόνον ἐκ τῶν προτέρων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τούτων, αὐτῶν ἡ κακοδοξία δείκνυται καὶ συκοφαντία· ὅμως ἵνα μηδὲ ἐκ τῆς φυγῆς πρόφασίν τινα ἑτέρας κακουργίας πορίσασθαι δυνηθῶσιν. ἐσκεψάμεθα κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τὰ παρ' ἐκείνων δραματουργηθέντα ἐξετάσαι. καὶ τοῦτο *προθέμενοι, εὕρομεν αὐτοὺς καὶ ἐκ τῶν πραχθέντων συκοφάντας, καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ ἐπιβουλὴν κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν πεποιηκότας. ὃν γὰρ ἔλεγον παρὰ Ἀθανασίου πεφονεῦσθαι Ἀρσένιον, οὗτος ζῇ, καὶ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετάζεται· ἀπὸ δὲ τούτου καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων θρυλληθέντα παρ' αὐτῶν φαίνεται πλάσματα. ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ ποτηρίου ἐθρύλλουν, ὡς κλασθέντος παρὰ Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἀθανασίου, ἐμαρτύρησαν μὲν οἱ παραγενόμενοι ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου, καὶ τῶν λοιπῶν τόπων, ὅτι μηδὲν τούτων πέπρακται· καὶ οἱ ἐπίσκοποι δὲ γράφοντες, οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, πρὸς Ἰούλιον τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ἱκανῶς διεβεβαιοῦντο, μηδὲ ὑπόνοιαν ὅλως τοιαύτην ἐκεῖ γεγενῆσθαι. ἄλλως τε ἃ λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτοῦ, κατὰ μονομέρειαν *συνέστηκε γεγενῆσθαι. καὶ ὅμως καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τούτοις, ἐθνικοὶ καὶ κατηχούμενοι ἠρωτῶντο. ἐξ ὧν εἷς κατηχούμενος ἐρωτώμενος ἔφασκεν ἔνδον εἶναι, ὅτε Μακάριος ἐπέστη τῷ τόπῳ· καὶ ἕτερος ἐρωτώμενος ἔλεγε, τὸν θρυλλούμενον παρ' αὐτῶν Ἰσχύραν, νοσοῦντα τότε κατακεῖσθαι ἐν κελλίῳ· ὡς ἀπὸ τούτου φαίνεσθαι, μηδόλως γεγενῆσθαί τι τῶν μυστηρίων, διὰ τὸ τοὺς κατηχουμένους ἔνδον εἶναι, καὶ τὸν Ἰσχύραν μὴ παρεῖναι, ἀλλὰ νοσοῦντα κατακεῖσθαι. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ παμπόνηρος Ἰσχύρας ψευσάμενος ἐπὶ τῷ εἰρηκέναι, κεκαυκέναι τὸν Ἀθανάσιόν τινα τῶν θείων βιβλίων, καὶ διηλέγχθαι, ὡμολόγησε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νοσεῖν, ὅτε Μακάριος παρῆν, καὶ κατακεῖσθαι· ὡς καὶ ἐκ τούτου συκοφάντην αὐτὸν εἶναι· ἀμέλει τῆς συκοφαντίας ταύτης μισθὸν αὐτῷ τῷ Ἰσχύρᾳ δεδώκασιν, ἐπισκοπῆς ὄνομα, τῷ μηδὲ πρεσβυτέρῳ τυγχάνοντι. ἀπαντήσαντες γὰρ δύο πρεσβύτεροι σὺν Μελετίῳ ποτὲ γενόμενοι, ὕστερον δὲ ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας δεχθέντες, καὶ νῦν σὺν Ἀθανασίῳ ὄντες, ἐμαρτύρησαν μηδέποτε τοῦτον πρεσβύτερον Μελετίου γεγενῆσθαι, μηδὲ ὅλως ἐσχηκέναι Μελέτιον εἰς τὴν Μαρεώτην ἐκκλησίαν, ἢ λειτουργόν. καὶ ὅμως τὸν μηδὲ πρεσβύτερον τυγχάνοντα, νῦν ὡς ἐπίσκοπον ἤγαγον, ἵνα τῷ ὀνόματι τούτῳ δόξωσι τῇ συκοφαντίᾳ καταπλήττειν τοὺς ἀκούοντας. ἀνεγνώσθη δὲ καὶ τὸ σύγγραμμα τοῦ συλλειτουργοῦ Μαρκέλλου, καὶ εὑρέθη τῶν περὶ Εὐσέβιον ἡ κακοτεχνία. ἃ γὰρ ὡς ζητῶν ὁ Μάρκελλος εἴρηκε, ταῦτα ὡς ὁμολογούμενα διαβεβλήκασιν. ἀνεγνώσθη γοῦν τὰ ἑξῆς, καὶ τὰς πρὸ αὐτῶν τῶν

A in judicio comparere, quamvis magna fiducia & libertate a comministris nostris Athanasio, Marcello, & Asclepa incessarentur, querelas suas proponentibus, provocantibus, cum denuntiarent se paratos esse non solum calumnias eorum refellere, sed ostendere quoque quæ contra ipsas ecclesias publice deliquisset. Igitur tanto metu propter conscientiam correpti sunt, ut se fugæ mandarint, & fugiendo calumnias suas patefecerint, & quæ peccaverant, fuga illa confessi sint. Et quamquam eorum pravitas & calumnia non modo ex superioribus, sed B ex istis quoque innotescit; tamen ne etiam ex fuga novi alicujus sceleris occasionem comparare possent, decretum fuit, ut secundum veritatis * rationem illorum fictæ fabulæ examinarentur. Cum ergo in hoc essemus, deprehendimus ex actis quoque eos meros sycophantas esse, & nihil aliud quam insidias nostris coepiscopis struxisse. Arsenius enim, quem necatum aiebant ab Athanasio, vivit etiam nunc, & inter vivos spectatur: ex quo cætera quæ illi de aliis divulgaverant, vana esse apparent. De poculo autem a Macario presbytero Athanasii, uti ipsi aiebant, confracto, illi qui Alexandria & Mareota, locisque contiguis huc venere, C testantur nihil horum factum esse; & episcoporum Ægyptiorum literis ad comministrum nostrum Iulium abunde confirmatum est, ne suspicionem quidem ibi ejus rei fuisse. Porro monumenta actorum, quæ adversus eum se habere aiunt, satis constat, altera parte inaudita, confecta fuisse: & tamen in istis ipsis monumentis ethnici & catechumeni pro testimonio interrogati fuere; ex quibus unus catechumenus dicebat, intus fuisse se, cum Macarius illuc venit; & alter dicebat, cum ex eo quæreretur, Ischyram ab ipsis toties jactitatum, ægrotum per id temporis in cellula decubuisse: ut ex eo appareat, nihil omnino mysteriorum actum D fuisse, eo quod catechumeni intus essent, & Ischyras non adesset, sed ægrotus decumberet. Quin & ipse sceleratissimus Ischyras, qui mentitus erat Athanasium nescio quem sacrorum librorum combussisse, & de eo crimine convictum esse, postmodum confessus est se per id tempus ægrotasse & decubuisse, cum Macarius superveniret; ut vel inde facile colligas eum sycophantam esse: certe hujus sycophantiæ gratia, ei qui ne presbyter quidem erat, titulum episcopi indulsere. Duo enim quondam Meletii presbyteri, postea a beatæ memoriæ Alexandro episco- E po Alexandriæ recepti, iidemque nunc Athanasii presbyteri, cum advenissent, testimonia deposuere, numquam Ischyram Meletii presbyterum fuisse: imo ne habuisse quidem Meletium Mareotæ ullam ecclesiam, aut ministrum in sacris. Nihilominus tamen eum, qui presbyter non erat, ut episcopum in testem produxerunt: ut magnificentia nominis per sycophantiam auditores percellerent. Recitata quoque sunt scripta collegæ nostri in sacris Marcelli, & deprehensa est Eusebii dolosa ars. Quæ enim Marcellus per modum quærentis protulerat, ea tanquam ita esse profiteretur, calumniati sunt. Recitata propterea sunt in illis, quæ antecederent

* sermonē

ANNO CHRISTI 347.

cederent & subsequerentur in illis quæstionibus; & inventa est bona & recta fides istius viri. Non enim ex *sancta Maria (ut ipsi asseverabant) Verbo Dei initium attribuit, neque finem ejus in regno constituit, sed regnum ejus initio & fine carere scriptis prodidit. Asclepas quoque comminister noster in sacris, prolatis actorum monumentis Antiochiæ confectis, docuit, cum ibi simul & accusatores, & ipse Eusebius Cæsariensis adesset, judiciis episcoporum qui huic causæ præsidebant, se innocentem pronuntiatum esse. Non igitur sine causa est, dilectissimi fratres, quod sæpius citati non obtemperarint, sed fugere maluerint, & conscientia ad fugam propulsi, crimen suæ sycophantiæ confirmaverint, & causam dederint, ut quæ eorum accusatores præsentes objicerent & demonstrarent, pro veris haberentur. Quoniam igitur præter hæc omnia, depositos olim & ejectos ob Arianam hæresim non solum receperunt, sed ad majores gradus evexerunt, ex diaconis presbyteros, ex presbyteris episcopos facientes, non in alium usum, quam ut impietatem disseminarent, latiusque diffunderent, & piam fidem corrumperent Quo in negotio post Eusebium facile principes sunt, Theodorus ab Heraclea, Narcissus a Neroniade Ciliciæ, Stephanus ab Antiochia, Georgius a Laodicea, Acacius a Cæsarea Palæstinæ, Menophantes ex Epheso, quæ est Asiæ, Ursacius a Singidono Mysiæ, Valens a Mursis Pannonicis. Nam isti eos, qui secum ab oriente venerant, non permittebant ad sacrosanctam synodum introire, aut ullo modo ad ecclesiam Dei appellere: & in itinere Sardicensi certis in locis conciliabula in morem synodi per se habuerunt, & fœdera cum interminationibus conflaverunt, ut ubi Sardicam pervenissent, minime se in judicio sisterent, aut in eumdem locum cum sacra synodo convenirent; sed mox ubi eo pervenissent, & perfunctoria specie adventum suum ostentassent, raptim inde aufugerent. Rem ita actam esse, per comministros Macarium a Palæstina, & Asterium ab Arabia, qui una cum iis in itinere fuerunt, & ab eorum infidelitate recesserunt, cognoscere licuit: qui cum ad sacram synodum venissent, simul & de vi, quam passi essent, conquesti sunt, & quanta pravitate in rebus agendis uterentur illi, indicarunt. id quoque ab ipsis additum, esse illic multos rectæ fidei cultores, quos isti prohibuerunt, ne huc venirent, pericula minasque, si quis ab illis recederet, denuntiantes: ac propterea curasse, ut omnes eodem domicilio uterentur, ne vel tantillum quispiam ab illis seorsum agere posset. Quoniam igitur eorum sycophantiæ, vincula, cædes, vulnera, falsæ epistolæ, verbera, virginum denudationes, exterminationes, devastationes ecclesiarum, incendia, transpositionesque a minoribus civitatibus ad majores parœcias, &, quod gravissimum est, denuo per eosdem excitata contra rectam fidem infelicissima Arianorum hæresis, reticenda non sunt; ideo nos dilectos fratres & comministros nostros Athanasium, Marcellum, Asclepam, cum ceteris comministris eorum,

A ζητημάτων, καὶ ὀρθὴ ἡ πίστις τοῦ ἀνδρὸς εὑρέθη. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο, ἀρχὴν ἐδίδου τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, οὔτε τέλος ἔχειν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον εἶναι τὴν τούτου ἔγραψε. καὶ Ἀσκληπᾶς δὲ ὁ συλλειτουργὸς προήνεγκεν ὑπομνήματα γενόμενα ἐν Ἀντιοχείᾳ, παρόντων τῶν κατηγόρων, καὶ Εὐσεβίου τοῦ ἀπὸ Καισαρείας, καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων τῶν δικασάντων ἐπισκόπων ἔδειξεν ἑαυτὸν ἀθῶον εἶναι. εἰκότως οὖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, καλούμενοι πολλάκις οὐχ ὑπήκουσαν, εἰκότως ἔφυγον· ὑπὸ γὰρ τοῦ συνειδότος ἐλαυνόμενοι, φυγῇ τὰς συκοφαντίας ἑαυτῶν ἐβεβαίωσαν, B καὶ πιστευθῆναι κατ' αὐτῶν πεποιήκασιν, ἃ παρόντες οἱ κατηγοροῦντες ἔλεγον καὶ ἐπεδείκνυον. ἐπεὶ τοίνυν πρὸς τούτοις πᾶσι, καὶ τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας καὶ ἐκβληθέντας διὰ τὴν Ἀρείου αἵρεσιν, οὐ μόνον ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ εἰς μείζονα βαθμὸν προήγαγον, διακόνους μὲν εἰς πρεσβυτέριον, ἀπὸ δὲ πρεσβυτέρων εἰς ἐπισκόπους, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἵνα τὴν ἀσέβειαν διασπείρωσι καὶ πλατῦναι δυνηθῶσι, καὶ τὴν εὐσεβῆ διαφθείρωσι πίστιν. εἰσὶ δὲ τούτων, μετὰ τοὺς περὶ Εὐσέβιον, νῦν ἔξαρχοι, Θεόδωρος ὁ ἀπὸ Ἡρακλείας, Νάρκισσος ὁ ἀπὸ Νερωνιάδος τῆς Κιλικίας, C Στέφανος ὁ ἀπὸ Ἀντιοχείας, Γεώργιος ὁ ἀπὸ Λαοδικείας, Ἀκάκιος ὁ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, Μηνόφαντος ὁ ἀπὸ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας, Οὐρσάκιος ὁ ἀπὸ Σιγγιδόνου τῆς Μυσίας, Οὐάλης ὁ ἀπὸ Μουρσῶν τῆς Παννονίας. καὶ γὰρ οὗτοι τοὺς σὺν αὐτοῖς ἐλθόντας ἀπὸ τῆς ἑῴας οὐκ ἐπέτρεπον οὔτ' εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον εἰσελθεῖν, οὔτε ὅλως εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ παραβάλλειν. καὶ ἐρχόμενοι δὲ εἰς τὴν Σαρδικὴν, κατὰ τόπους συνόδους ἐποιοῦντο πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ συνθήκας μετὰ ἀπειλῶν· ὥστε ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς τὴν Σαρδικὴν, μηδὲ ὅλως εἰς τὴν κρίσιν ἐλθεῖν, μηδὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθεῖν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ· ἀλλὰ μόνον ἐλθόντας, καὶ ἀφοσιώσει τὴν ἐπιδημίαν D ἑαυτῶν ἐπιδειξαμένους, ταχέως φυγεῖν. ταῦτα γὰρ γνῶναι δεδυνήμεθα παρὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, Μακαρίου ἀπὸ Παλαιστίνης, καὶ Ἀστερίου ἀπὸ Ἀραβίας, τῶν ἐλθόντων σὺν αὐτοῖς, καὶ ἀναχωρησάντων ἀπὸ τῆς ἀπιστίας αὐτῶν. οὗτοι γὰρ ἐλθόντες εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, τὴν μὲν βίαν, ἣν ἔπαθον, ἀπωδύροντο, οὐδὲν δὲ παρ' αὐτοῖς ὀρθὸν ἔλεγον πράττεσθαι. προσθέντες καὶ τοῦτο, ὡς ἄρα εἶεν ἐκεῖ πολλοὶ τῆς ὀρθῆς ἀντιποιούμενοι δόξης, καὶ κωλυόμενοι παρ' αὐτῶν ἐλθεῖν ἐνταῦθα διὰ τὸ ἀπειλεῖν καὶ ἐπαγγέλλεσθαι κατὰ τῶν βουλομένων ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῶν. τούτου γοῦν ἕνεκα καὶ ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας μεῖναι ἐ- E σπούδασαν, μηδὲ τὸ βραχύτατον ἰδιάζειν αὐτοὺς ἐπιτρέψαντες. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔδει παρασιωπῆσαι, οὐδὲ ἀνεκδικήτους ἐᾶσαι τὰς συκοφαντίας, τὰ δεσμὰ, τοὺς φόνους, τὰς πληγὰς, τὰ περὶ τῶν πλαστῶν ἐπιστολῶν, τὰς αἰκίας, τὰς γυμνώσεις τῶν παρθένων, τὰς ἐξορισίας, τὰς καταλύσεις τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς ἐμπρησμοὺς, τὰς μεταθέσεις ἀπὸ μικρῶν πόλεων εἰς μείζονας παροικίας, καὶ πρό γε πάντων τὴν κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐπαναστᾶσαν δυσώνυμον Ἀρειανὴν αἵρεσιν δι' αὐτῶν· τούτου ἕνεκεν τοὺς μὲν ἀγαπητοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοὺς Ἀθανάσιον, καὶ Μάρκελλον, καὶ Ἀσκληπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς συλλειτουργοῦντας τῷ κυρίῳ, ἀθῴους καὶ καθαροὺς εἶναι ἀποφηνά-

Anno Christi 347.

ἀπεφηνάμεθα· γράψαντες καὶ εἰς τὴν ἑκάστου παροικίαν, ὥστε γινώσκειν ἑκάστης ἐκκλησίας τοὺς λαοὺς τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὴν καθαρότητα, καὶ τοῦτον μὲν ἔχειν ἐπίσκοπον καὶ προσδοκᾶν· τοὺς δὲ εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν ἐπελθόντας δίκην λύκων, Γρηγόριον τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Βασίλειον τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ, καὶ Κοϊντιανὸν τὸν ἐν Γάζῃ, τούτους μηδὲ ἐπισκόπους ὀνομάζειν, μηδὲ ὅλως κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν, μηδὲ δέχεσθαί τινα παρὰ τούτων γράμματα, μηδὲ γράφειν πρὸς αὐτούς. τοὺς δέ γε περὶ Θεόδωρον, καὶ Νάρκισσον, καὶ Ἀκάκιον, καὶ Στέφανον, καὶ Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα, καὶ Μηνόφαντον, καὶ Γεώργιον, εἰ καὶ φοβηθεὶς μὴ παρεγένετο ἀπὸ τῆς ἑῴας, ὅμως διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ μακαρίτου Ἀλεξάνδρου * καθῃρῆσθαι αὐτόν, καὶ διὰ τὸ εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ τούτους τῆς Ἀρείου μανίας, καὶ διὰ τὰ ἐπενεχθέντα αὐτοῖς ἐγκλήματα, τούτους παμψηφεὶ καθεῖλεν ἡ ἁγία σύνοδος ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς· καὶ ἐκρίναμεν μὴ μόνον αὐτοὺς ἐπισκόπους μὴ εἶναι, ἀλλὰ μηδὲ κοινωνίας μετὰ τῶν πιστῶν αὐτοὺς καταξιοῦσθαι. τοὺς γὰρ χωρίζοντας τὸν υἱὸν, καὶ ἀπαλλοτριοῦντας τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, χωρίζεσθαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προσήκει, καὶ ἀλλοτρίους εἶναι τοῦ Χριστιανῶν ὀνόματος. ἔστωσαν τοίνυν ὑμῖν ἀνάθεμα, διὰ τὸ κεκαπηλευκέναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. ἀποστολικόν ἐστι παράγγελμα· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. τούτοις μηδένα κοινωνεῖν παραγγείλατε· οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. τούτους πάντας μακρὰν ποιεῖτε· οὐδεμία γὰρ συμφωνία Χριστῷ πρὸς Βελίαλ. καὶ φυλάξασθε, ἀγαπητοί, μήτε γράφειν πρὸς αὐτούς, μήτε γράμματα παρ' αὐτῶν δέχεσθαι. σπουδάσατε δὲ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοί, ὡς τῷ πνεύματι παρόντες τῇ συνόδῳ ἡμῶν, συνεπιψηφίσασθαι δι' ὑπογραφῆς ὑμετέρας, ὑπὲρ τοῦ παρὰ πάντων τῶν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τὴν ὁμοφωνίαν διασώζεσθαι. ἡ θεία πρόνοια καθωσιωμένους ὑμᾶς καὶ εὐθυμοῦντας διαφυλάττοι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

Ὅσιος ἐπίσκοπος * ἔγραψα, καὶ οὕτω πάντες. ταῦτα γράψασα ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος, ἀπέστειλε καὶ πρὸς τοὺς μὴ δυνηθέντας ἀπαντῆσαι· καὶ γεγόνασι καὶ αὐτοὶ σύμψηφοι τοῖς κριθεῖσι. τῶν δὲ ἐν τῇ συνόδῳ γραψάντων, καὶ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα.

Ὅσιος ἀπὸ Σπανίας. Ἰούλιος Ῥώμης διὰ Ἀρχιδάμου καὶ Φιλοξένου πρεσβυτέρων. Πρωτογένης Σαρδικῆς. Γαυδέντιος. Μακεδόνιος. Σεβῆρος. Πραιτεξτάτος. Οὐρσάκιος. Λούκιλλος. Εὐγένιος. Βιτάλιος. Καλεπόδιος. Φλωρέντιος. Βάσσος. Βικέντιος. Στερκόριος. Παλλάδιος. Δομιτιανός. Γάλβας. Γερόντιος. Προτάσιος. Εὐλόγιος. Πορφύριος. Διόσκορος. Ζώσιμος. Ἰανουάριος. Ζώσιμος. Ἀλέξανδρος. Εὐτύχιος. Σωκράτης. Διόδωρος. Μαρτύριος. Εὐθήριος. Εὔκαρπος. Ἀθηνόδωρος. Εἰρηναῖος. Ἰουλιανός. Ἀλύπιος. Ἰωνᾶς. Ἀέτιος. Ῥεστιτοῦτος. Μαρκελλῖνος. Ἀπριανός. Βιτάλιος. Οὐάλης. Ἑρμογένης. Κάστος. Δομετιανός. Φορτουνᾶτος. Μάρκος. Ἀννιανός. Ἡλιόδωρος. Μουσαῖος. Ἀστέριος. Παρηγόριος. Πλούταρχος. Ὑμέναιος. Ἀθανάσιος. Λούκιος. Ἀμάντιος. Ἄρειος. Ἀσκληπιός. Διονύσιος. Μάξιμος. Τρύφων. Ἀλέξανδρος. Ἀντίγονος. Αἰλιανός. Πέτρος. Σύμφορος. Μουσώνιος. Εὐτύχιος. Φιλολόγιος.

A innocentes & puros pronuntiavimus ; literis ad singulas parœcias missis, ut populi cujusque ecclesiæ cognoscant sui episcopi sinceritatem, eumque pro episcopo & habeant & expectent : illos autem qui more luporum in horum ecclesias invaserunt, Gregorium inquam in Alexandriam, Basilium in Ancyram, Quintianum in Gazam, eos neque episcopos appellent, neque ullam eis communionem habeant, aut eorum literas recipiant, aut vicissim mittant. Theodorum autem, Narcissum, Acacium, Stephanum, Vrsacium, Valentem, Menophantem & Georgium, qui per metum huc ab oriente venire non est ausus ; quia tamen tum a B sanctæ memoriæ Alexandro depositus ipse est, tum & ipse & ceteri illi sectatores sunt Arianicæ rabiei, atque ob reatuum criminationem, sacrosancta synodus communi calculo exauctoratos omnino ab officio episcopatus submovit : decrevimusque eos non modo episcopos non esse, sed ne dignos quidem fidelium communione. Nam qui separant Filium a Patre, & Verbum a suo Patre abalienant, æquum est eos ab ecclesia catholica separari, & alienos esse a Christiano nomine. Sint vobis igitur anathema, eo quod verbum veritatis adulteraverunt. præ-C ceptum siquidem apostolicum est : *Si quis evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema esto.* Cum his ne quis communionem habeat, præcipite ; nihil commune luci cum tenebris : hos procul a vobis arcete, cum nulla sit concordia Christo cum Belial. Cavete interim, dilecti, ne vel scribatis ad eos, vel eorum scripta recipiatis. Quin & vos quoque studete, fratres,* & comministri nostri, ut spiritu præsentes in nostra synodo, idem suffragium conferatis per vestras subscriptiones ; quo ab omnibus ubique sacrorum ministris concordia servetur. † Divina providentia sanctos & lætos vos conservet, dilecti fratres.

Gal. c. 1. v. 9.

2. Cor. c. 6. v. 14.

† Appendicem hujus epistolæ ex Theodoreto vide infra in notis pagina 693.

D Osius episcopus subscripsit, quod & ceteri fecere. Hæc ita scriptis mandata, sacrum Sardicense concilium ad eos qui interesse non poterant, misit ; qui ipsi quoque suis suffragiis decreta synodi approbarunt. Eorum autem qui in synodo subscripserunt, ceterorumque aliorum ista sunt nomina.

Osius ab Hispania. Iulius Romæ per Archidamum & Philoxenum presbyteros. Protogenes Sardicæ. Gaudentius. Macedonius. Severus. Prætextatus. Vrsacius. Lucillus. Eugenius. Vitalis. Calepodius. Florentius. Bassus. Vincentius. Stercorius. Palladius. Do-E mitianus. Galba. Gerontius. Protasius. Eulogius. Porphyrius. Dioscorus. Zosimus. Ianuarius. Zosimus. Alexander. Eutychius. Socrates. Diodorus. Martyrius. Eutherius. Eucarpus. Athenodorus. Irenæus. Iulianus. Alypius. Ionas. Aetius. Restitutus. Marcellinus. Aprianus. Vitalis. Valens. Hermogenes. Castus. Domitianus. Fortunatus. Marcus. Annianus. Heliodorus. Musæus. Asterius. Paregorius. Plutarchus Hymenæus Athanasius. Lucius. Amantius. Arius. Asclepius. Dionysius. Maximus. Tryphon. Alexander. Antigonus. Ælianus. Petrus. Symphorus. Musonius. Eutychius. Philologius.

ANNO CHRISTI 347.

Spudasius. Zosimus. Patricius. Adolius. Sapricius.

Galliæ.

Maximianus. Verissimus. Victor. Valentinus. Desiderius. Eulogius. Sarbatius. Dyscolius. Superior. Mercurius. Decloperus. Eusebius. Severinus. Satyrus. Martinus. Paulus. Optatianus. Nicasius. Victor. Sempronius. Valerinus. Pacatus. Iesses. Ariston. Simplicius. Metianus. Amantus. Æmilianus. Iustinianus. Victorinus. Saturnilus. Abundantius. Donatianus. Maximus.

Africæ.

Nessus. Gratus. Megasius. Coldæus. Rogatianus. Consortius. Rufinus. Manninus. Cæcilianus. Herennianus. Marianus. Valerius. Dynamius. Myzonius. Iustus. Cælestinus. Cyprianus. Victor. Honoratus. Marinus. Pantagathus. Felix. Baudius. Liber. Capito. Minervales. Cosmus. Victor. Hesperio. Felix. Severianus. Ospantius. Hesperus. Fidentius. Salustius. Paschasius.

Ægypti.

Liburnius. Amantius. Felix. Ischyrammon. Romulus. Tiberinus. Consortius. Heraclides. Fortunatus. Dioscorus. Fortunatianus. Bastamon. Datyllus. Andreas. Serenus. Arius. Theodorus. Euagoras. Elias. Timotheus. Orion. Andronicus. Paphnutius. Hermias. Arabion. Psenosiris. Apollonius. Mues. Serapampon. Serenus. Philon. Philippus. Apollonius. Paphnutius. Paulus. Dioscorus. Nilammon. Serenus. Aquila. Aotas. Harpocration. Isaac. Theodorus Apollo. Ammonianus. Nilus. Heraclius. Arion. Athas. Arsenius. Agathammon. Theon. Apollonius. Elias. Paninuthius. Andragathius. Nemesius. Serapion. Ammonius. Xenon. Gerontius. Quintus. Leonides. Sempronianus. Philon. Heraclides. Hieraces. Rufus. Pansophius. Macedonius. Apollodorus. Flavianus. Psaes. Syrus. Apphus. Serapion. Esaias. Paphnutius. Timotheus. Elurion. Gaius. Musæus. Pistus. Heraclammon. Heron. Elias. Anagamphus. Apollonius. Gaius. Philotas. Paulus. Tithoes. Eudæmon. Iulius.

Qui autem in canalio Italiæ.

Probatius. Viator. Facundinus. Ioseph. Numidius. Sperantius. Severus. Heraclianus. Faustinus. Antonius. Heraclius. Vitalis. Felix. Crispinus. Paulianus.

Cypri.

Auxibius. Photius. Gerasius. Afrodisius. Irenicus. Nunechius. Athanasius. Macedonius. Triphyllius. Spyridon. Norbanus. Sosicrates.

Palæstinæ.

Maximus. Aetius. Arius. Theodosius. Germanus. Silvanus. Paulus. Claudius. Patricius. Elpidius. Germanus. Eusebius. Zenobius. Paulus. Petrus.

A Σπουδάσιος. Ζώσιμος. Πατρίκιος. Ἀδόλιος. Σαπρίκιος.

Οἱ Γαλλίας.

Μαξιμιανός. Βηρίσιμος. * Βίκτωρ. Βαλεντῖνος. Δησιδέριος. Εὐλόγιος. Σαρβάτιος. Δυσκόλιος. * Συπερίωρ. Μερκούριος. Δηκλοπετός. Εὐσέβιος. Σεβηρῖνος. Σάτυρος. Μαρτῖνος. Παῦλος. Οπτατιανός. Νικάσιος. Βίκτωρ. Σεμπρώνιος. Βαλερῖνος. Πάκατος. Ιεσσῆς. Αρίστων. Σιμπλίκιος. Μεπιανός. Αμαντος. Αἰμιλιανός. Ιουστινιανός. Βικτωρῖνος. * Σατουρνῖλος. Αβουνδάντιος. Δωνατιανός. Μάξιμος.

*ἴσ. Βήκτωρ. *Σο. *ἴσ. ...τυρ

Οἱ Αφρικῆς.

Νέασος. Γρᾶτος. Μεγάσιος. Κολδαῖος. Ρογατιανός. Κονσόρτιος. Ρουφῖνος. Μαννῖνος. Καικιλιανός. B * Ερεννιανός. Μαριανός. Οὐαλέριος. Δυνάμιος. Μυζόνιος. Ιοῦστος. Καιλεστῖνος. Κυπριανός. Βίκτωρ. Ονωρᾶτος. Μαρῖνος. Παντάγαθος. Φῆλιξ. Βαύδιος. Λίβερ. Καπίτων. * Μινερβάλις. Κόσμος. Βίκτωρ. Εσπερίων. Φῆλιξ. Σεβηριανός. Οσπάντιος. Εσπερος. Φιδέντιος. Σαλούστιος. Πασχάσιος.

* A...νός. * M...λης.

Οἱ Αἰγύπτου.

Λιβούρνιος. Αμάντιος. Φῆλιξ. Ισχυράμμων. Ρωμύλος. Τιβερῖνος. Κονσόρτιος. Ηρακλείδης. * Φορτουνᾶτος. Διόσκορος. Φορτουνατιανός. Βαστάμων. Δάτυλλος. Ανδρέας. Σερῆνος. Αρειος. Θεόδωρος. Εὐαγόρας. Ηλίας. Τιμόθεος. Ωρίων. Ανδρόνικος. Παφνούτιος. Ερμίας. Αραβίων. Ψενόσιρις. Απολ- C λώνιος. Μουῒς. Σαραπάμπων. Σερῆνος. Φίλων. Φίλιππος. Ἀπολλώνιος. Παφνούτιος. Παῦλος. Διόσκορος. Νειλάμμων. Σερῆνος. Ακύλας. Αωτᾶς. Αρποκρατίων. Ισαάκ. Θεόδωρος. Απολλώς. Αμμωνιανός. Νεῖλος. Ηράκλειος. Αρείων. Αθάς. Αρσένιος. Αγαθάμμων. Θέων. Απολλώνιος. Αλίας. Πανινούθιος. Ανδραγάθιος. Νεμεσίων. Σαραπίων Αμμώνιος. Ξένων. Γερόντιος. Κόϊντος. Λεωνίδης. Σεμπρονιανός. Φίλων. Ηρακλείδης. Ιέραxις. Ροῦφος. Πανσόφιος. Μακεδόνιος. Απολλόδωρος. Φλαβιανός. Ψάης. Σύρος. Απφοῦς. Σαραπίων. Ησαΐας. Παφνούτιος. Τιμόθεος. Ελουρίων. Γάϊος. Μουσαῖος. Πιστός. Ηρακλάμμων. Ηρων. Ηλίας. Ανά- D γαμφος. Απολλώνιος. Γάϊος. Φιλωτᾶς. Παῦλος. Τιθώης. Εὐδαίμων. Ιούλιος.

* Φ...πος.

Οἱ ἐν τῷ καναλίῳ τῆς Ιταλίας.

Προβάτιος. Βιάτωρ. Φακουνδῖνος. Ιωσῆς. Νουμίδιος. Σπηράντιος. Σεβῆρος. Ηρακλειανός. Φαυστῖνος. Αντωνῖνος. Ηράκλειος. Οὐϊτάλιος. Φῆλιξ. Κρισπῖνος. Παυλιανός.

Οἱ Κύπρου.

Αὐξίβιος. Φώτιος. Γηράσιος. Αφροδίσιος. Εἰρηνικός. Νουνέχιος. Αθανάσιος. Μακεδόνιος. Τριφύλλιος. Σπυρίδων. Νορβανός. Σωσικράτης.

Οἱ Παλαιστίνης.

Μάξιμος. Αέτιος. Αρειος. Θεοδόσιος. Γερμανός. Σιλουανός. Παῦλος. Κλαύδιος. Πατρίκιος. Ελπίδιος. Γερμανός. Εὐσέβιος. Ζηνόβιος. Παῦλος. Πέτρος.

*** *INCIPIT EXEMPLUM EPISTULÆ synodi Sardicensis ad universas Ecclesias.*

" Pag. 7. fragm. S. Hilarii.

MULTA " quidem & frequenter ausi sunt Ariani hæretici adversus servos Dei qui fidem rectam & catholicam custodiunt. adulterinam namque doctrinam inserentes, E orthodoxos persequi tentaverunt. in tantum autem nunc exsurrexerunt contra fidem ut non religiosam pietatem clementissimorum imperatorum lateret. Denique, gratia Dei adjuvante, etiam ipsi clementissimi imperatores congregaverunt ex diversis provinciis & civitatibus ipsam synodum sanctam & in Sardicensium civitate fieri permiserunt, ut omnis quidem dissensio

ANNO CHRISTI 347.

sensio amputetur, iniqua autem doctrina penitus expulsa, pietas sola quæ est in Christo hominibus, custodiretur. Venerunt enim ab oriente episcopi cohortatione excitati piissimorum imperatorum, maxime propter id quod frequenter in murmuratione fuit, id est de dilectissimis fratribus nostris & coepiscopu Athanasio episcopo Alexandriæ & Marcello episcopo Ancyræ Galatiæ. Arbitramur autem etiam ad vos ipsos pervenisse eorum calumnias, & aures vestras tentasse eos commovere non dubitavimus, ut adversum innocentes quidem quæ dicunt credatis, sceleratæ autem hæreseos suæ suspicionem tegant. Sed non diutius hæc illis facere permissum est. Est enim gubernator ecclesiarum dominus, qui pro ecclesiis & pro omnibus nobis mortem sustinuit, & propter eas ecclesias ascensum in cælos omnibus nobis tribuit. Olim quidem scribentibus, Eusebio, Mario, Theodoro, Diognito, Vrsacio & Valente, Iulio consacerdoti nostro Romanæ ecclesiæ episcopo adversum prædictos coepiscopos nostros (dicimus autem Athanasium & Marcellum) ut scripserunt ex aliis locis ut episcopi nostri * quæ autem ab Eusebio facta sunt nihil aliud quam falsitatis & mendacii fuisse plena. Nam & si ex eo quo vocati sunt a Iulio episcopo carissimo fratre nostro, claruit noluisse eos venisse ex ipsis literis quibus eorum mendacia detecta sunt: (venissent enim si habuissent fiduciam eorum quæ gesserunt adversus coepiscopos nostros) licet etiam ex ipsis quæ fecerunt in isto sancto & magno concilio manifestiora falsitatis suæ commenta prodiderunt: (venerunt enim & ad Sardicensium civitatem, & videntes Athanasium & Marcellum, Asclepam & alios, timuerunt venire ad judicium, & non semel, neque iterum, sed frequenter vocati contempserunt invitationem synodi omnium nostrorum qui convenimus episcopi, & maxime venerabilis senectæ Osium, qui & propter ætatem & confessionem & tanti temporis probatam fidem, qui tantum laborem id ætatis pro ecclesiæ utilitate sustinuit, ut omni reverentia dignissimus habeatur, expectantibus omnibus & cohortantibus eos venire ad judicium, ut omnia quæ vel de consacerdotibus nostris dixerunt vel scripserunt, præsentes possent vincere, vocati non venerunt sicut prædiximus, ostendentes etiam ex his falsitatem suam non solum commentariciam fraudem aut exquisitam versutiam quam fecerunt prodentes per excusationem. Qui enim habent fiduciam probare ea quæ absentes dicunt, hoc præsentes parati sunt convincere.) Sed quia venire non ausi sunt, arbitramur de cætero neminem ignorare, etiam si illi iterum malitiam suam exercere voluerunt nihil sufficientes probare adversus consacerdotes nostros, quos incusant quidem absentes, præsentes autem fugiunt. Fugerunt enim dilectissimi fratres, non solum propter hos quos falso adpetiverunt, verumetiam hos qui ex diversis locis convenerunt, ut eosdem multis criminibus arguerent. Ferrum enim & vincula proferebant de exilio revertentes viri, & rursum ab his qui adhuc in exilio detinentur, missi adfines & proximi, amici & fratres querelas vel eorum qui supersunt, detulerunt, vel eorum qui in ipsis exiliis decesserunt, indignam injuriam prosequuti sunt: &, quod est maximum, episcopi aderant quorum alter ferrum & catenas præferebat,

A quas per eos cervicibus suis portaverat, alteri ex eorum insimulatione mortem sibi intentam testificabantur. in tantum enim desperationis eruperunt, ut etiam episcopos interfecissent quidem, nisi fugissent ipsorum cruentas manus. Decessit enim coepiscopus noster beatissimus Theodorus fugiens ipsorum infestationem. Iussus est enim ex ipsorum insimulatione mori. Alii autem gladiorum signa, plagas & cicatrices ostendebant: Alii se fame ab ipsis excruciatos querebantur. Et hæc non innobiles testificabantur viri, sed de ecclesiis omnibus electi propter quas hi convenerunt, res gestas edocebant, milites armatos, populos cum fustibus, judicum minas, falsarum litterarum suspiciones. Lectæ sunt enim literæ factæ a Theognito falsæ adversum coepiscopos nostros Athanasium & Marcellum, ut & imperator adversus ipsos commoveretur. Et hæc convincebant ii qui tunc ipsius Theogniti diacones fuerunt. Ad hæc virginum nudationes, incendia ecclesiarum, carceres adversus ministros Dei, hæc omnia propter iniquam atque execrabilem hæresim Ariomanitarum. qui enim communioni eorum renunciabant, necessitate patiebantur ista tolerare. Hæc igitur considerantes, in angusto se teneri prævidebant, erubescentes quidem confiteri ea quæ commiserunt, eo quod

B

C de cetero non possent ea diutius occultare. Venerunt tandem in Sardicensi civitate ut propter præsentiam, suspicionem quasi mali actus viderentur excludere: videntes episcopos qui a se fuerant falsis oppressi testimoniis, eos etiam post vehementissime oppugnarunt: ex alia parte accusatores, conscientia etiam suorum criminum proditores præ oculis habentes suis, venire vocati non potuerunt, maxime consacerdotum nostrorum Athanasii, Marcelli & Asclepii conscientia perturbati, qui & implorabant judicium, provocabant accusatores, ut eos non solum convincerent de his quæ adversum sese falsa confinxerant, verum etiam quæ adversus ecclesias impia ac nefaria commiserant, edocerent. Verum illi tanto terrore comprehensi sunt, ut fugam facerent, & per illam fugam falsitatem suam detegerent ac nudarent. Tametsi non solum ex prioribus, sed etiam ex istis malitia eorum & falsitas ostenderetur, ut nec existimata fuga occasionem aliquam alterius malæ artis invenire possent, probavimus secundum veritatem & rationem ea quæ ab illis commissa sunt, inquiri oportuisse: & invenimus eos etiam de his fuisse mendaces, & nihil aliud quam impugnationem adversus consacerdotes nostros exercuisse. Quem enim dicebant ab Athanasio interfectum fuisse nomine

E Assenium ", habetur in numero vivorum. Unde ex hoc etiam cætera quæ ab ipsis jactabantur, patuit esse plena mendacii & falsitatis. Quod autem de calice fracto aliqua loquebantur a Macario presbytero Athanasii, testificati qui præsentes fuerunt ex Alexandria de eodem loco, eo quod nihil tale esset factum. Sed & episcopi scribentes ex Ægypto ad Iulium consacerdotem nostrum abunde asseverarunt, nec suspicionem hujusmodi ibidem fuisse. Dicunt autem acta etiam se habere adversus ipsum: quæ habent autem absente parte altera constat fuisse confecta: simul tamen ipsis actis gentilis & cathecuminus interrogatus dicebat, intus se fuisse quando superventum fecit Macharius: & inter-

" Arsenius

ANNO CHRISTI 347.

' Ischyram

interrogatus dicebat famosissimum illum 'Scyrum infirmantem in ecclesia jacuisse: ut ex hoc appareat ex toto mysterium non fuisse celebratum, eo quod cathecumeni intus fuerint, seu male habentes jacuerint. Nam & ipse totius malitiæ, Syrus commentator, exussisse Athanasium quemdam de divinis scripturis librum dicebat. Ad hoc convictus confiteri cepit, infirmatum se fuisse quando Macharius præsens fuit, ut ex hoc etiam falsum testem illum appareret. Denique falsitatis præmium eidem Syro, honorem episcopatus dederunt, homini qui neque presbyter quidem fuit. Venientes enim duo presbyteri nunc ad concilium qui eo temporis cum Melitio fuerant, postmodum ab Alexandro episcopo Alexandriæ beatæ memoriæ viro suscepti sunt, nunc cum Athanasio agunt, testati sunt nusquam omnino istum Melitii fuisse presbyterum, neque omnino habuisse eum Melitium in eodem loco apud Mareotem ecclesiam nec ministrum, quem tamen nunc velut episcopum illum secum adduxerunt qui ante nec presbyter fuit, ut nomine episcopatus videantur falsitatem suam tegere apud audientes. Lectus autem est & liber quem conscripsit frater & coepiscopus noster Marcellus, & inventa est Eusebii & qui cum istis fuerant, exquisita malitia. Quæ enim ut proponens Marcellus posuit, hæc eadem quasi jam comprobans proferret, adsimularunt. Lecta sunt ergo quæ sequebantur: lecta etiam quæ anteposita erant quæstioni, & recta fides ejus inventa est. Neque enim a sancta virgine Maria, sicut ipsi confingebant, initium dabatur Deo verbo, neque finem habere regnum ejus: sine principio ac sine fine esse conscripsit. Sed Asclepius coepiscopus noster acta protulit quæ confecta sunt apud Antiochiam præsentibus adversariis & Eusebio ex Cæsarea, & ex sententiis judicatum episcopum ostendisse esse inreprehensibilem. Merito ergo acciti frequenter, non ausi sunt venire, merito fugerunt conscientiæ suæ impulsu præcipitati. Fuga enim falsitates suas confirmaverunt, & credi ea fecerunt quæ præsentes accusatores eorum dixerunt & ostenderunt. Quid igitur? Supra hæc omnia etiam olim depositos atque ejectos ecclesia propter hæresim Arii non solum susceperunt, sed etiam in majorem provexerunt gradum: diacones quidem in presbyterium, de presbyterio autem in episcopatum, propter nihil aliud nisi ut impiam doctrinam dilatare ac disseminare possent, & piam corrumperent fidem. Sunt autem istorum post Eusebium duo auctores etiam Theodorus ab Heraclia, Narcissus a Neroniade de Cilicia, Stephanus ex Antiochia, Georgius Laodicia licet timens non adfuerit: de oriente, Acacius ex Cæsarea Palæstina, Menophantus ex Ephe so Asiæ, Vrsacius a Singiduno Mesiæ, Valens ex Mursa Pannoniæ. Etenim prædicti etiam qui ab oriente secum venerunt, non permiserunt sanctum concilium intrare, neque omnino in ecclesiam Dei sanctam accedere. Venientes enim Serdicam per singula loca synodos faciebant inter se & pactiones cum interminationibus, ut omnino venientes Serdicam ad judicium non accederent, neque in unum cum sancta synodo convenirent: & ad id solum venerunt * certum præsentiam suam qui statim fugerunt. Hæc enim scire potuimus a consacerdotibus nostris Ario scilicet ex Palæstina, Stephano de Arabia, qui cum ipsis venerunt quidem, sed ab eorum perfidia recesserunt. Hi enim venientes in sanctam synodum, violentiam quidem quam passi fuerant, conquerebantur: nihil autem ab ipsis recte agi adserebant: adserentes etiam hoc, quod essent ibi plurimi rectæ fidei qui prohibebantur ab ipsis venire ad nos propositis interminationibus. Hac igitur causa in uno loco omnes manere fategerunt, & nec parum temporis, nec habere eos liberam facultatem permiserunt. Quia ergo non oportuit conticescere, nec inulta retinere falsitatis vincula, homicidia, pugnas, falsas epistolas, verberationes, nudationes virginum, exilia, eversiones ecclesiarum, translationes de ecclesia ad majores, & ante omnia contra rectam fidem insurgentes Arianæ hæresis doctrinas, ex hac causa carissimos quidem fratres & coepiscopos nostros Athanasium Alexandriæ, & Marcellum Ancyrogalaciæ, & Asclepium Gazæ, & eos qui cum ipsis erant ministrantes Deo, innocentes & puros pronunciamus, scribentes ad unamquamque eorum provinciam ut cognoscerent singularum ecclesiarum plebes, sacerdotis sui integritatem, & habere se episcopum suum: illos autem qui se eorum ecclesiis immerserunt luporum more, id est Gregorium in Alexandria, Basilium in Ancyra & Quintianum in Gaza, neque nomen habere episcopi, neque communionis omnino eorum habere participatum, neque suscipere ab aliquo eorum literas, neque ad eos scribere. Illos autem, hoc est, Theodorum, Narcissum, Acacium, Stephanum, Vrsacium & Valentem, Menofantum & Georgium, & si timens, ut dictum est, non adfuit, sed tamen quia a beatæ memoriæ Alexandro episcopo quondam Alexandriæ dejectus est, & quod sit tam ille quam etiam cæteri comprehensi furoris Ariani, & propter objecta crimina, hos omnes æquali sorte dejecit sancta synodus de episcopatus gradu: & judicavimus non solum illos episcopos non esse, sed neque communionem quidem cum fidelibus habere. Separantes enim filium & alienantes verbum a patre, separari ab ecclesia catholica oportet, & alienos esse a nomine Christiano. Sint igitur vobis anathema, eo quod ausi sunt adulterare verbum veritatis apostoli, cujus est præceptum: Si quis vobis euangelizaverit præter quam quod accepistis, anathema sit. His neminem communicare denunciamus: Nulla enim communicatio luci ad tenebras. Hos homines longe facite. Nulla enim participatio Christo ad Belial. Observate, carissimi, ut neque scribatis ad eos, neque eorum accipiatis literas. Curate autem etiam, dilectissimi fratres & consacerdotes, quasi præsentes spiritu huic interfueritis synodo, omnia quæ a nobis instituta sunt, confirmare per literas vestras, ut ab omnibus episcopis idem sentire atque unam esse omnium voluntatem ex literarum consensione sit manifestum. Optamus, fratres, vos in domino bene valere. *Explicit.*

IN

[a] CONCILIVM [b] SARDICENSE

[c] OECVMENICVM,

[d] *Approbatum* [e] *a trecentis septuaginta sex episcopis* [f] *in causa Athanasii, Marcelli, aliorumque exulum episcoporum,* [g] *Rufino & Eusebio consulibus celebratum,*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Iulius pontifex Romanus, ait Sozom. l. 3. cap. 9. cum literis apud episcopos orientis, de rebus, propter quas scripsisset, nihil proficeret, neque Arianos frequentissime ad Romana concilia vocatos, ad comparendum inducere posset, hanc universalem synodum Sardicæ celebrandam indixit: a qua ne Arianis concilia detrectantibus impune abesse liceret, episcopos quosdam ad Constantem Mediolani agentem ablegavit, qui peterent, ut imperator literis ad fratrem Constantium scriptis impetraret, ne Ariani, quod hactenus fecerant, judicium ecclesiæ & universalis concilii subterfugerent. *Post triennium*, nimirum commorationis Romæ magni Athanasii, *quarto denique anno literis jussit*, inquit Athanasius apologia ad Constantium, *ut ad se venirem: agebat autem per id tempus Constans Mediolani. Sciscitabar quid causa esset cur evocaret: quippe ignarus omnium, testis est mihi Deus. Comperiebam autem quosdam episcopos, qui eo profecti erant, precibus ab eo postulasse, ut tuæ pietati de synodo facienda scriberet. Cum igitur venissem Mediolanum, expertus sum illius mirificam humanitatem, dum & me suis oculis dignatur, verbisque indicat, se ad te de celebrando concilio literas misisse.* Hæc Athanasius. Ex eo, quod ait Socrates lib. 2. c 16. quosdam episcopos ad hoc concilium non venisse propter præsentem corporis infirmitatem, alios vero causatos angustiam temporis a Iulio præstituti, necessarium deducitur argumentum, quod Iulius pontifex Romanus hanc synodum indixerit, Arianisque debito modo Sardicam citatis certum comparendi terminum præfixerit ac definiverit. Vide Baron. anno 346. num. 3. & 5.

b *Sardicense.*] Sic dictum quod Sardicæ celebratum fuerit. Est autem Sardica nobilis Thraciæ civitas Illyrii & Mysiæ confinis, in ditione Constantii sita, a Philippopoli montis interstitio, cui nomen Tituris, separata. Hæc cum sub Turcis esse cœpit, mutato nomine dicta est Triaditze. In hac Constantinum imperatorem aliquando habitasse, rescripta complura imperatoris illic data testantur. Eadem civitas consilio imperatorum ad synodum electa est, quia inter orientale & occidentale imperium secundum partitionem a Constantino magno inter filios factam, prope confinis esset. Qui hanc eamdem esse putarunt cum Sardis, quæ est in minore Asia civitas, errore labuntur. Socrates lib. 2 c. 18. Bar. ann. 347. n. 2.

c *Oecumenicum.*] Cum hi trecenti septuaginta sex episcopi ex oriente, occidente, septemtrione, omnibusque ferme provinciis orbis Christiani, quarum triginta sex nominat Athanasius, a Iulio Romano pontifice accersiti huic concilio interfuerint, Archidamus & Philoxenus presbyteri apostolicæ sedis legati, teste Athanasio apol. 2. eidem præsederint; ad hoc Iulii Romani pontificis sententia Romæ pro Athanasio lata, ipsius permissu ac voluntate iterum examinata, & ad libram justitiæ deducta fuerit, ac demum ea, quæ ad totam Christianam religionem, universum orbem terrarum & ecclesiam pertinent, patres hoc loco congregati constituerint; hoc concilium œcumenicum, universale & plenarium universæ ecclesiæ concilium fuisse, manifesto constat: adeoque non minus vere, quam jure optimo ab Athanasio principio apol. 2. instar Nicænæ *magna synodus*; ab August. epist. 162. *plenarium universæ ecclesiæ concilium*; a Sulpitio lib. 2. sacræ historiæ, *concilium ex toto orbe convocatum*; a Socrate lib. 2. c. 16. histor. eccles. *generale concilium* appellatur. Verba quæ habentur in fine concilii, hæc: *Universa quæ constituta sunt, catholica ecclesia in universo orbe diffusa custodiat:* idem, quod supra dixi, evidenter confirmant. Quoniam ex triginta sex diversis mundi provinciis, quas omnes Athanasius enumerat, episcopi convocati & congregati fuerunt, neque instar Alexandrini II. sub Silvestro, Osio præsidente celebrati, generale; neque etiam instar Carthaginensis III. universale dici potest: his enim duobus episcopi unius dumtaxat provinciæ, vel uni tantum primati subjecti convenerunt: in Sardicensi vero concilio, ut supra dixi ex 36. provinciis totius mundi episcopi 376. congregati fuerunt. Vide Baron. ann. 347. num. 7. 8. & 9. Bellarm. lib. 2. de Rom. pontif. cap. 21.

ANNO CHRISTI 347

d *Approbatum.*] Reverendissimus & illustrissimus cardinalis Bellarm. c. 7. l. 1. de conciliis & ecclesia, scribit hoc concilium partim confirmatum, partim reprobatum esse: quia ex 376. episcopis, Sardicæ congregatis, pars major fidem catholicam & orthodoxam Nicæni concilii confirmaverit, eaque quæ Nicæna synodo obscurius constituta erant, explicaverit; ex iisdem vero septuaginta sex reliqui orientales episcopi Arianam fidem scripserint, novamque a quatuor supra positis fidei formulis diversam iterum ediderint ac promulgarint. Verius est, quod l. 2. de Rom. pont. c 21. & 25. ipse Bellarm. & post eum reverendissimus & illustrissimus cardinalis Baronius an. 347. num. 62. tradunt, Sardicensium conciliorum duo fuisse, unum legitimum ex orthodoxis dumtaxat episcopis 376. congregatum: alterum spurium & illegitimum ab Arianis Philippopoli celebratum, ementito nomine Sardicense appellatum. Illud catholicum universale, totoque orbe jure receptum: hoc autem posterius Arianorum dumtaxat malignantium conventum, illegitimum, atque ideo merito reprobatum fuisse. Duas ob causas Sardicense concilium ab Augustino aliisque orthodoxis patribus velut illegitimum ac spurium rejectum fuit; quarum una est, quod Marcellum Ancyranum episcopum, (quem non solius Acacii Ariani, sed etiam Basilii epist. 52 in eum conscriptæ testimonio, Samosatenianæ hæreseos sectatorem fuisse manifesto constaret) ab omni hæreseos labe expurgatum absolvisset. Sed cum Epiph. hæresi 72. anno post obitum illius secundo scripserit, Marcellum de hæresi infamatum, Romæ coram Iulio pontifice fidei confessionem edidisse, eademque præmissa in communionem ecclesiæ catholicæ receptum fuisse, evidenter patet, id quod huic concilio ex parte Marcelli injuste absoluti objicitur, vere calumniosum esse. Altera causa hujus concilii ab Augustino, Alypio, aliisque quibusdam orthodoxis reprobati est, quod Ariani cum suis Sardica per fugam elapsi, Philippis in Thracia conciliabulum, Sardicensis concilii nomine condecoratum celebrarint, illudque patrocinio Constantii imperatoris, velut unicum ac legitimum Sardicense concilium omnibus in locis promulgari curarint. Unde hoc callide & post imposturam hæreticorum effectum est, ut S. Augustinus, Alypius, aliique plures catholici, ignorantes duo Sardicensia concilia, alterum legitimum, alterum vere illegitimum habitum fuisse, utrumque velut impium detestati fuerint. Sed dices: Cum Sardicensi concilio, una cum Grato Carthag. ecclesiæ episcopo, triginta quinque alii aliarum ecclesiarum in Africa præsules interfuerint, ipsumque concilium Carthaginense I. ejusdem Sardicensis concilii nominatim meminerit, qua ratione accidere potuit, ut Augustinum aliosque Africanæ ecclesiæ episcopos, legitimum Sardicense concilium præterierit? Respondeo, in hac tanta rerum ambage nihil æquius existimari posse, nisi quod ex tot tantisque invasionibus atque grassationibus, a Donatistis adversus catholicos sæpe conflatis, Sardicenses canones jacturam passi fuerint, aut saltem casu quodam nobis plane incomperto exciderint. Primo Carthaginensi concilio hæc ignorantia vinci non potuit, cum eodem tempore idem Carthaginense concilium vel malitia Arianorum, vel catholicorum providentia occultatum, a posteris Africanæ ecclesiæ episcopis citra culpam ignoratum fuerit. Primum Carthaginense, si extitisset, Sardicensis concilii notitiam reduxisset, atque adeo ea controversia, quæ de jure appellandi inter episcopos quosdam Romanos & Africanæ ecclesiæ episcopos circa tempora concilii Carthaginensis sexti exorta fuerat, quæque fere universam Africanam ecclesiam in maximum schismatis periculum induxerat, facillimo negotio componi potuisset. Vide Baron an. 347. n. 55. usq. ad 98. inclusive.

Conciliorum Sardicensium alterum approbatum, alterum reprobatum est.

Cur hoc concilium ab Augustino & Alypio rejectum fuerit. Prima causa.

Causa secunda rejecti concilii.

Refellitur objectio.

Canones Sardicenses passi sunt naufragium. Carthaginense I. Africanæ ecclesiæ aliquamdiu incognitum.

Cum igitur ex præcedentibus constet, Sardicense concilium sacrosanctam fuisse synodum œcumenicam, totoque orbe receptam, merito quispiam dubitaverit, cur ad universalia & œcumenica approbata numerum non addat. Inter universalia approbata concilia Nicænum constituitur primum, Constantinopolitanum secundum, Ephesinum tertium. Ex iis, quæ supra diximus, videbatur Sardicense secundum, Constantinopolitanum tertium, Ephesinum quartum, Calchedonense quintum esse constituendum. Sed dicendum est, Sardicense concilium cum Nicæno unum idemque censeri, tum quia utrique fere iidem patres interfuerint, aliudque nihil (quod in aliis conciliis factum est) constituerint, quam quod Nicænam synodum confirmarint, illius canones dumtaxat explicarint, aut saltem corroboraverint: tum etiam quod canones utriusque concilii, Sardicensis nimirum & Nicæni, in Romana bibliotheca, & in quodam exemplari concilii Nicæni, quod Dionysius ante mille annos e Græco convertit,

Cur Sardicense concilium, cum generale sit, œcumenicarum synodorum numerum non augeat.

Nicænum & Sardicense concilium unum censentur.

ANNO CHRISTI 347.

Canones hujus concilii, Nicæni appellantur, & cur.

tit, quodque etiamnum adhuc Atrebati in monasterio Vedasti extat, ita conjuncti habeantur, quasi unius concilii canones fuerint. Unde sicut Constantinopolitanum symbolum passim vocatur Nicænum, quia est explicatio Nicæni: ita tres canones Sardicensis concilii, Zosimus, Bonifacius, Cælestinus pontifices in suis epistolis, patresque concilii Carthaginensis VI. Nicænos appellarunt: propterea maxime, quod Sardicensis concilii canones vere nihil aliud sint, quam Nicænorum canonum explicatio vel confirmatio. Canon sextus concilii Nicæni præcipiens antiquas consuetudines ecclesiæ observari, implicite id, quod jam anterioribus sæculis aliquot observatum fuit, constituerat; nimirum ut episcopis, ab episcoporum sententia ad Romanum pontificem appellantibus, non gravate deferatur. Cum itaque Athanasius Eusebianorum judicio condemnatus, ad Iulium Romanum pontificem appellasset, eamque velut illegitimam & injustam ipsi calumniarentur, quasi a concilio multorum episcoporum condemnatus, non nisi ad concilium majoris numeri episcoporum appellare debuerit: patres hujus concilii hanc ob rem de jure appellandi ea constituerunt, quæ infra can. 4. 7. &c. statuta reperiuntur. Quæ cum implicite, modo quo supra dixi, in Nicæno constituta fuerint, Nicæni canones non incongrue nominati leguntur. Vide Bar. an. 347. n. 99. item 419 n. 70 88. & 89 Bellar. l. 2 de Rom. pont. c. 25. item quæ dicemus infra. Hoc concilium principio a Latinis Latine, a Græcis Græce editum est, ut ex epistola Nicolai pontificis 4. probat Baron. anno prædicto n. 52 & 53. adeoque mirum est Photium hujus synodi ignorantiam simulasse. Vide notas can. 13.

Sardicense. Græce editum fuit.

Numerus episcoporum quantus.

e *A trecentis septuaginta sex episcopis.*] De numero episcoporum qui Sardicam ad concilium convenerunt, variæ sunt diversorum antiquorum assertiones. Athanasius qui concilio ipse interfuit, præ ceteris audiendus foret, si quid definiti hac de re scriptum reliquisset. In epistola ad solitarios ait, convenisse ex oriente & occidente antistites numero plus minus trecentos: in exordio suæ apolog. 2. affirmat, suam innocentiam plusquam trecentos episcopos exploratam habuisse & probasse: paulo infra ait, huic synodo subscripsisse in universum trecentos quadraginta quatuor episcopos. Verum cum hoc loco Italiæ, Galliæ, Africæ, Ægypti, Cypri & Palæstinæ tantum episcopi numerentur, ejusdemque testimonio compertum habeatur, aliarum plurium provinciarum antistites Sardicam convenisse; hoc potius de numero episcoporum statuendum esse putamus, quod lib 3. cap. 11. in fine Sozom. & ex testificatione Athanasii & Sabini: quorum scripta, hodie corrupta & depravata, tunc utique sine mendis legebantur: affirmat Socrat. lib 2. cap. 16. nimirum huic Sardicensi occidentalium trecentos, orientalium episcoporum septuaginta sex interfuisse. Unde quod ait Grat. can. 11. dist. 16. sexaginta tantum episcopos illos, quorum nomina subscripta reperiuntur, concilio interfuisse, plane explodendum est. Hos omnes catholicæ communionis fuisse ex eo liquidissime apparet, quod Ariani ad synodum vocati, concilium ipsum, prout pacto quodam pœnali adjecto convenerant, subterfugerint. Sardicam ingressos ab Osio episcopo oblata illis securitate, invitatos fuisse certum est: sed qui melius esse sentiebant de fuga erubescere, quam convictos condemnari, quasi per literas imperatoris ad alia vocati essent, fugerunt; ut patet ex epist. Athanasii ad solitar. vitam agentes. In hac ergo synodo omnes quotquot congregati sunt, catholici fuerunt. Archidamus & Philoxenus presbyteri, teste Athanasio. pontificiæ legationis munere fungentes, hi omnibus præsederunt. Et quamquam Gratianus Can. 11. dist. 16. affirmet, Osium Cordubensem episcopum in hac, sicut in Nicæna aliisque quibusdam synodis, legationis pontificiæ munere & officio functum præsedisse; major tamen hac in re fides attribuenda est Athanasio, qui prædictos tantum duos Romanæ ecclesiæ presbyteros, tamquam apostolicæ sedis legatos commemorat. Osium patronum synodi egisse, definiendarum propostuisse, & singulorum sententias (quod ad officium patroni synodalis pertinet) rogasse, acta concilii manifestissime indicant. Vide Baron ann 347. 3. 4. 5. 6. & 10. Vide notas subscriptas.

Episcopi 376. huic concilio interfuerunt.

Episcopi omnes catholici fuerunt.

Legati pontificis Romani qui.

Osius non legatus, sed patronus synodo fuit.

Causa concilii & acta.

Cur Ariani episcopi a concilio aufugerint.

f *In causa Athanasii.*] Cum Romæ in causa Athanasii indicta concilia Ariani subterfugissent, auxilio imperatoris Constantis effectum est, ut œcumenicum indiceretur concilium, a quo Eusebiani cum Arianis citati, citra periculum infamiæ se absentare non possent. Itaque ad locum synodi quidem comparuerunt, atque ut querelas suas adversus Athanasium proponerent, ab Osio ipsaque synodo citati fuerunt: sed ut rem justo juris ordine agendam viderunt, causæ suæ diffisi, fugam arripuerunt. Ne itaque accusatorum contumax absentia reo innocenti gravius præjudicet, continuatum est judicium; Athanasius injurias sibi ab Eusebianis illatas exponens, & ad acta Tyria & Mareotica sese referens, auditus est; patres concilii post diligentem actorum omnium inquisitionem, ac demum totius causæ cognitionem, Eusebianorum calumniis, dolis ac fraudibus exacte perspectis, Athanasium secundum sententiam Iulii Romæ ante prolatam, communi omnium consensu suffragante absolverunt: Gregorium vero in sedem Alexandrinam ab iisdem Eusebianis per vim militarem intrusum non tantum deposuerunt, verum etiam plane execrati sunt, atque omnes ab eo in sede Alexandrina collatos ordines, aliaque ejus gesta prorsus irrita esse constituerunt. Hæc summatim tradit ipse Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes, his verbis: *Synodus autem ex pluribus quam ex triginta quinque provinciis coacta, cognita aliorum malitia, permisere Athanasio cum suis, ut causam diceret, tum de calamitatibus suis, tum de calumniis quas passus esset: auditisque ejus rationibus, hominem innocentem pronuntiarunt, eumque magna admiratione prosecuti sunt, adeo ut ejus communionem amplecterentur, & literas passim mitterent, tum ad cujusque diœcesim, tum potissimum in Ægyptum, Alexandriam & Libyam, quibus significabant Athanasium cum suis extra omnem culpam esse.* Et paulo infra subjungit. *Gregorii Alexandriam missi episcopi nomen ita eum condemnando recitarunt, ut nec unquam episcopum, nec dignum qui Christianus appellaretur, censerent: rescinderunt enim omnes illius in ordinibus dandis constitutiones, interdicentes ne quisquam ab eo ordinatus in eccl sia vel nomen sui ordinis obtineret, idque in odium mandatorum scelerum Gregorii,* &c. Iudicio Athanasii absoluto, coram patribus concilii Marcelli Ancyrani & Asclepæ Gazæ episcopi causa exposita est: illum ab Eusebio Sabellianæ hæreseos accusatum, post emissam orthodoxæ fidei confessionem, juste absolverunt: Asclepam Gazæ episcopum, qui ante Nicænum concilium Arianus fuerat, postque illud celebratum catholicam fidem cum orthodoxis professus, magnam sibi Arianorum invidiam comparaverat, in Tyrio conventiculo pravæ doctrinæ accusatum, tandem sede sua spoliarunt. Ille vero concilium & Romanum pontificem appellans, principio in conventu Antiocheno, (nescitur quo) deinde Iulii pontificis Romani, ac tandem hujus Sardicensis concilii sententia, post diligentem causæ cognitionem, innoxius & catholica communione dignissimus declaratus est. Hæc ex Athanasio apol. 2. Baron. num. 34.

Si quod cum Basilio, Hilario, Chrysostomo & Theodoreto omnes fere recentiores constanter affirmant, Marcellus post Sardicense concilium in hæresim Sabellianam relapsus fuerit; vel si virus tempore concilii in pectore occultatum, postea aperte ac palam evomuerit, non propterea Sardicensis concilii patres, secundum acta & actitata Marcellum catholicam fidem profitentem absolventes, ab Eusebianis accusari debebant: nam sicut non nisi temere & imprudenter concilium Nicænum rejiceretur, ideo quod Arium & Arianos vel hæresim suam occultantes, vel palinodiam recantantes, & catholicam fidem profitentes susceperit, etiamsi iidem postea ad vomitum reversi fuerint: ita etiam Sardicense concilium contemnendum non erat, si Marcellum, qui coram fidem catholicam ediderat hæresim abjuraverat, omnique labe se expurgaverat, postea autem recidivam passus erat, secundum acta & probata absolvisset. Illustrissimus cardinalis Baronius, Marcellum ab omni labe hæreseos immunem semper extitisse, probat auctoritate Athanasii & Epiphanii: quod autem impii Photini præceptor extiterit, vulgata ejus scripta ab Arianis in deteriorem partem accepta fuerint, quodque ejusdem discipuli postea (ut testatur Epiphanius hæresi 73) tres in Trinitate subsistentias minime confiteri voluerint; hinc, inquit Baronius, effectum est, ut Marcelli quoque nomen apud posteros pessime audiret. Vide Baron. anno 347. num, 55. & sequentibus usque ad 61. inclusive.

Socrates lib 2. cap. 16. Sozom. lib. 3. c. 10. affirmant, Paulum Constantinopolitanum episcopum concilio interfuisse, & simul etiam ab Eusebianorum calumnia absolutum, in catholicæ ecclesiæ communionem receptum fuisse. verius esse putamus, quod de eodem refert Theod lib. 1. cap 5. ipsum a populo Constantinopolitano accessu urbis illius, in qua ipsi ab Arianis insidias paratas esse scirent, prohibitum esse. Athanasius enim duabus illis epistolis, quibus de episcopis ab exilio revocatis agit, Pauli Constantinopolitani ne verbo meminit. Baron. num. 45.

Absolutis a calumnia hæreticorum episcopis, reconveniendi hæreticos potestas ac licentia concessa est omnibus; subitoque innumeris cædibus, exiliis, carceribus & contumeliis eorum denuntiatis; catenis & diris vinculis, quibus sanctissimi episcopi vincti fuerant, ostentatis; ac demum literis, quas Theognis Nicææ episcopus ad concitandum contra Athanasium aliosq; episcopos commentus fuerat, perlectis, examinatis, verisque in omnibus com-

comprobatis, ab eadem sacrosancta synodo adversus nominatos Arianæ factionis hæreticos, damnationis, depositionis, & excommunicationis sententia est pronuntiata. Hoc eodem concilio Photinum hæresiarcham Sirmiensem episcopum, qui Christum purum hominem ex Maria virgine natum affirmabat, damnatum fuisse, refert Epiph. hæres. 71. qua de re pluribus infra in concilio Sirmiensi agemus.

De omnibus concilii actis Iulium Romanum pontificem per literas ad eum scriptas, juxta consuetudinem ab ecclesia receptam, certiorem reddiderunt. Addiderunt his patres literas ad Ægypti ecclesiam de absolutione Athanasii & abdicatione Gregorii. Scripserunt etiam circularem epistolam ad omnes ubique positas catholicorum per orbem ecclesias, quibus de iis quæ hactenus gesta, & a concilio definita essent, omnes certiores redderentur. Constantem vero & Constantium imperatores non tantum per epistolas synodales ad eos scriptas rogarunt, ut sacrosanctam concilii sententiam, episcopis ab exilio revocatis, atque in sedem pristinamque dignitatem restitutis, exequantur; verum etiam eosdem serio & pie admodum monuerunt, ne judiciis ecclesiasticis in posterum se immisceant, sed cuncta potius ex ecclesiasticarum legum præscripto agi permittant. Baron. num 19 20 21. & seq. Epistolæ, quas ad imperatores scripserunt, non extant: earum tamen argumentum ex aliis ejusdem synodi literis satis est manifestum. Epistolam encyclicam, quam ad omnes ecclesiæ universæ episcopos scripserunt cum illa, quæ data est ad ecclesiam Alexandrinam ex Athanasio, eamque quæ ad Iulium Romanum pontificem scripta extat apud Baron. num. 23. 24 26. 32. ex eodem, infra post notas, subjungi curavimus. Missis per orbem allegatis synodi epistolis, non tantum Constantius imperator, teste Hilario contra Constant. per literas ad synodum redditas, filium Dei ejusdem cum Patre substantiæ esse professus fuit, sed etiam *ipsi Ariani libellos supplices concilio obtulerunt, veniamque ejus postularunt*, inquit Liberius papa in dialogo apud Theod. lib. 2. cap. 16. quod commentarios unius partis suffragiis per calumniam contra Athanasium in Mareote confecerant. Baron. num. 42. & 43. Præter literas supradictas, ad Constantium imperatorem Antiochiæ agentem ablegati sunt a patribus concilii Vincentius Capuæ in Campania, Euphratas Coloniæ Agrippinæ in Gallia, episcopi, viri celeberrimi, qui nomine totius concilii peterent, ut episcopos, quos sacrosancta synodus a calumnia Arianorum absolverat, ab exilio revocaverat, ad pristinas sedes, unde Eusebianorum fraude & dolo ejecti fuerant, redire permitteret, intrusos vero & injustos earumdem sedium detentores, auctoritate sua interposita amoveret. Quod cum illi anno Christi 348. Antiochiam appulsi, ab imperatore peterent, Stephanus Antiochenus episcopus Arianus legatis impudicitiæ crimen impingere studet hac ratione: conduxerat calumniator per lenones meretriculam, quæ nocturno tempore ad Euphratam introduceretur, comitarentur eam homines seditiosi quindecim, qui post introductam in cubiculum dormientis episcopi meretricem accurrerent, crimenque impudicitiæ episcopo vitæ pudicissimæ objicerent. Meretrix ad juvenis alicujus concubitum se vocatam putans, ubi vultum senis & episcopi speciem animadvertisset, Dei nutu statim clamores edidit, ac vim conquesta fuit. Lenocinii satellites & ministri eam ut taceret, crimenque episcopo impingeret, orarunt quidem, sed frustra. Nam illucescente die, proditis per meretriculam lenonibus, Stephanus episcopus primus excogitati & promoti criminis auctor, deprehensus fuit: atque ideo merito jussu imperatoris, dignitate episcopali exutus, alius in locum illius suffectus fuit. Ita legatione concilii mira Dei providentia factum est, *ut imperator Constantius paulisper compunctus ad se redierit*, inquit Athanasius epistola ad solitariam vitam agentes: *conjecturaque ex iis, quæ adversus Euphratam designaverant, facta, consimiles esse eorum in alios calumnias arbitratus, relegatos ex Alexandria Armenia presbyteros & diaconos evestigio redire jubet, & diserte Alexandriam scribit, ne ulterius Athanasii aut clericos, aut laicos persequerentur. Deinde post menses decem, defuncto Gregorio, accersit & Athanasium, &c.* Vide quæ notavimus verbo Euphratam in concilio Agrippinensi. Baron. ann 347 num. ult. & 348. num. 5. 6. 7.

g *Rufino & Eusebio consulibus*] Hoc Socrates lib. 2. cap. 15. testatur disertis verbis hisce: *Vndecimo anno post mortem patris duorum Augustorum, Rufino & Eusebio consulibus, concilium Sardicense coactum est.* Hoc idem affirmat Sozomenus lib 3. cap. 11. in fine Vnde constat, hanc synodum anno Christi 347. Iulii pontificis 11. æra 385. Constantii & Constantis anno etiam undecimo celebratam fuisse. Nam juxta veriorem temporum supputationem, prædictorum consulum, pontificum, imperatorum, & Christi nati chronologiæ coincidunt. Mendacissima igitur est inscriptio Surianæ editioni incerto auctore præfixa, hæc: *anno sexto Constantii imperatoris, Leontio & Salustio consulibus, æra 381. Sardicensis synodus congregata est.* Non enim prædictis auctoribus tantum, & rerum gestarum commemorationi repugnat; verum etiam sibi ipsi nequaquam constat. Si, quod habet, Salustio & Leontio consulibus coacta fuit; Constantio 8. non 6. æra 382. non 381. habitam fuisse necessum foret. Bar. an. 347. n. 1.

ANNO CHRISTI 347.

Inscriptio Suriana mendosa.

h *Canones Sardicensis concilii.*] Horum viginti & unus extant, desideratur vero ille, quo, teste Athanasio ad Antiochenos, sancitum est, ne quid ulterius de fide scriberetur Verba Athanasii hæc sunt: *Tabellas nonnulli jactant, quasi ex Sardicensi synodo de fide conscriptas: ne legi quidem semel aut proferri sinatis, nihil enim tale concilium definivit. Quamvis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno concilio, adscribere vellent, idque acriter contenderent sancta tamen synodus quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque sancivit, ne quid ulterius de fide scriberetur; & sese contentos esse Nicæna fide declararunt, ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineretur: neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido est semper nova statuere, occasio hujusmodi suppeditaretur, ut iterum atque iterum de fide definiant.* Hæc utilissime decreta fuere contra diversas fidei formulas eas, quas supra in notis ad concilium Antiochenum retulimus. Hinc igitur manifesti erroris convincitur Vigilius episcopus [a] Tridentinus, qui lib 5. contra Eutychen affirmat septem capitula ad fidem spectantia, post illa quæ Nicææ statuta essent, a patribus catholicæ professionis in Sardicensi concilio addita fuisse Formulam fidei, qua synodalis epistola ad omnes totius orbis episcopos scripta infra extans aucta reperitur, surreptitiam esse, & ab aliquo superadditam, prædicta Athanasii auctoritate firmissime confirmatur. Qua de re infra in notis ad eamdem epistolam plura dicemus. Vide Bar. anno 347. n. 40. 41. 42. Canonum Sardicensium jactura, excidio vel occultatione contigisse oportuit, ut quantumvis Sardicensi concilio Gratus Carthaginensis episcopus cum aliis trigintaquinque Africanis interfuerit, quidve in eo definitum sit, Africana ecclesia tempore Carthagin. I. ut constat ex can. 5. Carthag. I non ignoraverit; tamen ejusdem ecclesiæ posteri & successores episcopi tempore Zosimi & Bonifacii pontificum, utrumque concilium, nempe Carthaginense I. & Sardicense, citra culpam ignoraverint: si enim eo tempore prædicta concilia extitissent, illa gravissima controversia de appellatione, cum periculo schismatis exorta, aut facile componi potuisset, aut nunquam exorta fuisset.

Canones hujus concilii quot extent.

Sardicensis synodus Nicænæ fidei nihil addi præcipit.

Vigilius episcopus Tridentinus erroris arguitur.
[a] errat

Sardicense & Carthag. 1. cur Africanis incognita fuerint?

Hujus concilii aliquot canones, can. 3. Carthaginensis VI. & can. 101. Africani concilii, sub nomine Nicænæ synodi citantur & allegantur; vel quia tota Sardicensis synodus Nicænæ confirmatio, ejusque tantum quasi interpres, ideoque cum Nicæna una eademque synodus habita fuerit: vel quod a Nicæna vere eadem ante quidem constituta fuerint, sed ab ipso Nicæno concilio hi cum multis aliis exciderint: vel demum, quia utriusque synodi canones collector nomine & titulo Sardicensis, quod ab Arianis valde diffamatum fuerat, expuncto, ita conjunxerit, ut omnes unius ejusdemque Nicæni concilii canones esse viderentur, Posterior ratio Baronio & Bellarmino locis supra allegatis probabilior esse videtur.

Canones Sardicensis concilii cur alibi sub nomine Nicænæ synodi allegentur.

i *Osius.*] Occasione Eusebii Nicomediensis, quia post duas sedes mutatas se Constantinopolim transferri curaverat, aliorumque etiam episcoporum, qui humanæ gloriæ libidine incitati, e minoribus ad majores sedes provehi laboraverant, ideoque Athanasio & Eustathio Antiocheno primatibus ejiciendis ac deturbandis, ex ambitione calumniam intulerant; hac, inquam, occasione gravius hic, quam Nicæni concilii canone 15. constitutum fuit, ne episcopi eas, in quibus ordinati sunt, sedes alio transferant aut immutent. Nicæna synodus canone 15. jussit eosdem licet invitos, in pristinam sedem reduci: a patribus hujus concilii constitutum fuit, ne laica communione etiam in fine vitæ impartirentur. Vide notas Nicæni concilii supra. Baron anno 347. num 46.

Canon 1. Eusebius Nicomediensis ambitione sua occasionem præbuit sanciendi hunc canonem. Episcopis sedium transmutatio interdicitur.

k *Episcopi de sua provincia*] Ne episcopi, nisi ab aliis invitati fuerint, de provinciis in provincias transeant, decretum est ob Eusebianos, eosdemque Arianos errones, qui longe a sedibus suis per diversas provincias ex animi sententia vagabantur. Inter quos erant Vrsacius & Valens, qui cum in Mysia & Pannonia sedes haberent, semper extra provinciam cum impietatis sociis inventi sunt. Vide notas canonum 14. & 15. concilii Nicæni. Baron. num. 47. anno 347.

Canon 3. Valens & Vrsacius episcopi vagi causam dederunt Canoni.

l *Quod si aliquis episcoporum judicatus fuerit.*] Hoc canone tertio, sicut etiam quarto & septimo declaratur expedire ut ordinarie episcopis ad sedem apostolicam provocantibus & appellantibus deferatur Iure divino non tantum

Appellandi potestas ad Romanum pontificem quo jure concessa.

ANNO CHRISTI 347.

tantum permiſſum erat, ut epiſcopi injuriam paſſi ad ſummum eccleſiæ & Romani pontificis tribunal provocarent; verum etiam frequenter ante hæc tempora de facto obſervatum, ut tam presbyterorum, quam epiſcoporum appellationes ad apoſtolicam ſedem admitterentur: adeo ut veriſſimum ſit, quod ſcribit S. Leo epiſtola 89 ad epiſcopos Galliæ, hanc eſſe antiquiſſimam eccleſiæ conſuetudinem.

Exempla ad Romanum pontificem appellantium.

Ad Pium I. Marcion, ad Cornelium Fortunatus & Felix in Africa; ad Stephanum pontificem Baſilides in Hiſpania depoſitus, appellarunt. Athanaſius, ut ſupra in Romanis conciliis dictum eſt, ad Iulium pontificem provocans, per eum ab Arianorum calumnia & depoſitionis ſententia abſolutus fuit.

Quid de appellatione ad Romanum pōtificem ſynodus conſtituerit.

Vnde manifeſtum eſt, quod patres hujus concilii de jure & appellandi poteſtate nihil noviter conceſſerint, ſed tantum declararint uſum & exercitium poteſtatis, de quo non ſine cauſa ipſi ante dubitaverant, nunc eccleſiæ univerſali omnino expedire: partim, ne ſi omnium appellationes ſine diſcrimine cauſæ admitterentur, nullus litigandi finis eſſet: partim, ne ſi omnis appellandi poteſtas adimeretur, inferiores judices epiſcopi tunc vere tyrannidis occaſionem adipiſcerentur. Bellarminus lib. 2. de Rom. pontif. cap. 21 & 25 ubi ex jure illo, quo ex quavis parte orbis Chriſtiani ad Romanum pontificem provocatur, primatum Romanæ eccleſiæ contra hæreticos noſtri temporis optime confirmat.

Canon tertius eſt unus ex illis tribus quos Zoſimus & Bonifacius in Africa executioni mādari petiverunt.

E tribus illis canonibus Nicæni concilii, quos Zoſimus papa per legatos ab Africanis executioni mandari petivit, primarius eſt hic canon Sardicenſis concilii tertius, quartus & ſeptimus, quo declaratur ut epiſcopi ad Romanum pontificem appellantes admittantur & audiantur. Secundum & tertium infra recenſebimus, can. 8. 9 &c. & 17. Quare hi canones Nicæni nominentur a prædictis pontificibus, ſupra diximus. Hi omnibus, quæ canone 3. 4. & 7. de appellationibus epiſcoporum ad Romanum pontificem renovata fuere, Arianos cauſam & occaſionem dediſſe, extra dubium eſt. Quam indigne tulerint Athanaſium, Marcellum, Aſclepam, Paulum, alioſque ſedibus ſuis deturbatos, per Iulium abſolutos, ac priſtinæ ſedi reſtitutos fuiſſe, ex dictis patet.

Appellante epiſcopo ad Romanum pontificem, nemo ei ſufficiendus eſt.

Quod pendente cauſa Athanaſii coram Iulio pontifice Romano, Euſebiani non expectata ſententia pontificis, in locum Athanaſii Gregorium Cappadocem intruſerint, ſuggerente Gaudentio epiſcopo, additum eſt decretum, quod habetur canone 4. ne in locum damnati aliquem ſufficere liceat, dum ille, qui ad Romanum pontificem appellaſſet, ejus ſententiam expectaret. Bar. n. 48.

Canon 6. Iſchyras vici ſui epiſcopus cōſtitutus ab Arianis, cauſam dedit huic ſāctioni.

m *Licentia danda non eſt ordinandi epiſcopum, aut in vico.*] Hoc decretum ea de cauſa ſancitum eſt, quod Ariani Iſchyram, ad extruendas Athanaſio calumnias epiſcopatus pollicitatione inductum, poſt condemnationem Athanaſii in Tyrio conciliabulo epiſcopum ſuiipſius vici creaverant. Vide notas Tyrii concilii. Baron. num. 49.

Canon 8. 9. 10. 11. 12. Aulæ imperatoriæ acceſſus epiſcopis quomodo interdictus.

n *Ne epiſcopi ad comitatum accedant.*] Id eſt, ad curiam vel aulam imperatorum: idque ad ſuggeſtionem Grati Carthaginenſis epiſcopi in Africa conſtitutum fuit; quia ibidem maxime cum multorum ſcandalo hoc vitium in clerum irrepſerat. Quibus perſonis, quave conditione nonnullis ad comitatum ire permiſſum fuerit, ſatis perſpicue ipſi canones declarant.

Cur Canon hic Nicænus appelletur.

Hic eſt ille tertius canon Nicænus, ſic dictus, quod Nicæni alicujus decreti confirmatio ſit aut interpretatio: vel quia omiſſo nomine ac titulo Sardicenſis concilii ab Arianis diffamati, cum Nicænis canonibus a collectore conjunctus fuerit: quem Zoſimus per legatos ſuos ab Africanis executioni mandari petivit. Vide quæ diximus ſupra. item Baron. num. 50.

Canon 11. Canalium quid.

o *Qui in canalio conſtitutus eſt.*] Epiſcopi in canalio conſtituti dicebantur, qui ſedes habebant in curſu publico, via ſcilicet, qua equi publice per ſtationes ſingulas ad iter agendum diſpoſiti erant. Hæc expoſitio patet ex libro 15. C. Theod. de via publica. His epiſcopis ex ſuggeſtione Gaudentii præcipitur, ne recipiant in communionem antiſtites, quos vel non vocatos, vel abſque literis primatis ad comitatum proficiſci contingeret. Demum etiam honore & dignitate cariturós, qui eo modo ad imperatorem contenderent. Baron. num. 53.

Canon 13. Occaſio hujus can.

p *Et hoc neceſſarium arbitror.*] Ariani Gregorium Cappadocem Alexandriæ Athanaſio ſuffectum, ex laico epiſcopum ordinantes, huic ſanctioni cauſam dediſſe videntur: qua præcipitur, ne laicus poſtulatus epiſcopus ordinetur, niſi in ſingulis eccleſiaſticis ordinibus prolixo tempore exercitatus atque probatus foret.

Canon 17. An & quomodo clericis appellatio conceſſa fuerit.

q *Habeat poteſtatem is qui abjectus eſt, ut epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa ejus audiatur.*] Clericus ab epiſcopo ſuo communione injuſte privatus, permittitur finitimorum epiſcoporum judicium implorare, & ad eorum ſedem appellare. Canone vigeſimo ſecundo concilii Milevitani idem, quod hic, præcipitur presbyteris & clericis minoribus; ut ſcilicet ſuas cauſas apud vicinos epiſcopos terminari permittant, & ad ſedem apoſtolicam ulterius non appellent. An, & quomodo Apiarii presbyteri Af.icani ad Romanum pontificem provocantis appellatio recepta fuerit, dicemus infra in concilio Carthaginenſi ſexto. Vide Bellarminum lib. de Roman. pontif cap. 24.

r *Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium civitas.*] Cur hic conſtitutum fuerit, ne clerici extranei diu morarentur Theſſalonicæ in oriente, cauſam hanc eſſe putamus. Vicarius Romani pontificis ſedebat Theſſalonicæ, ut patet ex epiſtola 84. Leonis, qua ſcribens ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, facit eum per orientem Romani pontificis vicarium, ſicut ejus predeceſſores fuerant vicarii ſuorum prædeceſſorum Romanorum pontificum. Vt hunc ſpectarent, Theſſalonicam ex tota Græcia clerici confluebant, ibique diutius quam oportebat, hærebant. Vicarium pontificis appello, cui in longinquas & remotiores provincias amandato pontifex Romanus, reſervatis ſibi cauſis majoribus, judicandi & regendi eccleſias illas vicem ſuam aut ordinarie, aut ſaltem ad tempus delegavit. Ex quo ſane illuſtriſſimus cardinalis Bellarminus lib. 2 de Roman pontif. cap. 20. aptiſſime concludit, ſummum totius eccleſiæ judicium ad ſedem apoſtolicam pertinere, ipſumque Romanum pontificem demandatam ſibi a Chriſto totius eccleſiæ monarchiam optimo jure ſemper in eccleſia uſurpaſſe. Sicut enim ex eo, quod ad provincias gubernandas mittuntur p.oreges, iiſdemque reſervatione majorum cauſarum judicia delegantur, prædictarum provinciarum ſubjectio, ipſius vero regis poteſtas, juriſdictio & dominium recte colligitur; ita quoque ex eo, quod apoſtolica ſedes vicarios habebat in omnibus fere longinquis regionibus, vel vices ſ..as ad tempus alicui committebat, gravioribus negotiis ſibi reſervatis, recte inferimus, ad apoſtolicam ſedem totius eccleſiæ regimen ac judicium pertinere. Bellarminus prædicto loco.

ſ *Et ſubſcripſerunt, qui convenerant epiſcopi omnes.*] Trecentos ſeptuaginta ſex catholicos & orthodoxos epiſcopos ex triginta ſex provinciis in concilio congregatos fuiſſe, ſupra diximus. Provinciæ omnes ab Athanaſio recenſentur apologia ſecunda. Nomina vero epiſcoporum, non quidem omnium, ſaltem celebriorum, ab Athanaſio epiſtola ſynodali encyclica, quam ad omnes totius orbis epiſcopos ſcripſit, quamque ex eo huc tranſtulimus, infra ſubſequuntur. E quorum numero, ii qui confeſſionis gloria celebres concilio Nicæno interfuerunt, ſunt: Maximus Hieroſolymitanus, Athanaſius Alexandrinus, & Paphnutius epiſcopus: poſt hos ſanctitate & miraculis clari, Serapion, & Spyridon cum ſuo diſcipulo Triphyllio, quem in hoc fortaſſe conventu orantem, ut ſupra diximus in concilio Nicæno, Spyridon reprehendit, quod nimia diffluens eloquentia, ſimplici voce divinæ ſcripturæ (grabbatum) uti dedignatus fuiſſet. Ex Italia vero lumina clariſſima eamdem ſynodum illuſtrarunt, nobiles ſanctitate & illuſtrium ſedium epiſcopi, Protaſius Mediolanenſis, Severus Ravennas, Lucillus Veronenſis, Ianuarius Beneventanus, epiſcopi. Ex Galliis autem inter alios celebris nominis ob egregiam ſanctitatem & doctrinam antiſtites interfuiſſe & ſubſcripſiſſe ponuntur; Maximinus epiſcopus Trevirenſis, Servatius Tungrenſis, Simplicius Auguſtodunenſis, Martinus Moguntiacus, Euphrates Agrippinenſis, aliique fortaſſe omnes, qui in concilio Agrippinenſi recenſentur in principio. Ex Africa Gratum Carthaginenſem epiſcopum cum triginta Africanis aliis Athanaſius refert. De Fortunatiano Aquileienſi, Protaſio Mediolanenſi, Severo Ravennate epiſcopo, vide Baronium an. 337. n. 69. & ſequentibus: item quæ diximus ſupra in notis ad concilium Romanum I. ſub Iulio. Arium epiſcopum, cujus nomen ſubſcriptum invenitur, orthodoxum & catholicum fuiſſe oportuit. Nam, ut ſupra diximus, hæreticorum nemo ad concilium venit. Theodorus Heracleæ, Narciſſus Neroniædis, Stephanus Antiochiæ: Georgius Laodiceæ, Acacius Cæſareæ Palæſtinæ, Menophantes Epheſi, Vrſacius & Valens Pannoniæ epiſcopi præ reliquis ob ſcelus magis famoſi, urbem quidem Sardicam ingreſſi fuerunt, ſed ad concilium per Oſium amice invitati, omnes ſubterfugerunt, ut pluribus ſupra retuli, verbo, *a trecentis ſeptuaginta.* Arius itaque hic ſubſcriptus non poteſt fuiſſe Arius ille auctor hæreſeos, presbyter dumtaxat Alexandrinus, non epiſcopus, ſed aliquis alius epiſcopus ejuſdem nominis catholicus: & fortaſſe is, cum quo Athanaſius Laodiceæ in Syria anno Chriſti 338. diſputaſſe ſcribitur, & ante habitam diſputationem fortaſſe Arianum convertit. Vincentius Capuæ epiſcopus eſt ille, cui cum Euphrate Agrippinenſi Antiochiam ablegato ad imperatorem, Ariani magno cum incommodo ſuæ factionis crimen impudicitiæ impingere conati fuerunt, ut ſupra prolixius a nobis eſt narratum.

ANNO CHRISTI 347.

Appendix epistolæ tertiæ concilii Sardicensis.

Ex Theodoreto lib. 2. cap. 6.

A Ἀποκηρύττομεν δὲ ἐκείνους, καὶ ἐξορίζομεν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τοὺς διαβεβαιουμένους, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς δηλονότι, ἀλλὰ μὴν ἀληθινὸς Θεὸς οὐκ ἔστιν. ὅτι υἱός ἐστιν, ἀλλὰ ἀληθινὸς υἱὸς οὐκ ἔστιν. ὅτι γεννητός ἐστιν ἅμα καὶ ἀγέννητος. οὕτως ἑαυτοὺς νοεῖν τὸ γεγεννημένον ὁμολογοῦσιν, ὅτι, οὕτως εἶπον, τὸ γεγεννημένον ἐστί· καὶ ὅτι τοῦ Χριστοῦ πρὸ αἰώνων ὄντος, διδόασιν αὐτῷ ἀρχὴν καὶ τέλος, ὅσπερ οὐκ ἐν καιρῷ, ἀλλὰ πρὸ παντὸς χρόνου γένεσιν ἔχει. καὶ ὑπόγυιον δὲ δύο ἔχεις ἀπὸ τῆς ἀσπίδος τῆς Ἀρειανῆς ἐγεννήθησαν, Οὐάλης καὶ Οὐρσάκιος, οἵτινες καυχῶνται καὶ οὐκ ἀμφιβάλλουσι λέγοντες ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς εἶναι, B καὶ ὅτι ὁ λόγος, καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἐσφάγη, καὶ ἀπέθανεν, καὶ ἀνέστη· καὶ ὅτι περ τὸ τῶν αἱρετικῶν σύστημα φιλονεικεῖ, διαφόρους εἶναι τὰς ὑποστάσεις τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἶναι κεχωρισμένας. ἡμεῖς δὲ ταύτην παρειλήφαμεν καὶ δεδιδάγμεθα, καὶ ταύτην ἔχομεν τὴν καθολικὴν παράδοσιν, καὶ πίστιν, καὶ ὁμολογίαν, μίαν εἶναι ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ οἱ αἱρετικοὶ οὐσίαν προσαγορεύουσι, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ εἰ ζητοῖεν, τίς τοῦ υἱοῦ ἡ ὑπόστασίς ἐστιν, ὁμολογοῦμεν ὡς αὕτη ἣν ἡ μόνη τοῦ πατρὸς ὁμολογουμένη· μηδέποτε πατέρα χωρὶς υἱοῦ, μηδὲ υἱὸν χωρὶς πατρὸς γεγενῆσθαι, μηδὲ εἶναι δύνασθαι ὅ ἐστι λό- C γος πνεῦμα οὐκ ἔχων. ἀτοπώτατον γάρ ἐστι λέγειν ποτὲ πατέρα γεγενῆσθαι χωρὶς υἱοῦ, μήτε ὀνομάζεσθαι, μήτε εἶναι δύνασθαι, ἐστὶν αὐτοῦ μαρτυρία τοῦ υἱοῦ λέγουσα, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. οὐδεὶς ἡμῶν ἀρνεῖται τὸν γεγεννημένον, ἀλλὰ γεγεννημένον πρὸ πάντων, ἅπερ ἀόρατα καὶ ὁρατὰ προσαγορεύεται, ποιητὴν καὶ τεχνίτην καὶ ἀρχαγγέλων καὶ ἀγγέλων, καὶ κόσμου, καὶ ἀνθρωπίνου γένους· ὅτι φησίν· ἡ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με σοφία. καὶ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. οὐ πάντοτε γὰρ εἶναι ἠδύνατο, εἰ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι ὁ πάντοτε ὢν D ἀρχὴν οὐκ ἔχει λόγος· Θεὸς δὲ οὐδέποτε ὑπομένει τέλος. οὐ λέγομεν τὸν πατέρα υἱὸν εἶναι, οὐδὲ πάλιν τὸν υἱὸν πατέρα εἶναι· ἀλλ' ὁ πατὴρ πατήρ ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς πατρὸς υἱός. ὁμολογοῦμεν δύναμιν εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. ὁμολογοῦμεν τὸν λόγον Θεοῦ πατρὸς εἶναι, παρ' ὃν ἕτερος οὐκ ἔστι· καὶ τὸν λόγον ἀληθῆ Θεὸν, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν· ἀληθῆ δὲ υἱὸν παραδεδόκαμεν. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ οἱ λοιποὶ υἱοὶ προσαγορεύονται, τὸν υἱὸν λέγομεν· ὅτι ἐκεῖνοι ἢ διὰ τοῦτον θεοὶ εἶεν τῆς ἀναγεννᾶσθαι χάριν, ἢ διὰ τὸ καταξιωθῆναι, υἱοὶ προσαγορεύονται, οὐ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἥτις ἐστὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ὁμολογοῦμεν μονογε- E νῆ, καὶ πρωτότοκον· ἀλλὰ μονογενῆ τὸν λόγον, ὃς πάντοτε ἦν καί ἐστιν ἐν τῷ πατρί. τὸ πρωτότοκος δὲ, τῷ ἀνθρώπῳ. διαφέρει δὲ τῇ κοινῇ κτίσει, ὅτι καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. ὁμολογοῦμεν εἶναι Θεόν· ὁμολογοῦμεν μίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητα. οὐδέ τις ἀρνεῖταί ποτε τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ μείζονα, οὐ δι' ἄλλην ὑπόστασιν, οὐδὲ διὰ τὴν διαφορὰν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς μεῖζόν ἐστι τοῦ υἱοῦ. αὕτη δὲ αὐτῶν ἡ βλάσφημος καὶ διεφθαρμένη ἑρμηνεία. τούτου ἕνεκα εἰρηκέναι αὐ-

Abdicamus porro, & ab ecclesia catholica exterminamus eos, qui affirmant Christum esse Deum, sed verum Deum non esse; filium esse, sed verum filium non esse: genitum esse simul & ingenitum. Sic enim se intelligere genitum profitentur, quia sic dixerunt, Quod est genitum, est: & quia cum Christus ante sæcula sit, principium ei tribuunt atque finem, qui non in tempore, sed ante omne tempus generationem habet. Nuper etiam viperæ duæ [b] ex aspide Ariana prodiere, Valens & Vrsacius, qui gloriantur & non dubitant se dicere Christianos, qui & Verbum, & Spiritum crucifixum, vulneratum, & mortuum esse, & resurrexisse, quodque hæreticorum cohors contendit, diversas esse hypostases Patris, & Filii, & Spiritus sancti pronuntiant, & eas separatas esse. [c] Nos autem hanc percepimus, & didicimus, & hanc habemus catholicam traditionem, & fidem atque confessionem, unam esse hypostasim, quam ipsi hæretici usiam vocant, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et si quærant quæ sit Filii hypostasis, profitemur eam esse, quam & Patris solam esse in confesso est. Neque unquam Patrem sine Filio, neque Filium sine Patre fuisse, nec esse posse quod est Verbum sine Spiritu. Absurdissimum namque est dicere aliquando Patrem non fuisse Patrem: & Patrem sine Filio neque nominari, neque esse posse, ipse Filius testatur, *Ego in Patre, & Pater in me.* & *Ego & Pater unum sumus.* Nullus nostrum negat genitum, sed genitum ante omnia quæ visibilia & invisibilia nuncupantur, factorem & opificem archangelorum & angelorum, & mundi, & humani generis, quoniam ita dicit: *Omnium artifex sapientia docuit me.* &, *Omnia per ipsum facta sunt.* Nam semper esse non poterat, si sumpsit exordium: jam quod semper est Verbum initium non habet: Deus autem nunquam terminum admittit. Non dicimus Patrem Filium esse, nec rursum Filium Patrem esse: sed Pater Pater est, & Filius Patris est Filius. Confitemur virtutem Patris esse Filium. Confitemur Verbum Dei Patris esse, præter quod aliud non est: & Verbum verum Deum & sapientiam & virtutem, verumque Filium affirmamus. Sed non sicut ceteri filii appellantur, ita Filium dicimus: quia illi aut per hunc regenerationis gratia Dei sunt, aut eo quod digni fiant, filii nominantur, non autem ob unam substantiam quæ est Patris & Filii. Confitemur item & unigenitum & primogenitum: sed unigenitum Verbum, quod semper fuit & est in Patre: primogenitum autem, propter naturam humanam. Differt tamen a communi creatura, quia est etiam primogenitus ex mortuis. Confitemur Deum esse: confitemur unam Patris & Filii divinitatem. Nec quisquam negat Patrem Filio majorem, non propter aliam hypostasim vel propter differentiam, sed quia ipsum nomen Patris majus est quam Filii. Hæc autem illorum est impia & vitiosa interpretatio, qua dictum ab

Ioan. 14. 10.
Ioan. 10. 30.
Sap. 7. 21.
Ioan. 1. 3.

ANNO CHRISTI 347.

eo contendunt, *Ego & Pater unum ſumus*, propter conſenſum & concordiam. Sed ſtultam & abjectam iſtorum ſententiam catholici omnes improbavimus. Quia ſicut mortales homines ſolent, cum altercari cœperint, infenſis animis diſſidere, ac poſtea reconciliari: ſic diſſidium ac diſſenſionem inter Patrem omnipotentem & Filium incidere poſſe dicunt; quod vel ſuſpicari aut animo fingere eſt abſurdiſſimum. Nos vero & credimus & affirmamus, & intelligimus divinam hanc vocem, *Ego & Pater unum ſumus*, de unitate ſubſtantiæ, quæ in Patre & Filio unica eſt, capiendam eſſe. Credimus etiam hunc ſemper, ac ſine initio, & ſine fine regnare cum Patre, regnumque ejus nec tempus habere quo definiatur, nec unquam deſinere: quia quod ſemper eſt, nec unquam cœpit eſſe, nec deſinere poteſt. Credimus & mente complectimur paracletum Spiritum ſanctum, quem nobis ipſe dominus & promiſit & miſit: & hunc credimus miſſum. Sed is paſſus non eſt, ſed homo, quem aſſumpſit ex Maria virgine, hominem qui pati poſſet: quia homo mortalis, Deus vero immortalis. Credimus tertia die reſurrexiſſe: reſurrexit autem, non Deus in homine, ſed homo in Deo quem & patri ſuo donum obtulit, quemque a peccato & interitu liberavit. Credimus etiam opportuno ac definito tempore omnes & de omnibus judicaturum. Tanta ſiquidem eorum eſt ſtultitia, & tam denſis tenebris eorum mens occæcata, ut lucem veritatis cernere nequeant. Non intelligunt quo ſenſu dictum ſit, *ut & ipſi in nobis unum ſint*. Palam enim eſt cur unum: quia videlicet apoſtoli ſanctum Dei Spiritum acceperunt, & tamen ipſi ſpiritus non erant, nec ullus eorum aut verbum, aut ſapientia, aut virtus, vel unigenitus erat. *Sicut ego*, inquit, *& tu unum ſumus, ſic & ipſi in nobis unum ſint*. Sed & accurate vox divina diſtinxit: *In nobis*, inquit, *unum ſint*. Non ait, Sicut nos unum ſumus ego & pater: ſed ut diſcipuli in ſemetipſis conjuncti & copulati unum ſint fide & confeſſione, in gratia item & pietate Dei patris, & domini ac ſervatoris noſtri conceſſione & caritate unum eſſe poſſint.

A τὸν φιλονεικοῦσιν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, διὰ τὴν συμφωνίαν καὶ τὴν ὁμόνοιαν. κατέγνωμεν δὲ πάντες οἱ καθολικοὶ τῆς μωρᾶς καὶ οἰκτρᾶς αὐτῶν διανοίας. καὶ ὥσπερ γὰρ οἱ ἄνθρωποι θνητοὶ ἐπειδὴ διαφέρεσθαι ἤρξαντο, προσκεκρουκότες διχονοοῦσι, καὶ εἰς διαλλαγὴν ἐπάνεισιν· οὕτως διάστασις καὶ διχόνοια μεταξὺ πατρὸς Θεοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι δύναται, λέγουσιν· ὅπερ ἀτοπώτατον καὶ ὑπονοῆσαι καὶ ὑπολαβεῖν. ἡμεῖς δὲ καὶ πιστεύομεν καὶ διαβεβαιούμεθα, καὶ οὕτω νοοῦμεν, ὅτι ἡ ἱερὰ φωνὴ ἐλάλησεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἑνότητα, ἥτις ἐστὶ μία B τοῦ πατρὸς, καὶ μία τοῦ υἱοῦ. καὶ τοῦτο δὲ πιστεύομεν, πάντοτε, ἀνάρχως, καὶ ἀτελευτήτως τοῦτον μετὰ τοῦ πατρὸς βασιλεύειν, καὶ μὴ ἔχειν μήτε χρόνον διορίζοντα, μήτε ἐκλείπειν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· ὅτι ὃ πάντοτέ ἐστιν, οὐδέποτε τοῦ εἶναι ἤρξατο, οὐδὲ ἐκλείπειν δύναται. πιστεύομεν δὲ καὶ παραλαμβάνομεν τὸν παράκλητον τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ ἡμῖν αὐτὸς ὁ κύριος καὶ ἐπηγγείλατο καὶ ἔπεμψε, καὶ τοῦτο πιστεύομεν πεμφθέν. καὶ τοῦτο οὐ πέπονθεν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὃν ἐνεδύσατο, ὃν ἀνέλαβεν ἐκ Μαρίας C τῆς παρθένου, τὸν ἄνθρωπον τὸν παθεῖν δυνάμενον· ὅτι ἄνθρωπος θνητὸς, Θεὸς δὲ ἀθάνατος. πιστεύομεν ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη, οὐχ ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ Θεῷ ἀνέστη, ὅντινα καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ ἑαυτοῦ δῶρον, ὃν ἠλευθέρωσεν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς φθορᾶς. πιστεύομεν δὲ ὅτι εὐθέτῳ καιρῷ καὶ ὡρισμένῳ πάντας καὶ περὶ πάντων αὐτὸς κρινεῖ. τοσαύτη δὲ αὐτῶν ἐστιν ἡ ἄνοια, καὶ οὕτω παχεῖ σκότει ἡ διάνοια αὐτῶν ἐκτετύφλωται, ἵνα μὴ δυνηθῶσιν ἰδεῖν τὸ φῶς τῆς ἀληθείας. οὐ συνιᾶσιν ᾧ λόγῳ εἴρηται, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι. σαφές ἐστι διὰ τί ἕν. ὅτι οἱ ἀπό-D στολοι πνεῦμα ἅγιον τοῦ Θεοῦ ἔλαβον, ἀλλ' ὅμως αὐτοὶ οὐκ ἦσαν πνεῦμα, οὐδέ τις αὐτῶν ἢ λόγος, ἢ σοφία, ἢ δύναμις ἦν, οὐδὲ μονογενὴς ἦν. ὥσπερ ἐγώ, φησι, καὶ σὺ ἕν ἐσμεν οὕτως καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. ἀλλὰ καὶ ἀκριβῶς διέστειλεν ἡ θεία φωνὴ, ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι, φησίν. οὐκ εἶπεν, ὥσπερ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ· ἀλλ' ἵνα οἱ μαθηταὶ ἐν αὐτοῖς σύζυγοι καὶ ἡνωμένοι ἓν ὦσι τῇ πίστει, καὶ ὁμολογίᾳ, καὶ ἐν τῇ χάριτι καὶ εὐσεβείᾳ τῇ τοῦ Θεοῦ πατρὸς, καὶ τῇ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν συγχωρήσει καὶ ἀγάπῃ ἓν εἶναι δυνηθῶσιν.

NOTÆ EIVSDEM SEVERINI BINII.

Appendix Theodoreti epiſtolæ ſurreptitie ſuperaddita.

Ratio I.

Hæc epiſtola ſynodica, quæ recitatur a Theodoreto, diverſæ tranſlationis eſt ab ea, quæ ex Athanaſio extat ſupra poſt finem Sardicenſis, atque appendice aliqua formulam fidei continente, aucta reperitur: quam ſurreptitiam eſſe, & ab aliquo ſuperadditam, duplici ratione evidentiſſima probatur. Quarum prima eſt, quod Vrſacius & Valens hac appendice Sabellianæ hæreſeos ſectarii fuiſſe referuntur; quos ex epiſtolis ſynodalibus duabus præcedentibus, atque ex oblatis pœnitentiæ libellis, Arianæ perfidiæ propugnatores extitiſſe manifeſtum eſt. Si quod hic refert appendix, Valens & Vrſacius cum verbo Dei Spiritum ſanctum etiam crucifixum, paſſum & mortuum fuiſſe aſſeruerint, omnem perſonarum in Trinitate diſtinctionem, quod Sabellianum eſt, ſuſtuliſſent: Arianorum vero *conjurata turba* (verba appendicis ſunt) *contendit varias Patris, Filii, & Spiritus ſancti ſubſiſtentias*, (intellige ſubſtantias) *eſſe, eaſque ſeparatas*. Hoc poſterius ſi Valens & Vrſacius docuerunt, Arianæ, non Sabellianæ hæreſeos ſectatores fuiſſe, adeoque de fide ſuſpectum eſſe oportet, quod aſſerit eadem appendix, cum verbo Dei Spiritum ſanctum crucem & mortem ſubiiſſe, a Valente & Vrſacio creditum fuiſſe. Altera vero ratio hæc eſt: prædicta appendix novam quamdam, quaſi a patribus Sardicenſis concilii edita foret, fidei formulam complectitur: teſtimonio autem Athanaſii ex ſynodo Alexandrina ad legatos apoſtolicæ ſedis, Euſebium & Luciferum ſcribentis, aperte conſtat, in Sardicenſi concilio nullam prorſus fidei regulam editam, imo ne uno quidem verbo aut apice illam Nicænam priorem auctam, aut quovis prætextu explanatam fuiſſe. Verba Athanaſii ſupra retulimus, eademque paulo infra referemus. Non immerito igitur hæc appendix ad epiſtolam ſynodalem a Theodoreto deſcriptam, virgula hac cenſoria notatur. Baron. an. 347. num. 38 & 41.

Ratio II.

a *Abdicamus autem illos.*] Ea quæ ab hoc loco uſque ad finem epiſtolæ ſubjunguntur, ex duplici ratione ſupra allegata, ſurreptitia videri paulo ante diximus; tum quod Valens & Vrſacius juxta confeſſionem appendicis Ariani, tres diverſas ſubſtantias in Trinitate conſtituentes, Spiritum ſanctum cum filio Dei crucifixum ac mortuum fuiſſe, quod Sabellianum eſt, non Arianum, crediđiſſe non potuerint: tum etiam quod patres Sardicenſis concilii novam aliam fidei formulam addiderint.

Hæc v[...] ſurrep[...] ſunt.

b *Ex Aſpide Ariana prodiere Valens & Vrſacius.*] Si quod hic & duabus præcedentibus epiſtolis non uno in loco aſſeritur, quodque ex oblatis eorum pœnitentiæ libellis

infra recensendis evincitur, Valens & Vrsacius Ariani fuerint, non video qua ratione sustineri possit id, quod infra subjungitur, ipsos credidisse, cum Verbo Dei Spiritum sanctum vulneratum, interfectum & mortuum fuisse, & a mortuis resurrexisse.

c *Nos autem hanc percepimus & didicimus.*] Hæc est illa formula fidei, quam huic encyclicæ synodali epistolæ apud Theodoretum extanti superadditam fuisse, auctoritate Athanasii supra probavimus. Verba illius ex synod. Alex. ad legatos apost. scribentis hæc sunt: *Tabellas nonnulli jactant quasi ex Sardicensi synodo de fide conscriptas: ne legi quidem semel aut proferri sinatis, nihil enim tale concilium definivit. Quamvis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno concilio, adscribere vellent, idque acriter contenderent; sancta tamen synodus, quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque sancivit, ne quid ulterius de fide scriberetur: & sese contentos esse Nicæna fide declararunt, ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineretur; neque edendam esse* B *aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur; neve illis quibus libido est semper nova statuere, occasio hujusmodi suppeditaretur, ut iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter si quis hac aut aliud quippiam cavillabitur, compescite illos, & ad studium pacis inducite: nihil enim in istis agnoscere possumus, nisi contendi libidinem.* Hæc Athanasius. Quod Sozomenus lib. 3. c. 11 ait; *Patres concilii Sardicensis aliam fidei formulam edidisse pluribus quidem verbis scriptam, quam quæ in concilio Nicæno edita fuisset, eo consilio, ne Arianis, qui brevitate formulæ fidei in eo concilio editæ abutebantur, facultas ex verbis daretur imperitos in absurdam aliquam opinionem rapiendi.* Hæc inquam Sozomenus eadem facilitate, qua Theodoretus, errore lapsus scripsit; vel quod putarit appendicem superadditam ejusdem concilii fuisse, cujus est epistola; vel quod in eam Arianorum formulam inciderit, quam ipsos nomine Sardicensis concilii condecoratam edidisse, infra dicemus. Ex quibus etiam erroris convincitur Vigilius episcopus Tridentinus, dum agens contra Eutychen lib. 5. affirmat, septem capitula ad fidem spectantia, post illa quæ in Nicæa statuta essent, a patribus catholicæ professionis in Sardicensi concilio addita fuisse. Vide Baron. an. 347. num. 39. 40. & 41.

CONCILIABVLVM SARDICENSE
A SEMIARIANIS HABITVM
Philippopoli in Thracia.

Præter formulam fidei & epistolam ad Africanos scriptam, quas infra subjungi curavimus, nihil extat.

Conciliabulum.] Semiariani Sardica per fugam elapsi, ideo quod in legitimo Sardicensi D concilio justa judicii forma constituto, de futura victoria nihil sibi pollicerentur, in urbe Philippi, quæ est in Thracia, anno Christi 347. vel saltem 348. seorsim convenerunt, ibique instar canum petram eam, a qua læsi fuerant, frustra mordentium, in Iulium Romanum pontificem, Osium Cordubensem, Maximinum Treverensem, aliosque orthodoxæ fidei episcopos, quod cum Athanasio, Paulo, Marcello & Asclepa suo judicio condemnatis communicassent, anathematis sententiam pronuntiarunt, eamque subito per literas encyclicas ad diversos episcopos scriptas (exemplar earum, quas ad Donatum Carthaginensem miserunt, ex bibliotheca Petri Pithœi nostra cura huc recens translatum extat E infra) promulgatam denuntiarunt. Post quatuor fidei regulas Antiocheno conventiculo in encæniis celebrato editas, hoc eodem malignantium congressu quintam perfidiæ formulam ementito Sardicensis concilii nomine insignitam fabricarunt; in qua Arii positionibus quibusdam damnatis (unde teste Epiphanio hæresi 75. Semiariani nominari meruerunt) nomen *consubstantialitatis* Filii cum Patre omittentes, hoc callide de suo more egerunt, ut instar ludionum in scena, suo vultui alia forma & persona superinducta, Arii hostes & catholicæ fidei propugnatores viderentur, atque universam ecclesiam de- A ciperent: eosdem intus Arium inclusum habuisse, monstrum illud deforme quod de neganda Spiritus sancti divinitate jam conceperant, postea vero pepererunt, manifeste satis ostendit.

ANNO CHRISTI 347.

Acta conventiculi paucis complexus est Socr. l. 2. c. 16. sic dicens: *Episcopi orientales confestim decedunt: cumque ventum esset ad urbem Philippi, quæ est in Thracia, privatim inter ipsos concilium instituere: de cetero aperte verbum consubstantiale anathemate damnare, opinionemque quod Filius patri dissimilis esset, per literas scriptas ubique disseminare cœperunt.* Paulo prolixius ea Sozom. l. 3. c. 10. his verbis: *separatim per se in unum coacti acta contraria sanxerunt. Quare episcopi orientis, decretis suis quæ de Athanasio, Paulo, Marcello & Asclepa ediderant, stabilitis, primum omnium Iulium episcopum Romanum, quod primus omnium cum istis communicaverat; deinde Osium confessorem, cum propter eamdem causam, tum propterea quod amicus fuerat Paulino & Eustathio, qui ecclesiæ Antiochenæ antistites fuissent; deinde Maximinum Treveris episcopum, quod primus cum Paulo communicaverat, & ejus Constantinopolim reversionis auctor extiterat, & episcopis ex oriente in Galliam profectis ecclesiæ communionem interdixerat, abdicarunt. Præter istos abdicarunt etiam Protogenem episcopum Sardicensem, & Gaudentium; alterum quidem, quod Marcelli susceperat* C *patrocinium; quem ante suffragio condemnaverat: Gaudentium autem, quod contrario studio ducebatur, quam Cyriacus, cui successerat, & magni faciebat eos quos ille abdicaverat. Hæc cum decrevissent, omnibus episcopis per literas significarunt ad eum finem, ut istos neque in communionem admitterent, neque scriberent ad eos, neque literas ab illo scriptas reciperent. De Deo autem eo modo sentire jubebāt, quo formula fidei epistolæ subjuncta præscriberet: quæ ut nullam Verbi consubstantialis fecit mentionem, sic illis communione ecclesiæ interdixit, qui dicerent tres Deos esse, aut Christum non esse Deum, aut Patrem & Filium & Spiritum sanctum eumdem esse, aut Filium ingenitum aut tempus sæculumve fuisse quando non erat.*

Acta conciliabuli.

Iulius, Osius, Maximinus ab Arianis excommunicati.

Protogenes & Gaudentius abdicati.

Sardicense.] Monstrum deforme Philippis in Thracia genitum, honesto Sardicensis concilii nomine declararunt, partumque matre adultera natum, alienæ uxori legitimæ injuste supposuerunt: idq; ideo, ut legitimum Sardicæ ab orthodoxis patribus habitū conciliū obscurarent, vel saltem de fide suspectum redderent; suum vero conciliabulum Philippis celebratum, Sardicensis concilii nomine ac titulo insignitum, per Christiani orbis provincias, velut unicum Sardicense concilium germanum vulgaretur. Nec eosdem consilium fefellit: post mortem Constantis, patrocinio Constantii imperatoris hoc effecerunt, ut veritate depressa, impostura principis imperio roborata, illud tantum Sardicense conciliū omnibus in locis in vulgus spargeretur, quod ab Arianis confectum constaret: ut multi nescientes duplicis generis Sardicense concilium habitū fuisse, omne Sardicense concilium indifferenter, quod S Augustino accidisse supra diximus, velut illegitimum, spurium & hæreticum conventiculum execrati fuerint. Vide Baron. an. 347. n. 62.

Nomen Sardicense, conciliabulo affectum, adulterinum est.

A Semiarianis habitum.] Qui Constantinopoli Marcellum Ancyranum condemnarunt, Antiochiæ in encæniis quatuor diversas fidei formulas ediderunt, Photinum Sirmii episcopum ad palinodiam induxerunt, iidem teste Epiph. hæresi 78. Sardicensis fidei formulam conscripserunt. Hos omnes

Conciliabulum a quibus habitum fuerit.

Anno Christi 347.

omnes Arii nomen detestatos fuisse, ideoque Semiarianos appellari meruisse, partim ex formulis Antiocheni concilii, partim ex Epiph. præd. loco constat. Verba Epiphanii infra recensebuntur in epistola synodica Ancyrani concilii. Vide Baron. num. 66. & 67.

Formula fidei in hoc conciliabulo edita hæc est.

Extat apud Hilarium lib. de synodis Baron n. 66.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem & factorem universorum, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Credimus & in unigenitum ejus Filium dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia sæcula ex Patre genitus est, Deum ex Deo, lumen ex lumine: per quem facta sunt omnia & quæ in cælis & quæ in terra, visibilia & invisibilia: qui est Verbum, & Sapientia, & Virtus, & Vita, & Lumen verum. Et qui in novissimis diebus propter nos incarnatus est, natus ex sancta virgine: qui crucifixus, & mortuus, & sepultus est: resurrexit ex mortuis tertia die, & receptus est in cælo, & sedet in dextera Patris, venturus judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera ejus: cujus regnum sine cessatione permanet per immensa sæcula: sedet enim in dextera Patris non solum in hoc sæculo. sed etiam in futuro. Credimus & in Spiritum sanctum, hoc est, paracletum, quem promittens apostolis post reditum in cælos, misit docere eos, ac memorari omnia: per quem & sanctificantur sinceriter in eum credentium animæ. Eos autem qui credunt de non extantibus esse Filium Dei, vel ex alia substantia, & non ex Deo; & quod erat aliquando tempus, aut sæculum, quando non erat; alienos novit sancta & catholica ecclesia. Similiter & eos qui dicunt tres esse Deos, vel Christum non esse Deum, & ante sæcula neque Christum, neque Filium eum esse Dei, vel eum ipsum esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vel innascibilem Filium, vel quod neque consilio, neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat sancta & catholica ecclesia.

SYNODALIS EPISTOLA PSEUDOSYNODI Sardicensis, ad Donatum Carthaginensem scripta.

Extat apud Hilar. frag. lib. 2 pag 6. 7. 8. & Baron. n. 75.

Gregorio Alexandriæ episcopo, Amphioni Nicomediæ episcopo, Donato Carthaginis episcopo, Desiderio Campaniæ episcopo, Fortunato Neapolis Campaniæ episcopo, Eutychio Ariminiadeno Campaniæ episcopo, Maximo Salonarum Dalmatiæ episcopo, [a] Sinferunti, & omnibus per orbem terrarum consacerdotibus nostris presbyteris & diaconibus, & omnibus qui sub cælo sunt in ecclesia sancta catholica episcopis, qui a diversis orientalium provinciis, id est, provincia Thebaidæ, & provincia Palæstina, Arabia, Phœnice, Syria, Mesopotamia, Cilicia, Isauria, Cappadocia, Galatia, Ponto, Bithynia, Paphlagonia, Caria, Phrygia, Pisidia, & ex insulis Cycladum, Lydiæ, Asiæ, Europa, Hellespontu, Thraciæ, Hæmimontu, ad civitatem [b] Sardicam congregati concilium celebravimus, in domino æterna salus.

[a] Symphefonti,

[b] Serdicam

EST [c] quidem nobis omnibus indeficiens oratio, dilectissimi fratres, primo ut sancta domini & catholica ecclesia dissensionibus omnibus & schismatibus carens, unitatem spiritus & vinculum caritatis ubique conservet per fidem rectam: sed & vitam immaculatam quoque tenere, amplecti, custodire, servare omnibus invocantibus dominum, est quidem justum, præcipue episcopis, qui ecclesiis sanctis præsumus. Secundum, ut ecclesiæ regula sanctaque parentum traditio atque judicia in perpetuum firma solidaque permaneant, nec [d] nobis semper * gentibus, sectis, traditionibusque perversis, maxime in constituendis episcopis, vel in [e] exponendis, aliquando turbetur, quo minus teneat euangelica sanctaque præcepta, & quæ sanctis & beatissimis apostolis jussa sunt, & a majoribus nostris atque a nobisipsis in hodiernum usque servata sunt, & servantur.

[c] S. Athanasius ep. ad Antiochenses vocat τὸ θρυλλούμενον περὶ τινῶν πιττάκιον

Extitit namque temporibus nostris Marcellus quidam Galatiæ, hæreticorum omnium execrabilior pestis, quique sacrilega mente, ore profano perditoque argumento velit Christi domini regnum perpetuum, æternum & sine tempore [f] disterminasse, initium regnandi accepisse dominum dicens ante quadringentos annos, finemque ei venturum simul cum mundi occasu. Etiam hoc asserere cœpti temeritate conatur, quod in corporis conceptione tunc factus sit imago invisibilis Dei, tuncque & panis, & janua, & vita effectus. eadem hæc non solum verbis nec loquacitatis assertione confirmat, sed totum quidquid fuerat sacrilega mente conceptum blasphemoque ore prolatum, concupiscentia * nitenti, libro blasphemiis & execrationibus pleno indens, etiam alia multa pejora, calumniam in ipsis faciens divinis scripturis cum sua interpretatione & scelerata mente, quæ contra illis ex suo pestifero sensu applicabat. quibus ex rebus aperte manifesteque constitit hæreticus, quique assertiones suas quibusdam squaloribus miscens, nunc falsitatibus Sabellii, nunc malitiæ Pauli Samosatensis, nunc blasphemiis Montani hæreticorum omnium ducis, aperte permiscens, unamque confusionem de supradictis faciens, ut impudens Galata in aliud euangelium declinavit, quod non est aliud, secundum, quod beatus Paulus tales condemnans ait; *Etsi angelus de cælo aliter annuntiaverit vobis, quam quod accepistis, anathema sit.*

Magna autem fuit parentibus atque majoribus nostris solicitudo de supradicta prædicatione sacrilega. Condicitur namque in Constantinopolim civitatem sub præsentia beatissimæ memoriæ Constantini imperatoris, concilium episcoporum qui ex multis orientalium provinciis advenerunt, ut hominem malis rebus imbutum salubri consilio reformarent, & ille admonitione sanctissima correptus, a prædicatione sacrilega discederet: quique increpantes illum & exprobrantes, necnon caritatis affectu postulantes multo tempore necquidquam proficiebant. Namque post unam & secundam multasque correptiones, cum nihil proficere potuissent (perdurabat enim & contradicebat rectæ fidei, & contentione maligna ecclesiæ catholicæ resistebat) exinde illum omnes horrere ac vitare cœperunt: & videntes quoniam subversus est a peccato, & semetipso damnatus, actis eum ecclesiasticis damnaverunt, ne ulterius oves Christi pestiferis contractibus magis macularet. Tunc namque etiam ejus aliquos pravissimos sensus contra fidem rectam ecclesiamque sanctissimam, propter memoriam posterorum cautelamque, suis sanctissimis scripturis in archivo ecclesiæ condiderunt.

Sed

Sed hæc quidem secundum impietatem Marcelli hæretici prima fuerunt. pejora sunt deinde subsecuta. Nam quis fidelium credat aut patiatur ea, quæ ab ipso male gesta atque conscripta sunt, quæque digne anathematizata sunt? Nam cum ipso Marcello a parentibus nostris in Constantinopolim civitatem *. Namque liber sententiarum extat in ipsum ab episcopis conscriptus, in quo libro etiam isti, qui nunc cum ipso sunt Marcello, atque illi favent, id est Protogenes Sardicæ civitatis episcopus &* Syracusanus in ipsa sententia manu propria conscripserunt, quorum manus valens testatur fidem sanctissimam nullo genere mutandam, nec ecclesiam sanctam prædicatione falsa subvertendam, ne hoc modo pestis ac lues " animalium omnibus gravissima importetur, Paulo dicente: *Sive nos, sive angelus de cælo aliter annuntiaverit vobis, quam quod accepistis, anathema sit.* Vehementer autem admirati sumus, quatenus eum qui aliter quam in vero est, audet euangelium prædicare, quidam qui se ecclesiasticos esse volunt, facile ad communionem recipiunt, nec blasphemias ejus quæ in ipsius libro signatæ sunt, inquirentes, nec illis qui solicite cuncta investigaverunt, & invenientes juste damnaverunt, consensum accommodare voluerunt. Etenim Marcellus cum apud suos hæreticus haberetur, peregrinationis auxilia requisivit, scilicet ut & illos falleret, qui & ipsum & ejus scripta pestifera ignorarent. Sed quidquid apud illos agit, impia sua scripta sensusque profanos occultat, falsa pro veris opponens, quæstum sibi de simplicibus atque innocentibus fecit.

Quique sub prætextu ecclesiasticæ regulæ multos ecclesiæ pastores induxit, eosque in suam redigens potestatem, Sabellii hæretici sectam inducens, callida fraude decepit, restaurans Pauli Samosatensis & artes & dolos. Mixta enim est omnium hæreticorum sectis Marcelli extranea traditio, sicut supra memoratum est. Vnde convenerat omnes ecclesię sanctæ præpositos memores dictorum domini Christi dicentis: *Cavete vos a pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos:* vitare ab hujusmodi & horrere, nec illis facile communicare, agnoscere illos ex actibus suis, atque ex eorum scriptis sacrilegis prædamnare. Nunc vero vehementer metuimus, ne nostris temporibus compleatur quod scriptum est: *Cum dormiunt homines, venit inimicus & spargit zizania inter frumentum.* Cum enim non vigilant hi, quos vigilare oportet in custodia ecclesiæ, falsa verba ' nutantia, funditus id quod rectum est, vertunt.

Quapropter nos qui plene ex libro Marcelli, ejus sectam sceleraque cognovimus, scripsimus vobis, dilectissimi fratres, ut neque Marcellum, neque eos qui illi junguntur, ad communionem sanctæ ecclesiæ admittatis. memores quoque sitis prophetæ David dicentis: *Dixi eis qui faciunt facinus, ne feceritis facinus; & delinquentibus, ne exaltaveritis cornu. Nolite in altum tollere cornu vestrum, ne loquamini adversus dominum iniqua.* Et credite Salomoni dicenti: *Nolite transferre terminos æternos, quos constituerunt patres vestri.* Quæ cum ita sint, nolite supradicti Marcelli pravissimi sequi errores, & ea quæ ab ipso injusta prædicatione contra dominum Christum inventa traditaque sunt, prædamnate, ne blasphemiis sceleribusque etiam ipsi participes sitis. *Sed propter compendium, " & hactenus de Marcello.*

' hæc

Verum de Athanasio quondam Alexandriæ episcopo accipite, quæ gesta sunt. Accusatus ' & graviter juxta Deum sacrilegus, & juxta mysteria ecclesiæ sanctæ profanus, quique propriis manibus comminuit poculum Deo & Christo dicatum, ipsumque altare venerandum confregit, sedemque sacerdotalem subvertit ipse, atque ipsam basilicam, Dei domum, ecclesiam Christi demolitus usque ad solum est. Presbyterum vero ipsum virum gravem & justum, nomine Narchen, tradidit custodiæ militari. Accusatus præterea est de injuriis, violentia, cæde, atque ipsa episcopi internecione, quique etiam diebus sacratissimis paschæ tyrannico more sæviens, ducibus atque comitibus junctus, quique propter ipsum aliquos in custodiam recludebant, aliquos vero verberibus flagellisque vexabant, ceteros diversis tormentis ad communionem ejus sacrilegam adigebant (*nec actus commissi unquam ab innocentibus fuerant*) sperans hoc modo suos suamque prevalere posse factionem, ut per duces & judices, perque carceres ipsos, & verbera, diversaque tormenta invitos ad communionem suam cogeret, nolentes adigeret, repugnantes atque resistentes sibi tyrannico more terreret. *Erant quidem illa gravia & acerba ab accusatoribus objecta.*

Arianorum in Athanasium calumniæ.

' est

Nam propter hæc necessario concilium apud Cæsaream Palæstinam primo videtur esse conditum: & cum minime ab ipso vel ab satellitibus ad supradictum concilium occurreretur, post alterum annum in Tyro propter ejus facinora necessario iterum celebratur. Advenerunt episcopi de Macedonia, & de Pannonia, Bithynia, & omnibus partibus orientis, imperatoris jussione constricti, quique * Actis Athanasii flagitia criminaque cognoscentes, non passim nec temere accusatoribus credunt, sed suo de concilio inlustres & laudabiles episcopos eligunt, atque in rem præsentem ubi res gestæ erant, de quibus arguebatur Athanasius, mittunt: quique oculata fide cuncta aspicientes atque vera cognoscentes, ad concilium redeunt. ejusque crimina, quæ ab accusatoribus objiciebantur, suo testimonio vera confirmant. Vnde in præsentem Athanasium dignam pro criminibus sententiam dicunt. Propter quod Tyro fugiens, imperatorem appellat. Audit etiam imperator, quique interrogatione habita, omnia ejus flagitia recognoscens, sua illum sententia in exilium deportavit. His ergo ita cedentibus rebus, cum Athanasius damnatus digne, in exilio haberetur ob meritum facinorum suorum, sacrilegus in Deum, in mysteria sacra profanus, in basilicæ demolitione violentus, in episcoporum exitiis innocentiumque fratrum persecutor horrendus, ab omnibus episcopis in rejiciendis malis servatur auctoritas legis, canon ecclesiæ, & apostolorum sancta traditio.

Sed dum Athanasius post damnationem suam reditum sibi de exilio compararet, de Gallia ad Alexandriam post plurimum tempus advenit: quique præterita in nihilum ducens, acrius in nequitia prævalebat. Nam comparatione sequentium, levia sunt quæ ab ipso primo commissa

ANNO CHRISTI 347.

missa sunt. Etenim per omnem viam reditus sui ecclesiam subvertebat, damnatos episcopos aliquos restaurabat, aliquibus spem ad episcopatus reditum promittebat: aliquos ex infidelibus constituebat episcopos, salvis & permanentibus integris sacerdotibus per pugnas & cædes gentilium, nihil respiciens leges, desperationi tribuens totum: unde per vim, per cædem, per bellum, Alexandrinorum basilicas deprædatur. Constituto jam in ejus locum ex judicio concilii sancto & integro sacerdote, ut barbarus hostis, ut pestis sacrilega, adductis gentilium populis Dei templum incendit, altare comminuit, & clam exit de civitate, occulteque profugit.

Cōtra Paulum Constantinopolitanum episcopum.

Sed de Paulo Constantinopolitanæ civitatis quondam episcopo post reditum exilii sui si quis audierit, perhorrescet. Fuere namque & in Ancyra provincia Galatiæ post reditum Marcelli hæretici, domorum incendia, & genera diversa bellorum: nudi ab ipso ad forum trahebantur presbyteri, & (quod cum lacrymis luctuque est dicendum) consecratum domini corpus ad sacerdotum colla suspensum palam publiceque profanabat, virginesque sanctissimas Deo Christoque dicatas publice in foro, mediaque in civitate, concurrentibus populis, abstractis vestibus, horrenda fœditate nudabat. Sed in civitate Gaza provinciæ Palæstinæ, post reditum suum Asclepas altare comminuit, multasque seditiones effecit. Præterea Adrianopoli Lucius post reditum suum sacrificium a sanctis & integris sacerdotibus confectum (si fas est dicere) canibus projiciendum jubebat. Igitur cum hæc ita sint, numquidnam lupis tantis ac talibus oves Christi adhucusque credimus, & membra Christi, membra fornicatoriæ faciemus? absit.

Nam postea Athanasius peragrans per diversas partes orbis terrarum, scilicet seducens aliquos, per suam fallaciam adulationemque pestiferam decipiens innocentes episcopos qui ejus facinora ignorabant, vel Ægyptios aliquos ejus actus ignorantes, scripta a singulis emendicando, ecclesias pacificas perturbabat, aut ipse sibi novas pro sua voluntate '.* Nihil tamen hoc valere potuit ad judicium jamdudum a sanctissimis & illustribus episcopis consecratum. Non enim commendatio eorum, qui nec in concilio judices fuerunt, nec concilii judicium habuerunt aliquando, nec præsentes, cum supradictus Athanasius audiretur, fuisse noscuntur, aut valere illi potuit, aut prodesse. Denique cum sibi hæc incassum provenisse cognosceret, ad Iulium Romam perrexit, sed & ad Italiæ quosdam ipsius partis episcopos, quos seducens per epistolarum falsitatem, ab eisdem pe facile in communionem receptus est. ' Deinde cœpere illi non tam pro ipso, quam pro suis actibus laborare, ' quod illi pertemere credendo communicaverant. Etenim si fuerant illæ literæ aliquorum, non tamen eorum qui ' judices fuerant, aut in concilio assederant: quæ quidem etiam si essent aliquorum, temere illi fidem ' proferunt credere noluerunt: Ideo quia & alii quique * in prætorium pro suis facinoribus detecti sunt, nunc cum Marcello & Athanasio conjuncti sunt.

' fingebat *

' Exinde

' aut

' pro se dicenti habere numquã deberent: sed & judices, qui illum digne sententiaverunt, credere noluerunt.

' Dicimus autem Asclepam, qui

' Decimus autem Asclepa's ante decem & septem annos episcopatus honore discinctus est: deinde Paulum & Lucium, & quotquot talibus conjuncti sunt. Ii circumeuntes simul exteras regiones, persuadebant judicibus non esse credendum illis, qui in eos digne sententiam protulerunt, ut hoc genere commercii sibi quemdam ad episcopatus reditum procurarent. Nec in ipsis locis in quibus peccaverant, nec in proximis, vel ubi accusatores habebant, se defendebant, sed juxta peregrinos & longe a regionibus suis positos, ignorantes gestorum fidem, justam sententiam conabantur perfringere, ad illos referentes actus suos, qui illos per omnia nesciebant. Astute hoc faciunt. Scientes enim de judicibus, de accusatoribus, de testibus multos decessisse, post tot tantasque sententias, putaverunt aliud restaurare judicium, volentes apud nos causam dicere, qui neque illos excusavimus, neque judicavimus. Qui enim judicaverunt, jam ad dominum perrexere. Voluerunt autem etiam orientalibus episcopis * & veniunt pro judicibus defensores, pro defensoribus rei, eo tempore cum eorum defensio non valebat: maxime cum tunc defendi minime potuerunt, quando illos accusatores sui facie ad faciem arguebant, novam legem introducere putaverunt, ut orientales episcopi ab occidentalibus judicarentur. Et volebant ecclesiæ judicium per eos posse constare, qui non tam illorum miserebantur, quam actibus suis.*

Hoc itaque nefas quoniam nunquam recepit ecclesiastica disciplina, quæsumus, dilectissimi fratres, ut sceleratam perniciem conatusque mortiferos perditorum, nobiscum etiam ipsi damnetis. Etenim cum adhuc esset episcopus Athanasius, Asclepam depositum sua sententia ipse damnavit: sed & Marcellus similiter illi nunquam communicavit: Paulus vero Athanasii expositioni interfuit, manuque propria sententiam scribens, cum ceteris eum etiam ipse damnavit: & quamdiu quisque eorum episcopus fuit, sua judicia confirmavit: sed cum diversis ex causis diversisque temporibus singuli eorum digne de ecclesia suis pro meritis pellerentur, majorem concordiam una conspiratione fecerunt, donantes sibi quisque delicta, quæ cum episcopi essent, pro auctoritate divina damnarunt. Namque ' quando Athanasius in Italiam & Galliam pergens sibi judicium comparavit, post mortem aliquorum accusatorum, testium, judicumque, & credidit posse se denuo tempore audiri, quod ejus flagitia vetustas temporis obscuraret; cui consensum commodantes, non recte, Iulius urbis Romæ episcopus, Maximus & Osius ceterique complures ipsorum concilium apud Sardicam fieri ex imperatoris benignitate sumpserunt, occurrimus ad Sardicam literis imperatoris conventi: quo cum venissemus, didicimus in media ecclesia Athanasium, Marcellum, omnes sceleratos concilii sententia pulsos, & merito singulos pro suis facinoribus prædamnatos, cum Osio & Protogene sedere simul & disputare, & quod est deterius, divina mysteria celebrare. Nec confundebatur Protogenes Sardices episcopus communicare Marcello hæretico, cujus & sectam & reprobum sensum in concilio quater sententiis episcoporum subscribens, propria voce ipse damnaverat. Vnde manifestum est quia sese ipse sua sententia condemnavit, cum se illi communicando participem fecit.

Verum nos tenentes ecclesiasticæ regulæ disciplinam, & volentes miseros in aliquantulum vivere,

vivere, mandavimus illis qui cum Protogene A & Osio fuerunt, ut de suo cœtu damnatos excluderent, neque peccatoribus communicarent: deinde una nobiscum audirent ea quæ a patribus nostris contra ipsos in præteritum fuerant judicata; (nam liber Marcelli non expectabat accusationem, per se enim aperte hæreticus noscebatur:) & ne falsis suggestionibus crederent, * non eorum quisquam pravissimam mentem propter locum episcopatus obscurant. * At illi contra resistebant, qua ratione nescimus: nec se voluerunt ab ipsorum communione secernere, confirmantes Marcelli hæretici sectam, & facinora Athanasii, ceterorumque scelera fidei ecclesiasticæ pacique B præponebant.

His itaque cognitis, nos octoginta episcopi, qui propter pacem confirmandam ecclesiæ ex diversis longinquisque provinciis cum ingenti exitu & labore ad Sardicam veneramus, videntes hæc non sine lacrymis ferebamus. Leve enim non erat quod a se eos dimittere omnino negabant, quos patres nostri merito suis criminibus ante damnarunt. His itaque communicare nefas duximus, neque cum profanis voluimus sancta domini sacramenta miscere, servantes & tenentes regulam ecclesiasticæ disciplinæ. Nam ut supradictos Osium a se Protogenemque non dimitterent, C conscientia forte mala quam sibi eorum unusquisque debebat * nudari aliquo quam ad palam fieri magnopere pertimescebant: nec sic in eis audebat eorum aliquis sententiam dicere, ne & se ipse damnaret, quod illis contra interdictum communicasset, quibus communicare nullo genere oporteret. Verum nos iterum illos atque iterum rogabamus, ne firma solidaque concuterent, ne subverterent legem, nec jura divina turbarent, ne cuncta confunderent, atque traditionem ecclesiæ, ne quidem ' modica pace, frustrarent: sed nec novam sectam inducerent, aut orientalibus episcopis conciliisque sanctissimis de occidente D venientes aliqua in parte præponerent. At illi contra despicientes hæc, nobis minabantur, & se Athanasium & ceteros sceleratos vindicaturos pollicebantur. quasi vero aliud facere aut dicere possint, qui sceleratos omnes ac perditos in suum consortium " reciperent. Præterea ingente hoc tumore proponunt, audacia potius ac temeritate quam legitima ratione possessi. Videntes enim quod ii qui damnatos recipiunt, in offensam crimenque' occurrunt, ut violatores cælestium legum, tali auctoritate judicium constituere conabantur, ut sese judices judicum dicere vellent, atque eorum qui jam cum Deo sunt, si fas est, sententiam refricare. Nos vero rogabamus illos per plurimos dies, ut a se damnatos abji- E cerent, & se ecclesiæ sanctæ conjungerent, atque patribus vera dicentibus consensum accommodarent. Sed illi se hoc facturos omnino negabant.

Altercantibus igitur nobis, emerserunt quinque episcopi ex partibus nostris, qui superstites de sexto numero eorum qui ad Mareotam directi fuerant, remanserant, & talem illis optionem proponunt: mittendos esse ex utroque concilio episcopos aliquos ad loca in quibus Athanasius scelera flagitiaque commisit, ut sub testificatione Dei, cuncta fideliter scriberent: & si falsa inventa fuerint quæ concilio nuntiavimus, ipsi damnemur, nec imperatoribus, nec concilio, nec cuiquam episcopo conqueramur. Quod si verum constiterit, quod ante diximus, ad numerum nostrum ex vobis quos 'delegistis, id est, qui Athanasio post damnationem communicaverunt, sed & eos qui Athanasio & Marcello fautores defensoresque sunt, exponamus, nec imperatoribus, nec concilio, nec cuiquam episcopo aliqui vestrum conquerantur. Hanc optionem a nostris propositam Osius & Protogenes, omnesque eorum socii suscipere timuerunt. Immensa autem confluxerat ad Sardicam multitudo sceleratorum omnium ac perditorum adventantium de Constantinopoli, de Alexandria, qui rei homicidiorum, rei sanguinis, rei cædis, rei latrociniorum, rei prædarum, rei spoliorum nefandorumque omnium sacrilegiorum, criminum rei, qui altaria confregerunt, ecclesias incenderunt, domosque privatorum compilaverunt, profanatores mysteriorum Dei, proditoresque sacramentorum Christi; qui impiam sceleratamque hæreticorum doctrinam contra ecclesiæ fidem asserentes, sapientissimos presbyteros Dei, diaconos, sacerdotes atrociter demactaverunt: & eos omnes secum collectos in suo conventiculo habuerunt Osius & Protogenes, eosque honorantes, nos omnes diaconos & sacerdotes Dei despiciebant, quia nec ipsi volebamus talibus aliquando conjungi, iique vulgo omnibusque 'gentibus id quod inter nos fuerat, referebant, pro veris falsa fingentes, nec discordiam inter nos ex causa Dei ortam, sed ex humana præsumptione narrabant, divinis humana miscentes, & ecclesiasticis rebus privatas adjungentes, civitatis nobis concentum seditionemque conflarunt, dicentes nos gravem schismate civitati importasse injuriam, nisi illis (quod nefas erat) communicaremus: & hæc frequenter acclamabant. Nos enim omnino illis communicare noluimus, nisi eos quos damnavimus, projecissent, & dignum honorem concilio orientis tribuerent.

Quæ vero ipsi egerint, vel quale concilium habuerint, hinc addiscere poteritis. Nam Protogenes (sicut supra diximus) apud acta anathematizans Marcellum & Paulum, postea eos in communionem suscepit. Dionysium vero ab " Edica provinciæ Achaiæ, quem ipsi exposuerunt, in concilio habuerunt simul secum & exponentes & expositi, judices & rei communicantes mysteria divina pertractant: Bassum autem de Diocletiana civitate in flagitiis sceleribusque detectum, & merito de Syria deportatum, ordinaverunt episcopum; quique apud ipsos sceleratius vivens detectus & ab ipsis damnatus, cum ipsis 'hodie videtur esse conjunctus. Et quia Ioannes ' Thessalonicensis Protogeni frequenter probra multa criminaque objecit, quod diceret illum concubas & habuisse & habere, cui communicare nunquam voluit, nunc vero in amicitiam receptus, quasi pejorum consortio expurgatus, apud ipsos habetur ut justus. Asclepas autem cum ad Constantinopolim civitatem propter Paulum venisset, post immanitatem rerum atrocitatemque, commisit quæ media in ecclesia Constantinopolitana gesta sunt, post mille homicidia quæ altaria ipsa humano sanguine coinquinaverunt, post interfectiones fratrum extinctionesque gentilium, hodieque cum Paulo, cujus

' delegistis

Ariani sua crimina aliis affingunt.

" gentilibus

" scribendum haud dubie Elica

' Thessalonicensi Protogeni

ANNO CHRISTI 347.

cujus causa hæc gesta sunt, communicare non A cessat: sed & illi per Asclepam Paulo communicant, accipientes ab eodem scripta, atque ad illum mittentes.

Ex hac igitur coagulatione, atque ex perditorum congregatione quale potuerit celebrari concilium, in quo flagitia sua non tam puniebant, quam agnoscebant? Non enim secundum nos qui ecclesiis sanctissimis præsidemus, populisque rectores sumus, donantes & dimittentes quæ ab ipsis nec dimitti unquam possunt, nec donari: quique etiam Marcello & Athanasio ceterisque sceleratis flagitia, & blasphemias, quæ nefas fuerit dimittere, condonarunt, cum scriptum sit: *Si peccaverit homo* B *in hominem, orabunt pro eo ad dominum: Si autem in Deum peccaverit homo, quis orabit pro eo? Nos autem talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei.* Sed nec ' hoc docere aliquos patimur, ' ne novas traditiones inducere, ne proditores fidei traditoresque scripturarum divinarum (quod nefas est) dicamur, ne a domino & ab hominibus condemnemur. Verum illi supradicti etiam hæc adversus nos machinabantur; & quoniam sciebant nos non posse sibi scelestorum beneficio communicare, ex scriptis nos imperatorum terrere putabant, ut invitos ad suam communionem traherent, & * spectabunt dividi totius mundi profundum C ecclesiæ, æternamque pacem, propter Athanasium & Marcellum, ' propter quos nomen domini blasphematur in gentibus, quos oportebat, si in se aliquid timoris Dei habuissent, ne turbo iste qui per ipsos natus est, permaneret, a sua pravissima præsumptione vel sero discedere, ne ipsorum causa contra sese scinderetur ecclesia: aut si in his qui pro ipsis certant, metus Dei esset, etiam si nihil ' esse damnabile apud ipsos inveniretur, tamen quod propter ipsos unitas ecclesiæ scinditur, & propter ' insaniam, rabiem, cupiditatemque honoris pax profunda subvertitur, execrari eos ac perhorrere deberent. D

Cum ita res currere videremus, ad suam patriam regredi nostrum unusquisque decrevit: placuitque nobis de Sardica scribere, & ea quæ gesta sunt, nuntiare, nostramque sententiam declarare. Nos enim Athanasium & Marcellum, qui in dominum impie blasphemantes scelerate vixerunt, expositos olim atque damnatos, non possumus iterum in episcopatus honorem suscipere, quique crucifigentes ' verum filium Dei, atque illum denuo publicantes, acerbis ictibus confixerunt. Alter enim ipsorum blasphemando in filium Dei atque in ejus regno, æterna morte mortuus est semel: alter in corpus domini, mysteria ejus, profano more atrociter peccans, ceteraque flagitia immaniter gerens, episcoporum sententia ejectus est atque damnatus. Quamobrem E quoniam a parentum traditione discedere non possumus, quia nec talem auctoritatem sumpsit ecclesia, nec talem potestatem a Deo accepit, supradictos ad honorem dignitatemque ecclesiæ nec ipsi suscipimus, & suscipientes, digne damnamus. Sed nec alios qui aut olim, aut postea merito damnati sunt, in ecclesia recipimus, adhærentes legibus Dei, traditionibusque paternis atque ecclesiasticis disciplinis, credentes prophetæ dicenti: *Noli transgredi terminos æternos, quos posuerunt patres tui.* Quare nos nunquam fixa solidaque concutimus, sed magis ea quæ sunt a parentibus constituta servamus.

Post multa igitur, dilectissimi fratres, hæc vobis ex aperto mandamus, ne quis vestrum ab aliquo circumventus aliquando communicet, id est Osio, Protogeni, Athanasio, Marcello, Asclepæ, Paulo, Iulio: sed ne cuiquam damnatorum de ecclesia sancta rejectis, neque sociis ipsorum, qui illis sive per se, sive per scripta communicant. Quare nec vos ad illos scribere unquam debetis, nec ab ipsis scripta suscipere.

Iam quod superest, oramus vos, dilectissimi fratres, ut unitati ecclesiæ consulatis & paci perpetuæ, sanctos episcopos eligatis, in quibus & fides integra & sancta sit vita, abhorrentes eos qui pro criminibus suis ab episcopatus honore ' disjuncti sunt, voluntque iterum recipere locum, quem digne pro suis facinoribus amiserunt: magisque hos execramini, quos post facinus videtis pejora committere, nec dominum ' audire dicentem: *Peccasti, quiesce.* ' Inhibere nesciunt enim, & fortiores de sceleribus efficiuntur, & quanto plus in gurgitem vitiorum mergunt, tanto plus orbem subvertunt, seditionibus vacantes, bella persecutionesque acerrimas sanctis ecclesiis ingerunt, & tyrannico more populos domini in suum dominium captivare contendunt. Namque ex his rebus pessimos eorum conatus agnoscite, quando talem mundo tempestatis procellam induxerunt, ' ut orientem prope totum occidentemque turbarent, ut relinquentes singuli ecclesiasticas curas, populosque Dei deserentes, atque ipsam euangelii doctrinam postponentes, de longinquo adveniremus senes, ætate graves, corpore debiles, ægritudine infirmi, trahebamurque per diversa, nostrosque ægrotantes in itineribus deserebamus, propter perpaucos scelestos olim digne damnatos, primatus ecclesiæ contra fas appetentes. * geratque curam de nobis imperium atque religiosi imperatores, tribuni, & duces dirissima republica de episcoporum vita statuque exercerentur. Sed nec populi silent. Omnis enim fraternitas omnibus in provinciis suspensa ac solicita expectat, in quem finem hæc malorum procella succedat, cursusque ipse publicus attritus, ad nihilum deducitur. Et quid pluribus? Ortus, occasusque mundi propter unum vel duos paucosque sceleratos, impie sentientes & turpiter viventes, funditus subvertitur, & dura sævaque tempestate turbatur, in quibus nulla religionis semina resederunt, quæ si habuissent, imitarentur prophetam dicentem: *Tollite me, & mittite in mare, & tranquillabit mare a vobis, quando hæc tempestas propter me facta est.* Sed ideo hæc non imitantur, quia nec justos sequuntur: ita autem sceleratorum omnium duces quærunt ecclesiæ principatum, quasi aliquod tyrannidis regnum; nec hoc propter bonum quoque justitiæ inquirunt. Non enim ecclesiis consulunt, qui leges juraque divina, ceterorum decreta dissolvere perconantur. Propterea hanc novitatem moliebantur inducere, quam horret vetus consuetudo ecclesiæ, ut in concilio orientales episcopi quidquid forte statuissent, ab episcopis occidentalibus refricaretur: similiter quidquid occidentalium partium episcopi, ab orientalibus solveretur. Sed hoc ex illo suo pravissimo sensu tractabant. Verum omnium conciliorum juste legitimeque actorum decreta firmanda, majorum

Margin notes: 1. Reg. c. 2. v. 25. — 1. Cor. c. 11. v. 16. — ' hæc — ' nec — * — ' per — ' deest hoc verbum in mſ. — ' vel — ' insanam, rabiem — ' iterum — Prov. c. 22. v. 28.

ANNO CHRISTI 347.

jorum nostrorum gesta consignant. Nam in urbe Roma sub Novato & Sabellio & Valentino hæreticis factum concilium, ab orientalibus confirmatum est: & iterum in oriente sub Paulo * Asonius ' ait, quod statutum est, ab omnibus est signatum.

Ob quam rem hortamur vos, dilectissimi fratres, considerantes ordinem ecclesiasticæ disciplinæ, & paci totius orbis consulentes, corripiatis eos qui sceleratis communicant, & malos de ecclesiis radicitus amputetis, ut tempestate ruente ipsorum causa, innatans Christus dominus omnibus imperet ventis procellisque maritimis discedere, & tribuat ecclesiæ sanctæ pacem perpetuam & quietem. Nos vero nulli injuriam facimus, sed legis præcepta servamus. Nam injuriati graviter & male tractati sumus ab iis qui volebant ecclesiæ catholicæ regulam sua pravitate turbare: sed ante oculos habentes timorem Dei, judicium Christi, verum & justum considerantes, nullius personam accepimus, neque alicui pepercimus, quo minus ecclesiasticam disciplinam servaremus. Vnde Iulium urbis Romæ, Osium & Protogenem, & Gaudentium, & Maximinum a Treviris damnavit omne concilium secundum antiquissimam legem, ut auctores communionis Marcelli & Athanasii ceterorumque sceleratorum, quique etiam homicidiis Pauli Constantinopolitani, & cruentis actibus ejus communicaverunt. Protogenem namque esse anathematizatum una cum Marcello, subscribendo frequenter sententiæ in ipsum, vel in ejus librum inlatæ, quique etiam in Paulum Constantinopolitanum sententiam dederunt, & illi postea communicarunt. Gaudentium autem immemorem decessoris sui Cyriaci subscribentis sententiis in sceleratos digne inlatis, commixtumque criminibus Pauli, quem etiam impudenter defendebat. Iulium vero urbis Romæ ut principem & ducem malorum, qui primus januam communionis sceleratis atque damnatis aperuit, ceterisque aditum fecit ad solvenda jura divina, defendebatque Athanasium præsumenter atque audaciter, hominem, cujus nec testes noverat, nec accusatores. Sed Osium propter supradictam causam, & propter beatissimæ memoriæ Marcum, cui graves semper injurias inrogavit: sed & quod malos omnes pro criminibus suis digne damnatos totis viribus defendebat, & quod convixerit in oriente cum sceleratis ac perditis. Turpiter namque Paulino quondam episcopo Daciæ individuus amicus fuit, homini, qui primo maleficus fuerit accusatus, & de ecclesia pulsus, usque in hodiernum diem in apostasia permanens, cum concubinis publice & meretricibus fornicetur, cujus maleficiorum libros Macedonius episcopus atque confessor a Mopso, combussit: sed & Eustasio & ' Quimassio adhærebat pessime & carus fuit, de quorum vitæ infamia turpi dicendum nihil est: Exitus enim illorum eos omnibus declaravit.

His itaque ac talibus junctus ab initio Osius sceleratis semper favens, contra ecclesiam veniebat, & inimicis Dei semper ferebat auxilium. Maximinum vero a Treviris, propter quod collegas nostros episcopos, quos ad Gallias miseramus, noluerit suscipere, & quoniam Paulo Constantino * nefario homini ac perdito primus ipse communicavit, & quod ipse tantæ cladis causa fuit, ut Paulus ad Constantinopolim civitatem revocaretur, propter quod homicidia multa facta sunt. Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim revocavit. Propter has igitur causas justum duxit concilium, ut Iulium urbis Romæ & Osium ceterosque supra memoratos discingeret atque damnaret.

Quæ cum ita sint, custodire vos ab ipsis & abstinere debetis, dilectissimi fratres, nec eos aliquando ad communionem ' admittere: sed nec ipsorum literas accipere, nec ad illos literas dominicas dare. Et quoniam catholicam & apostolicam fidem voluerunt infringere ii, qui cum Osio erant, inducentesque novam sectam * indeo " croniti Marcelli mixta Sabellio & Paulo. Inde * artem necessario ordinavimus catholicæ ecclesiæ fidem, quam negaverunt supradicti qui cum Osio sunt & Marcello hæretici induxerunt, consequens est, ut acceptis literis nostris singuli consensum huic sententiæ commodantes, decreta nostra propria subscriptione signetis. Est autem fides nostra talis:

Credimus unum Deum patrem omnipotentem, institutorem & creatorem omnium, ex quo omnis creatura in cælo & in terra nominatur. Et in unum genitum filium ejus dominum nostrum Iesum Christum, qui ante ævum ex patre generatus est, & ex Deo Deus, ex luce lux, per quem facta sunt omnia, quæ in cælis & quæ in terra, visibilia & invisibilia, sermo qui fit, & sapientia, virtus, & vita, & lux vera, qui in novissimis temporibus propter nos induerit hominem, & natus sit de sancta virgine Maria, & crucifixus, & mortuus, & sepultus sit: tertia die resurrexit a mortuis, & assumptus in cælum, sedet in dextra Patris, venturus in fine mundi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua, cujus regnum incessabile permanet in æterna sæcula. Est enim sedens in dextera Patris non solum in isto sæculo, sed & in futuro. Credimus in Spiritum sanctum, hoc est, in paraclétum, quem mittens apostolis post assumptionem suam in cælum, misit docens illos & instruens de omnibus, per quem sanctificantur animæ in ipsum fideliter credentes. Credimus & in sanctam ecclesiam, in ' remissionem peccatorum, in carnis resurrectionem, in vitam æternam. Illos vero qui dicunt ex id quod non fuit Filius Dei: aut ex alia substantia & non ex Deo: aut qui dicunt, fuisse aliquando tempus vel sæculum quando non fuit Filius, hæreticos damnat sancta & catholica ecclesia. Similiter & illos qui dicunt tres esse deos, aut Christum non esse Deum, aut ante ea unum non fuisse Christum, neque Filium Dei, aut ipsum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, aut non natum Filium, aut non sententia neque voluntate Deum Patrem genuisse Filium; hos omnes anathematizat & execratur sancta & catholica ecclesia. Opto vos in domino bene valere.

Stephanus episcop. Antiochiæ provinciæ ' Sprecilæ opto vos in domino bene valere.

Olympius episcopus Doliceus opto vos in domino bene valere.

Gerontius episcopus Lamphaniæ.

Menophantus episcopus ab Epheso opto vos in domino bene valere.

* Constantinopolitano.

' vestrani

* " quid si legas infruniti Marcelli mixtam ex Sabellio & Paulo. Inde autem

Arianorum fidei exemplar extat & supra post notas. sed alterius editionis. ' vide & S. Hilarium libro de synodis.

' remissam

* De non extantibus esse Filium Dei, ita apud Hilarium in loco supra indicato.

' Syriæ Cœles, haud dubie legendum est.

ANNO CHRISTI 347.

Paulus episcopus ..... opto vos in domino bene valere.
Eulalius episcopus ab Amantias opto vos in domino bene valere.
Macedonius episcopus ' ab Amarquetias opto vos in domino bene valere.
Thelaphius episcopus a Calchedonia opto vos in domino bene valere.
Acacius episcopus a Cæsarea opto vos in domino bene valere.
Theodorus episcopus ab Heraclia opto vos in domino bene valere.
Quintianus episcopus a 'Taxe opto vos in domino bene valere.
Marcus episcopus ab ' Aretiis opto vos in domino bene valere.
Cyrotus episcopus a Roeo opto vos in domino bene valere.
Eugeus episcopus a Lisicia opto vos in domino bene valere.
Antonius episcopus a Zeumate opto vos in domino bene valere.
Antonius episcopus a Docimo opto vos in domino bene valere.
Dion episcopus a Cæsarea opto vos in domino bene valere.
Vitalis episcopus a Tyro opto vos in domino bene valere.
' Eudosius episcopus a Germania * opto vos in domino bene valere.
Dionysius episcopus ab Alexandria * provinciæ opto vos in domino bene valere.
Macedonius episcopus a Iurito opto vos in domino bene valere.
' Eufenius episcopus ab Dorlani opto vos in domino bene valere.
Basilius episcopus ab ' Anquira opto vos in domino bene valere.
Proæresius episcopus a Sinopa opto vos in domino bene valere.
Eustacius episcopus ab Epiphania opto vos in domino bene valere.
Pancratius episcopus a Pernaso opto vos in domino bene valere.
' Eusemius episcopus a Pergamo opto vos in domino bene valere.
Sabinianus episcopus a Chatimera opto vos in domino bene valere.
Bitinicus episcopus a Zelon opto vos in domino bene valere.
Dominius episcopus a Palladiano opto vos in domino bene valere.
Pison episcopus a Troada opto vos in domino bene valere.
Catherius episcopus ab Aspona opto vos in domino bene valere.
Filetus episcopus a Iuliopoli opto vos in domino bene valere.
' Quirius episcopus a Mareota opto vos in domino bene valere.
Filetus episcopus a Cratia opto vos in vos in domino bene valere.
Thimasarcus episcopus... opto vos in nomino bene valere.
' Eusemius episcopus a ' Mignenia opto vos in domino bene valere.
Quirius episcopus a Philadelphia opto in domino bene valere.
Pison episcopus a Vanis opto in domino bene valere.
Timotheus episcopus ... opto vos in domino bene valere.

' a Mopsuestia, is qui paulo ante dicitur, a Mopso, de quo Socrates libri 2. cap. 19.
' Gaza, de quo Sozomenus libri 3 cap. 12.
' Arethusa
' Eudoxius
* Germanicia.
' Virito
' Eusebius
' Ancyra
' Eusebius
' Ischyrius sive Ischyrion de quo Sozom. III. 12.
' Eusevius
' Magnenia

' Euthemon episcopus a Thaneos opto vos in domino bene valere.
Callenicus episcopus a Pelusio opto vos in domino bene valere.
Eusebius episcopus a Pergamo opto vos in domino bene valere.
Leucadas episcopus ab Ilio opto vos in domino bene valere.
Noconius episcopus a Troade opto vos in domino bene valere.
Adamantius episcopus a Cio opto vos in domino bene valere.
Eddesius episcopus a Coo opto vos in domino bene valere.
Theodulus episcopus a Neocæsarea opto vos in domino bene valere.
Sion episcopus... opto vos in domino bene valere.
Theogenes episcopus a Lizia opto vos in domino bene valere.
Florentius episcopus ab ' Anchara opto vos in domino bene xalere.
Isaac episcopus a Lueto opto vos in domino bene valere.
Eudemon episcopus ... subscripsi pro ipso, opto vos in domino bene valere.
Agapius episcopus a Therito opto vos in domino bene valere.
Bassus episcopus a Car opto vos in domino bene valere.
Narcissus episcopus ab ' Anapoli opto vos in domino bene valere.
Embracius episcopus a Nisilecto opto vos in domino bene valere.
Lucius episcopus a Babtino opto vos in domino bene valere.
Nonnius episcopus a ' Laudocia opto vos in domino bene valere.
Pantagatus episcopus a Gallia opto vos in domino bene valere.
Flaccus episcopus ab Ieropoli opto vos in domino bene valere.
Sysimius episcopus a Perge opto vos in domino bene valere.
Diogenes episcopus ... opto vos in domino bene valere.
Cresconius episcopus ... opto vos in domino bene valere.
Nestorius episcopus ... opto vos in domino bene valere.
Emmonius episcopus ... opto vos in domino bene valere.
Eugenius episcopus ... opto vos in domino bene valere.
Antonius episcopus a ' Gusia opto vos in domino bene valere.
Demophilus episcopus ' ab Cooe opto vos in domino bene valere.
Euticius episcopus a Philippopoli opto vos in domino bene valere.
Severus episcopus a Cabula opto vos in domino bene valere.
Timotheus episcopus ab ' Anquilo opto vos in domino bene valere.
Valens episcopus a Mursa opto vos in domino bene valere.

Explicit decretum synodi orientalium apud Sardicam episcoporum a parte Arianorum, quod miserunt ad Africam.

NOTA

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc est illa epistola ad Donatum Carthaginensem schismaticum scripta, ut (quia audiverant Gratum cum 30. Africanis orthodoxis synodo interfuisse) schismaticos sibi conciliarent. Ex hac cum Cresconius Donatista probare niteretur ipsos cum orientalibus communione conjunctos fuisse, jure in illum S. Augustinus lib. 3. cap. 34. retorquet, concilium illud ex Arianis collectum fuisse.

aCONCILIVM bCARTHAGINENSE cPRIMVM d TEMPORE IVLII PRIMI PAPÆ.

Est vero provinciale, probatum a Leone IV. dist. 20. c. de libellis.

TITVLI CAPITVLORVM.

CONCILII PRIMI CARTHAGINENSIS Exordium.

CVM e Gratus episcopus Carthaginensis in concilio una cum collegis suis consedisset, & qui ex diversis provinciis Africanis ad Carthaginem convenerunt, Felice * Bajanensi, Fortunatiano Raptano ", Crescente Vagensi, Vindiciano Lacobricensi', Abundantio Adrumetino, Privato Vegesilitano, Gaudentio * Tusdritano', Patricio * Sincensi, Quieto Vticensi, Rumulo Tebestensi', & ceteris, quorum manus continentur, idem Gratus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Christo Iesu, f qui dedit malis schismatibus finem, & respexit ecclesiam suam, ut in eius gremium erigeret universa membra dispersa, qui imperavit g religiosissimo Constantino " imperatori, ut votum gereret unitatis, & h mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium. Dei ergo nutu congregati ad unitatem, ut per diversas provincias concilia celebraremus, & universæ provinciæ Africæ hodierna die,' concilium gratia Dei Carthaginem veniret. Vnde considerantibus vobis cum mea mediocritate tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est, nos, memores præceptorum divinorum & magisterii diuinarum scripturarum, contemplantes unitatis tempus, id de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore unitatis aliquid durissimum statuamus.

A

I.

i Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis. Vnde sanctitatem vestram postulo, ut mentis vestræ placita producatis ad descendentem in aquam, & interrogatum in Trinitate secundum evangelii fidem & apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum, de resurrectione

B Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Vniversi episcopi dixerunt: Absit, absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum a sincera fide & catholica disciplina. Gratus episcopus dixit: Magna beatitudo a Deo patre per dominum Christum concessa est tempore nostro, ut liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, ut auditores percipientes regulam rectam,

C & Deo placentem, præmia ' multorum bonorum percipiant, ut in ipsis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, in quo plus schismatis rabies delitescebat, & habita moderatione, legis vigore ' & auctoritate fides custodita est. Illud sane sapientissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa ' a Deo, & mereatur in pace & unitate consequi desuper munera larga; tamen & ego unus ex vobis, & qui parem vobiscum solicitu-

D dinem gero, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

' meritorum

' vigor, & auctoritas fidei

' & a Deo docta

II.

k Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque, neque ' ad passiua corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam, commendari mandatum est, redigat, ut aut insania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati * disiunctos, non ratione vel tempore competenti, quo ' martyria celebrentur, martyrum nomine appellet. At si quis ad injuriam mar-

E tyrum, claritati eorum adjungat infamiam, placet eos, si laici sint, ad pœnitentiam redigi: si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionem, honore privari. Vniversi dixerunt: Recte * stabilit sanctitas vestra. Hoc & & singulis conciliis statutum est.

' deest ad in qq. mss.

* discreto, discretos

* statuit

III.

Gratus episcopus dixit: Et illud præcipue, si videtur vestræ dilectioni, cavendum est, ut pastoris cura, quantum debet & potest regularis providentia ', præmoneat,

' præmuniat.

ANNO CHRISTI 347.

moneat, ut nullis liceat, ab affectu abstinentibus carnali ' cum extraneis, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspiciones, quibus subtilitas diaboli, sub prætextu caritatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus igitur, nullaque sanctimoniæ & virginitati deserviens, propter blasphemiam ecclesiæ, si vobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debent. (In concil. Arelaten. 2. cap. 3. Et in Nicæn. cap. 3. Et in Eliber. c. 27.) Vniversi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem B eligunt partem, hæc vitare debent. Et non solum non habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex jubet, & sanctitas vestra commendat, ut in singulis conciliis ' a nobis statutum est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus hujuscemodi constringere, si sanum consilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem, si contempserint, a communione separentur ' si clerici sunt honore priventur. Vniversi dixerunt: C Placet.

IV.

Gratus episcopus dixit: Etsi infinita sunt, quæ lege præscripta, proficientia sunt disciplinæ, & unusquisque nostrum tractatu assiduo & commonitione frequenti, per singulas quasque species proficientes ad disciplinam, poterit populos ' intimare invitare; tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate conjuncti sunt. Vniversi dixerunt: D Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat, & sententia.

V.

Privatus episcopus Vegeselitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, ut statuatis, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus episcopi, de cujus plebe est. Gratus episcopus dixit: Hęc observantia pacem custodivit. Nam & memini, in sanctissimo concilio " Sar- E dicensi statutum ' similiter, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & ' per consensum habeat ' concessum habeat.

(Cap. 16. 18. 19. "Vide supra p. 610. C. D.)

VI.

Necasius ' Nicasius episcopus Culusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, ut qui serviunt Deo, & annexi sunt clero, A * non accedant ad actus seu administrationem vel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit: Et apostolorum statuta sunt, quæ dicunt; *Nemo militans Deo, ingerit se negotiis sæcularibus*. Proinde ' aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniversi dixerunt: Hoc observemus.

(21. q. 3. Credo.)

VII.

Casianus Vsulensis episcopus dixit: Statuat gravitas vestra, ut unusquisque clericus vel laicus non communicet in aliena plebe, sine literis episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc observatum fuerit, communio fiet * passiva. Nam si cum literis receptus fuerit, & concordia inter episcopos servatur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum latenter ' accedit. Vniversi dixerunt: Omnibus provides, & clero & laicis consulis.

VIII.

Magnus episcopus Astyagensis ' dixit: Quid dilectioni vestræ videtur? Procuratores, * & actores, etiam per se tutores pupillorum, si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita universa & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint probati in omnibus, debent & cum laude, cleri (si postulati fuerint) honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum, ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniversi dixerunt: Recte omnia statuit sanctitas tua. Ideoque ' ita est & nostra ista quoque sententia.

IX.

Metus Caunensis ' episcopus dixit: Recte statutum est, ut obnoxii alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & a clericorum injuria temperare. Et ipsis non liceat ', clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit; Nulli dubium est, quod omnes vel domini, vel procuratores, vel quicumque præsunt, cum audierunt saluberrima instituta concilii, & sibi esse consultum, nec impeditum, propriam ' debebunt temperare injuriam in clericis nostris. Quod si ' injuria constitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putaverint ', si defensio ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniversi dixerunt: Saluberrimæ professiones debuerunt a tanto ' concedi concilio.

X.

Felix episcopus * Baianensis dixit: Nullus debet collegæ suo facere injuriam. Multi enim transcendunt sua, & usur-

(Right margin, partly cut off: ANNO CHR. 34[7]. * con[...] ad act[...] in can[...] 2. Tim[...] * for [...] ' acce[...] distin[...] Magn[...] piscop[...] ' Ap[...] gensis * acto[...] tutore[...] & exe[...] res se[...] ratore[...] ' tuan[...] est q. [...] ' Taccă[...] ' vel do[...] nis cler[...] ' quoq[...] inhibeb[...] injuriar[...] ' in inj[...] ' & d. e. i. deerit, C[...] ' condi[...] * Byzac[...] nens.)

usurpant 'aliena, ipsis invitis. Gratus episcopus dixit: Avaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines usurpet, aut transcendat episcopum collegam suum, aut usurpet alterius 'plebes, sine ejus petitu, quia inde cetera mala omnia generantur. Universi dixerunt: Placet, placet.

XI.

Elpidophorus * Cuizitanus episcopus dixit: [m] Statuat sanctitas vestra, ut clerici, qui superbi vel contumaces sunt, coerceantur ut qui minores majoribus irrogaverunt injurias, metum 'habeant. Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem contemnit, sed diaboli qui superbiæ inventor & princeps est. Unde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est', arguatur: presbyter, a sex: si episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur. Universi dixerunt episcopi: ' Contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi, causa vero pro personis a statuto numero audiatur.

XII.

Antigonus episcopus Madaurensis dixit: Gravem injuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communem injuriam. * Optantius, cum se repræsentaret, pactum mecum habuit, & divisimus plebes. ' Manuscriptiones nostræ tenentur & pittacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & ' usurpat populos, ut illum patrem, me vitricum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, ut in se illiciat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra evangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquisset. Unde, aut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conventus, si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. Universi dixerunt: Pax servetur, pacta custodiantur.

XIII.

Abundantius episcopus Adrumetinus dixit: In nostro concilio statutum est, ut non liceat clericis fenerari. Quod si & sanctitati tuæ & huic concilio videatur, præsenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Novellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ a nobis, formam accipient. Ceterum, de quibus apertissime divina scriptura sanxit, non 'differenda sententia est; sed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis in clericis' oportet prædamnari. Universi dixerunt: Nemo contra prophetas, nemo contra evangelia facit sine periculo. ' ferenda ' debet

XIV.

Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta concilii & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem. Universi tituli designati & digesti, teneant sententias suas. Sane credo vos retinere, multis conciliis a patribus nostris & traditionem temerariam esse damnatam, & rebaptizationis impietatatem esse puniendam: quas res etiam nostro concilio credo jam terminum accepisse. Reliqua vero, quæ vel facta, vel dicta, superius comprehensa sunt, vel * aliis conciliis conscripta, quæ secundum legem inveniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione; si clericus est, honore privetur. Universi dixerunt: Placet placet. Gratus episcopus dixit: Superest jam, ut placita omnium * nostrorum, quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Universi dixerunt: Et consensisse nos, concilii hujus scripta testantur, & subscriptione nostra consensus declarabitur noster. Et subscripserunt.

* ab aliis conscripta;

* nostrum;

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Africana illa legatio Constantis imperatoris, qua Paulum & Macarium, ad conciliandam Africanam ecclesiam, schismate Donatistarum convulsam, in Africam ablegavit, huic concilio celebrando occasionem dedit, hoc modo: Post absolutum Sardicense concilium, Gratus Carthaginensis episcopus catholicus cum triginta Africanis collegis episcopis in Africam reversurus, Constanti imperatori religionis, pacis & concordiæ amantissimo, statum Africanæ ecclesiæ exponit, quod duo Donati, alter Carthaginensis, alter Bagaiensis, episcopi schismatici, homines factiosissimi diro & implacabili schismate tempore Diocletiani exorto, Africanam ecclesiam proscidissent; & gravissime etiamnum inquietarent; quodque per circumcelliones sectæ suæ defensores, præfectis provinciarum resistere auderent, per nundinas, villas, vicosque circumvagantes, sese publicæ justitiæ vindices jactitarent, eoque prætextu servos ad pileum vocarent, oppressos ære alieno a creditoribus liberarent, minacibus literis ad eos scriptis mortem minantes, nisi eorum debita expungerent, atque chirographa, quibus adstricti tenebantur, delerent. Addidit, quantumvis schismatis auctores præ nimia pertinacia omnes pacis conditiones repudiarent, populum tamen oblatis concordiæ, pacis & unionis conditionibus facile consensurum, si modo legati ab imperatore missi, collatis beneficiis eumdem ad unitatem amplectendam provocaverint. Tandem a Constante imperatore obnixe admodum petivit, ut memor paterni affectus in rem Christianam, Africanæ ecclesiæ gravissimis calamitatibus exagitatæ, suo subsidio succurrere non dedignaretur. Imperator justæ petitioni libenter annuens, Paulum & Macarium viros ex multis aliis amplissimis maximeque piis selectissimos, in Africam ablegat, hac conditione, ut munificentiam imperatoris ad pauperum omnium inopiam sublevandam exterius prætendentes, populum collatis beneficiis & muneribus devinctum, & ab imbuta ferocia avocatum, ad incundam

Causa concilii.

Donati duo. Africanam ecclesiam proscindũt.

Circumcelliones qui fuerint, & cur sic dicti.

Donatistarum Circumcellionum scelera.

Paulus & Macarius in Africam ablegantur. Quo fine.

ANNO CHRISTI 348.

Legati in Africa quid

Donatus Carthaginensis qua ratione legationem impedire conatus.

eundam cum fratribus concordiam provocent & inducant. Legati (quos unitatis operarios Optatus appellat) in Africam profecti, commissæ legationis officium fideliter exequuntur. Principio ipsos Donatistarum episcopos ad concordiam invitarunt, qui non modo non consenserunt, sed potius magno conatu iisdem pro viribus resistere tentarunt. Carthaginensis enim Donatus contumeliis imperatori illatis, per totam Africam ad homines suæ partis (ita suæ factionis sectarios Donatistas nominabat) nuntios præcursores præmisit, qui ad piam hanc sanctamque unitatem impediendam, monerent, ne oblatam ab imperatore eleemosynam acciperent: siquidem nefas foret & illicitum, a peccatoribus (quales essent Constans imperator ejusque legati, ideo quod a sua parte alienæ communicationis essent) eleemosynam accipere. alter vero Bagaiensis Donatus armatis Circumcellionibus resistere obnisus, causam dedit, ut legati ad vim & injuriam, si quam Circumcelliones inferre conarentur, propulsandam, & ad thesauros, quos pauperibus erogarent, defendendos, a Silvestro comite milites armatos postularent: e quorum numero duo pluresve a Circumcellionibus vexati, injuriam sibi illatam apud alios deponentes, eos omnes commoverunt, ut turbam Circumcellionum, ipsis etiam præpositis reluctantibus, aggrederentur, atque ex iis quosdam occiderent, ceteros autem fere omnes cum Donatistis clericis fugarent. Hac occasione Donatus Carthaginensis episcopus schismaticus, cum aliis quibusdam captus, velut malorum omnium fons & auctor jure relegatus, & ab urbe expulsus fuit, utinam per Iulianum apostatam numquam restitutus. Ita legatio hæc, etsi non in ipsis episcopis Donatistarum, saltem in populo optatum finem consecuta, occasionem præbuit catholicæ ecclesiæ in Africa episcopis, ut post schismaticos episcopos exturbatos, post plebem catholicæ ecclesiæ unitati ac communioni restitutam, concilio indicto convenirent, Deo gratias agerent, quæque ab iisdem schismaticis in Christiana disciplina corrupta fuerant, restituere ac reformare laborarent. Hæc ex Optati Milevitani lib. 3. Baron. anno 348. num. 16. & seqq.

Donatus Bagaiensis per Circumcelliones legationem impedire conatus est frustra. Circumcelliones Donati fugantur. Donatus Carthaginensis captus, urbe expellitur. Legationis effectus quis.

Carthago urbs.

b *Carthaginense*] Carthago a Didone, ut testatur Eusebius, condita, Africæ quondam caput, & Romani imperii æmula, tantæ olim potentiæ fuit, ut Polybio & Strabone auctoribus, tota Africa cultiore potiretur. A Romanis funditus eversa, postea a D. Cæsare restaurata, Romanorum colonia facta est. Plin. lib. 5. cap. 4. Ptol. lib. 4. cap. 8. Ejus urbis hodie præter ruinas nihil amplius extat. Hadrianum imperatorem eam *Hadrianopolim* nominasse, Spartianus ait. *Alexandriam Commodianam togatam* ab imperatore Commodo ridicule nominatam fuisse, scribit Lampridius. Auctore Balsamone *Iustiniana* nuncupata fuit, a Iustiniano imperatore, quod eam imperio Romanorum restituerit. *Tharsin* in sacris bibliis dici, ex Suida & Eustathio, Hermolaus aliique plures testantur. Incolas hujus urbis *Pœnos*, & regionem *Punicam* vocant auctores. Vide Abrahami Ortelii thesaurum geographicum.

Cur primũ concilium hoc appellatum sit.

c *Primum.*] Hoc concilium appellatur primum, non quod nullum aliud concilium Carthagine ante hæc tempora celebratum fuerit, cum ne quidem sub ethnicis imperatoribus, & persecutoribus ecclesiæ, Carthagine concilia celebrari desierint, ut supra patet: sed quia inter orthodoxa & approbata concilia Carthagine habita, ea quæ etiamnum extant, primum sit & antiquissimum hoc Carthaginense concilium, post exturbatos schismaticos in Africa celebratum. Baron. anno 347. num. 42.

Tempus concili.

d *Tempore Iulij*] Anno nimirum pontificatus ipsius 12. vel 13 qui est Christi 348. vel 349. Constantis 12. vel 13. Hanc synodum post Sardicense concilium celebratam fuisse, evidentissime colligitur ex cap. 5. Carthag. I. ubi Sardicensis ante habiti mentio fit nominatim. Ante Constantis imperatoris necem, quæ contigit anno Christi 350. qui est Iulii & Constantis 14. habitam fuisse, Africana legatio manifestissime indicat. Tempore igitur intermedio, quod inter concilium Sardicense ann. Christi 347. Iulii & Constantis 11. celebratum, atque inter obitum Constantis anno Christi 350. Iulii 14. occisi, intermedium est, hanc synodum congregatam fuisse oportuit, anno nimirum Christi, pontificis & imperatoris eodem, quo supra dixi.

Gratus episcopus quis?

e *Gratus episcopus Carthaginensis.*] Hic est ille Rufi successor, qui non tantum Sardicensi, sed etiam Romano concilio I. sub Iulio Romæ celebrato interfuit.

f *Qui dedit malis schismatibus finem.*] Circumcellionibus occisis aut fugatis, schismaticis omnibus in exilium relegatis, occasione qua dixi supra.

Emendatur lectio actorum hujus concilii.

g *Religiosissimo Constantino imperatori.*] Constanti legendum esse, putat illustrissimus cardinalis Bar an. 348. num. 43. tum quod Constantius concordiam & unitatem Africanæ ecclesiæ frequenter quidem tentarit, nihil autem effecerit, ut ex Romano sub Melchiade, & I. Arelatensi sub Silvestro habitis desuper conciliis, diximus in notis ibidem: tum etiam, quod legatio Macarii & ejus collegæ, ipsaque Macariana tempora, sub Constante Augusto contigisse, Optatus & Augustinus inculcent.

h *Mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium.*] Insinuatur legatio, qua Macarius cum collega Paulo ad petitionem Grati Carthaginensis episcopi, jussu Constantis imperatoris ablegatus fuit in Africam, ut erogatis munificentissime imperatoris muneribus & eleemosynis, si non ipsos episcopos, saltem populum schismaticum ad unitatem ecclesiæ redintegrandam commoverent. Quæ, qualis, quemve effectum sortita fuerit, supra diximus. A Macario legatorum altero *tempora illa Macariana*, quorum frequens mentio fit apud Optatum & S. Augustinum, denominata fuerunt, suumque exordium hinc acceperunt. Baronius num. 16. anno 348.

i *Ergo si vobis placet.*] Occasione Donatistarum, baptizatos a catholicis iterato baptizantium, divino juri convenienter, ut supra in notis apost. canonum, atque alibi sæpe diximus, anabaptismus omnium sententia hoc canone damnatus fuit.

k *Martyrum dignitatem.*] Donatistarum opera execrandum illud atque nefandum scelus inter ipsos schismaticos coaluerat, ut gloria martyrum illecti, seipsos præcipitio necarent, mortemque voluntariam vel ipsi opperirent, vel conductis sui interfectoribus sibiipsis inferri procurarent, ideo sane ut apud suæ sectæ homines titulo martyrum & honore illis congruo frequentarentur. *Ex ipso genere fuerunt*, inquit Optatus lib. 3. *qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrii in suam perniciem conducebant: inde etiam illi qui ex altorum montium cacuminibus, viles animas projicientes, sese præcipites dabant.* Quo facto cum nihil perniciosius reip. Christianæ accidere posset, ne voluntarium suiipsius homicidium deinceps impune committatur, hac sanctione hoc scelus patrantibus tam laicis quam clericis gravissima pœna merito indicta fuit.

His duobus canonibus, cælibem vitam profitentibus suspecta mulierum cohabitatio interdicitur, quæ Elib. Arelatensis I. & Nicæni concilii decretis jam ante prohibita fuit. Vide notas eorumdem conciliorum, & can. apostol. 6.

l *Aut clerici sine actionibus domorum, &c.*] Vide quæ diximus supra in notis ad can. apost. 39. epist. Alexand. I. verbo *actores*. item notas concil. Africani I. sub Stephano.

m *Statuat sanctitas vestra, ut clerici qui superbi vel contumaces sunt, &c.*] Hæc occasione Donati Carthaginensis episcopi schismatici statuta videntur, cujus tanta fuit superbia, ut non tantum præfectos, ipsumque imperatorem gravi contumelia affecerit, in munificentiam imperatoris instar Iudæ infremuerit, munera illius quasi a peccatore oblata forent, acceptari noluerit, verum etiam per suum ipsius nomen, tamquam per numen aliquod jurare docuerit, seque uni Deo æqualem comparandum esse existimaverit. *Hoc modo*, inquit Optatus, *exaltatum est cor ejus, ut sibi jam non homo, sed Deus fuisse videretur.* Item alibi: *Dum se Donatus super imperatorem extollit, jam quasi hominum excesserat metas, ut se ut Deum, non hominem æstimaret.* Et infra: *Deinde cum ante ipsius superbiam omnes, qui in Christum crediderant, Christiani vocarentur, ausus est populum cum Deo dividere, ut qui illum secuti sunt, jam non Christiani vocarentur, sed Donatistæ: & si quando ad eum aliqui ex Africana provincia veniebant, illico ad singulos quosque venientes, hæc illius erant verba: Quid apud vos agitur de parte mea? &c. & in judiciis publicis interrogati, singuli sic apud acta locuti sunt, ut dicerent se de parte esse Donati, de Christo tacuerint.* Hæc Optatus lib. 3. contra Parm.

a MEDIOLANENSE b CONCILIVM II.

SVB IVLIO

Mediolanense.] Mediolanum metropolis Insubrum, vulgo *Milano*, urbs potentiæ & dignitatis eximiæ, quæ ob præstantem loci commoditatem imperatorum Romanorum sedes plerumque fuit. Barnabæ apostolo primo hujus urbis episcopo post alios, clarissimum lumen ecclesiæ S. Ambrosius successit. Ob urbis dignitatem posteri antistites regem Romanorum coronandi privilegium adepti fuisse putantur. Tempore Gratiani Cæsaris res Mediolanenses ingenti

genti incremento auctæ fuerunt. Nam quingentis & amplius annis neque ab externo hoste, neque intestino bello Insubres vexati fuere. Duravit illa felicitas usque ad S. Ambrosii tempora, quibus Ariana hæresis maximis calamitatibus hanc urbem affecit. Deinde Attila in Italiam ingressus, Mediolanum diruit. Instauratum aliquantulum quievit. Mox a Longobardis maximis agitatur molestiis. Quibus a Carolo Magno domitis, annos trecentos & sexaginta floruit. Deinde vero Fredericus Barbarossa urbem hanc solo adæquavit. Cujus incolæ tandem Parmensium & Placentinorum ope, tanto animorum ardore patriam restaurarunt, ut multo quam ante ditior, potentior frequentiorque extiterit. Hæc ex theatro Braunii.

b *Concilium.*] Anno Christi 350. cum adhuc Constans imperator in humanis esset, Mediolani episcoporum celebris conventus agebatur, cui cum pluribus aliis episcopis Romanæ ecclesiæ presbyteri interfuerunt. Hoc conventu Vrsacius & Valens, quasi a sua ipsorum conscientia flagellati, præmissis ad Athanasium literis pacificis & communicatoriis, pœnitentiam egerunt, confitentes omnia, quæ vel dixissent, vel fecissent contra Athanasium, falsa esse, & nihil aliud quam calumniam. Neque id simpliciter egerunt, sed ita ut Arianam fidem anathemate execrarentur, suamque pœnitentiam scripto promulgarent. Quod negotium cum gravius esset, quam ut hoc Mediolanensi conventu, licet eidem Romanæ ecclesiæ presbyteri interessent, absolvere liceret, neve contra antiquum ecclesiæ catholicæ morem, alibi quam Romæ, coram ipso pontifice, hæresiarchæ hæresin suam abjuraturi ad communionem ecclesiæ reciperentur; eosdem ad Iulium Romanum pontificem miserunt, ut coram ipso post oblatum pœnitentiæ suæ libellum, de quo infra, universa Romana ecclesia spectante, exomologesin agerent. Quibus peractis non tantum venia donati, & in gratiam ecclesiæque communionem recepti fuere, sed etiam encyclicis illis literis Athanasii pacificis & communicatoriis, quas Alexandriam reversus miserat ad omnes extra Palæstinam episcopos, cum multis aliis episcopis subscripserunt. Hæc ex epistola synodali sanctorum patrum Ariminensis concilii, & ex epistola Osii Cordubensis ad Constantium scripta. Baronius anno 359. num. 18. & seqq.

EPISTOLA PACIFICA
& communicatoria Vrsacii & Valentis ad Athanasium.

Domino & fratri Athanasio episcopo Vrsacius & Valens episcopi salutem.

NACTI occasionem per fratrem & compresbyterum nostrum Museum istuc ad tuam dilectionem euntem, care frater, ejus opera admodum te ex Aquileia salutatum volumus, optamusque te salvum nostras epistolas perlegere: cujus rei fiduciam nobis daturus es, si tu quoque in scribendo vices observaris. Scire enim te volumus, pacem tibi nobiscum esse, & communionem ecclesiasticam intercedere: cujus rei fidem esse volumus nostram istis literis inscriptam salutationem. Divina providentia te conservet, dilecte frater.

A

LIBELLVS POENITENTIÆ,
quem Vrsacius & Valens Iulio obtulerunt.

ANNO CHRISTI 350.

Extat apud Athan. apolog. 2. Soz. lib. 3. cap. 22. Bar. ann. 350. n. 21.

QVANDOQVIDEM satis constat, & nos superioribus temporibus multa gravia de Athanasio per epistolas criminatos esse, & tuæ humanitatis literis admonitos ut crimina probaremus, nunquam earum rerum documenta afferre potuisse: Ideo confitemur tuæ humanitati coram universis nostris fratribus presbyteris, omnia quæ antehac ad vestras aures de Athanasio perlata fuere, falsa & ficta esse, & omnibus modis ab eo aliena. Ac proinde recipimus ejus communionem, maxime quia tua erga Deum pietas veniam secundum genuinam suam bonitatem nostro errori impartiri dignata est. Quin & hoc promittimus, nunquam, si aliquando orientales, atque adeo ipse [a] Eusebius velit malitiose eum ad judicium vocare, nos citra tuam sententiam eo abituros. Hæreticum porro Arium, ejusque propugnatores, qui dicunt; Erat, quando non erat Filius; aut eum ex non ente ad essentiam emersisse; aut qui neget Christum Deum esse Dei Filium ante sæcula, quemadmodum in priore nostro libello Mediolani edidimus, & nunc & semper anathemate damnamus. Nostraque manu denuo protestamur, nos Arianam hæresin ejusque auctores in æternum damnare. Ego Vrsacius, cum præsens meæ confessioni interessem, subscripsi: quod itidem & Valens fecit.

" ** Κυρίῳ ἀδελφῷ Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης ἐπίσκοποι.

Ἀφορμὴν εὑρόντες διὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Μουσαίου ἐρχομένου πρὸς τὴν σὴν ἀγάπην, ἀδελφὲ ἀγαπητέ, δι' αὐτοῦ σε καὶ πάνυ προσαγορεύομεν ἀπὸ τῆς Ἀκυλήϊας, καὶ εὐχόμεθα ὑγιαίνοντά σε τὰ γράμματα τὰ ἡμέτερα ἀναγνῶναι· δώσεις γὰρ καὶ ἡμῖν θαῤῥεῖν, ἐὰν καὶ σὺ ἐν τῷ γράφειν τὴν ἀμοιβὴν ἡμῖν ἀποδῷς· γίνωσκε γὰρ ἡμᾶς εἰρήνην ἔχειν μετὰ σοῦ, καὶ κοινωνίαν ἔχειν ἐκκλησιαστικήν, καὶ τούτου γνώρισμα, ἡ διὰ τούτων τῶν γραμμάτων προσηγορεία· ἡ θεία πρόνοιά σε διαφυλάττοι, κύριε ἀγαπητὲ ἀδελφέ.

Ἑρμηνεία ἀπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ, τῆς πρὸς Ἰούλιον ἐπιστολῆς, περὶ τῆς μετανοίας Οὐρσακίου καὶ Οὐάλεντος, κυρίῳ μακαριωτάτῳ πάπᾳ Ἰουλίῳ, Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης.

Ἐπειδὴ συνέστηκεν ἡμᾶς πρὸ τούτου, πολλά τε καὶ δεινὰ περὶ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου διὰ γραμμάτων ὑποβεβληκέναι, γράμμασί τε σῆς χρηστότητος μεθοδευθέντες, τοῦ πράγματος χάριν περὶ οὗ ἐδηλώσαμεν, οὐκ ἠδυνήθημεν λόγον ἀποδοῦναι, ὁμολογοῦμεν παρὰ τῇ σῇ χρηστότητι, παρόντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν πάντων τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι πάντα τὰ πρὸ τούτου ἐλθόντα εἰς ἀκοὰς ὑμῶν περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ προειρημένου Ἀθανασίου, ψευδῆ καὶ πλαστά ἐστι, πάσῃ τε δυνάμει ἀλλότρια αὐτοῦ τυγχάνει· διά τε τοῦτο ἡδέως ἀντιποιούμεθα τῆς κοινωνίας προειρημένου Ἀθανασίου, μάλιστα ὅτι ἡ θεοσέβειά σου, κατὰ τὴν ἔμφυτον αὐτοῦ καλοκἀγαθίαν, τῇ πλάνῃ ἡμῶν κατηξίωσε συγγνώμην δοῦναι, ὁμολογοῦμεν δὲ

ANNO CHRISTI 350.

καὶ τοῦτο, ὅτι ἄν ποτε ἡμᾶς οἱ ἀνατολικοὶ θελήσωσιν, ἢ καὶ αὐτὸς Εὐσέβιος κακοτρόπως περὶ τούτου εἰς κρίσιν καλέσαι, μὴ ἀπέρχεσθαι παρὰ γνώμην τῆς σῆς διαθέσεως. τὸν δὲ αἱρετικὸν Ἄρειον καὶ τοὺς ὑπερασπίζοντας αὐτοῦ, τοὺς λέγοντας ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὁ υἱός ἐστι, καὶ τοὺς ἀρνουμένους τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι Θεοῦ υἱὸν πρὸ αἰώνων, καθὼς καὶ ἐν τῷ προτέρῳ λιβέλλῳ ἑαυτῶν ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἐπιδεδώκαμεν, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ἀναθεματίζομεν. Ταῦτα δὲ τῇ χειρὶ ἑαυτῶν γράψαντες, ὁμολογοῦμεν πάλιν ὅτι τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν καθὰ προείπομεν, καὶ τοὺς ταύτης αὐθέντας, κατεκρίναμεν εἰς τὸν αἰῶνα. ἐγὼ Οὐρσάκιος τῇ ὁμολογίᾳ μου ταύτῃ παρὼν ὑπέγραψα, ὁμοίως καὶ Οὐάλης.

Nota Severini Binii.

a *Eusebius.*] In libello Vrsacii & Valentis, quem recitat Sozomenus lib 3. cap 22. de Eusebio nulla mentio habetur, & recte: nemo enim illorum Eusebiorum, Cæsariensis, Nicomediensis atque Emiseni, superstes erat, qui longe ante pœnitentiam Vrsacii & Valentis defuncti fuerunt. Vnde nomen Eusebii apud Athanasium irrepsisse videtur.

"†* EÆDEM EPISTOLÆ EX FRAGMENTIS S. HILARII PICT. EP.

EXEMPLVM EPISTVLÆ QVA post renunciationem orientalium, Athanasium reum non esse, in urbe Roma, holographa manu Valens perscripsit, & Vrsacius subscripsit.

Domino beatissimo papæ Iulio, Valens & Vrsacius S.

QVONIAM constat nos antehac multa gravia de nomine Athanasii episcopi literis nostris insinuasse, atque literis sanctitatis tuæ conventi, ejus rei de qua significavimus, non præstitisse rationem: profitemur apud sanctitatem tuam cunctis præsentibus presbyteris fratribus nostris, omnia quæ antehac ad aures nostras pervenerunt de nomine prædicti, falsa nobis esse insinuata atque omnibus viribus carere. atque ideo nos libentissime amplecti communionem prædicti Athanasii, maxime cum sanctitas tua, pro insita sibi benevolentia, errori nostro veniam fuerit dare dignata. Profitemur etiam, quod si aliquando nos orientales voluerint, vel idem Athanasius malo animo ad causam vocare, citra conscientiam tuam non adfuturos. Hæreticum vero Arium; sed & satellites ejus qui dicunt, erat tempus quando non erat filius, & qui dicunt, ex nihilo filium, & qui negant Dei filium ante secula fuisse, sicut per priorem libellum nostrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc & semper anathematizasse, hac manu nostra qua scripsimus, profitemur: & iterum dicimus, hæresim Arrianam, ut superius diximus, & ejus auctores in perpetuum damnasse. *Et manu Vrsacii:* Ego Vrsacius episcopus huic professioni nostræ subscripsi. *Hæc epistula post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est.*

ITEM EXEMPLVM ALTERIVS epistulæ Valentis & Vrsacii, quam post aliquantum temporis ab Aquileia, postea quam hanc superiorem Romæ emiserant, ad Athanasium miserunt & episcopos.

Domino fratri Athanasio Vrsacius & Valens.

DEDIT se occasio fratris & compresbyteri nostri Moysetis venientis ad tuam dilectionem, frater carissime, per quem tibi salutem largissimam dicimus ex Aquileiensium civitate, & optamus ut incolumis literas nostras recenseas. Dederis enim fiduciam, si tu quoque in rescribendo vicem nobis rependas. Sane habere nos locum tecum & communionem ecclesiasticam his literis scito. Divina pietas te custodiat Frater.

aHIEROSOLYMITANVM bCONCILIVM.

a *Hierosolymitanum.*] Hierosolyma, ante memorabile sui excidium, bis millesimo septuagesimo septimo anno, a Melchisedec Chananæo & gentili rege & pontifice extructa, olim Salem, postea Iebus, deinde composito nomine Iebusalem, ac demum melioris soni gratia, Ierusalem appellata fuit: Ioseph. 1. & 7. antiquit. Pererius in Genes. cap. 14. num. 66. & 67. Titus Vespasiani filius, anno Christi 72. octavo die Septembris captam, post templum toto orbe celeberrimum decima Augusti incensum, eam funditus evertit, ideo sane quod horrendum & maxime omnium execrandum facinus admisissent, quo Christum Dei filium a patre missum, tot oraculis prophetarum testatum, plurimis miraculis illustratum & testimoniis declaratum, ante annos trigintaocto, turpissimo mortis genere iniquissime & immanissime occidissent. Hadrianus ex Asia in Syriam veniens, desolatam urbem, monte Calvariæ mœnibus incluso, instaurari, eamque cum Iudæis peregrinos & alienigenas incolere & inhabitare permisit. Qui externa sacra cum externorum deorum imaginibus in urbem introducentes, Iudæis post abitum Hadriani rebellandi occasionem dederunt. Hac seditione per Iudæorum oppressionem composita, Ierusalem in honorem Ælii Hadriani, Ælia dicta fuit. In fronte portæ, qua Bethlehem egressus est, sus sculptus fuit in marmore. Iudæi sic e regione pulsi, ut nec ab edito quidem loco paternum solum aspicerent. Hanc urbem in medio totius universi sitam, adeoque quasi terræ umbiculum esse, auctoritate scripturæ Ezechielis cap. 5. hac: *Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam;* item psalm. *Operatus est Deus noster salutem in medio terræ;* affirmarunt Hieronym. ibidem, Ioseph. de bello Iudaico lib. 3. c. 2. Victorinus " Pictaviensis, Georgius Braunius in theatro. Quod si auctores prædicti mathematice intelligant, verum non est. Ita enim sequeretur, quod est impossibile, Hierosolymis columnam æstivo solstitio stantem umbram non facere, & foret omnino necessarium Hierosolymam ponere intra zonam torridam, & tropico cancri subjicere. Hoc cum non tantum communi sententiæ geographorum, verum etiam experimentis certissimis repugnet, non immerito sane Thomas Bozius vir cum primis eruditus, Bedam eumdem errorem de locis sanctis cap. 2. sectantē reprehendit. Itaq; communem illā sententiam de urbe in medio terræ sita, nō male Bar. an. Christi 34. n. 116. de medio terræ habitabilis aut Palæstina interpretatur. Magna celebritas urbis est, quod ejus ecclesia mater omniū ecclesiarum habita,

habita, ideoque episcopus Hierosolymitanus etsi non potestatem, honorem tamen & dignitatem patriarchalem consecutus fuerit. Vide quæ notavimus supra epist. 3. Anacleti. item canone 7. concilii Nicæni. Iulianus apostata, ut Iudæos contra Christianos incitaret, sibique collatis in eos beneficiis devinceret, templum quondam magnificentissimum restaurare conatus quidem fuit, verum mirabili Dei potentia ab incepto impeditus nihil effecit. Signo crucis in aere ostenso, vestibus aspectantium impresso, omnes territi ab ædificio abstinuerunt: quidquid operis extructum fuerat, ingentior terræmotus evertit, ignisque cælo delapsus absumpsit; denique materiam ad ædificandum præparatam vehementior turbinum vis oborta plane disjecit. Gregorius Nazianz. orat. 2. in Iulianum. Chrysost. homil. 4. in Matth. Ruf. lib. 1. cap. 35. & 39. Theodor. lib. 3. cap. 17. Addit Socrates, ignem cælitus demissum omnia opificum instrumenta absumpsisse.

b *Concilium.*] Causa concilii Hierosolymis congregati hæc est. Athanasium judicio Sardicensis concilii absolutum, Aquileiæ exulantem, Cōstantius orientis imperator metu admonentis fratris inductus, ad sedem Alexandrinam tranquille possidendam pluribus literis, quas supra in notis ad 4. epistolam Iulii huic operi "inseruimus, benigne admodum invitaverat: sed accidit dum adhuc in itinere esset, ut a nefando crudelique tyranno Magnentio Constans imperator orthodoxæ fidei columna, exulumque episcoporum magnus defensor ac patronus innocentissime occideretur, & quod cum Athanasio epistola synodalis ait, *sanctissimus ille vir martyrium assecutus, ex hominibus in requiem sibi debitam transferretur.* qua occasione Ariani novam calumniam in Athanasium commenti, quasi ad Magnentium tyrannum adversus Constantium literas scripsisset, eum a reditu & ingressu urbis, minando & terrendo prohibere conati fuerunt: verum post fraudem ac malitiam eorum cognitam, acceptis denuo ab imperatore literis, quas supra recitavimus in notis ad 4. epist. Iulii, bene animatus Hierosolymam usque progreditur. Quo cum venisset, Maximus Hierosolymitanus episcopus ibidem synodum coegit, in qua episcopi illi, qui olim sententiæ in Athanasium subscripserant, delictum suum detestati atque confessi, eam quam postularunt communionem & reconciliationem præsentis Athanasii impetrarunt. Hæc ex Athanasii apologia 2. & ex synodali epistola quam infra subjungimus. Bar. an. 350. n. 1. usque ad 15.

EPISTOLA SYNODICA
HIEROSOLYMITANI CONCILII
ad Alexandrinos scripta.

Sancta synodus Hierosolymitana omnibus sacrorum in Africa & in Ægypto comministris nostris, presbyteris item Alexandrinis, diaconis, populoque, dilectissimis fratribus in Christo salutem.

PRO dignitate rerum omnium domino gratias agere non sufficimus de miraculis quæ ubique, & potissimum erga vestram ecclesiam operatur, cum vobis restituat pastorem vestrum & dominum comministrum nostrum Athanasium. Quis enim speravit unquam ea se oculis

A visurum, quæ nunc re ipsa experimini? Certe preces vestræ exauditæ sunt ab omnium rerum domino, qui pro tanta ecclesia curam gerit, vestrasque lacrymas & lamentationes intuetur, ac proinde vestras obsecrationes ratas voluit. Eratis tamquam oves abjectæ, dissipatæque sine pastore: propterea ad vos cælitus respexit verus pastor ovium suarum mire solicitus, eumque vobis restituit, quem desiderabatis. Ecce enim nos omnia pro ecclesiastica pace agentes, & cum vestra dilectione conspirantes, priores illum complexi sumus, & communione cum eo inita, has salutationes vobis mittimus, & hæc nostra gratulantia vota; ut cognoscatis, nos copula communionis illi conjunctos esse. B Vestrum autem est pro pietate religiosissimorum imperatorum orare: qui & ipsi in gratiam vestri desiderii, illiusque innocentiæ, quam jam cognitam habent, eum cum omni honore restituere voluerunt. Pronis igitur manibus eum excipientes, gratulatorias preces (ut par est) Deo qui hæc tribuit, offerre studete, ut semper in Deo gaudeatis, & glorificetis Deum in Iesu Christo domino nostro, per quem patri suo gloria in sæcula seculorum.

Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΟΙΣ συναχθεῖσα, τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύαις συλλειτουργοῖς, καὶ τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ λαῷ ἀγαπητοῖς, καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν. C

ΚΑτ' ἀξίαν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ εὐχαριστεῖν οὐκ ἀρκοῦμεν ἀγαπητοὶ, ἐφ' οἷς θαυμασίοις ἐποίησε πάντοτε, ἐποίησε δὲ καὶ νῦν μετὰ τῆς ὑμετέρας ἐκκλησίας, τὸν ποιμένα ὑμῶν καὶ κύριον, καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀθανάσιον, ἀποδοὺς ὑμῖν. τίς γὰρ ἤλπισέ ποτε ταῦτα ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ἃ νῦν ὑμεῖς ἔργῳ ἀπολαμβάνετε; ἀληθῶς αἱ προσευχαὶ ὑμῶν εἰσηκούσθησαν παρὰ τῷ τῶν ὅλων Θεῷ τῷ κηδομένῳ τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας καὶ ἐπιδόντι ὑμῶν τὰ δάκρυα καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς, καὶ διὰ τοῦτο τῶν δεήσεων ὑμῶν ἐπακούσαντι. ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα ἐρριμμένα D καὶ ἐσκυλμένα μὴ ἔχοντα ποιμένα. διὰ τοῦτο ἐπεσκέψατο ὑμᾶς ὁ ἀληθὴς ποιμὴν οὐρανόθεν, ὁ τῶν ἰδίων προβάτων κηδόμενος, ἀποδοὺς ὑμῖν, ὃν ἐπιθυμεῖτε. ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡμεῖς πάντα ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης πράττοντες, καὶ τῇ ὑμετέρᾳ συμπνέοντες ἀγάπῃ, προλαβόντες αὐτὸν ἠσπασάμεθα, καὶ κοινωνήσαντες δι' αὐτοῦ ὑμῖν, ταύτας τὰς προσρήσεις διαπεμπόμεθα, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους ὑμῶν εὐχὰς, ἵν' εἰδῆτε τῷ συνδέσμῳ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας καὶ ἡμᾶς ἡνῶσθαι. ὀφείλετε δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων εὔχεσθαι, οἵτινες καὶ αὐτοὶ γνόντες τὸν πόθον ὑμῶν, E τὸν περὶ αὐτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ καθαρότητα, ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν ὑμῖν μετὰ πάσης τιμῆς κατηξίωσαν. ὑπτίαις οὖν ὑποδεξάμενοι αὐτὸν χερσὶ, καὶ τὰς ὀφειλομένας περὶ τούτου εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀναπέμψαι τῷ ταῦτα ὑμῖν χαρισαμένῳ Θεῷ σπουδάσατε, ὑπὲρ τοῦ διαπαντὸς ὑμᾶς χαίρειν σὺν Θεῷ καὶ δοξάζειν ἡμῶν τὸν κύριον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

"Τῶν δὲ ἀπογραψάντων τὰ ὀνόματα εἰ καὶ φθάσας ἐδήλωσα, ἀλλὰ καὶ νῦν ἔγραψα. εἰσὶ γὰρ,

" Nomina hæc omisit Binius.

Μάξιμος,

ANNO CHRISTI ...

Μάξιμος, Αέτιος, Άρδος, Θεόδωρος, Γερμανὸς, Σιλβανὸς, Παῦλος, Πατρίκιος, Ελπίδιος, Γερμανὸς, Εὐσέβιος, Ζηνόβιος, Παῦλος, Μαρκῖνος, Πέτρος, Κλαύδιος.

"Ex Binio, nam R. P. Iac. Sirmõdus primũ hoc Vasense conciliũ non agnoscit. Vide infra ejus notas ad concil. Vasense sub Leone I. anno 442.

[a]CONCILIVM" VASENSE

[b]SVB IVLIO I.

CAP. I.

Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

"Tom. III. p. 1456. D. 15. q. 2. qui obligationes.

Piis legatis non satisfacientes excommunicandi.

"*S. Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum*, unde vel maxime arguas Binium.

[c]QVI oblationes defunctorum retinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles, sunt ab ecclesia rejiciendi: quia usque ad inanitionem fidei pervenire certum est hanc divinæ pietatis exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei, habendi sunt. Vnde & quidam patrum" hoc scriptis suis insevit, congruente sententia, qua ait, *amico quippiam rapere furtum est; ecclesiam fraudare, sacrilegium.*

CAP. II.

Vt in omnibus missis, sive matutinis, sive quadragesimalibus, vel quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus *dicatur: & ut nomen papæ urbis Romæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.*

[d]ET in omnibus missis sive matutinis sive quadragesimalibus, sive in illis quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus eo ordine, quo ad missas publicas dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiamsi die noctuque posset dici, fastidium non potest generare. Et hoc nobis justum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Nomen papæ recitandum in ecclesia.

CAP. III.

Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria Patri, *etiam* Sicut erat in principio, &c. *semper dicatur.*

[e]ET quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem & totam Africam vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore fuisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicitur, etiam & nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decrevimus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Vasense.*] Tria Vasione siue Vasatis in Gallia Narbonensi habita fuerunt concilia. Primum sub Constantio imperatore & Nectario Viennensi, ut testatur Ado Viennensis in chronico his verbis: *Florebat*, inquit, *& tunc temporis* (nimirum quo Maximinus episcopus Trevirensis, cujus immediate præcedentibus verbis mentionem fecerat) *Nectarius Viennensis episcopus in doctrina fidei eximius, qui in Vasensi illa synodo venerabili primus interfuit, & Patris & Filij & Spiritus sancti unam esse naturam & potestatem & deitatem & virtutem in ecclesia publice prædicavit & docuit.* Secundum, sub consulatu Dioscori anno domini 442. qui est Leonis 3. & Theodosii 35. Tertium, sub consulatu Decii junioris, anno nimirum Christi 463. vel quod ex subscriptione Cæsarii episcopi verius puto, circa annum domini 524. nam ante hæc tempora, Cæsarius abbas dumtaxat, non episcopus fuerat. Horum conciliorum canones ita confusi existunt, ut qui quotve singulorum sint, certo cognosci nequeat. Ego vero cur tres supra positos inde huc transtulerim, dicam infra in notis eorumdem canonum.

Hoc cum reliquis duobus appellatur Vasense aut Vasionense, a Vasione, quæ est oppidum Vocontiorum in Gallia Narbonensi; cujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap 10. Plinius lib. 3. cap. 4. Pomponius Mela lib. 2. cap. 5 Sed cur non potius" pro Vasensi, Vasatense nominaverimus, a Vasatis civitate in Gallia " Narbonensi? de qua Paulinus ad Ausonium:

Quique superba tua contemnis mœnia Romæ
Consul, arenosas non dedignare Vasatas.

Et Paulinus junior in carmine eucharistico:

Exactis laribus patriis, tectisque crematis,
Obsidio hostilis vicina excepit in urbe,
Vasatis patria majorum ipsa meorum, &c.

Porro creditur hæc illa esse civitas, quæ modo vulgo dicitur *Basas*: fuisse quidem illam sedem episcopalem, Sidonius in epist. ad Basil. his verbis declarat, dum illius provinciæ deplorat calamitatem: *Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, Helusani, Vasates, Convenæ, Auscenses, multoque major numerus civitatum, summis sacerdotibus ipsarum morte truncatis, nec deinceps ullis episcopis in defunctorum officio suffectis.* Nos cum" Baronio anno Christi 442 num. 3 hanc synodum Vasatis celebratam esse, libentius dixerimus.

b *Sub Iulio.*] Si quod asserit Ado Viennensis in chron. hæc synodus celebrata est tempore Maximini Trevirensis episcopi adhuc superstitis, sub Iulio eam celebratam fuisse oportet. Paulinus enim ejusdem sedis episcopus initio pontificatus Liberii Maximino successit, ac paulo post ab Arianis relegatus, in exilio martyrio occubuit ut infra patebit.

c *Qui oblationes defunctorum.*] Hic canon est quartus concilii Vasensis secundi: quia vero trium conciliorum Vasensium diversis temporibus celebratorum canones confusi existunt, hunc primo concilio restituimus, ideo quod is concil. Arelat. secundo nominatim citetur can. 28. his verbis: *Secundum constitutionem synodi Vasensis, qui oblationem fidelium suppresserit aut negaverit, ab ecclesia cui fraudem fecit, excludatur.* Baron. anno 314. num. 50. & 325. num. 17.

d *Et in omnibus missis.*] Hunc canonem de canendo trisagio in primo Vasensi concilio contra doctrinam Arii statutum fuisse, affirmat Baron. anno 442. in fine, ideo scilicet, ut in omnibus divinis mysteriis laudes sanctissimæ Trinitatis occinerentur.

e *Et quia non solum in sede apostolica.*] Cum Ariani blasphemantes dicerent, Filium a Patre in tempore factum, & fuisse tempus quando non erat: Placuit Nicæni concilii patribus, quod etiam supra in notis ejusdem concilii diximus, ad antiquum glorificationis hymnum hunc, *Gloria Patri & Filio*, illam appendicem adjicere, qua dicitur: *Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.* Quæ appendix cum ab hoc Vasensis concilii canone recepta fuerit, concedi debet, eumdem esse illius Vasensis synodi, quæ temporibus Iulii pontificis & Constantii imperatoris celebrata fuit paulo post concilium Nicænum. Vide Baronium anno Christi 325. num. 176. & 177. item anno 442. in fine, & anno 463. num. 14.

IN

IN SYNODOS TRES HABITAS

ADVERSVS PHOTINVM SVB IVLIO I. PAPA

a Baronio & Binio prætermissas aut male collocatas, opera R. P. DIONYSII PETAVII Soc. IESV vindicatas,

Mediolanensem anno CCCXLVII. Sirmiensem CCCXLIX. Sirmiensem alteram anno CCCLI.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, SOC. IESV.

Nullam ecclesiasticæ historiæ partem, vel impeditiorem esse, vel ignotam magis, non solum hac ætate, sed duodecim abhinc fere sæculis, recte observavit Petavius noster, qui ab aliis omissas, aut suis non recte annis collocatas synodos tres, *Mediolanensem, geminamque Sirmiensem*, e tenebris ruderibusque sacræ vetustatis eruit ipse primus, aut aliorum perplexis disputationibus obrutas restituit, tum in eruditissimis ad Epiphanii opera Animadversionibus anno 1622. excusis, tum in singulari dissertatione *de Photino hæretico, ejusque damnatione in quinque synodis facta, ac de duplici Sirmiensi contra illum synodo & formulis in posteriore editis*, quam rationario temporum tertiæ editionis tamquam appendicem subjecit. Nos quod in ea nova quamplurima, vulgoque haud satis comperta, ac nullius hactenus vel levissima suspicione perstricta ecclesiasticæ historiæ capita prodantur, tamquam huicce nostro instituto apprime necessariam subjungemus integram, ut cum Binianis annotationibus ex Baronio depromptis quilibet antiquitatis sacræ studiosus indagator comparare possit.

DE PHOTINI DAMNATIONE

R. P. DIONYSII PETAVII SOC. IESV. DISSERTATIONIS

CAPVT I.

Photini historia, & synodorum contra eum celebratarum tam a catholicis, quam ab hæreticis. Ostenditur duas fuisse Sirmienses: quarum prior hactenus ignota in lucem extrahitur.

PHOTINVS Sirmii, quod Pannoniæ opidum est, episcopus, [a] Marcelli Ancyræ episcopi in adolescentia discipulus, & [b] sub eo diaconus aliquandiu vixit. Is de Christo prave sentiens [c] Pauli Samosateni instauravit hæresim: ob eamque sæpe damnatus est tam ab catholicis, quam ab ipsis Arianis.

[d] Severus Sulpicius auctor est ipsum una cum Marcello præceptore suo synodi judicio condemnatum esse etiam ante Sardicensem. Ac videtur ea synodus Constantinopolitana fuisse, quæ post famosum illud Tyri conciliabulum anno Christi 336. imperante adhuc Constantino, peracta est. de qua Socrates lib. 1. cap. 36 & Tripart. lib. 3. c. 9. Nam Marcellus in illa depositus. quamquam de Photino nulla apud Socratem fit mentio. Porro cum Athanasius post id tempus cum ambobus istis communicasset, ab iisdem Arianis absens condemnatus est, ut ait Severus. quod ad synodum Antiochenam pertinet, [e] in qua depositus est Athanasius.

Post Sardicense concilium anno 347. celebratum est, in quo Athanasius, & Marcellus pristinum in locum restituti sunt: ut ex synodica constat, [f] quæ apud Theodoretum legitur. [g] Epiphanius refert in eadem synodo Photinum damnatum, & gradu esse dejectum: cujus in synodica nulla extat mentio.

Exinde Mediolani catholicorum celebrata synodus est, biennio antequam Valens & Vrsacius in ecclesiam recipi se postulantes Iulio, & Athanasio supplices libellos obtulissent. *Igitur ad tollendum* (ait [h] Hilarius) *ex episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes, hoc magis soliciti, atque anxii, turbari rursum, miscerique omnia, quod jampridem plures episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum, vel communionis hæresis Arianæ ab ecclesia fuerant ejecti. Quam opportunitatem nacti Vrsacius & Valens Romanæ plebis episcopum adeunt, recipi se in ecclesiam deprecantur*, &c. Huic synodo Romani pontificis interfuere legati, in eaque hæresis Ariana proscripta est, & Vrsacius ac Valens a communione suspensi, rogata venia in gratiam recepti sunt. quatuor alii episcopi Arianæ sectæ cum Arii perfidiam damnare noluissent, irati exierunt. Cujus rei fidem faciunt imprimis epistolæ duæ; altera concilii Ariminensis ad Constantium: altera [i] Liberii papæ, quam per Luciferum episcopum ad eumdem Constantium imperat. misit, cum ab eo solicitaretur, uti Athanasii depositioni subscriberet, paullo antequam iret in exilium. Hanc epistolam primo loco commemorabo. In qua Liberius Constantium hortantem, ut cum Arianis episcopis consentiret, ita compellat. *Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demofilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluissent damnare, de concilio iratis animis exierunt.* In [k] altera synodi Ariminensis epistola catholici episcopi de Vrsacio, & Valente sic apud eumdem Constantium queruntur; ut e Græco vertit Epiphanius Scholasticus in Tripartita. *Quapropter Vrsacius, & Valens, quoniam participes, & concordes Ariani dogmatis erant, a nostra sunt communione segregati. Quam ut reciperent, cognoscentes delicta, quibus peccaverant, pœnitentiam, atque veniam impetrare poscebant: & rescripta eorum hæc ita se habere testantur, per quæ criminum veniam consecuti sunt. Erat enim tempus, quo hæc gesta noscuntur, quando Mediolani synodus celebrata est præsentibus Romanæ ecclesiæ presbyteris. Cognoscentes vero simul etiam post mortem dignum memoria Constantinum, cum omni integritate, & examinatione conscriptam exposuisse fidem. qui cum ab hac luce baptismate percepto discesserit, & ad præmia debita pacis abierit, incongruum esse judicamus post illum aliquid novitatis admittere.* Hanc epistolam Latine conceptam retulit Hilarius in fragmentis: sed concisam, & omissis plurimis, quæ in Græco sunt, mutilam. Ita enim verba illa, quæ descripsimus, illic leguntur. *Ideo Vrsatius, & Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando, & suspensi erant a communione, & rogaverunt veniam; sicut eorum continent scripta: quam meruerunt tunc temporis a concilio Mediolanensi, & assistentibus etiam legatis Romanæ ecclesiæ, Constantino præsente. In hoc cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens, baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutare.* Ex his colliguntur quatuor, quæ ad Mediolanensem istam synodum illustrandam pertinent. Primum in ea damnatos Arianos, ac proinde celebratam esse ab episcopis catholicis. Deinde Romanæ ecclesiæ presbyteros, vel, ut habet Hilarius, legatos interfuisse. Quod autem Constantino præsente facta esse apud eumdem Hilarium legitur, id in Græco non extat: neque de Constantino M. verum est, uti neque de ejus filio juniore Constantino, ut ex illius synodi tempore paullo post evidens fiet. De Constante itaque loquuntur; cujus jussu, utpote catholici principis, coacta videtur illa synodus. Quod si verum est; tum sane reliqua, quibus ejus mortis, & baptismi meminerunt, ad Constantem, non ad Constantinum pertinebunt. Sed ea res alterius est disputationis ac loci. Tertio indidem constat, Vrsacium, & Valentem in Mediolanensi concilio Arianæ postulatos hæresis veniam exorasse, & in integrum restitutos esse. Quarto annus quoque, quo illa synodus est congregata, ex Liberii epistola conficitur. Nam dicit ante octo annos, quam ad Constantium illam epistolam scriberet, Mediolani eam habitam fuisse. Porro scripsit ad Constantium Liberius antequam in exilium mitteretur; adeoque anno Christi 355. Quare octavus annus ante hunc erit annus Christi 347. ut Sardicensem synodum brevi intervallo Mediolanensis consecuta sit, eodemque anno celebrata. Biennio post, cum Athanasius Constantis & Constantii auctoritate, ac decreto ab exilio revocatus esset, Alexandriamque profectus; & catholica res meliore jam loco esse cœpisset, Valens & Vrsacius, qui in ditione Constantis erant, & ad potentiorum nutum, voluntatem ac religionem suam fingere jamdudum instituerant, ut antea cum ecclesia catholica, ita cum Athanasio redire in gratiam e re sua esse statuerunt. Itaque libellum obtulere primum Iulio papæ: in quo & illa omnia conficta esse fassi sunt, quæ contra Athanasium objecta fuerant; & Arianam perfidiam anathemate damnarunt: *Sicut per priorem libellum* (inquiunt) *nostrum quem apud Mediolanum porreximus, & nunc, & semper anathematizasse, hac manu nostra, qua scripsimus, profitemur.* Hæc in Latino eorum libello apud Hilarium: cui ista subjicit: *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est.* nempe in Mediolanensi synodo, ut ex iis patet, quæ paullo antea scripsit Hilarius; biennio ante Mediolanensem synodum, cui Romani interfuere legati, peractam esse, quam Valens, & Vrsacius cum Athanasio dato libello reconciliati sunt.

ANNO CHRISTI ...

[k] Extat apud Athan. lib. de syn. p. 676. Socr. l. 2. Theod. 2. c. 19. Tripar. 5. c. 21.

Illustratur Mediolanensis synodus.

Cæterum Vrsacii, & Valentis ista reconciliatio perperam in annalibus confertur in annum Christi 350. post mortem Constantis, qui 15. Cal. Febr. interemptus est. Etenim certissimum est, superstite Constante ambos illos resipuisse, ac libellos dedisse. quod Athanasius ipse dubium esse non patitur; in epistola ad solitarios. ubi istos ait post Constantis obitum ab Arianis adductos esse, ut

Vrsacii & Valentis reconciliatio suo tempori restituta.

[l] Pag. 640.

ANNO CHRISTI ...

ad vomitum redirent, & ab Athanasii pariter, atque ecclesiæ catholicæ communione desciscerent, caussantes metu se Constantis, & ingratiis ad simulandam hanc pœnitentiam esse compulsos. Hoc vero falso illos allegasse dicit Athanasius; quod neque tum ullus Palatinus, aut Notarius ad eos missus sit, qui illos cogeret: quemadmodum ipsi deinceps instituerunt facere: sed nec imperator quidem adesset verum sponte ipsi Romam advolassent, & in medio ecclesiæ cœtu pœnitentiæ libellos palam protulissent. Hæc Athanasius: ex quibus perspicuum est, Constante adhuc vivo Valentem, & Ursacium Iulio pariter & Athanasio supplicasse quod anno 349 contigit, biennio post Mediolanensem synodum, quæ ante annos octo, quam Liberius ad Constantium epistolam daret, indicta ponitur ab eodem Liberio. Quocirca tertia Photini damnatio in Mediolanensi catholicorum synodo facta est, ut ex his omnibus constat.

Quarto damnatus est Photinus in Sirmiensi concilio a catholicis.

Quarto damnatus idem est in Sirmiensi synodo, non illa celebri, cui Ariani præfuerunt, imperatore Constantio, ac Basilio Ancyrano præcipuas partes illius sustinente: sed in altera, cujus ex annalium, historiarumque monimentis hodie memoria omnis excidit. quam nos ex Hilarii Fragmentis, velut e parietinis ac ruderibus, sepultam, ac pene obliteratam eruimus. Synodum ergo Sirmiensem a catholicis, & occidentalibus in caussa Photini celebratam esse dico priorem illa, quæ in eadem urbe ab Arianis, & orientalibus est habita. Quod ex verbis Hilarii colligitur, quæ hujus capitis initio posuimus. Refert enim Hilarius ad tollendum ex episcopatu Photinum congregatos esse episcopos, post biennium, quam in Mediolanensi synodo damnatus fuerat: ac per eam occasionem Valentem, & Ursacium, qui in Mediolanensi synodo cum catholica ecclesia in concordiam redierant, cum Athanasio reconciliatos esse. Quod superstite Constante factum esse, & anno Christi 349. paullo antea demonstravimus. His ista subjicit Hilarius. *Verum inter hæc Sirmium convenitur. Photinus hæreticus comprehensus, olim reus pronunciatus, & a communione jampridem unitatis abscissus, ne tunc quidem per factionem populi potuit* * *admoveri.* Hinc de loco synodi illius constat: nempe Sirmii eam habitam fuisse; neque Photinum de sede pelli potuisse, quod populus seditione facta episcoporum conatui restitisset.

* cor. *amoveri.*

Probatur Sirmiensis prior synodus.

Nam quod Sirmiensis ista synodus diversa sit ab ea, quæ postea contra Photinum eumdem celebrata est ab Arianis, quæque vel unum fidei decretum, vel etiam duo condidit, de quibus mox agetur pluribus; his argumentis ostenditur. Primum ex tempore, quod ab Hilario significatur, & a nobis illustratum est hactenus. Biennio quippe post Mediolanensem synodum, & sex annis, antequam Liberius relegaretur, adeoque anno 349. Sirmii congregata est illa synodus. At vero famosum illud concilium, cui Basilius Ancyranus interfuit, ut minimum biennio post, Christi 351. celebratum est. ut autem aliis placet, nono post anno, Christi 357. de qua re postea. Deinde quia Photinus in priore illa, propter populi factionem, amoveri non potuit; in posteriore vero ab Arianis & Constantio habita, omnino dejectus est, ut Sozomenus refert l. 4. in fine c. 6. Tertio quod concilium Sirmiense, de quo Hilarius scribit, occidentales soli celebrarunt, decretumque suum ad orientales miserunt episcopos, ut idem testis est Hilarius; qui *decretum de Photino ab occidentalibus* factum *ad orientales relatum* asserit: Orientales vero *mente callidos, ingenio subtiles, malitia pertinaces occasionem revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione est dissolutum, quæsisse judicii, & rescribente de Photino, Marcelli mentionem, velut institutionum talium magistri, addidisse: ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem caussæ novitas excitaret; & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen inveheret.* Hæc Hilarius: quorum ex antecedentibus, atque ex historia Severi, hæc sententia est. Marcellus Photini magister, cum ab Arianis una cum Photino depositus esset, ut supra demonstravi, in Sardicensi concilio in integrum restitutus erat. Verum cum pristinum errorem postea resumpsisset, *Athanasius hunc a sua communione suspendit, habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio notatus, sponte concederet*, ut Severus narrat. Quod Athanasii judicium Photini damnatione, ac Mediolanensi synodo anterius fuisse testatur Hilarius: atque *his, quæ in Photinum gerenda erant, auctoritatem præbuisse.* Siquidem orientales, decreto illo contra Marcellum ab occidentalibus misso, rescripserunt, non solum Photini damnationem approbantes: sed Marcelli insuper addentes: ut hoc modo Sardicensis acta concilii labefactarent, & quæ ibi de Marcello & Athanasio constituta erant, irrita facerent. Quippe ambo, uti diximus, a Sardicensi synodo sedibus suis restituti sunt. Hujus autem convelli auctoritas, infringique videbatur, damnato Marcello, quem illa sublevarat; & ad Athanasii damnationem, quem perinde complexa synodus erat, aditus præstrui. Hæc ab Hilario ad eum modum gesta narrantur. Unde illud apparet, Sirmiensem hanc synodum occidentalium fuisse; & quidem catholicorum; primum quia Valens & Ursacius hujus occasione synodi cum catholicis, & Athanasio penitus concordiam inierunt; ut ex Hilario supra docuimus. Deinde quod idem Hilarius, paucis interjectis, occidentales istos, qui Sirmii convenerant, ea re commendat, quod decretum suum ad orientales miserint bono more, institutoque, non ut eos ad assentiendum cogerent; *ut nunc*, inquit, *agitur*: sed ut certiores illos facerent. *De Photino autem, sicuti mos poscebat, ad orientales epistola fiunt, non injuria extorquendi, ut nunc agitur, adsensum, sed instruendæ universorum scientiæ consuetudine.* Quamobrem occidentalium iste consessus Sirmii factus non potest idem esse cum altero, in quo Basilius cum Photino commissus est. cui soli orientales propemodum interfuere. Ac videtur Constans imperator catholicæ fidei studiosissimus princeps, ejus promovendæ, & in occidente sanciendæ gratia, primum Mediolani episcopos congregasse, ut de Arianis, ac præsertim Valente, & Ursacio cognoscerent; & quæ nuper in Sardicensi concilio decreta erant, denuo firmarent: deinde Sirmii, ut Photinum e gradu dejicerent. quod ne fieret, populus intercessit: Constans vero, antequam vim adhibere posset, e vita sublatus est. Itaque nova deinde synodo opus fuit ad deponendum Photinum.

Quinta igitur & postrema Photini damnatio in eadem urbe Sirmio, biennio post priorem, facta est anno 351. quo depositus est iterum Photinus, & episcopatu pulsus; quod obtineri hactenus non potuerat; atque etiam collatione cum Basilio Ancyrano habita, convictus, ac professus est. Cujus synodi ratio quia perplexa est, & multis obstructa difficultatibus, nec levis de actis illius controversia; seponemus ei explicandæ caput alterum, in quo quæ ad illam pertinent brevi complectemur.

CAPUT II.

De tribus fidei formulis Sirmii editis, e quibus sola prima in concilio adversus Photinum illic peracto facta esse monstratur.

Cum jam quarto episcopalibus sententiis notatus, ac depositus Photinus, invitis omnibus, sedem suam retineret, demum adversus eumdem Sirmiensis altera synodus est collecta, in qua Constantii imperatoris auctoritate rursus ille damnatus episcopatu cedere cogitur. Synodum hanc celebravere orientales potissimum episcopi. Nam Hilarius libro de synodis formulam fidei cum anathematismis illic editam sic inscribit: *Exemplum fidei Sirmio ab orientalibus contra Photinum conscripta:* ac proxime ante, tunc eam esse propositam refert, *cum Photinus episcopatu dejectus est.* unde, quod superiori capite diximus, constat, alteram hanc Sirmiensem esse synodum ab ea, quam occidentales biennio ante in eadem urbe fecerunt.

Duo sunt hac de synodo quæstionis capita; alterum de anno, quo peracta est; alterum de fidei formulis, quæ in ea publicatæ feruntur. Quod primum attinet, Socrates libro 2. cap 19 Græcæ edit. & Sozomenus lib. 4. cap. 6. testantur eum annum fuisse post consulatum Sergii, & Nigriani, quo nulli consulatum gesserunt ob bellicos tumultus. Hic est annus Christi 351. At Baronius in annum 357. illam conjicit De fidei formulis non minor est controversia. Nam tres omnino extant ejus urbis inscriptæ nomine, quæ in eadem Sirmiensi contra Photinum collecta synodo propositæ narrantur a [a] Socrate, [b] Sozomeno, ac [c] Nicephoro.

Primæ auctor fuisse perhibetur Marcus Arethusius, ut scribit Socrates, Græceque concepta est cum anathematismis 25. Ea Græce apud Athanasium legitur [d] in libro de synodis, & [e] Socratem loco jam citato. Latine autem apud Hilarium libro de synodis, & in Tripartita, libro 4. cap. 7. In ea damnantur anathemate, qui dicunt Filium *de non extantibus, aut ex altera hypostasi esse: vel fuisse tempus, aut sæculum quando non erat.* Nulla porro in illa mentio fit οὐσίας, nisi quod damnantur, qui dicunt πλατυσμὸν τῆς οὐσίας, *collatationem substantiæ* esse Filium. Hujus fidei formulæ, ac Sirmiensis synodi & Photini depositionis, quod subit mirari, nullam mentionem facit in ejus hæresi [f] S. Epiphanius. sed solius Sardicensis occidentalium synodi meminit, in qua damnatus est. secundum quam Constantium adiisse, ac se injuste depositum querentem, judices impetrasse: ac missos esse Thalassium, Datianum, Cerealem, Taurum, Marcellinum, Euanthium, Olympium, Leontium. quos ex ordine Senatorio fuisse

fuisse Socrates indicat. Coram his, & episcopis pluribus descendisse illum in certamen cum Basilio Ancyrano prodit Epiphanius, ac Socrates, & Sozomenus. Qui ambo significant, finita jam synodo Sirmiensi, & post depositum in eadem Photinum, disputationem illam esse factam. qua convictus Photinus, & exauctoratus est. Verum apud eumdem Epiphanium a in Semiarianorum hæresi, Basilius, aliique episcopi in synodica Ancyrani conciliabuli, meminerunt Sirmiensis synodi, ejusque actorum adversus Photinum

Secunda fidei formula apud Sirmium edita est Latino sermone, ut testantur Athanasius, Socrates, Hilarius, qui eam describunt, Sozomenus, aliique. Hujus inscriptio est apud Hilarium ejusmodi: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium, & Potamium conscripta.* In ea prohibitum est fieri mentionem nominum οὐσίας, ὁμοουσίου & ὁμοιουσίου, quia nusquam in scripturis legantur. Eamdem postea supprimere conati sunt Ariani interposita auctoritate Constantii, ut iidem scriptores referunt.

Tertia formula Latine itidem Sirmii concepta est, notatis Coss. Eusebio, & Hypatio, qui annus Christi fuit 359. eaque a Valente, & Vrsacio Ariminum perlata. quæ apud Athanasium, & Socratem extat. Sed eam in Sirmiensi contra Photinum synodo editam non fuisse perspicuum est, idque Nicolaus Faber in præfatione ad Hilarii fragmenta olim animadvertit.

Nos in animadversionibus ad Epiphanium, ante annos quatuordecim, cum de hoc argumento longam disputationem faceremus, duo quædam exposuimus: alterum, Sirmiensem illam postremam synodum eo anno peractam fuisse, quem habet Socrates, Christi 351. non, ut plerisque persuasit annalium ecclesiasticorum conditor, anno 357. Alterum, e tribus illis fidei formulis, quas paullo ante commemoravi, solam primam in illo concilio scriptam fuisse: secundam vero non in synodo ipsa Sirmiensi; sed aliquot annis postea editam, in consessu paucorum episcoporum. Horum primum veterum illorum, quos citavi, auctoritate nititur; præsertim Socratis: qui ut sæpius, ita nunquam temere, aut falso notas illas consulatuum adhibet; sed ex actis publicis, ac fastis haud dubie depromptas quo major illis habenda fides est, maxime ubi nulla in contrarium idonea sunt argumenta: cujusmodi certe hic nulla sunt. Nam quæ in annalibus opponuntur, satis iis responsum est in animadversionibus ad Epiphanium; ac paullo post ea prorsus irrita, & inania esse constabit; ubi quod posterius est e duobus a me positis, ostendero, secundam de tribus fidei formulam non in Sirmiensi contra Photinum synodo: sed alio tempore, ac diverso cœtu præsulum in lucem exiisse. Quod illic disputatum latius, ut in pauca contraham, his maxime de causis asseritur.

Imprimis auctores sunt a Epiphanius, & b Hilarius, cum secunda ista formula publicata esset, atque e Sirmio in orientem perlata, vehementer exarsisse Basilium Ancyranum episcopum, aliosque Semiarianarum partium: cumque ab Georgio Laodiceno sectæ ejusdem patrono literas accepissent; quibus de Eudoxii perditissimi Ariani vesania certiores illos faciebat (quem refert d Sozomenus, postquam ecthesim illam ab Osio expressam, ab Valente & Vrsacio missam recepisset, gratulationis plenas ad eos scripsisse literas, quod ipsorum opera vera in occidente fides reviviesceret. His commotum Laodicenum Georgium, ad Basilium, & episcopos, qui cum eo Ancyram convenerant, epistolam dedisse, qua eos hortabatur, ut Antiochenæ, immo orientali ecclesiæ succurrerent. Porro Ancyram ideo sese contulerant, ut encænia celebrarent novæ basilicæ, quam à se conditam Basilius ibi dedicabat. Igitur Ancyræ Semiarianorum concilium habitum est, paullo ante pascha, ut eorum synodica testatur apud Epiphanium. In quo fidei formulam istam, quæ secunda apud Sirmium edita est, damnarunt, & adversus eam longissimam aliam ecthesim cum anathematismis ediderunt Post synodum deinde legati ad imperatorem Constantium profecti Basilius ipse, Eustathius Sebastenus, Eleusius Cyzicenus, & Leontius presbyter, qui hoc ab eo peterent, ὥστε κρατεῖν τὰ ἐν Σαρδικῇ, καὶ ἐν Σιρμίῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις συνόδοις κεκριμένα, ἐν αἷς συνεδόκει ὅμοιον εἶναι κατ' οὐσίαν τῷ Πατρὶ τὸν υἱόν. *Vti rata hæc essent, quæ apud Sardicam, & Sirmium, & in aliis synodis decreta fuerant: in quibus communi consensu definitum erat similem esse secundum substantiam Patri Filium.* ut scribit Sozomenus. qui imperatorem narrat ea legatione commotum revocasse omnia, quæ per Anomœos extorta fuerant: a quibus secunda illa Sirmiensis professio dictata erat.

Ex his omnibus validum argumentum efficitur, quo secunda illa formula Sirmiensis ostenditur nequaquam in Sirmiensi contra Photinum collecta synodo condita fuisse. Etenim Sirmiensi huic synodo non solum Basilius interfuit; sed pene etiam præfuit. præcipuæ certe in ea

A partes illius fuerunt: ut qui in ejus omni actione floruit; eademq; finita, datis ab Constantio judicibus cum Photino congressus est, eumque superavit: quod Epiphanius, Socrates, Sozomenus, aliique narrant Quid igitur fingi absurdius potest, quam in illa ipsa synodo eam fidei conceptam esse formulam præsente Basilio, quam is paucis post mensibus adeo detestatus est, uti contra eam cœtum coegerit episcoporum, acerrimoque decreto, & anathemate jugularit, & ad illam evertendam legatus ad Constantium Sirmium usque pervenerit? An talem unquam ecthesim coram se dictari passus esset, a qua tantopere dissidebat? Nam in illa τῆς οὐσίας, ὁμοουσίου, & ὁμοιουσίου vocabula ex æquo rejecta sunt, ex Anomœorum sententia. At Basilius Semiarianarum fautor partium τὸ ὁμοιούσιον propugnabat, & Anomœos, quos apud Epiphanium & Hilarium formulæ illius auctores Ancyrana synodus B facit, pejus, quam catholicos, oderat. Quod si invitus illi Sirmii subscripsisset, age num Ancyram reversus, Sirmiensem synodum adeo commendasset, aut ejus decreta fideique sanctionem confirmari ab imperatore petiisset? Nonne id egisset potius, ut ea Constantii decreto rejiceretur? e Sane in Ancyrani concilii synodica optasse plurimum se aiunt episcopi, ut post Sardicensem synodum, & Sirmiensem, in qua Photinus damnatus est, quietis esse sibi liceret. Sed quoniam ex Illyricianorum literis, & Georgii Laodiceni, didicerint, confossam tot synodorum decretis hæresim caput efferre cœpisse; ideo se Ancyræ congregatos ea omnia denuo confirmasse, quæ in Antiochena synodo, & Sardicensi, ἣν ἀνείληφεν ἡ ἐν Σιρμίῳ σύνοδος, *quam Sirmiensis synodus est amplexa*, constituta fuerant. Non igitur secunda illa formula Sirmii edita ad C eam synodum pertinere potest, quæ contra Photinum est habita.

e apud Epiphan. Hær. 73 N. 2.

Præterea ex hac rei apud Sirmium, Ancyramque gestæ narratione colligitur, eamdem formulam absente Basilio Ancyrano esse conscriptam. quod si verum est; non potuit Sirmiensis concilii tempore fieri. Nam princeps, ut jam diximus, actionis illius, ac synodi Basilius Ancyranus fuit: isque finito concilio cum Photino disputavit. Quod autem Sirmio tum abfuerit, cum ecthesis illa dictata est, e f Sozomeno probatur: qui refert Eudoxium, Acacium, & Vranium, cum ab occidentalibus episcopis Valente, Vrsacio & Germinio formulam istam, qua de agimus, accepissent Osii subscriptione firmatam, ejus dogma, in quod ipsi cum Aetio consentiebant, audacter, ac palam divulgare cœpisse quod indigne ferens Georgius D Laodicenus certiorem de tota re Basilium ac reliquos Ancyranæ synodi præsules fecit. ut & ipsi in synodica sua testantur. Quare non videtur illius formulæ conscius fuisse Basilius. Quippe ab solis occidentalibus episcopis dictata, ad orientales deinde missa pervenit: ut ex Sozomeno colligitur

f lib. 4. c. 12.

Quinetiam illius inscriptio, quæ apud Hilarium, Athanasium, & Socratem legitur, satis indicat, eam a paucis episcopis, non a plena synodo profectam Hilarius enim hoc ei lemma præscribit: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium & Potamium conscripta.* Tum sic eadem incipit. *Cum nonnulla putaretur esse de fide disceptatio, diligenter omnia apud Sirmium tractata sunt, & discussa, præsentibus sanctissimis fratribus, & coepiscopis nostris Valente, Vrsacio, & Germinio.* quod exordium Græce itidem apud ceteros extat. Quare paucis, uti dictum est, ab episcopis condita est hæc fidei professio: non ab generali synodo. Longe enim aliter Sirmiensis concilii ecthesim proponit, & inscribit Hilarius eodem in libro de synodis: *Exemplum*, inquit, *fidei Sirmio ab orientalibus contra Photinum conscripta.* E Hic ab orientalibus, hoc est plena in synodo scriptam ait Sirmiensem illam formulam: alteram nonnisi ab uno, alterove. Ad hæc Hilarius idem postquam secundam hanc Sirmiensem ecthesim, & Ancyrani contra illam concilii decreta proposuit, ita loquitur: *Dignum autem est conscientia communi etiam ceteras eorumdem episcoporum orientalium diversis & locis, & temporibus conscriptas fides nostræ*, &c. quæ postquam præfatus est, duas, non amplius, formulas describit; alteram Sardicensis synodi; alteram Sirmiensis contra Photinum. hanc vero commemoraturus ita scribit: *Consequens est autem ut eam nunc fidem retractemus, quæ non olim, tunc cum Photinus episcopatu dejectus est, conscripta est.* Itaque Sirmiensis hæc formula diverso vel loco, vel tempore ab ea conscripta esse debet, quæ secunda Sirmiensis dicitur. At loco diversa non est: tempore igitur diversa sit oportet. Huic argumento, quod ex Hilarii testimonio petitur, robur addit S. Vigilius, & opinionem nostram adstruit, dum in libro 5. adversus Eutychem duos illos conventus episcoporum, atque synodos distinguit, unam orientalium, qui contra Photinum apud Sirmium collecti sunt, quos catholicos appellat, eorumque decreta commendat. alteram episcoporum aliquot, ut Osii, Valentis, Vrsacii,

Germinii,

ANNO CHRISTI ...

Germinii, & aliorum; quibus universos ait orientales episcopos contrariis restitisse decretis. Sed Vigilii verba, quibus egregie id, quod volumus, affirmat, melius est adscribere. De Ancyrana itaque orientalium synodo contra secundam Sirmiensem formulam habita, sic ille scribit. *Deinde adversus sacrilegam impiæ professionis unitatem, quæ per Osium, Valentem, Vrsatium, & Germinium, ceterosque similis pravitatis apud Sirmium fuerat conscripta, universi orientales episcopi convenientes, alias, id est, duodecim sententiarum definitiones ediderunt, quæ Nicæno concilio non continentur.* De Sirmiensi porro concilio, in quo Photinus postremo damnatus antea fuerat; hæc subjicit. *Illius vero catholici concilii apud Sirmium contra Photinum ex toto oriente congregati, quis sufficiat multiplices fidei sanctiones comprehendere, quæ apud Nicænam synodum, quia talis rei necessitas fuerat nulla, non sunt omnino sancitæ: quæ nullus fidelium audet respuere, aut cunctatur recipere, qui non vult cum Photino anathematis eorum sententiæ subjacere.* Hæc Vigilius. quæ non aliunde, quam ex Hilarii libro de synodis, accepit. Hic enim Ancyranæ synodi ab Semiarianis præside Basilio habitæ decreta prædicat, & commentario illustrat; quæ etiam duodecim numero refert, totidem anathematismis expressa. quæ cum auctoribus suis orientalibus episcopis pro catholicis amplectitur. Cum autem Hilarius decreta ista condidisse *orientales episcopos in unum congregatos* absolute scripserit, Vigilius putavit omnium orientalium concursu celebrem fuisse synodum illam. In quo falsus est. Pauci enim convenerunt, hoc est numero duodecim, quorum nomina synodicæ Ancyranæ subscripta sunt apud a Epiphanium. Non enim plena fuit ista synodus, sed provincialis duntaxat; & per occasionem dedicandæ apud Ancyram basilicæ collecta; ut ipsimet testantur in synodica sua. Inter hos episcopos nominatur Eustathius Sebastenus; quem S. Basilius Cæsareensis episcopus c in epistola ad occidentales, illi ipsi Ancyranæ interfuisse synodo, & cum hæreticis *homousion* damnasse scribit: qui locus b in 7. synodo citatur. Hæreticos igitur istos fuisse scivit, qui hæc melius e propinquo nosse potuit Basilius. Quamquam nulla litera extat in illorum anathematismis, ac synodica tota, quæ τὸ ὁμοούσιον condemnet. Sed quia τὸ ὁμοιούσιον præcise receperunt, suppressa mentione alterius; pro hujus damnatione Basilius istud habuit. Nisi forte altera quæpiam apud Ancyram celebrata synodus est, in qua nominatim damnatum sit τὸ ὁμοούσιον, quod ego non puto. Itaque vera est, ut opinor, conjectura nostra.

a Hær. 73. N. 11.

b Epist. 74.

c pag. 390. edit. Rom. Græcolat.

Sed ut ad Vigilium revertar; perspicuum est, Ancyranam ab eo synodum, itidem ut ab Hilario, dici contra Osii & aliorum blasphemam formulam, celebratam fuisse. Est hæc vero, ut sæpe docui, secunda illa Sirmiensis professio, quam in diversa synodo, ab ea, quæ Photinum damnavit, editam esse mox idem Vigilius indicat, dum hanc synodum orientalium contra Photinum, *catholicum concilium* appellat; cujus sanctiones collaudat, similiter atque Hilarius, & alii quidam veteres perinde ac recentiores fecerunt. at illum cœtum episcoporum, qui secundam apud Sirmium professionem condidit, hæresis & impietatis arguit. Hujus conventiculi, & impiæ professionis ab Osio non tam editæ, quam vi ac suppliciis extortæ, meminit Sœbadius Aginnensis, ubi hanc synodum appellat. Ex quo perperam aliqui concludunt Sirmiensem ab eo contra Photinum intelligi synodum. Sed errant. Synodus enim qualiscumque conventus episcoporum interdum dicitur. cujusmodi tum profecto fuit, quando Constantii potentia & tyrannide freti Ariani nefariam ab Osio fidei formulam extorserunt: de qua vide, si lubet, quæ in Epiphanianis animadversionibus notavimus.

Dissolvuntur argumenta contra nos opposita.

Satis pro opinione nostra disputatum est hactenus. Vnum illud restat argumentum, quod ex illorum temporum historia duci invictum putatur a quibusdam adversus Socratis, aliorumque veterum sententiam, quæ Sirmiensi postremæ contra Photinum synodo præfinit annum Christi 351. quam nos ab recentioribus haud merito damnatam, ac verissimam esse monstravimus. Qui enim potuit, inquiunt, Sirmii jussu Constantii celebrari tum ulla synodus, cum Pannonia, cujus oppidum illud est, a tyrannis obtineretur? Nam post Constantis obitum, qui ineunte contigit anno 350. Magnentius in Galliis, & Italias Vetranio in Pannonia, cui præerat, dominatum arripuerunt. Sed accurata notatio temporum istorum, inane hoc esse, irritumque docebit

Constans enim Constantii frater a Magnentio tyranno cæsus est, & Magnentius ipse tyrannidem invasit anno ineunte Christi 350. decimoquinto Cal. Febr. Coss. Sergio & Nigriniano, ut Idatius in fastis, Socrates, Sozomenus, d aliique narrant. Magnentius Gallias, Italiam, & Africam obtinuit. eodemque anno Vetranio, qui peditum magisterio præditus Illyricum curabat, imperium & ipse usurpavit apud Sirmium Calendis Martii, ut ait chronicon Alexandrinum. ex quo castigandus est Idatii codex, qui Calendas Mai notat, errore librariorum, qui literam i, pro r, posuerunt. Hunc enim scribit in Cæsaribus Victor cis mensem decimum in ordinem redactum esse ab Constantio; quod 8. Cal. Ian. accidisse testis est Idatius: apud quem etiam perperam id confertur in annum eum, qui inscribitur *Post consulatum Sergii & Nigriniani*, & est Christi 351. Nam istud evenit antecedente anno, Coss. Sergio, & Nigriniano, decimo mense nondum expleto ab Martio. Vetranione summa potestate ita, uti diximus, exuto, Constantius Illyricum obtinuit. At sequente anno, qui fuit Christi 351. Magnentius 4 Cal. Octob. ut refert Idatius ad Mursam Illyrici oppidum victus est a Constantio. & anno deinde tertio, Christi 353. apud Lugdunum sibi necem conscivit. Quocirca anni 351. majori parte, hoc est prioribus mensibus, & ab Octobri deinceps, Illyricum in potestate fuit Constantii, potuitque Sirmii episcoporum habere conventum.

d Zosim. 2. Victor. in Cæs.

Cum igitur Vetranione dejecto Constantius Sirmii moras faceret; ac Photinus in eadem urbe nefariam vulgaret hæresim, Ariani episcopi, quos in comitatu semper habebat Constantius, ut pro catholicis sese gererent, atque ab hæresi alienos se esse monstrarent, imperatori persuadent, ut Sirmium ex orientis partibus episcopos cogeret. quod ab illo factum esse anno ipso 351. testatur Socrates. Neque vero constat quot illic episcopi fuerint. Sed illud certum est, paucissimis exceptis, orientales omnes fuisse. Socrates Valentem solum Mursorum episcopum nominat, & Osium Cordubensem. Sed de Osio fallitur, ut in animadver. ad Epiphanium ostendimus. Caussa autem erroris hæc illi fuit, quod aliam fidei formulam, quæ in eadem urbe postea decreta est, Osius subscriptione sua probare coactus est. quam quidem in Sirmiensi concilio, quod adversus Photinum celebratum est, publicatam esse falso arbitratus est Socrates. Quamobrem Sirmiensis illa synodus orientalium fuit episcoporum. Vnde S. Hilarius libro de synodis, fidem, quæ tum illic publicata est, expositurus, ita præfertur: *Exemplum fidei Sirmio ab orientalibus contra Photinum conscriptæ.*

Cur autem plerique omnes, qui tum Sirmii convenerunt, orientales essent, ac præter unum alterumve nullus occidentalium accesserit; nulla fingi caussa potest alia, nisi quod occidentem, hoc est transalpinas regiones, & Italiam Magnentius occupabat. Nisi caussa hæc fuisset, ac si Constantius occidentem in ditione sua tenuisset: quis dubitat, quin Sirmii, quæ urbs occidentalis erat imperii, habitam synodum frequentiores ex occidente celebraturi fuerint episcopi? quemadmodum Arimini postea factum, & antea, Sardicæ. Atque hoc non leve est argumentum, quo Magnentianis temporibus indicta illa synodus ostenditur.

Hilarii locus ex fragmentis illustratur: in quo de Photino agit, ac synodis contra eum factis. unde pleraque eorum probantur, quæ iisdem de rebus observavimus.

CAPVT III.

CVM ex Hilarii potissimum fragmentis expressa sint ea, quæ de Photini damnatione, synodisque contra ipsum habitis capite primo docui; visum est ipsius locum integrum hic exscribere, ut singulorum probationes in promptu habeantur; quibusdam additis scholiis, quibus velut radiis, illustratus, planus legentibus, ac facilis occurrat: quem alioqui desperatæ obscuritatis esse; ac neque verbis, neque sententiis cohærere, docti quidam homines arbitrati sunt.

HILARIVS.

Superest ut quid de Marcello, & Photino gestum sit, paucissimis dicam. Photinus Sirmiensis episcopus fuit a Marcello imbutus. Nam & diaconus sub eo aliquandiu fuit. Hic corruptis innocentiæ moribus, ac disciplinis, turbare euangelicam veritatem persistebat novis prædicatibus. Et hoc ita sæpe est, ut cum incrementa vitiorum, detrimenta in amore Dei fecerunt, vesanum depravatæ scientiæ studium increscat. a Igitur ad tollendum ex episcopatu Photinum, qui b ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes, c hoc magis soliciti, atque anxii, turbari rursum, miscerique omnia, quod jampridem plures episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum, vel communionis

munionis hęresis Arianæ, ab ecclesia fuerat necesse resecare. d Quam opportunitatem nacti Vrsacius, & Valens Romanæ plebis episcopum adeunt, recipi se in ecclesiam deprecantur, & in communionem per veniam admitti rogant. Iulius ex consilio veniam, quam orabant, impertit, ut cum lucro catholicæ ecclesiæ vires quoque detraheret Arianis, cum eos, qui unitatem ante turbaverunt, consilii hujus, & audaciæ pœnitentes in communionem catholicam per veniam reconciliatæ pacis admitteret. Et quia non est nisi de veritate confessio, nisi de vitio pœnitentia, nisi venia de admisso, Valens & Vrsacius admittendi, ut orabant, in communionem, de Athanasii innocentia, de judicii falsitate, de Arianæ hæresis piaculo talibus literis ante profitentur.

Sequitur libellus, quem suapte manu Valens perscripserat, & Vrsacius subscripserat, Iulio papæ oblatus.

PERGIT HILARIVS.

e Hæc epistula post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est.

Sequitur libellus alter Valentis & Vrsacii post aliquantum temporis a superiore, ad Athanasium, & episcopos missus.

HILARIVS.

Superioribus igitur literis datis venia indulgetur, orantibus reditus ad catholicam fidem cum communione donatur: maxime cum Sardicensis synodi veritatem ipse orantium veniam literæ continerent. f Verum inter hæc Sirmium convenitur. Photinus hæreticus comprehensus, olim reus pronuntiatus, & a communione jampridem veritatis, nec tum quidem per factionem populi potuit * admoveri. g Sed idem Athanasius Marcellum, qui post recitationem libri, quem scriptum ediderat (nam hunc quoque nos habemus) sententia synodi Sardicensis episcopatui erat redditus, ubi quædam alia nova miscere sensit, & ambiguis prædicationibus ejus, in quam Photinus erupit, doctrinæ viam quærere, a sua communione separavit, anteriore tempore quam Photinus arguitur, præventam judicio meditationem corruptæ voluntatis ostendens, & non ex libri editione condemnans. Sed quia promptum est ex bono malum efficere, præbuit non illis in Marcellum, quæ gesta antea fuerant, sed his, quę in Photinum gerenda erant, auctoritatem. Illud autem esse cognitum cunctis oportet, nullam unquam adversus Marcellum, præter eam, quæ Sardicensibus est dissoluta sententiis, deinceps synodum fuisse contractam, h neque huc unde Photino decretum ab occidentalibus est, & ad orientales est relatum, aliquod in eum expressum fuisse judicium. Sed homines mente callidos, ingenio subtiles, malitia pertinaces occasionem revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione est dissolutum, quæsivisse judicii, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, velut institutionum talium magistri addidisse, ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem causæ novitas excitaret, & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen inveheret. Extat autem in superiore epistulæ corpore, Marcellum ab Arianis occasione libri, quem de subjectione domini Christi ediderat, una cum Athanasio fuisse damnatum. Docetur etiam recitatione ejusdem libri innocentem deprehendi: falsitatem quoque judicii Ariani, extantis adhuc libri fides arguit. i De Photino autem, sicuti mos poscebat, ad orientales epistulæ fiunt non injuria extorquendi, ut nunc agitur adsensum, sed instruendæ universorum scientiæ consuetudine. Sed cur abnegatæ Marcello communionis Athanasius reus esse rescribitur? Nunquid propter libri vitium Marcellus abstentus est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perversitatis istius initia sumpsisse. Nam negata sibi ab Athanasio communione, ingressu sese ecclesiæ Marcellus abstinuit. ita communio cum eo in ista fide de subjectione traditione regni docet * negata rursum pravitate doctrinæ alterius ostendit. At sic utrumque viri istius judicium caret culpa, cum in data communione, synodi sit assecutus assensum: in abnegata vero, ipso se Marcello abdicante solo, sine ulla synodi auctoritate.

SCHOLIA.

a IGITVR *ad tollendum.*] Hic Sirmiensem synodum intelligit priorem a catholicis obitam, utpote cujus opportunitatem consectati Valens & Vrsacius ad ecclesiam redierunt, oblatis libellis tam Iulio papæ, quam Athanasio. Id autem fecerunt anno Christi 349. paullo ante Constantis obitum, qui ineunte 350. accidit. Atque Sirmiensis secunda non ante annum 351. celebrata est. Diversa igitur ab hac illa fuit eodem in oppido peracta.

b *Ante biennium.*] Ergo anno 347. brevi post Sardicensem tempore, & eodem anno. Mediolanensis autem ista perperam cum altera confunditur, quæ anno 355. ab Arianis Constantii auctoritate fretis est habita: in qua complures episcopi catholici relegati sunt, & inter alios Liberius papa. Contigit autem, ut & Mediolanensis una synodus biennio ante Sirmiensem priorem fieret, & post Mediolanensem alteram, biennio itidem Sirmii conventus episcoporum aliquot haberetur, non contra Photinum, sed ad novam fidei condendam formulam, quam Sirmiensem de tribus secundam esse demonstravimus. quæ res nonnullis imposuit, ut Sirmienses plures synodos in unam conflarent; Mediolanenses itidem plures in eamdem Mediolanensem.

c *Hoc magis soliciti.*] Ergo catholici erant, non Ariani, ut in secunda Mediolanensi.

d *Quam opportunitatem nacti.*] Florentibus catholicorum rebus, & Athanasio Constantis opera restituto, Valens & Vrsacius ad ecclesiam redire conati sunt, primum post Sardicensem synodum, ubi damnati erant, oblato libello in Mediolanensi catholicorum synodo; deinde Romæ, Iulio papæ. quod ex ipsorum epistola priore ad Iulium data, & Athanasii apologia secunda colligitur.

e *Hac epistola.* Falso hæc Hilarii verba referas ad tempus illud, quod postremam Sirmiensem synodum, in qua depositus est Photinus, excepit, præsertim si ea anno 357. facta est. Nam neque a Romanis in ista damnatus est, sed ab orientalibus, & hæreticis: neque post eamdem Vrsacius ac Valens resipuisse, ac libellos istos dedisse leguntur. Adde Iulium papam, cui prior libellus porrectus est, anno 352. decessisse. Biennio ergo post Mediolanensem priorem, uti primo capite interpretati sumus, ad ecclesiam reditum impetrarunt.

f *Verum inter hæc.*] Redit ad inchoatam paullo ante narrationem de Sirmiensi synodo *ad tollendum ex episcopatu Photinum;* quam interposita Valentis & Vrsacii historia nonnihil abruperat. In ea synodo Sirmiensi damnatus est Photinus; sed episcopatu pelli minime potuit, quod propter eruditionem, & facundiam, qua in utraque lingua pollebat, vulgo esset acceptus. hoc est quod ait, *per factionem populi amoveri* non potuisse.

g *Sed idem Athanasius.*] Huic historiæ suffragatur Severus Sulpicius libro II. Sed mirum videtur, Athanasium nihil in libris suis ejusmodi de Marcello significare. Nam eum potius ubique sublevat, & ab Arianis immerito, ac per calumniam accusatum esse contenditur in apolog. I. & in epist. ad solit. Verum in a oratione quadam, cujus inscriptio est, *Quod unus sit Christus;* Marcellum cum Paulo Samosateno conjungens ideo reprehendit, quod Christum nudum hominem esse dixerit, ac servum, nec adoratione dignum. Sed oratio mel. a Pág. 518. tom. I. Ath. edit. Com.

ista, meo quidem judicio, Athanasii non est. Nam & stilus ipse ab Athanasio diversus est, ac multo elegantior. tum aperte hypostases in Trinitate tres agnoscit, quibus quartam a Marcello, & Samosateno adjectam queritur hominis Christi. Atqui sæpius unicam in divinitate hypostasim tuetur Athanasius. Postremo, quod ad rem magnopere facit, Athanasii epistola ad solitarios in qua Marcellum luculenter excusat, eique catholicę fidei testimonium præbet, multo posterior est eo tempore, quo Marcellum eumdem ab Athanasio communione multatum Hilarius, ac Severus indicant. quippe post Liberii relegationem, lapsumque scripta est, hoc est post annum 357. qui undecimus fuit a Sardicensi synodo. Epiphanius hæresi 72. n. 4. refert percontanti sibi aliquando de Marcello quid sentiret, Athanasium dubie respondisse, ac ne respondisse quidem; sed nutu solo, ac risu levem de eo suspicionem indicasse. quo sane contentus esse non potuit, si eum aliquando propter hæresim communione sua privasset. Quocirca valde mihi perplexa videtur, credo & prudenti cuivis, ista Hilarii, & Sulpicii narratio. Quæ si vera est, tum illa sane Athanasii in Marcellum animadversio medio tempore Sardicensem inter, & Sirmiensem priorem tempore accidit, hoc est inter annum 347. & 349. In eo vero laborat Hilarius, ut ab Athanasio damnati Marcelli invidiam repellat. Etenim quod una cum ipso in integrum restitutus erat in Sardicensi synodo; ac subinde tamquam hæreticum ab communione segregasset; Sardicensis auctoritatem visus est minuere. quemadmodum postea ob tria capitula ab Iustiniano & Quinta synodo damnata, Calchedonensis synodus labefactari visa est, & ejus acta rescindi: quæ res catholicos plerosque contra Constantinopolitanam illam synodum armavit. Ejusdem enim generis utraque fuit quæstio. Sed Hilarius negat eadem de caussa damnatum ab Athanasio fuisse Marcellum, ob quam ab Arianis primo depositus, ab Sardicensi deinde restitutus erat. Verum illic de libro quodam ab eo contra Asterium edito controversiam omnem extitisse, quem Ariani deteriorem in partem acceperant; Athanasium vero propter quædam privatim, ac citra librum illum, ab eo sparsa, quæ occultum virus redolerent, eumdem ab communione rejecisse.

h *Neque huc unde Photino*] Sirmiensis prioris synodi patres nihil contra Marcellum decreverant, nec ulla vel levi suspicione perstrinxerunt. Sed orientales ipsi acceptis occidentalium literis, ita quod contra Photinum actum illic erat approbarunt, ut cum Photino etiam Marcellum eadem damnatione conjungerent; quo sibi viam munirent ad opprimendum Athanasium, qui in eadem cum illo causa esse videbatur; utpote damnatus cum eo pariter in Constantinopolitana synodo, & in Sardicensi restitutus.

i *De Photino autem.*] Notetur hic locus. Nam Sirmiensi priorem synodum aperte & ab occidentalibus celebratam, & iis catholicis, ostendit.

Hæc ad Hilarii verba commentari voluimus, ex quibus appareret, consequentem illius esse loci sententiam, neque mutilum hunc, & inextricabilem videri; ut quidam existimant.



VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA LIBERII PAPÆ.

ANNO CHRISTI 352.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

a LIBERIUS natione Romanus, ex patre Augusto, b sedit annis sex, mensibus tribus, diebus quatuor. c Fuit autem temporibus Constantii filii Constantini usque ad Constantium Augustum ' octavum. d Hic a Constantio deportatur in exilium, eo quod noluisset hæresi Arianæ consentire: & e fuit in exilio annos tres. Et * f congregantes sacerdotes concilium, ordinaverunt in locum ejus episcopum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit concilium Felix, & invenit duos * episcopos consentientes Constantio Augusto Ariano, nomine g Vrsacium & Valentem, & damnavit eos in concilio quadraginta octo episcoporum. h Post paucos autem dies, zelo ducti Vrsacius & Valens rogaverunt Constantium Augustum, ut revocaret Liberium de exilio, ut i una tantum communione participaret, extra secundum baptismum. Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus, simul & Vrsacius & Valens venerunt ad Liberium. Qui k Liberius consensit præceptis Augusti. Tunc revocaverunt Liberium de exilio. l Rediens autem Liberius de exilio habitavit in cœmeterio sanctæ Agnetis apud germanam Constantii Augusti, ut quasi per ejus interventionem aut rogatum rediret Liberius in civitatem. Tunc Constantia Augusta, quæ fidelis erat domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium Augustum germanum suum, quia senserat consilium. Eodem tempore Constantius imperator, una cum Vrsacio & Valente, convocaverunt aliquos qui ex fæce Ariana erant, & quasi facto concilio, misit & revocavit Liberium de cœmeterio beatæ Agnetis, ubi sederat. Et ingressus Romam, in ipsa hora Constantius Augustus fecit concilium cum hæreticis, simul etiam cum Vrsacio & Valente, & m ejecit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus, & revocavit Liberium. n Ab eodem die fuit persecutio maxima in clero, ita ut intra ecclesiam presbyteri & clerici plures necarentur, & o martyrio coronarentur. p Qui Felix, depositus de episcopatu habitavit in prædiolo suo via Portuensi, ubi & requievit in pace quarto Kalendas Augusti. Ingressus Liberius in urbem Romam quarto Nonas Augusti, q consensit Constantio hæretico, non tamen rebaptizatus est, sed consensum præbuit. Et tenuit basilicas beati Petri & beati Pauli, & basilicam Constantinianam annis * sex. Et r persecutio magna fuit in urbe Roma, ita ut clerici & sacerdotes, neque in ecclesiam, neque in balnea haberent introitum. Hic Liberius ornavit de platoniis marmoreis sepulcrum S. Agnetis martyris. Omnes itaque anni Felicis in ejus ordinem dinumerantur. Hic fecit Basilicam nomini suo juxta macellum Libyæ. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones quinque, episcopos per diversa loca decem & novem. Qui sepultus est via Salaria in cœmeterio Priscillæ, s quinto Idus Septembris, alias * octavo Kalendas Maii. Et cessavit episcopatus dies sex.

' tertium.

* congregans sacerdotes cum cõcilio suo Liberius.

* presbyteros.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Liberius.*] Post interregnum 25. dierum, anno Christi nati 352. Constantii imperatoris 16. pontificatum ecclesiæ invitus accepit sanctæ memoriæ Liberius teste Ambrosio pontifex beatissimus: cujus præter multas epistolas reperiuntur acta de curatione & lepra Constantini imperatoris conscripta: apud Ambros. lib. 3 de virg. extat ejusdem integer quidam sermo, quem habuit in consecratione sororis. Tantus Athanasii defensor & Arianorum hostis fuit, ut Constantius imperator per victoriam Magnentii elatus, publico edicto sub pœna exilii mandaverit, ne quisquam deinceps Athanasium defenderet, Arianosque a communione ecclesiæ excluderet. Injusto imperatoris edicto cum pontifex furtim Roma Mediolanum adductus obtemperare nollet, post multos alios ex Mediolanensi conciliabulo relegatos, in Thraciam deportatu

deportatur. Postquam biennio exulasset, ad subscribendum Sirmiensi confessioni primæ, ad condemnandum innocentem Athanasium, & denique ad communicandum cum Arianis vi metuque tormentorum, tædio exilii & calamitatum, denique spe recuperandæ pristinæ sedis atque dignitatis inductus, infelix infeliciter labitur, sibique vitæ ac morum turpissimam maculam inurit. Relaxatum ab exilio Valens & Vrsacius auctoritate imperatoris quidem in urbem introduxerunt, Felicemque sede pontificia amoverunt: sed ne pontifex de fide suspectus cathedram Petri coinquinaret, singulari Dei providentia accidit, ut dum verus pontifex catholicus cum Arianis communicando laberetur, & pontificatu excideret, Felix exulante Liberio schismaticus, & Arianorum communione pollutus, compaginem illam abrumperet, Constantium, Valentem, Vrsacium, omnesque Arianos tamquam hæreticos excommunicaret, justoque Dei judicio verus pontifex esse inciperet. A cujus communione catholici, post Liberium ab exilio restitutum, ne quidem per vim & martyrium dimoveri, cumque Liberio Arianæ communionis labe & macula coinquinato, quamdiu Felix in vivis erat, conjungi potuerunt. Cum autem post martyrium Felicis, majore Dei beneficio, Liberius vicissim Arianorum communionem præscidisset, Ariminensis conciliabuli formulam reprobasset, fideique vexillum vicissim erexisset, non modo a clero Romano præsul & pontifex legitimus haberi cœpit, verum etiam turpissimam illam maculam vitæ ac morum ante contractam, omnino eluit, & tandem anno domini 367. sanctissime ex hac vita discessit. Vnde est, quod S. Ambrosius, Epiphanius & Basilius, beatissimum virum passim appellent, quodque eumdem Siricius pontifex, epistola ad Hymerium, venerandæ memoriæ prædecessorem suum nominet. Liberium, quod calumniantur hæretici, Ariana hæresi infectum fuisse, falsum est, siquidem nihil orthodoxæ fidei contrarium scripserit aut docuerit. Cum Arianis communicantem, Athanasium injuste condemnantem, fideique formulæ, nomine *consubstantialis* carenti, *quantumvis catholica esset, subscribentem peccasse, suspicionem hæreseos justam in foro exteriori incurrisse, justaque de causa a catholicis vitatum fuisse, libenter concedimus. Vide Baron. ann. 355. num. 53. & seqq. & 357. num. 46. & seqq. Bellarm. de Rom pont lib. 4. c. 9.

Sub hujus pontificatu exortæ fuerunt hæreses Anomianorum, qui filium Dei patri dissimilem esse docebant: Macedonianorum Spiritus sancti divinitatem negantium: Massalianorum, qui ex monachis exorti, ceteris omnibus neglectis, soli orationi semper vacandum esse docebant. Lucifer Calaritanus episcopus, legationibus pontificiis aliquoties functus, decretum Alexandrinæ synodi de lapsis episcopis recipiendis improbans, factus est (proh dolor) schismaticus. Donatistæ per edictum Iuliani ab exilio reversi, funestissimas illas, quas enarrat Optatus lib. 2. altarium demolitiones, calicum confractiones & direptiones, clericorum & laicorum plurimorum trucidationes, virginum & matronarum raptationes, horrendas denique sacramentorum omnium violationes patrarunt. E quibus illud memorabile, quod sacra eucharistia canibus projecta, iidem canes accensi rabie, ipsos dominos suos, quasi latrones sancti corporis reos, tamquam ignotos & inimicos, dentibus suis laniaverint; quodque ampullam chrismatis, per fenestram ut frangeretur jactatam, manus angelica ita sustinuerit, ut inter saxa illæsa consederit. Hæc ex Optato, aliisve Baron. in annalibus.

b *Sedit annos sex, mensibus tribus, diebus 4.*] Liberium annis 15. mensibus 4. & uno die pontificatum obtinuisse, certo colligitur ex temporibus, quibus cœpit ac desiit. Anno 352 octavo Maii, sedem pontificiam adeptus, ut ex præcedentibus patet, tenuit eam deinceps usque ad 9. diem Septembris, anni 367. Cum enim testimonio Ammiani lib. 27. sævum Vrsicini schisma adversus Damasum sub præfectura Viventii exortum fuerit, constetque ex lib. 12. de pœnis C. Theod. illius præfecturam sub consulatu Lupicini atque Iovini contigisse, anno nimirum Christi 367. certum est illo anno Liberium pontificatu ac vita defunctum esse, atque Damasum illi successisse. Nono Septembris sepultum refert auctor pontificalis. Quibus ita firmiter constitutis, verum esse patet, quod de tempore Liberii supra diximus

c *Fuit autem temporibus.*] Errat libri pontificalis auctor. Præfuit enim ecclesiæ sub Constantio, Iuliano, Ioviano, Valentiniano & Valente imperatoribus, usque ad annum 367. qui est Valentis 4. Constantius Arianorum fautor, adhuc catechumenus, animam agens in lecto ab Arianis baptizatus, eodem tempore, quo per Arianorum Antiochenum conciliabulum, divinitatem Christo domino ademerat, per Iulianum imperio spoliatus fuit. Iulianus abnegata, quam metu Constantii decennio simularat, Christi fide, factus est apostata. Qui ut initio imperii Christianorum animos sibi conciliaret, omnes ab exilio exules episcopos revocavit. Hac occasione, Athanasius per Georgium Cappadocem sede Alexandrina armata manu tertio expulsus, post prædictum Georgium ab Alexandrinis illatam sibi sub Constantio injuriam vindicantibus interfectum, ab exilio, eremo & cisterna illa sicca, in qua quinquennio latuerat, Alexandriam reversus fuit. Sed cum opera reducis Athanasii omnes dii condemnarentur, Iuliani rescriptis quarta vice exulare, & ab urbe recedere cogitur. Cumque hanc ob causam, commendata amicis ad breve tempus ecclesia (*bono estote animo*, dicebat, *nebula enim est, & brevis evanescet*) navigium conscendisset, ac paulo post intellexisset, esse qui se ad interficiendum insequerentur, converso in adversam partem navigio, insequentes frustratus, venit Alexandriam; ibique toto tempore, quo vixit Iulianus, delituit. Novo & inaudito genere persecutionis Christianos aggressus fuit. Gloriam martyrii invidens, id sedulo egit per suos, ne qui causa pietatis, sed tantum alicujus criminis nomine, ut facinorosi punirentur. Quod ex euangelii præcepto Christiani nequaquam divitiis affluere, sed perfectionis causa omnia erogare deberent; fiscus bona eorum diripuit. Bona pauperum invadentes, vel lepra percussi, vel a dæmone arrepti fuerunt. Omnia privilegia Christianis ademit, neve injuria affecti audirentur in judicio, constituit. Artes eos docere vel discere vetuit. Certior factus, Cæsareæ Philippi urbis Phœniciæ præclaram esse Christi statuam, quam mulier quæ sanguinis profluvio laborabat, cum esset morbo liberata, ibi collocaverat (ex cujus basi herba quædam, quæ cujusvis generis morbis mederi solet, nascebatur) eam deturbavit, suamque in eo loco posuit. Quo facto, ignis violentus de cœlo delapsus statuam illam circa pectus diffiduit, caputque una cum collo in terram dejecit. Contumeliæ causa, & ad Christi nomen delendum publica lege præcepit, ut Christiani Galilæi vocarentur. Refert Theodoretus Iulianum simul ac telum ab angelo sibi immissum corpore excepisset, manu protinus sanguine implevisse, & illum in aerem projecisse ac dixisse: *Vicisti Galilæe.*

Exules episcopi a Iuliano revocati.

Athanasius quoties exulavit.

Persecutio Christianorum sub Iuliano qualis.

Iulianus statuam Christo erectam dejecit.

Iuliani interitus.

Iovianus confessione Christi nominis sub Iuliano clarus, a ducibus exercitus, divino numine impellente, imperator electus, anno Christi 363. præ ceteris episcopis, Athanasium ab exilio quarto revocat, unum maxime catholicæ fidei propugnatorem acerrimum, fideique veritatem ab eo sibi tradi postulat. Post hunc noctu exanimatum, reliqui duo confessione clari, qui cum Ioviano sub Iuliano zonam militarem deponere maluerunt, quam diis sacrificare, Valentinianus & Valens, imperium Dei nutu ac voluntate consecuti fuerunt, anno Christi 364. Valentiniani responsum, quod dedit Hypatiano Heracleæ episcopo, synodi indictionem petenti, præclarum hoc est: *sibi, qui unus e numero laicorum esset, non licere se ejusmodi negotiis interponere. Ideo sacerdotes*, inquit, *& episcopi, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se, ubicumque ipsis libitum fuerit, conveniant.*

Iovianus quando & quomodo imperium adeptus

Valentinianus & Valens imperium adepti quando.

Valentiniani prudens responsum.

Valens ad tertium annum imperator catholicus, in procinctu Gothico, bono consilio salutarem baptismum expetens, uxoris Arianæ blandi iis delinitus, pessimo consilio ad Arianos transit, & ab Eudoxio Arianorum nequissimo baptizatus ab eo juramento obstringitur, ut in impio suscepto dogmate perseveret, & diversa sentientes ubique ecclesiis exigat. Hæc ex Baronii annalibus. Plura vide infra in notis epistolarum, conciliorum, & in vitam Felicis.

Valens Arianorum fautor.

d *Hic a Constantio deportatur in exilium.*] Hac in re auctorem libri pontificalis aberrare patet ex notis conciliabuli Mediolanensis infra. Nolens, quod jubebatur, Athanasium condemnare, relegatus est in Thraciam.

Error libri pontificalis.

e *Fuit in exilio annos tres.*] Cum anno Christi 355. relegatus, anno 357 ab exilio liberatus fuerit, biennio tantum completo, vel tribus inchoatis, exulasse necessum est.

Quamdiu Liberius exulaverit.

f *Congregantes sacerdotes concilium, ordinaverunt.*] His dictis libri pontificalis, testimonia clarissimorum hujus temporis scriptorum refragantur. Hier de script. eccles. in Acacio, de ipso loquens: *In tantum*, inquit, *sub Constantio imperatore claruit, ut in Liberii locum Romæ Felicem episcopum constitueret* Rufinus lib. 1. cap. 22. *In Liberii locum Felix diaconus suus ab hæreticis subrogatur, & non tam sectæ diversitate, quam communionis & ordinationis convenientia maculatur.* Athanasius epist. ad solit. addit, eumdem Felicem molitione Epicteti, a tribus Arianis episcopis ordinatum esse. Ea igitur, quæ de Felicis ordinatione auctor pontificalis scribit, nequaquam subsistere posse videntur. Accedit, quod Liberio adhuc vivente, pontificiamque dignitatem gloriosæ confessionis titulo illustrante, pontifex creari non poterit, ne unius catho-

Felix ab Arianis Liberio subrogatus fuit.

An Felix fuerit coepiſcopus Liberii.

catholicæ eccleſiæ duo eſſent epiſcopi, uniuſque corporis duo capita turpiter eminerent. Si dicas eum a concilio ſacerdotum, Liberio procurante, coepiſcopum dumtaxat Romanæ eccleſiæ delectum fuiſſe, non admodum repugno: quamquam id neque teſtimonia prædictorum patrum dici patiantur, neque ab Arianis hoc permiſſum fuiſſe videatur.

Felix catholicus ſemper fuit, ſed Arianorum communione pollutus.

Felicem ab Arianis ſubrogatum, non Arianum, ſed catholicum fuiſſe, in primis Rufini teſtimonio conſtat; ſecundo apertis verbis idem teſtatur Theodoret. l. 1. cap. 17. dum ait: *Succeſſum eſt Liberio a fideli quodam illius diacono, nomine Felice: qui tametſi fidem a Nicano concilio expoſitam ipſe ſervavit integram, tamen cum illis, qui eamdem labefactare ſtudebant, libere communicavit, ac propterea nemo ex habitatoribus in eccleſiam, dum ille intus erat, ingredi voluit.* Sozom. denique lib. 4 cap. 10. idem teſtatus, addit: *Romanæ eccleſiæ epiſcopatui præficitur Felix illius cleri diaconus, quem aiunt fidei concilii Nicani ſemper conſenſiſſe, & omnino, quantum ad religionem pertinebat, reprehenſione caruiſſe, atque ob id ſolum in crimen vocatum eſſe, quod non modo Arianos miniſtros eccleſiæ ordinaret, verum etiam quod eorum communione uteretur.* Sic intelligendum eſt quod ait Socrat. lib. 2. c. 29. Felicem Arianæ ſectæ addictum fuiſſe: nimirum, quod illis communicaret, & ex eorum voluntate ſententiæ in Athanaſium latæ ſubſcripſiſſet. Si, quod aiunt Rufinus & Theodoret. Felix fuerit diaconus Liberii, dubium nullum eſſe poteſt, ipſum catholicum fuiſſe. Nam ut Liberius Arianum nomen ſemper averſatus, Arianum diaconum ſibi miniſtrare paſſus fuerit, non eſt credibile. Quod apud Hieronym. de ſcript. eccleſ. in Acacio nomen *Arianum* Felici additum reperiatur, mendoſum eſſe patet ex chronico, aliiſve codicibus antiquioribus; & Græco Sophronii textu. Vide Baron. an. 355. n. 54. & ſeqq. Bellarm. de Rom. pont. lib. 4. c. 9.

Felix Dei conſilio fit Romanus pontifex.

g *Vrſacium & Valentem, & damnavit eos.*] Circa illud tempus, quo Liberius cum Arianis communicans turpiter labitur, Felix eorumdẽ communione ante pollutus, mirabili Dei conſilio ac providentia a lapſu erectus, Conſtantium, Vrſacium, Valentem, omneſque Arianos condemnando, & excommunicando, communionem eorumdem abrupit, ne Liberio ſubſtituendus, cathedram Petri vel hæreſeos ſuſpicione coinquinet.

h *Poſt paucos dies.*] Vide notas epiſtolarum Liberii ad orientales.

i *Vna tantum communione participaret extra ſecundum baptiſmum.*] Hæc quomodo intelligenda ſint, vide infra verbis *conſenſit Conſtantio hæretico, non tamen rebaptizatus eſt.*

Liberii lapſus qualis.

k *Liberius conſenſit præceptis Auguſti.*] per vim nimirum, tormenta atque tædium exilii inductus, Sirmianam confeſſionem primam, atque Athanaſii condemnationem ſubſcribendo approbavit, & cum Arianis communicavit. Vide notas epiſtolæ ad orientales Et concil. Sirm.

Liberius bis ab Arianis vexatus.

l *Rediens de exilio habitavit in cœmeterio S. Agnetis*] Ea, quæ de habitatione Liberii in cœmeteriis ſuburbanis S. Agnetis ab auctore libri pontificalis, referuntur, male cum primo Liberii exilio conjunguntur. Nam teſte Sozomeno lib. 4. cap. 10. Liberius ab Arianis binis diverſis vicibus graviter eſt vexatus. Primum, quando Roma furtim abductus eſt Mediolanum, atque recuſans ſubſcribere ſententiæ in Athanaſium per Mediolan. conciliabulum pronuntiatæ, inde in Thraciam eſt relegatus. Secundo, dum nolens Ariminenſem formulam approbare, per Valentem epiſcopum Arianum, qui eam poteſtatem ab imperatore acceperat, Roma expulſus fuit. Prior vexatio exilium: poſterior ſimplex tantum ab urbe expulſio fuit. Prior contigit Mediolani anno Chriſti 355. poſterior contigit Romæ poſt Ariminenſe concilium, anno Chriſti 359. Priore vexatione liberatus, teſte Hieronymo in chronic. *Romam quaſi victor intravit:* maxima enim pompa per Conſtantii miniſtros in urbem introductus fuit. Itaque quod hic in ſuburbanis commoratus fuiſſe dicitur, non niſi poſt ſecundam illam a Valente illatam vexationem contigiſſe potuit. Vide notas Sirmienſis & Ariminenſis concilii. Item Baronium anno 359. num. 46. 47. 48.

Ab exilio Liberatus cum pompa in urbem introducitur.

An Felix a pontificatu dejectus fuerit.

m *Ejecit Felicem de epiſcopatu.*] Sozom lib. 4. cap. 14. ait ſcriptum eſſe *Felici tum Romanæ eccleſiæ antiſtiti, & clero ejuſdem eccleſiæ, uti Liberium recipiant, & ambo pariter ſedem apoſtolicam adminiſtrent, communique conſenſu, & concordia ſacerdotio illo fungantur,* &c. Quod hic aſſeritur ab auctore libri pontificalis, probabilius eſſe videtur.

Cædes Romanorum.

n *Ab eodem die fuit perſecutio maxima in clero.*] Ideo quod Liberium manifeſta communione Arianorum pollutum, atque adeo a pontificatus functione plane alienum, univerſus clerus Romanus averſaretur, ſeque Felici vexillum fidei catholicæ extollenti conjungeret, ut ſupra diximus.

o *Martyrio coronarentur.*] Tunc contigiſſe videtur, ut Euſebius Romanus presbyter a miniſtris Conſtantii intra cubiculum clauſus, illic menſibus ſeptem perſeverans, fame conſumptus ſpiritum exhalarit. Baron. in mart. notis die 24. Auguſti.

p *Qui Felix depoſitus.*] De exitu Felicis aliter hic, aliter in vita ejus auctor pontificalis ſentit.

q *Conſentit Conſtantio hæretico, non tamen rebaptizatus eſt.*] Hoc videtur indicare, quod etſi Liberius cum Arianis communicaverit, non tamen factus fuerit Arianus per ſecundum baptiſmum, quo ſolerent illi catholicos ad ſe deficientes iterum baptizare. Sed hæc quidem ſuperflua, & ab aliquo addita; nondum enim Ariani rebaptizabant: quin & eccleſia hoc tempore non reſpuebat Arianorum baptiſmum, ut teſtatur S. Hieronymus adverſus Luciferianos. Baronius anno 357. num. 41.

r *Perſecutio magna fuit in urbe Roma,* &c.] Illi qui Liberio non communicabant, non tantum ab eccleſia, ſed etiam a balneis publicis abſtinebant; ne ſcilicet una cum illis lavarentur, ut qui ſcirent ex ſententia Ioannis euangeliſtæ, neque balnei lotione cum hæreticis participandum eſſe: atque ideo in hos a magiſtratu ſævitum eſt. Baron. anno 357. n. 58.

[a] IN EPISTOLAS LIBERII PAPÆ

NOTA SEVERINI BINII.

Epiſtolas Liberii, quas aliunde in hanc editionem transferri curavi, eo ordine, quo ſcriptæ fuerunt, collocavimus. Duæ ſub nomine Liberii extant in fragmentis Hilarii, quibus Athanaſium a Liberio principio pontificatus illius damnatum fuiſſe aſſeritur. Harum una ad orientales epiſcopos: altera, ad Vrſacium, Valentem & Germinium ſcripta fuit. Quæ cum falſæ ſint & ab Arianis excogitatæ eo fine, ut ſcilicet expurgationem Liberii, qua dicebatur vi ad condemnandum Athanaſium inductus fuiſſe, exquiſitis hiſce mendaciis refellerent, eas inter Liberii hic excuſas putavi non eſſe referendas. Ne quis tamen eas deſiderare poſſit, referam vtramque infra in notis germanæ epiſtolæ ad orientales ſcriptæ. Ad Fortunatianum Aquileiæ epiſcopum adhuc in fidei catholicæ profeſſione ſtantem, ante lapſum ejus, qui contigit anno Chriſti 354. Liberius epiſtolam ſcripſit: *ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Fortunatianum*, inquit in epiſt. 3. ad Euſebium, *quem ſciebam neque perſonas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, literas erogavi, &c.* Verum injuria temporis deperditæ deſiderantur. Illæ etiam, quarum infra mentionem faciemus in notis concilii Illyrici & Tyanenſis, quas una cum pacificis & communicatoriis ad orientales infra extantibus dedit legatorum primario Euſtathio Sebaſteno, quibuſve auctoritate apoſtolica præcipit, Euſtathium & reliquos ſedibus ſuis exſpoliatos, poſt habitam fidei catholicæ profeſſionem, ſuis eccleſiis reſtitui, non extant. S. Baſilius epiſt. 74. ait Euſtathium Sebaſtenum hiſce Liberii literis in Tyanenſi concilio oſtenſis, confeſtim ſuam eccleſiam recepiſſe. Aliarum quædam tantum fragmenta reperiuntur, ut infra dicemus.

FRAGMENTVM EPISTOLÆ I.

Liberii papæ ad Oſium Cordubenſem epiſcopum, de lapſu Vincentii.

Ex Baronio huc tranſlatum.

QVIA in nullo conſcientiam tuam debeo præterire: multi ex Italia epiſcopi convenerunt, qui mecum religioſiſſimum imperatorem Conſtantium fuerant deprecati, ut juberet, ſicut ipſi placuerat dudum, concilium Aquileienſe congregari. [a] Vincentium Capuenſem cum Marcello æque ex Campania epiſcopo legationem noſtram ſuſcepiſſe, ſanctitati tuæ inſinuo. De quo cum multa ſperarem, quod & cauſam optime retineret, & judex in eadem cauſa cum ſanctitate tua frequenter reſediſſet: credideram Dei euangelium ſua legatione poſſe ſervari. Non tantum nihil impetravit, ſed & ipſe in illam ductus eſt ſimulationem. Poſt cujus factum duplici mœrore confectus, moriendum magis pro Deo decrevi, ne videar noviſſimus delator exiſtere: nam videtur ſententiis accommodaſſe conſenſum.

NOTA

NOTA SEVERINI BINII.

a *Vincentium.*] Conſtantius victoria Magnentii elatus, publico edicto mandarat, ut Ariani in communionem eccleſiæ reciperentur, Athanaſius vero condemnaretur. Liberius, ut eum a concepto furore placare poſſet, atque imminentem non tam adverſus Athanaſium, quam univerſam eccleſiam catholicam, ac præſertim in occidentales epiſcopos perſecutionem anteverteret, deputatos anno præcedente legatos, Vincentium atque Marcellum, ad Conſtantium Arelate in Gallia agentem ablegavit, qui de cogendo Aquileiæ concilio illum interpellarent. Arelatem venientes, invenerunt ibi complures Arianæ factionis epiſcopos, & aliquos occidentales, Saturninum & Fortunatianum Aquileiæ epiſcopum, quos Ariani per Conſtantium in ſuam communionem pellexerant. Vincentius horum importunitate ſolicitatus, & imperio Conſtantii deceptus, tandem, proh ſcelus, vel precibus, vel minis Arianorum aut Conſtantii inflexus, ſummi fidei athletæ, innocentiſſimique viri Athanaſii damnationi turpiſſime ſubſcripſit, ſuoque exemplo omnes prope Italiæ epiſcopos ad idem ſcelus committendum induxiſſet, niſi ſecunda legatio pontificis per Luciferum epiſcopum ejuſque collegas id impediviſſet. Hæc ex Severo lib. 2. epiſt. Liberii ad Conſtantium & Euſebium, & apol. Athanaſii ad Conſtantium. Baronius anno 353. num. 15. & ſeqq.

EPISTOLA II. LIBERII PAPÆ ad Conſtantium.

Glorioſiſſimo Conſtantio Auguſto Liberius epiſcopus.

OPTO, tranquilliſſime imperator, ut mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo poſſim manſuetudini tuæ mentis meæ propoſitum aperire. De Chriſtiano etenim imperatore, & ſanctæ memoriæ filio Conſtantini, hoc ipſum ſine cunctatione mereor impetrare. Sed in eo me laborare intelligo, qui repetita ſatisfactione, placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam meam revocare non poſſum. Sermo enim pietatis tuæ jamdudum ad populum miſſus, me quidem, quem patienter omnia ferre neceſſe eſt, plurimum lacerat: ſed animum tuum, qui lenitati ſemper vacat, qui nunquam, ut ſcriptum eſt, in occaſum diei iracundiam ſervat, retinere circa me indignationem, miraculo mihi eſt. Ego enim, religioſiſſime imperator, tecum veram pacem requiro, quæ non ſit verbis compoſita interna diſpoſitione fallaciæ, ſed præceptis evangeliorum rationabiliter confirmata. Non Athanaſii tantum negotium, ſed multa alia in medium venerant, propter quæ concilium fieri manſuetudinem tuam fueram deprecatus: ut ante omnia, quod ſpecialiter optat mentis tuæ erga Deum ſincera devotio, cum fidei cauſa, in qua nobis prima ſpes eſt, ad Deum diligenter fuiſſet tractata: nec eorum qui noſtram circa Deum obſervantiam mirari debent, poſſent finiri .... & dignum fuerat Dei cultore, dignum imperio tuo, quod Chriſti pietate regitur & augetur, ſpecialiter hoc ipſum pro reverentia ſanctæ religionis, cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad hæc impetranda præſtare.

b Sed multi eccleſiæ membra lacerare feſtinant, qui confinxerunt, me literas ſuppreſſiſſe, ne crimina ejus, quem dicebant condemnaſſe, apud omnes paterent: quas illas literas epiſcoporum orientalium & Ægyptiorum, quibus in omnibus eadem in Athanaſium crimina continebantur. * At ſatis omnibus clarum eſt, nec quiſquam negat, nos orientalium literas intimaſſe, legiſſe eccleſiæ, legiſſe concilio, atque ad hæc etiam orientalibus reſpondiſſe: qui fidem & ſententiam non commodavimus noſtram, quod eodem tempore ſeptuaginta quinque epiſcoporum Ægyptiorum de Athanaſio ſententia repugnabat; quam ſimiliter recitavimus atque inſinuavimus epiſcopis Italis. Unde contra divinam legem viſum eſt etiam, cum epiſcoporum numerus pro Athanaſio major exiſteret, in parte aliqua commodare conſenſum. Hæc ſcripta, ſi Deo fidem habet Theoſebius *, qui miſſus fuerat feſtinans in Africam, nobis reliquit. Quæ tamen poſt omnia ſcripta ne ad impetrandum forte concilium deeſſent; c Vincentius, qui cum ceteris legatus miſſus fuerat, Arelatum pervenit. Videt igitur prudentia tua nihil animum meum introiſſe, quod Deo ſervientibus non dignum fuerat cogitare. Teſtis autem eſt mihi Deus, teſtis eſt tota cum ſuis membris eccleſia, me fide, & me in Deum meum cuncta mundana (ita ut evangelica & apoſtolica ratio præcipit) calcare atque calcaſſe, non furore temerario, ſed conſtituto atque obſervato jure divino: atque in alio miniſterio eccleſiaſticus vivens, nihil per jactantiam, nihil per gloriæ cupiditatem, quod ad legem pertinebat implevi: atque d ad iſtud officium (teſtis eſt mihi Deus) invitus acceſſi, in quo cupio quidem ſine offenſa Dei, quamdiu in ſæculo fuero, permanere: & nunquam mea ſtatuta, ſed apoſtolica, ut eſſent ſemper firmata & cuſtodita, perfeci: ſecutus morem ordinemque majorum, nihil addi epiſcopatui urbis Romæ, nihil minui, paſſus ſum: & illam fidem ſervans, quæ per ſucceſſionem tantorum epiſcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres extiterunt, illibatam cuſtodiri ſemper exopto: ſed neque perire meam cauſam, pietati tuæ ſolicitudo eccleſiaſtica atque ipſa devotio perſuadet.

* Theobadius.

Significant orientales paci ſe noſtræ velle conjungi. e Quæ eſt pax, clementiſſime imperator, cum ſint ex partibus ipſis quatuor epiſcopi, Demophilus *, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii hæreticam ſententiam noluiſſent damnare, de concilio iratis animis exiere? Horum, ſi fas eſt, ſententiis, quale ſit, aut quid habeat, commodare conſenſum, æquitas & clementia tua poterit æſtimare. Non eſt novum, quod non ſubtiliter, & ſub occaſione nominis Athanaſii attentetur. Manent literæ Alexandri epiſcopi olim ad Silveſtrum ſanctæ memoriæ deſtinatæ, quibus ſignificat, ante ordinationem Athanaſii undecim tam presbyteros quam etiam diacones, quod Arii hæreſin ſequerentur, ſe eccleſia ejeciſſe; ex quibus nunc quidam extra eccleſiam catholicam foris poſiti, dicuntur ſibi conciliabula inveniſſe, quibus aſſeveratur etiam Georgius in Alexandria per literas communicare. Quæ ergo poteſt pax eſſe, tranquilliſſime imperator, ſi epiſcopi (ut nunc per Italiam factum eſt) cogantur talium ſententiis obedire?

* Patrophilus. Pacem initi cum hæreticis non poſſe.

Accipe & aliud, quia tranquillitas tua patienter admittit. f Manent literæ legatorum, qui ad clementiam tuam fuerant deſtinati, quæ nuper venerunt: quibus ſignificant, propter turbationem omnium eccleſiarum ſe quidem ante ſuccumbere ſententiis orientalium voluiſſe, propoſuiſſe tamen conditionem, ſi iidem Arii hæreſin condemnaſſent, hoc genere ſe inclinatos eorum ſententiis obedire. Placitum, ut ipſi ſignificant, ſcriptura teſte firmatur. Itur in concilium: accipiunt cum deliberatione reſponſa, Arii doctrinam

Arianorum perverſitas.

ctrinam ſe damnare non poſſe : Athanaſium, A quod ſolum exigebant, communione eſſe privandum. Hinc jam clementia tua hoc quoque conſideret, recte catholicæ religionis jure ſervato, an hominis cauſa debeat diligenter excuſſeque tractari. Vnde iterum atque iterum manſuetudinem tuam, animum tuum Deo deditum rogo per ejus virtutem, qui ſe in defenſione tua, quantus ſis, univerſis mortalibus approbavit, habens ante oculos ejus beneficia, qui imperium tuum in omnibus regit: hæc in cœtu epiſcoporum diligenter faciat omni cum conſideratione * tractari; ut pacatis per te, Deo favente, temporibus, tranquillitate tua conſentiente, ſic omnia diſcutiantur, ut quæ fuerint judicio ſacerdotum Dei confirmata, cum conſtiterit B omnes in expoſitione fidei, quæ inter tantos epiſcopos apud Nicæam, præſente ſanctæ memoriæ patre tuo, confirmata eſt, univerſos conſenſiſſe, cum exemplo poſſent in poſterum cuſtodiri. Vt ipſe ſalvator, qui ſuper mentis tuæ propoſitum intuetur, in tanta rerum expeditione lætetur, cauſam fidei & pacis etiam reipublicæ neceſſitatibus non immerito præpoſuiſſe. Ad exorandam igitur manſuetudinem tuam, ut benevolo animo allegationes noſtras audire digneris, fratrem & coepiſcopum meum ſanctum virum Luciferum cum Pancratio compreſbytero meo & Hilario diacono placuit proficiſci: quos credimus de clementia tua ad pacem omnium C eccleſiarum catholicarum non difficulter poſſe concilium impetrare. Dei omnipotentis clementia te nobis cuſtodiat, clementiſſime ac religioſiſſime imperator.

* teſtari

Notæ Severini Binii.

a *Epiſtola.*] Poſtquam Liberius ea, quæ prioribus a ſe miſſis legatis ad Conſtantium imperatorem, Vincentio atque Marcello, Arelate contigerant, per literas ab ipſis acceptas audiſſet, ſecundam legationem ad ipſum mittere feſtinavit, anno Chriſti 354. pontificatus Liberii tertio. Legati autem ad tantum opus plane difficillimum delecti ſunt Lucifer epiſcopus Calaritanus in Sardinia, qui Romam opportune his diebus advenerat; quem fide integrum, conſtantia infractum, zelo pietatis æſtuantem Liberius cognoverat; Pancratius Romanæ eccleſiæ presbyter, & Hilarius ejuſdem eccleſiæ diaconus, ei ad juncti D fuerunt. Hi ad Conſtantium imperatorem, in Gallia tunc agentem, cum his literis a Romano pontifice ad eum ſcriptis, Euſebio Vercellenſi epiſcopo comitante, ablegati, quando ad imperatorem veniſſent, ut concilium univerſale anno ſequenti Mediolani celebraretur, obtinuerunt; eo ſane tacito imperatoris conſilio, ut omnes epiſcopos ad unum locum convocatos, uno loco incluſos, ad ſubſcribendum in Athanaſium latæ ſententiæ vi adhibita compellere poſſet. Quod quam infeliciter præſtiterit, in notis ejuſdem conciliabuli dicemus infra.

Secunda legatio ad imperatorem cur, quando & quibus demandata fuerit.

b *Sed multi eccleſiæ membra lacerare feſtinant*] Acta concilii Romani ſub initium pontificatus Liberii Romæ habiti inſinuantur, de quibus infra prolixius.

c *Vincentius qui cum ceteris legatus miſſus fuerat.*] Prima nimirum legatione, quam Romanum concilium fieri decreverat. De qua vide quæ diximus in notis ad epiſtolam Liberii ad Oſium: item in notis Romani concilii, & Arelatenſis conciliabuli

d *Ad iſtud officium (teſtis eſt mihi Deus) invitus acceſſi*] E Declarat ſe invitum Iulio pontifici defuncto, in pontificatu ſubrogatum fuiſſe.

e *Quæ eſt pax clementiſſime imperator, cum ſint ex partibus iſtis quatuor epiſcopi. Demophilus, &c.*] Suggillat illam Arianorum legationem, qua Semiariani per legatos hic nominatos, de ſe vulgatam Arianæ hæreſeos ſuſpicionem ac maculam abſterſuri, quamdam formulam fidei, in Antiocheno conciliabulo in encæniis celebrato editam, occidentali eccleſiæ inſinuarunt; quave ipſi legati antea ſe catholicos eſſe jactantes, e Mediolanenſi concilio ſubito iratis animis receſſerunt, quando orthodoxi epiſcopi illic congregati Arii ſententias damnare vellent. Vide notas ejuſdem Mediolanenſis concilii,

Legatio Arianorum.

anno trecenteſimo quadrageſimo quarto ſub Iulio celebrati.

f *Manent literæ legatorum.*] Vincentii atque Marcelli, qui a Romano concilio deputati, ea quæ ſibi Arelate contigiſſent, Liberio per litteras ſignificarunt: quibus ille acceptis hanc ſecundam legationem cum hiſce ad Conſtantium ſcriptis literis miſit. Vide Baronium. anno 354. num. 1.

a EPISTOLA III. LIBERII PAPÆ AD EVSEBIVM VERCELLENSEM epiſcopum.

Liberius fratri Euſebio.

Me, frater cariſſime, ad ſolatium vitæ præſentis erigit invicta fides tua, qua ſecutus evangeliorum præcepta, nullo genere a conſortio ſedis apoſtolicæ diſcrepaſti: quod credo non ſine Dei impulſu, qui digno ſibi in ſacerdotio detinet, benevolentia compleſſe. b Cum igitur poſt legationem Vincentius in illam ductus eſt ſimulationem, reliqui per Italiam epiſcopi publica conventione coacti fuiſſent ſententiis orientalium obedire: Deo procurante, frater & coepiſcopus noſter Lucifer de Sardinia ſupervenit. Qui cum latebras cauſæ interioris cognoviſſet, & perveniſſet ad ejus conſcientiam, ſub occaſione nominis Athanaſii, hæreticos hæc velle tentare: pro devotione fidei ſuæ, ſubire voluit juſtum laborem, & C ad comitatum religioſi principis pergere: ut tandem, expoſito ordine totius cauſæ, impetraret, ut omnia quæ in medium venerunt, in cœtu poſſent ſacerdotum Dei tractari. Ideo, quia ſcio ſanctum fidei tuæ calorem cum ejus animo concordare, prudentiam tuam peto, ut ſi procurante Deo, habuerit te præſentem, per quoſcumque potueris, ſolicite excubare contendas, ut poſſitis univerſa, quæ fides catholica exigit, clementiſſimo imperatori inſinuare: ut tandem aliquando, depoſita animi indignatione, faciat quod & quieti noſtræ & ſaluti tuæ poſſit in omnibus convenire. Ex ſuperfluo autem credidi, ordinationem cauſæ totius honorificentiæ tuæ literis inſinuare, cum ſupradictus frater meus, vel ejus comites in D præſenti poſſint omnia relatione ſua referre. Deus te incolumem cuſtodiat, domine frater cariſſime.

Notæ Severini Binii.

a *Epiſtola.*] Lucifero, Pancratio & Hilario in Galliam proficiſcentibus, Liberius ad Euſebium has literas dedit, quibus illum rogavit, ut una cum legatis apud imperatorem fidei patrocinium ſuſciperet. Ad eumdem ejuſdem argumenti paulo poſt eas, quæ ſequuntur, addidit; qua occaſione, patet ex initio epiſtolæ. Euſebius his literis, E legatiſque (ut par erat) honorifice exceptis, una cum illis ad Conſtantium imperatorem in Gallias profectus eſt; apud quem enixius agens, quidquid ea legatione petebatur, nempe ut celebraret concilium, impetravit. De quibus cum Liberius certior factus eſſet, de ſedulo officio eccleſiæ impenſo eum laudat, tertiamque quæ infra ſubjicitur, epiſtolam ad eumdem ſcripſit. Ex archivo Vercellenſi cum actis ejuſdem Euſebii editæ, mihi dignæ viſæ fuerunt, quæ aliis ejuſdem Liberii epiſtolis hoc loco adjungerentur.

b *Cum igitur poſt legationem Vincentius.*] Quod Athanaſius apologia ad Conſtantium ait, cum Vincentio & Fortunatiano ceteros occidentis epiſcopos per vim & contumelias ad damnandum Athanaſium inductos fuiſſe, intelligendum eſt, ſicut hac epiſtola ſcribitur, vere quidem id ab Arianis cogitatum ac tentatum fuiſſe, ſed Liberium miſſa ſecunda legatione ad Conſtantium id impediviſſe. Baron. anno 353. num. 18. & 19.

EPISTOLA IV. LIBERII PAPÆ

AD EUSEBIUM VERCELLENSEM episcopum.

Dilectissimo fratri Eusebio Liberius episcopus.

REMEANTE filio meo * Callepio ad patriam suam, optimum credidi per hunc sanctitatem tuam salutare, domine frater carissime, orans Dei clementiam, ut salvus atque hilaris literas meas accipias. Sane quia scio invictum animum tuum fideliter agere quæ Deus præcepit, commendo tibi fratrem & coepiscopum nostrum Luciferum, sed & carissimos filios meos Pancratium presbyterum, & Hilarium diaconum, qui pro statu ecclesiæ animo virili & virtute deifica, tempore tempestivo aggressi sunt * contra inimicos ecclesiæ, quos Deus spiritu oris sui destruet. Scio enim ferventem spiritum Dei esse in te; ut simul cum iisdem aggrediaris, ut fides, quæ ab apostolis tradita est ecclesiæ catholicæ, nullo modo irrumpi possit. Certe dignaris retinere, si leges publicæ absentem non condemnant, ut eorum consortio jungat se fides tua, & similis, ubi fuerit, adsit sanctitas tua; uno colloquio, uno consilio id agatis, quod Deo & angelis ejus placet, & ecclesiæ catholicæ expedit. Pro hoc labore præmium cæleste, coronam immarcescibilem, hereditatem regni cælorum, Christus dominus noster retribuat vobis. Salutamus omnes qui tecum Deo fideliter serviunt. Salutate omnem clerum. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

EPISTOLA V. LIBERII PAPÆ

AD EUSEBIUM VERCELLENSEM episcopum.

Liberius episcopus dilectissimo fratri Eusebio.

SCIEBAM, domine frater carissime, quod spiritu Dei fervens in causa fidei, quæ nos potest domino commendare, fratri & coepiscopo nostro Lucifero, & Pancratio compresbytero nostro, qui simul erat profectus cum filio meo Hilario diacono, fida dignareris solatia exhibere, nec te posse iis denegare, quos sciebas pro devotione fidei suæ tantum laboris itineris suscepisse. Magnum itaque levamen animus meus ex lectione literarum tuarum accepit: imo causam ipsam in melius proficere posse, Deo favente, quod fratres nostros deserere noluisti, jam jamque confido. Labora itaque ut bonus miles, qui præmium æternum imperatoris expectas: & virtutem animi, qua te scio mundi hujus illecebras contempsisse, adversus eos qui ecclesiæ quidem luce orbi sunt, præbere contende, habens utpote contemptum vitæ istius: veridicum te sacerdotem ostende, ut laborantibus vobis pro ecclesiæ statu, concilium possit celebrari; ut omnia quæ in præjudicium fidei subtiliter e diverso venientes machinati sunt, possint in melius reformari. Hunc laborem, quem egregia fides tua melius novit, æterna præmia comitantur: cui quemadmodum insistere debemus, etiam si exhortatio frigesceret, fervens Spiritus sanctus, qui in te est, propter unitatem sanctæ ecclesiæ per momenta animum tuum stimularet ad majora solatia. Etiam ad fratrem & coepiscopum nostrum Fortunatianum, quem sciebam neque personas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, literas erogavi; ut & ipse pro sinceritate pectoris, & pro fide, quam se scit etiam cum discrimine vitæ præsentis custodisse, etiam nunc vobiscum dignaretur excubare; quem quidem scio pro sanctitate pectoris sui indubitanter & consilio suo prudentiam vestram firmare, & si ita vobis placuerit, præsentiam suam in nullo dilectioni vestræ negare. Deus te incolumem custodiat, domine frater carissime.

[a] EPISTOLA VI. LIBERII PAPÆ

AD OMNES CONFESSORES EXULES.

QUAMVIS sub imagine pacis humani generis inimicus vehementer in membra ecclesiæ videatur esse grassatus: vos tamen, acceptissimi in domino sacerdotes, egregiæ & singularis fidei & hic probabiles Deo ostendit, & etiam ad futuram gloriam martyres designavit. Quo itaque præconio laudis, qua vocis exultatione merita virtutis vestræ proferam, positus inter mœrorem absentiæ vestræ, & gaudium gloriæ? Prorsus invenire non possum: nisi quod scio [1], hinc me probabiliora vobis solatia exhibere, si credatis me vobiscum in exilium esse detrusum. Denique me in ipsa nunc expectatione pendentem, quia consortio vestro dura necessitas interim distrahit, satis contristor. Optaveram enim, fratres carissimi, prior pro omnibus vobis impendi, ut exempla gloriæ per me magis vestra dilectio consequeretur. Sed fuit hæc palma meritorum vestrorum, ut priores de perseverantia fidei ad confessionis illustrem gloriam veniretis.

Quæso igitur dilectionem vestram, ut me præsentem vobiscum esse credatis; [1] ut intelligatis, dolere satis, quod sim interim a vestro consortio [1] separatus. Quantam denique fueritis gloriam consecuti, hinc magis scire potestis, quod qui in persecutione coronati sunt, solius persecutionis cruentos gladios sentire potuerunt: contra vos devoti per omnia Dei milites, etiam falsos fratres inimicos experti, victoriam de perfidis pertulistis: quorum quanto violentia in sæculo crescere potuit, tanto sanctis sacerdotibus præmia laudis inveniuntur conferre. Estote itaque de promissione cælesti securi. Et quia proximiores estis Deo effecti, orationibus me vestrum consacerdotem famulum Dei ad dominum sublevate; ut supervenientes impetus, qui de die in diem cum annuntiantur, graviora vulnera infligunt, tolerabiliter ferre possimus: ut inviolata fide, salvo statu ecclesiæ catholicæ, præmia nobis dominus dignetur afferre.

Et quia cupio quæ gesta sunt in ipsa * congregatione fidelius scire; obsecro sanctitatem vestram, ut universa literis intimare dignemini, ut additamentum majus vel ipse animus, qui diversis morbis, vel vires corporis ipsius, quæ jam extenuatæ sunt, de vestra exhortatione possint sentire [a].

[a] ** *Et alia manu.* Deus vos incolumes custodiat, domini fratres.

Marginal notes:
[a] Extat in actis Eusebii, & in bibliot. Vaticana. [1] Videnda pariter fragmenta S Hilarii pag. 45.
[1] hic
[1] atque eo me affectu *sive effectu*, absentem nõ esse sentiatis; & intelligatis dolere me satis.
[1] disparatus.
* congressione

NOTA

NOTA SEVERINI BINII.

Liberius gratulatur exulantibus epiſcopis. Encyclica epiſtola hæc eſt.

Epiſtola.] Hæc eſt illa epiſtola, quam poſt Luciferum, Pancratium, Hilarium, Dionyſium Mediolanenſem, Euſebium Vercellenſem epiſcopum relegatos, & plagis cæſos, Liberius de confeſſionis gloria iiſdem gratulatus conſcripſit, rogans, & ut ſe de ſingulis certiorem faciant. Epiſtola hæc eſt encyclica, pluribus exemplaribus conſcripta, & ad omnes confeſſores, diverſis in locis exulantes, tranſmiſſa. Nam apud acta Euſebii Vercellenſis, ad ipſum Euſebium dumtaxat habetur inſcripta: in codice autem Vaticano, inquit Baronius, cum ad ipſum, tum ad reliquos epiſcopos exules, Dionyſium, Luciferum, & alios omnes data legitur. Vide Baron. prædicto anno, num. 35. & 37.

a EPISTOLA VII. LIBERII PAPÆ

AD ORIENTALES EPISCOPOS.

' coepiſcopis

Dilectiſſimis fratribus & ' epiſcopis orientalibus Liberius ſalutem.

Extat in collect. Creſcon & in biblioth. Vaticana. & in fragmentis Hilarii p. 47. *Pſal.* 57. ' in

' adæque

' a cōmunione omnium noſtrum, cujus nec epiſtolia a me ſuſcipienda ſunt, dico me pacem cum o.v.

' unanimitatem

' expoſita

' contradixi, conſenſum accommodavi, hac ſequor, hæc a me tenetur.

' jam pervidetis.

PRO deifico timore ſancta fides veſtra Deo, cognita eſt hominibus bonæ voluntatis; ſicut lex loquitur: *Iuſte judicate filii hominum.* Ego Athanaſium non defendo: ſed quia ſuſceperat illum bonæ memoriæ Iulius epiſcopus deceſſor meus, verebar ne forte ' ab aliquo prævaricator judicarer. At ubi cognovi quando Deo placuit, juſte vos illum condemnaſſe; mox conſenſum meum commodavi ſententiis veſtris: literas ' adhæcque ſuper nomine ejus, id eſt, de damnatione ipſius, per fratrem noſtrum Fortunatianum dedi perferendas ad imperatorem noſtrum Conſtantium. Itaque amoto Athanaſio ', ſuper quo ſtatuta omnium veſtrum a me cum ſede apoſtolica ſuſcipienda ſunt; dico, me cum omnibus vobis & cum univerſis epiſcopis orientalibus, ſeu per univerſas provincias pacem & ' unitatem habere. Nam ut verius ſciatis, me veram fidem per hanc epiſtolam meam proloqui: dominus meus & frater communis Demophilus, qui dignatus eſt pro ſua benevolentia fidem veram & catholicam exponere, quæ Sirmii a pluribus fratribus & coepiſcopis noſtris tractata, ' expoliata & ſuſcepta eſt; hanc ego libenti animo ſuſcepi, in nullo ' contradicens. Sane petendam credidi ſanctitatem veſtram, quia ' ſemper videtis in omnibus me vobis conſentaneum eſſe: dignamini communi conſilio ac ſtudio elaborare, quatenus de exilio jam dimittar, & ad ſedem, quæ mihi divinitus credita eſt, revertar.

NOTA SEVERINI BINII.

Hac epiſtola Liberius cum Arianis communicat.

a *Epiſtola*] Hæc eſt vera illa & germana epiſtola Liberii, quam tædio exilii, mortiſque metu turpiter & ignominioſe ſuperatus, poſt exactum biennium exilii, Felicemque in ſede pontificia ſubrogatum, ſcripſit ad orientales, ſignificans ſe latam contra Athanaſium ſententiam ſuo ſuffragio comprobare, Arianos ad communionem admittere, editamque Sirmii profeſſionem fidei, velut catholicam approbare. Hoc eſt quod inquit Athanaſius epiſtola ad ſolitarios: *Liberius deinde poſt exactum in exilio biennium inflexus eſt, miniſque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt.* Hilarius ad Conſtantium. *Vertiſti deinde uſque ad Romam bellum tuum, eripuiſti illinc epiſcopum: & o te miſerum, qui neſcio utrum majore impietate relegaveris, quam miſeris.* Hieronym. in chronic. *Liberius tædio victus exilii, in hæreticam pravitatem ſubſcribens, Romam quaſi victor intravit.* Ita ille, qui inſtar Samſonis valide adverſus impios Philiſthæos ac ſtrenue decertaverat, & uſque adeo ipſos impetus fregerat imperatoris, atque Arianorum phalangas tolerantia exilii ſuperaſſet, exciſo neſcio quo pacto ab ejus vertice fortitudinis crine, hebetatoque prorſus robore priſtino ſacerdotalis conſtantiæ, exurgit imbellis, & turpiter adverſariis ſe quærentibus manus offert. Dalilam illam, invidiam, humanæ laudis gloria comptam, comam fortitudinis Samſoni fortiſſimo abſcidiſſe, eſt veriſimile. Ægre enim tulit, Felicem ab Arianis intruſum Romæ pontificem agere, dum ipſe a propria ſede magna cum miſeria exularet.

Sub nomine Liberii ad orientales epiſcopos initio pontificatus ejuſdem ſcripta, apud Hilarium fragm. pag. 36. extans, hæc eſt, quæ ſequitur.

EPISTOLA VIII. LIBERII PAPÆ

AD EOSDEM ORIENTALES.

Dilectiſſimis fratribus & coepiſcopis noſtris univerſis per orientem conſtitutis, Liberius urbis Romæ epiſcopus ', ſalutem.

STUDENS paci & concordiæ eccleſiarum, poſteaquam literas caritatis veſtræ de nomine Athanaſii & ceterorum factas ad nomen Iulii bonæ memoriæ epiſcopi accepi, ſecutus traditionem majorum, preſbyteros urbis Romæ Lucium, Paulum, & ' Ælianum, e latere meo Alexandriam ad ſupradictum Athanaſium direxi, ut ad urbem Romam veniret, ut in præſenti, id quod eccleſiæ diſciplina exigit, in eum ſtatueretur. Literas etiam ad eumdem per ſupradictos presbyteros dedi, quibus continebatur, quod ſi non veniret, ſciret ſe alienum eſſe ab eccleſiæ Romanæ communione. Reverſi ergo presbyteri nuntiaverunt eum venire noluiſſe. Secutus denique literas caritatis veſtræ, quas de nomine ' dicti Athanaſii ad nos dediſtis, ſciatis his literis, quas ad unanimitatem ' noſtram * me cum omnibus vobis & cum univerſis epiſcopis eccleſiæ catholicæ pacem habere, ſupradictum autem Athanaſium alienum eſſe a communione mea ſive eccleſiæ Romanæ, & a conſortio literarum eccleſiaſticarum.

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc epiſtola adulterina eſt, Liberioque pontifici falſo adſcripta; ea occaſione, ne credatur, quod aiunt, Liberium vi coactum, Athanaſii condemnationi conſenſiſſe; idque his rationibus probatur. Primo: Quiſquis innocentem Athanaſium a catholicorum communione arceri, impios vero Arianos ad communionis vinculum admitti laudat; eum non catholicum, ſed Arianum eſſe oportet. Cum itaque is, qui hanc epiſtolam fragmentis Hilarii inſeruit, Athanaſii condemnatoriam & excommunicatoriam ſententiam laudet, nemo ſapiens id ab Hilario factum fuiſſe credit. Secundo, teſtimonio Athanaſii conſtat, Liberium uſque ad finem exilii, annum ſcilicet Chriſti 357. perſeveraſſe conſtantem & fidelem: quomodo igitur initio pontificatus Athanaſium innocentem condemnaverit, Arianiſque communicaverit? Tertio, Liberius illa epiſtola, quam anno 354. per ſecundam legationem ſcripſit, ac miſit ad Conſtantium, Athanaſium defendit, Arianorumque communionem ſummopere deteſtatur: quæ ſane ab ipſo prudenter ſcribi non potuiſſent, ſi jam ſedis ſuæ initio eum condemnaſſet. Accedit, quod hac ipſa ſexta epiſtola ad orientales ſcripta fateatur, ſe, quod fecerat ante prædeceſſor Iulius, Athanaſium uſque ad ultimum annum ſui exilii ſemper defendiſſe. Commentum itaque eſſe oportet, Athanaſium principio pontificatus Liberii communione eccleſiæ catholicæ privatum fuiſſe. Hæc Baron. prædicto loco.

a EPISTOLA

EPISTOLA IX. FALSO, ″ut quidam volunt, sub nomine Liberii papæ ad Vrsacium, Valentem, & Germinium scripta.

Eorum interventu liberari ab exilio, sedique pontificiæ restitui cupit.

Vrsacio, Valenti & Germinio Liberius.

QVIA scio vos filios pacis esse, diligere etiam concordiam & ′ unitatem ecclesiæ catholicæ; idcirco non aliqua necessitate compulsus, teste Deo dico, sed pro bono pacis & concordiæ, quæ martyrio præponitur, his literis convenio vos, domini mei carissimi. Cognoscat prudentia vestra, Athanasium, qui Alexandrinæ ecclesiæ episcopus fuit ′, priusquam ad comitatum S. imperatoris pervenissem, secundum literas orientalium episcoporum ab ecclesiæ Romanæ communione separatum esse, sicut testis est omne presbyterium ecclesiæ Romanæ. Sola hæc causa fuit, ut tardius viderer de nomine ipsius literas ad fratres & coepiscopos nostros orientales dare, ut legati mei quos ab urbe Roma ad comitatum direxeram, seu episcopi, qui fuerant deportati, & ipsi una cum his (si fieri posset) de exilio revocarentur. Et hoc etiam scire vos volo, quod fratrem Fortunatianum petii, ut ″ literas meas ad clementissimum imperatorem perferat, quas ad orientales episcopos feci, ut scirent & ipsi una secum Athanasii communione me esse separatum: quas credo quod pietas ipsius pro bono pacis gratulanter ′ accepit: quarum exemplar etiam ′ Philagrio imperatoris eunucho prodat caritas vestra, hæc me benigno & innocenti animo gessisse. Quapropter his literis meis convenio vos, & adjuro per dominum omnipotentem, & Christum Iesum Filium ejus & dominum nostrum, & Spiritum sanctum, ut dignemini ad clementissimum imperatorem Constantium Augustum pergere, & petere, ut bono pacis & concordiæ, in qua pietas ejus semper exultat, me ad ecclesiam mihi divinitus traditam jubeat reverti; ut temporibus ipsius ecclesia Romana nullam sustineat tribulationem. Me autem cum omnibus vobis episcopis ecclesiæ catholicæ pacem habere, his literis meis æquo & simplici animo scire debetis, fratres carissimi. Magnum etiam vobis ′ præmium in die ′ retributionis acquiretis, si per vos pax ecclesiæ Romanæ fuerit reddita. Scire autem volo etiam fratres & coepiscopos nostros Epictetum & Auxentium, pacem me & communionem ecclesiasticam cum ipsis habere, quod credo gratanter accepturos. Quicumque autem a pace & concordia nostra, quæ per orbem terrarum firmata est, dissenserit, sciat se separatum esse a nostra communione. Prævaricatori anathema una cum Arianis a me dictum.″ ** *In fragmentis Hilarii hæc alio charactere edita sunt atque ab ipso Hilario, ut pleraque alia identidem inserta: Prævaricatori anathema cum Arianis ab me dictum* †.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Altera epistola.*] Cum ex notis supradictis, & in concilio Mediolanensi infra dicendis, manifestum sit, Liberium jussu imperatoris Constantii eo fine Roma Mediolanum furtim ad comitatum adductum fuisse, ut Athanasii condemnatoriæ sententiæ subscriberet; inde vero in Thraciam relegatum, non aliam ob causam, quam

A quod innocentem suo judicio Athanasium condemnare recusasset: falsissimum esse oportet, quod hic scribitur Athanasius judicio Romanæ ecclesiæ excommunicatus fuisse, antequam Liberius ad comitatum imperatoris pervenisset. Vna igitur, quod supra dixi, eademque manus scorpii fuisse videtur, quæ utramque hanc epistolam nomine Liberii scripsit & excogitavit, ea occasione, ut quod ad Liberii defensionem Athanasii; Hilarii & Hieronymi testimonio dicitur, eum per vim & minas coactum Athanasii condemnationi subscripsisse, mendacibus hisce & commentitiis sub nomine Liberii ab Ariano aliquo affictis epistolis improbaretur. Hæc ex Baronio anno 352. num 18.

EPISTOLA X. LIBERII PAPÆ Ad Vincentium Capuæ episcopum.

Qua Arianis communione conjunctus, ab exilio liberari petit.

B NON doceo, sed moneo sanctum animum tuum, frater, eo quod colloquia mala mores bonos corrumpant. Insidiæ malorum hominum bene tibi cognitæ sunt, unde ad hunc laborem perveni: & ora ut det dominus tolerantiam. Dilectissimus filius noster Vrbicus diaconus, quem videbar habere solatium, a me per Venerium agentem in rebus sublatus est. Et ideo sanctitati tuæ significandum credidi, me de contentione illa nominis Athanasii recessisse, & ad fratres & coepiscopos nostros orientales literas dedisse desuper ejus nomine. Pax nobis ubique C est. Dignaberis convenire omnes episcopos Campaniæ, & hæc illis insinuare, & ex eorum numero una cum epistola vestra de unanimitate nostra, & pace ad clementissimum imperatorem nostrum scribere, quo possim & ego de tristitia magna liberari.′ Dominus te incolumem custodiat, domine frater carissime.′ Cum omnibus episcopis orientalibus pacem habemus, & vobiscum ego. Me ad dominum solvi vos videritis, si volueritis me in exilio deficere, dominus judex inter me & vos.

Extat ex collect. Cresco. & Vatic. bibl. apud Bar. anno 357. num. 45. ′ necnon in fragm. Hilarii p. 50.

′ Et manu ipsius Deus te incolumē custodiat frater. ′ Item manu ipsius perscriptæ paginæ.

EPISTOLA XI. LIBERII PAPÆ ad episcopos Italiæ.

D *Liberius episcopis catholicis ′in Italia consistentibus, in domino æternam salutem.*

′ per Italiam′

IMPERITIÆ culpam obliterat resipiscens. Hoc autem & de scripturis sanctis advertere est. Pietatem ad omnia utilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quamvis & ipsa utilitatis retineat fructus, quam sectandam nobis etiam ratio temporis præsentis exposcit. Non enim si aliqui forte qui hoc studii gerunt, ratione provisam destruere imprudenter sæviori censura hoc æstimaverint, & ′ non a re, quod jam ex apostolica auctoritate munitum est * de pietate cum dictum est, non esse parcendum his qui apud ′ Arianum ignorantes egerunt, qui- E bus nescire inlicitum fuit captum errori incidere *, idcirco veritas ′ repedanda est. Sed mihi cui convenit omnia moderate perpendere, maxime cum & Ægyptii omnes & Achivi accusati sententiam receperunt, multis parcendum quidem his, de quibus supra tractavimus: auctores vero esse damnandos, qui obliqua & maligna subtilitate & caligine offenderunt innocentium sensus, per quæ velamen obducerent veritati, tenebras lucem, & lucem tenebras ′ venditantes.

Extat apud Hilarii frag. lib. 1. p. 37. & 38.

′ novare

′Ariminum

′ repudianda est

′ vindicantes

Igitur si quis ignorationis captum * resipiscens sermonis nostræ advocationis ′ brevissima illud virus in se pestiferum Ariani dogmatis subdolum

′ levissimæ

ᶠ latebrosum

dolum ac ᶠ tenebrosum fuerit expertus, reparatus exhauriat, condemnet, vehementiusque in auctores ejus insæviat, quos in se violentos expertus est; totumque se fidei apostolicæ & catholicæ usque ad Nicænæ synodi conventum de integro mancipet. Per quam professionem, etiamsi quibusdam leve & remissum videtur, recuperet id quod per astutiam rectitatis amiserat. Verum si aliquis tam stolidę mentis (quod haud credo) fuerit inventus, qui non solum nolit converti, antidotum recipiens sanitatis, venenum virusque noxius sese* vindicare ᶠ crediderat, & ratione vincetur, & auctori perfidiæ perdite deputatus, ecclesiæ catholicæ spiritali vigore plectetur.

ᶠ crediderit.

Nota Severini Binii.

Liberius indulgentiæ vexillum primus erigit.

Liberius Ariminense naufragium reparare solicitus, primus indulgentiæ vexillum erexit, ne qui Arianorum fraudibus circumventi, Nicææ confessionem deseruisse viri [illegible], extra ecclesiam diutius vagantes, lupis [illegible] fierent. Primum quidem iis, qui in Italia lapsi fuerant, subveniendum esse putavit. Orientali autem ecclesiæ per Eusebium Vercellensem & Luciferum Calaritanum episcopos, ibidem exulantes, ita providit, ut iis apostolicæ sedis legatione commissa, potestatem dederit ea agendi, quæ pro temporis & loci conditione expedire judicarent.

EPISTOLÆ XII. LIBERII PAPÆ communicatoriæ fragmentum ad Athanasium.

Erat apud Athanasiu post literas apud Epictetum Liberii fidei professio.

Est igitur nostra confessio, optatissime Athanasi, Verbum, Dei filium, secundum naturam ex Deo, eodemque patre suo genitum esse, non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indesinenter regnum obtinere in infinita sæcula, amen. Spiritum quoque sanctum vere ex Deo naturaliter Deum, indivisibilem a Deo, secundum divinas scripturas; ut sit vere Pater, vere Filius & vere Spiritus sanctus: neque transferri debere unumquodque nomen a suo significato, cui assignatum est, quo vera sit Trinitas sub una deitate, sub una potestate, & una substantia: non enim dispertitur Filius, aut Spiritus sanctus a Patris substantia, quæ implet cælum & terram. Est igitur Trinitas (ut dixi) in una substantia non divisa, sed per essentiam una, deitate una, potentia una, & regno una, una quoque gloria, una item imagine, una denique spiritu: Spiritus enim non dividitur. Anathema igitur dices Sabellii & Arii dogmata, & supra annotatas hæreses, ad æternam pœnam, secundum salvatoris vocem. Huic igitur confessioni, frater Athanasi, quæ vera fides in sancta catholica & apostolica ecclesia censetur, si mecum sentis, coram judice Deo & Christo, quæso, subscribas; quo certiores reddamur, num ejusdem nobiscum suffragii sis, eademque statuas de vera fide, ut ego & securior efficiar, tuaque mandata inhæsitanter obeam. Id quoque tibi cognitum velim, carissime, filios veritatis confiteri, impassibilem esse deitatem, & de adventu Verbi Dei in carne ita sentire: verbum scilicet genitum ex Patre Deo hominem perfectum absque peccato assumpsisse ex Maria virgine, secundum euangelia in Christo Iesu, Amen.

ΛΙΒΕΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ

ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἔλαβεν ὁ Θεὸς λόγος.

Ἔστιν οὖν ἡμῖν ὁμολογία, ἐπιπόθητέ μοι Ἀθανάσιε, λόγος Θεοῦ υἱὸς κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλ' ἀεὶ ὢν συνάναρχος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ ἀκαταπαύστως τὸ βασίλειον ἔχων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας, ἀμήν. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν τῇ φύσει Θεὸν ἀμέριστον ἐκ Θεοῦ κατὰ τὰς ἁγίας γραφὰς, τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν πατέρα, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν υἱὸν, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν ἅγιον πνεῦμα, ἕκαστον ὄνομα μὴ μεταβαλλόμενον ἐπὶ ἀναθέματι ἐκ τῆς οἰκείας ἐπονομασίας τοῦ εἶναι τὴν τριάδα ἀληθῶς τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι καὶ μιᾷ δυνάμει, καὶ μιᾷ ὑποστάσει. οὐ γὰρ μερίζεται ὁ υἱὸς ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς πληρούσης τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἔστιν οὖν καθὼς προεῖπον, ἡ τριὰς ἐν μιᾷ ὑποστάσει μὴ μεριζομένη, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἓν, καὶ τῇ θεότητι ἓν, καὶ τῇ δυνάμει ἓν, καὶ τῇ βασιλείᾳ ἓν, καὶ τῇ δοξολογίᾳ ἓν, καὶ τῇ εἰκόνι ἓν, καὶ τῷ πνεύματι ἕν. πνεῦμα γὰρ οὐ μερίζεται. ἀνάθεμα οὖν λέγω Σαβελλίου τὸ δόγμα καὶ Ἀρείου, καὶ τὰς προαπηγορευμένας αἱρέσεις, εἰς αἰωνίαν κόλασιν κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν. ταύτῃ οὖν τῇ ὁμολογίᾳ, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε, τῇ οὔσῃ μόνῃ καὶ ἀληθῶς πίστει ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, εἰ ὁμοφρονεῖς μοι ὡς ἐπὶ κρίσει Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, γράψον μοι εἰ οὕτω φρονεῖς καθὰ καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἴσα ἐν τῇ ἀληθινῇ πίστει, ἵνα κἀγὼ πεποιθὼς ὦ ἀδιακρίτως περὶ ὧν ἀξιοῖς κελεύειν μοι. καὶ τοῦτο δέ σε χρὴ εἰδέναι ἀγαπητὲ, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀληθείας, ἀπαθῆ τὴν θεότητα ὁμολογοῦσι καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπιδημίαν τοῦ λόγου καὶ Θεοῦ, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν γεννηθέντα ἐκ παρθένου ἁγίας καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, κατὰ τὰ εὐαγγέλια ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀμήν.

Nota Severini Binii.

Liberius ut eam, quam inita cum Arianis communione incurrerat, hæreseos suspicionem elueret, hanc epistolam communicatoriam; (qua fidem catholicam & orthodoxam profitetur) ad Athanasium a quinquennalibus latebris sub Iuliano Alexandriam reversum, scripsit, similes vicissim ab Athanasio post tot annorum latebras & exilium expectans. Hanc epistolam a Liberio post Athanasii reditum scriptam fuisse, titulus epistolæ illius, quam Athanasius Liberio reddidit, manifeste indicat: sic enim habet: *Athanasii rescriptum ad Liberium episcopum Romanum.* Si ea, quam reddidit, rescriptum est, scriptas ante a Liberio accepisse oportuit. Fragmentum hujus epistolæ manifeste satis declarat, Liberium ab exilio reversum, sedique apostolicæ restitutum, post obitum Felicis, abjecta procul Arianorum communicatione, se in omnibus bene catholicum exhibuisse, fideique orthodoxæ vexillum Arianorum ictibus labefactatum, integerrimum vicissim ac purissimum erexisse, & Ariminensem perfidiam reprobando, ab omni labe ac macula expurgasse.

EPISTOLA

EPISTOLA XIII. LIBERII PAPÆ ad orientales.

Dilectis fratribus & collegis Hypatio, Cyrillo, Hyparchio, Vranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Severo, Didymioni, Brettanio, Callicrati, Dalmatio, Aedesio, Eustachio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Stenello, Ioanni, * Macario, Charisio, Silvanio, Photino, Antonio, Ayto, Celso, Euphranori, Meletio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eustachio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio, & omnibus in oriente orthodoxis episcopis, Liberius episcopus, Italiæ, & alii occidentis episcopi, in domino semper salutem.*

VESTRÆ literæ, fratres dilecti, lumineque fidei illustrati, de pace & concordia ecclesiæ per honoratissimos fratres & episcopos Eustathium, Silvanum, Theophilum ad nos perlatæ, nobis maximam maximeque optatam lætitiam attulerunt. Id adeo in primis, quod vestras sententias & opiniones, tum cum mea, qui infimus omnium sum, tum cum aliorum episcoporum Italiæ, ceterarumque omnium regionum versus occidentem, sententiis consentire concordareque ostenderunt, atque adeo confirmarunt. Hanc autem catholicam & apostolicam fidem agnoscimus, quæ usque a concilio Nicæno hactenus integra stabilisque permansit. Hanc illi ipsi patres se habuisse confessi sunt, atque adeo mira alacritate & gaudio completi, omnia absurdæ opinionis vestigia, omnesque ejus quasi scintillas relictas sustulerunt. Hancque fidem non solum apud populum concionando, verum etiam sedulo scribendo, omnibus proposuerunt. Cujus quidem exemplar his literis necessario subjungendum duximus, ne qua hæreticis ad insidias tendendas relicta sit occasio: quam quidem nacti, de integro faces suæ malevolentiæ in ecclesiam intentent, magnaque dissidiorum incendia (ut illis in more positum est) exsuscitent. Nam & hoc ipsum confitentur honoratissimi fratres nostri Eustathius, Silvanus, & Theophilus: nimirum & seipsos & vestram caritatem semper hanc fidem servasse, & ad extremum vitæ diem servaturos esse; videlicet quæ fuerit a trecentis decem & octo episcopis orthodoxis in urbe Nicæa probata, quæque & perfectam complectatur veritatem, & hæreticorum multitudini ora obturet, eorumque doctrinam penitus evertat. Neque enim tam ingens episcoporum numerus fortuito, sed Dei nutu & voluntate ad furorem Arii comprimendum coactus est. Immo vero eorum numero beatus Abraham tot hominum millia per fidem profligavit. Quæ quidem fides vi & nomine *consubstantialis* comprehensa, tamquam propugnaculum firmum & inexpugnabile, omnes impetus & nefarias pestiferæ opinionis Arii machinas retundit reprimitque.

Et quamquam nequam & scelerati Ariani effecere, ut omnes episcopi occidentis Arimini in unum cogerentur, quo ibi vel persuasione, vel (uti verius dicam) imperatoris auctoritate, illud quod erat ad summam cautionem in fidei formula positum, aut tollerent, aut perverse inficiarentur: nihil hac fraudulenta molitione

A omnino profecerunt. Nam omnes illi fere episcopi, qui Arimini convenerant, quique vel fallacibus inescati illecebris, vel vi compulsi, a fide tum quidem desciverant; nunc tamen ad sanam mentem reversi, fidei formulæ ab episcopis Arimini convocatis editæ anathema denuntiarunt, & fidei catholicæ & apostolicæ Nicææ confirmatæ subscripserunt, & nobiscum jam una communicant: omnes illi, inquam, in præsentia maximo iracundiæ æstu contra dogma Arii ejusque discipulos exardescunt. Quam rem vestræ caritatis legati cum explorate cognitam planeque perspectam haberent, suæ ipsorum subscriptioni vestra etiam nomina adjunxere. B Ario autem & decretis Arimini contra fidem Nicææ stabilitam sancitis (quibus item vos per versutas blanditias in fraudem inducti cum jurejurando adhibito subscripsistis) anathema edixere.

Quapropter nobis videbatur consentaneum, literas ad vestram caritatem perscribere, vobisque justa & æqua petentibus opem ferre: præsertim cum per confessionem vestrorum legatorum perspicue intelligeremus, episcopos orientis ad sanam sinceramque mentem reversos, cum orthodoxis occidentis episcopis in fide concordare. Neque vos ignorare volumus, & blasphemias C Arimini contra Filium Dei divulgatas, jam etiam ab his, qui tum videbantur fraudulenter & repentino impetu a veritate tamquam abrepti, anathemate damnari, & fidei concilii Nicæni concordi animorum voluntate ab omnibus assensum esse. Quin etiam per vestras literas omnes certiores fieri debent, ut qui per fraudem a recta fide abducti fuerint, jam tandem ex cæca hæresis caligine ad clarum divinumque lumen libertatis catholicæ regrediantur. Qui quidem si post hoc concilium lethale pestilentis doctrinæ venenum evomere* voluerint, omnesque Arii blasphemias ex animis suis radicitus evellere, atque adeo illis D anathema indicere: scient se pariter cum Ario & ejus discipulis, cum aliis serpentibus, utpote Sabellianis, Patropassianis, & alterius hæreticæ pravitatis cujuscumque modi sectatoribus, a communione ecclesiæ, quæ filios adulterinos non recipit, tamquam fœderis & societatis expertes omnino exclusos esse. Deus vos, fratres carissimi, diu servet incolumes.

Concors fides catholica occidentalium.

*for. noluerint.

** Ἐπιστολὴ Λιβερίου τοῦ ἐπισκόπου τῶν Ῥωμαίων, πρὸς τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἀνατολῆς τῶν Μακεδονιῶν.

ΤΟῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, καὶ συλλειτουργοῖς Ὑπατίῳ, Κυρίλλῳ, Ὑπερεχίῳ, Οὐρανίῳ, Ἥρωνι, Ἐλπιδίῳ, Μαξίμῳ, Εὐσεβίῳ, Εὐκαρπίῳ, Ἑορτασίῳ καὶ τοῖς ἑξῆς, τοῖς ἐν τῇ ἀνατολῇ E ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις Λιβέριος ἐπίσκοπος Ἰταλίας, καὶ οἱ κατὰ τὴν δύσιν ἐπίσκοποι, ἐν κυρίῳ πάντοτε χαίρειν. Τὴν εὐκταιοτάτην ἡμῖν χαρὰν τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὁμονοίας ἤνεγκε τὰ ὑμέτερα γράμματα, τῷ τῆς πίστεως φωτὶ περιλαμπόμενοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, τὰ ἀποδοθέντα ἡμῖν διὰ τῶν τιμιωτάτων ἀδελφῶν ἐπισκόπων, Εὐσταθίου, Σιλβανοῦ καὶ Θεοφίλου. καὶ ταύτῃ μάλιστα, ὅτι τὴν ὑμετέραν γνώμην καὶ τὰ ὑμέτερα φρονήματα συμφωνεῖν καὶ συνᾴδειν, πρός τε τὴν ἐμὴν ἐλαχιστότητα, καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ δυτικῶν πάντων διεβεβαιώσαντο, καὶ ἀπέδειξαν. καὶ ταύτην εἶναι γινώσκομεν τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν, ἥτις μέχρι τῆς κατὰ Νίκαιαν

συνόδου, ἀκέραια καὶ ἀσάλευτος διέμεινε. ταύτην τε αὐτοῖς ἔχειν ὡμολόγησαν, καὶ χαρᾶς ἀναπλησθέντες, πᾶν ἴχνος καὶ ζώπυρον ἀτόπου ὑπονοίας ἐκβάλλοντες, οὐ μόνον διὰ λόγου, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως, ταύτην ἐξέθεντο. ἧς καὶ τὸ ἀντίτυπον ἀναγκαίως τούτοις τοῖς γράμμασιν ὑποτάξαι ἡγησάμεθα δεῖν. μή τινα πρόφασιν τοῖς αἱρετικοῖς, εἰς ἐπιβουλὴν αὖθις καταλείπωμεν, ἐν ᾗ πάλιν τὰ ὑπεκκαύματα τῆς ἰδίας κακίας ἀνακινοῦντες, πυρκαϊὰς διὰ διχοστασιῶν συνήθως ἐξάπτοιεν. ἐπείτε καὶ τοῦτο ὡμολόγησαν οἱ τιμιώτατοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, Εὐστάθιος καὶ Σιλβανὸς καὶ Θεόφιλος, ἑαυτούς τε καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, πάντοτε ταύτην τὴν πίστιν ἐσχηκέναι, καὶ ταύτην μέχρι τέλους διαφυλάξειν, δηλαδὴ τὴν ἐν Νικαίᾳ δοκιμασθεῖσαν ὑπὸ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, ἥτις τὴν τελείαν περιέχει ἀλήθειαν καὶ πάντα τὰ τῶν αἱρετικῶν πλήθη ἐπιστομίζει τε καὶ ἀνατρέπει. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ ταυτομάτου, ἀλλὰ θείῳ νεύματι ὁ τῶν τοσούτων ἀριθμὸς ἐπισκόπων συνεκροτήθη, κατὰ τῆς Ἀρείου μανίας. ἐν ἀλλ' ὅσῳ ἀριθμῷ ὁ μακάριος Ἀβραὰμ τοσαύτας χιλιάδας διὰ πίστεως κατεστρέψατο. ἥτις πίστις ἐν τῇ ὑποστάσει καὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ὁμοουσίου περιεχομένη, ὥσπερ ἔρυμα ὀχυρὸν καὶ ἄμαχον, πάσας τὰς προσβολὰς, καὶ τὰς κακομηχανίας τῆς Ἀρείου κακοδοξίας. τοιγαροῦν, πάντων τῶν κατὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπων, τῶν εἰς τὸ Ἀρίμινον συνελθόντων, ὁπότε τούτους ἡ κακοήθεια τῶν Ἀρειανῶν συνεκρότησεν, ὅπως ἢ διὰ πειθοῦς τινὸς, ἢ ἵνα ἀληθέστερον εἴπω, κοσμικῆς δυνάμεως, τοῦθ' ὅπερ ἀσφαλέστατον ἦν ἐν τῇ πίστει κείμενον ἀνέλοιεν, ἢ πλαγίως ἀρνήσωνται, οὐδὲν τούτων ὠφέλησεν ἡ πανουργία. καὶ γὰρ σχεδὸν πάντες ἐκεῖνοι οἱ ἐν τῷ Ἀριμίνῳ γενόμενοι, καὶ δελεασθέντες, ἢ ὑπαχθέντες τότε, νῦν ἀναφρονήσαντες, καὶ ἀναθεματίσαντες τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Ἀριμίνῳ συνελθόντων, καὶ ὑπογράψαντες τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ πίστει, τῇ κατὰ Νίκαιαν θεσπισθείσῃ· οἳ καὶ ἡμῖν κοινωνήσαντες ἐνθυμότερον κατὰ τοῦ Ἀρείου δόγματος, καὶ κατὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν χαλεπαίνουσιν. οὗτινος πράγματος τὸν ἔλεγχον οἱ πρέσβεις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐπιγνόντες, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς τῇ οἰκείᾳ ὑπογραφῇ συνέζευξαν, καὶ ἀναθεματίζοντες Ἄρειον, καὶ τὰ ἐν Ἀριμίνῳ πραχθέντα κατὰ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ θεσπισθείσης· οἷς καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ δελεασθέντες, δι' ὁρκωμοσιῶν ὑπεγράψατε. ὅθεν ἀκόλουθον ἡμῖν ἐφάνη, γράψαι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ βοηθῆσαι τοῖς δίκαια αἰτουμένοις. μάλιστα δὲ, ὅτε διὰ τῆς ὁμολογίας τῶν ὑμετέρων πρεσβευτῶν ἀναφρονήσαντας τοὺς ἀνατολικοὺς, συμφωνεῖν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους τῶν δυτικῶν ἐπεγνώκαμεν. καὶ δηλοῦμεν ὅπως εἰδέναι ἔχοιτε τὰς ἐν τῷ Ἀριμίνῳ βλασφημίας, καὶ ὑπὸ τῶν δοξασάντων τότε κατὰ συναρπαγὴν παραβεβλάφθαι νῦν ἀναθεματισθείσας, καὶ πάντας πρὸς τὴν κατὰ Νίκαιαν πίστιν συμπεπνευκέναι. καὶ χρὴ δι' ὑμῶν τοῦτο πᾶσι γνωσθῆναι, ὅπως δυνηθεῖεν καὶ οἱ κατ' ἐπήρειαν παραβλαφθέντες, ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ αἱρετικοῦ σκότους, πρὸς τὸ θεῖον φῶς τῆς καθολικῆς ἐλευθερίας ἀνακάμψαι. οἵτινες μετὰ ταύτην τὴν σύνοδον, εἰ μὴ θελήσειαν ἀποπτύσαι τὸν τῆς κακοδοξίας ἰὸν, καὶ τὰς βλασφημίας Ἀρείου πάσας ἀνελεῖν, ταύτας τε ἀναθεματίσαι, γνωσκέτωσαν ἑαυτοὺς μετὰ τοῦ Ἀρείου καὶ τῶν τούτου μαθητῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ὄφεων, ἤτοι Σαβελλιανῶν, ἢ Πατροπασσιανῶν, ἢ οἱασδήποτε ἄλλης αἱρέσεως, ἐκσπόνδους εἶναι, καὶ ἀκοινωνήτους τῶν ἐκκλησιαστικῶν συνάξεων, ἥτις τοὺς ἐκ μοιχείας υἱοὺς οὐ προσίεται. ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐρρωμένους διαφυλάξαι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc est illa pacifica & communicatoria Liberii pontificis epistola, qua Semiarianorum legati Eustathius & Theophilus, simulata fide, oblatoque Nicænæ confessionis libello, Romani pontificis, omniumque prope occidentalium episcoporum communionem impetrarunt: quave in Tyanensi concilio ostensa, Eustathius Sebastenus sedem episcopalem, unde dejectus fuerat, opera orthodoxorum recepit. Sed quia auctoritate Basilii, ut diximus in notis Tyanensis concilii, aperte constat, hæc omnia ab ipsis simulate peracta fuisse, ipsumque Eustathium postea turpius lapsum esse: Liberius omnesque occidentales episcopi, ejusmodi nebulones alias sæpe damnatos, communioni catholicæ restituentes, facilitatis nimiæ jure meritoque redargui fortasse possent, si intima cordis scrutari, seque ipsos a subreptione securos reddere potuissent.

EPISTOLA XIV. LIBERII [a] PAPÆ ad omnes generaliter episcopos.

Vt nullus pro persecutionibus, dum durare potest, suam relinquat ecclesiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo sibi commisso laborare intendat.

Dominis sanctissimis & Deo amantissimis universis episcopis, Liberius episcopus, in domino salutem.

NIHIL est quod nos diu stare faciet [b], nisi Dei gratia. Ceterum nequitia diaboli, contemptibile malum, plenum veneno mortifero sævit, qui sursum atque deorsum circuit, quærens quem devoret. Vnde vigilare, & sobrii esse ad orationes, & Deo propinquare debemus [c], & fatuas, domino auxiliante, hominum insidias, prout dominus posse dederit, respuere, & patres sequi, & non transgredi terminos patrum, (id est, ut non relinquamus nostras, dum in eis persistere aliquo modo valebimus, ecclesias, ut ad alias properemus) aut populos nobis commissos negligere, ut * quietem amplius quam pro eis elaborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, studeamus, ne reprobi in conspectu Dei inveniamur, sed fructuosos illi manipulos de commissis nobis gregibus, ipso adminiculante, præsentare valeamus: quamquam multi nos persequantur, & oves Christi dilacerare desiderent, qui quasi in vestibus ovium apparent, intus autem sunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoscimus: isti primo quidem videntur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quando vero suam evomuerint impietatem, dolum qui in eis est, erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia divina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subvertentes & injuriantes paternas doctrinas, sicut & sacras scripturas, ad perditionem suam, quos oportet præscienter cavere, ne malitia eorum quidam seducti, abscindantur a propria firmitate: *Exacuunt enim linguas suas*, juxta prophetæ vocem, *sicut serpentes*:

serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum. Nec A nos pigeat per temporales" cruciatus pro Christi nomine elaborare, sed emolumenta futuræ remunerationis, hujus sæculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum namque est: *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare. Vnde quidem tantum nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque dominicæ vocis, ad suscipiendam ejus requiem, persuadet assertio. Suggestum namque nobis est, quod pro B præteritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & a Deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ovibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, dicente domino: *Beatus qui perseveraverit usque in finem.* Vnde namque est beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Quoniam, secundum apostolicam prædicationem, *omnes qui voluerint in Christo pie vivere, persecutionem patiuntur.* Ideoque, fratres carissimi, non vos C afflictionum amaritudo a pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostri & liberatione creator, dominusque & redemptor noster pertulerit, quibusve se contumeliis afficiendum tradiderit, ut nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. *Attendite itaque vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit proprio sanguine;* ut non sit," qui vos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis, ut plebes vobis commissas relinquatis, & alicui, propter malorum opprobrium hominum, quieti vos tradatis, & ut D vos solummodo salvetis, & filios orphanos relinquatis. Apertissime enim Spiritus sanctus per apostolum dicit, *quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide & caritate, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, & in hypocrisi mendacii eloquiorum cauteriatam habentes suam conscientiam.* Propter quod, *vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Quæ vero mentis transgressio operatur in his, qui non crediderint sermonibus domini, & recesserint pro sua quiete a servitio sibi commisso, & suis se subdiderint voluptatibus? Talibus quippe & aliis pro populo Dei constricti necessitatibus, ne pereatis una cũ omnibus vobis commissis, sed E salvi sitis in die æternæ retributionis," hortamur vestram caritatem, exemplo ejus qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis ejus permanere servitiis, nec quidem quoquo modo a commissa cura recedere, sed totis viribus in commissis vobis negotiis fortiter usque in finem perdurare: *quoniam beatus est, qui perseveraverit usque in finem:* nec laudatur initium, sed finis. *Nemo vos seducat inanibus verbis.* Propterea enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatum, "neque communicetis infructuosis verbis illorum, magis autem redarguite: *quoniam cœtus prævaricatorum sunt, & extenderunt linguam*

A *suam quasi arcum mendacii, & non veritatis. Completum est in eis, qui de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit dominus. Veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam* persecutores ecclesiarum, earumque sacerdotum, *loqui mendacium. Vt impie agerent, laboraverunt, & renuerunt scire me, dicit dominus.* State ergo vos, dilectissimi, super vias, & videte. Interrogate de semitis domini antiquis, & videte, quæ est via bona sanctorum patrum, & ambulate in ea; & invenietis requiem animabus vestris. Sed si patimini propter Christum, beati eritis. Metum autem eorum ne timueritis, neque conturbemini. dominum *1. Petr. 3.*
B autem Deum sanctificate in cordibus vestris, ipso dicente: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Rememoramini ergo,* fratres, *Matth. 10.* *Heb. 12.*
*eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris. deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem * certavimus, adversus peccatum repugnantes.* *certavistis.

C Confidimus autem de vobis, fratres carissimi, meliora & viciniora salutis, *quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia,* magistro gentium docente, *poterit nos separare a caritate domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet,* *Rom. 8.* *Heb. 10.*
D *& non tardabit. Ecce enim judex ante januam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ * suæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo,* adversus omnes inimicos sanctæ Dei ecclesiæ & vestros: *& induite vos loricam justitiæ, calceati pedes in præparationem euangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi * ignita extinguere: & galeam salutis accipi-* *Iacob. 5.* * mea, *Ephes. 6.* * ignea
E *te, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem* radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu domino nostro. *Sed & nunc,* fratres, *commendamus vos omnes domino, & verbo gratiæ ejus, qui potest perficere, & dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi; ut unanimes uno ore & * uno corde honorificemus eum in concordiam & consolationem fratrum, qui potest confirmare nos secundum euangelium ejus, juxta revelationem mysterii æterni, temporibus scilicet perpetuis taciti,* quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere etiam consi- *Act. 20.* *puro *Rom. 16.*

considerare debetis, quod hi qui fratribus invident, eosque damnare aut perducere cupiunt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim dominus: *Omne regnum in se divisum, non stabit: & omnis scientia & lex adversum se divisa, non stabit.* Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis" hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari, quatenus & Nicænorum canonum constituta, & quæ a nobis vel a prædecessoribus nostris sunt" provide & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro." ** *In ms. Iustelli post plures epistolarum lacinias ex Ennodio alterove ejusdem ætatis oratore inepte consutas, legitur hæc subscriptio.* Data xv. Kal. Martias Betio & Iuliano viris clarissimis consulibus.

Matth 12.

" S. Leo ep. 87. c. 2.

" Siricius ep. 1.

EPISTOLA" ATHANASII ET ÆGYPTIORVM EPISCOPORVM, AD PAPAM LIBERIVM.

De oppressionibus Arianorum.

" Hanc cum sequenti falsis annumerandam censent non eruditi modo, sed etiam prolétarii quique scriptores.

Domino beatissimo & honorabili, sancto patri Liberio papæ, Athanasius & Ægyptiorum episcopi, in unum synodice apud Alexandriam congregati.

" Compone cum hisce laciniis Victoris Carthaginensis ep. ad Theodorum papam, quæ extat conf. 2. concilii Lateranensis sub sancto Martino.

VESTRÆ beatissimæ" paternitatis jura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis & doctrinis, veræ fidei cultura, universa repleta sit terra. Per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi ecclesia, apostolica institutione fundata, & a fidelibus patribus firmissime roborata: ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris & potestatis consortio prædíti, populorum agmina convertentes, pie sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla, ecclesiam Dei morum probitate & actuum sanctitate condecorat, & fide sacra Christianisque moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis pontificalibus indesinenter operatur & perficit, servans legis divinæ mandata; quia *non legis auditores justi sunt apud Deum*, sicut narrat apostolus, *sed factores legis justificabuntur.* Nos enim hæc meditari cupientes, & ea quæ a sancta sede vestra apostolorum, eorumque successorum prædicatione suscepimus, atque quæ in Nicæna synodo roborata cognovimus, prædicare, & Arianorum blasphemias, atque aliorum hæreticorum, repellere cupientes, quotidie ab his persequimur, & damnationi tradimur, atque morti destinamur. Qua de re precamur, ut vestris exhortationibus tam per vos, quam & per apocrisiarios vestros adjuvemur; ne, dum illi crescunt, & nos minuimur, vera fides destruatur, & eorum hæresis ultra fidem nostram crescat: quoniam timemus, ut *postquam abundaverit iniquitas, refrigescat caritas multorum.* Pro qua re, multa vestræ sacræ doctrinæ tam apud Deum, quam apud cunctos fideles merces & laus reposita est, si vestra hæc resecentur auctoritate. Nostram enim fidem, quam a sanctis patribus accepimus, & tenemus, atque docemus, subter inseruimus, ut si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel detrahendo, scriptis mandaverit, per hanc manifeste nos ita credere & docere agnoscatis.

Rom. 2.

Matth. 24.

Credimus" namque in unum Patrem omnipotentem, omnium visibilium, necnon & invisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, natum ex patre, unigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, homousion, hoc est, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt cœlestia & terrestria. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die: ascendit in cælum, venturus inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus, quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia, vel essentia dicunt esse trepton, hoc est, convertibilem atque mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti" quidem decem & octo patres agnoverunt & amplexi sunt, & consonantes & unanimes scriptis explanaverunt.

" Sym[bo]lum N[icæ]num i[nter]prete I[...] fino.

"Hi[...] II. 9.

Sed modo, quoniam contra hæc, ut nostis, talia exurgunt, qualia non debent, venite, & nos, " dilectissimi fratres, cum Deo descendamus ad visitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, & confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum, elevatas contra scientiam unigeniti filii Dei, & iniquitatem in altitudinem humanitatis ejus loquentes. *Disrumpamus vincula eorum* per gladium spiritualem, quod est verbum Dei, *& projiciamus a nobis jugum ipsorum*, per expugnationem profani sensus illorum. Tunc enim ipse quoque dominus *irridebit eos, & subsannabit: & tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos*, secundum B. Ieremiam, dicens: *Falso prophetæ isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Visionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo mendacium: Erunt projecti in viis Ierusalem, & conculcatio omnium pie confitentium me, & non erit qui sepeliet eos.* Nemo enim * se abscondere potest quibusdam subreptionibus commentitiis, sicuti nec foliis fici antiquus transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inverecunde nudatur. *Laqueus enim fortis viro, labia ejus: & captus propriis sermonibus, & opere manuum ejus: retributio autem labiorum ejus dabitur ei, & impietatis reprehensio. Arguam te*, inquit, *& statuam contra faciem tuam. Existimasti inique, quod essem tibi similis. Propterea*, sicut dicit dominus ad Gedeon, *deponamus eos ad aquam veræ discretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione, in idipsum pronos corruentes*, post ostensionem pravi intellectus eorum, utrumne sint apud se sapientes, divini verbi scientiam ignorantes; quoniam *dicentes esse se sapientes, stulti facti sunt, & mutaverunt gloriam* catholicæ ecclesiæ propria novitate & voluntate, sive per ea, quę illicite

"S[...] nus con[...] ra[...]

Psa[l.] Psa[l.] Eph[es.] Psa[l.] Ier[em.] *a Ge[n.] Pr[ov.] Ps[al.] Iu[dic.] Ro[m.]

cite in ejus defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes, quod bene ad Iesum filium Sirach dictum est: *Vsque ad mortem certa pro veritate, & dominus Deus pugnabit pro te.* Hujus rei gratia, universalis vobis a Christo Iesu commissa est ecclesia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis: quia *dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet.* Ideoque tanta urgente necessitate, summopere comprimite vestra summa auctoritate infestos, relevate oppressos, ut absque gravi, domino opitulante, difficultate ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. *Et subscriptio:* " Æterna te servet divinitas per multos annos, sanctissime patrum pater. Amen.

EPISTOLA XV. LIBERII PAPÆ AD ATHANASIUM ET EPISCOPOS Ægyptios responsoria.

Contra perturbatores pacis & quietis ecclesiarum, & tales qualiter puniendi.

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in unum congregatis, & de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum episcopis, Liberius papa.

OLIM & ab initio " tantam percepimus a B. Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro universali ecclesia, ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statutum sanctæ ecclesiæ commovere, ad læsionem recte credentium, absque sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram, nobisque directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes & persecutiones, quas pro recta fide patimini intelleximus. Super quibus & nos una vobiscum condolemus, & laborare pro vobis, ut pater pro filiis, parati sumus. Fidem vero Nicæni concilii in eadem epistola rectam reperimus, super qua & Deo gratias uberrimas retulimus, pro qua non solummodo persecutiones & passiones sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, inquantum nostra sinit fragilitas, non respuimus. Igitur prædictum sanctum concilium, ut legimus, definit Nicænum, " aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere vel componere, aut sapere vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire, aut proferre, quod his patrum regulis possit obviare. Qui autem præsumpserit componere aliam fidem aut proferre, docere vel tradere aliud symbolum, ad viam veritatis converti desiderantibus de quacumque hæresi, vel ex Iudæis, vel ex paganis Christianos se fieri volentibus, hi si episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem episcopos ab episcopatu, clericos a clero: si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur " etenim beatus apostolus, dicens: *Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certaverit.* Et iterum dominus ait: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Videlicet, certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione catholicæ ecclesiæ, magnaque salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem cujuslibet desidiæ, dissolutæ: sed fortes efficiamur per gratiam domini atque virtutem potentiæ ejus, *quoniam perfecit pedes nostros tamquam cervorum,* & super excelsa firmius statuit intellectum summæ ejus humanitatis propter nostram salutem, maxime tantam habentes impositam sanctorum testium nubem. *Deponentes ergo omne pondus & circumstantem adversariorum novitatem, per patientiam curramus, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum,* qui in proposito nobis propter eum negotio, spiritum nobis suæ veritatis condonet, loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei per doctrinam sanctorum patrum, quos adversarii calumniantur quotidie. In prophetis namque habetur ": *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, & salvator ejus ut lampas accendatur.* Profecto catholica ecclesia, quæ vera consistit Sion, & civitas Christi cælorum regis, per tot annorum spatia expugnata ab aversantibus verba fidei, qui neque Deum timent, neque hominem reverentur, sed incassum perducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum a diversis tantisque, scripto & sine scripto, contestationibus invitati fuissent corrigere propriam & a se pellere hæresim, sicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est, tam per libellos, quam per suggestiones reverendissimorum sacerdotum, & venerabilium abbatum, apostolo protestante nobis, ut *hominem hæreticum post primam & secundam correptionem evitare debeamus, sciences quia hujusmodi subversus est, & delinquit proprio judicio condemnatus,* nullo modo oportet nos deinceps tacere, aut quiescere, ne quoquo modo iniqui judicemur, odibilem Deo pacem amplectentes: quoniam scriptum est, *Zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns:* & dicat etiam de nobis: *Sacerdotes mei contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & profanum non habuere distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt:* sed consurgere cum Deo, & consistere prompte, induentes arma spiritus, adversus malignantes contra fidem ejus, ut approbemus spiritus sapienter, id est, verba eorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Ieremia: *Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum.* Multa namque nobis necessaria est vigilantia, & tanta divinæ sapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum revelat, ad requisitionem hujusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus: ait: *Nam hujusmodi pseudoapostoli & operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi.* Sed non mirum, *quoniam & ipse satanas transfigurat se velut angelum lucis.* Et ideo non mirum, si ministri ejus transfigurantur, velut minister justitiæ, quorum finis secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum David: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Lucerna enim pedibus meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis; quoniam ipsius est,* sicut ait B. Daniel propheta, *sapientia & fortitudo. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus*

Heb 12. " Idem sanctus Matt. conf 3. Isa. 62. Tit 3. Psal. 72. Sopho. 3. Ezech. 22. Ier. 6. 2. Cor. 11. Matth. 7. Psal. 118. Dan. 2.

bus disciplinam. Ipse revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est. qui sapientiam, inquit, *& fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi, quæ rogavi te*, cum ope divina, uniuscujusque personæ conscripta eorum, qui pro novitatis commento accusati sunt, de venerabili scrinio nostro obsecundantibus, & nobis rationabiliter offerentibus solertius intendamus; ita ut " qui hæc præsumpserint prævaricari, primum quidem subjaceant judicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcumque " regalem indignationem revereantur, per quam, si quidem episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotii, sive a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Si autem sunt privati, si quidem nobiles existunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur: ut omnes timore Dei compressi, & comminata eis digna supplicia reverentes, immobilem & sine turbatione pacem sanctarum Dei ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunii, Asclepio " & Deodato viris clarissimis consulibus. Gloria Christo Iesu domino nostro, pax vobis. amen.

" Typus Constantis Aug. conf. 4. conc. Later. sub sancto Martino. " notanda verba hæc tom 6 p 234

24. qu. 1. Qui contra pacem.

" Consules ficti ad libitum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Consules " huic epistolæ superadditi, eam de fide suspectam arguunt: nusquam enim eorum nomina fastis alibi adscripta invenire potui. Vltimo loco hanc epistolam unicam in tomis conciliorum prioris editionis extantem huc retuli: quia anteriores omnes secundum ordinem temporum collocavi. Hæc si a Liberio scripta est, eam vel sub Iuliano, vel sub Valente scriptam fuisse oportuit. Est enim responsoria ad epistolam Athanasii, qua scribit, se ab Arianis ad mortem quotidie quæri. Sitne utraque Athanasii ad Liberium, & contra Liberii ad Athanasium, suspectæ fidei, doctiores judicent.

Hæc epistola de fide suspecta. " Si valet hæc ratio omnes Isidori merces vel ex hoc capite abjiciendæ.

ATHANASII RESCRIPTUM
AD LIBERIUM EPISCOPUM ROMANUM.

Quod perfectum hominem assumpserit Deus Verbum.

VNUS " Deus, immortalis, invisibilis, intactilis, eo quod Deus sit spiritus, idemque loco incomprehensibilis, neque uspiam est regio, ubi non existat. Hujus verbum, immortalis sapientia est, incorruptibilis, invisibilis, idemque Filius primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullum ætatis aut initium aut finis, *per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil.* Hic est qui finxit hominem, hic est qui rationem fabricandæ arcæ ostendit, hic est qui pollicitationes Abrahæ fecit, hic est qui descendit ut populum servaret, qui Moysi legem dedit; hic est Deus Abrahæ, Isaac & Iacob, qui in prophetis locutus est: hic est testator novi & veteris testamenti, qui in ultimis diebus carnem ex Virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset; eamdemq; imbecillem, ipse minime imbecillis: obnoxiam morti, ipse nulli obnoxius: visibilem, ipse invisibilis. Illa, inquam, caro suspensa est in cruce, non ipse: in illa omnes humanas passiones ut homo sustinuit, non ipse. Ipse enim est Dei virtus, hoc est, Deus, qui quæ indissolubilia erant, in inferno solvit, & imperium diaboli destruxit, ascendit eo unde descenderat, & qui corpus suum a morte excitatum patri repræsentavit, ac vindicavit a morte, sub cujus imperio tenebatur. In Filio Patrem intelligimus, cum unus cum eo sit, deitate, potentia, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione: & in Patre Filium quoque agnoscimus. Hic est, qui ubi assumpserat carnem, Iesus vocatus est, quatenus homo fuit, hoc est, assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo deitatis inhabitat corporaliter. Hunc existimamus non segregatum a patre, aut sancto Spiritu: neque tamen ita, ut dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita unus Deus pater omnipotens a nobis creditur: ideoque fides nostra est in unum Deum patrem omnipotentem, & in Filium ejus dominum nostrum, & in Spiritum sanctum; eosque ex unitate una, potentia una, substantia, essentia una, gloria una, dominatione una, regno uno, imagine Trinitatis una, consubstantiales esse credimus, *per quem omnia facta sunt.* Ita quoque carnis resurrectionem credimus, hoc est, corpus nostrum secundum sacras scripturas ex corruptibili mortalique, in incorruptibilitatem & in immortalitatem a Deo mutandum esse. Amen.

"Græce extat Tomo I. operum S. Athanasii pag. 244. edit. Par.

Gen. 1. Gen. 6. Exod. 20. Ioan. 1.

DECRETA LIBERII PAPÆ,
PRIORIBUS NON INSERTA
desumpta ex codice vetusto 16. librorum, lib. 13. cap. 9.

Quod in diebus jejunii nulla jurgia esse debeant.

IN his jejuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent, sed in Dei laudibus & opere necessario persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita a debitoribus exigunt, dominus per prophetam dicens: *Ecce in diebus jejunii vestri invenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie.* Isa.

EIUSDEM CAPITE DECIMO.

Vt in sacris diebus jejuniorum conjugati a conjugibus se abstineant.

Abstinendum est in his sacratissimis quadraginta diebus a conjugibus, & caste & pie vivendum, ut sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, donec perveniatur ad diem sanctum paschæ: quia pene nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ & eleemosynæ non commendant.

EIUSDEM CAPITE DUODECIMO.

Si evenerit fames aut inæqualitas aeris, quid agendum.

Si evenerit fames, inæqualitas aeris, pestilentia, vel talis qualiscumque tribulatio, statim jejuniis, eleemosynis & obsecrationibus, domini misericordia deprecetur.

CONCILIUM ROMANUM
SUB LIBERIO PAPA.

Concilium Romanum.] Habitum est hoc concilium Romæ initio pontificatus Liberii, anno Christi 352. hanc ob causam. Ariani cum mortem Iulii, & suffectionem Liberii cognovissent, collectis suæ communionis episcopis, concilium habent in oriente, ex quo dant literas ad Liberium,

Liberium, quibus catholicæ unitatis communionem ab eo exposcunt, atque Athanasio nova crimina impingunt. Primum hoc, quod post Maximinum Trevirensem, & Servatium Tungrensem, legatos Magnentii, Alexandriæ hospitio suo exceptos, adversus Constantium imperatorem ad Magnentium tyrannum scripsisset. Secundum, quod anno Christi 350. Alexandriam reversus, basilicam ibidem a Constantio extructam, citra ipsius scitum ac jussum consecrare, atque in ea sacram synaxim celebrare ausus fuisset. Tertium, quod per literas ab imperatore in Italiam evocatus venire recusasset. Ad has calumnias in Athanasium excogitatas abstergendas, catholici ex consessu LXXV. episcoporum Ægyptiorum, pro defensione Athanasii ad eumdem Liberium literas hujus argumenti reddiderunt; quod per legatos Magnentii catholicos, ad Magnentium Athanasius nihil literarum rescripserit. Maximinum cum Servatio ab Athanasio hospitio exceptum fuisse, tum quod a Maximino tempore primi sui exilii Treviris optime habitus fuerit; tum etiam quod utrumque in Sardicensi concilio contra Arianorum calumnias sui defensorem fuisse agnoverit. Dominicum imperatoris, Athanasium non (quod calumniabantur Ariani,) consecrasse, sed saltem ad petitionem populi, cujus multitudinem ecclesia non capiebat, in eadem sacram synaxin celebrasse, atque in ea pro salute imperatoris preces ad Deum effudisse. Demum ab imperatore in Italiam evocatum non venisse, quia imperator ad commentitias & dolosas Arianorum literas, nomine Athanasii salvum conductum in Italiam veniendi expetentes, responderit, eoque responso veniendi potestatem concesserit, nullamque necessitatem accedendi injunxerit. Acacius Cæsareensis olim, nunc post obitum Maximi, Hierosolymitanus episcopus Arianus, hoc dolose egerat, ut Athanasius per literas commentitias Constantii in Italiam vocatus, sede Alexandrina absens amoveretur, quem præsentem præ seditionis popularis metu amovere non possent. Hæc ex apologia Athanasii ad Constantium. Utrimque igitur his literis acceptis, Liberius pontifex Romæ concilium episcoporum coegit, in quo recitatis partis utriusque literis, visum est, Arianis id, quod a Liberio postulabant, negandum esse. Ne tamen ejusmodi occasione Constantius imperator, (cujus voluntate cuncta ista fieri sentiebant omnes, qui in eadem synodo cum Liberio erant) in Romanam ecclesiam grassandi ansam arriperet; illud ibi ab iis tunc decretum fuit, ut legatio de cogendo Aquileiæ concilio ad ipsum Constantium mitteretur. deputati sunt Vincentius & Marcellus Campaniæ episcopi. Verum cum Magnentianum bellum impedimento esset, quo minus hæc pertractari possent, ad annum sequentem, post expugnatum tyrannum, legatio dilata fuit. Quis effectus fuerit legationis, vide notas seq. concil. Arelat. Hæc ex epistola Liberii ad Osium & Constantium Baron. anno 2. num. 11.

A

CONCILIUM ARELATENSE

ANNO CHRISTI 353.

SUB LIBERIO PAPA.

In quo Paulinus Trevirorum episcopus, quod in Athanasii damnationem subscribere nollet, Arianorum factione depositus est, anno Christi CCCLIII. Liberii papæ II. Constantii Aug. XVII. in Gallia I.

IN *hac synodo, cui & Constantius imperator, & Valens atque Ursacius, aliique Arianæ factionis principes, cum Saturnino Arelatensi episcopo interfuerunt, vi metuque compulsi sunt orthodoxi, ut in Athanasii damnationem subscriberent.* B *Edicto quippe sanxerat Constantius, ut qui subscribere detrectarent, exilio multarentur. De hoc ergo Arelatensi conventu Sulpitius Severus lib. II. historiæ scribit his verbis*: Cum sententiam Arianorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab imperatore proponitur, ut qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur. Ceterum a nostris tum apud Arelatem ac Biterras oppida Galliarum concilia fuere. Petebatur ut priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent; C nec tunc demum de re cognoscendum, cum de persona judicium constitisset. Sed Valens, sociique ejus, prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus. *Unus hic enim Arianorum in hac synodo conatibus, cum ceteri cederent, constanter obstitit. eamque ob causam a synodo jam corrupta damnatus, in exilium ab imperatore pulsus est. Hilarius in libello ad Constantium*: Eusebius post Arelatensem synodum, cum Paulinus episcopus tantis istorum sceleribus contraisset, venire Mediolanum præcipitur. *Hilarius idem in fragmentis.* Incipiam igitur ab his quæ proxime gesta sunt, id est eo tempore, quo primum in Are- D latensi oppido frater & comminister meus Paulinus ecclesiæ Trevirorum episcopus eorum se perditioni, simulationique non miscuit: & qualis fuit illa sententia exponam, a qua referens voluntatem indignus ecclesia ab episcopis, dignus exilio a rege est judicatus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Arelatense.*] Cum post devictum Magnentium, anno Christi 353. audisset Constantius, non ex Arianorum sententia evenisse, ut a Liberio papa ipsi iidem Ariani in communionem acciperentur, atque Athanasius damnaretur, in furorem exarsit; & ut ab omnibus episcopis Athanasius condemnaretur, teste Sulpitio lib. 2. publico edicto mandavit. A quo furore ut eum Liberius pontifex placaret, atque persecutionem cum Athanasio universæ ecclesiæ imminentem anteverteret, legationem E præcedente Romano concilio decretam ad Constantium Arelate agentem ablegat. Qui cum post expetitum coram imperatore concilium ab Arianis, quorum complures ibidem invenerant, solicitati fuissent, ut Athanasii condemnationi subscriberent, responderunt se id facturos, modo ante Arii heresin condemnarent. Hac igitur occasione, *Itur in concilium*; verba sunt Liberii in epistola ad Constantium: *accipiunt cum deliberatione responsa: Arii doctrinam se damnare non posse: Athanasium, quod solum exigebant, communione esse privandum.* Sever. lib. 2. *Petebatur*, inquit, *ut priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent, nec tum demum de re cognoscendum, cum de persona judicium constitisset. Sed Valens sociique ejus, prius Athanasii damnationem extorquere cupiebāt, de fide certare non ausi,* &c. Postquam igitur hæc per decretū statuissent, principio Vincen-

Tempus & causa concilii.

Acta concilii.

Vincentii lapsus.

ANNO CHRISTI 355.

tium primarium ſedis apoſtolicæ legatum importunitate ſua, atque Conſtantii imperio per vim & contumelias inducunt, ut coactus tandem & deceptus, Athanaſii damnationi ſubſcribat. Quod *cum ille per vim*, ut inquit Athanaſius apologia ad Conſtantium, *coactus præſtitiſſet*, ſuo exemplo Fortunatianum Aquileiæ, & Herminum Theſſalonicæ ad idem facinus patrandum commovit. Ex eodem hoc Arianorum conventiculo, ideo quod Athanaſii condemnationem deteſtarentur, una cum Paulino Trevirenſi epiſcopo in exilium miſſum eſſe" Rodianum, nec non Lucium Annæum epiſcopum Moguntinum relegatum in Phrygiam, & ſecundo anno exilii ſui, qui eſt Chriſti 354. Arianorum inſidiis ſtrangulatum, atque in locum ejus ab orthodoxis Maximum ſubrogatum eſſe, acta ejuſdem Maximi, quæ Trithemius collegit, ſæpe atteſtantur. Hæc ex prædictis auctoribus. Bar. an. 353. n. 15. uſq. ad 23.

"Rodanium

ANNO CHRISTI 355.

CONCILIVM [a] MEDIOLANENSE [b] VNIVERSALE, AC REPROBATVM,

In cauſa Athanaſii ſub Liberio habitum.

Præter ſynodalem epiſtolam ad Euſebium Vercellenſem ſcriptam, hujus conciliabuli, æterno ſilentio & oblivione digni, nihil extat. Epiſtolam ipſam poſt notas noſtras, noſtra hactenus obſervata methodo, ſubjungemus.

Hoc concilium a quibus indictum, & qua occaſione ab imperatore congregatum.

[a] *Concilium Mediolanenſe.*] Hoc eſt illud concilium, quod occaſione promulgati ab imperatore edicti de ſubſcribendo ſub pœna exilii condemnationi Athanaſii; a Liberio pontifice ad avertendam ab eccleſia imminentem perſecutionem duabus legationibus ſupra habitis fuerat expetitum, & ab imperatore Conſtantio eo conſilio ac intentione conceſſum, ut trecentos & amplius occidentis epiſcopos catholicos uno loco congregatos ad condemnandum innocentem Athanaſium per vim compelleret, nolentes vero ſedibus ſuis exturbatos relegaret.

Oecumenicum concilium fuiſſe probatur. Numerus epiſcoporum.

[b] *Vniverſale.*] Vniverſale & œcumenicum fuit concilium, quod permiſſu Conſtantii imperatoris a Liberio pontifice eſt indictum. Ad hoc (orientalibus fere omnibus morbo vel itineris longitudine impeditis, pauci tamen præſentes fuerunt) Lucifer epiſcopus Calaritanus, Pancratius preſbyter & Hilarius diaconus ſedis apoſtolicæ legati, cum occidentalibus epiſcopis trecentis & amplius convenerunt, Arbetione & Lolliano conſulibus, anno nimirum Chriſti 355. qui eſt Liberii pontificis quartus, & Conſtantii imperatoris decimus nonus. Scribit enim Severus lib. 2. exilia epiſcoporum ex eodem concilio irrogata prædictis conſulibus contigiſſe. Tyrannidem conciliabuli Euſebius Vercellenſis prævidens, eidem intereſſe recuſavit; per ſynodicas tamen ab Arianis nomine totius ſynodi conſcriptas, perque epiſtolam legatorum pontificiorum ut veniret rogatus, adfuit.

Tempus concilii.

Concilium hoc reprobatum fuit.

Reprobatum fuiſſe concilium, actorum quæ apud Hilarium, Athanaſium, & Severum ſuperſunt fragmenta evidenter atteſtantur. Cum enim huic conventui, ab eccleſia ad palatium tranſlato, una cum ſatellitio adhuc cruentus innoxiorum ſanguine præſideret hæreticus imperator, cumque in eo Arianis omnia concederentur, catholicis autem epiſcopis, ſuffragiis eorum vetitis, interciſis ac vilipenſis, omnia negarentur, parati aſtarent commentarienſes atque expediti lictores, ſancirentur non canones, ſed epiſcoporum degradationes, ſcriberentur ac ſubſcriberentur exiliorum ſententiæ; cum denique in eodem Ariana procacia, orthodoxorum conſtantiam & in dicendo libertatem per vim opprimens, nihil non auderet, quis non illi præfixum concilii nomen jure ademerit, idque tyrannicam potius conſultationem, diaboli ſynagogam, conventum malignantium, conjurationem Arianorum, factionem ſceleratorum, conſpirationem impiorum, ac demum publicorum latronum violentam graſſationem appellaverit?

Acta conciliabuli ab Hilario libello ad Conſt. Severo l. 2. hiſtor. Athanaſio epiſt. ad ſolit. deſcripta, hic ſummatim recenſita hæc ſunt: Inchoato concilio in abſentia imperatoris adhuc catechumeni, (quippe cui legitimo concilio intereſſe non liceret) convenerant fere catholici epiſcopi, ſe omnia, quæ poſtularent Ariani, facturos eſſe, ſi Nicænæ fidei priores ſubſcriberent: quod cum Valens & Vrſacius Arianæ factionis principes ac nebulones relapſi, fieri poſſe negarent, & paulo poſt epiſtolam imperatoris omni pravitate & falſitate refertam in eccleſia legendā propoſuiſſent, populus magno cum clamore eam, quaſi veritati contrariam, eſt averſatus. Vnde illi veriti populum, ab eccleſia in palatium tranſeuntes, concilium in ſæculare judicium commutarunt. In quo dum Valens & Vrſacius Athanaſii novas calumnias, ſupra in notis Romani concilii recenſitas, atque adeo novam condemnationem proponerent, illi vero tamquam infames relapſi ac fœdifragi, a catholicis non audirentur, impius imperator aſſurgens: *Ego*, inquit, *Athanaſii accuſator ſum, meo nomine illis credite.* Lucifero autem, Euſebio, Dionyſio, aliiſve Athanaſii defenſoribus magna audacia & libertate reſpondentibus, reum abſentē ac non auditum injuſte damnari, concitatior in Athanaſium factus, edictoque promulgato Athanaſium damnari, ſede ſua dejici & exturbari, ejus defenſores omnes relegari jubet: ac demum data Arianis poteſtate, quidvis in Athanaſium pro arbitratu ſuo conſtituere permittit. Lata ſententia ad ſubſcribendum condemnationi ſolicitantur omnes epiſcopi catholici. Plurimi, qui ipſius condemnatione bellum eccleſiæ ſopitum fore ſperabant, obtemperantes ſubſcripſerunt, cumque Arianis communicarunt. Legati autem apoſtolici, Dionyſius Mediolanenſis, Euſebius Vercellenſis epiſcopus, ne condemnatione Athanaſii fidem quoque Nicænam damnare viderentur, ſubſcribere recuſantes, poſt Hilarium diaconum virgis cæſum, poſtque ſubſcriptum nomen Dionyſii, arte quadam & induſtria Euſebii, e tabella expunctum, omnes in longinquas & diverſas regiones relegati fuerunt. Poſt hæc notarii & palatini per provincias emiſſi, epiſcopos omnes in eccleſiis ſuis commorantes ad parendum ſententiæ coegerunt; niſi facerent, vincula, contumelias, exilia, bonorumque omnium direptiones expectarent. His auditis Liberius pontifex epiſtolam encyclicam, quam ſupra VI. collocavimus, ad epiſcopos exules miſit, qua gloriam illorum laudans, conqueritur ſecum ipſis eſſe non poſſe. Cogitantes ſecum Ariani, ſe brevi omnes ſuperaturos, ſi in ſuā ſententiam Liberium Romæ epiſcopum pertrahere poſſent, Conſtantium imperatorem ad eum alliciendum & trahendum impellunt. Is igitur Euſebium ſpadonē præfectum cubiculi cum donis & literis ad eum mittit, ut per dona blandiendo, per literas minando, ſubſcriptionem pontificis extorqueret. Quæ omnia, cum (donis & muneribus ab ipſo pontifice contemptis) eunuchus fruſtra egiſſet, Leontius urbi præfectus, metu populi amore Liberii flagrantis, medio noctis eum furtim abducere coactus fuit. Mediolanum cum veniſſet, Conſt. poſt dialogū, quem infra poſuimus, cum eodem habitum,

ANNO CHRISTI 355.

tum, eumdem in exilium, quod prælegerat, in Thraciā deportari mandavit. Quos illi Constantius & imperatrix in sumptus exilii obtulerant, mille aureos, cum hac exprobratione remisit: *Tu ecclesias orbis terræ expilasti, & jam mihi ut damnato & egenti affers eleemosynam? abi primum, & Christianus ipse fias.* In locum relegati pontificis, Felicem diaconum Liberii, catholicum schismaticum pontificem Ariani suffecerunt: cujus communionem, licet fidem Nicænam integre servaret, universus populus catholicus cum clero Romano usque ad lapsum Liberii vitavit; utpote quod schismaticus esset, ab Arianis intrusus, eorumque communione pollutus. Ejecto in exilium Liberio papa, furorem suum Ariani convertunt in Osium Cordubensem episcopum, gloria confessionis jam ante sexaginta annos illustrem, & tunc prope centenarium. Qui a Constantio evocatus, imperatorem magnis rationibus conterritum a sententia deduxit, atque ita in patriam & ecclesiam suam rediit. Rursum eum ad se accersit imperator, & cum ad subscriptionem in Athanasium impellere nequiret, pro exilio, integro anno illum Sirmii detinuit.

His episcoporum relegationibus & exturbationibus imperator necdum contentus, impulsu Arianorum ad rectores provinciarum scribit, ut omnes orthodoxos clericos & populos, qui Arianorum communionem detestabantur, ad communicandum cum illis impellerent. Quam vim impiam Hilarius ex conjugato recenter factus episcopus Pictaviensis, vitam deinceps cælibem agens, oblato libello supplici, qui inter ejus opera & apud Baronium extat, deprecatur. Hoc ejus petitioni in Gallia indulgendum esse censebat, ne Gallias, quas sciebat esse catholicas, ob invasionem barbarorum nutantes a se alienaret. Hæc ex prædictis auctoribus Baron. anno 355. per totum.

[a]EPISTOLA SYNODICA. CONCILIUM MEDIOLANENSE

EUSEBIO FRATRI IN DOMINO SALUTEM.

Non ignorat carissima nobis dilectio tua, quam sit preciosum vinculum caritatis & pacis, domine carissime frater. Et quia hoc custodire nos, qui ecclesiæ catholicæ præsumus, divina domini præcepta docuerunt: ideo plenum sanctitatis & justitiæ arbitrati sumus, ut carissimos coepiscopos nostros * Eustomium & Germinium, qui ad concilium convenimus, ut ad dilectionem tuam pergerent, mitteremus, & omnia patienter quæ aguntur insinuarent, & patefacerent; ut nobis conjuncta fides tua pariter atque concordia ea sequantur, & quæ Deo & unitati placeant, complectantur. Itaque sincerissima prudentia tua (quod specialiter & salubriter admonemus) audiat supradictos; & communicato pariter cum his consilio, definiat quod de nomine hæreticorum Marcelli, & Photini, necnon & Athanasii sacrilegi, totus prope definivit orbis: ne non tam veritati, quam * intentione parere videaris. Multa in literis nos scribere non oportuit: eos enim ad te misimus, qui quod literis nunc necesse non fuit comprehendi, ipsi rectius prosequantur. Quod si alias, quam optamus, caritas putaverit esse faciendum; scito juxta ecclesiasticam disciplinam id nos definituros, quod regula euangelica jubet; nec nobis postea imputabis, qui infinitam patientiam retinentes, fratres nostros memoratos, ad te ut venirent, deprecati sumus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Ne mireris, lector amice, Athanasium hic sacrilegum nominari; scias, hanc epistolam ab Arianis nomine totius concilii scriptam fuisse, eamque duos episcopos ejusdem factionis ad eumdem pertulisse, qui eum cogerent, vel saltem rogando inducerent, ne synodo interesse dedignaretur.

EPISTOLA LEGATORUM SEDIS APOSTOLICÆ AD EUSEBIUM,

Qua rogant eum, ut ad profligandam Arianorum hæresin synodo interesse non gravaretur.

Domino honorificentissimo Eusebio episcopo, Lucifer episcopus, Pancratius presbyter, & Hilarius.

Extat ex archivo Vercellensi edita in actis vitæ S.Eusebii.

Calcato capite diaboli & suggestionibus pravis, domine sancte, gratiam tibi a domino nostro concessam, rogamus, noli negligere, sed ut quantocius invadente effugetur Arianorum dogma, jam accelerare dignare. Scit enim dominus & Christus ejus, quia sicut in adventu beatissimorum apostolorum glorificatur Dei nomen in ruina Simonis, ita Valente expulso in adventu tuo, dissoluta blasphemantium Arianorum machina penitus destruatur. Nos, domine sanctissime, a prima die qua Vercellas venimus, religionem tuam usque in hodiernum cupimus, & dominum rogamus, ut in hac ecclesia restaurationem perpetuam laudent sancti omnes, tuamque * spiritualem virtutem debita laude prosequantur. Quod credimus perventurum, quia passionem salvatoris superari non posse confidimus. Christus dominus te gloriosum conservet, sanctissime ac beatissime.

* specialem

EPISTOLA CONSTANTII AD EUSEBIUM,

Qua eum ad communicandum cum Arianis ante ejus relegationem hortatur.

Constantius victor ac triumphator semper Augustus, Eusebio episcopo.

Habetur in actis Eusebii.

Metiri facile posse, rei magnitudine commonente, gravitatem tuam, omnibus ad meam diligentiam pertinentibus præferre me coram religione superna, quod præcellit, & in meo animo præminere confido, tamen id prudentiæ tuæ, documentis etiam frequenter emissis, compertum, cum perspicias, id me agere noctibus ac diebus, quod ad venerabilem cultum proficere posse confido. Quid enim mihi gratius esse aut utilius, quam Deo animum devovisse: usque adeo, ut hujusmodi studio facilitatem omnem sentiam esse obnoxiam? Itaque ecclesias venerabiles ex intimo mentis affectu semper intueor, earumque unitatem omnibus salutarem cupio recuperare ac firmiter obtinere: ob quam causam conventum sanctorum episcoporum in Mediolanensi placuit fieri civitate, eos vel maxime qui alibi gesta possint facile * revelare, in diversis quippe provinciis episcoporū sunt coacta concilia. sed quid per singulos concordi unani-

* revellere.

ANNO CHRISTI 355.

unanimitate decreverunt prudentissimi episcopi, in synodo Mediolanensi perspicue declaratum est. Denique venientes pauci de provinciis singulis voluntate communi unanimes protulerunt, & juxta venerationem legi debitam firmaverunt. Quod ergo religioni * fuerat consentaneum, eorumdem placito corroboratum est; ut ad sanctitatem tuam quatuor de consortio suo censuerint esse mittendos, pariter A commonentes se id sequi gravitatem tuam, quod ad utilitatem ecclesiæ non abhorret. Nos certe qui esse Dei famulos gloriamur, hortamur pariter ac monemus, ut consensui fratrum tuorum adhærere non differas. Confidimus quippe, cum hoc fuerit factum, unitate firmissima posse ecclesias gratulari. Deus te semper tueatur multos annos, frater carissime atque amantissime.

* religiosis

DIALOGUS CONSTANTII CUM LIBERIO MEDIOLANI HABITUS,

Quo eum ad condemnandum Athanasium inducere conatus fuit.

A notariis exceptus recitatur a Theodoret. lib. 2. c. 16.

B *Imperator Constantius dixit.* Nos, quoniam Christianus es, & nostræ civitatis episcopus, idcirco duximus operæ precium te accersere, hortarique ut communionem nefariæ impii Athanasii dementiæ repudies: nam hoc recte se habere censet totus terrarum orbis, & eum sententia concilii ab ecclesiastica communione segregandum judicavit. *Liberius episcopus*: Judicia quidem ecclesiastica, o imperator, summa cum æquitate fieri debent. Quapropter si tuæ clementiæ ita visum sit, judicium haberi jubeto. Et si Athanasius videatur damnationem commeruisse; tum sententia, C prout ordinis ecclesiastici formula postulat, contra eum pronuntiabitur. Nam fieri non potest, ut quemquam condemnemus, de quo non factum sit judicium. *Constantius*: Totus terrarum orbis non de ejus impietate solum, verum etiam quod semper tempus ludere conatus est, sententiam tulit. *Liberius episcopus*: Qui ejus damnationi subscripserunt, non res gestas oculis ipsi aspexerant: sed hoc est ab aliis factitatum, vel quod gloriam abs te assequi, vel quod metu perculsi, vel denique quod infamiam extimescere viderentur. *Constantius*: Quid est, quæso, gloria, quid metus, quid D infamia? *Liberius*: Qui gloriam Dei non amplexantur, sed tua munera ei prætulerunt, hi hominem absque judicio condemnabant, quem nunquam oculis vidissent: quod est a Christianorum officio plane alienissimum. *Constantius*: Atqui in concilio Tyri celebrato, de Athanasio, cum ipse præsto adesset, judicium factum est, & omnes orbis terrarum episcopi, qui in eo concilio aderant, eum condemnaverunt. *Liberius episcopus*: Nunquam sane de eo præsente judicium exercebatur. Nam episcopi, qui convenerant, illum tum condemnabant, cum e consessu egressus fuerat: & certe temere atque inconsulto condemnabant.

Procax Eusebii calumnia & mendacium portentosum.

E *Hoc loco Eusebius eunuchus*: Athanasius (inquit) alienus a fide catholica in concilio Niceno declaratus est. *Liberius*: Quinque tantummodo, qui cum eo una navigarant, in Mareote judicium de eo fecerunt; quos quidem adversarii ejus eo miserant, ut contra eum reum factum commentarios contexerent: atque ex illis, qui missi erant, duo exierunt e vita, Theognis nimirum & Theodorus: reliqui tres, hoc est Manes, Valens, & Ursacius; etiamnum supersunt: de quibus ad eamdem rem missis, in concilio Sardicensi sententia de hac controversia lata est: qui etiam in eodem concilio libellos supplices dederunt, postulaveruntq;

''** ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΥ βασιλέως καὶ Λιβερίου πάπα Ῥώμης.

Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς εἶπεν. ἡμεῖς καὶ διὰ τὸ Χριστιανόν σε εἶναι καὶ ἐπίσκοπον τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἄξιον ἐκρίναμεν. καὶ τοῦτο μεταστειλάμενοι παραινοῦμέν σοι, τῆς ἀπορρήτου ἀπονοίας τοῦ ἀνοσίου Ἀθανασίου τὴν κοινωνίαν ἀρνήσασθαι. τοῦτο γὰρ ἡ οἰκουμένη εὖ ἔχειν ἐδοκίμασε, συνόδου τε ψηφίσματι ἀλλότριον τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἔκρινε. Λιβέριος ἐπίσκοπος εἶπε. Βασιλεῦ, τὰ ἐκκλησιαστικὰ κρίματα μετὰ πολλῆς δικαιοκρισίας γίνεσθαι ὀφείλει. διόπερ εἴ σου δοκεῖ τῇ εὐσεβείᾳ, κριτήριον συσταθῆναι κέλευσον. καὶ εἰ ὀφθείη Ἀθανάσιος ἄξιος καταδίκης, τότε κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τύπον ἐξενεχθήσεται ἡ κατ᾽ αὐτοῦ ψῆφος. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε καταψηφίσασθαι ἀνδρὸς ὃν οὐκ ἐκρίναμεν. Κωνστάντιος βασιλεὺς εἶπε. πᾶσα ἡ οἰκουμένη κατεψηφίσατο περὶ τῆς ἀνοσιότητος αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐξ ἀρχῆς τὸν καιρὸν διαπαίζει. Λιβέριος ἐπίσκοπος εἶπεν. ὅσοι ὑπέγραψαν, οὐκ αὐτόπται τῶν γεγενημένων ἦσαν. ἀλλὰ διὰ δόξαν καὶ φόβον καὶ ἀτιμίαν τὴν παρὰ σοῦ. ὁ βασιλεύς. τί ἐστι δόξα καὶ φόβος καὶ ἀτιμία; Λιβέριος. ὅσοι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀγαπῶσι, τὰς παρὰ σοῦ μᾶλλον δωρεὰς προτιμήσαντες, ὃν μὴ ταῖς ὄψεσιν εἶδον, οὐ κρίναντες κατεδίκασαν, ὅπερ ἐστὶν ἀλλότριον Χριστιανῶν. ὁ βασιλεύς. καίτοι κέκριται κατὰ πρόσωπον καὶ ἐν τῇ γενομένῃ συνόδῳ ἐν Τύρῳ, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ κατεψηφίσαντο πάντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς οἰκουμένης. Λιβέριος. οὐδέποτε κατὰ πρόσωπον κέκριται ἄνθρωπος. ὅσοι γὰρ τότε συνελθόντες κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, ἀναχωρήσαντος Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κριτηρίου, κατεψηφίσαντο ἀλόγως.

Εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος εἶπεν. ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νίκαιαν ἀλλότριος ἀπεδείχθη τῆς καθολικῆς πίστεως. Λιβέριος. πέντε μόνοι ἔκριναν τῶν συμπλευσάντων αὐτῷ ἐν τῷ Μαρεώτῃ, οὓς ἀπέστειλαν κατὰ τοῦ ἐγκαλουμένου συστήσασθαι κατ᾽ αὐτοῦ ὑπομνήματα. ἀπὸ τούτων τοίνυν τῶν ἀποσταλέντων, οἱ δύο τεθνήκασι, Θεόγνιος, καὶ Θεόδωρος. οἱ δὲ λοιποὶ τρεῖς ζῶσι, τουτέστι Μάρης καὶ Οὐάλης καὶ Οὐρσάκιος, ἀπὸ τούτων τῶν ἀποσταλέντων κατὰ Σαρδικὴν τοῦ πράγματος τούτου ἕνεκα συνεκροτεῖτο ψῆφος, οἳ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία ἐπιδεδώκασι συγγνώμην

συγγνώμην αἰτοῦντες, ἐφ' οἷς ἐν τῷ Μαρεώτῃ κατὰ συκοφαντίαν ἐκ μονομερείας συνεθήκαντο κατὰ Ἀθανασίου ὑπομνήματα, ἅπινα βιβλία αὐτῶν νῦν ἔχομεν μετὰ χεῖρας. τίνι τούτων δεῖ πείθεσθαι ἡμᾶς βασιλεῦ κοινωνεῖν, τοῖς πρότερον καταψηφισομένοις, καὶ ἐκ δευτέρου συγγνώμην αἰτήσασιν, ἢ τοῖς νῦν τούτων καταψηφισαμένοις;

Ἐπίκτητος ἐπίσκοπος εἶπε. βασιλεῦ, οὐ πίστεως ἕνεκεν σήμερον, οὐδὲ κριμάτων ἐκκλησιαστικῶν ἀντιποιούμενος Λιβέριος τὸν λόγον, ποιεῖται, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἐν Ῥώμῃ συγκλητικοῖς καυχήσηται ὡς συλλογισάμενος τὸν βασιλέα. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε Λιβερίῳ. πόσον εἶ μέρος τῆς οἰκουμένης, ὅτι σὺ μόνος συναίρῃ ἀνθρώπῳ ἀνοσίῳ, καὶ τῆς οἰκουμένης τὴν εἰρήνην καὶ ὅλου τοῦ κόσμου λύεις. Λιβέριος. οὐ διὰ τὸ εἶναί με μόνον, ὁ τῆς πίστεως ἐλαττοῦται λόγος. καὶ γὰρ κατὰ τὸ παλαιὸν, τρεῖς μόνοι εὑρίσκονται ἀντιστάντες προστάξει. Εὐσέβιος εὐνοῦχος εἶπε. τὸν βασιλέα ἡμῶν Ναβουχοδονόσορ ἐποίησας. Λιβέριος. οὐχὶ, ἀλλ' οὕτως ἀλόγως καταδικάζεις ἄνθρωπον ὃν οὐκ ἐκρίναμεν. ἀλλὰ κἀγὼ ἀξιῶ πρότερον οἰκουμενικὴν ὑπογραφὴν προχειρεῖσαι βεβαιοῦσαν τὴν πίστιν τὴν κατὰ Νίκαιαν ἐκτεθεῖσαν, ἵν' οὕτως ἀνακληθέντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἀπὸ τοῦ ἐξορισμοῦ καὶ ἀποκατασταθέντων τοῖς ἰδίοις τόποις, εἰ ὀφθείησαν νῦν θορύβους ἐγγυνῶντες ταῖς ἐκκλησίαις συγκατατιθέμενοι τῇ ἀποστολικῇ πίστει, τότε ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων οἱ πάντες ἀπαντήσαντες ἔνθα ὁ ἐγκαλούμενος καὶ οἱ ἐγκαλοῦντές εἰσι, καὶ ὁ ἀντιποιούμενος αὐτῶν, ἐξετάσαντες τὰ περὶ αὐτῶν, συμπεριενεχθῶμεν.

Ἐπίκτητος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἀλλ' ὁ δρόμος τῶν δημοσίων οὐχ ὑποστήσεται τὴν χρείαν τῆς τῶν ἐπισκόπων παρόδου. Λιβέριος. οὐ χρείαν ἔχει τὰ ἐκκλησιαστικὰ δημοσίου δρόμου. αἱ γὰρ ἐκκλησίαι, ἱκαναί εἰσιν ἕως τῆς θαλάσσης διαπέμψασθαι τοὺς ἑαυτῶν ἐπισκόπους. ὁ βασιλεύς. τὰ ἤδη τύπον ἐσχηκότα ἀναλύεσθαι οὐ δυνατόν ἐστι. τῶν γὰρ πλειόνων ἐπισκόπων ἡ ψῆφος ἰσχύειν ὀφείλει. σὺ μόνος εἶ ὁ ἀντιποιούμενος τῆς φιλίας τοῦ ἀνοσίου ἐκείνου. Λιβέριος εἶπεν. βασιλεῦ, οὐδέποτε ἠκούσαμεν μὴ παρόντος τοῦ ἐγκαλουμένου, κριτοῦ ἀνοσιότητα καταγγέλλοντος, ὡς ἰδίαν ἔχθραν εἰσφέροντος τῷ ἀνθρώπῳ. ὁ βασιλεύς. πάντας μὲν κοινῶς ἠδίκησεν, οὐδένα δὲ οὕτως ὡς ἐμέ. ὅς τις μὴ ἀρκεσθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ μειζοτέρου μου ἀδελφοῦ, οὐδὲ τὸν μακαρείτην Κώνσταντα ἐπαύσατο παροξύνων εἰς ἡμετέραν ἔχθραν, εἰ μὴ ἡμεῖς πλείονι ἡμερότητι ὑπηνέγκαμεν τὴν τοῦ παροξύνοντος καὶ τοῦ παροξυνομένου ῥοπήν. οὐδὲν δέ μοι τοιοῦτον κατόρθωμα, οὐδὲ τὸ κατὰ Μαγνέντιον καὶ Σιλβανὸν, ὡς τοῦ μιαροῦ ἐκείνου περιαιρουμένου τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.

Λιβέριος. μὴ διὰ τῶν ἐπισκόπων ἀμύνου τὴν ἔχθραν βασιλεῦ. αἱ γὰρ χεῖρες τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς τὸ ἁγιάζειν εὐκαιρεῖν ὀφείλουσιν. ὅθεν εἴ σοι δοκεῖ, κέλευσον ἀνακληθῆναι τοὺς ἐπισκόπους εἰς τοὺς ἰδίους τόπους. καὶ εἰ ὀφθείησαν ὁμόφρονες τῷ σήμερον ἀντιποιουμένου τῆς κατὰ Νίκαιαν ἐκτεθείσης ὀρθοδόξου πίστεως.

ANNO CHRISTI 355.

A veniam pro eo, quod commentarios unius partis suffragiis per calumniam contra Athanasium in Mareote confecerant: quos libellos jam habemus in manibus. Vtris istorum, imperator, nobis credendum communicandumque est? Illisne, qui primo eos condemnarunt, secundo autem veniam petierunt; an his, quorum jam sunt condemnati sentẽtiis?

Epictetus episcopus Arianus quid in Liberium.

Hic tum Epictetus episcopus: Non fidei (inquit) causa, imperator, hodie, neque judiciorum ecclesiasticorum faciendorum studio adductus Liberius hunc instituit sermonem; sed quo possit apud senatores Romanos gloriari, se rationibus imperatorem superasse. *Constantius:* Tantane orbis terræ pars, Liberi, in B te residet, ut tu solus homini impio subsidio venire, & pacem orbis ac mundi totius dirimere audeas? *Liberius:* Esto quod ego solus sim: non tamen propterea causa fidei sit inferior. Nam olim tres solum erant reperti, qui regis mandato resisterent. Tunc Eusebius eunuchus: Tu (inquit) imperatorem facis alterum Nabuchodonosor? *Liberius:* Minime sane: sed non minus temere tu hominem condemnas, de quo nullum factum sit judicium, quam ille olim. At ego æquum censeo, ut prius proponatur generalis episcoporum subscriptio, qua fides in concilio Nicæno exposita C confirmatur: deinde ut fratribus nostris ab exilio revocatis, & ad suas ipsorum sedes restitutis; si isti, qui nunc tumultus cient, fidei apostolicæ assentiri comperiantur; tunc omnes contendamus Alexandriam, ubi reus, ubi accusatores, & causæ eorum patroni sunt: atque litigantium causa diligenter cognita, sententiam de ea pariter feramus.

Liberii magnanimitas.

Epictetus: At ad episcopos eo convehendos equi, jumenta, & rhedæ, quibus cursus publicus confici solet, non satis erunt. *Liberius:* Negotia ecclesiastica publicam vecturam non desiderant: quandoquidem ecclesiæ episcopos suos a mari usque ad mare deducendi satis habent facultatem. D *Constantius imperator:* Res de quibus constituta est formula, infringi nequeunt: siquidem plurium episcoporum rata debet esse sententia. Tu solus impii illius amicitiam complexaris. *Liberius:* Nunquam auditum est, imperator, reo absente, judicem de impietate ac scelere sententiam pronuntiasse, quasi privatum odium in hominem exerceat. *Constantius:* Etsi omnes communiter, me tamen majore quam ceteros affecit injuria. nam non contentus est post fratris nostri majoris natu Constantini internecionem, sed beatæ memoriæ Constantem minorem natu fratrem E nunquam cessavit ad inimicitias nobiscum suscipiendas incitare: quod sane factum fuisset, nisi nos æquiore animo & incitantis bilem tulissemus. Quare præclaram illam victoriam de Magnentio & Silvano partam non tanti facerem, quanti istius ab ecclesiasticarum rerum administratione abdicationem.

Detegit Constantii animi pravum affectum.

Liberius: Noli per episcopos tuas ulcisci inimicitias: nam virorum ecclesiasticorum manus sanctificationi vacare debent. Quapropter, si placet, jube episcopos ad proprias sedes restitui. Atque si videantur cum eo, qui etiam jam rectam veramque fidem in Nicæno concilio expositam tuetur, consentire;

ANNO CHRISTI 355.

tum in unum convenientes, pacis orbis terræ A provideant: perficiantque ut non compertum sit aliquando, hominem, qui non deliquerit, damnatum esse. *Constantius:* Unum est quod quæritur: volo ut tu ecclesiarum cōmunionem amplectaris, & deinde Romam redeas. Proinde consule paci, subscribe, ut Romam revertaris. *Liberius:* Iam fratres, qui Romæ sunt, valere jussi. Nam leges ecclesiasticas observare, pluris faciendum censeo, quam Romæ habere domicilium. *Constantius:* Itaque trium dierum spatium tibi ad deliberandum concedimus, utrum subscribere volueris, & ita Romam redire: an tecum constitueris, quem ad locum transferri placeat. *Liberius:* Spatium B trium dierum, aut mensium, rationem non mutat: quare mitte me quo lubet. *Constantius:* Post biduum cum judicium actum fuerit de Liberio, si concilium non mutet, exulet velim usque Beroeam Thraciæ.

τότε συνελθόντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἴδοιεν ὑπὲρ εἰρήνης τοῦ κόσμου, ἵνα μὴ τὸν μὴ ἁμαρτήσαντα ἄνδρα χαραχθῆναι δοκιμασθῇ. ὁ βασιλεύς. ἓν ἐστὶ τὸ ζητούμενον. βούλομαι γάρ σε ἀσπασάμενον τὴν πρὸς τὰς ἐκκλησίας κοινωνίαν, πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστεῖλαι. διὰ τοῦτο πείσθητι τῇ εἰρήνῃ, καὶ ὑπογράψας ὑπόστρεψον εἰς τὴν Ῥώμην. Λιβέριος. ἤδη τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἀπεταξάμην. μείζους γάρ εἰσιν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ, τῆς ἐν Ῥώμῃ διατριβῆς. ὁ βασιλεύς. οὐκοῦν τριῶν ἡμερῶν ἔχεις σκέψεως διάστημα, εἰ βούλει ὑπογράψας ὑποστρέψαι εἰς τὴν Ῥώμην, ἢ ἐννοῆσαι ἐν ποίῳ τόπῳ μετατεθῆναι βούλει. Λιβέριος. τὸ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἢ μηνῶν διάστημα οὐ μετατίθησι λογισμόν. ὅθεν ὅπου βούλει ἀπόστειλόν με. ὁ βασιλεύς. μετὰ δύο ἡμέρας κριθέντος Λιβερίου, καὶ μὴ μετατεθέντος τοῦ λογισμοῦ, εἶπεν ἐξορισθῆναι εἰς τὴν Βέροιαν τῆς Θρᾴκης.

EPISTOLA OSII,

Quam secundo ad subscribendum solicitatus, scripsit ad Constantium.

Osius Constantio imperatori S. P. D.

Extat apud Athanas. epist. ad solitar. vitam agent.

EGO confessionis munus explevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano. Quod si tu quoq; persecutionem C moves; etiam nunc ad quidvis potius sustinendum paratus sum, quam ut effundam innocentem sanguinem, & veritatem prodam. Teque nequaquam probo talia scribentem, & istiusmodi minas denuntiantem. Desinas igitur istiusmodi scribere, neque sentias cum Ario, neque audias orientales, neque Ursacio & Valenti fidem habeas: quæ enim illi dicunt, non ob Athanasium, sed ob suam hæresin dicunt. Mihi crede, qui tuus avus ætate esse possem. Fui ipse in Sardicensi concilio, cum tu, tuusque frater B. Constans nos omnes eo convocabat: ipseque ultro Athanasii inimicos provocavi, cum ad ecclesiam, ubi ego commorabar, advenissent, ut si quid D contra eum haberent, ederent: promisique eis securitatem, neve quidquam aliud expectarent, quam rectum in omnibus judicium; idque non semel, sed bis feci. Quod si nollent rem ab universa synodo disceptari; saltem me judice uterentur: promisique etiam, nos Athanasium, si in noxa reperiretur, omnibus modis ejecturos esse. Quod si innocens deprehendatur, & vos ostenderit calumniatores, & æque illum recusaveritis: ego illi persuadebo, ut mecum in Hispanias veniat. Athanasius autem his conditionibus obtemperavit, nihil contra oblocutus: illi vero ad omnia æque dif- E fidentes recesserunt.

Osius defendit Athanasium.

Athanasius deinde tuis literis accersitus venit in castra tua, omnesque inimicos suos, qui Antiochiæ præsto erant, sigillatim accersiri jussit, ut aut redarguerent, aut redarguerentur, & aut se præsentem commonstrarent ea fecisse, quæ objecerant; aut ne absentem calumniarentur. Sed * ne te quidem hæc ipsis denuntiantem sustinuerunt, minime istiusmodi conditiones admittentes. Cur igitur nunc audis obtrectatores ejus? Aut cur toleras Valentem & Ursacium criminatores, pœnitentia & scripto professos se calumniam fecisse? Confessi enim sunt suam sycophantiam,

* neque tu dicentem sustinuisti

** ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΣΙΟΥ

πρὸς Κωνστάντιον αὐτοκράτορα.

ΕΓὼ μὲν ὡμολόγησα καὶ τὸ πρῶτον ὅτε διωγμὸς γέγονεν ἐπὶ τοῦ πάππου σου Μαξιμιανῷ. εἰ δὲ καὶ σύ με διώκεις, ἕτοιμος, καὶ νῦν πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένειν, ἢ ἐκχεῖν ἀθῷον αἷμα καὶ προδιδόναι τὴν ἀλήθειαν, σὲ δὲ οὐκ ἀποδέχομαι τοιαῦτα γράφοντα καὶ ἀπειλοῦντα. παῦσαι τοῦ τοιαῦτα γράφειν καὶ μὴ φρόνει τὰ Ἀρείου, μηδὲ ἄκουε τῶν ἀνατολικῶν, μηδὲ πίστευε τοῖς περὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, ἃ γὰρ ἐκεῖνοι λέγουσιν, οὐ δι' Ἀθανάσιον φθέγγονται, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν αἵρεσιν. πίστευέ μοι Κωνστάντιε, πάππος εἰμί σου καθ' ἡλικίαν. ἐγενόμην αὐτὸς ἐν τῇ κατὰ Σαρδικὴν συνόδῳ, ὅτε σύ τε καὶ ὁ μακαρίτης ἀδελφός σου Κώνστας, πάντας ἡμᾶς συνήγαγε, καὶ δι' ἐμαυτοῦ τοὺς ἐχθροὺς Ἀθανασίου προσεκαλεσάμην, ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐν ᾗ ᾤκουν ἐγὼ, ἵν' εἴ τι ἔχοιεν κατ' αὐτοῦ λέγωσιν, ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἄλλο τι προσδοκᾶν ἢ ὀρθὸν τὸ κριτήριον ἐπὶ πᾶσιν ἔσεσθαι. τοῦτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον ἐποίησα, προτρέπων εἰ μὴ θέλοιεν ἐπὶ πάσης τῆς συνόδου, κἂν ἐπ' ἐμοῦ μόνου ἐπαγγειλάμενος πάλιν ὅτι ἂν μὲν ὑπεύθυνος δειχθῇ πάντως ἀποβληθήσεται καὶ παρ' ἡμῶν· ἂν δὲ ἀναίτιος εὑρεθῇ, καὶ ἐλέγξῃ συκοφάντας ὑμᾶς, εἰ παραιτεῖσθε τὸν ἄνθρωπον, ἐγὼ μετ' ἐμαυτοῦ πείθω τὸν Ἀθανάσιον ἐλθεῖν εἰς τὰς Σπανίας. καὶ ὁ μὲν Ἀθανάσιος ἐπὶ τούτοις ἐπείθετο καὶ οὐκ ἀντέλεγεν· ἐκεῖνοι δὲ πρὸς πάντα μὴ θαῤῥοῦντες, ἴσως ἀνένευον. ἐγένετο δὲ πάλιν ὁ Ἀθανάσιος εἰς τὸ σὸν στρατόπεδον ἡνίκα μετεπέμψω γράψας αὐτῷ, καὶ παρόντας ἐν αὐτῇ τῇ Ἀντιοχείᾳ τοὺς ἐχθροὺς, κληθῆναι πάντας ἢ ἕκαστον αὐτῶν ἠξίωσεν, ἵν' ἢ ἐλέγξωσιν, ἢ ἐλεγχθῶσι, καὶ ἵνα ἢ παρόντα δείξωσιν, οἷον λέγουσιν, ἢ ἀπόντα μὴ διαβάλλωσι, καὶ οὔτε σοῦ λέγοντος ἠνέσχου, ἀλλὰ κἀκεῖνοι παρῃτήσαντο. τί τοίνυν ἀκούεις ἔτι τῶν κακολογούντων αὐτόν; πῶς ἀνέχῃ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, καίτοι μετανοησάντων αὐτῶν, καὶ ἐγγράφως αὐτῶν ὁμολογησάντων τὴν συκοφαντίαν ὡμολόγησαν

γὰρ

ANNO CHRISTI 355.

γὰρ, οὐ βίαν παθόντες, ὡς αὐτοὶ προφασίζονται, οὐ στρατιωτῶν ἐπικειμένων, οὐκ εἰδότος τοῦ ἀδελφοῦ σου. οὐκ ἐγίνετο γὰρ παρ' αὐτῷ τοιαῦτα οἷα νῦν γίνεται· μὴ γένοιτο· ἀλλ' αὐτοὶ θέλοντες, ἑαυτοῖς ἀνῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων παρόντων ἔγραψαν, γράψαντες πρότερον καὶ Ἀθανασίῳ φιλικὴν καὶ εἰρηνικὴν ἐπιστολήν. εἰ δὲ βίαν προφασίζονται, καὶ τοῦτο γινώσκουσι κακόν, οὐκ ἀποδέχῃ δὲ οὐδὲ σύ, παῦσαι τοῦ βιάζεσθαι, καὶ μήτε γράφε, μήτε πέμπε κόμητας· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξορισθέντας ἀπόλυσον, ἵνα μὴ βίαν αἰτιωμένου σου, μείζονας βίας ἐκεῖνοι ποιῶσι. τί γὰρ τοιοῦτον γέγονε παρὰ Κώνσταντος; τίς ἐπίσκοπος ἐξωρίσθη; πότε κρίσεως ἐκκλησιαστικῆς μέσος γέγονε; ποῖος αὐτοῦ Παλατῖνος ἠνάγκασε κατά τινος ὑπογράψαι, ἵνα οἱ περὶ Οὐάλεντα τοιαῦτα λέγωσι; παῦσαι παρακαλῶ καὶ μνήσθητι ὅτι θνητὸς ἄνθρωπος τυγχάνεις, φοβήθητι τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, φύλαξον σεαυτὸν εἰς ἐκείνην καθαρόν, μὴ τίθει σεαυτὸν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικά, μηδὲ σὺ περὶ τούτων ἡμῖν παρακελεύου, ἀλλὰ μᾶλλον παρ' ἡμῶν σὺ μάνθανε ταῦτα. σοὶ βασιλείαν ὁ Θεὸς ἐνεχείρισεν, ἡμῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπίστευσε· καὶ ὥσπερ ὁ τὴν σὴν ἀρχὴν ὑποκλέπτων ἀντιλέγει τῷ διαταξαμένῳ Θεῷ, οὕτω φοβήθητι, μὴ καὶ σὺ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν ἕλκων, ὑπεύθυνος ἐγκλήματι μεγάλῳ γένῃ. ἀπόδοτε, γέγραπται, τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. οὔτε τοίνυν ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν, οὔτε σὺ τοῦ θυμιᾶν ἐξουσίαν ἔχεις βασιλεῦ. ταῦτα μὲν οὖν κηδόμενος τῆς σῆς σωτηρίας γράφω· περὶ δὲ ὧν ἐπέστειλας, ταύτης εἰμὶ τῆς γνώμης. ἐγὼ οὔτε Ἀρειανοῖς συγκατατίθεμαι, ἀλλὰ καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἀναθεματίζω, οὔτε κατὰ Ἀθανασίου γράφω, ὃν ἡμεῖς τε καὶ ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία καὶ πᾶσα ἡ σύνοδος ἐκαθάρισε. καὶ γὰρ ταῦτα καὶ σὺ συνορῶν μετεπέμψω τὸν ἄνθρωπον, καὶ συνεχώρησας αὐτῷ μετὰ τιμῆς εἰς τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐπανελθεῖν. τίς τοίνυν γέγονε πρόφασις τῆς τοσαύτης μεταβολῆς; οἱ αὐτοὶ γὰρ ἐχθροί, οἱ καὶ πρότερον ὄντες καὶ νῦν εἰσιν αὐτοῦ, καὶ ἃ νῦν ψιθυρίζουσιν· οὐ γὰρ παρόντος αὐτοῦ φθέγγονται· ταῦτα καὶ πρὶν πέμψῃ τὸν Ἀθανάσιον κατελάλουν, ταῦτα καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν σύνοδον διεθρύλλουν, καὶ ἀπαιτούμενοι παρ' ἐμοῦ, καθὰ προεῖπον, τὰς ἀποδείξεις οὐκ ἴσχυσαν παρασχεῖν. εἰ γὰρ εἶχον οὐκ ἂν ἔφυγον οὕτως αἰσχρῶς. τίς οὖν ἔπεισέ σε μετὰ τοσοῦτον χρόνον ἐπιλαθέσθαι τῶν σαυτοῦ γραμμάτων καὶ ῥημάτων; ἐπίσχες, καὶ μὴ πείθου κακοῖς ἀνθρώποις, ἵνα μὴ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους καθῆκον, σαυτὸν ὑπεύθυνον ποιήσῃς. ὧδε γὰρ τούτοις καθικετεύεις, ἐν δὲ τῇ κρίσει μόνος μέλλεις ἀπολογεῖσθαι. οὗτοι τὸν ἴδιον ἐχθρὸν, διὰ σοῦ θέλουσιν ἀδικεῖν, καὶ βούλονταί σε διάκονον τῆς ἑαυτῶν πονηρίας γενέσθαι, ἵνα διὰ σοῦ καὶ τὴν μυσαρὰν αἵρεσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπισπείρωσιν, οὐκ ἔστι δὲ φρόνιμον δι' ἄλλων ἡδονὴν, ἑαυτὸν εἰς προὖπτον κίνδυνον ἐμβάλλειν. παῦσαι παρακαλῶ, καὶ πείσθητί μοι Κωνστάντιε. ταῦτα γὰρ πρέπει καὶ ἐμὲ γράφειν, καὶ σὲ τούτων μὴ καταφρονεῖν.

A non vi adacti, ut ipsi causantur, cum nulli ibi milites incumberent, & tuus frater nesciret. Nihil enim tale sub ipso agebatur, qualia nunc fiunt: sed illi ultro Romam venerunt, & coram episcopo presbyterisque ibi præsentibus confessionem suam scripto ediderunt, cum prius pacatas literas & amicas ad Athanasium dedissent. Quod si iis libet vim causari, idque pro malo habent, nec a te probatur: omitte igitur & tu violentiam tuam, nec literas scribe, nec comites mitte, sed relegatos exiliis libera: ne te de vi querente, majorem vim illi sub tuo nomine exerceant. Quid enim tale B a Constante actum est? aut quis ibi episcopus relegatus? aut quando judiciis ecclesiasticis interfuit? aut quis ipsius palatinus vim adhibuit ut contra aliquem subscriptio fieret? ut idem Valens cum suis aliquid colligat, habeatque quod objiciat.

Define, quæso, & memineris te mortalem esse; reformida diem judicii; serva te in illam diem purum; ne te misceas ecclesiasticis, neque nobis hoc in genere præcipe, sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus imperium commisit; nobis quæ sunt ecclesiæ concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ: C ita & tu cave, ne, quæ sunt ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. *Date* (scriptum est) *quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei Deo.* Neque enim fas est nobis, in terris imperium tenere: neque tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes, imperator. Hæc quidem ob curam tuæ salutis scribo: & de iis quæ in epistolis scribis, hanc meam sententiam accipe. Ego neque Arianis assideo, neque suffragor, sed eorum hæresin anathemate damno: neque in Athanasium accusationibus subscribo; quem nos, & Romana ecclesia, & universa synodus innocentem pronuntiavit. D Nam & tu quoque cum rem cognitam perspectamque haberes, Athanasium accersivisti; fecistique ei copiam, ut cum honore in patriam & in ecclesiam reverteretur. Quæ igitur causa est tantæ hujus mutationis, cum iidem inimici ejus sint, qui antea fuerunt? & quæ nunc susurrant, nihil eorum, cum ille præsens esset, hiscere audebant; sed ea, antequam accerseres Athanasium, obmurmurabant: quo tempore a me conventi (quemadmodum superius dixi) ut ederent criminum documenta, nihil in medium adducere potuerunt: nam si quidquam potuissent, non ita turpiter aufugissent. Quis te igitur induxit, E ut post tantum temporis, tuarum literarum & sermonum obliviscereris? Inhibeto, quæso, neque aures præbeas malis hominibus, neque ob mutuas invicem cum illis gratificationes teipsum reum facias. Quæ enim eis indulseris, de illis in judicio solus cogeris causam reddere: isti suum inimicum per te satagunt injuria afficere, teque volunt ministrum suæ malitiæ esse, ut per te detestabilem hæresim in ecclesia seminent. Non est prudentis, in gratiam alienæ libidinis seipsum in periculum certum conjicere. Define, quæso, & ausculta mihi, Constanti: hoc enim decet & me scribere, & te non vilipendere.

Osii constans & pia admonitio.

Matth. 22. Luc. 20.

ANNO CHRISTI 356.

CONCILIVM BITERRENSE

SVB LIBERIO PAPA.

De quo Hilarius Pictavorum episcopus Saturnini Arelatensis dolo in exilium actus est, anno Christi 356. Liberii papæ v. Constantii Aug. xx. in Gallia IV.

SYNODI *Biterrensis post Arelatensem meminit, ut dictum est, Sulpitius Severus. In hac cum hæresim Arianam ingerere pararet Saturninus episcopus Arelatensis, fidei periculum prævidens Hilarius, episcopis qui ad synodum convenerant, hæreseos cognitionem obtulit, ut caverent, ingerendaque blasphemiæ patronos denuntiavit. sed frustra, ut ipsemet narrat in libro adversus Constantium:* Quibus postea, *inquit*, Gallicanis nimirum episcopis, per factionem eorum pseudoapostolorum ad Biterrensem synodum compulsis, cognitionem hujus hæreseos obtuli. Sed hi timentes publicæ conscientiæ, audire ingesta a me noluerunt: putantes se innocentiam suam Christo posse mentiri, si volentes nescirent quod gesturi postmodum essent scientes. *Et in libro de synodis.* Mansit namque, atque etiamnunc permanet, post synodi Biterrensis professionem, in qua patronos hujus hæreseos ingerendæ quibusdam vobis testibus denuntiaveram, innocens, inviolataque religio. *Ea re commotus in Hilarium Saturninus, & quia is jam ante post Paulini, aliorumque exilium, a Saturnini & sociorum se communione separaverat, adversantem conatibus suis non ferens, egit, circumvento falsis synodi nuntiis Constantio, ut Hilarius in exilium pelleretur. Quod Hilarius item ipse docet in eodem libro de synodis:* Vos comparticipes exilii mei, in quod me Saturninus, ipsam conscientiam suam veritus, circumvento imperatore detruserat. *Et in libello ad Constantium, cujus exordium,* Non sum nescius: Exulo autem, *inquit*, non crimine, sed factione, & falsis nuntiis synodi apud te imperatorem pium, non ob aliquam criminum meorum conscientiam, per impios homines delatis. *Hieronymus denique de scriptoribus ecclesiasticis:* Hilarius urbis Pictavorum Aquitanicæ episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Biterrensi Phrygiam relegatus.

NOTA SEVERINI BINII.

[Margin: Causa concilii.]

a *Concilium Biterrense.*] Cum episcopi fama celeberrimi ob fidem catholicam in exilium acti essent, jamque satis Arianorum persecutio adversus ecclesiam catholicam declarata esset, Hilarius & episcopi Gallicani in unum convenientes, edito, decreto, se mutuo consensu a communione Saturnini, Valentis & Vrsacii separarunt, addentes excommunicationis sententia feriendos esse, qui ad vitandam eorum communionem admoniti, sententiæ episcoporum catholicorum non obtemperarent. Quod cum inter alios Arianos Saturninus Arelatensis episcopus iniquo animo ferret, indignum judicans se ab episcopis suæ provinciæ communicatione excludi, & anathemati traditum ab omnibus evitari, favore Constantii egit, ut in sua diœcesi prope Arelatem Biterris concilium cogeretur, ad quod vi præsidum catholici episcopi venire compellerentur. Hoc conventu coacto, S. Hilarius timens, ne Ariani, quod alias ante hæc fecerant, simulate sub mentito *substantiæ* nomine, simplicitatem plurimorum orthodoxorum episcoporum circumvenirent, libellum legendum obtulit, quo Arianorum latebræ, eorumque dolosæ insidiæ ac blasphemæ hæreses omnibus innotescerent. Sed ne hæc ab Hilario ingesta legerentur, resistentes, tandem ipsum Hilarium, ex cive Pictaviensi conjugato episcopum, quarto anno ante Seleuciense conciliabulum, teste Severo, sub consulatu Eusebii & Hypatii habitum, relegarunt, anno Liberii quinto, qui est Constantii vigesimus, & Christi domini 356. Seleuciense concilium anno Christi 359. celebratum fuisse infra dicemus. Hæc ex Hilarii libello ad Constantium, Baron. ann. 356. num. 105. & seqq.

[Margin: Hilarius ceterique Galliæ episcopi Saturninum excommonicarunt.]

[Margin: Ex hoc cõcilio Hilarius Pictaviensis relegatur.]

ANNO CHRISTI

a SIRMIENSE b CONCILIVM

c OECVMENICVM,

Et ex parte d reprobatum.

Hujus præter duas fidei formulas nihil extat.

a *Sirmiense.*] Sirmium locus hujus celebrati concilii est urbs Pannoniæ inferioris, Probi imperatoris natalibus inclyta: ab Euagrio Sermium vocatur; a Iornande Sirmis dicitur. Onuphrius ex antiquo lapide Coloniam facit: puto hodie Sirmisch vocari. Vide apud Abrahamum Ortelium.

b *Concilium.*] Anno Christi 357. qui est 6. Liberii, & 21. Constantii, hanc synodum Sirmii celebratam esse, Socratis lib. 2. cap. 24. Sozomeni lib. 4. cap. 5. testimonio & auctoritate probatur. Scribunt enim hanc synodum habitam fuisse eo tempore, quo Osius Cordubensis episcopus ad subscribendum Athanasii condemnationi, & Sirmiensi professioni fidei, coactus fuit. Cum igitur testimonio Athanasii epist. ad solit. post relegatum anno Christi 355. Liberium, in fine ejusdem anni ab subscribendum accersitus, integro anno Sirmii pro exilio detentus fuerit, necesse est affirmare, hoc concilium, cujus impiæ professioni per vim & metum subscripsit, prædicto tempore celebratum fuisse. Secundo, assertione S. Hilarii de synodis in principio constat, synodum Sirmiensem celebratam esse post triennium, ex quo Saturnino episcopo Arelatensi Ariano a catholicis Galliarum episcopis communio negata est: quod cum factum fuisse constet ante triennium, quando Constantius expugnato Magnentio Arelate moraretur, concedere oportet hanc synodum prædicto anno 357. collectam fuisse. Denique ipse Sozomenus lib. 4. cap. 5. attestatur, hoc concilium habitum fuisse Sirmii, præsente Constantio imperatore. Cum igitur, auctore Ammiano, constet eum hoc tempore Sirmii consedisse, plane dicendum est, anno supradicto hanc synodum congregatam fuisse.

Causa concilii convocati hæc est. Cum Photinus, teste Epiphanio hæresi 71. Sardicensi concilio damnatus, pro more hæreticorum ad imperatorem appellasset, iterumque audiri postulasset; ut Ariani catholicum nomen affectantes, se pios catholicos, & hæreticis adversarios ostentarent, Photinum in judicium vocant, ejusque de filio Dei sententiam in concilio auctoritate imperatoris indicto discutiunt. Et quamvis revera Ariani a Photinianis parum aut nihil differrent, cum, quod recte Lucifer Constantio exprobando objicit, Ariani filium Dei creaturam asserentes, cum Photino divinitatem illi ademerint: ut tamen specie tenus, quod scribit Gregorius Nazianzenus in laude Athanasii, se catholicos exhiberent, Photinum *per simulationem & veteratorie dumtaxat* condemnarunt, editaq; adversus eum fidei quadam formula, a Marco Arethusio Græce Photini hæresim condemnarunt. Huic primæ formulæ viginti septem anathematismos contra Photinianos & Arianos inseruerunt, in hac Filium cum Patre ejusdem substantiæ esse confessi fuerunt, ut catholici viderentur. hanc, catholicæ veritati

ritati conſentientem, ideoque ab Hilario explicatam fuiſſe, ipſe Hilarius aperte teſtatur: quæ ſi nomine conſubſtantialitatis non caruiſſet, nullo modo culpari potuiſſet. Liberius Romanus pontifex, Athanaſio, Hilario & Hier. teſtantibus, per vim & minas ſolicitatus, huic primæ fidei formulæ ſubſcripſit, Athanaſium condemnavit, & cum Arianis communicavit; idque per literas ad Valentem alioſve ſcriptas ſignificans, ab exilio liberari, ſediqne ſuæ reſtitui petiit.

Itaque contra fidei confeſſionem ac juſtitiæ legem peccans, adeoque turpiſſimam ſibi morum & vitæ maculam inurens, Arianorum communione pollutus, quamquam infidelis & hæreticus non eſſet, a communione catholicorum, & ſede pontificia excidit. Poſtquam hæc veteratorie per ſummã ſimulationem egiſſent, Semiarianis illis, quibus ad proſternendum hæreſiarcham pugnacem uſi fuerant, procul ejectis, qualeſnam eſſent, larva depoſita, palam prodidere. Nã ut Dei filius non Deus ex Deo, ſed creatura ex nihilo, vel ſaltem ex creatura genitus eſſe credatur, ſecundam fidei formulam ac confeſſionem Latino ſermone conſcriptam, a Marco Arethuſio epiſcopo Græce tranſlatam ediderunt, qua nomen ſubſtantiæ prorſus abdicarunt; decernentes, ne voces *ſubſtantia* & ὁμοούσιον, quarum nulla mentio fit in ſcriptura, in ſermonibus uſurparentur. Vtque impietati a ſe conſcriptæ auctoritatem adderent, Athanaſio, Socrate & Sozomeno teſtantibus, Oſium Cordubenſem epiſcopum, Sirmii, loco exilii ab imperatore detentum, multarum ſynodorum auctorem & principem, multis legationibus & publicis actionibus functum, non adſcribendum, quod vitioſe & corrupte præ ſe fert titulus hujus formulæ apud Hilarium, ſed potius ad ſubſcribendum ſolicitarunt: qui dum aliquamdiu id facere recuſaſſet, vir imbecillis, prope centenarius ſenio confractus, tandem per vim, tormenta, & plagas inductus (pro ſcelus) ignominioſe ſubſcripſit, luctuq; & horrore immenſo fidelibus incuſſo, turpius, quam ante Origenes & Tertullianus, lapſus fuit, meritoq; illa pœna, quam Iſidorum Hiſpalenſem ipſi affinxiſſe in notis conc. Eliber. verbo *Oſius* ſupra diximus, puniendus, niſi paulo poſt de vi & injuria ſibi illata proteſtatus, Arianorum hæreſi condemnata, eorumque communione fidelibus interdicta, pœnitentiam egiſſet, atque ita Dei vindicis iram antevertiſſet. *Tantam*, inquit Athanaſius ad ſolitar. *vim intulit ſeni, quem Sirmii pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus attrituſq; malis, tandem ægreque cum Vrſacio & Valente communicaret, ſed tamen ut contra Athanaſium non ſubſcriberet. verum ne ita quidem eã rem pro levi habuit, moriturus enim,* poſt biennium circiter aut annum, *quaſi in teſtamento ſuo eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſin condemnavit, vetuitq; eam a quocumq; probari ac recipi.* Item de Oſio apol. 2. in fine ait: *Vis illa & Conſtantii tyranni poteſtas, multaque contumeliæ & interminationes ſatis oſtendunt, minime eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe, ſed ſenii imbecillitate imparem verberibus ad tempus ceſſiſſe.* Poſt hæc contigit, quod fere miraculoſum eſt, ut dum Oſius fidem negaret, hoſtes fidei Semiariani eamdem confiterentur: dumq; ille impiam Arianorum confeſſionem approbando, divinam ſubſtãtiam in filio Dei ablegaret, Semiariani Ancyræ in Galatia convenientes eamdem reſtituerent, atque per edictum publicum imperatoris Conſtantii, prædicari, recipi & approbari efficerent. Cum enim ſuas, quas Ancyræ conſtituerant, duodecim fidei regulas Sirmianæ ſecundæ confeſſioni plane contrarias conſtituiſſent, eaſq; per legatos ad imperatorem tranſmiſiſſent, imperator publico edicto promulgato, ſecundam Sirmianam confeſſionem tanquam blaſphemam abdicavit, novamque, qua filius Dei per omnia ſimilis eſſe prædicaretur, edi ac ſubſcribi mandavit. Cumque ad concilium Ariminenſe profecturi, Sirmium, ubi imperator agebat, orientales omnes adveniſſent, tertiam illam Sirmianam fidei formulam, anno 359. ut infra dicemus, compoſuerunt. *Cui cum Valens*, inquit Epiph. hæreſi 73. *ſubſcripſiſſet, & in ſubſcriptione appoſuiſſet, filium ſimilem Patri, & non appoſuiſſet per omnia, & oſtendiſſet quomodo aſſenſus eſſet præmiſſis, aut ſimilitudine vocis intellexiſſet, annotavit hunc pius rex, & coegit ipſum addere, Per omnia.* Hæc ex Epiph. Hilario, Athanaſio, Socrate, &c. Baron. an. 357.

ANNO CHRISTI 357.

Tertia Sirmiana fidei confeſſio. Conſtãtius per edictũ tertiam approbat, ſecundam fidei confeſſionem improbat.

c *Oecumenicum & ex parte reprobatum.*] Bellar. lib. 1. de concil. cap 7. œcumenicum fuiſſe ait, cui præter orientales trecenti & amplius ex occidente epiſcopi interfuerunt. Ex parte reprobatum eſſe ſcribit, quia ſententiam condemnatoriam in Photinum hic pronuntiatam omnes orthodoxi approbarunt. Poſſet idem confirmari per hoc, quod primam Sirmianam fidei confeſſionem, utpote quæ nullam manifeſtam hęreſim contineat, velut catholicam Hilarius interpretatus fuerit. Ego tamen Baronium ſecutus, conciliabulum potius, quam ulla ex parte probatum concilium fuiſſe, verius eſſe putarem; tum quod manifeſtum ſit, in prima formula fidei, quæ catholica eſſe indicatur, nomen *conſubſtantialis* ad fidem Nicænam explodendam omiſſum eſſe, eamque veteratorie & per ſummam ſimulationem editam fuiſſe: tum etiam, quod Liberii communionem catholici evitarint, ideo maxime, quod fidei confeſſioni primæ, quæ videbatur catholica, ſubſcribens, Arianorum communione pollutus, ab unitate eccleſiæ catholicæ merito exciderit.

An Sirmiẽſe cõcilium ſit œcumenicum. An ex parte vel omnino reprobatum.

PRIMA SIRMIENSIS FIDEI confeſſio aut formula Semiarianorum.

A Marco Arethuſio epiſcopo Græce conſcripta, a Liberio ſubſcripta hæc eſt.

CREDIMVS in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem & factorem omnium, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Et in unigenitum ejus Filium, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ante omnia ſæcula ex Patre genitum, ex Deo, lumen de lumine, per quem omnia in cælis & in terra facta ſunt, tam inviſibilia quam viſibilia: eumdemque verbum eſſe, & ſapientiam, lucem veram, & vitam, & ultimis diebus hominem factum, natumque ex ſancta virgine, crucifixum, & mortuum, & ſepultum eſſe, & reſurrexiſſe e mortuis tertio die, & aſſumptum in cælos eſſe, ſedereque ad dexteram Patris, venturumque in conſummatione ſæculi, ut judicet vivos & mortuos, reddatque unicuique ſecundum opera ſua, cujus regnum indeſinens permanebit in infinitas ætates. Sedet enim ad dexteram Patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed & in futuro. Et in Spiritum ſanctum, hoc eſt, Paracletum, quem promiſſum apoſtolis poſt aſcenſum in cælos miſit, ut doceret eos & commonefaceret omnium, per quem omnes animæ, quæ in eum ſinceriter credunt, ſanctificantur.

Extat apud Athan. li. de ſynod. pag. 693. Socratem lib. 2. c. 30. Hilar. l. de ſynod. vide Baron. n. 9.

ANNO CHRISTI 357.

1. Eos " porro qui dicunt, ex non ente, aut ex alio subsistente, & non Deum ex Deo Filium extitisse, aut quod tempus aut ætas fuit, quando ille non erat, alienos a se censet sancta & catholica ecclesia.

*Vide supra pag 593. & 594. ubi Græcum leges contextum. Eadem enim est fere formula fidei cum quarta cujus initium ex Socrate retulit Binius, nec admonuit eadem esse cũ Sirmitana adeo apud veteres omnes celebrata paucis tantum mutatis.

2. Iterum ergo dicimus, Si quis Patrem & Filium duos deos opinetur, anathema esto.

3. Item si quis dicens Deum Christum esse, sed eum ante sæcula Filium Dei & administrum Patri ad universitatis creationem non fuisse confiteatur, anathema esto.

4. Si quis eum qui ingenitus est, aut partem ejus, ex Maria natum ausit dicere, anathema esto.

5. Si quis Filium ante Mariam, sed secundum ' præcognitionem fuisse dicat, ac non potius ante sæcula ex Deo genitum apud Deum fuisse, & per eum omnia facta esse, anathema esto.

' præscientiam & prædestinationem.

6. Si quis substantiam Dei dilatari aut contrahi loquatur, anathema esto.

7. Si quis dilatatam essentiam, Filium efficere dicat, aut dilatationem substantiæ Dei Filium nominet, anathema esto.

8. *Si quis insitum & prolatitium verbum Filium Dei dicat, anathema sit*, ἐνδιάθετον ἢ προφορικὸν λόγον.

9. Si quis merum hominem ex Maria natum esse dicat", anathema esto.

"dicens innascibilem Deum intelligit.

10. Si quis hæc verba, *Ego sum Deus primus, Ego quoque postea, & prater me non est Deus*, quæ ad subversionem idolorum " dicta sunt, ad subversionem unigeniti ante sæcula Dei Iudaice accipiat, anathema esto.

' & deorum qui nõ sunt

Ioan. 1.

11. Si quis hoc dictum, *Verbum caro factum est*, audiens, Verbum in carnem mutatum esse opinetur, aut ' postquam conversionem passum esset, carnem assumpsisse dicat, anathema esto.

' conversionem subesse.

12. Si quis unigenitum Filium Dei crucifixum audiens, deitatem ejus, corruptionem, passionem, mutationem, diminutionem, aut extinctionem sustinuisse dicat, anathema esto.

Gen. 1.

13. Si quis hoc dictum, *Faciamus hominem*, non Patrem ad Filium, sed Deum secum loqui affirmet, anathema esto.

14. Si quis Abraham non Filium, sed ingenitum Deum aut Patrem ejus vidisse asseveret, anathema esto.

Gen. 32.

15. Si quis cum Iacob non Filium colluctatum fuisse dicat, sed ingenitum Deum aut " patrem ejus, anathema esto.

" partem μέρος Gr.

Gen. 19.

16. Si quid hoc dictum, *Pluit dominus ignem a domino*, non de Patre & Filio accipiat, sed ipsum a seipso pluisse dicat, anathema esto. Pluit enim Filius dominus a domino Patre.

17. Si quis audiens dominum Patrem, dominum item Filium, eo quod dominus ex domino sit, duo numina existimet, anathema esto. Non autem ejusdem ordinis Patrem & Filium, sed Filium Patri subjectum arbitramur Neque enim ille Sodomam sine concilio Patris descendit, neque a se pluit, cum penes Patrem auctoritas sit, neque ex se habeat quod sedet ad dexteram Patris, sed auscultet Patri ita loquenti, *Sede a dextris meis*, anathema esto.

Psal. 109.

18. Si quis Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unam personam esse dicat, anathema esto.

19. Si quis Spiritum sanctum paracletum nominans, ingenitum dicat Deum, anathema esto.

20. Si quis, ut docuit dominus alium adhuc nominet paracletum præter Filium (dixit enim, *Et alium paracletum mittet vobis, quem ego rogabo*) anathema esto.

Ioan. 14.

21. Si quis Spiritum sanctum partem aliquam dicat Patris aut Filii, anathema esto.

22. Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum tres deos appellet, anathema esto.

23. Si quis voluntate Dei Filium Dei ita extitisse dicat, ut aliquid quod conditum est, anathema esto.

24. Si quis nolente Patre Filium genitum esse dicat. (non enim Pater coactus naturali necessitate Filium, quem noluit, genuit; sed statim ubi voluit, sine tempore & passione eum ex se genitum edidit) anathema esto.

25. Si quis ingenitum, & sine origine Filium nominat eo animo, ut duo ingenita & inoriginata, & duos deos statuere velit, anathema esto. Caput enim & principium omnium Filius est. Caput vero & principium Christi Deus: ita enim ad unum principium universitatis nullo initio inchoatum, per Filium pie omnia reducimus.

26. Iterumque exacte tradentes Christianismi sensum dicimus, si quis Christum Deum Filium Dei ante sæcula, administrumque ad universitatis opificium fuisse neget, sed ex quo tempore e Maria genitus est, Christum & Filium appellatum fuisse, & principium suæ deitatis tum accepisse dicat, anathema esto. " quemadmodum Paulus Samosatensis. *ut habetur in Græco. Vide supra pag. 594. D.*

SECUNDA " SIRMIANA FIDEI confessio & formula Arianorum.

Ab Osio coacte subscripta, hac est.

Quoniam de fide placuerat disceptationem fieri, omnia cum sedulitate inquisita & examinata fuere Sirmii in præsentia Valentis, Ursacii, Germinii, ceterorumq; omnium. Constitit ergo unum esse Deum omnipotentem, sicuti in universo orbe prædicatur, & unum ejus unigenitum Filium, dominum nostrum Iesum Christum, ex eo ante sæcula genitum, duos tamẽ Deos non oportere dici, cum ipse dominus de se locutus sit: *Vado ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* ideoque omnium Deus habendus est, quemadmodum apostolus dixit: *An Iudæorum tantummodo sit Deus, & non etiam gentium? certe & gentium, quoniam unus est Deus, qui justificabit circũcisionem ex fide, & præputium per fidem:* & reliqua omnia consentiunt, & nullam prorsus habent ambiguitatem. Ceterũ quia multos commovet vox, Latine quidem dicta substantia, Græce autem οὐσία, hoc est, ut diligentius cognoscatur, illud quod ὁμοούσιον aut ὁμοιούσιον dicitur, nullam earum vocum mẽtionem debere fieri, neque de iis sermocinandum in ecclesia censemus, quod de iis nihil sit scriptum in sacris literis, & quod illa hominum intellectum & mentem transcendant, & quod nemo possit generationẽ Filii enarrare, quemadmodum scriptum est: *Generationem ejus quis enarrabit?* Solum enim Patrem scire quomodo Filium suum genuerit, & Filium quomodo genitus sit a Patre, certum est. Nulli vero ambiguum, Patrem majorem esse: neque est quod quisquam dubitet, Patrem honore, dignitate, deitate, atque adeo ipso nomine paterno majorem esse, attestante præsertim ipso Filio: *Qui misit me Pater, major me est:* & hoc ipsum catholicum est, & nemo ignorat duas esse personas Patris & Filii, ac proinde Patrem majorem; Filium vero Patri cum omnibus, quæ illi Pater subjecit, subjectum esse, Patremque initiũm non habere, & invisibilem, & immortalem, & liberum a passionibus

sionibus esse: Filium vero ex Patre genitum esse, Deum ex Deo, lumen de lumine, ejusque generationem, quemadmodum superius dictum est, neminem scire nisi solum Patrem; ipsumque Filium dominum nostrum & Deum, carnem sive corpus, hoc est, hominem e Maria virgine assumpsisse. Quemadmodum angelus prænuntiaverat, & omnes scripturæ docent, & in primis ipse gentium apostolus, hominem assumpsit Christus ex Maria virgine, per quem passus est. Summa autem totius fidei, & firmamentum est, ut Trinitas semper retineatur, quemadmodum legimus in euangelio: *Abite & baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Numerus autem Trinitatis integer & perfectus est. Paracletus porro Spiritus, nimirum sanctus, per Filium missus secundum euangelium venit, ut apostolos & omnes credentes erudiret & sanctificaret.

** Πίστις ἐκτεθεῖσα ἑτέρως ἐν Σιρμίῳ Ῥωμαϊστὶ, καὶ ἑρμηνευθεῖσα.

Ἐπειδὴ περὶ πίστεως ἔδοξέ τινα διάσκεψιν γεγενῆσθαι, πάντα ἀσφαλῶς ἐζητήθη, καὶ διερμηνεύθη ἐν τῷ Σιρμίῳ ἐπὶ παρουσίᾳ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, καὶ Γερμινίου καὶ τῶν λοιπῶν συνέστηκεν, ἕνα Θεὸν εἶναι, πατέρα παντοκράτορα, καθὼς ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καταγγέλλεται· καὶ ἕνα μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωτῆρα ἡμῶν, ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθέντα· δύο δὲ θεοὺς μὴ χρῆναι λέγειν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος εἴρηκεν, πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. διὰ τοῦτο, καὶ πάντων Θεός ἐστι, καθὼς καὶ ὁ ἀπόστολος ἐδίδαξεν, ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. ἐπείπερ εἷς Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως· καὶ τὰ μὲν λοιπὰ πάντα συμφωνεῖ, οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχει. ἐπεὶ δὲ πολλοὺς τινας κινεῖ περὶ τῆς λεγομένης Ῥωμαϊστὶ μὲν σουβσταντίας, Ἑλληνιστὶ δὲ λεγομένης οὐσίας, τουτέστιν ἵνα ἀκριβέστερον γνωσθῇ τὸ ὁμοούσιον, ἤτοι λεγόμενον ὁμοιούσιον, οὐ χρή τινα τούτων παντελῶς μνήμην γίνεσθαι, οὐδὲ περὶ τούτων ἐξηγεῖσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτον τὸν λογισμὸν ὅτι ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς οὐ γέγραπται περὶ τούτων· καὶ ὅτι ταῦτα ὑπὲρ τὴν τῶν ἀνθρώπων γνῶσιν καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ἐστίν. καὶ ὅτι οὐδεὶς δύναται τὴν γενεὰν τοῦ υἱοῦ διηγήσασθαι, καθὼς γέγραπται, τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν πατέρα φανερόν ἐστι, πῶς τὸν υἱὸν ἐγέννησε· καὶ πάλιν τὸν υἱὸν, πῶς γεγέννηται ἐκ τοῦ πατρός. οὐδενὶ δὲ ἀμφίβολόν ἐστι μείζονα εἶναι τὸν πατέρα, τιμῇ, καὶ ἀξίᾳ, καὶ θεότητι, καὶ αὐτῷ τῷ ὀνόματι τῷ πατρικῷ, μείζονα εἶναι. διαμαρτυρομένου αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, ὁ ἐμὲ πέμψας πατήρ μείζων μου ἐστί. καὶ τοῦτο δὲ καθολικὸν εἶναι οὐδεὶς ἀγνοεῖ, δύο πρόσωπα εἶναι πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ τὸν μὲν πατέρα, μείζονα· τὸν δὲ υἱὸν ὑποτεταγμένον μετὰ πάντων ὧν αὐτῷ ὁ πατὴρ ὑπέταξεν. τὸ δὲ πατέρα ἀρχὴν μὴ ἔχειν, καὶ ἀόρατον εἶναι, καὶ ἀθάνατον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ εἶναι, τὸν δὲ υἱὸν, γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός; καὶ τούτου τὴν γένεσιν, καθὼς προείρηται, μηδένα γινώσκειν, εἰ μὴ μόνον τὸν πατέρα· αὐτὸν δὲ υἱὸν τὸν κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν, σάρκα ἤτοι σῶμα, τουτέστιν ἄνθρω-

A τον εἰληφέναι, καθάπερ, καὶ ὁ ἄγγελος εὐηγγελίσατο. καθὼς δὲ καὶ πᾶσαι αἱ γραφαὶ διδάσκουσι, καὶ μάλιστα αὐτὸς ὁ ἀπόστολος, ὁ διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν, ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου, δι' οὗ πέπονθεν. τὸ δὲ κεφάλαιον πάσης τῆς πίστεως καὶ ἡ βεβαιότης ἐστὶν, ἵνα τριὰς ἀεὶ φυλάττηται, καθὼς ἀνέγνωμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀκέραιος δὲ καὶ τέλειος ἐστιν ὁ ἀριθμὸς τῆς τριάδος. ὁ δὲ παράκλητος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' υἱοῦ ἀποσταλὲν, ἦλθεν κατὰ τὴν
B ἐπαγγελίαν, ἵνα τοὺς ἀποστόλους, καὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας ἁγιάσῃ καὶ ἀναδείξῃ.

ANNO CHRISTI 357.

TERTIA SIRMIANA FIDEI confessio anno 359. Sirmii coram Constantio edita.

Arimini a Valente recitata, Eusebio & Hypatio consulibus.

Extat apud Athan. lib. de synod. Socra. lib. 2.c.29. Bar. an.359.n.9.

CREDIMUS in unum solum & verum Deum Patrem omnipotentem, conditorem opificemque omnium: & in unigenitum Filium Dei, ante omnia sæcula & initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere potest,
C existentem, & ante omnem comprehensibilem substantiam, natum impassibiliter ex Deo, solum ex solo Patre, Deum de Deo, similem Patri suo, qui ipsum genuit: *cujus (*secundum scripturas*) generationem nemo novit, nisi solus qui eum genuit Pater.* Hunc scimus unigenitum Dei Filium natu paterno advenisse de cælis ad demolienda peccata, genitum ex Maria virgine, versatumque cum discipulis fuisse, & ubi omne officium dispensationis adimplevisset, secundum Patris voluntatem, crucifixum & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi, quod sui officii erat, peregisse: quem janitores infernorum conspicati exhorruerunt: Eumque tertio die ab inferis resurrexisse, & versatum cum discipulis fuisse: cumque ubi negotia sua absolve-
D rat, impletis quinquaginta diebus, in cælos assumptum esse, & sedere ad dexteram Patris; & ultimis diebus resurrectionis venturum in gloria paterna, ut tribuat unicuique secundum opera sua. Et in sanctum Spiritum, quem unigenitus promisit se missurum humano generi paracletum, quemadmodum scriptum est: *Vado ad Patrem meum, eumque rogabo, & alium paracletum mittet vobis Spiritum veritatis: ille de meo accipiet, & docebit vos, omniumque admonebit.* (Ioan. 14. & 16.) Vocabulum porro substantiæ, quia simplicius a patribus positum est, & a populis ignoratur, &
E scandalum affert, eo quod in scripturis non contineatur, placuit, ut de medio tolleretur, & nullam, posthac de Dei substantia mentionem esse faciendam, eo quod sacræ scripturæ nunquam meminere substantiæ Patris & Filii: Filium autem Patri per omnia similem dicimus, quemadmodum sacræ literæ dicunt & docent.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς καὶ πρὸ παντὸς ἐπινοουμένου χρόνου, καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς ἐπινοίας, γεγεννημένον ἀπαθῶς ἐκ

ANNO CHRISTI 357.

ἐκ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ οἵ τε αἰῶνες κατηρτίσθησαν, καὶ τὰ πάντα ἐγένετο· γεγεννημένον δὲ μονογενῆ μόνον ἐκ μόνου ὑπὸ τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐν Θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ, κατὰ τὰς γραφάς· οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς ἐπίσταται, ἢ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον ἴσμεν τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, νεύματι πατρικῷ παραγενόμενον ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας· καὶ γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν πληρώσαντα, κατὰ τὴν πατρικὴν βούλησιν· σταυρωθέντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀποθανόντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα καὶ τὰ ἐκεῖσε οἰκονομήσαντα· ὃν πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες ἔφριξαν· καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν· καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀναπληρουμένων, ἀναληφθέντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός· καὶ ἐλευσόμενον τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ δόξῃ τῇ πατρικῇ ἀποδιδόντα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὃ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπηγγείλατο πέμψαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ παρακαλέσω τὸν πατέρα μου, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψαι ὑμῖν, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ διδάξει, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας διὰ τὸ ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων τεθεῖσθαι, ἀγνοούμενον δὲ ὑπὸ τῶν λαῶν, σκάνδαλον φέρειν διὰ τὸ μήτε τὰς γραφὰς τοῦτο περιέχειν, ἤρεσε τοῦτο περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας ἐπὶ τοῦ Θεοῦ εἶναι τοῦ λοιποῦ, διὰ τὸ τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ πνεύματος καὶ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ πάντα, ὡς αἱ ἅγιαι γραφαὶ λέγουσί τε καὶ διδάσκουσιν.

A B C D — (marginal section letters)

Nota Severini Binii.

Tertia Sirmianæ fidei confessio quando, cur & ubi edita. Inscriptio apud Ath. & Socratem, mendosa est.

a Hæc formula fidei composita est Sirmii in præsentia Constantii anno 359. Eusebio & Hypatio consulibus. Athan. lib. de synod. Socrat. lib. 2. cap. 29. Quia Constantius Ariminensi concilio non interfuit, mendosum est, (quod habet inscriptio apud utrumque) eam Arimini in præsentia imperatoris editam fuisse. Composita est ea transactionis lege, ut Semiariani relinquerent, quod Ancyræ addiderant, nomen *substantiæ*: Ariani vero admitterent, ut Filius diceretur Patri per omnia similis; licet Valens id non nisi jussus a Constantio profiteri voluerit. Quamquam hæc fidei formula, (sicut & illæ, quæ Antiochiæ in encæniis, & in Sardicensi & Sirmiensi concilio primo loco edita est) nullam manifestam hæresim contineret; cum tamen in his consubstantialitas Filii cum Patre dolose non exprimatur, Athanasius eas ut hæreticas merito abdicavit, ideo saltem, quod abdicatione vocis *substantiæ*, jam ad Arianam blasphemiam aditus apertus esse videretur. Ex Epiphan. Hieron. & Athan. Baron. ann. 357. num. 24. 25. & 26. & ann. 359. num. 10.

An fuerit catholica.

a ANCYRANVM b CONCILIVM c SEMIARIANORVM.

ANNO CHRISTI 358.

Ancyra quæ.

a *Ancyranum.*] Ancyra est urbs in Galatia, sic dicta, auctore Plinio lib. 5. cap. ult. ab ancoris navium a Mithridate captarum, quas Ptolomæus rex Ægypti Galatis seu Gallogræcis suppetias miserat. Hujus meminit Ptolem. l. 5. c. 4.

Causa & acta cōcilii.

b *Concilium.*] Orientales episcopi secundam illam ac perfidam Sirmianam confessionem fidei detestati, Sirmio recedentes in Asiam migrarunt, atque Ancyræ in Galatia an. dom. 358. convenerunt, ibique ablegatum a Filio Dei *substantia* nomen restituentes, impia statuta secundæ confessionis ac formulæ plane condemnarunt, Filiumque Dei secundum substantiam Patri per omnia similem esse asseruerunt. Unde, ut fidem suam profiterentur, duodecim regulas ac definitiones fidei secundæ Sirmiensi plane contrarias, quas recenset Hilarius lib. de synodis, expresserunt, easque per legatos ad Constantium imperatorem Sirmii morantem miserunt. Quas cum ille accepisset, orientales vero omnes ad Ariminense concilium profecturi, opportune Sirmium, ubi imperator agebat, revertissent, post secundam Sirmiensem confessionem publico edicto reprobatam, jussu imperatoris ibid. 11. Kal. Iunias nocte illucescentis sacri diei pentecostes, tertiam Sirmiensem fidei formulam, supra ex Athanasio recensitam, composuerunt; eamque sua subscriptione munitam, atque Ariminum asportatam, ibidem in concilio Ariminensi recitarunt. Ita latro cruci adjudicatus Christum confitetur, quem Petrus in periculo constitutus abnegavit. Vide Baron. ann. 357.

c *Semiarianorum.*] Semiariani dicebantur, qui Arii nomen detestati, divinam in Filio Dei substantiam utcumque specie tenus confitebantur: quia tamen vocem *consubstantialitatis* non recipiebant, Nicænumque symbolum explodebant, Semiariani nominabantur. Horum erat illa fidei professio, quæ Antiochiæ in encæniis, Sardicæ & Sirmii primo & tertio loco edita fuit, quæque hic Ancyræ declarata fuit. Principes Semiarianorum erant Basilius Ancyranus, Eleusius Cyzicenus, Silvanus Tarsensis, Georgius Laodicenus, Macedonius Constantinopolitanus, Eustathius Sebastenus, paucique illi, qui apud Epiph. hæresi 73. " concilio Ancyrano subscripti reperiuntur. Hi concilio Seleuciensi ab Arianis damnati, sedibus suis deturbati fuerunt, ac paulo post auctore Macedonio divinitatem Spiritus sancti negarūt. Ariani autem dicebantur, qui in deterius prolabentes nullam in Filio admittebant vocem divinæ substantiæ, vel omnimodæ cum Patre similitudinis. Horum antesignani erant Acacius Cæsariensis, Eudoxius Antiochenus, Valens & Ursacius Pannoniæ episcopi impietate spectatissimi, aliique plures, quorum tantus erat numerus, ut vere queratur Hilarius lib. de synod. in decem Asiæ provinciis unum tantum reperiri Eleusium episcopum, & paucos cum eo, qui essent Filii Dei substantiæ assertores. Vide Baron. ann. 358. num. 15. Item 359. num. 97. & 115.

E

CONCILIVM INCERTI LOCI.

IN QUO PERFIDIA SIRMIENSIS, HOC EST formula fidei per Osium & Potamium Sirmii conscripta, ab episcopis Galliæ damnata est, anno Christi 358. Liberii papæ VIII. Constantii Aug. 21. in Gallia V.

SYNODI *hujus notitiam S. Hilario debemus, qui de synodis scribens ad episcopos Galliæ, laudat illos, quod missam ad se Potamii atque Osii blasphemiam " dānarint, quæ* ὁμοουσίου καὶ ὁμοιουσίου, *id est tum ejusdem, tum similis substantiæ vocabula supprimebat.* Beatæ, inquit, fidei vestræ literis sumptis, gratulatus sum in domino, incontaminatos vos & illæsos ab omni contagio detestandæ hæreseos perstitisse; & missam proxime vobis ex Sirmiensi oppido infidelis fidei impietatem

tatem non modo non suscepisse, sed nuntiatam etiam significatamque damnasse. *Et alio post loco significat iis ipsis prope diebus illos haresim respuisse, quibus orientales, ut eamdem examinarent, synodum Aucyranam celebrarunt. Celebrarunt autem, ut ex ejusdem synodi epistola, quam recitat Epiphanius haresi* LXXIII. *liquet, paulo ante dies paschæ. Quare sub idem tempus concilium hoc in Gallia coaluisse haud dubiũ est, sed quo loco incertum. Extat porro Phœbadii Aginnensis in Aquitania episcopi adversus Arianos liber, in quo Sirmiensem eamdem formulam, nuper, ut scribit, ad Gallos missam, per singula capita discutit, firmissimisque rationibus confutat. ita ut synodica, qua caremus, concilii hujus loco Phœbadii liber esse possit.*

[a] ARIMINENSE [b] CONCILIVM [c] OECVMENICVM ET VNIVERSALE,

[d] approbatum, [e] Eusebio & Hypatio coss. habitum,

[f] *In quo* CCCC. *episcopi, omnes fere catholici,* [g] *Arianis confessionibus rejectis, Nicænam fidem confirmarunt.*

ACTA hujus concilii, præter epistolam synodicam, quam infra subjiciemus, interierunt. Quæ ex diversis antiquis auctoribus potuerunt reperiri fragmenta, congrua compaginatione sibi invicem cohærentia, hic intexemus; ex quibus ipsum concilium, quantum fas est, prope integrum reddemus.

[a] *Ariminense.*] Sic dictum ab Arimino, quæ est urbs Æmiliæ in Italia, a flumine propinquo ejusdem nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut & Ravenna; verum utraque Romanos inquilinos accepit. Ptolomæo Lagi filio apud Ægyptios imperante, Sempronio & Appio coss. ædificata fuit. Octavius eam ampliavit; Diocletianus a Liburnis dirutam restauravit, fusisque Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. Vide Ptolemæum & Plinium.

[b] *Concilium.*] Cum Sirmiensi synodo absoluta, Ariani non tam inter se pace astricti, quam majore discordia divisi essent, statuerat imperator, Datiano & Cereali consulibus, anno Christi 358 ad eosdem inter se conciliandos Nicomediæ concilium congregare: verum urbis illius prodigioso interitu impeditus, Eusebio, & Hypatio coss. ann. Christi 359. ad easdem fidei controversias componendas œcumenicam synodum indixit, eamque in duas divisit, statuens ut occidentales Arimini, orientales Seleuciæ in Isauria convenirent; eo nimirum fraudulento Arianorum consilio, ut orthodoxi loco divisi, animis & votis inter se dividerentur, & quia facilius esse putarent, paucioribus, quam simul omnibus imponere.

[c] *Oecumenicum.*] Hoc concilium, ad quod orientales cum occidentalibus invitati etiam accessissent, nisi impio Arianorum suasu, ad mandatum imperatoris Seleuciæ congregati fuissent, qui quadringenti & amplius episcopi, cum Vincentio aliisve legatis Liberii pontificis Romani interfuerunt, quodve ob causam, universam fidem & ecclesiam concernentem indictum fuerat, ab Athanasio de synod. merito universale concilium appellatur. Verba illius hæc sunt: *Primum quidem ego admiror, idemque arbitror quemlibet prudentem facere, quod cum universale concilium indictum esset, idq; omnes expectarent, derepente divisio facta sit, adeo ut isti illuc, illi convenirent istuc: sed hoc absque dubio numinis providentia procuratum est, ut in singulis conciliis, hic quidem sincera puraque fidei sententia apparerent; illic autem suspecta, incertaque ingenia cum suis moribus se ostenderent.* Hæc Athanasius.

ANNO CHRISTI 359.

[d] *Approbatum.*] Duo concilia Ariminensis synodi nomine insignita reperiuntur. Vnum legitimum & germanum, Arimini vere habitum, in quo Ariana confessione Sirmii edita, omnium patrum consensu explosa, Nicæna fides cunctorum suffragio stabilita fuit; quove Ariani cum Vrsacio & Valente, sociisque eorum præsentibus, communi patrum sententia condemnati fuere. Alterum spurium est & illegitimum, alibi verius quam Arimini habitum, sed hoc nomine appellatum, ut infra patebit. Prius catholicum est, & summa laude dignum. Posterius vero Arianorum conciliabulum fuit, meritoque a Bellarmino inter reprobata rejectum. Sicut igitur ad obscurandam gloriam & auctoritatem duorum universalium conciliorum catholicorum Nicæni & Sardicensis, Ariani alibi ejusdem nominis synodos coegerunt; ita ad abolendam hanc priorem rite vereque peractam Ariminensem synodum catholicam & orthodoxam, aliam alibi, ut infra dicemus, celebrarunt, quam priore abrogata, Ariminensem nominarunt, & summis laudibus extulerunt. Vnde sicut Sardicense ab Augustino, aliisve doctis viris plane rejectum fuit, quod ignorarent duplicis generis Sardicensia reperiri: ita etiam fortasse accidit, ut Bellarm. lib. I. cap. 6. nulla facta distinctione Ariminensis legitimi ab illegitimo, illud inter reprobata enumerarit. Hæc ex Athanasii lib. de synod. Ambros. epist. 32. Bar. an. 359. num. 49. 50. & 51.

An fuerit approbatũ.

Duo concilia inveniuntur Ariminensia appellata.

[e] *Eusebio & Hypatio consulibus.*] His consulibus concilium Ariminense habitum fuisse Arimini, recitata tertia Sirmiana fidei professio, epistola imperatoris Constantii ad synodum scripta, ac demum formula fidei a patribus hujus concilii conscripta, aperte testantur: prædictorum enim consulum nominibus notata reperiuntur. Recte igitur hoc concilium, an. domini 359. qui est Liberii octavus, & Constantii 29. celebratum fuisse asseritur.

Tempus concilii.

[f] *In quo quadringenti episcopi omnes fere catholici.*] De numero episcoporum ita Severus l. 2. *Missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque magistris officialibus, acciti atque tracti quadringenti & aliquot amplius occidentales episcopi Ariminum convenere, quibus omnibus annonas & cellaria dari imperator praceperat: sed repudiatis fiscalibus, propriis sumptibus vivere maluerunt.* Ex his juxta Athanasium lib. de syn. quinquaginta; juxta Severum, octoginta tantum Ariani; reliqui omnes catholicæ fidei defensores fuerunt. *Cum igitur ambarum partium episcopi Ariminum pervenissent, mox fit,* inquit Severus, *partium secessio: ecclesiam nostri obtinent; Ariani tantum locum de industria vacantem orationis loco capiunt: sed hi non amplius quam octoginta, reliqui nostrarum partium erant.*

Numerus episcoporum.

Ex his quot fuerint Ariani.

[g] *Arianis confessionibus rejectis.*] Episcopis loco, tempore, & numero prædicto congregatis, factum

Acta concilii.

ANNO CHRISTI 359.

factum est initium concilii. Principio legebatur epistola, qua teste Sozomen. lib. 4. cap 16. imperator petebat ut primum ambigua in fide ab episcopis deciderentur: deinde causæ episcoporum cognoscerentur, actaque tandem concilii universa ad se per decem legatos utriusque partis referrentur. Cum deinde cœptum est agi de fide, postularunt Ariani, ut antiquatis fidei formulis omnibus aliis anterioribus, Sirmiana fidei confessio tertia, Sirmii edita, a Constantio approbata, & per Valentem hic recitata, retineretur; idque propterea in primis, quod in ea Filius Patri per omnia similis esse diceretur. Verum cum in eadem nomina *substantiæ & consubstantialitatis* dolose suppressissent, ut scilicet his vocibus abdicatis, Nicænam fidem everterent, & ad Arianam blasphemiam aditum patefacerent: fraude & improbitate cognita, patres orthodoxi nihil de orientalibus, sicut per literas imperator petiverat, statuentes, Arianam hæresin cum suis sectatoribus damnarunt, atque rejectis aliis fidei formulis, unicum dumtaxat Nicænum fidei symbolum comprobarunt. Sententiam concilii apud Athanasium & Hilarium extantem infra subjiciemus. His a synodo catholica definitis, decem legati catholici ad imperatorem cum epistola synodica mittuntur, ut ab iis de rebus in concilio gestis informetur. Ab Arianis totidem ablegati catholicos antevertentes, falsis suis relationibus aures imperatoris præoccuparunt, idque suo more effecerunt, ut neque catholici legati apud comitatum, neque patres concilii ante expeditionem contra barbaros tentatam, Arimino discedere permissi fuerint. Abeundi licentiam per literas responsorias ad eum rescriptas illi quidem postularunt, nihil tamen impetrarunt, ideo quod ab expeditione barbarica reversus constituisset, omnes omnino catholicos Arimini congregatos per vim & tormenta adigere, ut eam, quam Ariani alibi sub nomine Ariminensis concilii formulam fidei vulgaturi erant, omnes subscriptione sua firmarent. Vide notas sequentis conciliabuli. Hæc ex Athanasio, Socrate, Sozomeno, Hilario Baronius anno 359. num. 5. & seqq.

Ariana hæresis cum auctoribus damnatur.

EPISTOLA CONSTANTII AD SYNODVM ARIMINENSEM,

Qua monuit ne quid de orientalibus, qui seorsim convenirent Seleuciæ, definire præsumerent.

Victor Constantinus Maximus triumphator semper Augustus episcopis.*

* Constantius.

Extat apud Hilar frag. lib 2. p. 44.

CONTINENT priora instituta, venerabiles, sanctimoniam legis rebus ecclesiasticis niti: satis superque perspeximus literis ad ' nostram prudentiam datis, iisdem oportere operam dare: cum profecto & episcoporum id officio congruat, & salus omnium longe lateq; populorum hoc fundamine roboretur. Sed res admonuit instituta rursus* existere. Non enim aliquis definita geminari superfluum judicabit, cum ' rebus consueverit admonitio augere cumulum diligentiæ. His ita se habentibus, de fide atque unitate tractari debere cognoscat sinceritas vestra, & operam dari ut ecclesiasticis rebus ordo competens præbeatur. Discurret namque cunctorum posteritas ubique populorum, & concordia fida servabitur, cum penitus amputatis* nec hujusmodi quæstionibus cunctis sectando commoverit, res ista non debet ita intentionem animi ' propagare. Non enim de orientalibus episcopis in concilio vestro patitur ratio aliquid definiri. Proinde super his tantum quæ ad vos pertinere cognoscit gravitas vestra, tractare debebitis, & completis celeriter universis, consentiente consensu, decem mittere ad comitatum meum, ut prudentiæ vestræ prioribus literis intimavimus. Prædicti enim poterunt omnibus, quæ eisdem orientalibus proposuerint, respondere, vel tractare de fide, ut exitu competenti omnis quæstio terminetur, & ambiguitas sopiatur. Quæ cum ita sint, adversus orientales nihil statuere vos oportet, aut si aliquid volueritis contra eosdem prædictis absentibus definire, id quod fuerit usurpatum irrito evanescet effectu. Non enim illa vires habere poterit definitio, cui nostra statuta testantur jam nunc robur & * cupiam denegari. Quæ cum ita sint, moderatione religionis venerabilibus antistitibus consentanea debetis veneranda perficere, ut id quod religio postulat, explicetur, & quod audiri prohibet ratio, nullus usurpet. Divinitas vos servet per multos annos parentes K. dat. 6. Kal. Iunias Eusebio & Hypatio coss.

' vestram

* insistere Constant. imp. altera epist. ad synod. Arimin.

' crebra

ANNO CHRISTI 359.

' lon[ge]

* cop[iam]

SENTENTIA SYNODI.

Extat apud Athanas. de syn.

Quamdiu par & possibile erat, fratres carissimi, catholica synodus, & sancta ecclesia, sua patientia & tolerantia pertulit indigne Vrsacium, & Valentem, Caium, Germinium, & Auxentium; qui alias alia sentientes, omnes ecclesias perturbarunt, & nunc in præsentia ausi sunt hæreticas sententias orthodoxæ fidei asserere, & Nicænam synodum hostem Arianæ hæresis demoliri, suamque sed peregrinam & alienissimam a sanctissima ecclesia fidem conscriptam promulgare, quam nos recipere, nefarium putavimus. Qui cum jam pridem hæretici essent, etiam nunc deprehensi sunt contraria sentire: quos ad communionem nostram accedere prohibuimus, eosque in præsentia nostris verbis condemnantes, a cœtu fidelium rejicimus. Vos item quod videbitur de istis statuite, ut uniuscujusque cognitio ex sua subscriptione robur habeat. Vnanimiter nos episcopi dicimus. Prædicti isti inimici detrahantur ab ecclesia, ut catholica ecclesia in pace permaneat.

"** ΑΠΟΦΑΣΙΣ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

Εως προσῆκον ἦν καὶ δυνατὸν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ἡ καθολικὴ σύνοδος καὶ ἡ ἁγία ἐκκλησία τῇ ἰδίᾳ ὑπομονῇ καὶ ἀνεξικακίᾳ ἠνέγκεν οὐκ ἀξίως Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα καὶ Γάϊον καὶ Γερμίνιον, καὶ Αὐξέντιον, οἵ τινες ἄλλοτε ἄλλα φρονοῦντες πάσας τὰς ἐκκλησίας συνετάραξαν, οἳ καὶ νῦν ἐπιχειρῆσαι τετολμήκασι τὸν αἱρετικὸν λογισμὸν τῇ τῶν ὀρθοδόξων πίστει συνάψαι, καὶ διαλῦσαι τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. ἥτις ἀντίμαχος ὑπάρχει τῇ τῶν Αρειανῶν αἱρέσει. ἔξωθεν ἰδίαν τινὰ καὶ ἀλλοτριωτάτην τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας συγγραφεῖσαν πίστιν προσφέροντες. ἣν τινα ἡμᾶς δέξασθαι, ἀθέμιτον ἡγησάμεθα. ἔκπαλαι γὰρ οὗτοι αἱρετικοὶ ὄντες καὶ τ᾽ ἀναντία φρονοῦντες καὶ νῦν ἀπεδείχθησαν. οὓς

προς

πρὸς τὴν ἡμετέραν κοινωνίαν συνελθεῖν ἐπιτρέπομεν, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ παρόντας αὐτοὺς κατακρίναντες, καὶ καθαιροῦντες. νῦν τοίνυν, ὅπερ δοκεῖ, ἀποφήνασθε, ἵνα ἑνὸς ἑκάστου ἡ γνῶσις ἐκ τῆς ὑπογραφῆς εἴη βέβαιος. ὁμοθυμαδὸν οἱ ἐπίσκοποι φάσκομεν, οἱ προειρημένοι ἐχθροὶ καθαιρεθῶσιν, ἵνα ἡ καθολικὴ πίστις ἐν εἰρήνῃ διαμείνῃ. A

DEFINITIO CATHOLICA CONCILII Ariminensis apud Hilarium extans hæc est.

Incipit definitio catholica habita ab omnibus catholicis episcopis, priusquam per terrenam B potestatem territi, hæreticorum consortio sociarentur in concilio Ariminensi.

Si credimus placere omnibus posse catholicis a symbolo accepto nos recedere non oportere, quod in collatione apud omnes integrum re cognovimus: nec a fide recessuros, quam per prophetas a Deo Patre per Christum dominum nostrum, docente sancto Spiritu, & in euangeliis & in apostolis omnibus suscepimus, ut per traditionem patrum secundum successionem apostolorum usque ad tractatum apud Nicæam habitum contra hæresim, quæ tunc temporis exurrexerat, positum nunc usque permanet. Quibus omnibus nec addendum aliquid C credimus, nec minui posse manifestum est. Placet ergo nihil novum fieri: substantiæ quoque nomen & rem a multis sanctis scripturis insinuatam mentibus nostris, obtinere debere sui firmitatem. Quam rem cum suo nomine ecclesia catholica cum doctrina deifica semper confiteri consuevit. *Subdit auctor.* Huic definitioni omnes in unum catholici conspirantes subscripserunt.

DAMNATIO ARIANÆ HÆRESEOS apud Hilarium extans.

Damnatio blasphemiæ Arii, & expositio integræ & catholicæ fidei, quam catholici in tractatu Ariminensi firmaverunt, & manu sua subscripserunt.

Blasphemiæ Arii, licet antehac fuerint damnatæ, latebant tamen occultæ, quia eum blasphemasse ignorabatur. Verum favente Deo, procuratum est, ut constitutis nobis apud Ariminum, ejus pestifera hæresis repeteretur. Et ideo simul cum ejus blasphemiis omnes quoque hæreses, quæ antehac exurrexerunt contra catholicam & apostolicam traditionem, sicut jamdudum damnatæ sunt præteritis conciliis & diversis in locis, nos quoque damnamus, & anathematizamus eos, Qui dicunt Filium Dei nullis extantibus, & de alia substantia, & non de Deo Patre natum, Deum verum de Deo vero.

Et si quis Patrem & Filium duos Deos, hoc est, non nota duo principia dixerit, & non patris & Filii unam deitatem profiteatur, anathema sit.

Si quis Filium Dei creaturam vel facturam dixerit, anathema sit.

Si quis Deum Patrem ipsum de Maria natum, eumdemque Patrem & Filium dixerit, anathema sit.

Si quis Filium Dei de Maria initium sumpsisse dixerit, vel fuisse tempus quando non erat Filius, anathema sit.

Si quis Filium Dei non vere inenarrabiliter de Deo Patre natum, sed adoptivum filium dixerit, anathema sit.

Si quis Filium Dei aut temporalem, aut hominem solum, & non ante omnia sæcula de Deo Patre natum profiteatur, anathema sit.

Si quis Patris & Filii & Spiritus sancti unam personam, aut tres substantias divisas dixerit, & non perfectæ Trinitatis unam deitatem profiteatur, anathema sit.

Si quis Filium Dei esse ante omnia quidem sæcula, & non ante omne omnino tempus dixerit, ut ei tempus assignet, anathema sit.

Si quis creata omnia, non per Verbum, sed sine eo, vel ante eum facta dixerit, anathema sit.

Si quæ autem aliæ blasphemiæ Arii, vel cujuslibet, repertæ fuerint, similiter anathematizamus. D

** ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗΣ ΕΝ ΑΡΙΜΙΝΩι συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα.

ἘΚ ΤΕ τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως, καὶ τῆς σῆς εὐσεβείας προστάγματος, τὰ πάλαι δογματισθέντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν. εἰς γὰρ Ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων, εἰς τὸ αὐτὸ πάντες ἐπίσκοποι συνήλθομεν. ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γνωρισθῇ, καὶ οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἔκδηλοι γένωνται. ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες εὑρήκαμεν, ἀρεστὸν ἐφάνη τὴν πίστιν τὴν ἔκπαλαι διαμένουσαν, ἣν καὶ οἱ προφῆται καὶ τὰ εὐαγγέλια, καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξαν, τοῦ καὶ τῆς σῆς βασιλείας φρουροῦ, καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου· ἵνα ταύτην κατασχόντες φυλάξωμεν, καὶ φυλάττοντες μέχρι τέλους διατηρήσωμεν. E ἄτοπον γὰρ καὶ ἀθέμιτον ἐφάνη τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων τι μεταλλάσσειν, καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου σου πατρὸς καὶ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐσκεμμένων, ὧν ἡ διδασκαλία τε καὶ τὸ φρόνημα διῆλθε καὶ ἐκηρύχθη εἰς πάσας ἀνθρώπων ἀκοάς τε καὶ

EPISTOLA SYNODICA PER LEGATOS ad Constantium transmissa, hæc est.

Extat apud Athanas. de synod.

DEI jussui, tuoque pio edicto parentes, quæ olim dogmatibus tradita ita esse, ut tradita sunt, nostris suffragiis stabilienda judicavimus. Nam Ariminum ex omnibus ad occidentem positis civitatibus in unum convenimus, ut fides catholicæ ecclesiæ cognosceretur, & qui alterius opinionis essent, manifesti fierent. Ibique post longam deliberationem optima visa est ea fides, quæ hactenus usque a priscis temporibus perduravit; quam & prophetæ, & euangelistæ, & apostoli per dominum nostrum Iesum Christum prædicarunt, qui est tui imperii custos, & tuæ valetudinis defensor. Statutum est igitur, ut eam retinentes coleremus, & colentes usque ad finem conservaremus. Indecens enim & nefarium, aliquid ex recte & juste decretis, & ex Nicææ publice cum illustrissimo principe Constantino patre tuo per accuratam deliberationem constitutis immutare velle; in quibus tanta doctrina est & prudentia, ut ea ubique deprædicata ad omnium aures animosque

ANNO CHRISTI 359.

ANNO CHRISTI 359.

mosque pervenerit, quæ sola hostis & interfectrix Arianæ hæreseos, & per quam non illa sola, sed reliquæ hæreses sublatæ sunt: in qua certe & addere aliquid, temerarium est; & auferre, periculosum: quorum si alterutrum fiat, erit hostibus quidlibet agendi libera facultas.

De damnatione Ursacii & Valentis.

Arque ea de causa Ursacius & Valens, jampridem socii & astipulatores Ariani dogmatis, a nostra communione, sententia data, segregati fuere: quam ut denuo recuperarent, de peccatis suis, in quibus se conscios agnoscebant, pœnitentiam veniamque postularunt, ut eorum syngraphæ testantur: & ob id illis venia gratiaque delictorum facta est. Hæc autem per id temporis facta sunt, cum Mediolani synodus in consessum ibat, præsentibus ibidem Romanæ ecclesiæ presbyteris: fuitque proinde nobis persuasissimum, iniquum esse, cum imperator Constans ab obitu suo dignus omni memoria hanc fidem omni cura & diligentia conscriptam promulgarit, tum demum ex quo ille baptizatus, ex hominibus in requiem sibi debitam translatus est, aliquid novi in ea fide moliri velle, & tot sanctos confessores & martyres hujus placiti scriptores auctoresque contemnere, qui pro veteri lege, rituque ecclesiæ, in ea sententia permansere: quorum fidem Deus per dominum Iesum Christum in tempora tui imperii contulit: per quem ita late regnas, ut etiam nostro orbi imperes.

De inconstantia Ursacii & Valentis.

Verum denuo miseri isti deplorati animi, nefario ausu, impiæ sententiæ sese præcones ostendunt, & omnia veritatis decreta convellere nituntur. Eo enim tempore, quo pro tuo edicto synodus cogebatur, ipsi fraudis suæ consilia denudarunt: conati enim sunt per vafriciem & tumultum, cum sociis istius factionis, Germinio, Auxentio, Caio, contentiones discordiasque seminantibus, novas res facere. Quorum doctrina una eademque omne genus blasphemiarum superat. Ubi autem viderent, non esse ibi homines ejusdem studii, neque illorum pravis sententiis astipularentur, in nostrum consilium se transtulerunt, ut viderentur aliud quippiam scribere: sed ipsi non ita diu postea animum suum ostenderunt. Ne igitur res ecclesiasticæ in easdem molestias cadant, neve turbatio & tumultus denuo omnia involvat & confundat; constanter visum est, olim decreta pro legitimis inconcusse servanda, & istos a nostra communione submovendos esse.

De legatione ad Constantium missa.

Atque ideo legatos nostros ad tuam æquitatem misimus, qui tibi sententiam synodi ex epistola ostenderent: idque legatis nostris ante omnia mandatum est, ut veritatem priscis & justis rerum allegationibus probarent, & tuæ sanctitati ostenderent, quod non, quemadmodum Ursacius & Valens inquiunt, pax futura sit, si aliqua ex rebus justis subvertantur. Nam quomodo pacifice agere poterunt, qui pacem tollunt; sed potius inde contentionem turbationemque tum reliquis civitatibus, tum Romanæ urbi oborituras esse. Quapropter suppli-

A διανοίας· ἥτις ἀντίπαλος μόνη καὶ ὀλετὴρ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ὑπῆρξε· δι' ἧς οὐ μόνον αὐτή, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καθῃρέθησαν· ἐν ᾗ ὄντως καὶ τὸ προσθεῖναί τι σφαλερόν, καὶ τὸ σφαλέσθαι ἐπικίνδυνον ὑπάρχει. ὡς εἴπερ καὶ θάτερον γένοιτο, ἔσται τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια τοῦ ποιεῖν ἅπερ βούλοιντο. ὅθεν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης ἐπειδὴ ἔκπαλαι μέτοχοί τε καὶ σύμφρονες τοῦ ἀρειανικοῦ δόγματος ἦσαν καθεστηκότες, καὶ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες ἀπεφάνθησαν· ἧς ἵνα μετάσχωσιν, ἐφ' οἷς ἑαυτοῖς συνεγνώκεισαν πλημμελήσαντες, μετανοίας τε καὶ συγγνώμης ἠξίουν τυ-

B χεῖν, ὡς καὶ τὰ ἔγγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ, δι' ὧν ἁπάντων φειδὼ γεγένηται, καὶ τῶν ἐγκλημάτων συγγνώμη. ἦν δὲ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν Μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο. συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας. ἐγνωκότες δὲ ἅμα καὶ τὸν μετὰ τὴν τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον, μετὰ πάσης ἀκριβείας, καὶ ἐξετάσεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα. ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθείς, καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον ἐνομίσαμεν εἶναι μετ' ἐκεῖνον τι καινοτομεῖν, καὶ τοσούτους ἁγίους ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας, τοὺς καὶ τοῦ δὲ τοῦ δόγματος συγγραφεῖς τε καὶ εὑρέτας ὑπεριδεῖν. οἵτινες κατὰ τὸν παλαιὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας θεσμόν, ἅπαντα φρονοῦντες διαμεμενήκασιν. ὧν ὁ Θεὸς τὴν πίστιν καὶ εἰς τοὺς σοὺς χρόνους τῆς βασιλείας μετέδωκε, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι καὶ τὸ βασιλεύειν οὕτως ὑπῆρξεν, ὡς καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης κρατεῖν. πάλιν γοῦν οἱ ἄθλιοι καὶ οἰκτροὶ τῷ φρονήματι, ἀθεμίτῳ φρονήματι τῆς δυσσεβοῦς φρονήσεως, κήρυκας ἑαυτοὺς ἀνήγγειλαν, καὶ ἐπιχειροῦσιν ἀνατρέπειν πᾶν τὸ τῆς ἀληθείας σύνταγμα. ὡς γὰρ κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, κἀκεῖνοι τῆς ἰδίας ἀπάτης ἐγύμνουν τὴν σκέψιν. ἐπεχείρουν γὰρ πανουργίᾳ τινὶ καὶ ταραχῇ προσφέροντές τι καινοτομεῖν τῆς τοιαύτης ἑταιρείας τοὺς συναλισκομένους, εὑρόντες Γερμίνιον Αὐξέντιον καὶ Γάϊον, τοὺς τὴν ἔριν, καὶ διχοστασίαν ἐμποιοῦντας. ὧν ἡ διδασκαλία μία μὲν οὖσα, πᾶν πλῆθος βλασφημιῶν ὑπερβέβηκεν. ὡς δὲ συνεῖδον οὐχὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ὄντας, οὔτε ὁμογνωμονοῦντας ἐφ' οἷς κακῶς ἐφρόνουν, εἰς τὸ συμβούλιον ἡμῶν μετήγαγον ἑαυτούς, ὡς δοκεῖν ἕτερον γράφειν. ἦν δὲ ὁ καιρὸς βραχύς, ὁ καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν ἐξελέγχων. ἵνα μὴ οὖν μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας περιπίπτῃ, καὶ ταραχὴ καὶ θόρυβος κυλινδούμενος ἅπαντα συγχέῃ, βέβαιον ἐφάνη τὰ πάλαι ὡρισμένα, ἔμμονα καὶ ἀμετακίνητα διαφυλάττειν. τοὺς δὲ προειρημένους, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποκεχωρίσθαι. δι' ἣν αἰτίαν, τοὺς ἀναδιδάξαντας πρέσβεις πρὸς τὴν σὴν ἐπιείκειαν ἀπεστάλκαμεν, τὴν γνώμην τῆς συνόδου, διὰ τῆς ἐπιστολῆς μηνύσοντας. τοῖς γε πρεσβεύουσι, πρό γε πάντων τοῦτο παρακελευόμεθα τὴν ἀλήθειαν πιστώσασθαι, ἐκ τῶν πάλαι ἀρχαίων καὶ δικαίων ὁρμωμένους, οἳ καὶ τὴν σὴν ἀναδείξουσιν ὁσιότητα, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἔφησαν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης, ἔσται εἰρήνη, εἴπερ τι τῶν δικαίων ἀνατραπείη. πῶς γὰρ εἰρήνην τε οἷόν τε ἄγειν, τοὺς τὴν εἰρήνην καταλύοντας. μᾶλλον γὰρ ἔρις καὶ ταραχὴ ἐκ τούτων σὺν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι, καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γενήσεται. διὸ δὴ καὶ

ἱκετεύομεν

ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἐπιείκειαν, ἵνα προσηνέσιν A ἀκοαῖς, καὶ γαληναίῳ βλέμματι τὰ τῆς ἡμετέρας πρεσβείας ἀθρήσειας· μή τε πρὸς ὕβριν τῶν τετελευτηκότων καινόν τι μεταλλάττειν ἐπιτρέψας, ἀλλ' ἐάσεις ἡμᾶς ἐμμένειν τοῖς παρὰ τῶν προγόνων ὁρισθεῖσί τε, καὶ νενομοθετημένοις. οὓς ἅπαντα μετ' ἀγχινοίας τε καὶ φρονήσεως, καὶ πνεύματος ἁγίου πεποιηκέναι φήσαιμεν ἄν. τὰ γὰρ νῦν παρ' ἐκείνων καινοτομούμενα, τοῖς μὲν πιστεύουσιν, ἀπιστίαν ἐμποιεῖ. τοῖς δὲ ἀπιστήσασιν, ὠμότητα. ἱκετεύομεν δὲ ἔτι ἵνα κελεύσῃς τοὺς ἐπισκόπους, τοὺς ἐν ταῖς ἀλλοδαπαῖς διατρίβοντας, οὓς καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἐπίπονον, καὶ τὸ τῆς πενίας B ἐνδεὲς τρύχει, τὴν εἰς τὴν οἰκίαν ἀνακομιδὴν ποιήσασθαι ῥᾳδίαν. ἵνα μὴ ἔρημοι τῶν ἐπισκόπων ἀφωρισμένων αἱ ἐκκλησίαι διαμένωσιν. ἔτι δὲ πρὸς ἅπασι καὶ τοῦτο δεόμεθα, ἵνα μή τε ἐλλείπῃ τι τῶν πρότερον παρ' αὐτῶν, μή τε πλεονάζῃ, ἀλλὰ πάντα ἄρρηκτα διαμένῃ ἐκ τῆς τοῦ σοῦ πατρὸς εὐσεβείας, καὶ εἰς τὸν νῦν χρόνον διαφυλαττόμενα. μήτε λοιπὸν ἡμᾶς μοχθεῖν· καὶ ἐκτὸς τῶν ἰδίων παροικιῶν ἀλλοτρίους ἐπιτρέψας γίνεσθαι, ἀλλ' ἵνα οἱ ἐπίσκοποι σὺν τοῖς ἰδίοις λαοῖς, μετ' εἰρήνης εἰς εὐχάς τε καὶ λατρείας σχολὴν ἄγοιεν ἱκετεύοντες ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας καὶ βασιλείας καὶ εἰρήνης, ἣν ἡ θειότης σοι εἰς τὸ διηνεκὲς χαριεῖται. οἱ δὲ ἡμέτεροι πρέσβεις τὰς ὑπογραφὰς, καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων προσηγορίας κομίζουσιν, οἵ τινες καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν, τὴν σὴν ἀναδιδάξουσι θειότητα.

camus tuæ humanitati, ut benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis, neque ad contumeliam mortuorum aliquid novi induci permittas; sed nos sinas in institutis decretisque majorum permanere, quos magno ingenio, prudentia, & Spiritu sancto omnia fecisse asseveravimus. Certe res novæ quas isti moliuntur, credentibus incredulitatem, incredulis credulitatem inducunt.

Anno Christi 359.

Iterum te nostris supplicationibus convenimus, ut jubeas episcopos peregre commorantes, quos & gravitas ætatis & paupertas affligit, quam facillime in patriam deduci; ne ecclesiæ, absentibus episcopis, desertæ relinquantur. Id quoque nostris precibus addimus, quo nihil desit rerum priscarum, nihilque exuberet, sed omnia firma maneant, usque a temporibus beati patris tui in hodiernum diem observata; ne nos posthac vexari, & a nostris diœcesibus segregari permittas; sed ut episcopi cum suis populis pacem ad preces cultusque divinos & otium habeant, orantes pro tuo imperio, salute, & pace, quam tibi in perpetuum divinitas largiatur. Nostri porro legati subscriptiones, salutationesque episcoporum afferunt, qui tuam sanctitatem de hac causa ex ipsis sacris literis edocebunt.

Episcopi petunt missionem.

EPISTOLA CONSTANTII AD CONCILIUM ARIMINENSE,

Qua episcopos Arimini suum ab expeditione barbarica reditum expectare jubet.

Constantius victor & triumphator Augustus, omnibus episcopis, qui sunt Arimini coacti, salutem.

QUAMQUAM vestræ sanctitati minime obscurum est, nos maximam curam divinæ & venerandæ religionis Christi semper habuisse: tamen viginti episcopos, quos vestra prudentia ad legationem vestram obeundam misistis, hoc tempore ad nostrum conspectum admittendi, otium non erat. nam expeditio, quam contra barbaros in præsentia suscipimus, nos districtos tenet: & par est (uti nostis) ut ei, qui sit sacrosanctæ religionis negotia tractaturus, animus ab omni cura & perturbatione liber sit. Proinde episcopis mandavimus, ut Hadrianopoli nostrum reditum expectent: uti, cum ea quæ ad rempublicam pertinent, rite procurata fuerint; illa deinceps, quæ sint nobis propositurí, diligenter audire expendereque possimus. Vestræ autem gravitati interea ne molestum sit eorum reversionem expectare; ut cum redierint, nostraque retulerint ad vos responsa, illa quæ sint ex usu ecclesiæ catholicæ futura, possitis ad exitum perducere.

** ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΥ πρὸς τὴν σύνοδον.

Κωνστάντιος, νικητὴς καὶ θριαμβευτὴς, Αὔγουστος, πᾶσι τοῖς ἐν Ἀριμίνῳ ἐπισκόποις συνελθοῦσιν.

ΑΕΙ προηγουμένην ἔχειν ἡμᾶς φροντίδα, περὶ τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ νόμου οὐδὲ ἡ ὑμετέρα χρηστότης ἀγνοεῖ. ἀλλὰ νῦν τοὺς ἀπὸ τῆς συνέσεως ὑμῶν ἀποσταλέντας εἴκοσι ἐπισκόπους ἀναδεξαμένους τὴν παρ' ὑμῶν πρεσβείαν, τέως οὐκ ἠδυνήθημεν ἰδεῖν. ἀναγκαία γὰρ ἡμῖν ἡ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὁδός. καὶ ὡς οἴδατε, πρέπει τὴν ψυχὴν καθαρὰν οὖσαν ἀπὸ πάσης φροντίδος, τὰ περὶ τοῦ θείου νόμου γυμνάζειν. τοιγαροῦν τοὺς ἐπισκόπους ἐκελεύσαμεν ἐν τῇ Ἀδριανοῦ πόλει, ἐκδέξασθαι τὴν ἡμετέραν ἐπάνοδον. ἵν' ἐπειδὰν πάντα καλῶς διατεθῇ τὰ δημόσια, τότε λοιπὸν ὅπερ ὑποβάλλουσιν ἀκοῦσαι, καὶ δοκιμάσαι δυνηθῶμεν. τῇ μέντοι στερρότητι ὑμῶν μὴ βαρὺ φανέσθω, ὥστε ἐκδέξασθαι τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον· ἵν' ἐπειδὰν ἐπανέλθωσι κομίζοντες ὑμῖν τὰς ἡμετέρας ἀποκρίσεις, δυνηθῆτε εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὰ πρὸς τὴν λυσιτέλειαν ἀνήκοντα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

EPISTOLA SYNODI ARIMINENSIS AD CONSTANTIUM,

Qua petivit veniam Arimino discedendi ante hiemis asperitatem.

TUÆ clementiæ literas accepimus, imperator sanctissime, ex quibus didicimus, tibi, propter necessaria reipublicæ negotia, eo tempore non satis suppetivisse otii legatos nostros in conspectum tuum admittendi, nobisque in mandatis dare, ut illorum reditum usque eo expectemus, quoad tua prudentia intellexerit ea, quæ sunt a nobis convenienter majorum nostrorum institutis decisa decretaque. Ceterum jam per hasce literas confitemur, tibique confirmamus, nos a nostro proposito & sententia nequaquam discessuros: legatis etiam nostris idem imperavimus. Quamobrem rogamus te, ut,

Extat apud Socr. lib. 2. cap 29.

Anno Christi 359.

placido vultu literas hasce, a nostra modestia ad te perscriptas, legendas cures: quinetiam ea, quæ nostris legatis obeunda imposuimus, æqui bonique consulas. Illud præterea tua benignitas ista nobiscum intelligit, quam tristis & acerba res sit, tot ecclesias, in tuis istis beatissimis temporibus, episcopis suis destitutas esse: & propterea tuam clementiam iterum obtestamur, imperator augustissime, ut ante hiemis asperitatem (modo tuæ pietati ita visum fuerit) nobis ad nostras ecclesias revertendi facias potestatem, quo possimus Deo Patri omnipotenti, & domino ac salvatori nostro Christo Filio ejus unigenito, pro tuo regno consuetas preces cum populo fundere, sicut & ante semper fecimus, & adhuc facere non desistimus.

Τὰ γράμματα τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἐδεξάμεθα, κύριε θεοφιλέστατε βασιλεῦ, τὰ περιέχοντα διὰ τὴν τῶν δημοσίων ἀνάγκην, τέως μὴ δεδυνῆσθαί σε τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις θεωρῆσαι. ἡμᾶς δὲ κελεύεις ἐκδέξασθαι τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον ἕως ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα ἀκολούθως τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐπιγνῷ παρ' αὐτῶν ἡ σὴ εὐλάβεια. ἀλλὰ καὶ νῦν διὰ τούτων τῶν γραμμάτων ὁμολογοῦμεν καὶ διαβεβαιούμεθα, μηδαμῶς ἡμᾶς ἀναχωρεῖν τῆς ἡμετέρας προθέσεως. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἡμῶν ἐνετειλάμεθα. ἀξιοῦμεν τοίνυν ὅπως γαληναίῳ τῷ προσώπῳ, τά τε νῦν γράμματα τῆς ἡμετέρας μετριότητος κελεύσῃς ἀναγνωσθῆναι. ἀλλὰ γὰρ κἀκεῖνα ἃ διὰ τῶν πρέσβεων ἡμῶν ἐνετειλάμεθα ἡδέως ὑποδέξαι. ἐκεῖνο μέντοι συνορᾷ μεθ' ἡμῶν καὶ ἡ σὴ ἡμερότης, ὅση νῦν ἐστὶ λύπη καὶ κατήφεια, ὅτι ἐν τοῖς σοῖς μακαριωτάτοις καιροῖς, τοσαῦται ἐκκλησίαι χωρὶς ἐπισκόπων εἰσί. καὶ διὰ τοῦτο πάλιν τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἀξιοῦμεν, κύριε θεοφιλέστατε βασιλεῦ, ὅπως πρὸ τῆς τραχύτητος τῶν χειμώνων, εἴπερ ἀρέσκει τῇ σῇ εὐσεβείᾳ, κελεύσεις ἡμᾶς εἰς τὰς ἡμετέρας ἐκκλησίας ἐπανελθεῖν, ὑπὲρ τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς τῷ παντοκράτορι Θεῷ καὶ τῷ δεσπότῃ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ, τῷ υἱῷ αὐτοῦ τῷ μονογενεῖ, ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας, τὰς ἐθίμους εὐχὰς μετὰ τῶν λαῶν ἀποπληροῦν, καθὼς καὶ ἀεὶ ἐπετελέσαμεν καὶ νῦν εὐχόμενοι.

ARIMINENSE CONCILIABVLVM.

Causa conciliabuli & acta.

Cvm utriusque partis legati ad comitatum venissent, explicaturi quid Arimini definitum aut gestum esset, Ariani catholicis præventis, concilium falso insimulare cœperunt. Imperator vero graviter propterea commotus, quod formulam fidei, quæ se præsente Sirmii confirmata fuisset, rejecissent, legatos catholicos contempsit, eosque longa mora fatigatos neglexit, jubens eos Hadrianopoli, episcopos ceteros Arimini per hiemem expectare, donec ab expeditione, quam contra barbaros parabat, reverteretur. Interea Ariani episcopi, qui Nicææ Thraciæ jussu imperatoris novam fidei formulam ex ejusdem Constantii sententia sub Nicæno nomine vulgatam ediderunt; & ad perfidiam hanc subscriptione sua approbandam, non tantum legatos Hadrianopoli, & episcopos reliquos Arimini detentos, verum etiam præter Liberium pontificem, Servatium Tungrensem, aliosque 18. episcopos fortiter resistentes, omnes pene totius orbis antistites metu exilii & tormentorum per vim induxerunt: adeo, quod auctore Hieronymo dialog. contra Lucif. *totus pene orbis Arianum se esse miratus tunc vere ingemuerit.* Hæc Arimini post legitimam synodum multis ante mensibus absolutam contigerunt, in illo Arianorum conventu, quo nomine consubstantialitatis abdicato, Christus ex prava Arianorum consequentia creatura asserebatur: quo Liberius recusans subscribere per Valentem ab urbe relegatus est: quo denique Gaudentius Ariminensis episcopus per milites fustibus & lapidibus appetitus, glorioso martyrio occubuit. Hunc conventum illi veram Ariminensem synodum nominarunt, summisque præconiis extulerunt, ut ejusdem nominis concilium orthodoxorum & legitimum vel abolerent, vel saltem, quod etiam tempore Sardicensis concilii fecerant, ejus gloriam obscurarent. Sozom. l. 4. c. 22. de Ariminensi reprobata synodo loquens, ait: *Constantius dat mandatum episcopis, ut fidei formulæ in concilio Ariminensi editæ consentirent. Et quamquam se pararet postridie ad pompam celebrandam, quæ more Romano Kalendis Ianuarii in creandis coss. fieri solet; tamen totum illum diem & magnam partem noctis sequentis consumere decrevit, quoad episcopi, qui Seleucia illo venerant, formulæ fidei ex concilio Ariminensi illatæ subscriberent,* &c. Rescriptum illud lib. 4. de fide catholica Cod. Theod. quod Ariani per Iustinam Augustam a Valentin. extorserunt, sic habet: *damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus divæ memoriæ Constantii sacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano, expositaque fide ab iis ipsis qui dissentire noscuntur, Ariminensi concilio, Constantinopoli etiam confirmata in æternum mansura decreta sunt.* Verum de eodem conciliabulo Ariminensi scribens Athanasius epist. ad Africanos ait: *Quis non odio habeat illos, qui, quæ patrum sunt* (statuta legitimi Ariminensis concilii) *abrogant, recentiora vero Arimini per vim & metum extorta anteponunt?* Ambros. epist. 33. ad Valentium de hac synagoga diaboli suum ferens judicium, hæc scribit: *Cum iis plane bene convenit Ariano, qui Christum creaturam dicit, quod etiam gentiles atque Iudæi promptissime confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi synodo, meritoque concilium illud exhorreo, sequens tamen tractatum concilii Nicæni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare.* Vide Baron. anno 359. num. 27. 32. & seqq.

Gaudentius martyr laureatus confertur.

ACTA QVÆDAM, CVM EPISTOLA synodica hujus conciliabuli.

Gesta ubi prævaricati sunt episcopi legati a fide vera, incipiunt. Eusebio & Hypatio coss. sexto Idus Octobris.

Dvm consedissent episcopi mansionis Nicææ, quæ antehac Vstodizo vocabatur, in provincia Thracia, Restitutus, Gregorius, Honoratus, ' Athenius, Linus, Iustinus, Priscus, Primus, Taurinus, Lucius, Mustacius, Vrbanus, Honoratus, Solutor. Restitutus episcopus Carthaginis dixit: Scit prudentia vestra, consacerdotes sanctissimi, quod cum apud Ariminum de fide tractatus haberetur, contentio sic dissidium fecerat, ut de sacerdotibus

doribus Dei, immittente diabolo, discordia exierit, atque exinde factum fuerit, ut in fratres nostros ego Restitutus & pars episcoporum, quæ sequebatur Vrsacium, Valentem, Germinium & Caium, quasi in auctores mali intellectus sententiam promereremus, id est, ut a nostra communione segregarentur. Sed quia in cominus positi universa tractavimus, & universa discussimus; invenimusque quod nulli displicere debeat, idest, fidem in his catholicam, juxta professionem suam, cui & nos subscripsimus omnes, neque unquam hæreticos fuisse. Et ideo quia pacis concordia apud Deum res est maxima, placuit ut communi consensu nostro omnia quæ apud Ariminum tractata sunt, in irritum deducantur, & communio eorum, Deo favente, integra conveniret, nec quisquam in ' dissidium remaneat, quod eos aut maculare possit aut debeat. Et ideo, ut dixi, quia præsentes sumus, unusquisque debet dicere, an dictum sit, quod prosecutus sum, & manu sua subscribere. Ab universis episcopis dictum est: Placet: & subscripserunt.

Quæ sit autem fidei confessio, cui postea subscripserunt, quam etiam Valens secum in Ariminum pertulit, ex sequenti scripto recognoscis.

Incipit exemplum fidei epistolæ missæ ad Constantium imperatorem a perfidis episcopis.

Domino merito gloriosissimo, victoriosissimo Augusto Constantio synodus Ariminensis orientalibus consentiens, id est, *Migdonius, Megasius, Valens, Epictetus, & ceteri qui hæresi consenserunt.*

Inlustrati pietatis tuæ scriptis, maximas Deo retulimus & referimus gratias, quod nos beaveris, intimans nobis illa, quæ cum discursione pietatis tuæ facere deberemus; Ne quis Vsiæ, vel Homousii nomina ecclesiæ Dei ignota aliquando nominet, quod scandalum inter fratres facere solet; plurimum gratulati sumus, quia id quod tenebamus, recognovimus. O nos beatos quibus occurrit tanta felicitas, ut cognitione tuæ pietatis ceteri qui hæc nomina pro Deo & Dei Filio assumere solent, modum acceperint revicti. Nos igitur reddentes obsequium clementiæ tuæ, quod coram veritatis status eluxit, quæ quod nesciat vinci, & obtinuit victoriam, ut indignum Deo nomen, quod nusquam in legibus sanctis scriptum est, jam a nullo dicatur. Vnde oramus pietatem tuam, quoniam in eo loco, ubi synodus gesta est, unde responsum per nostros legatos dedimus, adhuc detinemur: jubeat nos qui integram in orientalibus doctrinam retinemus, jam ad nostras plebes dimitti, ut ex hac parte appareant amatores veritatis, qui in Deo non mutant nomen, nec cum eis qui perversa doctrina infecti sunt, diutius nos qui veritatem catholicam tenemus, detineamur.

Vnde impense oramus, domine, pietatem tuam ante Deum Patrem & dominum nostrum Iesum Christum Deum & Dei filium, facias nos qui subscripsimus sanæ doctrinæ, recedentes ab Vsiæ nomine, te imperante, & jubeas nos ad nostras plebes dimitti, ut lætetur ecclesia, quæ immutare nomina Dei & Filii ejus non admittit in totum imperio tuæ virtutis & gloriæ, cui tantum divinitas contulit, ut appareat * dicationis sacrilegis: jam Vsiæ & Homousii nomina recedant, quæ in divinis scripturis de Deo & Dei Filio non inveniuntur

A scripta: Subveni, pie imperator, Dei summi cultoribus: Subveni eis, qui per Christum Dei Filium, Deum Patrem omnipotentem orant: Subveni eis, qui judicio tuo ' devoti offerunt omnes, qui nesciunt colere nisi Deum Patrem, per dominum nostrum Iesum Christum gloriæ ejus Filium. Et præcipe, domine imperator, ad nostras nos plebes remeare, datis literis * ad " hunc præfectum prætorii Taurum, quia & nos in prædicatione nominis Dei orientalibus, & tuæ dispositioni plenum ' reddidimus obsequium ' inhære in qua semper tenuimus, jam ad nostras plebes redire debemus. De hac autem re ad ' archiepiscopos nostros orientales literas dedimus, ut sciant hoc semper tenuisse, B & in fide catholica cum ipsis permanere. ' Domini pietas gloriosissimum te semper & ubique per omnia faciat vindicem, domine piissime imperator.

ANNO CHRISTI 359.

' devotas offerunt aures

" V. C. id est virum clarissimum

' reddimus

' in hac re

' coepiscopos

' Divina

[a] SELEVCIENSE CONCILIABVLVM,

In quo a Semiarianis Acaciani damnantur.

[a] *Seleuciense conciliabulum.*] Seleuciæ, quæ est urbs Isauriæ, alias Aspera nominata, & in oriente sita, celebrata est synodus, eodem tempore, quo Arimini in occidente. In qua circiter centum sexaginta episcopi convenerunt, partim Acaciani, id est, Aetianorum consortes, C Christum omnis cum Patre substantiæ expertem impie tradentes: partim Semiariani, divinæ cum Patre substantiæ suo quodam sensu assertores. Ad eamdem etiam sanctus Hilarius Pictaviensis episcopus, jam quartum annum agens in exilio in Phrygia, divino plane consilio evocatus fuit. Missi sunt ab imperatore duo comites, qui synodo interessent. Antequam in consessum iretur, Hilarii fides (quem sicut omnes alios consubstantialitatis assertores catholicos, Sabellianum nominaverant) explorata fuit. Deinde quatuor dierum sessionibus quatuor, Semiariani formulam fidei in encæniis Antiochiæ constitutam, retinendam esse ac subD scribendam definierunt. Acaciani vero contra eam urgebant, a qua voces *substantiæ* ac *consubstantialitatis*, tamquam a scripturis alienæ abessent. Qua ratione cum prædicto tempore de fide contendissent, tandem a Semiarianis Acaciani vel Ariani condemnati fuerunt. Absentibus a synodo excommunicatis, reliquos omnes Arianos sedibus suis abdicarunt. Damnati ad imperatorem Constantinopolim reversum appellarunt, novamque synodum ibidem congregari pro voto impetrarunt. De qua vide notas sequentis conciliabuli. " Hæc ex Socrate lib. 2. cap. 31. & 32. Athanasio de synodis, Severo l. 1. Baron. anno 359. num. 61. & seqq.

Causa & tempus conciliabuli.

Numerus episcoporum.

Acta conciliabuli.

" Consulendus quoque S. Epiphanius hær. 73. ut pluribus dicemus alias. Ibi enim refert formulam seu expositionem fidei a 43. episcopis maximam saltem partem Semiarianis subscriptam.

E

[a] CONSTANTINOPOLITANVM CONCILIABVLVM,

In quo nova fidei formula promulgata, Semiariani ab Acacianis & Arianis condemnantur.

[a] *Constantinopolitanum conciliabulum.*] Hæc pseudosynodus celebrata est Constantinopoli præsente Constantio, eo tempore, quo episcopi Arimini congregati, illic adhuc licet inviti detinebantur: nova enim illa fidei professio Constantinopoli scripta, teste Athanasio de synodis, missa est ad eos, qui Arimini convenerant, ut eidē omnes vel subscriberent, vel in exiliū relegarentur. Convocati sunt ex proxima tantū provincia, ut

Locus & tempus conciliabuli.

ANNO CHRISTI 359

Numerus episcoporum.

ut tradit Socrates lib. 2. cap. 33. episcopi Bithyniæ, numero quinquaginta. Novam eamque nonam à Nicæno concilio fidei professionem ediderunt; in qua non modo vox substantiæ, sed etiam hypostasis vel subsistentiæ impie abolita fuit. Quâ cum Semiariani detestarentur, mutua illis gratia vicissim reddita, eosdem condemnarunt, sedibusque privatos in exilium ablegarunt. Vt viderentur catholici, suæ hæreseos auctorem Aetium condemnarunt, ut scilicet, Deo id ita volente, suoipsius judicio condemnati, excusationis prætextum nullum haberent. Quod Silvanus & Eleusius Semiariani vocis consubstantialis inimici, eo tempore quo Acaciana impietas invalescebat, defensores facti fuerint, eamque teste Theodoret. lib. 2. cap. 27. ad sui relegationem usque contra Arianos propugnaverint, prope miraculum esse arbitramur. Tanta enim est veritas orthodoxæ fidei, ut quandoque inimici nostri judices sint æquissimi. Interea dum hæc agerentur, Arimino alia fidei formula Constantinopolim affertur, cui omnes episcopi etiam orientales Seleuciensis synodi jussu Constantii subscripserunt, adeo ut iidem episcopi eodem prope tempore duplici fidei diversæ, Constantinopolitanæ & Ariminensi, subscripserint. Harum alteram in oriente, alteram in occidente imperator observari voluit. Hæc latius apud Socratem, Sozom. Theod. & Baron. anno 359. num. 79. & seqq.

Semiariani hæreseos suæ actoré Aetium & Arianos damnant.

EPISTOLA SYNODICA DE AETII damnatione ad Georgium Alexandriæ episcopum.

Sanctum Constantinopoli convocatum concilium domino honoratissimo episcopo Alexandriæ Georgio salutem.

Extat apud Theod. lib. 2. cap. 28. & Bar. n 90.

QUOD Aetius ob nefaria sua scripta, eaque σκανδάλων, id est, offendiculis referta, a concilio condemnatus sit, in ipso certe episcopi aliud nihil, quam quod canones ecclesiæ postulabant, effecerunt. Nam primum abdicatus est diaconatu, deinde ecclesia exclusus: postremo adhortationes adhibitæ, ne quisquam sceleratas ejus legeret epistolas, sed ab omnibus propterea abjicerentur, quod inanitatis nonnihil & damni complexæ sunt. His accedit, quod illi, & iis qui in eadem opinione ac sententia cum eo perseverant, anathema denuntiamus. Atque consentaneum sane erat, ut omnes episcopi, qui in hoc concilio convenerant, communi consensu eum ut auctorem offendiculorum, turbarum, schismatum, tumultuosi sermonis per orbem terrarum grassantis, & mutuæ denique in ecclesiis seditionis, execrarentur, unoque ore de sententia contra eum pronuntiata concordarent.

De Aetii damnationis causa, & sociorum.

Attamen contra vota nostra, contraque omnem expectationem, Seras, Stephanus, Heliodorus, Theophilus, ac eorum socii, neque nostris sunt suffragati sententiis, neque suffragiis de eo latis subscribere voluerunt. Idque cum Seras ipse aliud etiam arrogans facinus & plenum insaniæ prædicto Aetio criminis loco objectaret; eum nimirum temeraria audacia elatum affirmasse, Deum sibi revelasse ea, quæ ab apostolorum temporibus hactenus occultaverat. Post quæ insana & insolentia verba a Sera de Aetio pro testimonio citata, illi, quos supra posuimus, ne precibus quidem adduci persuaderique poterant, ut in judicio de illo ferendo nobis suffragerentur. Nos autem patientibus animis, eorum causa, ad prolixum temporis spatium ferre sententiam distulimus, nunc indignando, nunc adhortando, increpando interdum, aliquando obnixe orando, ut nobiscum convenirent, consentientemque toti concilio sententiam pronuntiarent. Itaque expectavimus diu, si forte nos audire, si intelligere, side nique cedere vellent.

Datum tépus resipiscendi.

Verum ubi longo tempore expectando, nullo modo eos ad nostris de Aetio sententiis obsequendum inducere poteramus; canonem ecclesiæ eorum amicitiæ anteponendum arbitrati,

** Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ Κωνσταντίνου πόλει συνελθοῦσα κυρίῳ τιμιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρείας Γεωργίῳ χαίρειν.

ΤΗΣ ἐπ' Ἀετίῳ γενομένης καταγνώσεως ὑπὸ τῆς συνόδου διὰ τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ καὶ σκανδάλων γεμούσας λογογραφίας, τὸ μὲν ἀκόλουθον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσιν ἐπ' αὐτοῦ παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπράχθη. καθῃρέθη γὰρ τῆς διακονίας, καὶ ἠλλοτριώθη τῆς ἐκκλησίας, καὶ παραινέσεις παρ' ἡμῶν παρηκολούθησαν, μήτε εἰς ἀνάγνωσιν ἔρχεσθαι τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ ἐπιστολὰς, ῥιπτάζεσθαι δὲ αὐτὰς διὰ τὸ ἄχρηστον καὶ ἀνωφελές. προσετίθεμεν δὲ τούτοις καὶ ἀναθεματίζεσθαι αὐτὸν ἐπιμείναντα τῇ αὐτῇ προθέσει μετὰ τῶν συναιρουμένων αὐτοῦ. τὸ μὲν οὖν ἀκόλουθον ἦν κοινῇ πάντας τοὺς συνελθόντας ἐν τῇ συνόδῳ ἐπισκόπους ἀποστυγεῖν τὸν τῶν σκανδάλων καὶ τῶν ταραχῶν καὶ σχισμάτων αἴτιον καὶ θρύλλου τοῦ κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ στάσεως πρὸς ἀλλήλας τῶν ἐκκλησιῶν, ὁμονοεῖν δὲ πρὸς ἐξενεχθεῖσαν κατ' αὐτοῦ ψῆφον. ἀλλὰ παρ' εὐχὰς ἡμετέρας καὶ παρὰ προσδοκίαν πᾶσαν, Σερρᾶς καὶ Στέφανος, καὶ Ἡλιόδωρος, καὶ Θεόφιλος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, οὐ συνεψηφίσαντο ταῖς ἡμετέραις γνώμαις, οὐδὲ συνυπογράψαι ταῖς περὶ αὐτοῦ ψήφοις ἐξενεχθείσαις ἐβουλήθησαν, καίτοι τοῦ Σερρᾶ καὶ ἄλλην ἀλαζονείαν μανιώδη κατηγοροῦντος τοῦ προειρημένου Ἀετίου. ἔφασκε γὰρ αὐτὸν θρασυτέρᾳ τόλμῃ προπηδῶντα λέγειν, ὅσαπερ ὁ Θεὸς ἀπέκρυψεν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν, ταῦτα ἀποκεκαλύφθαι αὐτῷ διαβεβαιοῦσθαι. καὶ μετὰ τοὺς μανιώδεις καὶ ἀλαζονικοὺς τούτους λόγους ὑπὸ τοῦ Σερρᾶ μεμαρτυρημένους περὶ Ἀετίου, οὐκ ἐδυσωποῦντο, οὐδὲ παρεκαλοῦντο συμψηφίσασθαι πᾶσιν ἡμῖν περὶ αὐτοῦ οἱ προειρημένοι κρίνειν. ὅμως δὲ ἡμεῖς μακροθυμοῦντες ἐπὶ πλείονα χρόνον συμπεριεψηφίσθημεν αὐτοῖς, τὰ μὲν ἀγανακτοῦντες, τὰ δὲ παρακαλοῦντες, τὰ δὲ ἐπιτιμῶντες, τὰ δὲ καὶ δυσωποῦντες συνήκειν αὐτοὺς καὶ σύμφωνα ἀποφήνασθαι τῇ συνόδῳ πάσῃ. προσεκαρτεροῦμεν δὲ ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα συνῶσι καὶ ἐνδῶσιν. ὡς δὲ ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ προσκαρτερήσαντες ἡμεῖς οὐκ ἐδυσωποῦμεν αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ταῖς περὶ τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς ἀποφάσεσι, τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας τιμιώτερον ἡγησάμενοι τῆς φιλίας τῶν ἀνδρῶν, ὡρισάμεθα κατ' αὐτῶν ἀκοινω-

ἀκοινωνησίαν, χρόνον εἰς τοῦτο διδόντες αὐτοῖς μῆνας ὅλους ἓξ πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν, καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν ἑνώσεως καὶ συμφωνίας τῆς πρὸς τὴν σύνοδον· ἐὰν εἴσω τῆς δοθείσης αὐτοῖς προθεσμίας ἐπιστρέψαντες ἕλωνται τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ὁμόνοιαν, καὶ συνθῶνται τοῖς περὶ αὐτοὺς ὁρισθεῖσι, δεκτοὺς αὐτοὺς εἶναι τῆς ἐκκλησίας ἐδοκιμάσαμεν, καὶ ἐν ταῖς συνόδοις καὶ τὴν οἰκείαν παρρησίαν καὶ ἀγάπην πρὸς ἡμᾶς ἀπολαμβάνειν. εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ἀμεταμέλητα τολμῶντες διὰ φιλανθρωπίαν ἀνθρώπων καὶ τῶν κανόνων τῆς ἐκκλησίας ἧττον φροντίσαντες, τότε ἀλλοτρίους αὐτοὺς ἡγούμεθα τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας. καθαίρεσιν δὲ αὐτῶν ὑπομενόντων ἀναγκαῖον εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν ἑτέρους καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἵνα ἡ εὔθεσμος ἐκκλησία τὴν προσήκουσαν τάξιν λαβοῦσα συμφωνῇ πρὸς ἑαυτὴν, τῶν πανταχόθεν ἐπισκόπων τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης φυλαττόντων, διὰ τοῦ λέγειν τὰ αὐτὰ, κατηρτισμένους τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ. ἵνα οὖν γνώσῃς τὰ τῇ συνόδῳ δόξαντα ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀπεστείλαμεν, ἅπερ εὐχόμεθά σε διαφυλάττοντα χάριτι Χριστοῦ εἰρηνικῶς καὶ ἐνθέσμως κυβερνᾷν τὰς ὑπὸ σὲ ἐκκλησίας.

A eos a communione ecclesiæ excludendos decernimus: dato illis ad sententiam mutandam, ad resipiscendum, & ad alacri animo cum concilio concordandum, consentiendumque, sex integrorum mensium spatio. Quod si intra præstitutum diem, mutato consilio, amplecterentur cum patribus concordiam, & decretis ab illis de Aetio sententiis assentirentur; tum non solum ut reciperentur in ecclesiam, verum etiam ut suam in conciliis loquendi libertatem, & mutuam nobiscum caritatem recuperarent, statuimus. Sin autem in proposito susceptoque consilio per hominum facilitatem pertinaciter manerent, & canones ecclesiasticos contemnerent, episcopatus dignitate dimovendos esse. B Quod si depositionem expectaverint, alios in eorum loca episcopos substituendos; uti sacrosancta ecclesia, ad ordinem sibi convenientem redacta, secum ipsa consentiat, vinculo caritatis ab omnibus omnium gentium episcopis eadem dicendo, eademque mente & sententia in unum cohærescendo, firme conservato. Quare ista ad tuam reverentiam scripsimus, ut intelligas decreta concilii, quæ te observantem optamus, per gratiam Christi tuas ecclesias tranquille legitimeque moderari.

ANNO CHRISTI 359.

[a] CONCILIABVLVM ANTIOCHENVM.

Quo ab Arianis Meletius episcopus Antiochenus sede deponitur.

[a] *Conciliabulum Antiochenum.*] Hoc conciliabulum habitum est Antiochiæ anno Constantii, ut testatur in chronic. Hieronymus, 24. qui est Christi 360. Causa habiti concilii ista fuit primaria, ut Acaciani & Ariani declararent Meletium Antiochenum episcopum sede sua juste dejectum, eique Euzoium suæ factionis sectarium impurissimum, æquissimo judicio substitutum esse. Cum enim Meletius, teste Sozom. lib. 4. cap. 27. ab Eudoxianis & Acacianis post aliorum Semiarianorum depositionem in sedem Antiochenam introductus, præter spem & opinionem eorum, Dei nutu ac singulari providentia Nicæni concilii fidem publice tanto zelo & orthodoxæ religionis ardore prædicaret, ut dum ipsius concionantis os, archidiaconus manu obstrueret, digitos ille primo tres, deinde unum proferens, Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate doceret; jussusque ab imperatore recantare palinodiam, recusaret; ejusdem Constantii imperatoris mandato depositus, in exilium contra pacta assecurationis data, & apud Eusebium Samosatenum velut sequestrum deposita, ejectus fuit. Ariani itaque metuentes ne decreti illius conscripti testimonio coarguerentur, persuadent Constantio, ut per nuntium ab Eusebio decretum reddat. Ad quod faciendum cum ille neque verbis, neque minis ab imperatore indu- ci potuisset, respondissetque se commune decretum communi consensu acceptum nunquam redditurum, nisi omnes, qui suæ fidei illud commiserunt, in unum convenirent. Hac itaque occasione Acaciani Antiochiæ convenientes, approbata Meletii injusta depositione ac relegatione, novam rursus fidem, eamque omnium deterrimam, Constantio & Acacio auctoribus C condiderunt, qua Filium Patri substantia & voluntate dissimilem, atque ex nihilo ortum esse statuerunt, sicut Ario ab initio placuerat. *Acaciani vero* (inquit Sozom. lib. 4. cap. 28.) *adhuc quiescere non poterant; sed Antiochiæ rursus in unum cum paucis quibusdam congregati, decreta quæ ipsi sanciverant, simulabant, statuebantque nomen, Simile, ex formula Arimini & Constantinopoli perlecta, eximendum esse: & Filium Patri tum substantia, tum voluntate dissimilem esse; & ex nihilo ortum, sicut Ario jam ab initio placuerat, docebant. Quibus fuere subsidio sectatores Aetii, qui primus post Arium his nominibus palam ausus est uti. Vnde factum est, ut tum ipse* D *ἄθεος, id est, aversus a Deo, tum ejus doctrinæ approbatores Anomiani & Exucontii, id est, Filium Patri dissimilem, & ex nihilo ortum statuentes appellarentur.* Hæc Sozom. Hic tandem finis magnæ tragœdiæ, ab Arianis post Nicænum concilium per triginta & amplius annorum spatia confectæ: cujus tot fuerunt actus, quot celebrata concilia. Quorum ultimo funestum illud, quod primum in eorum animis insedit, Dei Filium (proh scelus) substantia & voluntate Patri esse dissimilem, infeliciter conclusum est. Nam eo tempore, quo Constantius Filio Dei divinitatem ademit, non sine prodigio eidem E imperium abripitur; cum in Gallis Iulianus a militibus alias acclamatus imperator eligitur, & quantumlibet invitus imperare cogitur. Anno enim sequenti procul omni dubio Constantius cum orientali imperio vita exutus fuisset, nisi eum mors citior confecisset. Hæc ex Theodor. Epiph. Sozom. & Ammiano. Baron. anno 360. num. 45. & seqq.

Constātio, quo tempore is divinitatem Christo adimit, imperium abripitur.

[a] CONCIL. ALEXANDRINVM

ANNO CHRISTI 362.

DE LAPSIS RECIPIENDIS, &c.

Sub Liberio, approbatum.

[a] *Concilium Alexandrinum.*] Cum post occisum Georgium Cappadocem Alexandrinæ sedis invasorem,

ANNO CHRISTI 362

A invasorem, Athanasius a tertio exilio & quinquennalibus latebris, anno Iuliani secundo, qui est Christi 362. Alexandriam reversus, magnoque omnium gaudio & applausu exceptus fuisset, hortatu & auctoritate Liberii pontificis concilium indixit, tum ut ecclesiam suam ab Arianæ hæreseos inquinamentis ac sordibus expurget; tum ut inter eos qui diffidebant, pacem conciliet, atque tyrannide oppressos liberet, adeoque statum catholicæ ecclesiæ dira multorum annorum persecutione collapsum restituat atque reformet. Pontificis legatione functuri, Eusebius Vercellensis & Lucifer Calaritanus episcopi præsto fuerunt, quod partim ex epistola Athanasii ad Liberium, partim ex rebus ab utroque gestis colligitur. Cum his Ægypti aliarumque ecclesiarum episcopi, quorum nomina synodali epistolæ infra positæ subscripta habentur, ad concilium convocati convenerunt, eo libentius, ut simul reducem ab exilio Athanasium inviserent. Exemplo Antiocheni & Nicæni concilii, Paulum Samosatenum, aliosque episcopos ad pœnitentiam citra pristinæ dignitatis jacturam admittentium, magna etiam consilii maturitate a patribus in hac synodo constitutum fuit: Primo ut episcopi per ignorantiam vel tormenta in hæresim lapsi, cum ad catholicam ecclesiam reverterentur, in eodem honoris gradu quo insigniti fuissent, reciperentur: sin vero hæreseos auctores fuissent, prævia pœnitentia, ablatis honoribus, laica communione impertirentur. Hujus canonis meminit sanctus Hieronymus tom. 2. adversus Lucifer. his verbis: *Post reditum confessorum, in Alexandrina postea synodo constitutum est, ut exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare non poterat, pœnitentes ecclesiæ sociarentur: non quod episcopi possint esse, qui hæretici fuerant; sed quod constaret eos, qui reciperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententiæ occidens, & per tam necessarium concilium e satanæ faucibus ereptus est mundus.* Secundo adversus Eunomium, Macedonium, & Semiarianos Spiritus sancti divinitatem negantes, necnon recens emergentem hæresin, quæ postea dicta est Apollinaris, perfectam Christi incarnationem diminuentem, animam nimirum ab humanitate Christi detrahentem, auctore Socrate lib. 3. cap. 4. & 5. nova decreta sanxerunt. *Spiritus sancti*, inquit Socrates, *divinitatem stabilire, eumque in Trinitate consubstantiali comprehendere: & Filium hominem factum, non tamen solum carnem, sed etiam animam sumpsisse, affirmare, sicut antiquis viris ecclesiasticis visum fuit, &c.*

Causa & auctor concilii.

Pontificii legati qui.

Acta concilii.

Tertio, controversia illa gravis & periculosa de nominandis in sacrosancta Trinitate suppositis, inter Græcos & Latinos exorta, feliciter admodum sopita fuit, hoc modo: Græci, qui tres hypostases dicebant, teste Gregorio Nazianzeno orat. de laudibus D. Athanasii, videbantur Latini tres οὐσίας, sive essentias cum Ario dicere, eo *quod tota Græcorum profanorum schola* (ut sanctus Hieronymus epistola 57. affirmat) *discrimen inter hypostasim & usiam ignorabat.* Latini vero, qui rejecto nomine hypostasis, personas dicebant, Græcis videbantur distinctionem non realem, sed tantum ratione muneris sive officii inter Patrem, Filium & Spiritum sanctum agnoscere, B eo quod personæ vocabulum ad auctoritatem officii significandam accommodari solet. Ob quam verborum contentionem, *eo*, inquit Gregorius Nazianzenus oratione de laudibus Athanasii sub finem, *res adducta est, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines* (id est orientalis & occidentalis ecclesia) *una cum syllabis a se invicem distraherentur & abrumperentur.* Effecit itaque Athanasius, teste Gregorio prædicto loco, ut deposita tandem controversia nominum, Græci personæ vocabulum pro hypostasi usurparent, & vicissim Latini hypostasin pro persona dicerent. Et quamquam sancto Augustino de Trinitate lib. 5. cap. 8. & 9. Latinisque posteris hæc conciliatio deinceps C displicuisse videatur, tamen sanctus Hieronymus epistol. 57. apud Damasum impetravit, ut hujus de nomine dumtaxat controversiæ conciliatio admitteretur. Deinceps vero apud posteros communi usu in ecclesia receptum fuit, ut quamquam olim pro essentia & subsistentia vox hypostasis usurpata fuerit, nunc idem in divinis & creaturis rationabilibus significet Græce hypostasis, quod Latine persona. Ita sanctus Thomas 1. parte, q. 29. art. 2. ibidem Valent. &c.

Quarto, hac eadem synodo Alexandrina declaratum est, professionem illam fidei ab Arianis titulo Sardicensis concilii promulgatam, spuriam & surreptitiam esse, atque ad Nicænam confessionem in Sardicensi concilio nihil additum D fuisse: adeoque appendicem illam synodali epistolæ Sardicensi apud Theodoretum falso additam fuisse, quod supra ibidem etiam a nobis annotatum fuit. Tandem cum Athanasius per rescriptum, Liberium Romanum pontificem, quod extat infra in concilio Nicæno II. actione I. de omnibus in hac synodo gestis certiorem reddidisset, de iisdem prius ad Antiochenos, post ad orientales universos missa est synodica epistola hæc quæ sequitur. Vide Baron. anno 362. num. 176. & seqq.

EPISTOLA SYNODICA CONCILII ALEXANDRINI.

Carissimis & optatissimis sacrorum comministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio, & Anatolio, Athanasius, ceterique episcopi, qui Alexandriæ ex Italia, Arabia, Ægypto & Libya, hic adsunt, Eusebius, Asterius, Gajus, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermæon, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macarius, reliqui deinceps in Christo salutem plurimam.

Extat apud Athanas. ad Antiochen. Bar. an. 362. num. 193.

PERSUASUM habemus, vos, cum sitis ministri Dei, ac domini dispensatores, idoneos

"** ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

E Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις συλλειτουργοῖς Εὐσεβίῳ, Λουκίφερι, Ἀστερίῳ, Κυματίῳ, καὶ Ἀνατολίῳ, Ἀθανάσιος καὶ οἱ παρατυχόντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοποι, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας καὶ Ἀραβίας, Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Εὐσέβιος, Ἀστέριος, Γάϊος, Ἀγαθὸς, Ἀμμώνιος, Ἀγαθοδαίμων, Δρακόντιος, Ἀδέλφιος, Ἑρμαίων, Μάρκιος, Θεόδωρος, Ἀνδρέας, Παφνούτιος, Μάρκος, Ζωΐλος, Γεώργιος, Λούκιος", Μακάριος, καὶ οἱ λοιποὶ ἐν Χριστῷ, πλεῖστα χαίρειν.

ΠΕπείσμεθα μὲν ὅτι λειτουργοὶ Θεοῦ καὶ οἰκονόμοι καλοὶ τυγχάνοντες, ἱκανοί

ἐστε

ἔσῃ πρὸς ἅπαντα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἁρμόζεσθαι. ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν ὅτι πλεῖστοι πρότερον διὰ φιλονεικίαν διαιρεθέντες ἀφ' ἡμῶν εἰρηνεύειν βούλονται, πολλοὶ δὲ καὶ τῆς πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας σχέσεως ἀποστάντες ἀντιποιοῦνται τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταῦθ' ἅπερ ἐγράψαμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἀγαπητοὶ ἡμῶν Εὐσέβιός τε καὶ Ἀστέριος, γράψαι τε ὑμῶν χρηστότητι, καὶ αὐτοὶ καὶ ὡς ἀληθῶς ποθεινότατοι συλλειτουργοί, χαίροντες μὲν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἀκοῇ, εὐχόμεθα δὲ, ἵνα καὶ εἴ τις ἔτι περιλείπεται μακρὰν ἀφ' ἡμῶν, καὶ εἴ τις ἔτι τοῖς Ἀρειανοῖς συνερχόμενος φαίνεται, οὗτος ἀποπηδήσῃ τῆς ἐκείνων μανίας, ὥστε πάντας πανταχοῦ λοιπὸν λέγειν εἷς κύριος, μία πίστις. τί γὰρ οὕτω καλὸν, ὡς ὁ ὑμνῳδὸς ἔφη, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; οὕτω γὰρ πιστεύομεν καὶ τὸ κύριον μεθ' ἡμῶν κατοικήσειν λέγοντα, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ὧδε κατοικήσω ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν. ὧδε δὲ ποῦ; ἢ ἔνθα μία πίστις καὶ εὐσέβεια κηρύττεται. ἐβουλόμεθα μὲν οὖν ἀληθῶς, καὶ ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἅμα τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς Εὐσεβίῳ, καὶ Ἀστερίῳ, διὰ πολλὰ μὲν, μάλιστα δὲ τούτου χάριν ἐλθεῖν, ἵν' ἅμα τὴν ἡμετέραν περιπτυξώμεθα διάθεσιν, καὶ κοινῇ τῆς τοιαύτης ἀπολαύσωμεν εἰρήνης τε καὶ ὁμονοίας· ἐπειδὴ δὲ, καθὼς ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστολαῖς ἐδηλώσαμεν, καὶ δύνασθε μαθεῖν παρὰ τῶν αὐτῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, αἱ ἐκκλησιαστικαὶ χρεῖαι κατεπείγουσιν ἡμᾶς, ἐλυπήθημεν μὲν, ὅμως δὲ ἠξιώσαμεν τοὺς αὐτοὺς συλλειτουργοὺς ἡμῶν Ἀστέριον καὶ Εὐσέβιον ἐλθεῖν ἀνθ' ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. καὶ χάρις αὐτῶν τῇ θεοσεβείᾳ, ὅτι, καίπερ αὐτοὶ δυνάμενοι ἀπιέναι εἰς τὰς παροικίας ἑαυτῶν, προέκριναν πάντων τὴν πρὸς ὑμᾶς ὁδὸν, ἕνεκα τῆς κατεπειγούσης ἐκκλησιαστικῆς χρείας. πειθομένων οὖν αὐτῶν παρεμυθησάμεθα ἑαυτοὺς, ὅτι αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν ἐκεῖ τυγχανόντων, πάντες ἑαυτοὺς ἡγούμεθα συνεῖναι ὑμῖν. πάντας τοίνυν τοὺς βουλομένους εἰρηνεύειν πρὸς ἡμᾶς μάλιστα τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν προσκαλέσασθε παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ὡς μὲν πατέρες υἱοὺς προσλάβεσθε, ὡς δὲ διδάσκαλοι καὶ κηδεμόνες ἀποδέξασθε καὶ συνάψαντες τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν τοῖς περὶ Παυλῖνον, μηδὲν πλέον ἀπαιτήσητε παρ' αὐτῶν, ἢ ἀναθεματίζειν μὲν τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, ὁμολογεῖν δὲ τὴν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁμολογηθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν. ἀναθεματίζειν δὲ καὶ τοὺς λέγοντας κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ διῃρημένον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο γάρ ἐστιν ἀληθῶς τὸ ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῆς μυσαρᾶς αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν, τὸ μὴ διαιρεῖν τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ λέγειν τι ταύτης εἶναι κτίσμα. οἱ γὰρ προσποιούμενοι μὲν ὀνομάζειν τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, τολμῶντες δὲ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος βλασφημεῖν, οὐδὲν πλέον ποιοῦσιν, ἢ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν τοῖς μὲν ῥήμασιν ἀρνοῦνται, τῷ δὲ φρονήματι ταύτην κατέχουσιν. ἀναθεματιζέσθω δὲ παρὰ πάντων ἡ Σαβελλίου καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἀσέβεια, καὶ Οὐαλεντίνου καὶ Βασιλείδου ἡ μανία καὶ τῶν Μανιχαίων ἡ παραφροσύνη· τούτων γὰρ οὕτω γινομένων πᾶσα παρὰ πάντων ὑποψία φαύλη περιαιρεθήσεται, καὶ μόνη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἡ πίστις καθαρὰ δειχθήσεται. ὅτι μὲν οὖν ταύτην τὴν πίστιν ἔχομεν, ἡμεῖς τε

A aptosque esse ad ecclesiæ negotia temperanda. Ceterum quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore per contentionem disgregatos a vobis, pacem jam optare; plurimos item, a vecordi Arianorum secta deficientes, vobiscum communionem affectare: necessarium visum est, ea quæ a nobis nostrisque dilectis scripta essent Eusebio & Asterio, vestræ bonitati insinuare, qui & ipsi estis dilecti, & vere nobis desideratissimi sacrorum comministri: nimirum lætos quidem nos esse de hac fama; sed tamen magnopere cupere, ut eos qui adhuc in schismate hærent, segregari a vobis, B quique cum Arianis cœtus faciunt, resilire curetis ab istiusmodi insania, ut omnes omnibus in locis prædicent unum dominum, unam fidem. *Quid enim est tam pulcrum* prout psalmographus inquit, *aut quid ita delectabile, quam habitare fratres in unum?* Nam ita quoque fieri arbitror, ut Deus nobiscum habitet, cujus hæc verba sunt: *Habitabo in eis, & versabor inter eos, & illic habitabo, quoniam elegi eam:* ita quoque quodammodo fit, ubi una fides & religio prædicatur.

Psal 132.

Ezech. 43.

Vellemus equidem nos Ægyptii una cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio multis de causis istuc venire, & in primis ejus rei gratia, ut vestros affectus complecteremur, C frueremurque in communione istiusmodi pace & concordia. Verum quia, ut in alia epistola indicavimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur quoque magnopere ecclesiasticis necessitatibus, idque non sine dolore nostro: ideoque voluimus comministros nostros in rebus sacris Asterium & Eusebium in vicem nostri istuc pergere, ac vos invisere. Gratias igitur ago eorum pietati, quod cum ipsis liceret properare ad suas diœceses, istam tamen profectionem ad vos omnibus rebus suis antepostuerunt, idque in usum urgentis ecclesiastici negotii. Cum igitur istud inter nos decretum esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis istic præsentibus, ego quoque una istic præsens interessem.

D Omnes igitur, qui vobiscum pacifice agere volunt, in primis autem illos, qui in veteris ecclesiæ communione fuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, allicite ad vos, eosque ut patres assumite, & ut magistri & tutores recipite, coaptantes vos interim dilecto nostro Paulino ejusque sociis: nihilque amplius ab illis exigatis, quam ut execrentur Arianorum hæresin, confiteanturque sanctorum patrum in Nicæa fidem. Execrentur item eos, qui dicunt Spiritum sanctum esse creaturam, & divisum ex substantia Christi. Id enim vere est re- E silire a scelerata factione Arianorum, si non dividas sanctam Trinitatem, nec dicas aliquid ejus esse creatum. Nam qui simulanter sese jactitant de confessione Nicænæ fidei, atque interim audent blasphemias dicere contra Spiritum sanctum, nihil aliud præstant, quã quod Arianam hæresim verbis inficiantes, animo sensuq; retineant Anathemate quoque inuratur Sabellii & Pauli Samosateni impietas, Valentini item & Basilidis insania, & Manichæorum stoliditas: quod si fit, omnis apud omnes suspicio delebitur, & sola catholicæ ecclesiæ fides pura apparebit.

De recipiẽdis redeuntibus ad ecclesiam.

Quod autem hanc fidem tenemus nos,

&

ANNO CHRISTI 362.

& qui perpetuo nobiſcum communionem uſurparunt, A nec vos, vel alium quemquam latere arbitramur. Ceterum quia cum volentibus volupe eſt conjungi, & quidem libenter cum omnibus, ita vero in primis iis qui in veteri eccleſia conventus agebant; & quia potiſſimum dominum glorificamus, cum de omnibus, tum præcipue de hoc eximio propoſito: viſum eſt nobis vos cohortari, ut ſub iſtis conditionibus ineatur concordia; ita ut nihil ulterius, quam dictum eſt, vel illi qui ex veteri eccleſia ſunt, a vobis flagitent; vel illi qui cum Paulino ſunt, aliud præterquam quod inter Nicæni concilii B decreta reperitur, adjiciant: & tabellas, quas nonnulli jactant, quaſi ex Sardicenſi ſynodo de fide conſcriptas, ne legi quidem ſemel aut proferri ſinatis. Nihil enim tale concilium definivit. Quamvis enim certi homines nonnulla, quaſi quæ deeſſent, Nicæno concilio aſcribere vellent, idque acriter contenderent, ſancta tamen ſynodus, quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque ſancivit, ne quid ulterius de fide ſcriberetur; & ſeſe contentos eſſe Nicæna fide, declaraverunt, ut cui nihil deeſſet, & in qua integra & ſolida fides contineretur: neque edendam eſſe aliam profeſſionem fidei, ne il- C la, quæ Nicææ ſcripta eſt, ſuos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido eſt ſemper nova ſtatuere, occaſio hujuſmodi ſuppeditaretur, ut iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter ſi quis hæc aut aliud quippiam cavillabitur, compeſcite illum, & ad ſtudium pacis inducite: nihil enim eſt quod in his agnoſcere poſſumus, niſi ſolam contentionem.

Rejicitur fidei confeſſio nomine Sard. conc. edita.

Illis enim qui nonnullos incuſabant, ut trium hypoſtaſeon affirmatores, cum hujuſmodi voces in ſcriptura non reperirentur, ac proinde ſuſpecti videri poſſent, auctores fuimus ne amplius in Nicænam confeſſionem inquirerent. Sed tamen de iſtis ob pervicaciam ri- D xandi quæſtio eſt habita: interrogatique ſunt, num pro Arianorum ſententia alienas peregrinaſque, ac diverſæ a ſe invicem ſubſtantiæ perſonas eſſe velint, & unamquamque hypoſtaſin per ſe ac ſeorſim diviſam eſſe, pro ratione ceterarum creaturarum, eorumque qui ex hominibus naſcuntur, exiſtiment. An ſic intelligant diverſas res, quale eſt aurum, argentum, æs. An ut alii hæretici, ſub iſtis vocibus tria principia, & tres maximos deos conſtituant. Ceterum illi affirmabant, ſe ita nec dixiſſe, nec ſenſiſſe. Percunctantibus autem no- E bis, qua ratione iſta dicerent, aut cur omnino iſtiuſmodi vocabulis uterentur: Reſponſum dederunt, ſeſe in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, ſed quæ vere Trinitas eſſet, & ſubſiſteret: & Patrem, ut qui vere eſſet & ſubſiſteret: & Filium, ut exiſtentem & ſubſiſtentem: & Spiritum ſanctum ut ſubſiſtentem & exiſtentem agnoſcere: Non tamen ſe dixiſſe tres deos, aut tria principia: imo ne toleraturos quidem, ſi quis tale quidpiam aut dicat, aut ſentiat: ſed ſe ſcire eſſe ſanctam Trinitatem, ut tamen una ſit deitas, & unum principium: & Filium ſe agnoſcere eſſe coeſſentialem ſuo Patri, ut dixerunt patres; & Spiritum ſanctum non creaturam neque alienum, ſed proprium & indiſgregatum ab eſſentia Patris & Filii.

Quid per nomen perſonæ catholici intelligerent.

καὶ οἱ ἀεὶ μεθ' ἡμῶν τὴν κοινωνίαν ἐσχηκότες, A οὐδένα, οὔτε ὑμᾶς, οὔτ' ἕτερόν τινα ἀγνοεῖν ἡγούμεθα. ἐπειδὴ δὲ συγχαίρομεν τοῖς βουλομένοις συνάπτεσθαι πᾶσι μὲν, ἐξαιρέτως δὲ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένοις, καὶ μάλιστα τὸν κύριον ἐδοξάσαμεν ὡς ἐπὶ πᾶσι, καὶ ἐπὶ τῇ ἀγαθῇ προθέσει τούτων· παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐπὶ τούτοις γίνεσθαι τούτων τὴν ὁμόνοιαν καὶ μηδὲν πλέον τούτων καθὰ προείπομεν μήτε τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους ἀπαιτεῖσθαι παρ' ὑμῶν, μήτε τοὺς περὶ Παυλῖνον ἕτερόν τι μηδὲ πλέον τῶν ἐν B Νικαίᾳ προβάλλεσθαι καὶ τὸ θρυλληθὲν γοῦν παρά τινων πιττάκιον· ὡς ἐν τῇ κατὰ Σαρδικὴν συνόδῳ συνταχθὲν περὶ πίστεως, κωλύετε κἂν ὅλως ἀναγινώσκεσθαι, ἢ προφέρεσθαι. οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον ὥρισεν ἡ σύνοδος. ἠξίωσαν μὲν γάρ τινες, ὡς ἐνδεῶς ἐχούσης τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου γράψαι περὶ πίστεως, καὶ ἐπεχείρησάν γε προπετῶς, ἡ δὲ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα ἠγανάκτησε, καὶ ὥρισε μηδὲν ἔτι περὶ πίστεως γράφεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νι- C καίᾳ παρ' αὐτῶν πατέρων ὁμολογηθείσῃ πίστει διὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ λείπειν, ἀλλὰ πλήρη εὐσεβείας εἶναι. καὶ ὅτι μὴ δεῖν ἐκτίθεσθαι δευτέραν πίστιν, ἵνα μὴ ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσα, ὡς ἀτελὴς οὖσα νομισθῇ, καὶ πρόφασις δοθῇ τοῖς ἐθέλουσι πολλάκις γράφειν καὶ ὁρίζειν περὶ πίστεως. ὅθεν κἂν τοῦτό τις ἢ ἕτερον προβάλληται παύεται τοὺς τοιούτους καὶ μᾶλλον εἰρηνεύειν αὐτοὺς πείθετε· καὶ γὰρ οὐδὲν πλέον συνείδομεν ἐν τούτοις ἢ φιλονεικίαν μόνην· οὓς γὰρ ἐμέμφοντό τινες ὡς τρεῖς λέγοντας ὑποστάσεις, διὰ τὸ ἀγράφους καὶ ὑ- D ποπτους ἐντεῦθεν εἶναι τὰς λέξεις, ἠξιοῦμεν μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τῆς κατὰ Νίκαιαν ὁμολογίας. ἀνακρίνετε δὲ ὅμως τούτους διὰ τὴν φιλονεικίαν μὴ ἄρα ὡς Ἀρειομανῖται λέγωσιν ἀπηλλοτριωμένας καὶ ἀπεξενωμένας, ἀλλοτριουσίους τε ἀλλήλων, καὶ ἑκάστην καθ' ἑαυτὴν ὑπόστασιν διῃρημένην, ὡς ἔστι τά τε ἄλλα κτίσματα, καὶ οἱ ἐξ ἀνθρώπων γεννώμενοι· ἢ ὥσπερ διαφόρους οὐσίας, ὥσπερ ἐστὶ χρυσὸς ἢ ἄργυρος ἢ χαλκὸς οὕτω καὶ αὐτοὶ λέγωσιν, ἢ ὡς ἄλλοι αἱρετικοὶ τρεῖς ἀρχὰς, καὶ τρεῖς θεοὺς λέγουσιν, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες τρεῖς ὑποστάσεις λέγωσι; διεβε- E βαιώσαντο μήτε λέγειν, μήτε πεφρονηκέναι ποτέ. οὕτως ἐρωτώντων δὲ ἡμῶν αὐτούς· πῶς ταῦτα λέγετε, ἢ διατί δὲ ὅλως τοιαύταις χρῆσθε λέξεσιν; ἀπεκρίναντο, διὰ τὸ εἰς ἁγίαν τριάδα πιστεύειν οὐκ ὀνόματι τριάδα μόνον, ἀλλ' ἀληθῶς οὖσαν καὶ ὑφεστῶσαν, πατέρα τε ἀληθῶς ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ υἱὸν ἀληθῶς ἐνούσιον ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ὑφεστὸς καὶ ὑπάρχον οἴδαμεν. μήτε δὲ εἰρηκέναι τρεῖς θεοὺς, τρεῖς ἀρχὰς, μήτ' ὅλως ἀνέχεσθαι τῶν τοῦτο λεγόντων ἢ φρονούντων, ἀλλ' εἰδέναι ἁγίαν μὲν τριάδα, μίαν δὲ θεότητα· μίαν ἀρχὴν, καὶ υἱὸν μὲν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, ὡς εἶπον οἱ πατέρες, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα, οὐ κτίσμα, οὐδὲ ξένον, ἀλλ' ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρός.

Ἀποδεξά-

Ἀποδεξάμενοι δὲ τούτων τὴν ἑρμηνείαν τῶν λέξεων καὶ τὴν ἀπολογίαν ἀνεκρίνομεν τοὺς αἰτιαθέντας παρὰ τούτων ὡς λέγοντας μίαν ὑπόστασιν, μὴ ἄρα ὡς Σαβέλλιος φρονεῖ, οὕτω καὶ οὗτοι λέγουσιν, ἐπὶ ἀναιρέσει τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἢ ὡς ἀνουσίου ὄντος τοῦ υἱοῦ, ἢ ἀνυποστάτου τοῦ ἁγίου πνεύματος; οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο, μήτε τοῦτο λέγειν, μήτε οὕτω πεφρονηκέναι πώποτε, ἀλλ' ὑπόστασιν μὲν λέγομεν, ἡγούμενοι ταυτὸν εἶναι εἰπεῖν ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν. μίαν δὲ φρονοῦμεν διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, καὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως. μίαν γὰρ θεότητα καὶ μίαν εἶναι τὴν ταύτης φύσιν πιστεύομεν, καὶ οὐκ ἄλλην μὲν τὴν τοῦ πατρός, ξένην δὲ ταύτης τὴν τοῦ υἱοῦ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀμέλει κἀκεῖ οἱ αἰτιαθέντες ὡς εἰρηκότες τρεῖς ὑποστάσεις, συνετίθεντο τούτοις, καὶ αὐτοὶ οἱ εἰρηκότες μίαν οὐσίαν τὰ ἐκείνων ὥσπερ ἡρμήνευσαν καὶ ὡμολόγουν. καὶ ἀναθεματίζετο παρ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν Ἄρειός τε ὡς χριστομάχος, καὶ Σαβέλλιος καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ὡς ἀσεβεῖς, καὶ Οὐαλεντῖνος καὶ Βασιλείδης, ὡς ἀλλότριοι τῆς ἀληθείας, Μανιχαῖος δὲ ὡς ἐφευρετὴς κακῶν· πάντες τε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι καὶ μετὰ τὰς τοιαύτας ἑρμηνείας ὁμοῦ συντίθενται τῶν τοιούτων λέξεων, βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ταύτης ἀρκεῖσθαι μᾶλλον καὶ χρῆσθαι ῥήμασιν. ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος, ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτου ἐδόκουν φιλονεικεῖν τινες πρὸς ἀλλήλους, ἀνεκρίναμεν καὶ τούτους κἀκείνους, καὶ ἅπερ ὡμολόγουν οὗτοι, συνετίθεντο κἀκεῖνοι, ὅτι οὐχ εἰς τοὺς προφήτας ἐγένετο ὁ λόγος κυρίου, οὕτω καὶ εἰς ἅγιον ἄνθρωπον ἐνεδήμησεν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, ἀλλ' αὐτὸς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἔλαβεν δούλου μορφήν, ἔκ τε τῆς Μαρίας τὸ κατὰ σάρκα γεγένηται ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ οὕτω τελείως, καὶ ὁλοκλήρως τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐλευθερούμενον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐν αὐτῷ καὶ ζωοποιούμενον ἐκ τῶν νεκρῶν εἰσάγεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὡμολόγουν γὰρ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐ σῶμα ἄψυχον, οὐδ' ἀναίσθητον, οὐδ' ἀνόητον εἶχεν ὁ σωτήρ, οὐδὲ γὰρ οἷόν τ' ἦν, τοῦ κυρίου δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου γενομένου, ἀνόητον εἶναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ δὲ σώματος μόνου, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ σωτηρία γέγονεν. υἱός τε ὢν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ, γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ μονογενὴς ὢν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, γέγονεν ὁ αὐτὸς καὶ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. διὸ οὐθ' ἕτερος μὲν ἦν ὁ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἕτερος δὲ ὁ μετ' Ἀβραάμ, οὐδ' ἕτερος ἦν ὁ τὸν Λάζαρον ἐγείρας, ἕτερος δὲ ὁ πυνθανόμενος περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἦν ἀνθρωπίνως μὲν λέγων, ποῦ Λάζαρος κεῖται; θεϊκῶς δὲ τοῦτον ἀνεγείρων· ὁ αὐτὸς δὲ ἦν σωματικῶς μὲν ὡς ἄνθρωπος πτύων, πνευματικῶς δὲ, ὡς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνοίγων τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ. καὶ σαρκὶ μὲν πάσχων, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος, θεϊκῶς δὲ ἀνοίγων τὰ μνήματα, καὶ ἀνεγείρων τοὺς νεκρούς. ἐξ ὧν καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὕτω νοοῦντες τὸ αὐτὸ φρονεῖν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου διεβεβαιώσαντο.

A Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinavimus, qui ab istis in culpam devocabantur, quasi dicerent, esse unam hypostasim; sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, ut sublatos vellent in Trinitate Filium & Spiritum sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus sanctus non subsisteret. Qui & ipsi quoque affirmatunt, neque ita se dicere, neque se ita sensisse unquam, sed ὑπόστασιν eos intelligere idem esse cum οὐσίᾳ: unam autem ideo sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, B partim quia in tribus sit identitas naturæ: unam enim sese deitatem & unam naturam credere, neque aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse naturam. Quinimo & illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eamdem sententiam convenerunt: vicissimque illi, qui unam hypostasim asseverarent, istorum interpretationi acquieverunt: & ambæ factiones pariter Arium execratæ sunt, ut Christi hostem: Sabelliumque & Paulum Samosatensem, ut impios; Valentinum item & Basilidem, ut alienos a veritate; Manichæum quoque, ut malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post hujusC modi verborum interpretationem optimam & exactissimam, quæ Nicææ patres instituissent, fidei esse approbarunt, ejusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in usum esse deducenda, constituerunt.

Anno Christi 362.

Quid per hypostasim pie sentirent.

Quinimo de negotio, dispensationeque carnis nostri salvatoris, cum super ea quoque re nonnulli cum aliis contentionem moverent; & hos & illos examinationi subjecimus, & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque prosecuti sunt: nempe non ea ratione, qua ad prophetas factum est verbum domini, factum esse Verbum & advenisse in Christum sub finem sæculorum, sed D ipsum Verbum carnem esse factum, & cum esset in forma Dei, formam servi assumpsisse: & ex Maria (quantum ad carnem attinet) hominem esse genitum, hominum gratia: eoque modo solide & integre humanum genus liberatum a peccatis in ipso, & vivificatum a morte introduci in regnum cælorum. Et hoc quoque itidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut cogitationis, aut mentis expers, salvator habuerit. Nec enim possibile erat, ut domino propter nos homine facto, corpus ejus sine mente existeret: non enim corpori dumtaxat, sed & animæ quoque nostræ per ipsum Verbum salus est conciliata. E Idemque cum vere esset Filius Dei, filius hominis factus est: & cum esset unigenitus Dei Filius, factus est primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham; neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius cum interrogaret de eo ubi situs esset: sed idem ille ipse erat, corporaliter quidem ut homo expuens, divinitus vero ut Dei Filius oculos aperiens ejus, qui a nativitate cæcus fuerat: & carne quidem patiens (ut Petrus dixit) divinitus 1. Pet. 4. tamen monumenta aperiens & mortuos excitans. Ex quibus omnia quæ in euangelio sunt, intelligentes, affirmarunt se idem sentire de incarnatione & humana natura a Dei Verbo assumpta.

De Verbi incarnatione recta fides.

A Cum igitur istiusmodi illorum fuerit confessio, adhortamur vos, ne eos qui ita confitentur, talemque interpretationem suæ confessioni accommodant, temere damnare, aut rejicere velitis; sed potius admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos e contra, qui talem confessionem non edunt, neque tali interpretatione in istis verbis utuntur, arcere vos vellemus, & aversari ut suspectæ mentis homines. Ceterum cum istos tolerandos non censebitis, consuletis illis qui recte interpretantur, & recte sentiunt, ne ulterior ulla inter vos adhibeatur disquisitio, neve verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus utilitatem: sed sensus cogitationesque pietatis exhibete. B Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi voculis contentiose rixantur, & aliud quidpiam, præterquam quod Nicææ scriptum est, requirunt; hi profecto nihil aliud agunt, quam quod proximis suis turbidam subversionem propinant, ut pacis inimici, & discordiarum schismatumque æmulatores. Sed vos, o boni & fideles servi & dispensatores domini, eos qui scandala & peregrina inferunt, compescite & arcete, & præ omnibus anteponite istiusmodi pacem, quæ sanæ fidei est. Forsitan dominus misertus nostri coaptabit quæ sunt hiulca & divisa, atque unum ovile reformabit, quo unum habeamus ducem dominum nostrum Iesum Christum. C

Ad pacem exhortatio.

Hæc quidem nos, tum quia nefas est quidquam ultra Nicænum concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere; tum vel ob pacem solum, & ne qui recte sentiunt, pro rejectis habeantur, ad istum modum censuimus; & eorum confessionem qualis fuerit, nos qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicavimus; idque in commune una cum reliquis comministris sacrorum Asterio & Eusebio: nam reliqui ex nostris quisque ad suas provincias abierunt. Vos rursus in commune, ubi soletis conventus agere, ista jubebitis pervulgari, eoque omnes evocate. Æquum est enim, ut in eo loco primum epistola recitetur, ibidemque omnes qui pacem amant, inter se concilientur; D ac deinde ubi conciliati fuerint, ubicumque populis videbitur, præsente quoque vestra humanitate, synaxis celebretur, & dominus publice ab omnibus glorificetur. Salutant vos fratres illi, qui mecum hic agunt. Bene valete, & nostri memoriam in domino facite.

Subscriptio episcoporum.

Ego Athanasius, ceterique episcopi in hoc conventu præsentes, epistolæ subscripsimus: idemque ab aliis factum est, qui hoc legati venerant: inter quos a Lucifero Sardiniæ insulæ episcopo diaconi duo Herennius & A- E gapetus, a Paulino vero Maximus & Calimerus, & qui ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi episcopi Apollinaris in hoc ipsum missi.

Episcoporum nomina, ad quos epistola scripta est, sunt hi: Eusebius Vercellarum civitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius Petreæ Arabiæ, Cymatius Palati, Cœlesyriæ, Anatolius Euboiæ. Ceterum qui epistolam scripserunt, sunt isti: Papa Athanasius & qui cum illo Alexandriæ fuerunt: ipse quoque Eusebius inter eos est, Asterius item; reliqui, Gaius ex Parathonio proximo Libyæ Phragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti, Ammonius, Panemuneus,

A Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς τοὺς μὲν οὕτως ὁμολογοῦντας καὶ ἑρμηνεύοντας οὕτω, τὰς λέξεις ἃς λέγουσι, μὴ κατακρίνετε προπετῶς, μηδὲ ἀποβάλλετε, ἀλλὰ μᾶλλον εἰρηνεύοντας καὶ ἀπολογουμένους προσλαμβάνεσθε· τοὺς δὲ μὴ βουλομένους οὕτως ὁμολογεῖν καὶ διερμηνεύειν τὰς λέξεις, τούτους κωλύετε καὶ ἐντρέπετε ὡς ὑπόπτους τῷ φρονήματι· τούτων τε μὴ ἀνεχόμενοι συμβουλεύετε κἀκείνοις τοῖς ὀρθῶς ἑρμηνεύουσί τε καὶ φρονοῦσι· μηδὲν πλέον ἀλλήλους ἀνακρίνειν, μηδὲ λογομαχεῖν ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, μήτε ταῖς τοιαύταις λέξεσι διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τῷ φρονήματι B τῆς εὐσεβείας συμφωνεῖν. οἱ γὰρ μὴ οὕτως διανοούμενοι, ἀλλὰ μόνον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λεξειδίοις φιλονεικοῦντες, καὶ παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ γραφέντα ζητοῦντες, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦσιν, ἢ ποτίζουσιν ἀνατροπὴν θολερὰν τὸν πλησίον, ὡς φθονοῦντες τῇ εἰρήνῃ καὶ ἀγαπῶντες τὰ σχίσματα. ἀλλ' ὑμεῖς ὡς ἀγαθοὶ ἄνθρωποι καὶ πιστοὶ δοῦλοι καὶ οἰκονόμοι τοῦ κυρίου, τὰ μὲν σκανδαλίζοντα καὶ ξενίζοντα παύετε καὶ κωλύετε, πάντων δὲ μᾶλλον προκρίνετε τὴν τοιαύτην εἰρήνην, οὔσης ὑγιαινούσης πίστεως. ἴσως ὁ κύριος ἐλεήσει ἡμᾶς καὶ συνάψει τὰ διῃρημένα, καὶ γενομένης μιᾶς ποίμνης C πάλιν, πάντες ἕνα ἔχομεν καθηγεμόνα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ταῦτα ἡμεῖς μὲν, εἰ καὶ μηδὲν πλέον ἔδει ζητεῖν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μηδὲ ἀνέχεσθαι τῶν ἐκ φιλονεικίας ῥημάτων, ἀλλά γε διὰ τὴν εἰρήνην καὶ ἕνεκα τοῦ μὴ ἀποβάλλειν τοὺς ὀρθῶς πιστεύειν ἐθέλοντας ἀνεκρίναμεν, καὶ ἅπερ ὡμολόγησαν, συντόμως ὑπηγορεύσαμεν, οἱ καταλειφθέντες ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ κοινῇ μετὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀστερίου καὶ Εὐσεβίου, οἱ γὰρ πλεῖστοι ἐξ ἡμῶν ἀπεδήμησαν εἰς τὰς παροικίας ἑαυτῶν. ὑμεῖς δὲ πάλιν κοινῇ ἔνθα καὶ εἰώθατε συνάγεσθαι, ἀνάγνωτε ταῦτα, κἀκεῖ πάντας προσκαλέσασθαι καταξιώσατε. δίκαιον γὰρ D ἐκεῖ πρῶτον τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι, κἀκεῖ τοὺς βουλομένους καὶ ἀντιποιουμένους τῆς εἰρήνης συνάπτεσθαι, καὶ λοιπὸν συναφθέντων αὐτῶν, ἔνθα ἂν ἀρέσῃ πᾶσι τοῖς λαοῖς, παρούσης τῆς ὑμετέρας χρηστότητος, ἐκεῖ τὰς συνάξεις ἐπιτελεῖσθαι, καὶ τὸν κύριον κοινῇ παρὰ πάντων δοξάζεσθαι. προσαγορεύουσιν ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ εὔχομαι. Ἐγώ τε Ἀθανάσιος, ὁμοίως καὶ οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι οἱ συνελθόντες ὑπέγραψαν, καὶ οἱ ἀποσταλέντες δὲ παρὰ μὲν Λουκίφερος τοῦ ἐπισκόπου Σαρ- E δίας νήσου, διάκονοι δύο, Ἐρέννιος καὶ Ἀγαπητὸς, παρὰ δὲ Παυλίνου Μάξιμος καὶ Καλήμερος, καὶ αὐτοὶ διάκονοι. παρῆσαν δὲ καί τινες Ἀπολιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες· ἔστι δὲ ἕκαστος προκειμένων ἐπισκόπων, πρὸς οὓς ἡ ἐπιστολὴ ἐγράφη· Εὐσέβιος πόλεως Βιργίλλων τῆς Γαλλίας, Λουκίφερ τῆς Σαρδίας νήσου, Ἀστέριος Πετρῶν τῆς Ἀραβίας, Κυμάτιος Παλτοῦ Κοίλης Συρίας, Ἀνατόλιος Εὐβοίας. οἱ δὲ ἐπιστείλαντες, ὅ, τε πάπας Ἀθανάσιος, καὶ οἱ παρατυχόντες σὺν αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, αὐτός τε Εὐσέβιος καὶ Ἀστέριος καὶ οἱ λοιποί, Γάϊος Παρατονίου τῆς ἔγγιστα Λιβύης, Ἀγαθὸς Φραγώνεως καὶ μέρους Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου, Ἀμμώνιος Παχεμμύνεως,

καὶ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας, Ἀγαθοδαίμων Σχεδίας καὶ Μενελαΐτου. Δρακόντιος Ἑρμουπόλεως μικρᾶς, Ἀδέλφιος Ὀνούφεως τῆς Λύχνων, Ἑρμίων Τανέως; Μάρκος Ζυγρῶν τῆς ἔγγιστα Λιβύης, Θεόδωρος Ἀθρίβεως; Ἀνδρέας Ἀρσενοΐτου, Παφνούτιος Σάεως, Μάρκος Φίλων, Ζωΐλος Ἀνδρωμηνᾶς, Ἀντίφρων. τούτοις καὶ Εὐσέβιος ὑπέγραψε Ῥωμαϊστί, ὧν ἡ ἑρμηνεία. ἐγὼ Εὐσέβιος ἐπίσκοπος κατὰ τὴν ἀκρίβειαν ὑμῶν τὴν παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν ὁμολογηθεῖσαν ἀλλήλοις συντιθεμένων περὶ τῶν ὑποστάσεων καὶ αὐτὸς συγκατεθέμην; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, ἀναλαβὼν πάντα ἄνευ ἁμαρτίας, οἷος ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνέστηκε, κατὰ τὸ τῆς ἐπιστολῆς ὕφος ἐπιστωσάμην, καὶ ἐπειδὴ ἔξωθεν λέγεται τὸ τῆς Σαρδικῆς πιττάκιον ἕνεκα τοῦ μὴ παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν δοκεῖν ἐκτίθεσθαι, καὶ ἐγὼ συγκατατίθεμαι· ἵνα μὴ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις διὰ τούτου ἐκκλείεσθαι δόξῃ, μήτ' εἶναι προκομιστέον. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι. ἐγὼ Ἀστέριος συνευδοκῶ τοῖς προγεγραμμένοις, καὶ ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι. καὶ μετὰ τὸ ἀποσταλῆναι ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν τόμον τοῦτον, οὕτως παρὰ τῶν προειρημένων ὑπογεγραμμένον, μετὰ ταῦτα καὶ αὐτοὶ ὑπέγραψαν, ἐγὼ Παυλῖνος οὕτως φρονῶ καθὼς παρέλαβον παρὰ τῶν πατέρων, ὄντα καὶ ὑφεστῶτα πατέρα τέλειον, καὶ ὑφεστῶτα υἱὸν τέλειον, καὶ ὑφεστηκὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τέλειον· διὸ καὶ ἀποδέχομαι τὴν προγεγραμμένην ἑρμηνείαν περὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων καὶ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἤτοι οὐσίας; καὶ τοὺς φρονοῦντας οὕτως· εὐσεβὲς γάρ ἐστι φρονεῖν καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἁγίαν τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι. καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τῆς δι' ἡμᾶς γενομένης τοῦ λόγου τοῦ πατρὸς, οὕτως φρονῶ καθὼς γέγραπται, ὅτι κατὰ τὸν Ἰωάννην, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ κατὰ τοὺς ἀσεβεστάτους, τοὺς λέγοντας, μεταβολὴν αὐτὸν πεπονθέναι, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γέγονεν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, καὶ ἁγίου πνεύματος γεννηθείς, οὔτε γὰρ ἄψυχον, οὔτε ἀναίσθητον, οὔτε ἀνόητον σῶμα εἶχεν, ὁ σωτήρ, οὔτε γὰρ οἷόν τ' ἦν τοῦ κυρίου ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γενομένου, ἀνόητον αὐτοῦ εἶναι τὸ σῶμα. ὅθεν ἀναθεματίζω τοὺς τὴν ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἀθετοῦντας, καὶ μὴ λέγοντας ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρί. ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα δι' υἱοῦ γεγονός· ἔτι δὲ ἀναθεματίζω Σαβελλίου, καὶ Φωτεινοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν, στοιχῶν τῇ πίστει τῇ κατὰ Νικαίαν καὶ πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι ἐγὼ Καρτέριος.

& ex reliqua Elearchia Ægypti, Agathodæmon Schediæ & Menelaiti episcopus, Dracontius parvæ Hermopolis, Adelphius Onuphæos, quæ est Lychnorum, Hermion Taneos, Marcus Zygrorum proxime ad Libyam, Theodorus Athribeos, Andreas Arseniotæ, Paphnutius Sços, Marcus Philorum, Zoilus Andromenæ, Antiphron.

His etiam Eusebius Latine subscripsit, quorum hæc interpretatio, ex Græco iterum Latine reddita: Ego Eusebius episcopus, secundum exactam vestram utriusque partis confessionem, qua in eamdem sententiam invicem convenistis, quantum attinet ad hypostases, fateor me quoque idem statuere: neque in id solum calculum meum addo, sed etiam in incarnationem salvatoris nostri consentio, eum videlicet, cum Filius Dei esset, hominem esse factum, & excepto peccato, omnia quæ veteris erant nostræ humanitatis assumpsisse: idque prout habet epistolæ argumentum, meis suffragiis confirmo. Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardiceni concilii, ne ea ultra Nicænam fidem decreta esse putetur, meo suffragio denuntio, quo nihil luxamenti aut noxæ Nicænæ fidei inde oboriatur, neque eam ea de causa proferendam censeo. Valere vos omnes in Christo exopto. Ego Asterius superioribus scriptis astipulor, & vos in Christo bene valere precor.

Eusebii confessio & subscriptio.

Postea quoque & ipsi subscripserunt absentes, scilicet: Ego Paulinus (*episcopus Antiochiæ hic erat*) ita sentio, quemadmodum accepi a patribus, Filium esse, & subsistere perfectum: subsistereque Spiritum sanctum, eumque perfectum esse. Quapropter approbo superiorem interpretationem de tribus hypostasibus, & una hypostasi sive essentia: & eos qui ita censent, veros habeo; cum pium sit sentire & confiteri, Trinitatem in una deitate consistere. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta ita decerno, quemadmodum scriptum est secundum Ioannem, Verbum carnem esse factum: non autem secundum impiissimos homines, mutationem sui Verbum passum esse, sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria virgine Spiritu sancto genitum: & nequaquam inanimatum, aut absque sensu, aut sine mente corpus salvatorem nostrum habuisse: quippe cum impossibile sit, dominum propter nos hominem factum, corpus habere sine mente. Idemque anathemate prosequor eos, qui confessionem fidei Nicænæ vilipendunt, & qui negant Filium ex substantia Patris, & coessentialem Patri existere. Execror item eos qui dicunt, Spiritum sanctum propter Filium, creaturam esse factum. Præterea Sabellii, Photini, omnemque hæresim anathematizo, incedens secundum Nicænam fidem, & secundum omnia superius scripta. Valere vos opto ego Carterius.

Paulini confessio & subscriptio.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola synodalis*] Quod epistolæ hujus inscriptio, contextus & subscriptio, hanc alibi ab Eusebio & Asterio scriptam, alibi vero ad eosdem datam referant, mendosum est: emendari volo aliter non potest, quam ut ex sententia antiquorum fere omnium historicorum affirmemus, Eusebium episcopum Vercellensem huic synodo præsentem fuisse, eamdemque epistolam sicut ab Athanasio atque aliis collegis, ita etiam ab eodem Eusebio fuisse conscriptam. Quod autem in damnatione hæresis Apollinaris, docentis Filium Dei corpus inanimatum assumpsisse, nulla mentio habeatur, accidit, vel quia illa hæresis nomine Apollinaris nondum vulgata fuerit, sed tantum incerto auctore prodierit: vel quia ipse Apollinaris per monachos, qui synodo interfuisse dicuntur, hæresin suam abdicaverit. Vnde factum est, ut S. Basilius tempore Valentis cum Apollinare communicari potuisse responderit, quem errasse ignorabat. Vide Baron. ann. 362. num. 193. & 205.

Cur Apollinaris nullã mentionem faciat.

ANNO CHRISTI 362.

a CONCILIVM PARISIENSE I.

In quo formula fidei ab Arianis suppresso usiæ nomine condita, & Arimini suscepta, damnata est, Saturninusque Arelatensis ab ecclesia ejectus, anno Christi 362. Liberii papæ XI. *Iuliani Aug.* II.

"Initio II. partis frag. S. Hilarii de synodis descriptorum a Petro Pithœo & a Nicolao Fabro editorum.

I Synodica concilii, seu fides" catholica exposita apud Parisiam civitatem ab episcopis Gallicanis, ad orientales episcopos.

Dilectissimis & beatissimis consacerdotibus episcopis orientalibus omnibus per diversas provincias in Christo manentibus Gallicani episcopi salutem.

OMNI quidem vitæ nostræ fideique sensu gratias Deo Patri per dominum nostrum Iesum Christum confitemur, quod nos in lumine scientiæ confessionis suæ doctrinis & propheticis & apostolicis conlocavit, ne secularis imperitiæ tenebris detenti, judicio sæculi teneremur: cum sola spes sit plenissima ad salutem, Deum patrem omnipotentem per unigenitum ejus dominum Iesum Christum in sancto Spiritu confiteri. Sed plane non minor quotidie gratulationis nostræ causa cumulatur, quod liberans nos ab errore mundi, nunc etiam C inexpiabili hæreticorum admisceri non patitur societati. Ex literis enim vestris, quas dilecto fratri & consacerdoti nostro Hilario direxistis, fraudem diaboli, & conspirantia adversus ecclesiam domini hæreticorum ingenia cognovimus, ut divisi in partibus orientis atque occidentis, diversis invicem opinionibus falleremur. Nam plures numero, qui aut Arimini, aut Nicææ adfuerunt, sub auctoritate vestri nominis ad usiæ silentium sunt coacti. Quod verbum a vobis quondam contra Ariomanitarum hæresim inventum, a nobis semper sancte fideliterque susceptum est. Nam homousiou sermonem ad veram & legitimam ex Deo patre unigeniti nativitatem sumus amplexi; detestantes secundum Sabellii blasphemias ipsam unionem, neque aliquam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili Deo, totum atque perfectum unigenitum Deum natum, unius a nobis idcirco vel usiæ, vel substantiæ cum Deo patre confessum, ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio videretur. Et quia ex ipso esset, ut ex patre filius, ut ex Deo Deus, ut ex virtute virtus, ut ex spiritu spiritus, ut lumen ex lumine Similitudinem quoque ejus ad Deum patrem non inviti audientes: quippe cum imago invisibilis Dei sit. Sed eam solum similitudinem dignam ad patrem intelligentes, quæ veri Dei sit ad Deum verum. ita ut non unio divinitatis, sed unitas intelligatur: quia unio sit singularis, unitas vero secundum nativitatis veritatem plenitudo nascentis sit. Maxime cum dominus ipse Iesus Christus ad discipulos suos sit professus, dicens: *Ego & pater unum sumus.* (Ioan. 10. 30.) Quo non solum caritatem quæ ad patrem est, sed & divinitatem quæ Dei ex Deo est, significat, secundum illud: *Qui me videt, videt & patrem*: (Ioan. 14. 9) &, *Si mihi non vultis credere, vel operibus meis credite, quia pater in me est, & ego in patre.* (Ioan. 10. 38.) Hanc igitur semper fidem tenentes & tenebimus. detestantes quoque eos qui dicunt, A Non erat antequam nasceretur. non quod unigenitum Deum innascibilem prædicemus, sed quod impium sit maxime Deo temporum tempus aliquod anteferre, cum ipsum illud, antequam nasceretur non fuisse, sit temporis. Sed & obedientem quoque patri filium etiam usque ad mortem crucis secundum infirmitatem assumpti hominis non negamus, cum ipse de ascensu suo ad cælos locutus sit: *Si diligeretis me, gauderetis, quia vado ad patrem, quia pater major me est.* (Ioan.) Per cujus carnis susceptionem nos sibi fratres connuncupare dignatus est, cum in forma Dei manens forma servi esse voluit. Itaque, B carissimi, cum ex literis vestris in usiæ silentio fraudem se passam simplicitas nostra cognoscat, etiam pietatem eorum qui Arimino Constantinopolim reverterunt, * conventos sicut epistola nostra contenta testatur, neque eos ad tantam rem blasphemiarum damnationem potuisse compellere, fidelis dominici nominis prædicator frater noster Hilarius nuntiaverit; nos quoque ab his omnibus quæ per ignorantiam perperam gesta sunt, referimus. Auxentium, & Vrsacium, ac Valentem, Gaium, Megasium, & Iustinum excommunicatos habemus secundum literas vestras, & certe, ut diximus, juxta fratris nostri Hilarii professionem, qui se pacem cum his qui horum C sectarentur errores, habiturum negavit; blasphemias quoque omnes, quas literis vestris subjecistis, damnamus, maximeque eorum sacerdotes apostatas respuentes, qui in loca fratrum indignissime exulantium, quorumdam aut ignoratione, aut impietate sunt substituti. pollicentes hoc coram Deo, atque etiam confirentes, ut quisque his quæ statuimus intra Gallias, putaverit renitendum, a communione ac sede sit sacerdotii abjiciendus. Neque enim, ut alias, aut occasionem prædicandi non damnando permittens, aut contra Deum & Christi unigeniti Dei majestatem aliter, quam nos de homousiou significatione sentimus, obnitens dignus erit sanctitate sa- D cerdotii nominis judicandus. a quo etiam Saturninum, qui statutis salubribus impiissime contradixit, secundum fratrum nostrorum geminas jam literas, excommunicatum ab omnibus Gallicanis episcopis caritas vestra cognoscat. quem & vetera dissimulata jamdiu licet crimina, & cetera edita epistolis suis novæ temeritatis inreligiositas, indignum episcopi nomine esse fecerunt.

NOTA IACOBI SIRMONDI S. I.

a *Synodica concilii.*] Hanc primus in lucem protulit Nic. Faber cum reliquis fragmentis Hilarii, ex chartaceo, ut ipse præfatus est, libro non antiquo. Nos etsi eo- E rundem fragmentorum pervetus aliud exemplar nacti sumus in bibliotheca S. Remigii Rhemensis, perpauca tamen in hac præsertim epistola suppeditavit, quæ a Fabri editione discreparent.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Parisiense.*] Hoc concilium unum est iis frequentibus conciliis anno domini 362. post Hilarium ab exilio reversum in Gallia habitis; quibus testimonio Severi libro secundo orientalium error adversus Nicænam fidei professionem in diversis synodis comprobatus, una cum suis auctoribus, nomen consubstantialitatis in Filio Dei proscribentibus, penitus condemnatur. De Hilario scribens Severus hæc ait: *Verum ubi permensus est orbem pene terrarum malo perfidia infectum, dubius animi & magna curarum mole æstuans, cum plerisque videretur non ineundam cum his communionem, qui Ariminensem synodum recepissent, optimum factu*

factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum ecclesiarum fidem reformant. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelatensium episcopus, vir sane pessimus, & ingenio malo pravoque: verum etiam præter hæresis infamiam multis atque nefandis criminibus convictus, ecclesia ejectus est. Quid in hoc reliquisve Galliæ conciliis sub Hilario hoc tempore celebratis actum fuerit, ex synodali epistola concilii apud Fariseam civ. seu Parisios congregati colligere licet

[a] CONCILIUM ALEXANDRINUM II. ORTHODOXORUM

[a] *Concilium Alexandrinum II.*] Athanasius postquam Iulianum, quem & cito defiturum divino oraculo præmonitus senserat, defunctum, exulesque episcopos a Ioviano per edictum revocatos esse audivisset, literasque imperatoris fidem doceri petentis accepisset, citra omnem moram primarios Ægypti, Thebaidis ac Libyæ episcopos orthodos sibi subditos ad hanc synodum Alexandrinam convocavit.

A Qua deliberatione prævia, cum consilio decretum est, ut scriptum catholicæ fidei libellum evestigio ad novum imperatorem mitterent, ne ille (quod Constantio accidit) ab hæreticis præoccupatus, in impietatem transversus penitus ageretur. Athanasius itaque ut periculum antevertat, omni celeritate procurat, scriptumque in synodo ejusmodi libellum ad imperatorem mittit. Quo perlecto, inquit Theodoretus lib. 4. cap. 4. *tum cognitio imperatoris, quam de rebus divinis imbiberat, confirmata est: tum amor ejus erga easdem exardescere cœpit.* Epistola synodalis apud Theodoretum extans his verbis, *imperium pacate & tranquille ad multorum annorum curricula administrabitis,* ab aliquo B Ariano supervacue & malitiose additis, ut scilicet Athanasium levitatis & falsitatis arguerent, depravata est & corrupta. Quare titulum dumtaxat illius ex Theodoreto, reliqua vero ex Athanasio tamquam scriptore fideliore huc transtulimus.

Anno Christi 363.

Iovian in fide orthodoxa confirmatur.

Epistola synodalis apud Theodoretum mendosa.

" ** Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

περὶ Ἰοβιανὸν, περὶ πίστεως.

ΠΡΕΠΟΥΣΑ θεοφιλεῖ βασιλεῖ, προαίρεσις, καὶ πόθος τῶν οὐρανίων. οὕτω γὰρ ἀληθῶς καὶ τὴν καρδίαν ἕξεις ἐν χειρὶ Θεοῦ. θελησάσης τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας μαθεῖν παρ' ἡμῶν τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν, εὐχαριστήσαντες ἐπὶ τούτοις τῷ κυρίῳ, ἐβουλευσάμεθα μᾶλλον πάντων τὴν παρὰ τῶν πατέρων ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, ὑπομνῆσαι τὴν σὴν εὐσέβειαν. ταύτην γὰρ ἀθετήσαντές τινες, ἡμῖν μὲν ποικίλως ἐπεβούλευσαν ὅτι μὴ ἐπειθόμεθα τῇ αἱρέσει, αἴτιοι δὲ γεγόνασιν αἱρέσεως καὶ σχισμάτων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ἡ μὲν γὰρ ἀληθὴς καὶ εὐσεβὴς εἰς τὸν κύριον πίστις, φανερὰ πᾶσι καθέστηκεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν γινωσκομένη τε καὶ ἀναγινωσκομένη. ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι τελειωθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ νῦν ἀναλύσαντές εἰσιν ἐν κυρίῳ. καὶ ἔμεινεν ἂν ἡ πίστις ἀβλαβὴς διὰ παντὸς, εἰ μὴ πονηρία τινῶν αἱρετικῶν παραποιῆσαι ταύτην ἐτόλμησεν. Ἄρειος γάρ τις καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διαφθεῖραι ταύτην, καὶ ἀσέβειαν κατ' αὐτῆς ἐπεισαγαγεῖν ἐπεχείρησαν φάσκοντες, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ κτίσμα, καὶ ποίημα, καὶ τρεπτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. πολλοὺς δὲ τούτοις ἠπάτησαν τοῖς λόγοις, ὥστε καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναί τι συναπαχθῆναι αὐτῶν τῇ βλασφημίᾳ· καίτοι φθάσαντες οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν συνελθόντες, ὡς προείπομεν κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, ἀνεθεμάτισαν, τὴν δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν ὡμολόγησαν ἐγγράφως· ὥστε ταύτης πανταχοῦ κηρυττομένης, ἀποσβεσθῆναι τὴν ἀναφθεῖσαν αἵρεσιν παρὰ τῶν αἱρετικῶν· ἣν μὲν οὖν αὕτη πανταχοῦ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀδόλως γινωσκομένη τε καὶ κηρυττομένη. ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν τὴν Ἀρείου αἵρεσιν ἀνανεῶσαι βουλόμενοί τινες ταύτην μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἐτόλμησαν ἀθετῆσαι, καὶ σχηματίζονται μὲν ὁμολογεῖν, ταῖς δὲ ἀληθείαις ἀρνοῦνται παρερμηνεύοντες τὸ ὁμοούσιον. καὶ αὐτοὶ βλασφημοῦντες εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῷ φάσκειν αὐτοὺς, κτίσμα εἶναι αὐτὸ, καὶ ποίημα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι. ἀναγκαίως θεωρήσαντες

EPISTOLA SYNODALIS.

Religiosissimo & clementissimo Victori Augusto Ioviano Athanasius & episcopi, qui nomine omnium, Aegypti, Thebaidis, & Libyæ episcoporum in unum convenerunt, salutem.

C DECORA & eximia ea res est in principe, mens discendi avida, & rerum cælestium cupido: inde enim fit, ut vere cor tuum sit in manu Dei. Cum igitur pietas tua cupiat a nobis cognoscere ecclesiæ catholicæ fidem, Deo super ea re gratiis habitis, nihil nobis consultius visum, quam ut fidem a patribus Nicææ confessam tuo religioso animo recitaremus. Hujus enim fidei aspernatores & mihi multifariam insidiati sunt, eo quod non obtemperaremus Arianorum sectæ; & hæreses & schismata in ecclesiam introduxere, cum tamen vera & pia in Christum fides ex sacris literis & liqueat & agnoscatur. Hac enim D sancti viri initiati martyrium subierunt, & nunc resoluti a corpore cum domino agunt. Mansisset hæc fides illæsa perpetuo, nisi malitia quorumdam hæreticorum eam depravare ausa fuisset. Arius enim & socii illam vitiare conati sunt, & ejus loco hæresim introducere, dicentes Filium Dei ex non entibus extitisse, & creaturam facturamque, & mutabilem esse. Multosque his verbis deceperunt, adeo ut qui aliquid esse viderentur, illorum blasphemia seducti sint.

Extat apud Athanas. de fide ad Iovianum. Theod. l. 4. c. 3. & 4. & Baron. ann. 363. n. 132. 133.

Quapropter patres quamprimum Nicææ in concilium venientes, ejus verba anathemate condemnarunt; & catholicæ fidei confessionem scripto tradiderunt, ut ejus ubique proE mulgatione incendium hæreseos per sectarios excitatum restingueretur. Ea igitur sincere ubique per omnes ecclesias & legebatur & prædicabatur; cum quidam Arianorum hæresim revocare cupientes, hanc a patribus Nicææ assertam fidem cœpere contemnere, præ se ferentes ab ea non dissentire: cum interim revera eam inficientur, male interpretantes consubstantialitatem & blasphemias dicentes in Spiritum sanctum, quem creaturam, & a Filio conditum asseverant.

ANNO CHRISTI 363.

Nos igitur conspicientes ex ejusmodi blasphemiis non levibus populum Dei calamitatibus perurgeri, necessario tibi fidem Nicææ patrum confessionibus confirmatam porrigere studuimus; ut tua pietas & ea quæ ibi exactissime scripta, & quantum errent illi qui aliter sentirent, intelligeret. Cognosce igitur, religiosissime Auguste, hanc esse, quæ a condito ævo prædicata fuit, & quam Nicææ patres congregati agnoverunt, ejusque suffragatrices esse omnibus in locis ecclesias, sive in Hispania sint, sive in Britannia, Gallia, Italia universa, Dalmatia, Dacia, Mysia, Macedonia, sive universa Græcia, tota Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, itidem quotquot nobis vicinæ sunt, nec non & orientis ecclesias, paucis admodum exceptis, quæ Arianæ opinionis sunt. Omnium enim istorum & adhuc longinquiorum animos experimentis cognovimus, & scripta habemus. Nec te lateat, piissime imperator, quod tametsi pauci sint, qui huic fidei derogent; eos tamen (cum universus orbis catholicam fidem sequatur, & ipsi jampridem Ariana hæresi infecti fuerint, & nunc acerrime pietati obsistant) præjudicium facere non posse. Nobis autem, ut tua pietas cognosceret rem alioqui sibi cognitam, operæprecium visum est, fidem Nicænam episcoporum confessionibus approbatam subnectere. Est igitur fides a patribus asserta hujusmodi: Credimus in Deum Patrem, *&c. usque ad finem: post illud vero hac sequuntur.*

Fides Nicæna eadem catholica.

In hac, Auguste, omnes oportet manere neque quidquam inde transmutare artificiis contentionibusque verborum; quod faciunt Ariani, qui ex non entibus Filium Dei extitisse, eumdemque non fuisse antequam fieret, eum denique creaturam, factum, & mutabilem esse dicunt. Ideo enim (quemadmodum prædiximus) synodus Nicæna anathematizavit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbavit, neque levi aut simplici ratione Filium patri similem esse asseveravit, eumque (ne ex levi re Deo similis, sed verus Deus ex Deo haberetur) consubstantialem esse scripto tradidit: quod proprium est genuini & veri Filii, veri & naturalis Patris. Sed nec alienavit Spiritum sanctum a Patre & Filio, sed eum una glorificavit cum Patre & Filio, & in una sanctæ Trinitatis fide, eo quod una sit in sancta Trinitate deitas.

Non recedendum a patrum fide.

τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης βλασφημίας βλάβην γινομένην κατὰ τῶν λαῶν ἐπιδοῦναι τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὴν ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, ἐσπουδάσαμεν. ἵνα γνῷ σου ἡ θεοσέβεια, ἃ μετὰ πάσης ἀκριβείας γέγραπται, καὶ ὅσον πλανῶνται, οἱ παρὰ ταύτην γινώσκοντες. γίνωσκε γὰρ θεοφιλέστατε Αὔγουστε, ὅτι ταῦτα μὲν ἐξ αἰῶνός ἐστι κηρυττόμενα, ταύτην δὲ οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες ὡμολόγησαν πατέρες, καὶ ταύτης σύμψηφοι τυγχάνουσι πᾶσαι αἱ πανταχοῦ κατὰ τόπον ἐκκλησίαι, ὥστε κατὰ τὴν Σπανίαν, καὶ Βρετανίαν, καὶ Γαλλίας, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, καὶ Δαλματίας, Δακίας τε καὶ Μυσίας, Μακεδονίας καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν πᾶσαν, καὶ Σαρδανίαν καὶ Κύπρον καὶ Κρήτην, Παμφυλίαν τε καὶ Λυκίαν καὶ Ἰσαυρίαν, καὶ αἱ κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας, καὶ Πόντον καὶ Καππαδοκίαν, καὶ αἱ πλησίον ἡμῶν, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησίας πάρεξ ὀλίγων τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων. ἁπάντων γὰρ τῶν προειρημένων, καὶ πείρᾳ ἐγνώκαμεν τὴν γνώμην καὶ γράμματα ἔχομεν. καὶ οἶδας ὦ θεοφιλέστατε Αὔγουστε; ὅτι κἂν ὀλίγοι τινὲς ἀντιλέγωσι ταύτῃ τῇ πίστει, οὐ δύνανται πρόκριμα ποιεῖν πάσης οἰκουμένης τὴν ἀποστολικὴν πίστιν κρατούσης. ἐκεῖνοι γὰρ πολλῷ χρόνῳ βλαβέντες ἀπὸ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως φιλονεικότερον ἀνθίστανται νῦν τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ ὑπὲρ τοῦ γινώσκειν τὴν εὐσέβειαν* καίτοι γινώσκουσιν ὅμως ἐσπουδάσαμεν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὁμολογηθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων, ὑποτάξαι. ἔστι μὲν οὖν ἡ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσα πίστις ἐν Νικαίᾳ αὕτη. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα.

Ταύτῃ τῇ πίστει, Αὔγουστε, πάντας ἐμμένειν, ἀναγκαῖον, ὡς θείᾳ καὶ ἀποστολικῇ, καὶ μηδένα μετακινεῖν αὐτὴν πιθανολογίαις καὶ λογομαχίαις, ὅπερ πεποιήκασιν οἱ Ἀρειομανῖται, ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, καὶ ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ κτιστὸς, καὶ ποιητὸς, καὶ τρεπτός ἐστι. διὰ τοῦτο γὰρ καθὰ προείπομεν καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἀνεθεμάτισε τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας πίστιν ὡμολόγησαν, οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅμοιος Θεῷ, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ Θεὸς ἀληθινὸς πιστεύηται, ἀλλ' ὁμοούσιος ἔγραψαν, ὅπερ ἴδιον ἦν γνησίου καὶ ἀληθινοῦ υἱοῦ, ἀληθινοῦ καὶ φύσει τοῦ πατρός. ἀλλ' οὐδὲ ἀπηλλοτρίωσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον συνεδόξασαν αὐτὸ, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ἐν τῇ μιᾷ τῆς ἁγίας τριάδος πίστει διὰ τὸ καὶ μίαν εἶναι ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι θεότητα.

a CONCILIVM ANTIOCHENVM II. SVB LIBERIO.

Hæretici imperatoris animum præoccupare conātur.

a *Concilium Antiochenum.*] Semiariani imperatoris animum præoccupaturi, e Perside redeunti obviam processerunt, fideique libello oblato postularunt, ut Acaciani Filium Dei Patris dissimilem esse docentes, sedibus suis ejicerentur, ipsique in eorum loca sufficerentur. *Imperator*, inquit Socrates, *accepto eorum libello, ipsos absque responso dimisit, hæc verba dumtaxat locutus: Ego contentionem odio prosequor: eos, qui concordiæ dediti sunt, complector amore, veneror que.* Quod cum Acaciani intellexissent, ne, quod catholicis episcopis ipsi fecerant ecclesiis suis ejicerentur, pietate confestim simulata institerunt, ut per Meletium orthodoxorum Antiochiæ episcoporum concilium cogeretur. Quod cum antistes catholicus præstitisset, viginti septem episcopi Ariani, quorum nomina in subscriptione synodalis epistolæ habentur, ad synodum convenerunt, in qua Nicænam fidem absque altercatione in medium prolatam, recitatam ac recognitam, communi suffragio omnes ad unum comprobaverunt; quique per multa annorum curricula eamdem impugnarant, quasi e longo insaniæ lethargo expergefacti, palinodiam recantantes, absque tergiversatione aliqua cognoverunt, suoque eam chirographo munitam ad imperatorem Iovianum transmiserunt.

Imperatoris responsum laude dignum.

Ar pro ner imp ris fide fite

Tanti interest, principes palam profiteri, se vere catholicos & orthodoxæ fidei acerrimos defensores esse. sua enim fidei confessione publica & sincera, hæreticos timore correptos ad palinodiam recantandam inducunt, vel saltem hoc efficiunt, ut rubore suffusi sileant, lateant, aliove procul abscedant. Vide Baronium anno 363. numero 140.

ANNO CHRISTI 363.

ΣΥΝΟΔΙΚΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ δεσπότῃ ἡμῶν Ἰοβιανῷ, νικητῇ, Αὐγούστῳ, ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν.

B

ΤΗΝ ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν, ὅτι σὺ καὶ πρὸ τῶν πρεσβεύειν ἐσπούδασεν ἡ εὐσέβεια, εὖ ἴσμεν καὶ αὐτοί, θεοφιλέστατε βασιλεῦ. ὅτι δὲ κεφάλαιον τῆς τοιαύτης ἑνότητος τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καλῶς ὑπείληφας τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦμεν. ἵνα μὴ τοίνυν μετὰ τῶν παραχαρασσόντων τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας τετάχθαι νομιζώμεθα, ἀναφέρομεν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, ὅτι τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλαι πρότερον συγκροτηθείσης τὴν πίστιν, καὶ ἀποδεχόμεθα, καὶ κατέχομεν. ὁπότε καὶ τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ ξένον τισὶν ὄνομα, τὸ τοῦ ὁμοουσίου φαμέν, ἀσφαλοῦς τέτυχηκε παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείας, σημαινούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ πατρί, οὔτε δὲ ὡς πάθους τινὸς περὶ τὴν ἄρρητον γέννησιν ἐπινοουμένου, οὔτε κατά τινα χρῆσιν Ἑλληνικὴν λαμβάνεται τοῖς πατράσι τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας, εἰς ἀνατροπὴν τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀσεβῶς τολμηθέντος παρὰ τοῦ Ἀρείου, ὅπερ καὶ οἱ νῦν ἐπιφοιτήσαντες ἀνόμοιοι, ἔτι θρασύτερον καὶ τολμηρότερον ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἀναισχύντως παρρησιάζονται. διὸ συνετάξαμεν τῇ δι' ἡμῶν ἀναφορᾷ, καὶ τὸ ἀντίγραφον τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν συγκροτηθέντων ἐπισκόπων ἐκτεθείσης, ἥν τινα καὶ ἀγαπῶμεν, ἥτις ἐστίν, πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος πλήρη.

C

D

Μελίτιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ἔδωκα συναινῶν τοῖς προγεγραμμένοις· Εὐσέβιος Σαμοσάτων· Εὐάγριος Σικελός· Οὐράνιος, Ἀπαμείας· Ζωΐλος, Λαρίσων· Ἀκάκιος, Καισαρείας· Ἀντίπατρος, Ῥώσου· Ἀβράμιος, Οὐρίμων· Ἀριστόνικος, Σελευκοβήλου· Βαρλαμένος, Περγάμου· Οὐράνιος, Μελιτινῆς· Μάγνος, Καλχηδόνος· Εὐτύχιος, Ἐλευθεροπόλεως· Ἰσαακόκις, Ἀρμενίας μεγάλης· Τίτος, Βόστρων· Πέτρος, Σίππων· Πελάγιος, Λαοδικείας· Ἀραβιανός, Ἀντροῦ· Πίσων, Ἀδάνων, διὰ Λαμυδρίωνος πρεσβυτέρου· Σαβινιανός, Ζεύγματος· Ἀθανάσιος, Ἀγκύρων, διὰ Ὀρφίτου, καὶ Ἀετίου πρεσβυτέρων. Εἰρηνίων, Γάζης· Πίσων, Αὐγούστης· Πατρίκιος, Πάλτου διὰ Λαμυδρίωνος πρεσβυτέρου. Ἀνατόλιος, Βεροίων· Θεότιμος, Ἀράβων· Λουκιανός, Ἀρκων· τοῦτο μὲν δὴ τὸ βιβλίον τῇ συναγωγῇ τῶν συνοδικῶν Σαβίνου γεγραμμένον εὑρήκαμεν.

E

SYNODALIS EPISTOLA,

Quam cum Nicæna confessione illi attexta, ad Iovianum imperatorem miserunt, hæc est.

Sanctissimo, Deoque carissimo domino nostro Ioviano, Victori, Augusto, concilium episcoporum Antiochiæ in unum ex variis provinciis convocatum, salutem.

TUAM pietatem, imperator sanctissime, cum primis laborare, ut ecclesiæ pax & concordia stabiliatur, nobis exploratum est. Neque sumus nescii, te sapienter considerasse formam veræ & orthodoxæ fidei ad hanc concordiam confirmandam valere maxime. Idcirco, ne in eorum numero, qui doctrinam veritatis adulterare student, habeamur: visum est, tuæ prudentiæ significare, quod fidem sancti concilii jam olim Nicææ congregati & approbemus & teneamus. Quandoquidem vocabulum *consubstantialis*, quod quibusdam videtur parum recte in ea positum, est probe a patribus commodaque interpretatione explanatum. Quæ quidem interpretatio ostendit, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem, & neque affectionem ullam in ejus inexplanabili generatione debere intelligi, neque vocabulum substantiæ apud sanctos patres ad consuetudinem Græci sermonis capi, sed ab illis poni ad evertendum illud pestiferum dogma, Christum scilicet ex nihilo ortum esse, ab Ario impie inductum: quod etiam isti Anomiani, id est, qui Filium Patri dissimilem statuunt, nuper exorti, multo audacius impudentiusque ad ecclesiæ concordiam labefactandam asseverant. Quamobrem, exemplar fidei ab episcopis Nicææ coactis expositæ (quam sane vehementer amplectimur) his literis, quibus animorum nostrorum sententiam tibi declaravimus, subjungere placuit: est enim plenum eruditionis & doctrinæ, seque habet ad hunc modum: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem. *& quæ sequuntur Nicæni symboli confessionis.*

Extat apud Socr lib. 3. cap. 21 Sozom. lib 6. c. 4. Baron. ann. 363. n. 141.

Ego Meletius episcopus Antiochiæ, ea quæ supra scripta sunt, fateor me approbare. Ego Eusebius Samosatæ episcopus eodem modo. Euagrius item Siculus, Uranius Apameæ, Zoilus Larissæ, Acacius Cæsareæ, Antipater Rossi, Abramius Urimorum, Aristonicus Seleucopolis, Barlamenus Pergami, Uranius Melitinæ, *Magnus Calchedonis, Eutychius Eleutheropolis, Isacoces Armeniæ majoris, Titus Bostrorum, Petrus Sipporum, Pelagius Laodiceæ, Arabianus Antri, Piso Adanorum per Lamydrionem presbyterum, Sabinianus Zeugmatis, Athanasius Ancyræ per Orphitum & Aetium presbyteros, Irenio Gazæ, Piso Augustæ, Patricius Palti per Lamydrionem presbyterum, Anatolius Berœensium, Theotimus Arabum, Lucianus denique Areorum episcopus. Hunc libellum in Sabini libro, qui, Collectio rerum in concilio actarum, inscribitur, invenimus.

Episcopi qui interfuere concil. Antiocheno.

* Maris.

LAM-

ANNO CHRIST. 364.

LAMPSACENVM CONCILIABVLVM SEMIARIANORVM. ADVERSVS ARIANOS CELEBRATVM.

Locus concilii.

a *Lampsacenum.*] Lampsacus est urbs in angusto Hellesponti sinu posita. Socrates lib. 4. cap. 4. Hoc loco indictum est concilium anno Christi 364. quando Valentinianus per legatum Hypatianum Heracleæ episcopum ad synodum indicendam solicitatus, præclarum hoc responsum dedisset: *sibi qui unus e laicorum numero erat, non licere se ejusmodi negotiis interponere. Et ideo sacerdotes & episcopi, inquit, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se, ubicumque ipsis libitum fuerit, in unum conveniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Lampsaci concilium cogunt.* Hæc Sozomenus libro 6. cap. 7. Quod ibidem ait, episcopos catholicos consubstantialitatis assertores imperatorem de hac synodo indicenda solicitasse, adeoque concilium catholicum fuisse, non tantum ex hujus concilii, sed etiam ex 72. & 82. epistolis sancti Basilii constat, ubi Lampsacenam confessionem inter eas enumerat, quæ ab hæreticis diversis in locis editæ fuerunt. Sozomenus, aliive plures putantes hoc catholicum fuisse concilium, errandi occasionem inde accepisse videntur, quod eos qui horrendas Arianorum blasphemias in Constantinopolitano conciliabulo per Eudoxium & Acacium editas, execrarunt & condemnarunt, catholicos fuisse existimaverint. Sanctus Basilius epistola 79. confitetur, se cum aliis episcopis fortasse catholicis vocatum, huic conventui interfuisse. Neque tamen argumentum hoc sufficit, ut prudens aliquis Lampsacenam synodum ideo catholicam fuisse affirmet. Quid in hoc concilio actum constitutumve fuerit, Sozomenus libro 8. capite 7. enarrat his verbis: *Decernunt acta Constantinopoli, opera ac studio Eudoxii & Acacii cum suis sancita, abroganda esse.* Et paulo infra. *Porro formulam fidei in consecratione ecclesiæ Antiochenæ editam, & Seleuciæ omnium episcoporum consensu confirmatam, in omnibus ecclesiis tenendam. Quin etiam, ut ii, qui ab iis, qui Filium Patri dissimilem asseverabant, abdicati essent, suas ipsorum sedes, utpote ecclesiis per nefas ejecti, denuo reciperent.* Socrates libro 4. capite 4. eadem brevius enarrans, inquit: *Rursus contra Acacium & Eudoxium, utpote jure abdicatos, tulere sententiam.* Ex iis, quæ paulo post subjungit, *Eleusium Cyzici episcopum dogma illud, quod a Macedonio ejus auctore nomen invenit, quodque in Lampsaceno concilio multo evidentius omnibus patefactum fuit, propugnasse: illudque concilium causam fuisse, cur Hellespontus tanta Macedonianorum frequentia abundaret*; ex eo sane manifestissimum est, hoc eodem conciliabulo Spiritus sancti divinitatis negationem a Semiarianis, ex sententia Macedonii, additam fuisse. His peractis, statuta synodi per Eustathium Sebastenum, Theophilum & Silvanum legationis munere functuros, occidentalis ecclesiæ episcopis, ac præcipue Liberio Romano pontifici per synodicas significarunt. Ut vero ejusdem pontificis atque catholicæ & orthodoxæ ecclesiæ communionem aucuparentur, sedes suas, quibus juste privati erant, recipere possent, simulantes se catholicos, fideique Nicænæ observantissimos esse, fidei suæ libellum, quem recitat Socrates lib. 4. cap. 11. pontifici offerunt. Quod cum fecissent, non tantum communicatorias a Pontifice aliisque episcopis epistolas impetrarunt, sed etiam alias acceperunt, quibus auctoritate apostolica præcipiebatur ut iidem, qui ante sedibus suis expoliati fuerant, post habitam catholicæ fidei professionem suis ecclesiis restituerentur. His impetratis, quid egerint, dicemus sequentibus conciliis. Epistola Liberii pacifica, est XIII. inter epistolas ejusdem Liberii supra positas".

Concilium hoc non est catholicum, sed reprobatum.

Cur quidam catholicum fuisse putarunt.

Basil. interfuit.

Acta & decreta concilii.

CONCILIVM IN SICILIA.

Concilium.] Eustathius Sebastenus, ceterique legati Lampsaceni in Siciliam profecti fuerunt, ubi concilio episcoporum Siculorum convocatos coram illis similiter fidem *consubstantialis* se servare confitentur, fideique formulam in Nicæno concilio confirmatam ratam faciunt. Ita Socrates lib. 4. cap. 11. addens quod cum professionem fidei per literas communicatorias a pontifice acceptas confirmassent, pontificiis epistolis suas ejusdem argumenti ad orientales scriptas addiderint. Tanta enim erat Romani pontificis auctoritas, ut quos ille communione catholica dignatus fuerat, quantumvis de fide maxime suspecti essent, nemo eos recipere detrectaret. Vide Baron. ann. 365. num. 16.

ILLYRICA SYNODVS.

Illyrica synodus.] Hæc synodus occasione Eustathii & pontificis legati congregata fuit. Eustathius cum suis in Illyricum profectus, post fidem catholicam ibi prædicatam, literasque communicatorias aliorum acceptas, horum etiam communione impertiri solicitat. Liberius pontifex propter confessionem fidei a legatis orientalibus emissam, sperans universum orbem Christianum sub una fide catholica & Nicæna fidei professione redigendum, prædictis orientalibus Elpidium Romanæ ecclesiæ presbyterum legatum adjungit; qui antequam in orientem abiret, universam occidentalem ecclesiam de fide catholica orientalium ad ecclesiam redeuntium certiorem redderet. Episcopi igitur in Illyrico hac occasione convenientes, principio fidem Nicænam, paucis exceptis, omnes confessi fuerunt, atque ea de re per Elpidium ad orientales synodicam scripserunt, cui Valens imperator suas addidit. Episcopi Italiæ Illyricis, quod fidem Nicænam recepissent, per literas gratulati fuerunt. Baron. anno 365. num. 17 & seqq.

EPISTOLA

** ΟΙ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ ΤΟΥ ΙΛΛΥΡΙΚΟΥ ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυγίας, Καροφρυγίας, Πακατιανῆς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἡμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ζητήσεως πολλῆς γενομένης περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ἀπεδείξαμεν ὁμοούσιον εἶναι τὴν τριάδα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. καὶ ἣν δίκαιον γράμματα ἀποχαράξαι πρὸς ὑμᾶς, οὐ σοφίσματι τὰ τῆς θρησκείας τῆς τριάδος γράφοντας, ἀλλ' ἐν ταπεινοφροσύνῃ καταξιωθέντας: τοῦτο ἡμῶν τὸ γράμμα ἀπεστάλκαμεν, διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Ἐλπιδίου τοῦ πρεσβυτέρου. οὐ γὰρ ἐν τοῖς τῶν ἡμετέρων χειρῶν γράμμασιν, ἀλλ' ἐν ταῖς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βίβλοις γέγραπται, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου. ἐγὼ δὲ Ἀπολλὼ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε; καὶ ταῦτα μὲν ἤρκει τῇ ἡμετέρᾳ ταπεινώσει, μήτε τὸ καθόλου γράμματα ἀποχαράξαι πρὸς ὑμᾶς, διὰ τὸν τηλικοῦτον φόβον ὃν αὐτόθι κηρύσσετε πάσῃ τῇ ὑφ' ὑμᾶς ἐπαρχίᾳ, ἀποχωρίζοντες τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ: ἀνάγκην οὖν ἔχομεν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς τὸν κύριον ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Ἐλπίδιον ἀπὸ τῆς βασιλευούσης Ῥωμαίων ἀρχῆς, τοῦτο τὸ γράμμα ἔχοντα, καταμαθόντα, εἴγε ἄρα οὕτως ἔχει τὸ κήρυγμα ὑμῶν. οἱ γὰρ μὴ ὁμοούσιον τὴν τριάδα δοξάζοντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν. καὶ εἴ τις τούτοις φωραθείη κοινωνῶν, ἀνάθεμα ἔστω. τοῖς δὲ κηρύττουσιν τὴν τριάδα, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἡτοίμασται. παρακαλοῦμεν οὖν ὑμᾶς ἀδελφοὶ, μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ ἑτεροδοξεῖν, ἀλλ' ὁμοούσιον ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς κηρύττοντες τὴν τριάδα, δυνηθῆτε κληρονομῆσαι τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν. περὶ τούτου γράφοντες, καὶ ὑπόμνησιν ἔχοντες ἐχαράξαμεν τοῦτο ἡμῶν τὸ γράμμα, καὶ περὶ τῶν καθισταμένων ἐπισκόπων, ἢ καθισταθέντων συλλειτουργῶν, ἐὰν μὲν εἶεν ἐκ τῶν ἐν τέλει χρησαμένων ἐπισκόπων ὑγιεῖς: εἰ δὲ μὴ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πρεσβυτερίου, ὁμοίως τε καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱερατικοῦ τάγματος, ἵνα ὦσιν ἀνεπίληπτοι πανταχόθεν, καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου καὶ στρατιωτικῆς ἀρχῆς. εἰς τοῦτο οὖν αὐτὸ οὐκ ἠβουλήθημεν διὰ πολλῶν ἀποχαράξαι, διὰ τὸ ἀποστεῖλαι ἕνα ἐκ πάντων τὸν κύριον ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Ἐλπίδιον ἐπισπουδῶς καταμαθόντα τὸ κήρυγμα ὑμῶν, εἴ γε οὕτως ἔχει ὥσπερ ἀκηκόαμεν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν συλλειτουργοῦ Εὐσταθίου. λοιπὸν εἰ καὶ ποτὲ ἐν πλάνῃ γεγενημένοι ἦτε, ἀποθέμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδύσασθε τὸν καινόν. καὶ γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς Ἐλπίδιος, διδάξει ὑμᾶς κηρῦξαι τὴν ἀληθῆ πίστιν. ὅτι ἡ ἁγία τριὰς, ἡ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, σὺν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι ἡγίασται, δεδόξασται, πεφανέρωται, πατὴρ ἐν υἱῷ, υἱὸς ἐν πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. φανερωθέντος γὰρ τούτου, φανερῶς δυνησόμεθα τὴν ἁγίαν τριάδα ὁμολογεῖν ὁμοούσιον, κατὰ τὴν πάλαι ἐκτεθεῖσαν πίστιν τὴν ἐν Νικαίᾳ, ἣν καὶ οἱ πατέρες ἐβεβαίωσαν. κηρυττομένης οὖν τῆς πίστεως ταύτης, δυνησόμεθα τοῦ ἀλιτηρίου δαίμονος ἐκφυγεῖν τὰ θήρατρα. σβεσθέντος γὰρ τούτου, δυνησόμεθα εἰρηνικοῖς γράμμασιν ἑαυτοὺς προσκυνεῖν, ἐν εἰρήνῃ διάγοντες. ἐγράψαμεν οὖν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχητε τοὺς καθαιρεθέντας Ἀρειομανίτας, τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, μήτε τὸ ἅγιον πνεῦμα. ὧν τὰ ὀνόματα ὑποτά-

EPISTOLA SYNODALIS Illyricorum episcoporum ad orientales.

Episcopi Illyrici, ecclesiis Dei, & episcopis diœceseos Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, & Pacatianæ, in domino salutem.

ANNO CHRISTI 365.

CVM in unum essemus coacti, & diu multumque de salutari Verbo disceptatum esset; tandem confirmavimus, Trinitatem consubstantialem esse, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. De qua re consentaneũ videbatur literas ad vos perscribere, non captiose & vafre ea quæ ad cultum Trinitatis pertinent, tradendo, sed cum humilitate animi de illis decernendo. Has nostras literas misimus per dilectum fratrem nostrum & collegam Elpidium presbyterum. Est quidem li-
B teris proditum, non in epistola nostra manu scripta, sed in libris salvatoris nostri Iesu Christi: *Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego Cephæ, ego Christi. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Atque nostra modestia his potuisset esse contenta, ut nullas omnino literas ad vos scriberet: quippe cum vestra prædicatione, qua Spiritum sanctum a Patre & Filio separatis, tantus terror omnibus provinciis, quæ a vobis administrantur, injectus sit. Itaq; coacti sumus dominum & collegam nostrum Elpidium cum literis Roma, quæ est caput imperii, ad vos mittere, ut discat, utrum vestra prædica-
C tio ita se habeat, an non. Nam qui opinantur Trinitatem non esse consubstantialẽ, anathema sunto. Et si quis cum hujusmodi communicare deprehensus sit, anathema esto. His autem qui prædicant Trinitatem consubstantialem esse, regnũ cælorum paratum est. Quare obsecramus vos, fratres, ne aliud doceatis, neve aliud opinemini; sed prædicetis perpetuo Trinitatem consubstantialem esse, quo possitis heredes regni Dei effici.

Apud Theod lib. 4 cap 8. extat, male post ordinationem Ambros. collocata. Baron anno 365. num. 18. 19 20.

1. Cor. 1.

Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, ut in his nostris literis scriberemus etiam de episcoporum, collegarũ scilicet nostrorum, institutione: ut si quo modo fieri queat, e magistratibus qui probata spectataq; fide fuerũt, episcopatu functuri cooptentur: sin autem tales non reperiantur, e sacerdotũ collegio. Ad eumdem modũ tum presbyteri, tũ diaconi de ordine sacerdotali sumantur, ut omni ex parte inculpati sint: minime vero de curia aut militum ductori-
D bus. Atq; propterea non erat animus ad vos pluribus scribere, quod unum omnium nomine ad vos misimus dominum & collegam nostrum Elpidium, ut accurate discat, utrũ vestra prædicatio ita se habeat, uti a domino & collega nostro Eustathio accepimus. De cetero, fratres, tametsi dudũ in errore versati estis, tamen vetere homine deposito, novum induite. Atq; ipse frater & collega noster Elpidius docebit vos veræ fidei prædicationẽ, nimirũ quod sancta Trinitas consubstantialis est, & Deus Pater cum Filio & Spiritu sancto sanctificatur & glorificatur: & quod Pa-
E ter in Filio existit, & Filius in Patre una cum Spiritu sancto in omnem æternitatem.

Alia decreta synodi Illyricæ.

Quare perspicue declarata, poterimus vere cõfiteri sanctam Trinitatem consubstantialẽ esse, uti formula fidei olim in concilio Nicæno edita vult: quam etiã patres nostri confirmarunt. Itaque hac fide prædicata, poterimus scelesti dæmonis retia evitare: quo repressò, copia erit cũ nos per literas ad pacem conciliandam mutuo salutandi, tũ vitã quietam tranquillamq; degendi. Proinde scripsimus ad vos, ut Arianos, qui sunt concilii sententia abdicati, possitis cognoscere: qui quidem neque Filium Dei ex Patris essentia constare, neq; Spiritum sanctum confiteri volunt: quorũ nomina sub-

Fidei professio.

ANNO CHRISTI 365.

A subjuximus, Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Atque hæc quidem ad hunc modum acta sunt, ad gloriam Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in sæcula sæculorum. Amen. Vos ad multorum annorum curricula optamus in domino Patre & Filio salvatore nostro Christo, cum sancto Spiritu, valere plurimum.

EPISTOLA IMPERATORVM VALENTIS ET VALENTINIANI AD ASIANOS.

* & Gratianus ex Gr.

Imperatores maximi semper Augusti, victores, Valens & Valentinianus, "*episcopis diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in domino salutem.* B

Extat apud Theodor lib. 4. cap. 6. Baron. anno 365. num. 21. 22. &c.

VBI frequenti in concilio in Illyrico coacto multum in utramque partem de salutari Dei Verbo disceptatum erat, beatissimi episcopi Trinitatem consubstantialem esse, hoc est, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, certis rationibus ostenderunt. A qua fide ne digitum quidem (ut aiunt) deflectentes, debito cultu religionem præpotentis Regis prosequuntur: quam etiã nostra celsitudo passim prædicari mandavit.

Attamen non est hæc causa, cur quidam dicant se religionem sequi imperatoris, qui hunc mundum gubernat, neglecto scilicet illius mandato, qui nobis de salute nostra præcepta dat. Est enim C præceptum evangelii Dei nostri, qui hanc habet velut ratam definitamq; sententiam: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* (Marc 12. Luc 20.) Quid ergo vos dicitis episcopi, & verbi salutaris antistites? Quod si vos eadem decernatis, tum certe mutuo vos ipsi complectimini, & imperatoria celsitudine nolite abuti. Nolite persequi veros Dei ministros, quorum precibus & bella sedantur in terra, & incursiones angelorum, qui a Deo desciverũt, arcentur: qui etiam orando pestiferos dæmones repellere nituntur; qui vectigalia, uti leges postulant, pensitare non recusant; qui potestati imperatoriæ non refragantur, sed sancte & sincere tum mandatum præpotentis regis Dei observant, tum nostris legibus obsequuntur. At constat, vos obstinate his rebus restitisse. D

Nos patientia semper a principio usque ad finem usi sumus; vos contra animi vestri impotentiæ obsecuti estis. Sed nos a vestra culpa volumus esse vacui & puri, non aliter atque Pilatus, qui, cum de Christo jam tum inter nos vitam agente haberetur quæstio, noluit eum interficere; & rogatus a Iudæis ut cruci affigeretur, se convertere ad orientem, petere aquam manibus, easque lavare cœpit, simul hæc locutus: *Innocens sum a sanguine justi hujus.* (Matth. 27.) Ob quam causam nostra celsitudo semper istud imperavit: Ne quis quem submergat, vocetve in invidiam Christi E agricolas: Neve procuratores summi regis exagitet; ne regnantibus nunc nobis, nihil hinc emolumenti consecuti, postea una cum sceleris exhortatore, in ea quæ testamenti ipsius sunt damna incurratis: id quod in Zachariæ sanguine eveniebat. nam funesti illi, perinde ac pestifer dæmon, qui cædis illius socius erat, mortis supplicio traditi, adveniente cælitus rege nostro Iesu Christo, disrupti perierunt.

Legati apud imper.

Istud mandatum dedimus præsentibus, audientibusque ea quæ facta sunt, Amegetio, Ceronio, Damaso, Lampone, & Brintesio. Porro ipsa acta ad vos misimus, ut intelligatis quæ hoc præclarum concilium decreverit. Nam his literis attexuimus decreta concilii, quæ summatim complectuntur ista.

A τάξαμεν. Πολυχρόνιος, Τηλέμαχος, Φαῦστος, Ασκληπιάδης, Αμάντιος, Κλεόπατρος. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰς δόξαν πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα ἐν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις.

"** ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ ΜΕΓΙΣΤΟΙ ΑΕΙ σεβαστοὶ νικηταὶ Αὔγουστοι, Βαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, καὶ Γρατιανὸς, ἐπισκόποις διοικήσεως Ασιανῆς, Φρυγίας, Καροφρυγίας, Πακατιανῆς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΣΥΝΟΔΟΥ τηλικαύτης συγκροτηθείσης ἐν τῷ Ιλλυρικῷ, καὶ ζητήσεως πολλῆς γενομένης περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ἀπέδειξαν οἱ τρισμακαριώτατοι ἐπίσκοποι τὴν τριάδα ὁμοούσιον πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. ἣν οὐδὲ ὅλως ἐκκλίνοντες, λειτουργίας τὰς κατὰ δίκαιον ἐπιβαλλούσας αὐτοῖς, θρησκεύουσιν τὴν θρησκείαν τοῦ μεγάλου βασιλέως. κηρύττειν δὲ ταύτην προσέταξε τὸ ἡμέτερον κράτος. οὕτως μέντοι, ἵνα μὴ λέγωσι τινὲς, ὅτι ἀνήκαμεν θρησκείᾳ βασιλέως τοῦ διέποντος γῆν ταύτην, μὴ ἀνεχόμενοι τοῦ ἐντειλαμένου ἡμῖν τὰ περὶ τῆς σωτηρίας. ὡς γάρ φησι C τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὅπερ ἐπίκρισιν ταύτην ἔχει, ἀπόδιδοσθε τὰ τοῦ Καίσαρος τῷ Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. τί λέγετε ὑμεῖς οἱ ἐπίσκοποι καὶ προεστῶτες τοῦ σωτηρίου λόγου, εἰ οὕτως ἔχει τὰ τῆς ἀποδείξεως ὑμῶν; οὕτω μέντοι ἀγαπῶντες ἀλλήλους, παύσασθε ἀποχρᾶσθαι ἀξιώματι βασιλέως. καὶ μὴ διώκετε τοὺς ἀκριβῶς τῷ Θεῷ λειτουργοῦντας, ὧν ταῖς εὐχαῖς, καὶ πόλεμοι καταπαύονται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀγγέλων ἀποστατῶν ἐπιβάσεις ἀποστρέφονται. καὶ πάντας δαίμονας φθοροποιοὺς ἀποστρέφειν διὰ δεήσεως σπουδάζοντες, καὶ τὰ δημόσια κατὰ νόμους εἰσκομίζειν ἴσασι, καὶ οὐκ ἀντιλέγουσι τῇ τοῦ κρατοῦντος ἐξουσίᾳ. ἀλλ' εἰλικρινῶς καὶ τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ Θεοῦ ἐντολὴν φυλάττουσι, καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις ὑποτάσσονται. ὑμεῖς δὲ ἀπειθεῖς ἐδείχθητε εἶναι. ἡμεῖς D μὲν ἐχρησάμεθα τῷ ἄλφα ἕως τοῦ ω, ὑμεῖς δὲ ἑαυτοὺς ἀπεδώκατε. ἡμεῖς μέντοι καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀφ' ὑμῶν εἶναι θέλοντες, ὡς καὶ Πιλάτος ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως τοῦ ἐν ἡμῖν πολιτευομένου Χριστοῦ, μὴ θέλοντος αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ ὑπὲρ τοῦ παθεῖν αὐτὸν παρακληθέντα ἐπιστραφεὶς ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, καὶ αἰτήσας ὕδωρ ἐπὶ χειρῶν, ἐνίψατο αὐτοῦ τὰς χεῖρας λέγων. ἀθῶος εἰμὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου. οὕτως καὶ τὸ ἡμέτερον κράτος διὰ παντὸς ἐνετείλατο, μὴ διώκειν, μήτε ἐπικλύζειν, μήτε ζηλοῦν τοὺς ἐργαζομένους τὸ E χωρίον τοῦ Χριστοῦ, μήτε τοὺς διοικητὰς ἀπελαύνειν τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἵνα μὴ σήμερον μὲν, ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου κράτους αὔξειν δόξητε καὶ μεταξὺ τοῦ παρακεκλημένου παθεῖν τὰ τῆς διαθήκης αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ Ζαχαρίου τοῦ αἵματος. ἀλλ' οἱ μετ' αὐτοῦ μεταξὺ τῆς ἀφίξεως ὑπὸ τοῦ ἄνωθεν βασιλέως ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐρράγησαν, παραδοθέντες εἰς κρίσιν θανάτου μετὰ τοῦ συνδραμόντος αὐτοῖς φθοροποιοῦ δαίμονος. τοῦτο προσετάξαμεν ἐπ' Αμηγετίου καὶ Κηρωνίου, καὶ Δαμάσου, καὶ Δαϊλάμπωνος, καὶ Βρετησίου, ἀκροατῶν γενομένων. ἅπερ καὶ αὐτὰ τὰ πραχθέντα ἐξαπεστάλκαμεν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα γνῶναι ἔχητε τὰ πραχθέντα ἐν τῇ ἐναρέτῳ συνόδῳ. Τούτοις συνεζεύξαμεν τοῖς γράμμασι καὶ τῆς συνόδου τὰ δόγματα ἐν κεφαλαίῳ ταῦτα δηλοῦντα.

Ομολο-

ANNO CHRISTI 365

Ὁμολογοῦμεν ἀκολούθως τῇ μεγάλῃ καὶ ὀρθοδόξῳ συνόδῳ ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱόν. καὶ οὐχ' οὕτω νοοῦμεν τὸ ὁμοούσιον, ὡς καὶ πάλαι τινὲς ἐξηγήσαντο, μὴ ἀληθινῶς ὑπογράψαντες, καὶ νῦν ἕτεροι πατέρας ἐκείνους καλοῦντες, τὴν δύναμιν τῆς λέξεως ἀθετήσαντες καὶ ἑπόμενοι τοῖς γράψασι, τὸ ὅμοιον δηλοῦσθαι διὰ τοῦ ὁμοουσίου, καθ' ὃ οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων δι' αὐτοῦ γενομένων ἐμφερὴς ὁ υἱός, ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ πατρὶ ἀφωμοίωται. οἱ γὰρ ταῦτα ἐξηγούμενοι, κτίσμα ἐξαίρετον ἀσεβῶς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ δογματίζουσιν. ἡμεῖς δὲ φρονοῦμεν ὡς καὶ αἱ σύνοδοι νῦν, ἥτε κατὰ Ῥώμην καὶ ἡ κατὰ Γαλλίας, μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐν τρισὶ προσώποις, τουτέστιν, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν. ὁμολογοῦμεν δὲ κατὰ τὴν ἔκθεσιν τὴν ἐν Νικαίᾳ καὶ σεσαρκῶσθαι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ὁμοούσιον, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἐσκηνωκέναι, καὶ πεπληρωκέναι πᾶσαν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν, ἐν γενέσει καὶ πάθει καὶ ἀναστάσει, καὶ τῇ εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσει. καὶ πάλιν ἥξειν ἀποδιδόντα ἡμῖν κατὰ τὴν ἑκάστου βίωσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως σαρκὶ ὁρώμενον καὶ τὴν ἑαυτοῦ θείαν δύναμιν ἐπιδεικνῦντα Θεὸν ὄντα σαρκοφόρον καὶ οὐκ ἄνθρωπον θεοφόρον. καὶ τοὺς ἐναντία φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. ὁμοίως ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς μὴ γνησίως ἀναθεματίζοντας τὸν εἰπόντα, ὅτι πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν ὁ υἱός, ἀλλὰ γράψαντα, ὅτι καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρί. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν κτισμάτων ἐστὶ τῶν μὴ ἀεὶ ὄντων μετὰ τοῦ Θεοῦ, καθὸ ὁ υἱὸς ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρός ἐστιν, ἀϊδίῳ γεννήσει γεγεννημένος.

Sententiam magni & orthodoxi concilii Nicæni sequentes, confitemur Filium Patri consubstantialem esse. Neque certe ita intelligimus consubstantialem, ut quidam olim exponebant, qui non sincere & ex animo concilio Nicæno subscripserunt. Neque ut alii, qui hoc tempore illos appellant patres, & vim hujus verbi, consubstantialis, tollunt; sequunturque opinionem eorum qui tradiderunt, per hanc vocem, consubstantialem, nihil aliud significari, quam similem: per quam vocem Filius nulli creaturæ per ipsum conditæ, sed soli Patri similis ostenditur. Qui ista tradunt, Filium Dei nihil aliud quam creaturam eximiam esse impie plane definiunt. Nos autem non aliter sentimus, atque duo concilia, quorum alterum jam Romæ, alterum habetur in Gallia: Nimirum unam eamdemq; essentiam esse Patris & Filii & Spiritus sancti in tribus personis, hoc est, in tribus perfectis, ut Græci loquuntur, ὑποστάσεσι. Confitemur item (ut est in fidei formula Nicææ edita) consubstantialem Dei Patris filium sumpsisse carnem ex sancta virgine, inter homines habitasse, implevisseque omnem pro nobis œconomiam, nascendo, patiendo, resurgendo, & in cælos ascendendo: venturum quoque denuo, ut in die judicii, prout quisque se gessit in vita, reddat cuique, carni universæ visum fore: divinam suam demonstraturum potentiam: Deum carne indutum, non hominem indutum divinitate. Illis autem qui contraria sentiunt, anathema denuntiamus. Pari ratione his, qui non ingenue dicunt anathema ei qui asserit Filium non ante fuisse quam nasceretur, sed tradit eum vi & facultate prius in Patre fuisse, quam re ipsa genitus esset, anathema denuntiamus. Nam istud dici potest de omnibus creaturis, quæ non semper cum Deo sunt, sicut Filius semper cum Patre est, æterna generatione genitus.

Fides Illyricæ synodi.

EPISTOLA EPISCOPORUM ITALIÆ Illyricis de fide Nicæna suscepta gratulantium.

Dilectissimis fratribus per Illyricum fidem paternam retinentibus, episcopi Italiæ, in domino æternam salutem.

DIVINI muneris gratia est, ut secundum apostolum omnes unum sapere, omnes unum confiteri cœperimus: & quantum ad Italiam pertinet, ' cum fidei paternæ, hoc est apud Nicæam scriptę se reddidit, fraudem quam passa est apud Ariminum recognoscens, Illyricum etiam Deum clementi nutu respexisse, gaudemus, & consortio infidelitatis, quo gravabatur, abjecto, ea quæ sunt rectæ sententiæ probare cœpisse, gratulamur. Nostram igitur, dilectissimi fratres, unam eamdemque accipite firmam subscriptione sententiam. Nicæni tractatus adversus Arium, Sabelliumque, cujus Photinus partiaria hæreditate damnatur, decreta servamus. Ariminensis concilii statuta quorumdam tergiversatione corrupta, consensu omnium provinciarum jure rescindimus, quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, ut nec in fide retinenda, nec in confutando Ariminensi concilio aliqua videretur ' condescensio.

Quicumque igitur nostræ unanimitatis optat habere consortium, quicumque individuam pacem nobiscum habere desiderat, quæ sunt nostræ sententiæ, comprobare festinet, & fidei nobis memoratæ subscriptionem, & rescissionem Ariminensis concilii sine ambiguitate mittendo. Id certe petimus, quod complurium harum provinciarum porrigimus ipsi consensum. Auctores autem hæresis Arianæ vel Aetianæ Valentem & Ursacium, ceterosque eorumdem consortes, non nunc esse quod manifestari apud Illyricum cœperunt, sed olim condemnasse, manifestum est.

[a] TYANENSE CONCILIUM CATHOLICORUM.

[a] *Tyanense concilium.*] Tyana est civitas Cappadociæ ad radices Tauri montis posita. Illo tempore, quo legati orientalium ex occidente discedentes in orientem venerunt, anno nimirum Christi 365. prædicto loco hæc synodus a catholicis celebrata fuit. Eustathius episcopus Sebastiæ cum aliis collegis ad eam se conferens, Liberii pontificis, aliorumque occidentalium episcoporum communicatoriis epistolis ostensis, ad professionem fidei Nicænæ se obtulit, simulque juxta mandatum & speciales literas Romani pontificis hac de re scriptas, in sedem suam restitui petiit. Episcopi vero omnes Tyanæ congregati, primæ sedis majestatem & auctoritatē veriti, non modo eum catholica communione dignati fuerunt, sed etiam in sedem, a qua Acacianorum sententia dejectus fuerat, restituerunt. Receptus, sedique pristinæ restitutus, relapsus est; quia

Locus concilii.

Eustathius in sedem suam restitutus relabitur ad hæresim Arianam.

ANNO CHRISTI 365.

quia fortasse, quod inquit Basilius, *hæc omnia* A *simulate tantum actitaverit, Nicænamque confessionem ad decipiendum, larvæ dumtaxat loco usurpaverit.* Postquam enim Basilius epistola 74. ad occidentales scripta, vitam Eustathii, ejusque mores pene ab incunabulis summatim perstrinxisset, hæc ait: *episcopatu ejectus, propterea quod in Melitina synodo depositus esset, viam sibiipsi, per quam restitueretur, excogitavit, eam videlicet, ut ad vos proficisceretur. Quæ vero sint illi a beatissimo episcopo Liberio proposita, & ad quæ consenserit, nobis clam est; nisi quod epistolam attulit, per quam restitueretur. Eam ubi Tyanea* B *synodo exhibuit, in suum locum restitutus est. Iste itaque jam fidem eam, in quam receptus est, depopulatur, cumque illis facit, qui Homousion anathemate percellunt: deinde & hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant divinitate. Quoniam igitur istinc vires accepit lædendi ecclesias, ac publicandæ impietatis suæ fiducia, quam vos vidistis, ad subversionem multorum usus est, necesse est ut isthinc quoque veniat malorum istorum correctio, scribaturque ecclesiis, quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit. Simul vero adjiciatur, quomodo jam mutata sententia gratiam a patribus, qui tum erant, acceptam, irritam reddat.* Hæc de Eustathio Basilius epist. C ad occidentales. Fueritne hic idem Eustathius in Gangrensi concilio damnatus, prolixe supra dixi in notis ejusdem concil. Gangren. verbo *adversus Eustathium.*

Qui concilio interfuerint.

Qui huic concilio interfuerint, quidve in eo gestum sit, Sozom. lib. 6. cap. 12. his verbis recenset. *Eodem tempore dum Eusebius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, Athanasius Ancyræ, Pelagius Laodiceæ, Zenon Tyri, Paulus Emesæ, Otreius Meletinæ, & Gregorius Nazianzi episcopus* (pater hic erat Gregorii Theologi) *& alii multi, qui regnante Ioviano Antiochiæ decernebant doctrinam, quod Filius sit Patri consubstantialis, tenendam esse: dum, inquam, isti omnes Tyanæ concilium habent, literæ Liberii & aliorum episcoporum occidentis recitantur. Ex quibus permagnam capientes lætitiam, scripserunt omnibus ecclesiis, ut tum decreta episcoporum occidentis, tum literas Liberii & aliorum episcoporum Italiæ, Africæ, Galliæ ad occasum solis spectantis, & Siciliæ (horum enim literas quoque legati ex concilio Lampsaceno ad eos missi attulerant) diligenter perlegerent: deinde numerum omnium (concilium enim Ariminense multitudine longe superabant) secum subducerent; tum & doctrinæ se illis & communionis socios adjungerent: deinceps ut in ea sententia se esse, suis ipsorum literis declararent: postremo ut ad certum diem, quem præstituerant, dum adhuc ver esset, Tarsi Ciliciæ in unum convenirent. Atque hi quidem hoc modo ad conveniendum in unum locum se mutuo ipsi cohortati sunt.*

Basil... pisc... Cæs... se re...

Basilius, qui dum quæreretur ad episcopatum Cæsariensem, improvisa fuga sibi consuluit, creatoque Eusebio sibi parum æquo, una cum Gregorio Nazianzeno silvas Ponti petiit, cum in solitudine agens, Eusebium episcopum Cæsareæ Cappadociæ, ad cujus simultatem fugiendam se in solitudinem receperat, audivisset, opportunum sibi visum est, ad eamdem Tyanensem synodum literas dare, quibus significaret nihil antiquius apud se esse, quam pacem cum omnibus exoptare. Quibus literis in synodo perlectis effectum est, ut Eusebius Basilium pacem rogantem susciperet: reversus ad ecclesiam Cæsariensem eum ex eremo accersivit, & amicissime fovit. Vide Baron. anno 365. n. 28. & 29.

EPISTOLA S. BASILII AD CONVENTVM TYANENSEM.

Basilius pacem quærit cum suo episcopo Eusebio.

PROFVNDA detegens & cordium consilia D perscrutans dominus dedit etiam humilibus prudentiam difficilium (ut nonnulli existimant) machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neque ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus, neque audimus quippiam aliud, quam Dei pacem, & quæ ad ipsam maxime spectant. Si enim alii potentes atque magni sint, suisque viribus confisi: certe nos, qui nihil sumus, & parvæ auctoritatis, nunquam nos attollemus, ut in solitudine possimus rebus superesse, cum exacte sciamus nos magis uniuscujusque fratrum auxilio indigere, quam altera manus alterius. Porro quod in ipsa cor- E poris structura communio est necessaria, dominus nos docuit. Cum enim hæc ipsa nostra membrare aspicimus, quod unum non sibiipsi ad functionem satis est: quomodo censebo, meipsum mihi sufficere ad vitæ negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit, altero non sublevante. Neque oculus ita recte viderit, nisi alterum habeat socium, & cum eo unanimiter visibilibus se objiciat. Iam auditus exactior est, qui per utrosque meatus vocem recipit, & multo validior apprehensio digitorum communione.

Ad hæc nihil eorum vel quæ a natura, vel quæ ex instituto recte peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus, cum etiam deprecatio ipsa consonantes non habens, multo

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΗι ΒΟΥΛΗι ΤΥΑΝΩΝ.

Ὁ ἀνακαλύπτων βαθέα, καὶ φανερῶν βουλὰς καρδιῶν, ὁ κύριος ἔδωκε καὶ τοῖς ταπεινοῖς σύνεσιν τῶν δυσθεωρήτων, ὥς τινες οἴονται, τεχνασμάτων. οὐδὲν οὖν ἡμᾶς ἔλαθεν, οὐδὲ τῶν πεπραγμένων τὶ κεκρυμμένον. Ἀλλ᾽ ὅμως ἡμεῖς, οὔτε ὁρῶμεν, οὔτε ἀκούομεν, ἄλλό τι, ἢ τὴν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅσα (τοιαῦτα) πρὸς αὐτὴν φέρει. εἰ γὰρ καὶ ἕτεροι δυνατοὶ καὶ μεγάλοι καὶ ἑαυτοῖς πεποιθότες· ἀλλ᾽ ἡμεῖς οἱ μηδὲν, καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιοι, οὐκ ἄν ποτε τοσοῦτον ἑαυτοῖς ὑπολάβοιμεν, ὥστε ἐν τῇ μονώσει δύνασθαι νομίσαι περιέσεσθαι τῶν πραγμάτων. ἀκριβῶς εἰδότες ὅτι πλέον ἡμεῖς τῆς ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀδελφῶν ἐπικουρίας δεόμεθα, ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν χειρῶν τῆς ἑτέρας. ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς, τὸ ἀναγκαῖον τῆς κοινωνίας ὁ κύριος ἡμᾶς ἐδίδαξεν. ὅταν γὰρ πρὸς αὐτὰ ταυτὰ ἀπίδωμεν τὰ μέλη ἡμῶν, ὅτι ἓν οὐδὲν ἑαυτῷ πρὸς ἐνέργειαν αὔταρκες, πῶς ἐμαυτὸν λογίσομαι ἐξαρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς τὰ τοῦ βίου πράγματα; οὔτε γὰρ ἂν πούς ἀσφαλῶς βαδίσειε μὴ συνυποστηρίζοντος τοῦ ἑτέρου, οὔτ᾽ αὖ ὀφθαλμὸς ὑγιῶς ἴδοι, μὴ κοινωνὸν ἔχων τὸν ἕτερον, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ συμφώνως προσβάλλων τοῖς ὁρατοῖς. καὶ ἀκοὴ ἀκριβεστέρα, ἡ δι᾽ ἀμφοῖν τοῖν πόροιν τὴν φωνὴν δεχομένη, καὶ ἀντίληψις κραταιοτέρα, τῇ κοινωνίᾳ τῶν δακτύλων.

Καὶ ἁπαξαπλῶς οὐδὲν οὔτε τῶν ἐκ φύσεως, οὔτε τῶν ἐκ προαιρέσεως κατορθουμένων ὁρῶ, ἄνευ τῆς τῶν ὁμοφύλων συμπνοίας ἐπιτελούμενον.

μένον· ὅπου γὰρ αὐτὴ ἡ προσευχὴ μὴ ἔχουσα τοὺς συμφωνοῦντας ἀδρανεστέρα ἐστὶ πολλῷ ἑαυτῆς. καὶ ὁ κύριος ἐπηγγείλατο μέσος γενήσεσθαι δύο ἢ τριῶν, ἐπικαλουμένων αὐτὸν ἐν ὁμονοίᾳ. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν οἰκονομίαν ὁ κύριος κατεδέξατο, ἵνα εἰρηνοποιήσῃ, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὥστε διὰ πάντα ταῦτα, ἐν εἰρήνῃ μένειν τὰς λειπομένας ἡμῶν ἡμέρας, εὐχόμεθα. ἐν εἰρήνῃ δὲ γενέσθαι τὴν κοίμησιν ἡμῶν αἰτούμεθα. ὑπὲρ ταύτης οὐδὲ πόνον ἐλλείπειν ὅντινα οὖν ἔγνωκα, οὐ ταπεινόν τι φθέγξασθαι ἢ ποιῆσαι, οὐχ ὁδοιπορίας μῆκος ὑπολογίσασθαι, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὀχληρῶν ὑποστείλασθαι, ὥστε τῶν μισθῶν τῆς εἰρηνοποιΐας ἐπιτυχεῖν. κἂν μὲν ἕποιτό τις ταῦτα καθηγουμένοις ἡμῖν, τοῦτο ἄριστον, καὶ εὐχῆς τυγχάνει πέρας. ἐὰν δὲ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀφέλκοι, ἐγὼ μὲν οὐδὲ οὕτω τῆς αὐτῆς κρίσεως ἀποστήσομαι· αὐτὸς δὲ ἕκαστος τῆς οἰκείας ἐργασίας ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως, τοὺς καρποὺς ἐπιγνώσεται.

A est invalidior. Ac dominus dixit, cum duo vel tres unanimes ipsum invocant, in medio se eorum fore. Insuper dispensationem ipsam dominus suscepit, ut per sanguinem crucis ipsius, sive terrena, sive cælestia pacificaret. Quare ob hæc omnia, in pace manere vitæ nostræ residuos dies precamur; in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neque laborem effugere qualemcumque decrevi, non humile quidquam sonare vel facere, non itineris longitudinem abhorrere, non aliud quid molesti detrectare, ut ex præmiis pacificationem consequamur. Etsi quis hæc docentes sequatur, hic optimus etiam precationis terminus existit: sin au- B tem in diversum trahatur, ego quidem neque sic a meo judicio recedam: singuli autem ipsimet suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. ANNO CHRISTI 366.

CONCILIAB. ARIANORUM IN CARIA.

Valens imperator hactenus catholicus in procinctu Gothico propter Procopii tyrannidem anno imperii sui tertio, qui est Christi 366. feliciter debellatam, bono consilio salutarem ba- C ptismum expetens, uxoris Arianæ blanditiis, pessimo consilio ad Arianos transierat, & ab Eudoxio Arianorum nequissimo baptizatus, ab eodem juramento obstrictus fuerat, ut in impio suscepto dogmate perseveret, & diversa sentientes ubique ecclesiis exigat. Cum itaque impulsu Eudoxii Constantinopolitani iniquo furore non tantum catholicos, sed etiam Novatianos, Macedonianos & Semiarianos exagitaret & persequeretur, Ariani eam occasionem captantes, novas synodos indicere & congregare cœperunt. De hoc eorumdem conventiculo hæc scribit Sozom. lib. 6. cap. 12. *Cum autem jam concilium Tarsi cogeretur, circiter triginta quatuor episcopi Asiani in Caria, quæ est regio Asiæ, in unum congregati, studium in ecclesia concordia stabilienda positum probabant illi quidem, sed tamen vocabulum* consubstantialis *rejiciebant, constanterque affirmabant, formulam fidei Antiochia & Seleuciæ editam, tenendam esse: quippe qua etiam a Luciano martyre ante edita habebatur, & non sine multorum tum periculorum, tum laborum susceptione, ab his qui ipsos ætate anteibant, confirmata. Imperator vero impulsu Eudoxii, concilium, quod in Cilicia futurum expectabatur, partim literis, partim minis diremit.* Vide Baron. anno 366. num. 25.

CONCILIAB. ARIANORUM SINGEDIMINUM IN MYSIA.

a *Conciliabulum.*] Anno Christi 366. Valens & Ursacius Arianorum fæces, una cum collegis suæ perfidiæ, adversus Semiarianos Singedimi in Mysia conciliabulum habuerunt, quo Semiarianos ad formulam Ariminensem & Constantinopolitanam, qua Filius Patri tantum absolute similis esse dicitur, approbandam inducere tentarunt; atque in eum finem, ad Germinium Semiarianum epistolam ipsi scripserunt, ab eoque responsorias acceperunt. Utramque apud S. Hilarii fragmenta extantem hic adjicere placuit.

EPISTOLA SYNODALIS AD GERMINIUM.

Domino " religiosissimo fratri Germinio, Valens, Ursacius, Gaius & Paulus, salutem. " Lib. 1. frag. S. Hilarii p. 40. Baron. ann. 366. num. 26.

CUM de spe & salute solicitudo incumbit, magis laudandi esse debent qui soliciti sunt, quam reprehensionem aliquam sustinere. Salus autem ac spes principaliter in fide catholica consistit: & ideo ' quamvis conventione ad omnes nostros fratres & coepiscopos nostros * Valente & Paulo admonita noluerit, ad id quod rumor ' latitat de te respondere, domine religiosissime, tamen quia literis tuis testificatus es, te in eadem caritate perseverare, & paratum esse inlibatam dilectionem habere erga nos ostendere: propterea in unum apud " Singedimum D congregati, iterum his commonefacimus sanctitatem tuam, ut omni occasione ambigui exclusa, digneris rursus rescribere nobis, si a fide catholica, quæ Arimini a sancto concilio exposita confirmataque est, cui etiam universi orientis episcopi consenserunt, sicut jam professus es te non recessurum, apertus * quæritur significes. Est autem hoc, sicut in ea cautum est: Similem dicimus Filium Patri secundum scripturas, non secundum substantiam, aut per omnia, sed absolute. Si enim hæc expositio immutata fuerit, manifeste quondam Basilii perfida assertio, propter quam synodus facta est, qua etiam merito damnata est, reparabitur. Dignare igitur E hoc quod quæritur, evidenter literis tuis declarare: non dixisse, aut dicere, vel dicturum, similem esse per omnia Filium Patri, excepta innativitate, ne quod perlatores literarum Iovianus diaconus & Martyrius subdiaconus verbo deprecationis suæ, ante prædictos dominos meos fratres, & coepiscopos nostros Valentem & Paulum asserebant, magis credibile esse videatur, quia per omnia similem esse Filium Patri profitearis. Si enim sic te, sicut optavimus, sentire scriptis tuis manifestaveris, querelam pro injuria a quibusdam clericis tuis Palladio & Gaio fratribus & coepiscopis nostris factam, licet nolueris, sicut prima conventione admonitus es, exquirere, ad ' æstimationem tuam pertinet,

' quavis contentione a dominis nostris fratribus & coepiscopis Valente, & ' jactitat " Singedunum

* apertius

' existimationem tuā non pertinent, illi' scilicet.

Concil. general. Tom. II.

Anno Christi 366.

tinet, illis scilicet præstantibus pro sua temeritate [...]tionem. Hæc per Secundianum presbyterum, Pullentium lectorem, & Candidianum exorcistam transmisimus caritati tuæ, decimo quinto Kalendas Ianuarii, Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo consulibus, exemplum penes nos retinentes.'

EPISTOLA

GERMINII SEMIARIANI,

ADVERSUS ARIANOS.

* Lib. 1. fragm. sancti Hilarii pag. 41.

Dominis " fratribus religiosissimis Rufiano, Palladio, Severino, Nichæ, Heliodoro, Romulo, Muciano, & Stercorio, Germinius in domino salutem.

Baron. ibid. num. 27. ' V. C.

VITALIS ' nunc militantis in officio sublimis præfecturæ relatione comperimus, desiderare sanctitatem vestram significari vobis aperte, quid est quod de fide nostra Valenti, Ursacio, Gaio & Paulo displiceat. Necessarium duxi his literis patefaciendum sanctitati vestræ, & id quod in ' vobis ipsis ab initio esse confido, dicere, nos hoc quod a patribus traditum accepimus, & divinis scripturis, quod semel didicimus & quotidie docemus, Christum Dei Filium dominum nostrum per omnia Patri similem, excepta innativitate, Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante sæcula & ante universa, quæ intelligi vel dici possunt, genitum, cujus nativitatem nemo scit nisi solus Pater, ipso Filio asserente: *Quia nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare: per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil*, secundum divinas voces ipsius salvatoris nostri Filii dicentis: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Et iterum: *Quæcumque enim Pater facit, hæc & similiter Filius facit*, Et iterum: *Ego & Pater unum sumus.* Et iterum: *Qui me vidit, vidit & Patrem.* Et iterum: *Quomodo Pater vitam habet a semetipso, ita dedit & Filio vitam habere in semetipso.* Et iterum: *Sicut Pater suscitat mortuos & vivificat, ita & Filius ' quod vult, vivificat.* Et iterum: *Creditis in Deum, & in me credite.* Et iterum: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum cui Pater dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram:* nec dixit, ad imaginem tuam, vel ad imaginem meam, ne aliquam dissimilitudinem in Filii sui divinitate demonstraret, sed propterea conjunxit ad imaginem & similitudinem nostram, ut Filium suum sibi similem per omnia Deum manifestaret. Iterum evangelista: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratia & veritate.* Et apostolus ad Corinthios: *In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non refulgerent inluminatione evangelii gloriæ Christi, quæ est imago Dei.* Et iterum idem apostolus: *Et transtulit nos in regno Filii caritatis ', in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Et iterum idem apostolus: *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus.* Quis non intelligat, quia quemadmodum secundum servi formam vera fuit caro nostra in Christo, ita & in Dei forma vera sit divinitas Patris in Filio? Et iterum: *Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa hujus mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Si ergo omnis plenitudo divinitatis inhabitat in Christo, jam non ex parte similis, & ex parte dissimilis, sicut nunc asserunt ' qui propter contentionem suæ libidinis retrorsum abeuntes, semetipsos a nobis ' avertunt.

Marginal notes: Matth. 11. Ioan. 1. Ioan. 5. Ibidem. Ioan. 14. ' quos. Ioan. 5. Gen. 1. Ioan. 1. 2. Cor. 4. 1. Thess. 1. ' suæ. Philip. 2. * nobis. 2. Col. ' avertunt.

Nam quod putant se pro magno de divinis scripturis proferre, ut dicant, Christum facturam & creaturam: e contrario nos secundum scripturas dicimus, & viam, & januam, & lapidem offensionis, & petram scandali, & fundamentum, & brachium, & manum, & sapientiam, & verbum, & agnum, & ovem, & pastorem, & sacerdotem, & vitam, & diem, & alia. Sed hæc omnia sic intelligimus & dicimus, ut virtutes & operationes Filii Dei intelligamus, non ut divinam ejus ex Patre nativitatem hujuscemodi nominibus comparemus, quia ex nihilo omnia per Filium facta sunt, Filius autem non ex nihilo, sed ex Deo Patre est genitus.

Miror autem prædictum Valentem aut oblitum esse, aut certe subdole dissimulare, quid in præteritum gestum definitumque sit. Nam sub bonæ memoriæ Constantio imperatore quando inter quosdam cœperat esse de fide dissensio, in conspectu ejusdem imperatoris præsentibus Georgio episcopo Alexandrinæ ecclesiæ, * Pelusinorum, Basilio episcopo tunc Anquiritano, præsente etiam ipso Valente & Ursacio, & ' in ea pravitate, post habitam usque in noctem de fide disputationem, & ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis ' ejectum fidem dictasse, in qua fide sic conscriptum est: Filium similem Patri per omnia, ut sanctæ dicunt, & docent scripturæ: cujus integræ professioni consensimus omnes, & manu nostra subscripsimus. Si autem nunc aliquid spiritus hujus mundi suggerit, ex aperto adhuc scire non possumus. Nam, ut nos professi sumus de scripturis, per omnia similem Filium Patri excepta innativitate, exponant & illi de scripturis, quemadmodum parte similis sit, parte dissimilis. Et ideo, fratres dilectissimi, hæc intrepidanter & sine mora vestræ dilectionis ad conscientiam, per Cyriacum officialem, cujus prima inventa occasio est post Carinium diaconum, quem ad vos misi, professionem destinavi, ut per vestram quoque vigilantissimam devotionem apud Deum, universæ fraternitati intimetur, ne quis ' fallacia diaboli laqueis ignorans implicetur. Iam vestræ est unanimitatis rescribere mihi, quid vobis sanctus Spiritus suggerat. Sane intimo caritati vestræ, me huic epistolæ, propterea quod manus dolerem, subscribere non potuisse: subscribendum autem mandasse fratribus & compresbyteris nostris Innocentio, Octavio, & Catulo.

Marginal notes: Valentem vafre notat. ' me vita. ' electum. ' falsa.

VITA,

VITA,

EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ II.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] FELIX natione Romanus, ex patre Anastasio, [b] sedit annum unum, menses tres, dies tres. [c] Hic declaravit Constantium filium Constantini hæreticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi juxta Nicomediam in Aquilone villa. [d] Et pro hoc declaratu, ab eodem Constantio Constantini Augusti filio, martyrio coronatur, & capite truncatur. Hic fecit basilicam via Aurelia milliario ab urbe secundo, cum presbyterii honore fungeretur. Et ad eamdem basilicam emit agrum circa locum, quem obtulit ecclesiæ quam fecit. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 21. diaconos 5. episcopos per diversa loca 19. Qui etiam ' passus est in civitate Corona cum multis clericis & fidelibus occulte juxta muros urbis * ad lacus ' Trajani, tertio Idus Novembris. Et exinde raptum est corpus ejus a presbyteris & clericis noctu, cum Damaso presbytero, & sepultum est in basilica supradicta, quam ipse via Aurelia construxerat, * duodecimo Kalendas Decembris, milliario secundo. Et cessavit episcopatus dies triginta octo.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Felix*] Felix, Liberii diaconus fidelis & catholicus, ab Arianis suffectus est in locum exulantis & relegati Liberii. Pontificiam sedem si (quod ait liber pontificalis) legitime tenuit, vivente adhuc atque pro fide exilium sustinente Liberio vero pontifice, non aliter quam chorepiscopus obtinuisse potuit, ne unius corporis ecclesiæ duo forent capita: si vero, quod communiori patrum sententiæ convenientius est, ab Arianis in eam intrusus, ab iisdem molitione Epicteti episcopus ordinatus fuerit, ut schismaticus aliquis, jure magis usurpato quam debito eamdem occupasse debuit. Ab eo tempore, quo Felix Constantium, Ursacium, Valentem, aliosque Arianos excommunicando, vexillum fidei ipse erexit, quove Liberius ob manifestam cum hæreticis communionem, a catholicorum communione plane extorris existimatus est, quasi impossibile sit eumdem cum hæreticis & catholicis simul communicare posse: ille omnium catholicorum judicio, quamquam antea schismaticus fuisset, legitimus ecclesiæ catholicæ pontifex haberi cœpit. Vide quæ supra diximus in notis ad vitam Liberii, ad concilium Mediolanense & Sirmiense.

b *Sedit annum unum, menses tres, dies tres.*] Nimirum a lapsu Liberii ad obitum suum. Idem fere Sozom. lib. 4. cap. 14. dicens, eum post reditum Liberii tantum ad modicum temporis spatium sedem tenuisse. Huic sententiæ etiam illud consentaneum est, quod non nisi unam ordinationem mense Decembri fecisse dicatur. Quod ait Marcellinus, Felicem post obitum Constantii mortem oppetiisse, & ad consulatum Valentiniani atque Valentis, annis videlicet octo post reditum Liberii superstitem fuisse, quodque Romanus clerus; Liberio in exilium misso, juraverit se nullum creaturum pontificem, donec Liberius ipse restitueretur, quosdam vero ex illis perjuros effectos Felicem intrusisse, majore affectu erga Ursacium quam veritate scripsit & dixit. Vide Baron. anno 357. num. 61. & 67.

c *Hic Constantium secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi.*] Constantium secundo rebaptizatum fuisse ab Eusebio Nicomediensi, falsissimum est: tum quod Athanasius lib. de synod. & Socrates lib. 2. cap. ult. affirment, eum tempore mortis ab Euzoio Ariano baptismo initiatum fuisse: tum quod Hilarius lib de synod. post hæc tempora in eum invehatur, quod non regeneratus, ut ait, ecclesiis credendi formam præscribere auderet. Vide Baron. an. 357. num. 62.

d *Et pro hoc declaratu, &c martyrio coronatur.*] De obitu Felicis, liber pontificalis hic, & in vita Liberii mi-

A re admodum variat. Eum martyrio occubuisse testatur Romanum martyrologium. Quod ingressus illius vitiosus sit & iniquus, & de exitu ipsius scripta inter se pugnantia nutent; ideo tempore Gregorii XIII. anno Christi 1582. diu multumque inter viros doctos, ad corrigendum martyrologium deputatos, dubitatum fuit, deberetne hic sanctus Felix in emendatum martyrologium referri. Expunctum fuisset nomen illius, nisi arca marmorea in basilica sanctorum Cosmæ & Damiani vigesima octava Iulii, pridie nimirum ejus diei, quo celebrari solebat memoria hujus Felicis, inventa fuisset cum hac inscriptione, antiquis characteribus marmori incisa: *Hic jacet corpus sancti Felicis papæ & martyris, qui Constantium hæreticum damnavit.* Quam inventionem cum omnes non immerito divinitus contigisse crederent, suam quam conceperant sententiam merito retractarunt, eamque in majorem martyris gloriam commutarunt. Vide Baron. anno 357. num. 63. Bellarm. lib, 4. de Roman. pontif. cap. 9.

Felix quomodo in martyrologium relatus sit.

Summam Dei providentiam, qua semper moderatus est ipsam Romanam ecclesiam, hic lector mecum paulisper intuere. Labefactato non quidem participatione hæresis, sed Arianorum dumtaxat communione Liberio, Felicem antea eorumdem communicatione conjunctum ex adverso Deus excitat; statimque eumdem erigit adversus eos ipsos Arianos, quorum sane ope fuerat Romanam cathedram consecutus, & magno præsidio contra adversarios confirmat; sicque ad pugnam roborat, ut exagitans omnes Arianos, eorumque principem Constantium anathemate feriens, pro mercede corona martyrii insignitus fuerit. Felice defuncto, nullus in locum ejus subrogatus est: nam Liberius abrupta penitus, quæ C recipiendæ sedis causa intercesserat, Arianorum communione, ab omnibus legitimus Romanæ ecclesiæ pontifex, ut fuerat ante, cognitus & acceptus est. Risu igitur potius quam redargutione dignum est recentiorum quorumdam historicorum, quos libenter sequuntur Magdeburgenses, commentum, dicentium Felici secundo fuisse suffectum Leonem quemdam Arianum, in S. Hilarium patrum æquum, quem sero ad synodum accedentem, in pœnam humi considere jusserit: atque ideo eadem a Deo vindice, qua Arius, pœna mulctatum, una cum visceribus animam efflavisse. Sed cum omnium antiquissimorum testimonio, Leo I. tempore concilii Calchedonensis sederit; cumque nulla mentione hujus rei facta, omnes omnino Liberio & Felice defunctis, Damasum substituerint; non historiam, sed fabellam esse scias, a recentioribus forte excogitatam, quod falso opinati fuerunt, Liberium, Felice secundo expulso, instar Leonis in catholicos sevisse. Vide Baron. anno 357. num. 69. Bellarm. D lib. 4. de Rom. pont. cap. 9

Dei providentia erga ecclesiam.

Felix Arianos, per quos sedem acceperat, anathemate ferit.

Felici defuncto nullus alius suffectus fuerit.

Hæreticorum fabula de Felicis successore Leone.

"EPISTOLA S. ATHANASII, ET ÆGYPTIORUM PONTIFICUM AD FELICEM II. PAPAM.

De infestationibus Arianorum.

" Ad malas mercatoris merces has ineptæ farraginis quisquilias Baronius aliique eruditi viri ablegant.

Domino beatissimo & honorabili, sancto patri Felici, sanctæ sedis apostolicæ urbis Romæ papæ, Athanasius & universi Ægyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum episcopi, in sancta Alexandrina synodo gratia Dei congregati.

E VESTRO sancto suggerimus " apostolatui, ut nostri, more solito, solicitudinem gerere dignemini, juxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est: quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota ' super tribulatione nostra, nos omnes hortata est, ad tuitionem catholicæ & apostolicæ ecclesiæ in unum convenire, & de nostra oppressione canonice & unanimiter tractare, dum constat vos una cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & non ego uror?* satagentes, ne aliqua de his, quæ vobis creditæ sunt, rationabilibus ovibus a bestiis capiatur. Ideo pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos a vestra apostolica sancta sede auxilium

* Maurus Cæsenæ episc. ad S. Martinum conf. I concil. Later. anno 649.

' Deusdedit Caralitanus ep. ad eumdem.

2 Cor. 11.

xilium hausimus, & nostri vos curam habere agnovimus, præfatam apostolicam & summam expetimus juxta canonum decreta sedem, ut inde auxilium capiamus, unde prædecessores nostri ordinationes & dogmata atque sublevationes ceperunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut ejus uberibus nutriamur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum. Sic & vos nolite oblivisci nos vobis commissos, quoniam non levibus nos inimici nostri implicaverunt afflictionibus, & quotidie facere moliuntur, & apprehendere, aut " ferris nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus: quod nequaquam vobis inconsultis agere præsumimus. Canonibus quippe jubentibus, absque Romano nos de majoribus causis nihil debere decernere pontifice. Ideoque ad propositum recurrentes, & ad bravium properantes, vestræ apostolicæ sedis imploramus auxilium: quia, ut credimus, non despexit Deus preces cum lacrymis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos prædecessoresque vestros, apostolicos videlicet præsules, in summitatis arce constituit, omniumque ecclesiarum eis curam habere præcepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes, cui omne episcoporum judicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicæna magna synodo trecentorum octodecim episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque " Romani pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopos damnari, licet hæc & alia quam plura necessaria ab hæreticis, qui nos quotidie infestant & perdere nituntur, ut facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa, nobisque sublata. Qua de re, hac inventa occasione indifferenter, omni canonica & apostolica postposita auctoritate, nos vi a propriis, vobis inconsultis, illicite expellunt sedibus: ovesque nobis a Christo domino apostolica commissas gratia, invadunt, gradibus privant, & quod pessimum est, & omnibus Christianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo (ut semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit) periclitantibus subvenite, oppressos roborate, tribulatis manum porrigite, taliaque prohibete, & leges imponite, ut apostolica doctrina, quæ in Deo est, cito ad victoriam judicium perducere valeat nostrum, nosque (apostolorum principe suffragante Petro) ab imminentibus periculis liberare. Novimus namque in jam præfata Nicæna synodo generaliter esse decretum, ut nullus passim vageque episcopos, aut præsumptive lacerare, aut accusare, & qui non sunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ conversationis, aut infamare præsumat: sed prius, si erga episcopos vel auctores ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum caritate mansuete conveniat, ut ab eis vulnus, unde agitur, recte sanetur: aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil valuerit recte percipere, tunc primo summos adeat primates, & ipsi, tempore congruo, canonice eos convocare debebunt. Qui si aut suis rebus expoliati, aut a propriis sedibus ejecti, aut exulantes, vel oppressi aut inique tractati fuerint, primo eruantur, & canonice restituantur, atque omnia sibi sublata " integerrime eis legibus reddantur: quoniam priusquam hæc fiant, (ut in prædicto constitutum est concilio) nec canonice convocari, nec " distingui a quoquam possunt, quoniam nec sæculi leges hæc fieri permittunt, quanto magis ecclesiasticæ? Similiter & a supradictis patribus est definitum consonanter, ut si quisquam episcoporum, aut metropolitanorum, aut comprovinciales, vel judices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso domino potestas ligandi ac solvendi speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim " firmamentum a Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam, dominus Iesus Christus vestram apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer " vertex, in quo omnes ecclesiæ vertuntur, sustentantur, relevantur. Et sicut in Christo Christiani, & in petra, id est Christo, Petrus, Petri renovantur ecclesiæ. Tu es enim (sicut divinum veraciter testatur eloquium) Petrus, & super fundamentum tuum ecclesiæ columnæ, id est, episcopi, qui ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claves regni cælorum commisit, atque ligare & solvere potestative quæ in terra, & in cælis sunt, promulgavit. Tu profanarum hæresium, & impetitorum, atque omnium infestantium depositor, ut princeps & doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei existis. Igitur ne despicias, pater, tuorum patrum pietatem, bonamque intentionem. Et sicut illi, patres & prædecessores nostros a multis liberaverunt oppressionibus & angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ & apostolicæ sedi licentia, injuste damnatos vel excommunicatos, potestative sua auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, apostolico punire privilegio, sicut etiam nostris & anterioribus cognovimus actum temporibus. Porro & ipsi primates, qui episcoporum & summorum ecclesiasticorum negotiorum causas suscipere debent, in præfixa Nicæna synodo sunt dinumerati, ne in posterum contentio ex hoc oriretur. O " sanctissime pater patrum, abscinde blasphemias, & iactantiam vaniloquorum, & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimentium, atque perdere volentium, qui ad vos, quasi ad caput confugimus, ut vestro suffulti auxilio liberemur, & vobis nobisque commissas Christi oves, a luporum ore, domino adminiculante, antequam deglutiantur, eripiamur. Nec enim " fas est, supplicum apostolicæ sedis scripto, aut sine scripto preces oblatas despicere, sed (ut condecet, ut privilegium vestræ sedis est) & nos & illi canonicaliter convocemur, & ante vos de nostris objectionibus canonice cum omni probitate concertemus, sicut prædecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, & sicut canonica in prædicta sancta synodo docent instituta, & veluti palliati * verbi per ventilabrum canonicæ examinationis; plenam purgationem in communi consistentes auditorio, de maturis & enutrientibus catholicæ ecclesiæ dogmatibus; quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum consequamur institutionum. Antiquis enim regulis " sancitum est, ut quidquid quamvis in remotis, aut longinquis positis provinciis

" Stephanus Dolēsis ad eūdem papam conf. 2. ejusdem synodi.

" Socr. l. 2. cap. 8. & 17. Soz. l. 3. c. 9.

Et habetur in epistola decr. Iulii contra orientales pro Athanasio, c. 7.

Ibid. c. 17.

Ibid. cap. 8.

" Hadr. coll. 35.

provinciis super episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut hujus auctoritate, * juxta quæ fuisset, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur: indeque sumerent normam, unde ecclesiæ sumpsere prædicationis exordium, nec passim ab insidiatoribus columnæ everterentur ecclesiæ. Certum est enim, eidem sanctæ sedi vestræ, in honorem beatissimi Petri, patrum decreta peculiarem decrevisse reverentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quæ solicite decet, justeque ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cujus solicitudo semper fuit & est, tam mala damnare, quam probare laudanda. Quocirca humillimum vestro apostolico culmini persolventes obsequium, ut ipse dominus præcepit, & sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lacrymis suggerimus, quod sine gemitu cordis reticere non valeamus. Nam in tantum a persecutoribus sanctæ Dei ecclesiæ, nostrisque inimicis persequimur, ut magis nos tædeat vivere, quam mori. Unde præ omnibus fatemur in tantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticum illum planctum exoptemus, dicentes: *Quis dabit capiti nostro aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, ut sedentes, ploremus die ac nocte?* Ecce enim ecclesia Dei non leviter perturbatur, columnæque ejus nimis infestantur, atque a pravis amoveri hominibus nituntur. Christianorum vero voces ac gemitus episcoporum longe lateque resonant, novitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est enim, nobis manum porrigere, quia vobis commissi sumus. Vestrum est nos defendere atque liberare; nostrumque est a vobis auxilium expetere, vestris parere jussionibus. Præ nimio ergo dolore & gemitu, omnia quæ nobis instant, & nos infestant, * necessario recordari, vobisque significare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus apostolatum, ut super his legem, quæ in memorata Nicæna synodo est promulgata, licet prædictorum insidiatorum & aliorum malorum hominum (ut facilius episcopos, Deique ministros valeant illaqueare) depravatione sit suffocata, reparetis: & quæ necessaria fore cognoscitis, vestræ sanctæ sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum, vestra fulti auctoritate, illæsi, domino opitulante, evadere valeamus: quia non est ovium, insidias luporum prævidere ", sed pastorum est. Scimus enim (ut semper vestræ sedis præsules, primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt) vos universalis ecclesiæ, & maxime episcoporum, qui oculi propter contemplationem & speculationem, vocantur domini, curam gerere, ac de revelatione & lege nostra assidue cogitare debere, sicut scriptum: *Beatus vir qui meditatur in lege domini die ac nocte*: quæ meditatio " non lectione per figuram literarum tantum conspecta, sed exuberante in vobis Christi gratia, in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita, & nullatenus de vestro corde recedente lege Christi Dei domini sacrosancta, sicut in psalmo dicit propheta: *Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius: non atramento, sed spiritu Dei vivi vestra in arcana conscripta; neque*

A *in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet epistola. Quibus præmissis, significamus Deo placitæ paternitati vestræ, die 17. Kalendarum Augustarum ", indictionis quartæ, nostram humilitatem, divina gratia, suo (ut præcepit) munere præveniente, vestris sanctis ac Deo dignis precibus in sancta Romana " ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolam: in quo dignitatis fastigio, ut a Deo omnipotente regamur altissimo, & a malis omnibus liberemur, ut non sacerdotale nomen tantum, sed Christi domini Dei nostri protegente auxilio, & meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendan-B tes orationibus, poscimus, quatenus & vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis muniti, & eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur, cum omni nobis populo Christiano commisso, illæsi, protegi velamento divino. Ad salutationem ergo vestræ sanctæ & honorandæ paternitatis vice nostra ", Benedictum humilem vestrum fratrem, nostrum episcopum, & Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconum, vestros famulos destinavimus, quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolvi, ut vestris cohortationibus roborati, & vestris regulis informati, C inimicis videlicet compressis, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hiemem Deo propitio remeare. Vestrum est quippe, pater sanctissime canonica districtione " solicite, ecclesiasticæ regulæ adversantibus, & fratrum insidiatoribus obviare, nec permittere noviter dici, quod patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, quæ recta sunt, adjuvante domino, sapientes, uno vinculo caritatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaque a catholicis, improbis probe resistere innitendum est, ne torpentes desidia D oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, & quasi favorem impendentes judicemur, dum adversa catholicæ fidei propulsare negligimus. Unde dictum est: Negligere quippe, dum possis deturbare perversos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Liquet, doctor sanctissime, venenosa serpentium sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite, quæsumus, oppressis, liberate nos de manu persequentium, ut cum beato Iob cantetis: *Benedictio perituri super me veniebat; & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum; &* E *vestivi me, sicut vestimento & diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus * eorum auferebam prædam.* & reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat " cura, id est, omnes episcopi, præcipue tuum mereri debemus judicium, & nō ab aliis devorari. Merito ergo nos domini causa respicit sacerdotes, si silentio " faveamus errori. Siquidem corripiantur hujusmodi, nec sit liberum eis, pro voluntare facere judicium. Desinat novitas incessere vetustatem ", desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam ut omnes metropolitani vel reliqui episcopi sua odia aut vindictas in reliquos

HHh episco-

" Anno 648: quo magis appareat fucus impostoris qui orbi voluit illudere.

" Romanam loco Carthaginensis substituit. Adde quod Athanasius Alexandriæ ordinatus cred. mense Ianuario an. 326 indictione 14.

" Nomina propria mutavit plagiarius ne deprehenderetur in furto.

" Vide finem Victoris ejusdem epistolæ.

Iob. 29.

* illius

" Innoc. ep. 18. ad Alex. Antiochenum.

" Cæl. ep. 1. ad Gallos.

" citat hunc locum Vinc. Lirinensis ex supra citata Cælestini I. papæ epistolæ.

episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire & judicare debeant, ne ulla fraus in judicio episcoporum possit irruere. Vos ergo, qui in summa specula gratia Dei estis positi, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones" & scandala excitant. Ideoque exoramus, ut minime despiciatis humilitatis nostræ & omnium orientalium orthodoxorum sacerdotum & populorum afflictiones", & deprecationes cum lacrymis oblatas, sed sicut luminaria universo mundo, verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatenus funditus extincta hujusmodi caligine, lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime pater, & dogmatica definitio ubique omnes lætificans, quam gloriosi ecclesiæ sanctæ patres per propria piissima dogmata in æternæ vitæ firmam hereditatem prædicasse noscuntur. A B

"Steph Dorensis ad syn. Later. ann. 649.

"Nomina Sophronii, Apollinaris & Severi resecuit falsarius.

Et subscriptio.

Incolumem " te & beneplacitum Deo, sanctissime pater patrum, orantem pro nobis, dominus custodiat in ævum. Amen.

" Sergius Cyp. ep. ad Theod papam supra cit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Suspectę fidei epistola arguitur. " "ergo & aliæ omnes τυπῶ κομματος ex eadem officina deprompta.

a *Epistola.*] Hæc epistola sub nomine Athanasii ad Felicem ex synodo Alexandrina scripta ab episcopis Ægypti, Thebaidis, & Libyæ, de fide suspecta est, tum quod hoc tempore, quo Athanasius fuga elapsus in eremo latitabat, quove cum Liberio omnes episcopi orthodoxi, decreto imperatoris & Mediolanensis conciliabuli, sedibus suis exturbati erant, neque locus, neque tempus cogendæ synodi esse potuerit: tum quod hac epistola ad Felicem scripta, ipsum Felicem de sua ipsius ordinatione certiorem reddat. An rescriptum Felicis fortasse eodem defectu laboret, alii judicent. Illam epistolam, cujus fragmenta sub nomine Felicis in Calchedonensi concilio extant, a Felice secundo scriptam fuisse, doctissimis quibusdam viris auctoribus, existimatum est, hac de causa, quod prædictum fragmentum in concilio Calchedonensi act. 1 & apud Cyrillum in sua apologia post epistolam Iulii papæ attexatur. Sed eam sententiam ex argumento & titulo ejusdem epistolæ redarguimus supra in notis ad 4. epistolam Felicis primi. C D

b *Et sicut.*] Legendum videtur: Et sicut in Christo Christiani, ita & in petra, id est, Petro, renovantur ecclesiæ: ut sit sensus, Romanæ ecclesiæ pontificem, si quid in ceteris ecclesiis vitiatum aut depravatum sit, sua auctoritate & posse & debere corrigere.

"EPISTOLA I. FELICIS PAPÆ II.

" Falsam & hanc quoque meritissimo jure dixeris.

Rescriptum ad episcopos in Alexandrina synodo congregatos.

I. *Ut nemo episcopum penes arbitros sæculares accuset.*
II. *Si quis adversus episcopum causam habuerit.*
III. *De eadem.*
IV. *De episcopis rebus suis expoliatis, aut a sede pulsis.* E
V. *Infames & sacrilegos ad testimonium non admittendos.*
VI. *Si episcopus vocatus ad concilium, ire non potuerit.*
VII. *De causis quæ legibus non continentur, vel prohibita noscuntur.*
VIII. *De accusationibus episcoporum, & rerum suarum ablatarum redintegratione.*
IX. *Quibus non liceat accusare, vel testificari.*
X. *De eadem re.*
XI. *De personis accusatorum.*
XII. *De primatibus & metropolitanis.*
XIII. *De accusationibus episcoporum, & ineptitudine accusantium.*
XIV. *Qui non debeant admitti ad accusationem.*
XV. *De eadem re.*
XVI. *Licere in ecclesiasticis negotiis, dicta causa & finita, recedere, quod in sæcularibus non licet.*
XVII. *De accusationibus episcoporum.*
XVIII. *De non terminandis causis episcoporum absque auctoritate Romani pontificis.*
XIX. *Si episcopus a comprovincialibus, vel a metropolitano senserit se prægravari.*
XX. *De judiciis episcoporum, & de tempore concesso ad præparandum, & comparandum.*
XXI. *De judicibus & accusatoribus, quales debeant esse.*

Reverendissimis atque dilectissimis fratribus, Athanasio & universis Ægyptiorum, Thebaidorum, Libyorum episcopis, in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix almæ Romanæ urbis & universalis ecclesiæ episcopus, & sancta synodus, quæ in urbem Romam convenit, in domino salutē.

SACRAM vestram synodicam epistolam, per gratiam sancti Spiritus, & Deo placitum studium conscriptam, vestræ a Deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter in synodo recitari per singula jussimus, & omnes intente ejus colligere verba præcepimus: super quæ dum lętari sperabamus & cupiebamus, versa est in luctum cithara nostra, cantatio in plorationem, & omne totius synodi gaudium in mœrorem translatum est: quia non decuerat, ut hi qui corpus" Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem, quoniam dominus Deus noster salutem providens generis humani, mandavit " persecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, nec invideri laborantibus in agro dominico, neque dispensatores magni regis vexari aut expelli. Quiescite, inquit sancta magna Nicæna synodus, & nolite persequi eos qui Deo perfecte ministrant, & sincera voluntate Dei superni mandata custodiunt, & nostris legibus subjugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, ut iniqui & carnales, spirituales persequantur. Omnis enim qui resistit" alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur adversus eum, contra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, & insuper loqui contendit. Vos enim monemus, fratres, in speculis esse debere, ut in quantum potestis, & dominus auxilium dederit, talibus nostra apostolica, vestraque auctoritate resistatis, nec quisquam vestrum a fratris auxilio se subtrahat, sed pro viribus præstet adminiculum. Quoniam, licet pauci sitis, si unanimes fueritis, nullatenus, justitia suffragante, domino quoque opem ferente, superabimini, quia *funiculus triplex difficile rumpitur.* Nam si officiis sęcularibus " humana lex subvenit, quanto magis ecclesiasticis & domini sacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum domini nuncupantur, divina atque catholica lex suffragari debet? Ait enim divinum de episcopis eloquium; " *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et si sęculares humana multipliciter explorantur homines lege, & requisitiones atque induciæ " ejus multorum mensium conceduntur, ne injuste damnentur: quanto magis episcopis, qui proximiores sunt Deo, & super hos constituti, positique in cælesti militia

litia, quæ inpensius ponderanda est, tempora sunt concedenda multo ampliora, ne a quibusdam graventur, opprimantur, vel subito damnentur? Incipiamus " ergo, adjuvante Deo, & sancto Petro apostolo, per quem apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, quoniam plures sæpe emerserunt causæ, quæ in quibusdam non erant causæ, sed crimina: quia magis ut comperimus, iniquitate, quam caritate fratribus sunt impositæ; & ut de cetero solicitudo sit ne talia eveniant, capitula quædam a sanctis patribus tam in Nicæna synodo, quam & in hac sede constituta, ponamus, quibus fratres & coepiscopi nostri fulti, B insidias inimicorum, auxiliante domino, valeant evadere, & prout dominus posse dederit; paucioribus verbis " tantorum malorum imitemur compendium, & strictim, quæ in volumine literarum vestrarum comperimus, retractemus, & alia nonnulla instantis temporis necessaria, prout petitis, ponamus.

I.

Est namque synodicis " decretum institutis, ut nemo episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed apud summos primates.

II.

Si quis adversus episcopum causam habuerit, non prius aliquos episcopos adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo aut justam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum: & si non hos audierit, dic ecclesiæ*, id est, accusa eum publice, & non prius. & reliqua.

III.

Si quis episcopum post hæc elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, & non sæcularibus, qui magis ad pacem " quam ad judicium eos revocent, ut caritas in omnibus & ab omnibus custodiatur. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tum tempore legitimo eos ad synodum canonice convocatam, non infra angusta tempora, canonice convocent, & non prius quam eis per scripta significent quid eis opponitur, ut ad responsionem præparati adveniant. Nam si aut vi ", aut timore ejecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonice evocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonice restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur.

IV.

Si quis episcoporum fuerit suis rebus expoliatus, aut a sua ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet & decet * episcoporum propositum semper prima fronte cedere; ut omnia quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, & præsul prius restituatur, & postea non statim, sed diu & per spatiosa tempora suis potestative dispositis, & ad suam necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam; & si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

V.

Nulli infami " atque sacrilego de quocumque liceat negotio adversus religiosum Christianum, A quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, aut inscriptione Christianum impetere.

VI.

Si quis episcopus legitime accusatus, & supradicto ordine ad concilium canonice convocatus fuerit, absque ulla trepidatione ire debebit; & si ire non potuerit ", pro se legatum ad synodum mittat. "Hadr. c. 5.

VII.

Nullæ causæ a judicibus " ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. "Idem c. 11.

VIII.

Si quis aliter non acquieverit, nisi ut episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non potest accusatio existere. Tunc primo accusati causam accusator " apud primates canonice deferat. Nec a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum judicium canonice convocatus, infra tres aut sex vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille vero, qui vi aut timore a sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur. " Et tam diu in sede propria C pacifice & protestative cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad judicium venerit, si voluerit & necesse fuerit, induciæ ei petenti a patribus constitutæ, absque impedimento concedantur, & judices a se electi tribuantur, ut in loco unde est ille qui accusatur ", aut si alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat, quia multa per subreptionem evenire solent. D

"Carth. iii. 7.

" Rom. v. sub Symmacho. 3 q. 2. Tam diu in sede. Et in decr. Ivo. lib. 45. q. 3. Cum accusatus ad. Et in decr. Ivo. lib. 4. " Conc. Afric. c. 30.

IX.

Ut testificandi, vel accusandi licentia " denegetur his qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint. "Anianus in c. 1. tit. 7. l. XVI. Cod. Theod.

X.

Multum derogatio prævalet " quando derogatori creditur. Ideo variis detrectationibus atque accusationibus non decet " labefactari primatem, sed magis patrum regulis roborari. Nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente domino: *Non suscipias vocem mendacii*: sed prius probare debet suspicionem & causam, aut quo animo hoc faciat, & E postmodum suscipere: quia veritatis professionem ", propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii & cupiditatis intentio impedire, & adversa fratribus irrogare solet.

"Trip. III. 8. ex Socr. I. 31. " Dam. ep. ad Illyricos apud Theodor. II. 22. *Exod.* 24.

" An. in lib. v. Sent. Pauli tit. 15. sent. 2. " Hadr. 4. & 15.

XI.

Personæ " accusantium tales esse debent, quorum fides & conversatio & vita probabilis & absque reprehensione sit, & quæ omni careant suspicione: quia & hoc, te præsente, ut bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorum hominum infestationem, ab omnibus diffinitum est, licet pravorum hominum insidiis sint hæc & alia quamplura deleta. Hic nota quædam de decr. in Nicæna synodo deleta.

XII.

Primates illi, & non alii sint, quam in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metro-

" Hadr. coll. 23. metropoles " tenent sedes, archiepiscopi vocantur, & non primates, salva in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata.

XIII.

" Idem c. 15. Primo semper " in omni episcoporum accusatione, vita, persona & conversatio accusantium enucleatim inquiratur: & postmodum ea quæ objiciuntur, fideliter pertractentur: quoniam nihil aliter fieri * debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, vita & actus discutiantur: quia non debet pravorum aut insidiantium hominum pernicie, vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis persequuntur, qui non cessant suis * calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere providendum est, ne hæc fiant.

* decet,

* calumniis alios denigrare.

XIV.

" Carth. VII. c. 2. Nullus servus ", nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus qui frequenter " litigat, & ad accusandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare: quoniam accusatores & accusationes, quas leges sæculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debet ordo, invenire nequeo, cum hæc & in Nicæna synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis judicari debeant; & apostolus dicat: *Spiritualis judicat omnia, ipse vero a nemine judicatur.*

" Hadr. 11. & 50. ex Carthaginensibus IV. 58. & VII. 2.

2. Cor. 2.

XV.

" Hadr. coll. 63. Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, " malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

XVI.

" S. Leo ep. 54. Nec ita in ecclesiasticis agendum " est negotiis, sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus postquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam causam recedere: in ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

XVII.

" Hadr. 27. Quoties episcopus " super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui juste & canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in provinciis, episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus: quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui " throni Dei vocantur, pravorum hominum insidiis turbari debent, sed libere Christo domino famulari.

" conc. Tolet. XI. c. 5.

XVIII.

Quamquam comprovincialibus episcopis una cum eorum metropolitano, suæ provinciæ causas episcoporum liceat caritative & concorditer agitare, non tamen (sicut in prædicta, te præsente, constitutum est synodo) licet definire absque Romani pontificis auctoritate. Quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerint, suæ præsumptionis suscipiant damnum; & illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate hujus sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri clavigeri Petri potestate solvantur, atque restituantur. Ipse enim ait dominus: *Quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.* Matt.

XIX.

Quoties episcopi se a suis comprovincialibus ", vel a metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione libere ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellaverint ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, bene Athanasi nosti: quoniam quando tu & Paulus Constantinopolitanus, Asclepius " Gazæ, & Lucianus Adrianopolites, ab orientalibus episcopis, inconsulto sanctæ memoriæ Iulio prædecessore nostro, damnati estis, & ad eum quasi ad totius orbis caput (ut semper huic sedi sanctæ licitum fuit) confugistis, cognita eorum nequitia ", & vestra justitia, vos in communionem suscepit, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, suas singulis reddens ecclesias, orientalibus scripsit, culpans eos, quod non recte tractassent viros inculpabiles de suis ecclesiis expellentes, & constituta Nicæni concilii minime conservantes. E quibus ad certum diem nonnullos sibimet adesse præcepit, ut de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, & coram eis ostenderet, justum se super eis protulisse decretum. Interminatus est etiam non talia deinceps fratres esse passuros, & nisi ab hujusmodi præsumptionibus cessarent, a propriis esse gradibus eos recessuros. Tali enim hujus sanctæ sedis privilegio tu & fratres tui proprias recepistis ecclesias, cum omnibus sibi pertinentibus. His enim & aliis quam plurimis documentis manifestum est, nullum damnari, aut suis expoliari rebus debere episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellaverit, aut sibi defensatricem adsciverit, donec judicium de eo nostræ apostolicæ auctoritatis ", hoc est, principis apostolorum Petri agnoscat, quia solummodo Christus Iesus huic sanctæ sedi, id est, apostolicæ, facere commisit, utpote quoniam solus atque præ omnibus præfatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a rege regum Christo Deo claves regni cælorum.

XX.

De induciis vero episcoporum, super quibus consuluistis, diversas a patribus regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & consilia episcoporum atque amicorum quærenda, annum aut sex mandaverunt menses concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero " quam sex menses non * reperi, quia & laicis hæc indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus? Nam & a nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhibitum est, ne quis domini sacerdoti- bus

bus detractationes irroget; quanto magis accusationes, non ex radice caritatis prolatas? Quiescite, inquiunt, & nolite persequi eos, qui perfecte Deo ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium a Deo angelorum pelluntur incursus, quique omnes dæmones, qui corrupti sunt, precum assiduitate" confundunt. Induciæ namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare, & universos communicatores in provinciis positos convenire, testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

XXI.

Iudices enim & accusatores esse debent, qui omni careant suspicione", & ex radice caritatis suam desiderent promere sententiam. His ergo tam legaliter", quam & canonice prolatis, etiam omnium Christianorum reverentiam congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione & timore dominico, per quem humana removetur offensio, & ecclesiarum ædificatio præponitur universis, ut magis universi ad ædificationem fratrum laborent, quam ad damnationem; quoniam ait dominus: *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.* Iam enim formam dedimus", & a prædecessoribus nostris datam esse cognovimus, ut si quis se agnoverit Christianum, illud servet quod ab apostolis noscitur esse contraditum, dicente apostolo Paulo: *Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit.* Christus enim Dei filius, dominus noster, humano generi propria passione salutem plenissimam condonavit, ut nos liberaret. Et si Deus in tantum nos dilexit, ut etiam proprio filio non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, ut nos liberaret: ut quid nos non diligimus fratres, aut eos temere judicamus, cum prædictus dicat apostolus: *Nolite judicare invicem, sed hoc magis judicate, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* Nam si illi qui fratres diligunt, ex Deo nati sunt, & vident Deum: quid ergo erunt illi, qui eos persequuntur, & eos detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliuntur? Si illi filii Dei, procul dubio hi filii sunt diaboli, qui semper, *sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret*, ita fratres insequuntur, ut perdant. Qui vero adjuvare fratres refugiunt, majus peccatorum onus acquirunt, & fraternitatis solatio rei existunt. *Væ*, inquit propheta, *qui potum dat amico suo, mittens fel suum.* Et iterum sapientissimus Salomon ait: *Quoniam qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus" enim impii interrogatio erit: sermonum autem illius ad Deum perveniet auditio, ad correptionem iniquitatum illius: quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abscondetur.* Hæc enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu, ad reprobum minime laberentur, sed per Dei timorem sermonum suorum præcaventes custodiam, piam sanctorum patrum definitionem sine quadam nocumenti præsumptione utique conservarent: quoniam dicit sacrum eloquium: *Consilium bonum conservabit te, & mens bona custodiet te.* Non enim de fontibus" salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusationes & detractiones, atque ideo competenter nos B. Paulus admonens, ait: *Non debere plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Rom. 12. In definitione pietatis perduremus. Qui enim hanc prætereunt, non tantum ipsi sunt decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt omnibus memoriam, ut in his, in quibus peccaverunt, minime latere potuissent. *Gloria enim & contumelia in loquela: & in lingua hominis, casus illius est.* Eccles 5. Ideoque conveniens est, hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum nostris actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini, seminantibus illis zizania & scandala, sed lætari in officiis & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia, & * hujusmodi blasphemia subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, & a Christiani populi societate divelli. Licet namque de his plura & pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ & ab apostolis eorumque successoribus, nostris videlicet prædecessoribus, statuta inveniuntur, dicere & conscribere potuissemus, tamen melius " nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens, & hujus unigenitus filius & salvator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus & coepiscopis nostris, quibuscumque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem ejusdem domini salvatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, ut & vos, & qui vobiscum sunt, hic & in futuro possideatis meliora, *quæ oculus non vidit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*, 1. Cor. 2. per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & cum quo omnipotenti Deo Patri gloria in sæcula sæculorum, amen. Valere vos opto, fratres carissimi. Data Idibus Februarii" Agario & Iuliano viris clarissimis consulibus.

* ab hujusmodi blasphemia se sub.

" Iulius ad ecclesiam Alex. Trip. IV.29.

" nomen fictum.

"EPISTOLA II. FELICIS PAPÆ II. ad eosdem & ad reliquos domini sacerdotes.

De patienti sufferentia persecutionum & tribulationum.

Felix sanctæ universalis ecclesiæ papa, atque per gratiam Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ urbis Romæ episcopus, una cum sancto concilio nostro reverentissimorum sacerdotum, huc nobiscum convenientium", in confirmatione piissimorum catholicæ ecclesiæ dogmatum, & revelatione oppressorum fratrum, coepiscoporum videlicet nostrorum, qui rectam Nicæni concilii tenent fidem, & qui fratres non infestant, universis spiritualibus fratribus nostris, & reliquis in sacerdotali collegio domino consecratis, atque omni plenitudini ecclesiæ catholicæ.

" Martinus I. papa in synodica conc. Later.

GRATIA vobis & pax multiplicetur in confortatione & sancti Spiritus communione quatenus in eo proficientes, a gloria in gloriam, *virtutes annuntiemus ejus, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum*, 1. Pet. c. 2. v. 9. *apud quem non est transmutatio, nec * vicissitudinis obumbratio.* Iac. 1. v. 17. Portare, fratres, hortamur, persecutiones & tribulationes patienter, ut ejus inveniamini filii, quem quotidie patrem vocatis Deum in cælis: & in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omnia. *Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Rom. 8. Imitatores quoque Dei convenit "in omni verbo & opere imitari

* momenti

" Maximus Aquileiensis conf. 4.

ejusdem conc. Later. anno 649 celebrati.
Ioan. 14.

imitari Deum. Ideoque illud oportet nos dicere, quod ipse de se perhibuit dominus: *Veniet princeps hujus mundi, & in me nihil inveniet.* Venerunt & illi qui vos & nos persequuntur, quia vos sine nobis persequi non possunt, quoniam unius Dei membra sumus, & unum illius sacerdotium per ejus sanctificationem retinemus, & in nobis de suis nihil invenerunt: quia quidquid sumus, gratia Dei sumus, licet propterea calũniari nos irrationabiliter studuerint, quod facere solent inimici, suã ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. *Scripsi enim vobis*, inquit beatus apostolus, *per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis, quam caritatem abundantius habeo in vobis.* Etenim " detrahentibus detrahere, non est bonum, * ut non ad ea quæ scripta sunt, commoti, injuriæ certamen efficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum ", neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus jubet per Isaiam prophetam, dicens: *Audite me, qui scitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis.* Considerantes etiam quod in psalmo scriptum est: *Nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt. Vana autem locutus est unusquisque ad proximum suum, & labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Sed disperdet dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est?* Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. " Non enim per probabilem & paternam doctrinam hoc faciunt, sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam. Scriptum namque est: *Via stulti recta in oculis ejus. Et sunt viæ, quæ videntur hominibus justæ, novissima autem earum deducunt ad mortem.* Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei" hæc reservare debemus, *qui reddet unicuique secundum opera sua.* Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens: *Mihi vindictam, ego retribuam.* Vos enim in recta fide, & pura ac bona succurrite voluntate vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum: *quoniam in hoc,* ait dominus, *cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.* Unde & ipse per prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Spirituali dico " habitaculo & concordia, quæ in Deo est, & unitate fidei hujus delectabilis, secundum veritatem inhabitaculi, * quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque sacerdotalem induentibus dignitatem, sicut unguentum super caput, principalem intellectum irrigans, & usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promisit dominus. Hujus ergo propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, fraternam præsentem syllabam exposuimus, nostra propter caritatem minime quærentes, aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo, secundum vulgarem fabulam, excutere palum. Absit. Non sunt nostra ista: quapropter hæc avertat divinitas. Non sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis & spiritu humilitatis: quia sicut per duritiam minime (ut

1. Cor. 2.
" Deusdedit Caralitanus ep. ibidem
* ut ne
" Martinus I conf. 3. ibidem
Isa. 51.
Psal. 43.
Psal. 11.
" Ejusdem papæ verba
Prov. 12.
Prov. 14.
" Conc. Rom III. sub Symmacho.
Ier. 15.
Deuter. 32.
Rom. 12.
Ioan. 13.
Psal. 132.
" Paulus CP. ep. Monothelita ad Theodorum papam conf. 4. conc. Later.
* qui
* quod

prophetice dicamus) *purgatur nigella*, ita nec pacis soporatus fructus intelligentiæ per asperitatem exprimitur. Propter hoc enim & verborum supportavimus colaphos, ut vel paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos se humiliare dignatus est, & extremæ illius ultionis per hanc plagam verba declinemus. Audiamus ergo, & consentiamus ecclesiæ oratori, qui per linguam Spiritus sancti clara voce exclamat, dicens: *Omnia vobis in caritate fiant:* Ergo sive quærimus, sive tantummodo dicimus, & tantummodo audimur, caritas intercedat. Ars aliqua existat ad compositionem concordiæ boni & conjunctionem. Oportet enim, de Deo quærentibus nobis spiritu rectitudinis mentis nostræ dinumerantes intentiones templum pacifice inhabitare in eum propter dominum, qui per prophetam locutus est: *Quærens quare, & apud me habita.* Speculum enim dedit nos Deus populo suo, & oportet eos, qui a Deo sunt deputati sacerdotium adipisci, ita in humilitate gressuum mentis adinvicem tendere, ut in melius ædificentur hi, qui ad nos respiciunt, quam (quod dicere * piget) per nostram discordiam semitam pedum eorum concutere. Ad concordiam inclinemus nos ipsos, * & unum in caritate sapiamus. Humilitatem veneremur, per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si enim amplius usque adhuc taciturnitatem, quam verborum garrulitatem * dileximus, hoc quidem bene habere arbitrati sumus, ne scriptis vestris reciproca respondentibus, injuriæ fomitem exhortemur, & pusillanimitate dijudicemur ab eo, qui omnia ad caritatem dirigere promulgavit. Oravimus vero & tunc ostium circumstantiæ labiis nostris imponi, & verbum insonitum concipere potius quam * verbum sonabile: & hoc tamen mihi donum est a domino, *& factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Sed *quia tempus est loquendi & tempus tacendi*, aperio verbum, & claudo ostium per taciturnitatem, competenter exorans: *Domine labia mea aperies, & respondeam exprobrantibus mihi verbum.* Licet enim tacuissemus, non semper tamen tacebimus, adaperiente nobis domino claves verbi. Igitur dilecti in præsenti a beatitudine fraternitatis vestræ apocrisarii, post multas factas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes, in fine ad hoc pervenerunt, admonentes nos atq; hortantes interpretari unius veri Christi Dei nostri voluntatis intellectum, atque hujusmodi interpretationem destinare vestræ sacratissimæ venerationi. Nos autem acceptam habentes bonæ conscientiæ prædictorum venerabilium virorum admonitionem, cognoscentes autem & quæ principatus apostolorum summitas docet, paratos esse ad satisfactionem omni poscenti verbum de spe, quæ in nobis est, secundum Dei timorem, mansuetudinemque ad bonam scientiam temperantes, super tali tantummodo requisitione mentem nostram per has syllabas exponimus, superfluam exercitationem & altercationem verborum, propter satietatem & præsentis temporis incongruitatem, declinantes ac præcaventes, nihil omnino aliud intelligentes, aut proferentes vel dicentes, quam quod audivimus & cognovimus a sanctis & universalibus magnis apostolis, eorumque successoribus, & patres nostri enarraverunt nobis, & audientes " prædicavimus, ad supernam tendentes vocationem.

cationem. Nostrum est studium, ubi pacis constitutio manet his, qui in stadio pietatis sunt, bene unica gloria intercessori tribuitur & corona. Deo manifestati sumus, qui judicat omnia, & comprobat. Non jurgialiter stamus, non ad contradictionem respicimus, nec favorem inanem amplectimur: sed in verbo Dei proposito, hujusmodi requisitionis resolutionem fecisse dignoscimur, confidentes quoniam pacis dominus Deus ad alterutrum nostrorum unitatem & dilectionem conservabit in gloria ejus benignissimæ majestatis. Omnem cum vestra beatitudine in Christo existentem fraternitatem, tam nos, quam qui nobiscum sunt, multum salutamus. Data 8. Kalend. Novembris Philemone" & Attico viris clarissimis consulibus.

VITA,

EPISTOLÆ, ET DECRETA

DAMASI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

DAMASUS natione Hispanus, ex patre a Antonio, b sedit annos decem & octo, menses tres, dies undecim. Et c cum eo ordinatur sub contentione Vrsicinus. Et facto concilio sacerdotum, constituerunt Damasum, quia fortior & plurima multitudo erat. Et sic constitutus est Damasus, & d Vrsicinum ejecerunt ab urbe, e & constituerunt eum Neapoli episcopum. Et mansit Damasus in urbe Roma præsul in sede apostolica. f fuit autem temporibus Iuliani. Hic fecit eodem tempore basilicas duas, unam juxta theatrum sancti Laurentii, & aliam via Ardeatina, ubi requiescit intra Catacumbas, ubi jacuerunt corpora sanctorum apostolorum Petri & Pauli. In quo loco dedicavit g platoniam ipsam, ubi jacuerunt corpora sancta, & versibus exornavit. Hic multa corpora sanctorum martyrum requisivit, & invenit: quorum etiam h conchylia atque sepulcra versibus declaravit & adornavit. Hic constitutum fecit de ecclesia. Hic i invidiose accusatus ac incriminatus de adulterio, facta synodo, purgatus est a 44. episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium & Callistum diacones accusatores ejus, & projecerunt de ecclesia. Hic constituit titulum in urbe Roma basilicam, quam ipse construxerat, ubi & donavit patenam argenteam pensantem libras 20. Amam argenteam, pensantem lib. 15. scyphum argenteum anaglyphum, pensantem libras 10. calices ministeriales argenteos 5. pensantes singulos libras 3. coronas argenteas 5. pensantes singulas libras 8. canthara cerostrota ærea 16. Domos in circuitu basilicæ, præstantes solidos 155. Possessionem Papyrianam in territorio Ferentino, cum adjacentibus attiguis, præstantem solidos 120. & tremissem. Possessionem Antonianam in territorio Casino, præstantem solidos 103. Balneum juxta titulum, præstans solidos 27. Hic constituit, ut psalmi die noctuque canerentur per omnes ecclesias, qui hoc præcepit presbyteris, episcopis, ac monasteriis. Hic fecit ordinationes in urbe Roma 5. per mensem Decembrem, presbyteros 31. diacones 11. episcopos per diversa loca num. 62. Qui etiam sepultus est via Ardeatina, in basilica sua, tertio Idus Decembris, juxta matrem suam & germanam. Et cessavit episcopatus dies 31.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Damasus.*] Quinta Septembris die, anno Christi nati 367. qui est Valentiniani & Valentis imperatoris 4. post interregnum sex dierum, Damasus natione Hispanus, teste Ambrosio, judicio Dei subrogatus fuit, quo tempore Viventius præfectum urbis agebat, " Lucino nimirum & Iovino consulibus. Fuerat quidem Felicis presbyter; sed a Liberio non solum in gradum suum receptus, verumetiam vicarii munere decoratus. A schismaticis de adulterio aliisve criminibus diffamatus, auctoritate sancti Hieronymi virgo appellatur, publico sanctorum patrum concilio probatur, imperatorum scriptis vindicatur, omniumque antiquorum voce & testimonio laudatur, pontifex toti orbi catholico communicatione conjunctus, vitæ moribus insignis, miraculis illustratus, ac denique universæ ecclesiæ catholicæ consensu a tempore obitus in hanc usque diem anniversaria memoria celebratus. Marcellino bis schismatico, in iis, in quibus in Damasum & in omnes orthodoxos contumeliosus fuit, nulla fides est adhibenda. Ammianus Vrsicino addictus, occasione orti schismatis invidiose carpit luxum & regium cultum Romanorum pontificum; nihilque aliud calumniando præstitit, quam ut cognoscant posteri, summo atque regali Christi sacerdotio jam tum regiam quoque magnificentiam & majestatem fuisse conjunctam. Vnde Prætextatus vir consularis, teste Hieronymo, solebat ludens beato Damaso dicere: *Facite me Romanæ urbis episcopum, & ero protinus Christianus.*

Damasus qualis & quo tempore pontificatum acceperit. *" Lupicino* *Marcellinus & Ammianus censura notantur.*

b *Sedit annos 18. menses 3. dies 11.*] Annis 17. duobus mensibus, & 26. diebus sedisse, ex initio & fine pontificatus evidenter cognoscere licet. Decima quinta Septembris ann. 367. pontificiam sedem accepisse, supra probavimus. Vndecimo die Octob. anno domini 384. vita defunctum esse, partim auctoritate martyrologii, & Hieronymi, partim ex rescripto Symmachi præfecti probatur. In martyrologio obitus illius prædicto die annotatur. Hieronymus epistola 99. ait se, postquam cum Paulino Antiocheno, & Epiphanio Romam venisset (quod contigerat sub consulatu Antonii & Syagrii, anno nimirum Christi 382.) pene triennium Romæ mansisse cum Damaso, neque inde recessisse, nisi ipso defuncto. Quare cum ejusdem Hieronymi testimonio in apol. adversus Rufinum constet, se mense Augusto, anno 385. urbe egressum esse: Damasum anno domini 384. defunctum fuisse oportuit. Viventem adhuc & superstitem fuisse illo tempore, quo Symmachus præfecturam agebat, ejusdem ad testimonium Damasi facta provocatio ostendit. Odio schismaticorum falso delatus erat, quod episcoporum alios carceribus mancipasset, alios sedibus exturbatos alio relegasset. Vt hanc calumniam abstergeret, *Respondeant*, inquit, *literis Damasi, quibus assertores ejusdem religionis negavit ullam contumeliam pertulisse. Credatur ejus legis antistiti*, &c. Cum itaque Symmachus anno 384. urbis præfectum egerit, eo tempore Damasum adhuc superstitem fuisse oportuit. Vide Baron. anno 384. num. 11. 12.

Tempus pontificatus Damasi.

c *Cum eo ordinatur sub contentione Vrsicinus.*] Dissensio anno Christi 357. ex substitutione Felicis exorta, a Liberio ordinationes Felicis approbante pene sopita, novi pontificis electione recruduit; dum alii ex parte Felicis, alii ex parte Liberii pontificem ordinare conarentur. Quare cum a majore parte Damasus presbyter Felicis, & Liberii post Ariminense concilium vicarius, electus fuisset: pars adversa id indigne ferens, aliquanto tempore post, Vrsicinum pseudopontificem creat, atque basilicam Sicinii occupat. *Quo ex facto*, inquit Rufinus lib. 2. c. 10. *tanta seditio, imo vero tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca.* Ammianus scriptor ethnicus, Vrsicini fautor ac patronus, *in concertatione*, ait, *superaverat Damasus, parte, quæ ei favebat, instante, constatque in basilica Sicinii, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorum.* Quod Romani pontificis luxum reprehendens subdit: *Neque ego abnuo, ostentationem rerum considerans urbanarum, hujus rei cupidos, ad impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum jurgari debere: cum id adepti, futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes, circumspecti, vestiti, epulas curantes profusas, adeo ut eorum convivia regales superent mensas.* Hæc inquam ipse suæ superstitionis sacrificulis vilescentibus condolens, aucto Christianæ religionis pontificali splendori invidens, calumniose quidem scripsit, sed nihil aliud præstitit, quam ut posteri cognoscant, summo atque regali Christi sacerdotio ipsis etiam

Schisma ecclesiæ Romanæ.

etiam ecclesiæ primordiis regiam majestatem ac magnificentiam conjunctam fuisse.

Vrsicini ejectio ex urbe.

d *Vrsicinum ejecerunt ab urbe.*] Anno Christi 368. auctoritate Prætextati urbis præfecti, Vrsicinus urbe ejectus fuerat. Cujus expulsionem Valentinianus imperator, propterea quod Romæ degens Romanam ecclesiam turbaret, non tantum ratam habuit, verumetiam dato ad Prætextatum rescripto mandavit, ut ad evitandas turbas ejusdem socii & fautores schismatici expellerentur, eamque quam adhuc retinebant ecclesiam catholicis restituerent. Sed cum iidem anno sequente, Olybrio præfecturam agente, quantumvis manu militari compressi, eaque basilica, quam post illos Damasus occupabat, spoliati fuissent, nequaquam acquiescerent; sed obduratis animis abhorrentes penitus communicare cum legitimo urbis antistite, novum illud consilium, a mente admodum obdurata suggestum pararent, ut conventus, quos prohibentibus præfectis intra urbem agere non liceret, in suburbiis, in cryptis arenariis, aliisve privatorum locis congregarent, atque ita insano conatu cathedram contra cathedram erigerent, Vrsicinum pontificem venerarentur, eaque quæ in suburbiis gerebantur, ab iisdem schismaticis intra mœnia insolenter prædicarentur, atque ita fomites rixarum ministrarentur; novo vicissim imperator rescripto ad Olybrium dato, jussit eos ad evitandam rixarum materiam ultra vigesimum ab urbe lapidem extrudi: Vrsicinus in Gallias relegatus, relaxatur sub conditione non redeundi in urbem vel suburbia Romæ. Trecenti septuaginta post obitum Valentiniani senioris iterum tumultuantes, cum schismatis auctore iterum in Gallias deportati fuerunt.

Vrsicini relegatio.

e *Constituerunt eum Neapoli episcopum.*] Ex edicto Gratiani contra Vrsicinum lato (quod ex bibliotheca Vaticana recitat Baron. anno 381. num. 2.) apparet ipsum quindecim aut plurium annorum exilio multatum, in Galliis egisse. Vnde quod hic asserit auctor libri pontificalis, eum post schisma Neapolis in Campania episcopum creatum esse, fide caret; maxime cum neque Marcellinus schismatico plus nimio favens, in libello ad Theodosium scripto, ejus rei vel verbo unico meminerit. Baron. anno 381. num. 7.

Error libri pontificalis.

f *Fuit autem temporibus Iuliani.*] Enormiter errat pontificalis libri auctor. Nam anno quarto Valentiniani senioris & Valentis pontificatum adeptus, tenuit eum usque ad nonum annum Valentiniani junioris, & sextum Theodosii senioris. Vnde constat eum sub quinque imperatoribus hisce, Valentiniano seniore, Valente, Gratiano, Valentiniano juniore, & Theodosio seniore pontificatum administrasse. Valens Arianæ hæreseos propugnator, cum episcopos catholicos sedibus suis exturbasset, & in exilium relegasset; cumque religiosos e claustris suis ad arma & militiam evocasset, sagitta percussus, flamma & incendio absumptus fuit. Valentinianus ob nimiam hæreticorum tolerantiam, quod pro suo quisque arbitrio, quas vellet hæreses sectari, & idola colere permitteretur, a Deo punitus, vomitu sanguinis extinctus est. Gratianus parentis in recipiendis hæreticis facilitatem imitatus, postquam hosti ludibrio fuisset, misere occisus fuit. Theodosius vero religionis cultor & impietatis hostis, imperium feliciter ingressus, felicissime egressus finit.

Liber pontificalis nota censoria perstringitur.

Valentis obitus qualis.

Valentiniani & Gratiani ob tolerantiam hæreticorum pœna.

g *Platoniam ipsam.*] Platonia est pavimentum tabellis marmoreis variis figuris decore stratum. Tradit enim Zonaras in Constantino Magno, ab eo Constantinopoli forum extructum fuisse, quod Placoton nominavit ex eo, quod ex tabellis lapideis stratum esset: hoc ornatu olim ecclesiarum pavimenta summa impensa sterni consuevisse, ea quæ Romæ adhuc integra vel aliqua ex parte dissipata extant, evidenter demonstrant. Per platonias etiam marmoreæ tabulę ad ornatum comparatæ intelligi possunt. Vide Baron. anno 384. num. 17.

Platonia quid. " seu placonia. ex placotonia.

h *Concilia martyrum.*] Dicta nominantur cœmeteria, ubi sunt plura martyrum sepulcra. De versibus ab ipso conscriptis, vide Baron.

Martyrum concilia quæ.

i *Invidiose accusatus*] Schismatici cum legitimam pontificis ordinationem nulla hostium invidentium calumnia labefactare possent, eademque imperatori & magistratibus nota essent, ad falsas easdemque turpissimas accusationes conversi sunt, ut patet ex literis Valent. Virum sanctissimum & purissimum adulterii accusarunt, quem S. Hieronymus epist. 50. virginem ecclesiæque virginis doctorem appellat.

k *Hic constituit.*] Consuetudo illa ecclesiastica conveniendi ad ecclesiam, & diu noctuque psallendi, antiquissima est, apostolorum institutione ad nos derivata. Hujus consuetudinis Romæ Lucianus in Philopatro; in oriente Plinius lib. 10. epist. 98. meminerunt. Vterque autem sub Traiano imperatore vixit. Iustinus martyr in oratione ad Antoninum Pium, Clemens Alex. oratione ad gentes, Tertull. lib. 2. ad uxor. c. 6. Cypr. de orat. domini, hymnos & psalmos in fidelium conventibus decantari solitos, manifestis verbis affirmant. S. August. epist. 119. cap. 18. dicit, hanc consuetudinem non aliunde, quam ab ipso domino & apostolis acceptam esse. Idem Basil. epist. 63. adversus hæreticos hanc consuetudinem improbantes scribit, his verbis. *Ad id vero, quod propter psalmodias accusamur; quare potissimum simpliciores perterrefaciunt, qui vos traducunt, hoc habeo quod dicam: quod videlicet qui jam obtinuerunt ritus omnibus ecclesiis Dei concordes sunt & consoni. De nocte siquidem populus consurgens, antelucano tempore domum orationis petit: inibique labore & tribulatione ac lacrymis indeficientibus facta ad Deum confessione, tandem ad orationem surgentes, ad psalmodiam instituuntur. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succinentes psallunt.* Et paulo infra. *Deinde uni ex his id muneris datur, ut quod canendum est, prior ordiatur, reliqui succinant: atque ita in psalmodia veritate, precibusque subinde interjectis noctem superant,* &c. Vide Baron. an. 60. n. 36. & seq. Vnde quod hic scribitur a Damaso institutum, ut die noctuque psalmi in ecclesia canantur, falsum est, & ab aliquo superadditum; nisi hæc de forma quadam psallendi ab ipso præscripta explicemus. Baron. anno 384. num. 20.

Morem canendi in ecclesiis die ac noctu, an Damasus instituerit?

EPISTOLÆ DAMASI PAPÆ I.

NOTA SEVERINI BINII.

Epistola nomine Damasi ad Aurelium episcopum Carthaginensem, Gratiano Augusto 3. & Equitio consulibus scripta, quam in exordio suę collectionis Isidorus mercator collocavit, commentitia est. " Cum enim S. Augustinus anno Christi 385. Mediolani conversus, post quadriennium in Africam rediisset, Aurelium adhuc Carthaginensis ecclesiæ diaconum agere reperit, ut testatur ipse lib. 22. Civit. cap. 8. quomodo Aurelius Cartag. episcopus, Gratiano 3. & Equitio consulibus, anno nimirum 374. ad Damasum scripsisse potuit, cum ante annum Christi 389. nondum episcopus creatus fuerit? Vide Baron. anno 374. num. 11.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Ne quid hic desit ex Isidorianis mercibus, prętermissas a Binio, sed ab aliis, qui præcesserunt, non omissas ἀμοιβαίας Damasi Papæ & Pseudo-Aurelii epistolas adscribemus, ne lector ecclesiasticæ simul ac pseudo-ecclesiasticæ antiquitatis curiosus illas e Merlino, Crabbo, Surio, Nicolino, certe aliunde cogatur emēdicare. Subjiciemusque; præteritas a Binio, aliisque, ejusdem S. Damasi ad S. Hieronymum presbyterum epistolas, quibus ipse respondit epistolis 125. & 145. ut ex lectione apocryphorum scriptorum collectum animi angorem sincerarum omnique suspicionis fuco carentium literarum lectione abstergere ac mollire possit.

" ** BEATISSIMO PAPÆ DAMASO *Aurelius Carthaginensis episcopus.*

GLORIAM apostolicæ sedis, & vestræ sublimitatis gratiam nostra humilitas exoret, ut statuta, quæ reperire poteritis, post finem beati principis apostolorum Petri, usque ad vestræ sanctitatis principium juxta apostolicæ sedis auctoritatem, quam cognovimus per vestræ sapientiæ sanctitatem gubernari, nobis scripta mittere dignemini: quatenus per vestrę sanctitatis nobilitatem atque prudentiam nosse valeamus, quæ in præfata sancta sede supra dictis temporibus sunt decreta, & qui adversus canonum apostolorum instituta gesserunt, cognoscantur. Bene vale sanctissime papa, & ora pro nobis amantissime pater. Data octavo Kalendas Martii. Idem lecta Romæ, quinto Nonas Maii.

" ** *Reverendissimo fratri & coepiscopo Aurelio, Damasus.*

SCripta sanctitatis tuæ debita veneratione suscepimus, in quibus sitire venerationem ac prudentiam tuam apostolica instituta (ut dignum erat) cognovimus. Qua de re quædam ex

ex his, quæ petisti, misimus: & quædam adhuc, cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beati Petri principis apostolorum fine, prædecessorum nostrorum prætermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum, & Felicem diaconum, sub certis signaculis non mitteremus. Quæ te & custodire optamus & aliis prædicanda ac publicanda mandamus, ut ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur, & inviolate serventur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur: quia " violatores voluntarii canonum, graviter a sanctis patribus judicantur, & a Spiritu sancto (cujus instinctu ac dono dictati sunt) damnantur: quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter (ut præfixum est) aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum: quoniam (ut jam prælibatum est) contra eum agit, cujus impulsu & gratia iidem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere solet, & ita quorumdam imprudentiam per similitudinem pietatis sæpissime illudit, ut pro salutaribus nocitura persuadeat. Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt " Spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia consecrati, fideliter a nobis est scienda & diligenter tractanda, ne quovis modo sanctorum patrum statuta absque inevitabili necessitate, quod absit, transgrediamur: sed fidelissime per ea gradientes, cum eis qui eos instinctu condiderunt divino, mercedis gloriam & laboris cumulum, eorum meritis, auxiliante domino, habere mereamur. His itaque rite deliberatis, & ad ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos eorumdem sanctorum canonum regulis summopere convenit, ne in aliquo eis obviare quorumdam ignavia faciat: sed vestra sapiens & sana doctrina, quæ cupit vos per omnia placere Deo, illis coheredes & comparticipes cælestis regni, in sedibus fideles cooperatores ostendat. Data decimo sexto Kalendas Iunii, Gratiano & ' Cyricio, quarto consulibus.

" * * *Hieronymo Damasus, Romanus episcopus.*

DORMIENTEM te longo jam tempore, legentem potius, quam scribentem, quæstiunculis ad te missis excitare disposui: non quo & legere non debeas: hoc enim veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit oratio: sed quo lectionis sit fructus iste, si scribas. Itaque quoniam Etherio tabellario ad me remisso, nullas jam te epistolas habere dixisti, exceptis iis, quas aliquando in eremo dictaveras, quasque tota aviditate legi, atque descripsi; & ultro pollicitus es te furtivis noctium operis, aliqua si vellem posse dictare; libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses. Neque vero ullam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de scripturis sermonicemur inter nos, id est, ut ego interrogem, tu respondeas. qua vita nihil puto in hac luce jucundius: quo animæ pabulo omnia mella superantur. Quam dulcia, inquit propheta, gutturi meo eloquia tua super mel ori meo. *Psalm. 118.* Nam, cum, idcirco, ut ait præcipuus orator, homines a bestiis differamus, quod loqui possumus: qua laude dignus est, qui in ea re ceteros superat, in qua homines bestias antecellunt? accingere igitur, & mihi, quæ subjecta sunt, edissere, servans utrobique moderamen, ut nec proposita solutionem desiderent, nec epistola brevitatem. Fateor quippe tibi: eos, quos mihi jampridem Lactantii dederas, libros ideo non libenter lego: quia & plurimæ epistolæ in eis usque ad mille spatia versuum tenduntur, & raro de nostro dogmate disputant: quo fit, ut & legenti fastidium generet longitudo; &, si qua brevia sunt, scholasticis magis sint apta, quam nobis, de metris & regionum situ & philosophis disputantia. Quid sibi vult, quod in Genesi scriptum est: Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet? *Gen. 4.* Si omnia Deus fecit bona valde, quare Noe de mundis & immundis animalibus præcepit, cum immundum nihil bonum esse possit? *Gen. 7.* Et in novo testamento post visionem, quæ Petro fuerat ostensa dicenti, Absit domine a me, quoniam commune & immundum nunquam introivit in os meum: vox de cælo respondit: quod Deus mundavit tu ne commune dixeris. *Act. 10.* Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filii Israel essent de Ægypto reversuri, & postea Moyses scribit: Quinta autem progenie filii Israel exierunt de terra Ægypti: quod utique nisi exponatur, videtur esse contrarium. Cur Abraham fidei suæ signum in circumcisione suscepit? *Gen. 17.* Cur Isaac vir justus & Deo carus, non illi, cui voluit, sed cui noluit; deceptus errore benedixit? *Ibid. 27.*

" * * *Damasus Hieronymo.*

COMMENTARIA cum legerem Græco Latinoque sermone, in euangeliorum interpretatione, a nostris, id est, orthodoxis viris olim ac nuper scripta, de eo, quod legitur, Osanna filio David, non solum diversa, sed etiam contraria sibimet proferunt. *Matth. 21.* Dilectionis tuæ est, ut ardenti illo strenuitatis ingenio, abscissis opinionibus, ambiguitatibusque scrupulosis, quid se habeat apud Hebræos vivo sensu scribas; ut de hoc, sicut & de multis, tibi curæ nostræ in Christo Iesu gratias referant.

a EPISTOLA I. DAMASI PAPÆ I. ad Paulinum b Antiochenum episcopum.

De fide & formula libelli, cujusmodi, qui ab hæresi revertuntur, debeant profiteri.

I. *Quod integrum hominem susceperit Christus sine peccato.*

II. *Quod unus sit Christus, ante sæcula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.*

Dilectissimo fratri Paulino, Damasus.

PER ' filium meum Vitalem ad te ' rescripta direxeram, tuæ voluntati & tuo judicio omnia derelinquens, & per Petronium ' presbyterum breviter indicaveram me in articulo jam profectionis ejus aliqua ex parte commotum. Vnde

' ipsum ' scripta ' Petium, *ex Iust. e.*

A Vnde ne aut tibi ſcrupulus reſideret, & volentes forſitan eccleſiæ copulari tua cautio probanda differret, fidem noſtram miſimus, non tam tibi, qui ejus ' fidei communione ſociaris, quam his, qui in ea ſubſcribentes, tibi, id eſt, nobis per te voluerint ſociari, dilectiſſime frater.

' nobis

" " * *In edit. Holſt. 1662.* Poſt concilium itaque Nicænum & quod in urbe Roma concilium congregatum eſt a catholicis epiſcopis addiderunt de Spiritu ſancto: & quia poſtea hic error inolevit, &c. *quæ infra habentur poſt conc. Romanum III.*

I.

Quapropter, ſi ſupradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo ſunt, tibi voluerint aggregari, B primum debent in ea expoſitione fidei ſubſcribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata eſt. Deinde, quoniam nemo poteſt futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæreſis eradicanda eſt, quæ poſtea in oriente dicitur pullulaſſe, id eſt, confitendus ' ipſa ſapientia, ſermo, filius Dei humanum ſuſcepiſſe corpus, animam, ſenſum, id eſt, integrum Adam, & (ut expreſſius dicam) totum veterem noſtrum ſine peccato hominem. Sicuti enim confitentes eum humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei & humanas vitiorum adjungimus paſſiones: ita & dicentes eum ſuſcepiſſe & hominis animam & ſenſum, non ſtatim dicimus & cogitationum eum humanarum ſubjacuiſſe peccato.

' eſt ipſe ſapientiæ ſermo, ex eodem c. Iuſt.

II.

Si quis autem dixerit, Verbum pro humano ſenſu in domini carne verſatum, hunc catholica eccleſia anathematizat, necnon & eos qui duos in ſalvatore filios confitentur, id eſt, alium ante incarnationem, & alium poſt aſſumptionem carnis ex virgine; & non eumdem Dei filium & ante & poſtea confitentur. Quicumque huic epiſtolæ ſubſcribere voluerit, ita tamen, ut in eccleſiaſticos canones, quos optime noſti, & in Nicænam fidem ante ſubſcripſerit, hunc ' habebis abſque aliqua ambiguitate D ſuſcipere. Non quod hæc ipſa, quæ nos ſcribimus, non potueris ' convertentium ſuſceptioni proponere, ſed quo tibi conſenſus noſter liberum in ſuſcipiendo tribuat exemplum.

' debeas, ex eodem c.

' converſorum

Notæ Severini Binii.

Occaſio epiſtolæ quæ.

a *Epiſtola.*] Hæc epiſtola ſcripta fuit hac occaſione: Vitalis Antiochiæ agens, apud Damaſum de Apollinariſtarum hæreſi accuſatus, ad fidei profeſſionem citabatur: quidum comparuiſſet, editoque fidei catholicæ libello ſe injuſte hæreſeos accuſatum exclamaſſet, a Damaſo pontifice ſic acceptus fuit, ut ejus cauſam per haſce literas Paulino Antiocheno epiſcopo cognoſcendam delegaret, libellumque ad eumdem Paulinum daret, cui Vitalis E ſubſcripſit. His literis acceptis ille Antiochiam profectus, oblatam ibidem a Damaſo catholicæ fidei confeſſionem ſubſcribendo approbavit, atque in Chriſto ſicut carnem humanam, ita mentem fuiſſe doloſe eſt confeſſus. Cum itaque ille divinitatem loco mentis fuiſſe, tacite & callide ſignificaret; patres vero eum de mente, humana ſcilicet anima, quod verba illius proprie accepta ſonabant, locutum fuiſſe putaſſent, occultum & ingenio vafro hæreſiarcham in communionem catholicam receperunt: detecta autem hac fraude, merito pontificis & Romani concilii ſententia damnatus, atteſtantibus Gregorio Nazianzeno & Elia Cretenſi, ab eccleſia proſcriptus fuit. Vide notas concilii Romani III. ſub Damaſo infra; Baronium anno 373. num. 2 & 6.

Vitalis hæreſiarcha doloſe palinodiam cantat.

Marginalis nota quædam hujus epiſtolæ vitioſa.

b *Antiochenum.*] Anteriores editiones in margine pro *Antiocheno* habuerunt *Theſſalonicenſem*; qua auctoritate id factum fuerit, non video. Accidit fortaſſe, ut aliquis imprudens imitatus falſam & doloſam illam inſcriptionem epiſtolæ ſynodalis concilli Romani III. quæ apud Theodoretum extat, hoc modo: *Confeſſio fidei, quam Damaſus papa miſit ad Paulinum Theſſalonicæ urbis in Macedonia*; pro *Paulino Antiocheno*, *Paulinum Theſſalonicenſem* epiſcopum poſuerit. Vide notas prædictæ epiſtolæ ſynod. Baron. anno 378. num. 41.

EPISTOLA II. DAMASI PAPÆ I. ad epiſcopos orientis.

QVOD veſtra caritas debitam ſedi apoſtolicæ reverentiam tribuit, filii honoratiſſimi, vobiſipſis quoque maximo ſane honori eſt. Nam tametſi ſancta eccleſia, in qua ſanctus apoſtolus ſedens nos docuit, quo pacto illius gu- B bernacula, quæ ſuſcepimus, tractanda ſint, nobis primæ partes deferuntur: tamen confitemur, nos illo dignitatis gradu longe inferiores eſſe. Verum ob hanc cauſam omnibus modis laboramus; uti ad gloriam beatitudinis ejus, ſi qua ratione poſſimus, tandem aliquando perveniamus. Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum Apollinaris hæretici diſcipulum cum impio ſuo dogmate jampridem abdicaſſe: & ob eam cauſam credimus reliquias ejus nihil in poſterum momenti habituras. Quod ſi antiquus ille ſerpens ſemel atque iterum ictus ad ſuam ipſius pœnam augendam revixerit, & extra eccleſiam ejectus nonnullos etiamnum C fideles ſuis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitium trahere non ceſſet; vos hanc ejus aſtutiam velut peſtem quamdam declinate, & recordamini ſedulo tum fidei ab apoſtolis traditæ, tum hujus vel maxime quæ eſt a ſanctis patribus in concilio Nicæno ſcriptis prodita; inque eam gradum firme defigentes, immobiles perſtate: & ne poſthac ſuſtinete, ut vel clerici veſtri, vel laici, inanes ſermones quæſtioneſve obſcuras audiant.

Iam enim ſemel formulam edidimus, ut qui ſe Chriſtianum profiteatur, illud teneat quod ab apoſtolis traditum eſt. Quippe divinus Paulus ſic loquitur: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Nam Chri- D ſtus Filius Dei dominus noſter generi humano per paſſionem ſuam pleniſſimam ſalutem reddidit, ut totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret. Hunc ſi quis aut imperfectam divinitatem habuiſſe dixerit; ſpiritu diaboli completus, ſe filium gehennæ oſtendit. Itaque quid eſt cur abdicationem Timothei a me rurſus requiratis, qui etiam hic judicio ſedis apoſtolicæ, Petro quoque Alexandriæ epiſcopo præſente abdicatus eſt, una cum magiſtro ſuo Apollinare, qui item in die judicii debitas pœnas & ſupplicia perſolvet? Quod ſi ille, qui veram ſpem in Chriſtum una cum fidei confeſſione E mutarit, velut ſpem quamdam ſalutis retinens, alios quoſdam, qui ſunt leviores, ad ſuam perducat ſententiam: ſciant illi, ſe propterea cum eo ſimiliter perituros, quod in animum aliquando induxerint eccleſiæ canoni repugnare. Deus autem vos, filii honoratiſſimi, ſervet incolumes.

ΤΟΙΣ ΤΗΝ ΕΩΑΝ ΙΘΥΝΟΥΣΙΝ ἐπισκόποις, Δάμασος.

ΟΤΙ τῇ ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπονέμει, ἑαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε, υἱοὶ τιμιώτατοι. Εἰ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἅγιος ἀπόστολος καθεζόμενος ἐδίδαξε πῶς

προσήκει

προσήκει ἡμᾶς τοὺς οἴακας ἰθύνειν, οὓς ἀνεδεξάμεθα, ὅμως ὁμολογοῦμεν ἑαυτοὺς ἐλάττονας εἶναι τῆς τιμῆς. ἀλλὰ διὰ τοῦτο οἱῳδήποτε τρόπῳ σπουδάζομεν, εἴπως δυνηθείημεν πρὸς τὴν δόξαν τῆς μακαριότητος αὐτοῦ παραγενέσθαι. γινώσκετε τοίνυν, ὅτι τὸν πάλαι Τιμόθεον τὸν βέβηλον, τὸν μαθητὴν Ἀπολλιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ, μετὰ τοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ δόγματος καθείλομεν, καὶ οὐδαμῶς πιστεύομεν αὐτοῦ τὰ λείψανα λόγῳ τινὶ τοῦ λοιποῦ ἰσχύειν. εἰ δ' ἔτι ἐκεῖνος ὁ ὄφις ὁ παλαιὸς, ἅπαξ καὶ δεύτερον καταδηχθεὶς πρὸς ἰδίαν τιμωρίαν ἀναζῇ, ὅς τις ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας ὑπάρχει, ὃς σφῆλαι τοῖς ἑαυτοῦ θανατηφόροις φαρμάκοις τινὰς ἀπίστους διαπειράζων οὐ παύεται, ταύτην ὥσπερ φθοράν τινα ἐκκλίνατε, ὅμως μεμνημένοι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ταύτης μάλιστα ἥτις ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ἐγγράφως ἐξετέθη, βεβαίῳ βαθμῷ ἰσχυρῶς τῇ πίστει ἀμετακίνητοι διαμείνατε, καὶ μὴ ματαιολογίας καὶ ἠφανισμένας ζητήσεις, μετὰ τοῦτο ὑπομείνατε ἀκούειν τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς λαϊκοὺς ὑμῶν. ἤδη γὰρ ἅπαξ τύπον ἐδώκαμεν, ἵνα ὁ γινώσκων ἑαυτὸν Χριστιανὸν, ἐκεῖνο φυλάττοι, ὅπερ παρὰ τῶν ἀποστόλων παρεδόθη, λέγοντος τοῦ ἁγίου Παύλου, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. ὁ γὰρ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ ἰδίου πάθους πληρεστάτην ἀπέδωκε τὴν σωτηρίαν, ἵνα ὅλον τὸν ἄνθρωπον ταῖς ἁμαρτίαις ἐνεχόμενον, πάσης ἁμαρτίας ἐλευθερώσῃ. τοῦτον εἴ τις ἤτοι ἀνθρωπότητος, ἢ θεότητος ἔλαττον ἐσχηκέναι εἴποι, πνεύματος διαβόλου πεπληρωμένος, τῆς γεέννης υἱὸν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι. τί τοίνυν πάλιν παρ' ἐμοῦ ζητεῖτε τὴν καθαίρεσιν Τιμοθέου, ὃς καὶ ἐνταῦθα κρίσει τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας παρόντος καὶ Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως καθῃρέθη, ἅμα τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ Ἀπολλιναρίῳ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως τὰς ὀφειλομένας τιμωρίας καὶ βασάνους ἀπομενεῖ. εἰ δέ τινας κουφοτέρους πείθει ἐκεῖνος, ὥς τινα ἐλπίδα ἔχων, ὅς τις τὴν ἀληθῆ ἐλπίδα τὴν εἰς Χριστὸν τῇ ὁμολογίᾳ μετέβαλε, μετὰ τούτου ὁμοίως ἀπολεῖται, ὅς τις δήποτε βούλεται, τῷ κανόνι τῆς ἐκκλησίας ἀντιπαλαίσας. ὁ Θεὸς ὑμᾶς ὑγιαίνοντας διαφυλάττοι, υἱοὶ τιμιώτατοι.

[a] EPISTOLA III. DAMASI PAPÆ " ad Hieronymum presbyterum.

Petit ut psallentiam & hymnidicum, sicut ab Alexandro rectore suo & episcopo didicit, ad eum mittat.

Damasus episcopus fratri & compresbytero Hieronymo in domino salutem.

DUM multa corpora librorum in meo " arbitrio allata fuissent, contigit, ut & librum psalmorum in meo animo festinus cognoscerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuere. Cogitavi, frater amantissime & in Christo semper sacerdos, ut secundum septuaginta interpretes & presbyteros, id est, Matthiam " & Ptolemæum, Muchium, ' Sacreum, Hydronium, Pamphilum, Zoastiten, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem, & ceteros, inquantum nostra recurrit conscientia, de septuaginta invenire vestigia. Peto etiam tuam caritatem, ut sicut a * rectore tuo Alexandro " episcopo nostro didicisti, * Græcorum psallentiam ' ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: qui tantæ apud nos simplicitatis indago est, ut tantum in die dominica apostoli epistola una recitetur, & evangelii capitulum unum dicatur, & nec psallentium * mos tenetur, nec * hymni decus in ore nostro cognoscitur. Peto ergo per fratrem & compresbyterum nostrum Bonifacium, ut * lubeat fraternitas tua rei hujus nobis aperire vestigia. Missa quinto Kalendas Novembris, per Bonifacium presbyterum ' Hierosolymam.

* creatore
" Quis hic Alexander?
* in gremio Græcorum psallere.
' psallentium
* vox ulla resonet,
* hymnidicus
* jubeat
" Hier. anni 385. Hierosolymam petiit post obitum Damasi 11. Decemb. 384.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hanc epistolam, illa quæ sub nomine Hieronymi responsoria subjungitur, de fide aliquo modo suspectam reddit. " Vide quæ infra notabimus.

" & alia omnia.

[a] RESCRIPTUM HIERONYMI presbyteri ad Damasum papam.

Suggerit de Gloria Patri, & alleluia, in fine psalmorum apud Romanam ecclesiam concinendo.

Beatissimo papæ Damaso sedis apostolicæ urbis Romæ; Hieronymus supplex.

LEGI literas apostolatus vestri, poscentes, '' ut secundum simplicitatem septuaginta interpretum, canendum psalmographum interpretari festinem propter ' fastigium Romanorum, ut ubi obscuritas impedit, apertius Latine * trahatur ' sensus. Precatur ergo cliens tuus, ut vox ista psallentium in sede tua Romana, die noctuque '' canatur, & in fine psalmi cujuslibet sive matutinis vel vespertinis horis conjungi præcipiat apostolatus tui ordo, ' Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Istud carmen laudis omni psalmo conjungi præcipias, ut fides 318. episcoporum Nicæni concilii in vestro ore pari consortio declaretur. Ubi autem Deus & homo honorabili voce * cantatur, alleluia semper cum omnibus psalmis affigatur, ut in omni loco communiter respondeatur nocturnis temporibus. In ecclesia autem a sancta resurrectione usque ad sanctam pentecosten finiatur, inter dierum vero spatia quinquagesimæ propter novitatem sancti paschæ, ut vox ista laudis canatur in "aleph, ' quod prologus Græce, Latine præfatio dicitur.

'' Vide Remigium Autiss. præf. in psalmos
' fastidium
'' Auctor pontificalis in Damaso
' assensus
'' Has ambages quis solvet?
' quod est alleluia, laus tibi soli
Epistola Hieronymi ad Damasum commentitia.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Rescriptum.*] Hanc epistolam nomine Hieronymi ad Damasum consignatam, commentitiam esse, eamque ab eruditis res Hieronymi accuratius expendentibus ut adulterinam merito explodi, scribit Baron anno. 325. num. 175. idque hac de causa: scribitur hic, quod Hieronymus Damasum admonuerit, ut more orientalis ecclesiæ in fine psalmorum, hymnum glorificationis etiam occidentalis adderet: cum tamen auctore Cassiano constet, eum morem occidentalis ecclesiæ peculiarem fuisse, siquidem in oriente caneretur dumtaxat in fine hymnorum aut antiphonarum. Verba Cassiani l. 2. de noct. orat. mod c. 8. hæc sunt. *Illud etiam (quod in hac provincia vidimus.) ut uno cantante in clausula psalmi omnes astantes conci-*

nant cum clamore, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, nusquam per omnem orientem audivimus: sed cum omni silentio ab eo, qui cantat, finito psalmo orationem succedere. Hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo solere antiphonam terminari. Hæc Cassianus de ritu psallendi. A

* Falsæ atq, adulterinæ hæc sequensque.

"EPISTOLA STEPHANI ARCHIEPISC. & trium conciliorum Africæ, ad Damasum papam.

De privilegio Romanæ sedis.

" Vide ep Afrorum ad Theodor. conf. 3. conc. Later.

* primæ sedis episcopus dici debuit

Beatissimo domino & apostolico culmine sublimato, "sancto patri patrum Damaso papa, & summo omnium præsulum pontifici, Stephanus " Archiepiscopus concilii Mauritaniæ, & universi episcopi de tribus conciliis Africanæ provinciæ. B

Concilium Africanum Mauritaniæ.

NOTUM vestræ facimus beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi, quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet episcopos, vobis inconsultis, a proprio dejiciunt gradu, vel dejicere moliuntur, cum vestræ sedi, episcoporum judicia & summorum finem ecclesiasticorum negotiorum, in honore beatissimi Petri, patrum decreta omnium, cunctam reservavere sententiam, inquirendi reverentia de Dei rebus, quas omni cura & solicitudine observare debemus. Maxime vero juste debent ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cujus vetusta solicitudo est, C tam mala " damnare, quam revelare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, ut quidquid horum quamvis in remotis, vel in longinquo positis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut ejus auctoritate, juxta quod fuisset pronuntiatum, firmaretur; & reliqua multoties talia, & his similia, quæ super his constituta sunt: quibus, si illicite factum est, ut semper vestræ sedi consuetudo fuit, festinanter occurrite, & his viriliter, ut pater pro filiis, certantes, state, sicut bene " a Iesu filio Sirach dictum est: *Vsque ad mortem certa pro veritate, & semper dominus Deus tuus pugnabit pro te.* Accipere enim personam impii, non est bonum, ut declines a veritate judicii. Sin minus illicita sunt D hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime pater. Aut si liceat hos, vel aliquos etiam minorum graduum clericos, nisi canonice tempore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus, aut absque veris & innocentibus testibus, vel nisi manifeste canonice convictos, aut sponte confessos, vel a suis sedibus ejectos, aut suis expoliatos rebus, vocare ad synodum vel damnare: quia legimus, eos non posse canonice ad synodum, ante suam diu tenendam & gubernandam, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionem, suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerrime *vocari, aut, ut veniant ad synodum, nisi E sponte voluerint, imperari. Deus ergo creator omnium conservet " longævum apostolatum vestrum ad stabilitatem ecclesiarum sanctarum & orthodoxæ fidei, vosque pastorem bonum, qui pro spiritualibus ovibus vestram ponitis animam, atque baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusque oppressis auxilium fertis. Quod & istis atque omnibus vos semper facere optamus, sanctissime papa. Subscriptio. Et alia manu: Ora pro nobis carissime pater.

" ep. Afrorum mox cit.

Idem habetur in dec. Felicis papæ II. in epistola Ægyptiorum ad eumdē.

" Martinus papa conf. 4. concilii Lateran.

Eccles. 4.

* evocari,

" Sergius Cypri Aug. in epist. ad Theodor. conf. 2. ejusdem concilii

EPISTOLA IV. DAMASI PAPÆ I ad eumdem Stephanum & ad concilia Africæ.

I. *De primatu apostolicæ sedis.*
II. *De causis episcoporum, & de synodo congreganda.*
III. *De accusatoribus & testibus.*
IV. *Quod qui vocatus non est, respondere non debeat, nisi sponte velit.*
V. *De episcopis ejectis, aut rebus expoliatis.*
VI. *De accusatoribus & accusationibus.*
VII. *De causa personæ accusatæ: & ut alii accusatores, alii judices, alii sint testes: & de inscriptione.*
VIII. *De induciis.*
IX. *Vt nullus judicetur aut damnetur, priusquam accusatores præsentes habeat, induciasque accipiat, nec extra provinciam fiat prima discussio.*

Damasus servus servorum Dei, " atque per gratiam ejus episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ urbis Romæ, Stephano archiepiscopo concilii Mauritaniæ, & universis episcopis Africanæ provinciæ.

LECTIS fraternitatis vestræ literis, primo gratias ago, quod tantorum fratrum " merui benedictione frui: deinde, quod circa fratres solicitos vos reperi, & cum eis crucem domini deferre, qui ait: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* & reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur, quoniam in præsenti opportune gestorum consultatione, apostolicis vestra beatitudo visceribus " commota, nos hortata est, tuitionem fratrum apostolica impendere auctoritate, & eorum injuriis subvenire, dum constet, eadem vos cum apostolo compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* satagentes, ne aliquis de his, qui vobis crediti sunt, a sævis bestiis laceretur aut capiatur: pro qua re " oportet, juxta vestram prudentem commonitionem, magis autem secundum domini divinam præceptionem, nos, qui supra domum ejus, hoc est, universalem ecclesiam catholicam, episcopale suscepimus ministerium, solicite vigilare, ne de sacris ejus muneribus, id est, apostolicis viris, apostolorumque successoribus, atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat supprimi, atque injuste, nobisque inconsultis, damnari.

I.

Scitis, fratres carissimi, firmamentum " a Deo fixum & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est, omnium episcoporum, apostolicam sedem esse constitutam, & verticem ecclesiarum. *Tu es enim* (sicut divinum pronuntiat verbum veraciter) *Petrus, & super firmamentum tuum ecclesiæ columnæ,* qui episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt: *& tibi claves regni cælorum commisi, atque ligare & solvere potestatem quæ in cælis sunt, & quæ in terris, promulgavi.* Tu profanorum hominum, & membrorum meorum, maximeque discipulorum meorum existis ut princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cujus vice hodie, gratia Dei, legatione pro Christo fungimur, & omnes hujus sanctæ sedis præsules ejus vicem gesserunt, gerunt, & gerent. Ideo omnia,

quæ

quæ innotuistis, non licere mandarem, nisi vos A tam pleniter instructos esse scirem, quod cuncta, super quibus consulitis, illicita esse non dubitetis.

II.

ræst. 6. tere pos. Discutere namque episcopos, & summas ecclesiasticorum negotiorum causas metropolitano, una cum omnibus suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet: sed definire eorum atque ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare episcopos, absque hujus sanctæ sedis auctoritate, minime licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & ejus fulciri auxilio oportet. Nam (ut nostis) synodum B sine ejus auctoritate fieri, non est catholicum: coll. nec episcopus ", nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica vocatione congregata, definite damnari potest: neque ulla unquam concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta apostolica auctoritate.

III.

7. Accusatores autem episcoporum & testes, super quibus rogitastis, absque ulla infamia, aut suspicione, vel manifesta macula, & veræ fidei 4. pleniter instructi " esse debent, & tales, quales ad sacerdotium ' eligere jubet divina auctoritas: quoniam sacerdotes (ut antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem non debent nec possunt provehi honorem.

IV.

7. Vocatio enim ad synodum (juxta decreta patrum) canonica ejus, qui impetitur, tam sua præsentia, quam & scriptis atque apocrisariis, per spatium fieri debet congruum atque canonicum: quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit ad conventum, quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus: quoniam nec sæculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis divinæ?

V.

De ejectis vero, atque suis rebus expoliatis, nihil vobis verius significare queo, quam sancti patres diffinierunt, & nostri prædecessores apo- D stolica auctoritate roboraverunt. Ita enim hæc se habent: episcopos " ejectos, atque suis rebus expoliatos, ecclesias proprias primo recipere, & sua eis omnia legaliter reddi, sancti canones decreverunt: & postea si quis eos accusare voluerit, æquo periculo facere sanciverunt, judices esse decernentes episcoporum, episcopos recte sapientes & juste volentes, ad tempus diuque illis, resumptis viribus, & suis potestative fruentibus rebus, amicisque & Dei servis sapientibus consulentibus viris, in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi esse videntur. Et reliqua, ad hunc ' ordinem pertinentia: quæ prolixitatem vitantes, hic non inseruimus, quia hæc sufficere credimus. Si E quis autem his non est contentus, legat ea, & satiabitur. Scimus enim, homines inermes non posse cum armatis rite pugnare: sic nec illi, qui ejecti vel suis bonis sunt expoliati, cum illis qui in suo stant * gradu, & suis fruuntur amicis atque bonis, litigare rite possunt. Nec sæculi quoque leges hæc sæcularibus fieri permittunt, sed prius ejectos vel oppressos, aut expoliatos cum suis omnibus restitui jubent, & postea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad placita

" venire præcipiunt, nec ulla carceris custodia appellantem arceri permittunt. Docent enim ex parte (sicut nostis) terrena, quæ sunt cælestia. Anianus ad const. 3. tit. 30. lib. xi. Cod. Theodor.

VI.

Accusatores vero & accusationes ", quas sæculi leges non adsciscunt, nullatenus sunt in horum admittendæ causis, quia omne quod ' irreprehensibile est, catholica " defendit ecclesia. Et hoc a majoribus definitum esse, propter pravorum hominum insidias, non dubitatur. Decet enim domini sacerdotes fratrum causas pie tractare, & venerabiliter intendere, atque eorum judicia super sacrificia ordinare, nec proterve aut tyrannica dominatione, (ut de quibusdam refertur) sed caritative pro Deo & fraterno amore cuncta peragere: *& quod sibi quis fieri*, secundum dominicam vocem, *non vult, alii inferre non præsumat: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Ea vero quæ apostolorum prædicatione & patrum instructione percepimus, semper tenere debemus, ne aliqua nova cudere, aut ad noxam fratrum * intendere videamur: *sed alterutrorum onera portemus*, ut juxta apostolum, *legem domini adimplere valeamus.*

" Hadr. c. 11
' reprehensibile
" Nicæni conc. can. 9.
Psal. 49.
Tob 4.
Matth. 7.
Luc. 6.
Matth. 7.
Marc. 4.
* superintendere
Gal. 6.

VII.

Tempus enim congruum prævideri oportet, quando uniuscujusque accusatæ personæ causa C rectissime in medio producatur, quatenus gravitatem ejus consonantiamque contra patrum decreta vel synodorum confessionem, prodi minime cognoscatur. Quam ordinabiliter omnes intendant, ut ad eam in omnibus rationabiliter respondeant, & juste se velle manifeste ostendant. Nullus autem introducatur personaliter, sed accusatores & accusati æqua audiantur ratione, juxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero & judices non iidem sint ", sed per se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, ut talionem " calumniator recipiat; quia ante inscriptionem nemo debet judicari vel damnari, cum & sæculi leges hæc eadem retineant. De quibus omnibus vera semper fiat * æquitas, quatenus accusationis & judicii ac testimonii " mercedem per veritatem gestorum consequi valeant. Scriptum est enim: *Abominabitur dominus labia mendacia, & testem fallacem, proferentem mendacia, & seminantem inter fratres scandala atque litigia*, ipso monente atque dicente: *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non facies quod iniquum est, nec injuste judicabis. Non considerabis personam pauperis, nec honores vultum potentis. Juste judica proximo tuo. Et quod tibi non vis fieri, alteri ne facias*: & reliqua. Et maxime " præceptum habentes apostolicum, *attendere nobisipsis & gregi, in quo nos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Dei ecclesiam, quam acquisivit per sanguinem suum proprium*, convenit. Et iterum: * Attendere lupos, attendere malos operarios, qui perversa faciunt, & adversa loquuntur, ut detrahere semper discipulis domini, & infamare queant: quos corrigere, vos & omnes domini sacerdotes summo studio oportet: quia pejus malum non est, quam ut cives civibus invideant, & sacerdotes vel clerici, sacerdotibus vel pontificibus insidientur, testante etiam veritatis voce: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: Et qui scandalizaverit unum de pusillis*

4. quæst. 4. Nullus introducatur.
" Cod. Theod. lib. II. tit. 2. const. I.
" Ibid. lib. II. tit. I.
* æqualitas,
" Mart. I. conf 4 côc. Later.
Eccles. 11.
Levit. 9.
Tob. 4.
Matth. 7.
Luc. 6.
" Ejusdem Martini conf. I.
Act. 20.
* Attendite lupos, attendite
Zachar. 2.
Matth. 18.

Matth. 11. Luc 17.

pusillis istis, melius est ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Et item: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Ille procul dubio scandalizatus est in Deum, qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem. Et multa talia, quæ hic non inseruntur, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes quoque instruere debetis memoratos vicinos vestros, ut a talibus se subtrahant, & quæ illicite contra præfixos fratres egerunt, cito corrigant. Et quos nobis inconsultis læserunt, plena satisfactione sanent, & cito sibi eos reconcilient, si noluerint apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eos aut contra eos emerserat, nostrum fuerat expectandum examen, ut nostra (uti semper huic fuit sedi concessum privilegium) aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu nostra debuerant jura pervadere, absque apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes", qui noluerint ab apostolicæ petræ (super quam Christus, ut prædictum est, universalem construxit ecclesiam, cui episcoporum summa judicia atque majores causæ, sicut paulo superius memoratum est, reservatæ sunt atque solidatæ) censura ac sacerdotali honore secludi.

" Siricius ep. 1 c 2. Matth. 16.

VIII.

3. quæst. 2. Induciæ accusatis in

" Cod. Theod. lib. IX. tit. 36. const 1. & 2.

3. q. 9. Habetur quoque in dec.

" Hadr. coll. 20.

Induciæ enim accusatis in criminalibus episcopis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt: quoniam & laicis" hoc permissum, nullus sæcularibus imbutus disciplinis ignorat: quanto magis sacerdotibus, qui superiores esse eis non dubitantur? Habetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum, quemquam sacerdotum judicare vel damnare, antequam accusatores, canonice examinatos, præsentes habeat", locumque defendendi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina, &c.

IX.

Ibid. Nec extra patriam.

"Innoc. ep. 1. c. 3.

" Anianus in tit. 1. lib. IX. Cod. Theod.

" Africani PP in ep. ad Cœlestinū.

" S. Leo ep. 84.

" Rom. III. sub Symmacho.

Luc. 12. Deut. 32. Rom. 12. Hebr. 10. Hebr. 4. Ioan. 4.

* Anast. papa ad Anast. Aug.

Nec extra propriam fiat provinciam primo discussionis accusatio, sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reverentia" custodiri, quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in quæ & imperialia pariter statuta concinunt. Criminum", inquiunt, discussio ibi agenda est, ubi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: Quæcumque negotia in suis locis", ubi orta sunt, finienda sunt, & reliqua talia & his similia, salva tamen in omnibus apostolica auctoritate, ut nihil in his definiatur priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet. Et si quid eis grave intolerandumque acciderit, ejus semper expectanda" censura. Neque enim proterve, aut stimulo suæ cogitationis impulsus, (ut sæpe actum agnovimus) detrahere aut accusare præsumat quemquam sacerdotum, quia injuria eorum ad Christum pertinet, cujus vice legatione pro populo, Christi sanguine redempto, funguntur". Causas enim eorum, quia Dei causæ sunt, ejus esse judicio scimus reservandas, *qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam.* Qui dicit, *Mihi vindictam, & ego retribuam. Apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta.* Instruendi etiam omnes sunt, quoniam per nos illis Christus intonuit, non esse ovium lupi insidias prævidere, sed pastoris. Monet" ergo B. apostolus Paulus, ne de his temere leviterque præsumatur judicium, de quibus nemo potest verius vel melius judicare, quam Deus. *Tu autem*, inquit, *quare judicas fratrem tuum? aut cur spernis eum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Scriptum est enim: *Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur domino.* Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. In hoc ergo non sibi quisquam temerarios ausus usurpet, ut præter quod ad concordiam pertinet, aliud agat, unde unitas ecclesiæ dissipetur. Non ergo leviter quisquam assentiat in detractione vel judicatione vel damnatione fratrum, maximeque sacerdotum, qui proximiores sunt Deo, & qui proprio ore corpus Christi conficiunt: *quia ob hoc venit ira Dei in filios * diffidentiæ, qui Christum persequuntur in suis membris. Nolite, fratres, nolite effici " participes eorum, nec communicetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorum. Magis autem redargui te talium cœtus, qui extendere moliuntur, quasi arcum, in fratres linguas suas.* Defendite ergo fratres, & omnes monete, ut armentur contra fratrum persecutores. *Confidimus autem de vobis meliora & viciniora saluti, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia*, magistro gentium docente, *poterit nos separare a caritate domini nostri Iesu Christi*, quæ maxime in sacerdotibus & reliquis perficitur membris ejus. *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Ecce enim judex ante januam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo fratribus auxilium ferunt, & oppressis succurrunt, atque in caritate collaborant. *Quod si subtraxerit se quis, non placebit Deo, sed * cadit, quia non sublevavit cadentem, sed emarcuit. Non autem simus subtractionis in oppressionem, sed adminiculi in acquisitionem*, & supplementum fratrum. *Propter quod assumite armaturam Dei, ut possitis resistere omnibus taliter præsumentibus: & induite vos loricam justitiæ, calceati pedes in præparationem evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem radicati & fundati, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata*, dividentes corpus ecclesiæ bonum & integrum in tortuosas novitates. Monet ergo apostolus, non amplius nos invicem temere judicare. Temere enim judicat, si quis episcopum absque sedis apostolicæ auctoritate condemnat. Cum ei (ut paulo superius prælibatum est) hoc specialiter privilegium reservatum sit. *Sed hoc judicate magis*, inquit, *ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Patenter enim his & aliis innumerabilibus decretorum testimoniis, omnibus manifestum est, non debere episcopum damnari, licet ejus perscrutetur opinio, donec judicium" de eo nostræ apostolicæ auctoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri, cognoscatur; utpote quoniam solus & præ omnibus, creditus est atque percipere meruit a rege regum Christo Deo claves regni cælorum, ad aperiendum fidelibus & benevolis hominibus in eumdem dominum nostrum, & claudendum infidelibus & malevolis, atque * suis sacerdotibus, & sanctæ

sanctæ ecclesiæ, suo pretioso sanguine redemptæ, & impugnatoribus sive nocentibus. Quod utique & nos facere postulavit. Non " quod novi aliquid nunc imperatur, sed illud quod per desidiam aliquorum aut scienter aut negligenter transgreditur, deinceps observetur ab omnibus, ut illa semper, quæ apostolica & patrum traditione constituta sunt, sub metu, irrefragabili auctoritate teneantur. Scriptum namque est in secunda ad Thessalonicenses epistola, & ad Timotheum, apostolo monente: *State, & tenete traditiones vestras, quas didicistis, seu per verbum, seu per epistolam.* Item alibi per prophetam: *Expectavi quoque*, sicut B. Isaias intonuit, *ut facerent judicium, fecerunt autem iniquitatem, & non justitiam, sed clamorem, omnes pios conturbantes.* Et hoc scire debeant ", quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt, licet divitias bonitatis Dei, & sustentationis, & patientiæ contemnant, *ignorantes quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: secundum duritiam autem eorum & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Et alibi scriptum est: *Ego sum dominus Deus vester: Non facietis iniquitatem in judicio. Non accipies personam * hominis, neque mireris vultum potentis. Ab omni iniquo verbo recedes. Innocentem & justum non oppugnabis, neque interficies.* Ille procul dubio " facit iniquitatem in judicio, qui ea sibi vindicat, quæ ei vindicare non licet. Ideo, quæ huic sanctæ sedi concessa sunt, nullus usurpare sine ejus consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, * ut contemptor, judicari. Itaque oportet negligentes " propulsare, sed ita, ut nocentes non roborentur: & bonos improbis aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiæ oppressi, taciturnitatis teneantur obnoxii. Itaque qui potest obviare, & perturbare perversos, & non facit, nihil aliud est, " quam favere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. *Sitis autem perfecti & integri in eodem sensu, & in eadem scientia firmati:* ut per eam vias vestras dirigentes " in eumdem inflexibiliter, omnibus occurratis oppressis, quia vobis creditur dominus, *ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum propter talium impietatem, a Deo autem electum & honorificatum, super quem vos, tamquam lapides vivi, ædificamini in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suavitatis.* Gratum enim admodum est sacrificium domino, oppressis omnibus subvenire: quanto magis illis, de quibus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, &c.* Libat " quidem domino prospera, qui ab afflictis & oppressis pellit adversa. *Sed & nunc, fratres, commendamus vos Deo & verbo gratiæ ejus, qui potest perficere, & dare hereditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper & in omnibus, ut unanimes, uno ore & uno corde honorificetis eum in concordiam & auxilium fratrum, qui potens est confirmare omnes, & consolari secundum evangelium ejus, & juxta revelationem mysterii temporibus æternis taciti*, patefacti autem per scripturas " sanctas & patrum orthodoxorum doctrinas, secundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei, in omnibus cognitis nobis, soli sapienti Deo, domino nostro Iesu Christo, cum quo Patri & Spiritui sancto gloria, honor, & imperium & potestas in sæcula sæculorum. Amen. Dominus vos custodiat, dilectissimi fratres, incolumes semper. Data octavo Kalendas Novembris, " Flavio & Stilicone viris clarissimis consulibus.

" Mendax temporis adnotatio; neque enim annis 400. aut 405. vivebat Damasus ann. 384. defunctus.

EPISTOLA V. DAMASI PAPÆ I.

De chorepiscopis, & qui iidem sint, aut si aliquid sint, aut nihil, & de vana superstitione eorum vitanda.

Dominis venerabilibus, fratribus, Prospero Numidiæ primæ sedis episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo, & omnibus ceteris, ubique in recta, sancta & apostolica fide consistentibus, orthodoxis episcopis, Damasus episcopus.

LICET, fratres carissimi, vobis sunt nota patrum decreta, mirari tamen non possumus vestram solertiam circa instituta majorum ", ut cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput, ut semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, ut inde capitis responsa, unde * accepistis institutionem & normam recte vivendi. Unde & vos non immemores canonum esse recordamur, qui & idipsum fieri præcipiunt. Non ut vobis scientiæ ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed ut auctoritate sedis apostolicæ fulti, in nullo ab ejus devietis regulis. Igitur de chorepiscopis, de quibus nos consulere voluistis, quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quam auctoritatem habeant, vel si liceat eos fieri, an non, quia audivimus eos jam esse prohibitos; aut quid de his, qui jam ordinati reperiuntur, agendum sit, nil vobis certius respondere nobis videtur, quam olim a prædecessoribus nostris decretum reperimus, ut eis ad veniam nihil prorsus aliud reservetur quam privatio sacri ministerii, quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede, quam a totius orbis fuerant episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est prava: quia ut hi de summo sacerdotii ministerio aliquid præsumant, omni auctoritate caret, & sacris canonibus invenitur esse contrarium, atque ad totius " ecclesiæ perturbationem superba & superflua tendit elatio: & vacuum est & inane, quidquid in prædicto sacerdotii summi egerunt ministerio. Quod ipsi iidem sint, qui & presbyteri, sufficienter invenitur: quia ad formam & exemplum septuaginta inveniuntur prius instituti Sed quia (Deo gratias) modo necessarii, sicut in primitiva ecclesia propter studium, quod erga pauperes exigebant, non sunt, & quia illicita præsumebant, & quod agebant, actum non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, ecclesiastico fraudabantur & frustrabantur ministerio: ideo tam ab hac sancta sede, ut superius memoravimus, quam & ab omnibus totius orbis episcopis, a pontificalibus sunt remoti officiis. Nam (ut nobis relatum est) quidam episcoporum, propter suam quietem, eis plebes suas committere non formidant: & ut illicita atque prohibita agant, iidem ea quæ solis pontificibus debentur, sibi usurpant; & ipsi in sua quiete torpent, & curam sibi a Deo commissam negligunt,

" Innoc. I. ep. 4.

* ecclesia accepit

" Leo ep. 35.

Sup. in Conc. Neocæsareensi c. 13.

Daniel 10. negligunt, cum dominus dicat: *Bonus pastor* A *animam suam ponit pro ovibus suis, & vocat eas nominatim, & cognoscit suas, & suæ agnoscunt eum.* Et item: *Sicut novit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ovibus meis.* (Ibid.) De mercenario autem quid dicat, bene nostis, *quia videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit & dispergit oves.* (Ibid.) & reliqua. Pro talibus vero negligitur cura ecclesiæ, & ejus status perturbatur. Et ideo sunt prohibiti, intantum, ut si aliqui ex his reperti fuerint, a proprio decidant gradu. Illi namque episcopi, qui talia sibi præsumunt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim ut pa- B riunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere valeant Sic & isti infantes suos, id est, populos sibi commissos, aliis educandos tradunt, ut suas libidines expleant, id est, ut pro suo libitu sæcularibus curis inhient, & quod unicuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, ecclesiæ destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proveniunt. Non taliter dominus docuit, nec apostoli instituerunt: sed ipsi qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos domino repræsentent. Nam ipse ovem perditam diligenter quæsivit, ipse invenit, ipse pro- C priis humeris reportavit, nosque idipsum facere perdocuit. (Luc. 15.) Si ipse pro ovibus tantam curam habuit, ipse docuit, ipse curavit, ipse sanavit, ipse propriis humeris reportavit, atque intantum dilexit, ut etiam animam suam (multas sustinens injurias, multa opprobria, multasque passiones) pro nobis traderet, quid nos miseri & desides dicturi sumus, qui etiam pro ovibus nobis commissis curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc, fratres, necesse: quia *qui plus laborat, majorem mercedem accipiet.* (1. Cor. 3.) Nam non amplius quam duos ordines inter discipulos domini esse cognovimus, id est duodecim apostolorum, & septua- D ginta discipulorum: unde iste tertius processerit, funditus ignoramus. (68 di. Chorepiscopi tã ab hac.) Et quod ratione caret, extirpare necesse est. Quod enim episcopi non sint, qui minus quam a tribus sunt ordinati episcopis, omnibus patet": quoniam (ut bene nostis) prohibitum* a sacris est patribus, ut qui ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. ("ex can 1. apost. 21. Arel. I. & 4. Niceni cõc. * sanctis) Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Quidquid enim inter episcopos, aut de rebus ad eos solummodo pertinentibus egerint, necesse est (ut superius jam prælibatum est) ut irritum fiat: quia quod non habent, dare nequaquam possunt, præsertim cum nullum ex septuaginta di- E scipulis, quorum speciem isti, antequam prohiberentur, (ut superius memoratum est) in ecclesia gerebant, nil de hoc, quod apostolis eorumque successoribus specialiter debebatur, legitur assumpsisse. (*Hispal. II. can 7. "ista absunt a ms Iustelli) Nec in lege" domini, quæ Mosi ab ipso domino legitur dictata", de his, quæ summis sacerdotibus, id est, Mosi & Aaron, erant specialiter concessa, filii Aaron quidquam præsumebant. Nulli enim dubium est, quod Moses & Aaron soli, præcipiente domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, soli ungebãt, soli sacerdotes sacra unctione instituebant, & alia, quæ ad summum sacerdotium pertinebant, de quibus sufficienter in divinis literis, agebant: quoniam summi domini sacerdotes erant, sicut de iis scriptum est: *Moses & Aaron in sacerdotibus ejus.* (Patet ex pluribus pentateuchi locis Num. 7.) Sic & modo, quia umbra legis transiit, & lux euangelii in nos, Dei gratia, manifeste coruscat, de his quæ in summis sacerdotibus, id est, episcopis sunt, quorum figuram Moses & Aaron tenuerunt, illi qui septuaginta discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filii Aaron erant, nihil præsumere debent, sicut nec illi quidquam de summi sacerdotii ministerio attingebant. Nam quod chorepiscopi antequam præfato prohiberentur tenore, ad formam septuaginta instituti erant, canon sufficienter manifestat, ubi ait: Chorepiscopi quoque ad exemplum & formam septuaginta videntur esse." & reliqua. Nec illud prætereumdum nobis videtur, quod alibi in canonibus expressum est: Qui in vicis & possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut episcopi consecrati fuerint", &c. Nec ab re dictum perpendo, quamquam manus impositionem episcoporum perceperint, cum episcoporum nomen pluralem in se contineat numerum, & apud grammaticos pluralis sit genitivus: videtur enim mihi, quod tunc, non ab uno, sed a pluribus ordinabantur: quia nullatenus diceret, episcoporum, si ab uno fieret talium ordinatio, cum episcoporum, pluraliter dictum sit. Cum autem dixit chorepiscopum, profecto villanum voluit intelligi episcopum. Et si villanus, quid agit in civitate, cum in una civitate duo omnino prohibeantur esse episcopi? Et si in villa & in eo loco, ubi antea episcopi non fuerunt, cum & in modica civitate, vel in villa", aut castello episcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis, ubi antea episcopi non fuerunt, ne vilescat auctoritas" & nomen episcopi, fuerint constituti, quid, rogo, erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam si episcoporum manus impositionem perceperunt, & ut episcopi sunt consecrati, ubi sunt consecrati? Ad villam, quia χώρα, villa est apud Græcos. Et qualiter ad villam, si nec in castello aut in modica civitate licet fieri, rogo, ut promatis: & si promere non potestis, quia (scio) per rationem aut plenam auctoritatem minime potestis, digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere non dubitate, scilicet quia tria obstant, quibus eorum cassatur actio vel institutio: Unum, quod ab uno episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio a canonibus discordat, qui per manus episcoporum eos institui jubent. Aliud, si a pluribus episcopis sunt ordinati, & aut in villa, aut in castello, seu in modica civitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo juste episcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, ubi vilescat auctoritas" & nomen episcopi, aut si in civitate cum altero episcopo: cum (ut prædictum est) in una civitate duo non debeant" consistere episcopi. Tertium, si absolute" fuerint instituti, sicut de quibusdam audivimus, quæ omnia" episcopali omnino carent auctoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in divinis literis auctoritatem, quia (ut præfixum est) ordines sunt duo tantum primi in ecclesia, id est, apostolorum & septuaginta discipulorum. Sane si nec episcopi sunt, quia pro præfatis causis episcopi esse non possunt, nec presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse ambiunt,

biunt, atque plus quam septuaginta discipuli fecissent, (ad quorum formam, ut paulo superius prælibavimus, hi, antequam prohiberentur, a quibusdam stultis & sua quærentibus, & non quæ Christi Iesu, instituebantur) præsumere tentant, & illicita atque prohibita agere præsumunt, nec hoc dici se volunt, quod sunt, rogo ut manifeste prodatis, quid sint: quoniam aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifeste patet, quoniam episcopi non sunt. Et si episcopi non sunt, & presbyteri esse despiciunt, quid erunt? Aut aliquid prorsus erunt, aut nihil: quia nihil potest esse, nisi habeat unde sit. Et si non habet unde sit, aut unde originem ducat; nec auctoritatem habet, nec stare rite poterit, quia inane est, & ut destruatur & cadat necesse est, quoniam nihil est, & in nihilum reputabitur.

Si vero nihil ex his sunt, quæ superius memoravimus: tunc necesse est ut nihil sint ex his quæ sacerdotibus debentur. Et ideo nec in sacerdotali catalogo habeantur, nisi tantum (ut primo commemoravimus) ut pro misericordia illis, qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint, & per scriptum propria manu subter corroboratum, idipsum confirmaverint, hoc solummodo concedatur, ut inter sacerdotes locum habeant, & ministerio presbyterorum contenti sint, atque mensæ domini tantummodo participes existant. Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, ut sacerdotes sint, sed omni ecclesiastico funditus priventur honore. Quod vero eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos aut subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec ungere aut sacrare, nec ecclesias dedicare, nec " chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante episcopum in baptisterio aut in sacrario introire, nec præsente episcopo infantem tingere aut signare, nec pœnitentem sine præceptione episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, nisi illo " jubente, sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere aut salutare, nec plebem exhortari: quæ omnia solis " pontificibus deberi, tam ex superioribus, quam ex aliis patrum constitutis, aut sacris canonibus, edocti estis. Et si necesse est quibusdam minus scientibus, doceri pleniter & instrui possunt, ut per hoc & discretio graduum ", & dignitatis fastigium summorum pontificum demonstretur. Similiter & de presbyteris hæc habeantur, ut sine jussu " proprii episcopi nil agant: quia quod rarum est, hoc & pulcrius esse videtur. Et si nomen vilescit pontificum, omnis status perturbatur ecclesiæ. Triplex itaque in hac parte reatus est, quod & prohibita agunt, & quod sacrum ministerium talis consortii vilitate polluitur, & episcoporum (quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet) jura solvuntur.

Quod autem solis " apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber Actuum apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem (ut prædictum est) tradidisse. Hæc ergo, quia omni carent ratione, nullus deinceps usurpet aut consentiat sacerdotum, qui noluerit a nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod a nobis extinguitur, & a prædecessoribus nostris ac reliquis (ut dictum est,) totius orbis episcopis jam extinctum est, apud aliquos tenebrosis " seminetur radicibus: sed quæ male pullulasse noscuntur, radicitus evellantur, ne messem dominicam ulla corrumpant zizania. Ita enim fructum uberem domini sacerdotes præstabunt, si ea, quæ natam segetem enecare consueverunt, radicitus amputentur. Cesset ergo, cesset tot vicibus prohibita & damnata præsumptio: nec imitentur summi sacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes suos præfata voluptate aliis ad nutriendum tribuunt: sed ipsi nutriant, ipsi domino suo fructum cum usura reddant, fructuososque manipulos ei cum gloria repræsentent. Nam si dominus leprosos, inter ceteras ovium suarum curas, tetigit & mundavit, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nosipsi, qui pastorale officium suscepimus, aliis alendas tradimus? maxime cum dominus Petro præceptori nostro dixerit: *Si diligis me, pasce oves meas*: & multa alia, & his similia. Nam benedictio, quam prædicti " chorepiscopi ante suam prohibitionem, per manus impositionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quam salutem. Et illi qui pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, quæ non habebant, dare poterant? quoniam nihil in " dante erat, quod ille posset accipere. Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest quod non habet? Præsertim cum pontifices non erant, ea quæ solis pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impositionem tangebant, cum ea, quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideo, quidquid ex supradictis ministeriis pontificalibus præsumebant, irritum erat, & nihil * tactis proficiebat: sed magis, juxta prophetam, *maledictionem pro benedictione* (si ratum est dicere) conferebant. Quapropter per illam illicitam manus impositionem, ut paulo superius prælibavimus, vulneratum " caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necessum est quod legitime * actum aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, invenire non possum: cum ille, qui honorem pontificalem non habuit, pontificalia non potest jura tribuere: nec hoc sibi poterant vendicare, cujus capaces per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt. Hujus ergo discussionis " curam nobis specialiter vendicantes, ita misericordiam irrogamus, ut si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, ne talia liceat ultra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur: quia ut nobis gratulationem facit ecclesiarum status, salubri dispositione attributus vel adornatus; ita non levi nos mœrore contristat, quoties aliqua contra instituta canonum vel ecclesiasticam disciplinam præsumpta aut commissa cognoscimus. Quæ si non qua debemus vigilantia resecemus, illi, qui nos speculatores esse voluit, nos excusare non possumus, si ejus ecclesiam, quæ nobis generaliter commissa est, in-

" S. Leo ep. 2. & 1. cap. 2.
Matth. 8. *Marc.* 1. *Luc.* 5.
Ioan. 21.
" Capitul. lib. VII. c. 187.
" Innoc. ep. 22. c. 3.
* tangendo proficiebāt.
2. *Reg.* 16. *Psal.* 108.
" Idem Innoc. cit. loco
1. q. 6. Per illicitā ma. Et 9. qu. 1. Per illic.
* actum nō est, aut
" S. Leo ep. 1. c. 2.

quantum prævalemus, puram a tam illicitis superstitionibus non custodiamus: quia non " aliter unus grex & unus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet, *Idipsum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sapientia.* Nec aliter veri discipuli domini erimus, nisi radicem " amaritudinis sursum germinantem, (sicut hoc, ut asseritis, modo facit) ne nocere valeat, aut episcopale ministerium vilescere faciat per eorum negligentiam, id est, omnium sacerdotum, qui evellere mala, & meliora plantare sunt ab eo præpositi, unusquisque pro viribus extirpare festinet, & ipse qui pro suis ovibus est æterno judici rationem redditurus, eas fovere & educare decertet. Si domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, ut de nobis dicatur: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ;* & reliqua. Et iterum, monente " dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctificationis imbuitur, is Christi oves, qui Christum amat, diligenter & cum magna cura pascat: quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, amore & reverentia coarctamur, ut tantæ superstitionis, quæ nullius (ut sæpe dictum est) fulcitur auctoritate, periculum quantum possumus, declinemus, ne beati magistri nostri Petri & summi apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inveniatur in nobis: quoniam omnis negligenter pascens toties sibi commendatum dominicum gregem, convincitur summum non amare pastorem, nec ejus se velle discipulum fieri, cujus exempla negligit imitari. Nam " gratia prorsus major acquiritur, si de commissis ovibus lucrum offerat domino solicitudo pastoris. Nam & beatum Iacob ", qui pro uxoribus diu servierat, dixisse meminimus, *Viginti annis fui tecum: oves tuæ & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi; nec captum a bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam: & quidquid furto perierat, a me exigebas: die nocteque æstu urebar & gelu: fugiebat somnus ab oculis meis* Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oves Laban: quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ovibus animam; & adjuvet nos, ut de his, qui nobis commissi sunt ", fructum multiplicem ac mensuram superfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. Tantusque vos beati " Petri apostolorum principis amor incendat, ut in ovili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præsumentes, sanctis vestris studiis summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ pretioso Christi sanguine redemptæ, eorum non pereant deceptione. Restat etiã, quod per ostium hi nequaquam subintrarunt, quia non habebant ostium per quod ingrederentur: quia (ut dictum est) si nec episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt, cum hi tantum duo ordines in ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium, per quod pastor intret? Audite fratres non me, sed ipsam dicentem veritatem: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro;* & reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est:* cum prædicta duo fundamenta in ecclesia tantum inveniantur posita, quidquid amplius positum in his inveniatur, stare nullatenus poterit. Et ideo, cum omnibus suis fundamentis & actionibus atque radicibus ut evellatur necesse est, ita ut amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fastidium: quia summa necessitas est sæpius prohiberi, quod toties, ut a vobis cognovimus, illicite usurpatur: & quoniam veritas " sæpius exagitata, magis splendescit in lucem: & quod toties repetendo admonetur, minus usurpatur. Super his enim multa jam ab antecessoribus nostris dicta sunt, a quibus ipsi, sicut nunc a nobis, ita olim ab eis damnati & prohibiti sunt. Ideo sæpius repetentes, omnes monemus, ut vitent hujusmodi, & a talibus se abstineant, qui noluerint una cum eis a sacerdotali ministerio, ut rebelles, fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis favere decertaveritis: & ita in postmodum de tali re querela cessabit, quia " contumeliæ studio fit, quodquid interdictum toties usurpatur. Omnia " hæc decretalia, & cunctorum prædecessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vobis & omnibus episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari: quoniam occurreret " veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos, qui summa ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faveamus errori. Datum Kalendis Iunii, * Libio " & Theodosio viris clarissimis consulibus.

Marginal notes: " S Leo ep. 4.c.2. — 1.Cor. 1. — " Mart. I. conf. 1. cõc. Later. — Ioan. 10. — " S. Leo ep 4. — Ioan. 21. — " S. Greg. ep. 43. lib. VIII. — Ioan. 12. — " Idem ep. 48. lib. VII. — Gen. 31. — Ioan. 10. — "Idem Greg. ibidẽ. — " Idem ep. 97. ejusdem lib VII. — Ioan. 21. — Ioan. 10. — 1 Cor. 3.

EPISTOLA VI. DAMASI PAPÆ I. ET EPISCOPORUM ",

Qui ad eum in Romanam urbem ex Italia & Gallia convenerant, numero nonaginta.

Episcopos in Illyrico adhortatur, ut sanctam dissеminent fidem, hæreticorumque labem cavere studeant.

Damasus, & ceteri episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in domino salutem.

CREDIMUS sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc populis universis exponere, quæ videlicet a constitutis patrum nulla ratione dissentit, per quos justum est ceteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum ' fratrum, quosdam hæresibus favere cognovimus. Quod malum non solum cavere debent episcopi, sed etiam reluctari contra ea quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorumdam, pravis interpretationibus deceptorum. Variis ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum ' corroborari sententiis. Auxentium ergo Mediolanensem præcipue in hac causa damnatum esse liquet. Vnde justum est, omnes in universo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt, sapere, & non fidem doctrinis variis maculare. Itaque dum primum hæreticorum cœpisset nequitia pullulare,

lare, ficut etiam nunc blafphemia nefandorum ' Arianorum, tunc patres noftri trecenti decem & octo epifcopi ', habito tractatu in urbe Nicæna, hunc murum fortiffimum contra arma diabolica ftatuerunt, & hoc remedio venena mortifera funt depulfa; ut Pater & Filius unius virtutis, uniufque magnitudinis debeat credi, uniufque effentiæ five fubftantiæ, fimul & Spiritus fanctus. Aliter enim fapientes, alienos effe a noftra communione judicaverunt. Quem terminum falutarem, adorabilemque deliberationem corrumpere quidam aliis cogitationibus atque temerare voluerunt: fed in ipfo principio, ab his ipfis, qui in Arimino revocare, aut retractare compellebantur, ufque ad hoc caufa B correcta eft, ut confiterentur alia fibi circumventione fubreptum, aut certe quia non intellexerunt, patrum fententiæ in Nicæa conftitutæ hoc effe contrarium. Neque enim præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum, quando conftat, neque Romanum epifcopum, cujus ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium, qui tantis annis epifcopatum inviolabiliter cuftodivit, neque alios talibus præbuiffe confenfum, maxime dum (ficuti prædiximus) ifti ipfi, qui per circumventionem declinaffe videbantur, ipfi denuo utentes meliori confilio, hæc fibi difplicere teftati funt. Perfpicit itaque veftra falubritas, hanc folam fidem, quæ Nicææ apo- C ftolorum auctoritate fundata eft, effe perpetua firmitate fervandam, & fimul orientales hoc facere nobifcum, qui fe catholicos effe cognofcunt, occidentales etiam gloriari. Credimus autem, languentes in ifto conamine, non tarde a noftra feparandos effe communione, & ab eis epifcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberati errore, refpirent. Nullo enim modo a deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet ' cum omnibus Dei facerdotibus etiam caritatis veftræ fententia, in qua vos fixos ac firmos exiftere ' judicavimus. Si ergo etiam nos vobifcum recte credere debemus, veftræ nos caritatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres cariffimi. Data decimo feptimo Kalendas Novembris, D Siricio " & Ardabure viris clariffimis confulibus.

"EPISTOLA VII. DAMASI PAPÆ I.

AD EPISCOPOS ITALIÆ.

Iubet ne per fcripta in pofterum, fed per legitimum accufatorem, quis ab eis judicetur, & caufæ etiam judicandæ omnes ad apoftolicam fedem deferantur.

Univerfis epifcopis per ' Italiæ provincias conftitutis, Damafus epifcopus in domino falutem.

OPTAVERAM, dilectiffimi ", pro noftri E caritate collegii, omnes domini facerdotes (ficut in primitiva fuit ecclefia) unum effe cor & animam unam, atque in una devotione perfiftere, nec quemquam facerdotum, gratia aut formidine fæcularium depravari, aut a via veritatis quoquo modo abfcedere. Sed quia multa quæ corrigi poffunt, proveniunt, & fuperat culpas delinquentium mifericordia Dei: atque ideo fufpenditur ultio, ut poffit locum habere correctio. Relatum eft enim ad fedem

A apoftolicam, vos accufationes fratrum per fcripta fufcipere abfque legitimo accufatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, apoftolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factum eft, abfq;ulla retardatione corrigi rogamus: nec unquam prius per fcripta, eorum qui accufantur, caufam difcutere liceat, quam per ' querulantium " inftitutiones vocati canonice, ad fynodum veniant, & præfens per præfentem agnofcat veraciter & intelligat, quæ ei objiciuntur. Quod bene & per fapientiam Salomonis dicitur: *Antequam fcruteris, ne reprehendas: intellige prius, & tunc increpa. Antequam ' audieris ne refpondeas.* Et licet apertiffima fit contrariorum reprehenfio, verumtamen oportet his, qui dati funt ad eorum examinationem, ordinem fervari ab his, qui fecundum Deum perfcrutari deputati funt, quatenus ita cum operatione cooperante inveniamus & confefforem Deum, qui dicit: *Vbi duo funt vel tres congregati in nomine meo, ibi fum in medio eorum.* Nam & dominus nofter Iefus Chriftus Iudam" furem effe fciebat: fed quoniam non eft præfentialiter accufatus, ideo non eft ejectus. Nec vos ullo modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim fæculi accufatores præfentes exigunt, & non per fcripta" abfentes. Vnde canonica patrum conftituta non femel, fed fæpiffime clamant, nec accufationes nec teftimonia ullum per fcripta poffe proferre: nec de aliis negotiis quicumque teftimonium dicant, nifi de his, quæ fub præfentia eorum acta effe nofcuntur. Similiter & qui alium accufare elegerit, præfens", per fe, & non per alium accufet, infcriptione videlicet præmiffa. Neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accufatores præfentes habeat, locumque defendendi " accipiat ad abluenda crimina. Curandum ' namque " eft, ne ira quemquam fubripiat, faciatque citius omne quod non licet. Omnipotens Deus hæc vos & cuncta divina mandata & apoftolica præcepta cuftodientes, in cunctis actibus veftris cæleftis brachii extenfione protegat, atque ad " cæleftis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat. Amen. Data tertio Idus Aprilis ", Siricio & Ardabure viris clariffimis confulibus.

11. quæft. 5. Eorum qui accufantur. ' querelantium " Marc. I. conf. 2. côci Later. 5. q. 2. Relatum eft ad. Ecclef 11. ' audias, non Matth. 18. Ioan. 13. "Ambrofiafter in 1. ad Cor. 5. 5. q. 2. Relatum eft ad fedem. " An. in conft. 15. tit. 1. l. 1x. Cod. Theod. "Ex Aniano: ipfa fententia, inquit Hincmarus adv. nepotem c. 43. de antiquis Romanis legibus fuit affumpta. 5. q. 9 Qui accufare alium. "Hadr. coll. 9. ' quoque " S. Greg. ep. 118. lib. VII. " Idem ep. 127. ejufdē libri. "Hierius & Ardaburius confules anno 427.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S.I.

In fynodo Romæ anno 531. habita fub Bonifacio papa II. recitatæ funt duæ epiftolæ Damafi I. ad Achollium, Eurydicum, Severum, Vranium, Philippum & Ioannem epifcopos. II. ad eumdem Acholium archiepifcopum Theffalonicenfem: quas fuo tempore ex Lucæ Holftenii Romana editione repræfentabimus. Videfis quoque quæ ex ejufdem Holftenii fyntagmate paulo poft fubjiciemus epiftolæ fynodali ex concilio Romano, ut Binius numerat, fecundo fcriptæ a Damafo, aliifque epifcopis, ad conftitutos per Illyricum antiftites.

DECRETA DAMASI PAPÆ I.

Ex decreto Gratiani & Ivonis, numero quinque, prioribus non inferta.

PRIMUM.

Si accufator in accufatione defecerit, talionem recipiat.

Calumniator, fi in accufatione defecerit, talionem recipiat. 2. quæft. 3. Calumniator, fi in.

SECVNDVM.

De his qui clericum falso nomine impetunt.

Ibidem. Si quis episcopum.

Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus impetierit vel accusaverit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censemus.

TERTIVM.

Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

10. quæst. 1. Hanc consuetudinē.

Hanc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam agere videtur, omnino interdicimus, ut nullo modo, ullo unquam tempore, oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie domino B servire videntur, illis solis liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit dominus panes sanctos comedere filiis Israel, nisi tantummodo Aaron & filiis ejus, qui longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur, quia illi sub umbra legis erant. Qui vero modo sub gratia sunt Spiritus sancti, toti mundo euangelio coruscante, lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro aliis, Deo preces offerre? Quia pravum est & contra dominicum præceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur: quia omnibus sanctis patribus, nostrisque prioribus placuit, C hanc sanctionem fieri; & nos similiter in eisdem persistere volumus, ut nullus audeat irritum facere hoc quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostram, & contra sanctorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicæno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & ulterius oblationes de sacris ecclesiis auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus & condemnatus. Responderunt omnes, Fiat, fiat.

Levit. 2. & 24.

QVARTVM.

In Spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant. D

25. q. 1. Violatores. " Vide sup. p. 863. B.

Violatores canonum voluntarie graviter a sanctis patribus judicantur, & a sancto Spiritu, cujus instinctu ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare in Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones, non necessitate compulsi, sed libenter (ut præmissum est) aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio, manifeste unum genus est blasphemantium in Spiritum sanctum: quia (ut jam prælibatum est) contra eum agit, cujus nutu & gratia sancti canones editi sunt.

QVINTVM. E

Ex decreto Ivonis Carnotensis, libro primo.

Quoniam quidam metropolitanorum, fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi apostolicæ exponere detrectantes, usum pallii neque expetunt, nec percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio, viduatis ecclesiis, non sine periculo protelatur: placuit, ut quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ, ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate: sitque licentia metropolitanis aliis, post secundam & tertiam commonitionem, viduatis ecclesiis, cum consilio A Romani pontificis, ordinando episcopos, subvenire. Si vero consecrandi episcopi negligentia provenerit, ut ultra tres menses ecclesia viduata consistat, communione privetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum præbere non differat. Quod si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neque ibi, neque alicubi consecrationis donum percipiat, imo metropolitani sui judicio cedat.

a CONCILIVM ROMANVM I.

SVB DAMASO,

B In quo Vrsacius & Valens Ariani damnati.

a *Concilium Romanum.*] In hac synodo, Romæ sub Damasi pontificatus initio celebrata, Valens, Vrsacius, ceterique manifesto Ariani damnati, totique orbi terrarum per literas pontificis denuntiati fuerunt. Ita enim scribit Athanasius ad episcopos Africanos: *Sufficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, & magnæ Romæ episcopi, ceterorumque tot numero ibi congregatorum, &c.* Et paulo infra: *Gratiam habemus & illius* (Damasi) *pietati, & ceteris, qui Romæ convenerunt, quod Vrsacio & Valente cum sociis suis ejusdem sententiæ ejectis, concordiam ecclesiæ con-* C *servarint.* Hanc vero synodum ante damnationem Auxentii Romæ coactam fuisse, ex verbis ejusdem Athanasii præcedentibus manifeste patet: nam prædicta epistola de Auxentio multa locutus, scripsit se mirari, cur studio & opera Damasi pontificis, cui de Auxentii hæresibus plura scripsisset, hæresiarcha nondum ex ecclesia ejectus & depositus fuerit. Illo igitur tempore, quo Athanasius pontificem de Auxentio condemnando per literas admonuerat, hanc in causa Vrsacii, Valentis, aliorumque Arianorum coactam fuisse, ex præcedentibus patet.

D DVÆ ROMANÆ SYN. SVB DAMASO.

" ** *Ex libello synodico.*

ΛΙΒΕΡΙΟΥ τοίνυν πάπα Ῥώμης τελεωθέντος τοῦ μάκαρος, Δάμασος ἀξιοπρεπῶς προχειρίζεται· ὁ πάντα λέγειν καὶ πράττειν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων αἱρούμενος. Ὃς αὐτίκα σύνοδον ἐννενήκοντα πατέρων συνήθροισε· καὶ ἀναθεματίσας Αὐξέντιον, τὸ θεῖον ἐστεφάνωσε μάθημα· ὅρον εὐσεβείας ἐκθέμενος, ὃν πρὸς Ἰλλυρικοὺς ἀπέστειλεν.

E LIBERIO autem beato Romæ papa mortuo Damasus merito eligitur, qui quidem apostolicis pro dogmatibus omnia & dicere & facere studebat. Is confestim synodum nonaginta patrum congregavit, & anathemate in Auxentium pronunciato divinam illustravit doctrinam: definitione pietatis edita quam ad Illyricos misit.

ΑΛΛΑ καὶ δευτέραν ὁ αὐτὸς πανίερος ὑπὲρ τοῦ ὁμοουσίου κατὰ Αὐξεντίου συνεκρότησε θεοσύλλεκτον σύνοδον.

SED & alteram divinitus collectam synodum idem sanctissimus pro Homousio contra Auxentium congregavit.

LAMPSACENA

LAMPSACENA EX EODEM SYN.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ πρεσβεύοντες ἐξ ἑώας τὸ ὁμοούσιον, Οὐαλεντινιανῷ προσελθόντες σύνοδον ἐν Λαμψάκῳ αἰτούμενοι, κυρῶσαι τὰ ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἀποκηρῦξαι τὸν Ἡρακλείας Περίνθου Ὑπέπιον. συνελθόντες οὖν καὶ μῆνας δύο ἐκεῖσε τελέσαντες, ἄκυρα μὲν τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει πεπραγμένα Εὐδοξίῳ καὶ Ἀκακίῳ ψηφίζονται· καὶ τὴν ἐν Σελευκείᾳ πίστιν κρατεῖν ἀφρόνως θεσπίζουσιν. Ὅπερ Οὐάλης πυθόμενος, τὰ γεγονότα πάντα συνέχει, τοὺς ἐπισκόπους ὅλους ἐξορίᾳ διωξάμενος, καὶ τὰς ἐκκλησίας τῷ Εὐδοξίῳ παρέδωκεν.

Similiter vero, & qui ab oriente missi fuerant ad defendendum Homousion, cum ad Valentinianum venissent, synodum Lampsacum indicendam postularunt, qua Nicæna decreta confirmarentur, & Hypetius Heracleæ Perinthi exauthoraretur. Cum igitur convenissent, & menses duos ibi finissent, irrita manere decernunt, quæ Eudoxius, & Acacius Constantinopoli egissent: eam vero, quæ Seleuciæ edita fuisset fidem imprudenter confirmant. Quod ubi cognovit Valens, omnia acta abolevit, episcopos omnes exilio multavit, & ecclesias Eudoxio tradidit.

PUZENSIS AETIANORUM.

*** Ex eodem synodico.*

Καὶ οἱ ἐν Φρυγίᾳ δὲ Ἀετιανοὶ, σύνοδον ἐν Πούζῃ τῇ κώμῃ ποιήσαντες, ὥστε μετ᾽ Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν τὸ πάσχα, ὅρον ἐκτίθενται. ὃν κρατύνας Σαββάτιος, πολλοὺς τῶν Βυζαντίων συνήρπασε, παρ᾽ οὗ Σαββατιανοὶ μέχρι καὶ σήμερον λέγονται.

Qui autem in Phrygia erant Aetiani, synodo in Puza vico collecta, cum Iudæis celebrandum esse pascha decreverunt. Quod decretum cum Sabbatius apprehendisset, multos Byzantiorum in societatem erroris abripuit: a quo Sabbatiani hodieque dicuntur.

ILLYRICANA ORTHODOXA.

*** Ex eodem synodico.*

Οὐαλεντινιανὸς γοῦν ὁ μέγας τοῖς ὀρθοδόξοις τῆς πίστεως προστρήμασι θεσπίζει ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ θείαν ἀθροισθῆναι καὶ πανίερον σύνοδον. Ἡ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν καλῶς ἐβεβαίωσεν, ἀναθεματίσασα Πολυχρόνιον, Τηλέμαχον, Φαῦστον, Ἀσκληπιάδην, Κλεόπατρον, καὶ Ἀμάντιον. ἑαυτῆς δὲ τόμον ἐν Ἀσίᾳ, Καρίᾳ, Φρυγίᾳ, ἐπισκόποις Ἀρειανοῖς διεπέμψατο· καὶ ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς ὡσαύτως ἐξ ἴσου τὸ ἔδικτον.

Valentinianus igitur Magnus; ex præcipuis orthodoxæ fidei propugnatoribus divinam & sanctam in Illyrico fieri jubet synodum. Quæ Nicænam quidem fidem pulchre confirmavit, Polychronium autem, Telemachum, Faustum, Asclepiadem, Cleopatrum & Amantium anathemate notavit: suumque tomum Arianis in Asia, Caria & Phrygia episcopis misit: ut & Christi-amans imperator suum similiter edictum.

Anno Christi 369.

[a] CONCILIUM ROMANUM II. SUB DAMASO,

In quo Auxentius Mediolanensium episcopus Arianus deponitur, & Ursicinus schismaticus damnatur.

Causa concilii. [a] *Concilium Romanum.*] Post relegatum auctoritate Constantii imperatoris & Mediolanensis conciliabuli Dionysium, substituitur Auxentius, homo ne Romanæ quidem linguæ, sed tantum hæreseos peritus, ingenio vafer, serpens veternosus & callidus, hæresin suam Mediolanensibus civibus perosam, Ariique nomen ipsis execrabile callide occultans, adeo ut ab Eusebio Vercellensi, aliisque catholicis episcopis exagitatus, imperatoris edictum pro se extorserit. (Auxentius quis.) Quod cum Hilarius ferendum non putaret, deceptumque imperatorem doleret, Mediolanum, ubi agebat imperator, profectus est, ut coram imperatore Auxentii fraudes & dolos detegeret: sed cum ille se contra denuntiationem Hilarii catholicum esse respondisset, Hilarius, ut turbarum auctor, edicto imperatoris jussus est Mediolano discedere. Hac de re, post encyclicam ad omnes fideles decimo anno post Ariminense concilium scriptam (hanc Hieronymus libellum contra Auxentium nominat) Hilarius merito conquestus, omnes fideles adhortatur, ne Auxentio communicent. Interea Auxentius communione ignorantis populi, & imperatoris patrocinio fretus, dictis factisque in Eusebium Vercellensem, Philastrium Brixianum, aliosve ecclesiæ catholicæ episcopos, quos sibi adversarios passus fuerat, insultabat, formulamque fidei Ariminensem, Nicææ in Thracia constitutam, Illyricis episcopis promulgabat. Damasus igitur Romanus pontifex per Athanasii aliorumque Ægypti episcoporum, de damnando & deponendo Auxentio, synodalem epistolam admonitus, Romæ concilium hoc congregavit; (Locus concilii.) atque ne latius serperet lethale virus, quod lento tabo proximos quosdam in Illyrico episcopos infecerat, nonaginta episcopos ex Italia & Gallia convocavit, qui loco prædicto, anno Christi 369. qui est pontificatus Damasi III. & imperii Valentiniani & Valentis sextus, congregati, Auxentium Mediolanensis ecclesiæ invasorem Arianum condemnarunt, episcopatu deposuerunt, atque sub pœna anathematis vitari decreverunt. (Numerus episcoporum.) (Tempus & acta concilii.) Ad Illyrici episcopos, quos ille magna ex parte seduxerat, synodalem miserunt epistolam, qua Auxentium pontificia & synodali sententia condemnatum & excommunicatum devitare, & sub pœna excommunicationis & depositionis ad catholicam veritatem redire monentur. Decreta hujus concilii confirmantur, teste Athanasio ad Epictet. *Diversis conciliis per Galliam, Hispanias & Romæ celebratis omnes, qui in eo conventu fuere, istos lucifugas, qui sese etiamnum occultant, & quæ Arii sunt sapiunt, Auxentium dico Mediolanensem, Ursacium, Valentem & Caium Pannonem communi calculo, unitis Spiritus incitatu, anathemate perculserunt.* Auxentius quamquam synodali judicio hoc anno (Auxentius quando dejectus.) con-

ANNO CHRISTI 369.

condemnatus eſſet, non tamen ante 374. annum Chriſti ſede Mediolanenſi exturbari potuit, ideo quod imperator per ſummam nequiſſimi hominis ſimulationem deceptus, illi de hæreſis infamia calumniam inferri exiſtimaret. Niſi enim eum ſumma imperatoris ſuffulſiſſet auctoritas, quo pacto ipſe tot conciliis damnatus, & a populo Mediolanenſi ut hæreticus derelictus, ſubſiſtere potuiſſet? Eumdem invitis quoque magiſtratibus hanc ſedem uſque ad obitum detinuiſſe, ex eo exploratum videri poteſt, quod Ambroſius a Probo ad eam provinciam adminiſtrandam miſſus, agens Mediolani, eum quem execrabatur, pati coactus fuerit. Poſt quinquennium Auxentio e vivis ſublato, Ambroſius, cui Probus præfecturam adminiſtraturo dixerat: *Vade, age non ut judex, ſed ut epiſcopus*: diu multumque reluctatus, in epiſcopatu Mediolanenſi ſuffectus fuit. In hac eadem ſynodo Viſicinum ſchiſmaticum, crebrius in Damaſum ſtudia renovantem, rurſus damnatum fuiſſe, conſtat ex epiſt. Valentiniani imperatoris apud Baron. anno prædicto.

EPISTOLA SYNODALIS
ex Romano concilio ad epiſcopos Illyrici.

Epiſcopi ad ſanctum concilium Romæ convocati, Damaſus, Valerianus, & ceteri, dilectis fratribus epiſcopis qui ſunt in Illyrico, in domino ſalutem.

Extat apud Theodor. lib. 2. cap. 22. Sozom. lib. 6. c 27.

ETSI nobis pro certo perſuaſum eſt, ſacerdotes Dei ſanctiſſimi, vos ſacroſanctam fidem noſtram, quæ doctrina apoſtolorum fundata eſt, firme retinere, eamque populo prædicare, quæ certe a decretis patrum, a quibus par eſt reliquos erudiri, nulla ex parte diſcrepat: tamen ſignificatum eſt nobis a fratribus, qui in Gallia & in agro Venetorum habitant, nonnullos ad hæreſim amplexandam omni ſtudio incumbere. Quod quidem malum ne exiſtat, non modo præcavere debent epiſcopi, verum etiam quicumque errores, vel quorumdam inſcitia, vel ſimplicitate eorum, qui perverſas interpretationes ſecuti ſunt, in eccleſiam invecti videntur, his ſe opponere, concilioque providere, ne deinceps in varias diſcrepanteſque doctrinas denuo prolabantur imperiti, ſed quoties diſſentientes opiniones ipſorum auribus inculcatæ fuerint, firme patrum ſententiis adhæreſcant.

Hac de cauſa a noſtis deciſum eſt, ut Auxentius nominatim condemnetur. Quare omnes legis divinæ doctores, qui ditioni Romanæ ſubjiciuntur, ea quæ legis ſunt ſapere, & fidem variis doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim ubi primum vitioſa Arianorum doctrina & blaſphemia vigere inciperet, quæ etiam hoc tempore latiſſime ſerpit; trecenti decem & octo epiſcopi, patres noſtri, habito Nicææ concilio, hoc muro ad arma diaboli arcenda fidem noſtram cinxere, & hoc antidoto venena depulere mortifera, ſic ut crederetur, unam eſſe Patris & Filii ſubſtantiam, unam deitatem, virtutem unam, unam potentiam, unam figuram; quinetiam Spiritum ſanctum unam eamdemque cum illis ſubſtantiam habere & ſubſiſtentiam. Eum autem qui aliter ſentiret, a noſtra communione judicarunt alienum. Quam ſalutarem deciſionem & decretum plane vene-

A randum nonnulli poſtea aliis novis decretis violare labefactareque ſtuduerunt.

At vero initio, quod peccatum erat ab illis, qui Arimini formulam fidei concilii Nicæni novare retractareve coacti ſunt, aliqua ex parte propterea ſarciebatur, quod ſe diſputatione alio tempore habita fatebantur a veritate abductos, quodque ſuam fidei formulam nequaquam ſententiæ Nicæni concilii adverſari cogitabant. Siquidem numerus epiſcoporum, qui erant Arimini in unum congregati, præjudicii vim habere non debet: præſertim cum formula illa compoſita ſit, neque epiſcopo Romano, cujus ſententia præ ceteris omnibus expectanda erat;
B neque Vincentio, qui tot annis epiſcopatum integre geſſerat, neque aliis eidem conſentientibus: cumque etiam (quod eſt omnium maximum) illi ipſi, uti ante diximus, qui in fraudem illecti, a veritate deflexiſſe viſi ſunt, & poſt ad meliorem mentem denuo traducti, plane teſtentur, hanc formulam ſibi magnopere diſplicere.

Itaque veſtra integritas manifeſto videt, hanc fidem ſolam, quæ auctoritate apoſtolica Nicææ ſtabilita eſt, firme perpetuo retinendam eſſe. Atque de hac ipſa fide tum epiſcopos orientis, qui ſe de catholica eccleſia eſſe profitentur, tum occidentis etiam epiſcopos nobiſcum una gloriari
C conſtat. Porro autem pro certo credimus, eos qui alia opinione tenentur irretiti, propter ſuum conatum brevi fore & a noſtra ſegregatos communione, & nomine epiſcoporum privatos, ut tandem populo errore ipſorum liberato, detur reſpirandi locus. Nam multitudinis error tamdiu nullo modo corrigi poterit, quamdiu epiſcopi eodem tenentur implicati. Quocirca facite, ut veſtræ reverentiæ judicium cum omnium Dei ſacerdotum judicio, cui vos firme & conſtanter adhærere credimus, omnino conſentiat. Quod ſi fiat, eamdem vobiſcum rectam credendi viam nos quoque debemus inſiſtere. Veſtra caritas quæſo ad nos reſcribat, ut inde lætitiam capiamus. Valete fratres honoratiſſimi.

D
ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ ΟΙ ΕΠΙ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ

εἰς τὸ ἱερὸν συνελθόντες συνέδριον, Δάμασος καὶ Οὐαλεριανὸς, καὶ οἱ λοιποὶ, τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθεστῶσιν ἐπισκόποις, ἐν Θεῷ χαίρειν.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθεῖσαν, ταύτην ὑμᾶς κατέχειν, καὶ ταύτην τῷ λαῷ ὑφηγεῖσθαι, ἥτις ἀπὸ τῶν ὁρισθέντων παρὰ τῶν πατέρων οὐδενὶ λόγῳ διαφωνεῖ, Θεοῦ ἱερεῖς, ὑφ' ὧν δίκαιόν ἐστι τοὺς λοιποὺς παιδεύεσθαι. ἀλλὰ δι' ἀναφορᾶς τῶν ἐν Γαλλίᾳ καὶ Βενε-
E τίᾳ ἀδελφῶν ἔγνωμεν τινὰς εἰς αἵρεσιν σπουδάζειν. ὅπερ κακὸν οὐ μόνον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀπειρίᾳ τινῶν ἢ ἁπλότητι τῶν σκαιαῖς κεχρημένων ἑρμηνείαις ἀνθίστασθαι ἀπὸ τῆς νῦν διαφόροις διδασκαλίαις, διανοουμένους μὴ πάλιν ὀλισθαίνειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν πατέρων ἡμῶν κατέχειν τὴν γνώμην, ὁσάκις ἂν διάφοροι βουλαὶ ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν ἐπεισφέρονται. Τοιγαροῦν Αὐξέντιον τὸν Μεδιολάνου ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι

κατακεκρίσθαι

A κατανενεκεῖσθαι προσήχθαι. δίκαιον οὖν ἐστι πάντας τοὺς ἐν τῷ Ῥωμαίων κόσμῳ διδασκάλους τοῦ νόμου τὰ περὶ τοῦ νόμου φρονεῖν, καὶ μὴ διαφόροις διδασκαλίαις τὴν πίστιν μιαίνειν. καὶ γὰρ ἡνίκα πρῶτον ἡ κακία τῶν αἱρετικῶν ἀκμάζειν ἤρξατο, ὡς καὶ νῦν μάλιστα ὑφέρπει τῶν Ἀρειανῶν ἡ βλασφημία, οἱ πατέρες ἡμῶν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίσκοποι καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐπίσκοποι εἰς Νίκαιαν γενομένου τοῦ σκέμματος, τοῦτο τὸ τεῖχος ὑπεναντίον τῶν ὅπλων τοῦ διαβόλου ὤρισαν, καὶ ταύτῃ ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀπεώσαντο. ὥστε τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν μιᾶς οὐσίας, μιᾶς θεότητος, μιᾶς ἀρετῆς, μιᾶς δυνάμεως, B καὶ ἑνὸς χαρακτῆρος πιστεύεσθαι χρή, καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὸν δὲ ἄλλως φρονοῦντα, ἀλλότριον εἶναι τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἔκριναν. ὅνπερ σωτηριώδη ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν σκέψιν διαφθεῖραι μετὰ ταῦτα ἄλλαις σκέψεσι τινὲς καὶ μιᾶναι ἠθέλησαν. ἀλλὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ ἀπ' αὐτῶν τούτων οἵ τινες ἐν Ἀριμίνῳ ἀνανεῶσαι ἢ ψηλαφῆσαι ἠναγκάζοντο μέχρι τούτων διωρθώθη, ὡς ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἑτέρᾳ διαλέξει ὑφηρπάσθαι, ἢ ὅτι οὐκ ἐνενόησαν τῇ τῶν πατέρων γνώμῃ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἀρεσάσῃ ἐναντίον εἶναι. οὐδὲ γὰρ πρόκριμά τι ἐδυνήθη γενέσθαι ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐν C Ἀριμίνῳ συναχθέντων, ὁπότε συνέστηκε, μήτε τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐπισκόπου, οὗ πρὸ πάντων ἔδει τὴν γνώμην ἐκδέξασθαι, οὔτε Οὐϊκεντίου, ὃς ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἀσπίλως ἐφύλαξεν, οὔτε τῶν ἄλλων τοῖς τοιούτοις συγκατατεθεμένων· ὁπότε καὶ μάλιστα καθὰ προειρήκαμεν, αὐτοὶ οὗτοι οἵ τινες κατὰ συσκευὴν ὑποκλίνεσθαι ἔδοξαν, οἱ αὐτοὶ καλλίονι γνώμῃ χρησάμενοι, ἀπαρέσκειν αὐτοῖς ταῦτα ἐμαρτύραντο. συνορᾷ οὖν ἡ ἡμετέρα καθαρότης, ταύτην μόνην τὴν πίστιν ἥτις ἐν Νικαίᾳ κατὰ τὴν αὐθεντίαν τῶν ἀπο- D στόλων ἐθεμελιώθη, διηνεκεῖ βεβαιότητι καθεκτέαν εἶναι. καὶ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀνατολικοὺς οἵ τινες ἑαυτοὺς καθολικῆς ἐπιγινώσκουσι, τοὺς δὲ δυτικοὺς καυχᾶσθαι. πιστεύομεν δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τοὺς ἄλλα νοσοῦντας αὐτῇ τῇ ἐπιχειρήσει ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθήσεσθαι, καὶ περιαιρεθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὸ τῶν ἐπισκόπων ὄνομα, ὥστε τοὺς λαοὺς τῆς πλάνης αὐτῶν ἐλευθερωθέντας ἀναπνεῦσαι. οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ διορθοῦσθαι δυνήσονται τὴν πλάνην τῶν ὄχλων, ὁπότε αὐτοὶ ὑπὸ τῆς πλάνης κατέχονται. συμφωνείτω τοίνυν μετὰ πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων καὶ τῆς E ὑμετέρας τιμιότητος ἡ γνώμη, ἐν ᾗ ὑμᾶς παγίους καὶ βεβαίους εἶναι πιστεύομεν. οὕτω καὶ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν ὀρθῶς πιστεύειν ὀφείλομεν. τοῖς ἀμοιβαίοις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης εὐφράνατε ἡμᾶς. ἔρρωσθε ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

"** EXEMPLVM SYNODI " HABITÆ Romæ epiſcoporum XCIII. ex reſcripto imperiali.

Damaſus, Valerianus, Vitalianus, Anfidius, Pacianus, Victor, Priſcus, Innocentius, Abundius, Theudulus, & ceteri, qui ad audiendam cauſam Auxentii, exponendamque fidem in urbe Roma convenerunt, epiſcopis catholicis per orientem conſtitutis in domino ſalutem.

ANNO CHRISTI 369.

CONFIDIMUS quidem ſanctitatem veſtram apoſtolorum inſtructione fundatam, eam tenere fidem, eamque plebibus intimare, quæ a majorum inſtitutis nulla ratione diſſentiat. Neque enim aliter Dei ſentire convenit ſacerdotes, quorum pars eſt ceteros erudire. Sed Gallorum atque Venetenſium fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæreſis ſtudio; neque enim hoc tantum mali cadere in Dei antiſtites poteſt; ſed inſcitia vel ex ſimplicitate quadam ſævis interpretationibus æſtuantes, non ſatis diſpicere, quæ magis patrum noſtrorum ſit tenenda ſententia, cum diverſa conſilia eorum auribus ingerantur. Denique Auxentium Mediolanenſem hac præcipue cauſa damnatum eſſe perſcribunt. Par eſt igitur univerſos magiſtros legis per orbem Romanum paria de lege ſentire, nec diverſis magiſteriis fidem dominicam violare. Nam cum dudum hæreticorum virus, ut nunc iterum cœpit obrepere, ac præcipue Arianorum blaſphemia, pullulare cœpiſſet, majores noſtri CCCXVIII. epiſcopi, atque ex urbe ſanctiſſimi epiſcopi urbis Romæ directi apud Nicæam confecto concilio hunc murum adverſus arma diabolica ſtatuerunt, atque hoc antidoto mortalia pocula propulſarunt, ut Patrem, Filium, Spiritumque ſanctum unius deitatis, unius virtutis, unius figuræ, unius credere oporteret ſubſtantiæ; contraſentientem alienum a noſtro conſortio judicantes. Quam definitionem ſalutarem poſtea aliis tractatibus quidam pervertere & violare tentaverunt. Sed & in ipſo exordio ab iiſdem ipſis, qui hoc apud Ariminum retractare cogebantur, emendatum hactenus eſt, ut ſubreptum ſibi alia diſputatione faterentur, idcirco quod non intellexiſſent patrum ſententiam apud Nicæam formatam eſſe contrariam. Neque enim præjudicium aliquod naſci potuit ex numero eorum, qui apud Ariminum convenerunt: cum conſtet, neque Romanum epiſcopum, cujus ante omnes fuit expetenda ſententia, neque Vicentium, qui tot annos ſacerdotium inlibate ſervavit, neque alios hujuſmodi ſtatutis conſenſum aliquem commodaſſe: cum præſertim, ut diximus, iidem ipſi qui per impreſſionem ſuccubuiſſe videbantur, iidem conſilio meliore diſplicere ſibi fuerint proteſtati. Unde advertit ſinceritas veſtra, hanc ſolam fidem, quæ apud Nicæam apoſtolorum auctoritate fundata eſt, perpetua firmitate eſſe retinendam; hac nobiſcum orientales, qui ſe catholicos recognoſcunt, occidentaleſque gloriari. Non longe autem fieri poſſe credimus, ut qui ſecus ſentiunt, licet hoc ipſo conatu a noſtra communione exui poſſint, plebeſque eorum erroribus liberatæ reſpirent. Quemadmodum enim poterunt corrigere errata populorum, ſi ipſos error obſederit? Concinat ergo cum omnibus Dei ſacerdotibus & veſtræ ſententia caritatis: in quo vos fixos atque firmatos ut bene credimus, ita etiam nos vobiſcum recte ſentire debemus reciprocis ſanctitatis veſtræ literis approbare.

Ego Sabinus diaconus Mediolanenſis legatus de authentico dedi.

Item ex parte decreti.

Ea gratia, fratres, Hiericho illa, quæ figura eſt ſæcularium voluptatum, conclamata concidit, nec

demum vulgata ſunt.

Joſ. 6. 20.

ANNO CHRISTI 369

nec resurgit; quia omnes uno ore unius virtutis, unius majestatis, unius divinitatis, unius usiæ dicimus divinitatem? ita ut inseparabilem potestatem, tres tamen asseramus esse personas; nec redire in se aut minui, ut plerique blasphemant, sed semper manere: nec potentiæ gradus quosdam, ortusque tempora disparata; nec prolativum, ut generationem ei demas; nec imperfectum, ut ad personam aut patris natura, aut divinitatis ei plenitudo defuerit; nec dissimilem opere filium, nec dissimilem potestate, aut per universa dissimilem: nec subsistere aliunde, sed de Deo natum, nec falsum de Deo vero, sed Deum verum de Deo vero esse generatum, lumen verum de vero lumine; ne minutum aut diversum putetur, quod unigenitus habet splendorem lucis æternæ: quia naturæ ordine neque sine splendore lumen, neque splendor potest esse sine lumine. Imaginem quoque patris; ut eum qui viderit, viderit & patrem. Eumdem redemptionis nostræ gratia processisse de virgine; ut perfectus homo pro perfecto qui peccaverat homine nasceretur. Ergo fratres asseramus Dei filium & perfectum hominem suscepisse. Spiritum quoque sanctum increatum, atque unius majestatis, unius usiæ, unius virtutis cum Deo patre & domino nostro Iesu Christo fateamur. Neque enim creaturæ dignus injuria est, qui emissus est ut crearet, sicut propheta sanctus adstruxit dicens: *Emitte Spiritum tuum & creabuntur:* deinde alius item posuit: *Spiritus divinus qui fecit me:* qui in operatione ac peccatorum remissione connectitur. Hæc est, fratres dilectissimi fides nostra: quam quisque sequitur, noster est particeps; discolor corpus, membra deformat. His nos communionem damus, quoniam in omnibus sententiam probant. Absit ut fides pura variis coloribus adsuatur. Illud præterea cavendum monemus, ne canonicus ordo in sacerdotum vel clericorum ordinationibus negligatur, aut prævaricatoribus ejus impartiatur facile communio, ut de reliquis peccando incentiva tribuatur. Hæc igitur de nostro fuerant intimanda judicio. Ceterum quod ad removendas vestræ dilectionis spectat injurias, ne frater noster Dorotheus presbyter explicare omnia vivaciter prætermittit, nec nixus nostri, ut ipse testis est, defuerunt.

Psal. 103. v. 30.

Iob. 30. v. 4.

Item ex parte decreti.

Illud sane miramur quod quidam inter nostros dicantur, qui licet de trinitate piam intelligentiam habere videantur, de sacramento tamen salutis nostræ ignorantes virtutes scripturasque, & recta non sentiant. Adserunt enim dicere, dominum ac salvatorem nostrum ex Maria virgine imperfectum, id est, sine sensu hominem suscepisse. Heu quanta erit Arianorum in tali sensu vicinitas! Illi imperfectam divinitatem in Dei filio dicunt, isti imperfectam humanitatem in hominis filio mentiuntur. Quod si utique imperfectus homo susceptus est, imperfectum Dei munus est, imperfecta nostra salus, quia non est totus homo salvatus. Et ubi erit illud dictum domini: *Venit filius hominis salvare quod perierat?* totum, id est, in anima & in corpore, in sensu atque in tota substantia suæ naturæ. Si ergo totus homo perierat, necesse fuit, ut id quod perierat, salvaretur. Si autem sine sensu salvatus est, jam contra euangelii fidem invenietur, non totum quod perierat esse salvatum: cum alio loco ipse salvator dicat: *Irascimini mihi, quia totum hominem salvum feci.* Quid quod ipsius principalis delicti & totius perditionis summa in hominis sensu consistit. Primum enim sensus hominis e ligendi boni malique si non perisset, non moreretur. Quomodo ergo præsumeretur in finem salvari minime debuisse, quod ante omnes peccasse cognoscitur? Nos autem qui integros ac perfectos salvatos nos scimus, secundum catholicæ ecclesiæ professionem, perfectum Deum perfectum suscepisse hominem profitemur. Quapropter date operam ut intelligentia sanæ doctrinæ etiam eorum sensus salventur, qui adhuc sensum salvatum esse non credunt.

Math. 18. v. 11.

Ioan. v. "f. vel

Item ex parte decreti.

Non nobis quidquam suppetere facultatis, quatenus nobis nostra opera vel parvum refrigerium possint afferre: licet magnum ex hoc beatissimi solatium capiatis, si integritatem fidei nostræ noscentes in unum sensum nos congruere gloriemini, & satis atque abunde, ut convenit, præsumatis, pro membris nos esse sollicitos. Vt enim Nicæni concilii fidem inviolabilem per omnia retinentes, sine simulatione verborum aut sensu corrupto, nullomodo Spiritum sanctum separamus; sed perfectum in omnibus, virtute, honore, majestate, deitate, cum Patre conveneramur & Filio; ita etiam plenitudinem Dei verbi non prolativi sed nati; neque in patre remanentis, ut non sit, sed ex æterno in æternum subsistentem, perfectum, id est integrum hominem adsumpsisse & salvasse confidimus.

Explicit hæc epistola vel expositio synodi Romanæ habitæ sub Damaso papa, & transmissa ad orientem; in qua omnis orientalis ecclesia facta synodo apud Antiochiam consona fide credentes, & omnes ita consentientes eidem superexpositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant.

Meletius episcopus Antiochenus consentio omnibus suprascriptis, ita credens & sentiens; & si quis præter hæc sentit anathema sit.

Eusebius episcopus Samosatenus consentio omnibus suprascriptis, ita credens & sentiens; & si quis præter hæc sentit anathema sit.

Pelagius episcopus Laudicenus consentio omnibus suprascriptis, ita sentiens & credens; & si quis præter hæc sentit anathema sit.

Zenon episcopus Tyri ut supra credo & subscripsi.

Eulogius episcopus Edessenus similiter credo & subscripsi.

Bematius de Mallo civitate similiter credo & subscripsi.

Diodorus episcopus de Tarso ut supra, & subscripsi.

Similiter & alii CXLVI. orientales episcopi subscripserunt, quorum subscriptio in authenticum hodie in archivis Romanæ ecclesiæ tenetur.

Explicit synodus Romana & Antiochensis.

Ad eamdem synodum forte pertinet capitulum quod ex vetustissima canonum collectione bibliotheca Vaticanæ subjungitur.

EX CONCILIO VRBIS ROMÆ sub Damaso papa de explanatione fidei.

DICTVM EST: Prius agendum est de spiritu septiformi qui in Christo requiescit. Spiritus

Spiritus sapientiæ: *Christus Dei virtus & Dei sapientia:* Spiritus intellectus: *Intellectum dabo tibi, & instruam te in via qua ingredieris.* Spiritus consilii; *& vocabitur nomen ejus magni consilii angelus.* Spiritus virtutis; ut supra dictum est, *Christus Dei virtus & Dei sapientia.* Spiritus scientiæ, propter eminentiam scientiæ Iesu Christi, ut ait apostolus. Spiritus veritatis: *Ego vita & veritas.* Spiritus timoris: *Initium sapientiæ timor domini.*

Multiformis autem nominum Christi dispensatio est. Dominus, quia Christus: Verbum, quia Dei filius, quia unigenitus ex patre: homo, quia natus ex virgine: sacerdos, quia se obtulit holocaustum: pastor, quia custos: vermis, quia resurrexit: mons, quia fortis: via, quia rectus per ipsum ingressus in vitam: agnus, quia passus: lapis angularis, quia instructio: magister, quia ostensor vitæ: sol, quia illuminator: verus: quia a patre: vita, quia creator: panis, quia caro: Samaritanus, quia custos & misericors: Christus, quia unctus: Iesus, quia salvator: Deus, quia ex Deo: angelus, quia nuntius: sponsus, quia mediator: vitis, quia sanguine ejus redempti sumus: leo, quia rex: petra, quia firmamentum: flos, quia electus: propheta, quia futura revelat." Spiritus *enim* sanctus non est patris tantummodo aut filii tantummodo Spiritus; sed Patris & Filii Spiritus. Scriptum est enim: *si quis dilexerit mundum, non est Spiritus Patris in illo.* Item scriptum est: *qui autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Nominato itaque Patre & Filio, intelligitur Spiritus sanctus: de quo ipse Filius in euangelio dicit: quia *Spiritus sanctus a patre procedit*; Et, *de meo accipiet & annunciabit vobis.*

[a] CONCILIUM ROMANUM III.

[b] SUB DAMASO,

[c] In quo Apollinaristarum hæresis damnata.

a *Concilium Romanum.*] Causa hujus Romæ celebrati concilii hæc est. Vitalis, ut supra in notis ad epistolam primam diximus, in Christo carnem & mentem fuisse dolose confessus (per mentem enim divinitatem Christi intelligebat) in communionem catholicam susceptus fuerat.

Sed cum fraus & dolus impostoris hæretici animadversus fuisset, *Damasus* (ait Greg. Nazianz. ep. 2. ad Hellen.) *cum postea rectius edoctus fuisset, simulque in pristinis ipsos expositionibus perstare audiisset, eos ab ecclesiæ cœtu abdicavit, fideique libellum* (oblatum scilicet ante Romæ) *cum anathematismo delevit.* Ita igitur hoc concilio cum ipsa hæresi hæresis auctor Apollinaris, Vitalis & Timotheus ejusdem discipuli ac sectarii merito condemnati. Qua de re hæc Sozom. lib. 6. c. 25. *Hanc quidem Apollinaris hæresim apud multos serpere Damasus episcopus Romanus, & Petrus episcopus Alexandrinus, certiores facti, primi omnium concilio Romæ convocato eamdem alienam esse ab ecclesia catholica pronuntiarunt.* Apollinarem cũ Timotheo ejus discipulo hac synodo condemnatũ fuisse, Damasus episcopis orientalibus, per literas ad eos scriptas, & supra ex Theod. huc recens translatas significavit. Anathematismi illi, quos hæc synodus non tantum adversus hæresin Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini edidit, post notas hic subjunguntur.

Qui sacrosanctam Nicænam fidem violarant, sive viventes essent, sive defuncti, omnes hac eadem synodo, teste Iustiniano imperatore in epistola ad Ioannem Romanum pontificem, excommunicati fuerunt. *Quidam*, inquit, *ex ipsis, qui in Nicæna sancta synodo convenerunt, & expositæ ab ea fidei definitioni, vel symbolo subscripserunt, quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alii quidem vivi, alii autem post mortem anathematizati sũt a Damaso sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ,* &c. Millenariorum antiqua hæresis per Apollinarem restaurata, in ipso ita condemnata fuit, ut posthac omnino conticuerit, nec amplius audita fuerit. Vide Baron. an. 373. n. 1. usq. ad 14.

b *Sub Damaso.*] Hanc synodum ante annum domini 373. qui est Damasi 7. Valentiniani & Valentis 10. non fuisse celebratam, duæ rationes evincunt. Vna, quod teste Sozomeno, huic concilio interfuerit Petrus Alexandrinus, Athanasii an. 372. defuncti successor, qui ex persecutione Arianorum post Lucii iniquissimi Ariani ingressum concitata, non nisi prope finem anni 372. Romam venerat. Altera, quod tertia legatio Basilii ad Damasum, hæresim Apollinaristarum damnari petens, an. Chr. 372. contigerit, quodve ante hæc tempora, non tantum Basilius & Gregorius Nazianzenus, sed etiam Damasus, atque Hieronymus Apollinarem hæreseos auctorem, virum pium atq; eruditum existimaverint, cumque eo usque ad præsens tempus literarum consuetudine communicarint. Postquam vero pontifex per epistolam Basilii 74. quam legatio tertia Romam attulerat, Apollinaris hæresim cognovisset, probabile est, hoc anno statim sine mora adversum eum synodum coegisse, eumque cum suæ hæreseos sectatoribus condemnasse & excommunicasse, ne habita cum hæresiarcha per literas communio, pontificem in suspicionem mutuæ societatis cum Apollinari induceret. Vide Baron. anno prędicto num. 1.

c *In quo Apollinaristarum hæresis.*] Apollinaristæ sive Apollinariani dicebantur sectatores errorum illorum, quos Apollinaris hæresiarcha docuerat: inter quos primarius ille fuit, quod Christi corpus anima rationali careret, & pro anima deitatem haberet. Sozom. libro sexto, capite 25. & Socrates libro secundo, capite 36. scribunt, quod Apollinares duo, Laodiceæ humanitatis studia profitentes, ab Athanasio Alexandriam ab exilio tendente conventi fuerint, cumque illo de rebus fidei communicaverint: addit hanc ob rem ad episcopum illius loci Arianum delatos, anathematis sententiam retulisse, atque in odium Gregorii ejus loci Ariani episcopi prædictam hæresim excogitasse. verum Epiph. hæres. 76. scribit, prædicto tempore ambos Apollinares magna cum laude in ecclesia vixisse, & in medio nationis pravę, confessione Nicænæ fidei, tamquam ardentes lucernas in loco caliginoso, cui princeps tenebrarum dominabatur, eluxisse, Athanasio ac ceteris catholicæ fidei defensoribus addictissimos fuisse; adeo ut cum de hujusmodi hæretica eorum sententia per ipsorum discipulos postea rumor increbuisset, apud orthodoxos eorumdem studiosos fidem non inveniret. *Primum quidem, cum audissemus*, inquit Epiph. *a quibusdam ipsius discipulis, fidem non habebamus, quod talis vir* (nempe junior Apollinaris) *hanc sententiam invexisset, amplius in expectatione rei longanimes, donec rei certitudinem cognosceremus. Dicebamus enim eos, qui ad nos ab ipso venerant, non intelligere profunditatem eorum, quæ a* tam

ANNO CHRISTI 369.

Millenarii.

Tempus concilii.

Ratio 1.

Ratio 2.

Apollinaristæ qui.

ANNO CHRISTI 373.

tam prudente doctore dicerentur, & a seipsis hac eos dicere, qua ab ipso non didicissent. Ab Ariana igitur hæresi quidem antea abhorruit, sed postea in præceps lapsus, eidem se quadam affinitate conjunxit. Nam sic de ipso Gregorius Nazianz. epist. ad Cledonium prope finem: *Illud scire necesse est, Apollinarem, quamvis divinitatis nomen Spiritui sancto dederit, vim tamen divinitatis minime retinuisse.* Etenim ex magno, majore & maximo, id est, ex Spiritu sancto, & Filio, & Patre, tamquam ex splendore, radio, & sole Trinitatem constituere (quod quidem in libris ejus disertis verbis scriptum est,) divinitatis scala est non in cælum subvehens, sed e cælo dejiciens. Idem Gregorius ad Nectarium scribens, tradit eumdem Apollinarem impias plane & horrendas docuisse sententias hasce: carnem Christi de cælo allatam esse: atque adeo Mariam Dei genitricem non fuisse: Christum per virginem, tamquam per canalem decurrisse: Christum in sua divinitate passum esse: ad quas condemnandas, decem ille anathematismos hosce contra eum constituit.

Hæreses Apollinaris.

Extat apud Greg. Naz. epist. 1. ad Cledonium. * Eadem fere omnia citantur parte II. conc Ephesini act. 1. pag. 315. A Tomi III. sequentis. Verum & versio dissimilis est plane & tres posteriores anathematismi desunt, ut disces ex fragmentis ejusdem epistolæ primæ ad Cledonium presbyterum quæ mox subjiciemus.

1. Si quis sanctam Mariam deiparam non credit, extra divinitatem est.

2. Si quis Christum per virginem tamquam per canalem decurrisse ac defluxisse, ac non in ea divino modo, quia absque viri opera; humano, quia procreationis lege, formatum esse dixerit, in simili impietate versatur.

3. Si quis creatum hominem fuisse, Deumque postea subiisse, pronuntiaverit, damnationi obnoxius est.

4. Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre, non autem unum eumdemque induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, qua recte credentibus promissa est.

5. Si quis divinitatem in eo velut in propheta per gratiam operatam fuisse, ac non secundum essentiam connexam fuisse atque connecti, dixerit, divino afflatu careat, imo contrario impleatur.

6. Si quis cruci affixum non adoret, anathema sit, atque in eorum, qui Deum interemerunt, numerum adscribatur.

7. Si quis eum ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post baptismum, vel resurrectionem a mortuis in Filium adoptatum fuisse dixerit, quemadmodum quos Græci deos adscriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id quod cœpit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est: tametsi hæc de eo idcirco dicantur, quod paulatim hominibus innotuerit.

8. Si quis sanctam carnem nunc exutam & abjectam, divinitatemque corpore spoliatam esse, non autem cum assumpta parte & esse & venturam esse dixerit, præsentiæ illius gloriam non cernat.

9. Si quis carnem e cælo descendisse, & non hinc atque a nobis esse dixerit, anathema sit.

10. Si quis in hominem mente carentem speret, amēs profecto est, nec dignus qui totus salute donetur.

α'. Εἴ τις οὐ θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρίς ἐστι τῆς θεότητος.

β'. Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου δεδραμηκέναι, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς· θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός. ἀνθρωπικῶς δὲ, ὅτι νόμῳ κυήσεως, ὁμοίως ἄθεος.

γ'. Εἴ τις διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι λέγοι Θεὸν, κατάκριτος.

δ'. Εἴ τις εἰσάγει δύο υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι.

ε'. Εἴ τις ὡς ἐν προφήτῃ λέγοι κατὰ χάριν ἐνηργηκέναι, ἀλλὰ μὴ κατ' οὐσίαν συνῆφθαί τε καὶ συνάπτεσθαι, εἴη κενὸς τῆς κρείττονος ἐνεργείας, μᾶλλον δὲ πλήρης τῆς ἐναντίας.

ς' Εἴ τις μὴ προσκυνεῖ τὸν ἐσταυρωμένον ἀνάθεμα ἔστω καὶ τετάχθω μετὰ τῶν θεοκτόνων.

ζ'. Εἴ τις ἐξ ἔργων τετελειωμένον, ἢ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι λέγοι, καθάπερ οὓς Ἕλληνες παρεγγράπτους εἰσάγουσιν, ἀνάθεμα ἔστω. τὸ γὰρ ἠργμένον ἢ προκόπτον ἢ τελειούμενον, οὐ Θεὸς, κἂν διὰ τὴν κατὰ μικρὸν ἀνάδειξιν οὕτω λέγηται.

η'. Εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι νῦν τὴν σάρκα λέγοι, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα σώματος, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας.

θ'. Εἴ τις λέγοι τὴν σάρκα ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἀλλὰ μὴ ἐντεῦθεν εἶναι καὶ παρ' ἡμῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Εἴ τις εἰς ἄνουν ἄνθρωπον ἤλπικεν, ἀνόητος ὄντως ἐστὶ καὶ οὐκ ἄξιος ὅλος σώζεσθαι.

** Cetera quæ Apollinaris ejusque sequacium dogmata jugulant, leget per ocium Lector in eadem ad Cledonium presbyterum epistola 1. (ex qua decem istas sententias excerpsimus) tum in altera proxime sequenti, quæ in editis sancti Gregorii theologi orationibus extremum ferme agmen claudunt.

Ex epistola illa Athanasii, quam adversus errores Apollinaris scripsit ad Epictetum Corinthiorum episcopum, constat, eumdem hæresiarcham asseruisse, carnem Christi de cælis descendentem Verbo coæqualem esse; Verbumque sic carnem factum, ut in ipsam carnem mutatum fuerit. Hos errores primus omnium Athanasius impugnans, non tantum prædictam epistolam, sed etiam egregios illos commentarios de Christi incarnatione, & salutari ejusdem adventu editos conscripsit. S. Hier. ep. 82. ad Ocea. eumdem cum Tertullianistis de origine animarum sensisse, eas ex traduce generari, atque instar corporum ex corporibus, ex animabus animas pariter propagari. De eodem quoque Theodor. l. 4. hær. fab. habet, quod non tantum divinarum personarum proprietates, verumetiam ipsas personas instar Sabellii confuderit. Eumdem ex antiquis ecclesiasticis canticis ex divina scriptura acceptis, novos in ecclesiam a se editos psalmos, & diversa genera canticorum introduxisse, atque multiplicitate librorum sibi gloriam comparare studuisse, testatur Gregorius Nazianzenus prædicta epist. 1. ad Cledon. his verbis. *Quod si prolixi libri, & nova psalteria, Davidique ex adverso resonantia, & versuum lepos, pro tertio quodam testamento habentur, nos quoque psalmos elaborabimus & multa conscribemus ac modulabimur.* Hos libros teste Gregorio Nysseno serm. de S Ephrem, apud feminam quamdā depositos, S. Ephrem per simulationem hæreseos acceptos, ut ex iis se contra adversarios instrueret, glutine compactos reddidit: quos cum Apollinaris a femina postulatos, in judicio publico & controversia

controversia quadam legi mandasset, *cernens*, inquit Gregor. Nyss. *ita firmiter connexos, ut prorsus explicari nequirent; tanto rubore atque pudore suffusus est, animoque usque adeo perturbatus, ut ex eo consessu abiens, quasi mentis atque consilii inops & exanimatus, in morbum lapsus sit; illamque ignominiæ notam ita ægre & moleste tulit, ut parum admodum abfuerit, quin tum mortem obiret.* De scriptis ejusdem vide Hieronymum de script. eccles. in Apollin. Baron. anno 349. num. 25. & 26. item 373. num. 15. & seqq. ad 28.

SYN. ROMANA TERTIA DAMASI.

"** *Ex libello synodico.*

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ τοῦ πανιέρου μεταλλάξαντος ἐνθένδε πρὸς τὰ οὐράνια, Πέτρος ὁ πολλὰ συνιδρώσας αὐτῷ, ψήφοις ἐκείνου τοῦ θρόνου διάδοχος γίνεται. ὃν οἱ τῆς κιβδήλου δόξης ἐχόμενοι, τὴν Ἀλεξάνδρειαν καταλαβόντες, Ἑλληνικῇ χειρὶ ἐξελαύνουσι· τὸν λύκον Λούκιον ἀντεισάξαντες. Πέτρος δὲ τὴν Ῥώμην κατέλαβε· καὶ πάπας Δάμασος αὐτὸν προσλαβόμενος, ἐν Ῥώμῃ σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν συνεκρότησεν· ἡ τὸν ἄνουν Ἀπολινάριον, Στέφανόν τε τὸν μαθητὴν αὐτοῦ ἀνεθεμάτισε, καὶ τὸν φόνιον Λούκιον.

B

SANCTO igitur Athanasio e terra in cælum profecto, Petrus, qui plurimorum ei sudorum socius fuerat, per suffragia throni illius successor efficitur. Quem, qui adulterinæ sententiæ adhærebant, Alexandria per Græcam manum occupata ejiciunt, in ejusque locum, lupum illum Lucium introducunt. Petrus vero Romam contendit: eoque recepto, papa Damasus Romæ divinam & sanctam synodum convocavit: quæ amentem illum Apolinarium, Stephanumque ejus discipulum, & latronem Lucium anathemate notavit.

C

EIVSDEM DAMASI QVARTA ROMANA.

"** *Ex eodem libello.*

ΟΥΑΛΗΣ μὲν ἐν Θρᾴκῃ Γότθοις συμβαλὼν, ὑπ' αὐτῶν εἰς Χαλκίδα, πυρίκαυστος ἐν ἀχυρῶνι γενόμενος, πρὸς τὸ αἰώνιον πῦρ ἐξεδήμησε· καὶ Γρατιανὸς Οὐαλεντινιανοῦ τελευτήσαντος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἑσπερίων καὶ τῶν ἑῴων αὐτοκράτωρ γενόμενος, τοὺς ἐν ἐξορίᾳ εὐσεβεῖς ἐπισκόπους ἀνεκαλέσατο. Καθ' ὃν χρόνον καὶ ὁ μακάριος Δάμασος, ἐν Ῥώμῃ ἁγίαν συγκαλεσάμενος σύνοδον, κατὰ Ἀρειανῶν καὶ Πνευματομάχων, καὶ ἄλλων πλείστων αἱρετικῶν· ὅρον θείων κεφαλαίων ἐκθέμενος, ἐν Θεσσαλονίκῃ πρὸς τὸν Παυλῖνον ἀπέστειλεν, ἐκ θείας οἰκονομίας πανταχοῦ τὰ μέγιστα διανύσαντα, προσκυνεῖν δὲ τριάδα πάντας ἔπεισεν ὁμοούσιον.

D

VALENS autem cum in Thracia adversus Gotthos pugnasset, in Chalcide ab ipsis igne absumptus in quodam palearum receptaculo ad æternum ignem migravit. Valentiniano etiam in Christo Deo nostro defuncto, Gratianus filius, & occidentis & orientis imperator factus, pios episcopos ab exilio revocavit. Quo tempore beatus etiam Damasus sacram Romæ convocavit synodum, adversus Arianos, Pneumatomachos & alios plurimos hæreticos: expositamque definitionem divinorum capitum, Thessalonicam ad Paulinum misit, quæ ex divina di-

E

A spensatione ubique maxima perfecit, & Trinitatem homousion adorandam esse omnibus persuasit.

ANNO CHRISTI 365.

"*ANTIOCHENA MELETII EX EODEM.

ΑΛΛΑ καὶ Μελέτιος, ἀνακληθεὶς ὁ ἀοίδιμος, ἐν τῷ οἰκείῳ θρόνῳ Ἀντιοχείας, θείαν καὶ ἱερὰν συνεκαλέσατο σύνοδον. ἡ τὸ θεοποιὸν κυρώσασα σύμβολον, καὶ ἀναθεματίσασα Μάρκελλον, Φωτεινὸν, καὶ Ἀπολινάριον, ὅρον θεῖον πρὸς Δάμασον, καὶ τοὺς ἱεράρχας τῆς ἑσπέρας ἀπέστειλε.

B SED & Meletius, qui ἀοίδιμος, id est, celebris cognominatur, suo in throno Antiochiæ divinam & sacram convocavit synodum, quæ divinum confirmans symbolum, & Marcellum, Photinum ac Apolinarium anathemate notans, divinam ad Damasum & episcopos occidentis misit expositionem.

PROFESSIO FIDEI, ET ANATHEMATISMI adversus Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini hæreses.

Ex epistola quam scripsit Damasus Paulino episcopo Antiocheno.

Extat apud Theodor. alter. translationis lib. 5. cap. 11. "in ms Iust. Post c. Nicænum aliud in urbe Roma congregatum est; quo catholici episcopi addiderunt de Spiritu sancto, quia postea inolevit, &c. ' omnes

QVIA post concilium Nicænum " is error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum sanctum factum esse per Filium.

C Anathematizamus ' eos qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre & Filio unius potestatis esse atque substantiæ.

Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem, eumdem dicentes Patrem esse, quem & Filium.

Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium & Spiritum sanctum asserunt esse creaturas.

Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutaverunt, sed nomen.

Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæresim instaurans, dominum Iesum Christum

D tantum ex Maria virgine confitetur.

Anathematizamus eos qui duos filios asserunt, unum ante sæcula, & alterum post assumptionem carnis, ex virgine.

Anathematizamus eos, qui pro hominis anima ' rationali & intelligibili, dicunt Dei Verbum in humana carne versatum, cum ipse filius sit Verbum Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atque salvaverit.

' rationabili, ex edit. Holstenii de qua supra.

Anathematizamus eos, qui Verbum Dei Filium extensione aut collectione, & a Patre separatum, insubstantivum, & finem habiturum

E esse contendunt.

"Eos autem qui ab ecclesiis ad ecclesias migraverint, tamdiu a nostra communione alienos habemus, ' donec ad eas redierint civitates, in quibus ' primitus sunt constituti. Quod si quis alius, alio transmigrante, in locum viventis ordinatus est, tam diu vacet sacerdotii dignitate, qui suam deseruit civitatem, ' donec successor ejus quiescat in domino.

"absunt hæc a ms. Iust. ' quamdiu ' primum

' quamdiu

" Si quis non dixerit, semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum ' esse, anathema sit.

" Quæ seq. extant in eodem ms. Iustelli

Si quis non dixerit, Filium natum de Patre, id est, de substantia divina ipsius, anathema sit.

' fuisse & ' verbū domini filium Dei Deum

Si quis non dixerit, ' Deum verum filium Dei,

sicut

ANNO CHRISTI 373.

sicut Deum verum patrem ejus, & omnia posse, & omnia nosse, & patriæ qualem, anathema sit. A

Si quis dixerit, quod in carne constitutus filius Dei, cum esset in terra, in cælis cum Patre non erat, anathema sit.

Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem ' sustinuit filius Dei Deus, & non caro cum anima, quam induerat in forma servi, quam sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit.

" Si quis non dixerit, excruciatum carne Dei filium, & carne mortem gustasse, fuisseque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est vivificus Deus, anathema sit.

Si quis non dixerit, quod in carne, quam assumpsit, sedet ad dexteram patris, in qua venturus est judicare vivos & mortuos, anathema sit. B

Si quis non dixerit, Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut ' & Filium de divina substantia, & ' Deum Dei Verbum, anathema sit.

Si quis non dixerit, omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, & ubique esse, sicut & Patrem & Filium, anathema sit.

Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam, aut per Filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit, omnia per Filium [postea " incarnatum] & Spiritum sanctum, Patrem fecisse, id est, visibilia & invisibilia, anathema sit. C

Si quis non dixerit, Patris & Filii & Spiritus sancti unam divinitatem, potestatem, majestatem, potentiam, unam gloriam, dominationem, unum regnum atque unam voluntatem ac veritatem, anathema sit.

Si quis tres personas non dixerit veras Patris, & Filii, & Spiritus sancti, æquales, semper viventes, omnia continentes visibilia & invisibilia, ' omnipotentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia ' salvantes, anathema sit.

Si quis non dixerit, Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut & Filium & Patrem, anathema sit.

Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non recte habuerit, hæreticus est.: " quia omnes hæretici de Filio Dei & de Spiritu sancto male sentientes, in Iudæorum atque gentilium perfidia inveniuntur.

Quod si quis partiatur, " Deum Patrem dicens, & Deum Filium ejus, & Deum Spiritum sanctum, deos dici, & non Deum, propter unam divinitatem & potentiam, quam credimus esse & scimus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Deum verum; subtrahens autem Filium & Spiritum sanctum, ita solum ' existimet Deum Patrem dici aut credi unum Deum, anathema sit. Nomen enim deorum & angelis & sanctis omnibus a Deo est impositum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu sancto, propter unam & æqualem divinitatem, non nomen deorum, sed Dei nobis ostenditur atque indicatur, ut credamus, quia in Patre, & Filio, & Spiritu sancto solum baptizamur, & non in archangelorum nominibus & angelorum, quomodo hæretici, aut Iudæi, aut etiam gentiles dementes.' E

Hæc est ergo salus Christianorum, ut credentes Trinitati, id est, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & in eam baptizati, veram solamque unam divinitatem, potentiam, majestatem, & substantiam ejus sine dubio credamus."

' sustinebat *Philipp. 2. v. 7.*
" abest hic anathematismus ab eodem ms. Iustelli & ab editione Holstenii *Philipp. 2.*
' Filius
' Deum verum *ita ms. Iust. & ed. Holst.*
" Hæc duo verba absunt ab ed. Holstenii.
' omnia potentes
' quæ sunt salva
" in ms Iust. hæc alio loco obtinent vicem tituli: Quod omnes, &c.
" divinitatem, singil latim *ex edit. Holst. at ms Iust.* si quis patiatur dicere, &c
' æstimet
' faciunt.
" *in edit. Holst. sequuntur:* Quapropter si, &c. *quæ habes supra pag.* 865. B.

"** In eodem jam supra laudato sæpius c. ms. Iustelli hæc adjunguntur: *Dicit quoque beatus Isaias*, &c. quæ sunt consarcinata ab aliquo sequioris sæculi. His ergo omissis satius fuerit ipsa Theodoreti verba lib. V. cap. 11. referre.

ΟΜΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ πίστεως, ἣν Δάμασος ἀπέστειλεν πρὸς ἐπίσκοπον Παυλῖνον.

ΕΠΕΙΔΗ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, αὕτη ἡ πλάνη ἀνέκυψεν, ὥστε τολμᾷν τινὰς βεβήλῳ στόματι εἰπεῖν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ υἱοῦ.

Ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα. B

Ὁμοίως δὲ ἀναθεματίζομεν, καὶ τοὺς τῇ Σαβελλίου ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, τὸν αὐτὸν λέγοντας καὶ πατέρα εἶναι καὶ υἱόν.

Ἀναθεματίζομεν Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον οἳ τῇ ἴσῃ δυσσεβείᾳ εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι διαφέρονται τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται.

Ἀναθεματίζομεν τοὺς Μακεδονιανούς, οἵτινες ἐκ τῆς Ἀρείου ῥίζης καταγόμενοι, οὐχὶ τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξαν. C

Ἀναθεματίζομεν Φωτεινόν, ὃς τὴν τοῦ Ἐβίωνος αἵρεσιν ἀνακαινίζων, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, μόνον ἐκ τῆς Μαρίας ὡμολόγει.

Ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς δύο εἶναι υἱοὺς διϊσχυριζομένους, ἕνα πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἄλλον μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς Μαρίας ἀνάληψιν.

Ἀναθεματίζομεν κἀκείνους, οἵτινες ἀντὶ λογικῆς ψυχῆς διϊσχυρίζονται, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐστράφη ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκί. αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐχὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς ψυχῆς ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι γέγονεν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν, τοῦτ' ἔστι λογικὴν καὶ νοερὰν, ἄνευ τῆς ἁμαρτίας, ψυχὴν ἀνέλαβε καὶ ἔσωσεν. D

Ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λέγοντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, τῇ ἐκτάσει καὶ τῇ συστολῇ ἀπὸ τοῦ πατρὸς κεχωρίσθαι, καὶ ἀνυπόστατον αὐτὸν εἶναι, ἢ μέλλειν τελευτᾶν βλασφημοῦντας.

Τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας μετελθόντας, ἄχρι τοσούτου ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀλλοτρίους ἔχομεν, ἄχρις οὗ πρὸς αὐτὰς ἐπανέλθωσι τὰς πόλεις ἐν αἷς πρῶτον ἐχειροτονήθησαν. ἐὰν δέ τις ἄλλου ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετελθόντος, ἐν τόπῳ τοῦ ζῶντος ἐχειροτονήθη, ἄχρι τούτου σχολάσῃ ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος ὁ τὴν ἰδίαν πόλιν καταλείψας, ἄχρις οὗ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσηται ἐν κυρίῳ. E

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸν πατέρα ἀεί, καὶ ἀεὶ τὸν υἱόν, καὶ ἀεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸν υἱὸν γεννηθέντα ἐκ πατρός, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θείας αὐτοῦ, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, ἀληθινὸν Θεὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀληθινὸν Θεὸν τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ πάντα δύνασθαι καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ τῷ πατρὶ ἴσον, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ διάγων ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτε ἦν ἐν τῇ γῇ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ σὺν τῷ πατρὶ οὐκ ἦν, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ

Εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ τὴν ὀδύνην ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ θεότητι, καὶ οὐχὶ σαρκὶ καὶ ψυχῇ λογικῇ, ἥνπερ ἀνέλαβεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ὡς εἴρηκεν ἡ ἁγία γραφή, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν καθὸ ζωή ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεός, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ ἥνπερ ἀνέλαβε, καθέζεται ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ καὶ ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς θείας οὐσίας καὶ Θεὸν Θεοῦ λόγον, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα δύνασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ πανταχοῦ γῆς παρεῖναι, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις εἴποι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποίημα, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν πατέρα πεποιηκέναι, τοῦτ' ἔστι τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, ἐξουσίαν, δυναστείαν, μίαν δόξαν, κυριότητα μίαν, βασιλείαν μίαν, θέλησιν καὶ ἀλήθειαν, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις τρία πρόσωπα μὴ εἴπῃ, ἀληθινὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς ἀεὶ ζῶντα, τὰ πάντα κατέχοντα τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, πάντα δυνάμενα, πάντα κρίνοντα, πάντα ζωοποιοῦντα, πάντα δημιουργοῦντα, πάντα σώζοντα, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, προσκυνητὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καλῶς φρονήσει, περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ ὀρθῶς ἔχει, αἱρετικός ἐστιν, ὅτι πάντες οἱ αἱρετικοὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κακῶς φρονοῦντες, ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν ἐθνικῶν ἀπιστίᾳ τυγχάνειν ἐλέγχονται.

Εἴ τις δὲ μερίσει θεότητα, Θεὸν τὸν πατέρα λέγων ἀνὰ μέρος, καὶ Θεὸν τὸν υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διϊσχυρίσαιτο θεοὺς λέγεσθαι καὶ οὐ Θεὸν, διὰ τὴν μίαν θεότητα καὶ δυναστείαν, ἥνπερ εἶναι πιστεύομεν καὶ οἴδαμεν, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Θεὸν ἕνα ἐκ τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἢ πάλιν ὑπεξελόμενος τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς μόνον ὑπονοῆσαι τὸν πατέρα Θεὸν λέγεσθαι, ἢ μὴ πιστεύεσθαι ἕνα Θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Τὸ γὰρ ὄνομα τῶν Θεῶν, καὶ τοῖς ἀγγέλοις, καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις παρὰ Θεοῦ ἐχαρίσθη. περὶ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὴν μίαν καὶ ἴσην θεότητα, οὐχὶ τῶν Θεῶν ὀνόματα, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐνδείκνυται καὶ σημαίνεται, ἵνα πιστεύωμεν ὅτι εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα βαπτιζόμεθα, καὶ οὐχὶ εἰς τὰ τῶν ἀρχαγγέλων ἢ ἀγγέλων ὀνόματα, ὡς οἱ αἱρετικοὶ, ἢ ὡς Ἰουδαῖοι, ἢ ἐθνικοὶ παραφρονοῦντες.

Αὕτη τοίνυν ἡ τῶν Χριστιανῶν σωτηρία ἐστὶν, ὥστε πιστεύοντες τῇ τριάδι, τοῦτ' ἔστι τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ βαπτιζόμενοι εἰς τὴν αὐτὴν, μίαν θεότητα καὶ δυναστείαν καὶ θειότητα, καὶ οὐσίαν, εἰς αὐτὸν πιστεύωμεν.

ANNO CHRISTI 373.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Professio fidei.*] Titulus illius exemplaris, quod a Theodoreto recitatur, falsus est: & nisi dicamus illum ab aliquo alio appositum esse, Theodoretus a fraude & dolo nequaquam excusari potest. Nam certum est hoc tempore Acholium sanctitate clarissimum, Thessalonicensem episcopatum gubernasse, eique Anysium longe post hæc tempora defunctum successisse. Quomodo itaque verum esse potest, quod prædicta inscriptio Theodoreti præ se fert, Paulinum eodem hoc tempore Thessalonicensem episcopum fuisse? Nomen Acholii Thessalonicensis episcopi in synodali epistola Constantinopolitani concilii, quam idem Theodoretus refert, expressum invenitur. Teste Sozom. lib. 7. cap. 4. Acholius Theodosium imperatorem, anno Christi 379. baptizavit. Cum itaque ante eum Thessalonicæ Ireminus, Aetius, & Alexander; post eumdem Anysius, teste Ambrosio, eidem Thessalonicensi ecclesiæ præfuerit; Paulinus aliquis his temporibus ejusdem ecclesiæ episcopus fuisse non potest. Vnde satis probabile apparet, quod Theodoretus pro Antiocheno, Paulinum Thessalonicensem dolose collocaverit, ea nimirum de causa, ne ex hac Damasi epistola ad eum scripta, catholicæ ecclesiæ communioni conjunctus fuisse videretur. Vide Baronium anno 378. num. 42.

Titulus falso appositus est.

a CONCIL. b VALENTINVM I, SVB DAMASO.

Statuta synodi apud ecclesiam Valentinam, sub die IV. Idus Iulias, Gratiano Augusto III. & Equitio v. c. consulibus, c anno Christi 374. æra 413. Gratiani ejusdem Augusti, & Damasi papæ VII.

TITVLI CANONVM.

I. *De digamis non ordinandis.*

II. *De puellis Deo devotis, si ad terrenas nuptias transierint.*

III. *De iis qui post acceptum baptismum sacrificiis se dæmonum, vel incesta lavatione polluerint.*

IV. *Si quis de se verum vel falsum crimen sub ordinatione professus fuerit.*

SYNODICA AD VNIVERSOS EPISCOPOS GALLIARVM.

Dilectissimis fratribus per Gallias, & quinque provincias constitutis episcopis, Fœgadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Æmilianus, Britto, Iustus, Evodius, Rhodanius, Eortius, Chrestus, Concordius, Constantius, Paulus, Antherius, Felix, Neoterius, Nicetius, Vrbanus, Simplicius, & Vincentius, episcopi in domino salutem.

Emerius

ANNO CHRISTI 347.

TRANSACTIS Valentiæ omnibus, & in Dei nomine in statu meliore compositis, quæ fuerant cœpta causa discidii, & quorumdam fuit fratrum utilis & religiosa suggestio, retractandum etiam de his, quæ nec recipere possumus ob ecclesiæ sanctitatem, nec tamen usurpatæ consuetudinis causa damnare. Ita enim per omnes ecclesias ejusmodi vitiorum germen inolevit, ut ad plena remedia difficilis sit recursus; certe non sine verecundia eorum, quos causa contingit. Quocirca, fratres, librato diu, moderatoque consilio, ea cautelæ ratio servata est, quæ

ANNO CHRISTI 374.

quæ & ſcandala ſubmoveret, & ſanctitatem A eccleſiæ cuſtodiret.

CANONES.

I.

d SEDIT igitur, neminem poſt hanc ſynodum, qua ejuſmodi illicitis vel ſero ſuccurritur, de digamis, aut internuptarum maritis, ordinari clericum poſſe. Nec requirendum, utrumne initiati ſacramentis divinis, anne gentiles, hac ſe infelicis ſortis neceſſitate macularint, cum divini præ- B cepti caſta ſit forma. Sed quia fratrum noſtrorum vel imperitiam, vel ſimplicitatem, vel etiam præſumptionem damnare non poſſumus, nec per omnes eccleſias quæ ſunt jampridem male geſta corrigere; placuit etiam de eorum ſtatu qui prius ordinati ſunt, nihil revolvi, ſi nulla extrinſecus cauſa procedat, qua indigni miniſterio comprobentur.

II.

De puellis vero quæ ſe Deo voverunt, ſi ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, C id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut pœnitentia his nec ſtatim detur; & cum data fuerit, niſi plene ſatisfecerint Deo in quantum ratio popoſcerit, earumdem communio differatur.

III.

Circa eorum vero perſonas, qui ſe poſt unum & ſanctum lavacrum, vel profanis ſacrificiis dæmonum, vel inceſta lavatione polluerint, eam cenſuræ formam duximus eſſe ſervandam, ut his juxta ſynodum Nicænam ſatisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis vel ſolatii janua deſperatione claudatur: acturi vero pœnitentiam uſ- D que in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis, quam ab eo plene ſperare debebunt, qui ejus largitatem & ſolus obtinet, & tam dives miſericordia eſt, ut nemo deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.

(Synodus Nicæna cap. II.)

IV.

Nec illud, fratres, ſcribere alienum ab eccleſiæ utilitate cenſuimus, ut ſciretis, quicumque ſe ſub ordinatione vel diaconatus, vel preſbyterii, vel epiſcopatus ", E mortali crimine dixerint eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmovendos, reos ſcilicet vel veri confeſſione, vel mendacii falſitatis. 1 Neque enim abſolvi in his poteſt, ' quod dictum in alios, punitur: cum omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, major homicida ſit. Divina vos pietas in æternum cuſtodiat, fratres dilectiſſimi.

(" Can. IX. Nicænus.)

(' ſi in ipſos ſe dixerint,)

SUBSCRIPTIONES.

Ego Florentius epiſcopus eccleſiæ Viennenſis ſubſcripſi.

Ego Æmilianus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Eumerius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Artemius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere

Ego Evodius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Antherius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Rhodanius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Chreſtus epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Neoterius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Urbanus epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Paulus epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Simplicius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Iuſtus epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Eortius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Britto epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Concordius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere. *eodemque modo & alii deinceps ſubſcripſerunt.*

" ** Ego " Veranus epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Nicetius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Ego Vincentius epiſcopus opto vos, fratres, in domino bene valere.

Fuerunt & plures alii: ſi verum eſt quod in quodam c. mſ. habetur, concilium illud epiſcoporum XXX. fuiſſe.

EPISTOLA EIUSDEM CONCILII
ad clerum & plebem eccleſiæ Forojulienſis.

Dilectiſſimis fratribus, clero & plebi eccleſiæ Forojulienſis, Fœgadius, Eumerius, Florentius, Artemius, Æmilianus, Britto, Iuſtus, Evodius, Rhodanius, 2 Eortius, Chreſtus, Conſtantius, Paulus, Concordius, Antherius, Neoterius, Nicetius, Urbanus, Felix, Simplicius, & Vincentius, epiſcopi in domino ſalutem.

QUAMVIS tam ea benedictus frater noſter Concordius de ſanctiſſimi Accepti perſona ſuggeſſerit, quæ prudenti & Chriſtiano viro digna ſunt, quam quod ſtudio omnium veſtrum ad honorem ſacerdotii poſcatur, edixerit: tamen quia in ſynodo jam ſederat, ordinationes hujuſmodi ſubmovendas, quæ ſine ſcandalo eſſe non poſſunt; non potuimus præſtare uni quod ceteris negabatur. Et licet non ignoraremus, multos verecundia, & nonnullos ſuſcipiendi ſacerdotii metu trepidos, quæ utique ſigna ſunt ſanctitatis, falſa in ſe rejiciendi honoris cauſa dixiſſe: tamen quia omnium fere ad ea quæ ſunt pejora proclive judicium eſt, & materies diſputationum

num ex obtrectatione sacerdotum Dei quæritur; sedit in synodo, ut quisquis de se vel vera vel falsa dixisset, fides ei, quam suomet testimonio confirmaret, haberetur. Quapropter decretum est submovendos protinus esse decet. Divina vos pietas in æternum protegat, fratres dilectissimi.

DECRETUM SIVE STATUTUM unum dicti concilii Valentini,

Iuxta Decretum Gratiani vel Ivonis, & juxta 39. cap. lib. 3. codicis sexdecim librorum, ex monasterio sancti Bavonis Gandensis excerptum est.

Nisi ut meliora prospiciat, rem ecclesiæ non liceat detrahere episcopo.

Irrita erit episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque * collaudatione & subscriptione sacerdotum.

" Hoc decretum 12. qu. 2. exceptione dicitur, aut scribitur esse ex epistola Leonis ad episcopos, per universam Siciliam. In decretis autem Ivonis libro secundo legitur, secundum exemplar impressum, esse ex concilio apud Valentias. Nec tamen reperitur in epistola Leonis, ubi supra, nec in Valentino concilio Galliæ aut Hispaniæ, sed in decretis concilii 4. Carthaginensis cap. 32.

" * * Notam hanc ut pleraque alia decretis pontificum conciliorumque inserta debemus Crabbo Ord. Minorum viro diligentissimo, quam Surius, Nicolinus, Binius, aliique non omiserunt non tamen expresso illius nomine.

ALIUD DECRETUM VALENTINUM.

Non nisi a propriis episcopis presbyteri chrisma petant.

Presbyteri, qui diœcesanas ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suo; non per juniorem clericum, sed per ipsos, aut per illum qui ejusdem ordinis sit, ante paschæ solennitatem chrisma petant.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Neque enim absolvi.*] Paulo uberius codex Lugdunensis: *Neque enim absolvi in his potest, si in episcopos se dixerint quod dictum in alios puniretur.* Eademque verba interserunt etiam Rhemensis, Anitiensis, & Fossatensis, ut causæ nihil appareat cur omitti debeant. Quæ vero sequuntur episcoporum subscriptiones, ex unico Rhemensi depromptæ sunt, in aliis non erant.

2 *Eortius.*] In codice Anitiensi, qui eadem omnia quæ Lugdunensis continebat, literula olim adjecta, tum hoc loco, tum initio synodi, scriptum est Evortius, ut de Aurelianensi Evortio accepisse dubium non sit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Causam habiti concilii statuti canones eam fuisse indicant, ut ecclesiæ Gallicanæ mores quidam depravati emendentur. Inter episcopos autem qui huic concilio adfuerunt, primum locum tenuit Fœgadius ille, ad quem sanctus Ambrosius 55. epistolam scripsisse legitur. Rhodanius hic recensitus alius est ab illo, quem cum Hilario ob causam fidei relegatum & in exilio defunctum esse, refert Sulpitius lib. 2. Eortius est, qui a tempore S. Silvestri Aurelianensem ecclesiam signo cælesti gubernandam accepit

b *Valentinum*] Multiplex est Valentia, ut indicat Abrahamus Ortelius in suo thesauro geographico.

Hæc est civitas Allobrogum, qui nunc Sabaudienses & "Pedemontani vulgo dicuntur, estque in Gallia Transalpina, non procul a Vienna ad Rhodanum sita. Meminit ejus Plinius & Ptolem. lib. 3. cap 9. Hujus urbis episcopus est suffraganeus archiepiscopi Viennensis.

c *Anno Christi 374.*] Inter chronologias consulum, imperatorum, æræ Hispanicæ, & Christi nati, optatissima est convenientia. Quamobrem ea, quæ supra in notis concilii Nicæni de supputatione æræ Hispanicæ diximus, mirifice confirmatur.

d *Sedit.*] Id est, placuit. De bigamis non ordinandis, vide quæ diximus supra in notis ad Can. apost.

Anno Christi 374.

e *Nec illud fratres scribere alienum.*] Iuxta hujus canonis decretum, S. Ambrosius ab episcopali munere arcendus erat, nisi populi in eo petendo constantia quavis lege ac constitutione superior fuisset. Anno Christi 374. Auxentio Ariano Mediolanensi episcopo defuncto, Ariani Arianum, catholici catholicum præsulem non sine gravi discordia & seditione expetierunt. Ad quas evitandas, cum Ambrosius urbis illius, & totius Insubriæ & Æmiliæ præfectus, adhuc catechumenus in ecclesia ad populum orationem haberet, *subito*, inquit Paulinus in vita sancti Ambrosii, *vox fertur in populo sonuisse Ambrosium episcopum, & qui ante turbulentissime dissidebant, repente in hunc unum mirabili & incredibili concordia consenserunt.* Quorum clamoribus Ambrosius tamquam tonitruo perculsus, primo obstupuit; mox ut populum & clerum ab ea sententia avocaret, & se truculentum judicem episcopatu indignum ostenderet, tribunal conscendens, quæstiones acerbissimas præter morem in reos cœpit exercere. Sed cum hæc spectans populus magis magisque clamaret, *Ambrosium episcopum*: spe ille frustratus ad potiora remedia convertit animum, eoque progressus est, ut speciem quamdam hominis impurissimi & ab episcopali castitate & vita remotissimi præ se ferret; populumque ab eo consilio dimoveret, impudicas mulieres ad se publice ingredi fecit. At cum hæc velut in scena ficte repræsentari populus non ignoraret, eaque ex causa ardentiore studio Ambrosium episcopum postulare non intermitteret, seque populus peccati illius, quo specie quadam & simulatione effectum esse non dubitabat, reum clamaret, totamque adumbrati criminis pœnam in se reciperet, sibique imprecaretur, omni prorsus ille consilio destitutus, in sola fuga spem ponit. Arreptam fugam Dei consilio ac voluntate mirabili modo impediri videns, maximo cum gaudio Valentiniani imperatoris & Probi præfecti, qui ipsi Mediolanum proficiscenti dixerat: *Vade, gere te non ut præfectus, sed ut episcopus*; oneri se libenter submisit. Ad hos igitur populi tumultus sedandos & componendos, ab ecclesia non immerito concessum fuit, ut ad eorum instantiam ordinaretur episcopus, qui alioqui secundum hujus, aliorumve canonum constitutionem, ab episcopali munere arceri ac prohiberi debuisset. Vide notas canonis 7. apost. 79. Item can. 2. in concilio Nicæno.

Ambr. quomodo factus sit episcop.

Ambr. episcopatum refugit.

a CONCIL. ANTIOCHENUM b in causa schismatis Antiocheni sub Damaso.

Anno Christi 377.

a *Concilium Antiochenum.*] Gregorius Nyssenus in epistola ad Olympium monachum, de vita obituque S. Macrinæ sororis, scribit orthodoxos orientales episcopos, per edictum Valentis ab exilio relaxatos, suisque ecclesiis sanctione Gratiani imperatoris restitutos, nono mense post obitum S. Basilii Antiochiæ convenisse, ut prostratæ orientali ecclesiæ paribus votis ac suffragiis consulerent & auxilium ferrent. *Post hanc jacturam* (nempe obitus S. Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ) *nonus mensis*, inquit, *aut paulo amplius, cum episcoporum concilium indictum est Antiochiæ, cui nos item interfuimus.* Cum igitur auctoritate ejusdem Gregorii & Hieronymi certum sit Basilium in exordio anni 378. ipsis nimirum Kalendas Ianuarii vita defunctum esse, hoc Antiochenum concilium anno præcedente mense Septembri celebratum fuisse, necessario est concedendum. Vide Baron. num. 35.

Tempus concilii.

Basilii obitus quando contigerit.

b *In causa schismatis Antiocheni.*] Antiochena ecclesia, a tempore obitus Iuliani apostatæ, diro ac periculoso admodum schismate exagitata fuit. Principio enim tres episcopi erant in una civitate, nempe Meletius, ab Arianis; Euzoius, in locum Meletii depositi; & Paulinus a Lucifero Calaritano episcopo sedis apostolicæ legato institutus. Cum Meletio communicabant catholici illi dumtaxat, qui ab Arianis baptizati fuerant. Alii vero catholici Eustathiani, qui fidem catholicam perpetuo servarant, quod Meletius ab episcopis Arianis episcopus creatus fuerat,

Antiochena ecclesia schismatibus exagitatur.

ANNO CHRISTI 377.

fuerat, quodque ejusdem fautores catholici ab A Arianis baptizati essent, eum fugientes, cum Paulino a Lucifero Calaritano episcopo, & legato sedis apostolicæ instituto, ideo quod is nulla unquam vel tenui suspicione pollutæ fidei catholicæ laborasset, sed eam potius magna laude inter tot tantaque discrimina propugnasset, communicarunt. Aliarum vero ecclesiarum episcopi, alii Meletio, alii Paulino favebant. Illius electionem Basilius, hujus vero institutionem, post Alexandrinum concilium sub Liberio habitum, approbavit Damasus, eamque causæ & electioni Meletianæ prætulit. Cum igitur hoc schismate Antiochena ecclesia per annos quindecim exagitata, universam prope ecclesiam in periculum schismatis induxisset, jamque Euzoio Ariano per mortem sublato, ea, quæ majoris erat periculi, catholicorum dumtaxat discordia restaret, atque neutra pars alteri cederet; hac synodo indicta, illud remedium est excogitatum, ut inter utramque partem transigeretur hac ratione: ut cum alteruter, Paulinus vel Meletius, prior ex hac vita decederet, qui superstes esset, in locum demortui, nullo alio creato episcopo successore, solius illius ecclesiæ antistes remaneret. Ad quod præstandum jurejurando adegerunt sex primores ecclesiæ illius presbyteros, qui propinquiores ad eum gradum consequendum esse viderentur. Quod cum utrique parti placuisset, schisma Antiochenæ ecclesiæ sublatum fuit.

Qua ratione schisma Antiochenæ ecclesiæ sublatum fuerit.

Ita Socrates lib. 5. cap. 5. Sozomenus lib. 5. cap. 3. Theodoretus post obitum Meletii, Flaviani schismatici, qui contra præstitum juramentum in locum defuncti suffectus erat, partes sectatus, in gratiam illius res in hoc concilio gestas, aliter quam se habent, narravit, & contra adversarium ejus Paulinum male congessit. Cujus rei manifestum satis indicium præbet illa epistola synodalis quam Damasus ad Paulinum scripsit, in qua ille pro *Paulino Antiocheno* inquit, *Paulinum Thessalonicensem*, ut constat ex iis quæ diximus supra in notis prædictæ synodalis epistolæ ad concilium Romanum III. In hoc eodem concilio rectam fidei regulam recognitam fuisse, ac stabilitam, apparet ex epistola synodica concil. Constant. infra. Præterea B etiam ad visitandas orientis ecclesias, easque sublevandas, & in fide catholica confirmandas, decretæ sunt complures legationes, illique qui præclarioris nominis synodo intererant, electi sunt, Gregorius Nyssenus, Eusebius Samosatenus, Gregorius Nazianzenus, atque Meletius Antiochenus; qui ad ruinas ecclesiæ restaurandas profecti, amotis Arianis, catholicos ubique locorum substituerunt. Plura de legationibus eorumdem vide apud Gregorium Nyssenum de peregrin. Hieronym. Theodor. lib. 5. cap. 4. & in histor sanct. patrum capite tertio, Gregor. Nazianzen. carm. de episc. &c. Baronium anno 374. numero 35. usque ad 55.

Th… res … cili… fals… ger…

Fid… la … syn…



H ΑΓΙΑ

Η ΑΓΙΑ ΠΡΩΤΗ

ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ

ΣΥΝΟΔΟΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

CONCILIVM PRIMVM CONSTANTINOPOLITANVM GENERALE SECVNDVM.

HISTORIA CONCILII CONSTANTINOPOLITANI PRIMI.

QVARTO post Sardicensem synodum anno, Constante [a] imperatore, cujus principatus orthodoxis pastoribus asylum semper ac murus fuerat adversus Arianos furores & incursus, in Galliis Magnentii dolis extincto, Constantius fratris sive benevolentia, sive metu tamquam repagulis solutus, & ad ingenium reversus, quidquid contra ecclesiam irarum velut aquarum æstuoso gurgite collegerat invitus, non magis sacrilege, quam impudenter effudit. Quod nihil attinet aliis explicare verbis, quam Hilarii [b] Pictaviensis episcopi, qui ejus temporis colluvionem ut fortissime B pertulit, ita & insectatus est acerrime. Proclamo, inquit, tibi Constanti quod Neroni locuturus fuissem, quod ex me Decius & Maximianus audirent: contra Deum pugnas, contra ecclesiam sævis, sanctos persequeris, prædicatores Christi odis, religionem tollis, tyrannus non jam humanorum, sed divinorum. Hæc tibi a me atque illis socia atque communia sunt: at vero nunc propria tua accipe. Christianum te mentiris, Christi novus hostis es: antichristum prævenis, & arcanorum mysteria ejus operaris. Condis fidem, contra fidem vivens; doctor profanorum es, indoctus piorum: episcopatus tuis donas, bonos malis demutas; sacerdotes custodiæ mandas; exercitus tuos ad terrorem ecclesiæ disponis; synodos contrahis, & occidentalium fidem ad impietatem compellis: conclusos urbe una minis terres, fame debilitas, hieme C conficis, dissimulatione depravas: orientales autem dissentiones artifex nutris, blandos elicis, fautores instigas, veterum turbator es, profanus novorum es: omnia sævissima sine invidia gloriosarum mortium peragis. Novo inauditoque ingenii triumpho de diabolo vincis, & sine martyrio persequeris. Plus crudelitati vestræ Nero, Deci, Maximiane debemus: diabolum enim per vos vicimus. Sanctus ubique beatorum martyrum sanguis exceptus est: dum in his dæmones rugiunt, dum ægritudines depelluntur, dum admirationum opera cernuntur, elevari sine laqueis corpora, & suspensis pede feminis vestes non defluere in faciem, uri sine ignibus spiritus, confiteri sine interrogantis incremento fidei. At tu omnium crudelitatum crudelissime damno majore in nos, & venia minore desævis. Subrepis nomine, blandimento occidis, specie religionis impietate peragis, Christi A fidem, Christi mendax prædicator extinguis. Non relinquis saltem miseris excusationes, ut æterno judici suo pœnas, & aliquas laniatorum corporum præferant cicatrices, ut infirmitas defendat necessitatem. Scelestissime mortalium, omnia persecutionis mala ita temperas, ut excludas & in peccato veniam, & in confessione martyrium. Sed hæc ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere sine contumacia docuit, jugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspicione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine bonitate, agere quod velis, nec manifestare quæ velis. hæc Hilarius. Sic itaque sæviente Constantio, ex Arianæ sectæ stipite, quam ut Babylonicam arborem Nicæna ac Sardicensis securis succidisse videbatur, complures rami, tres potissimum pullularunt. Quorum primus Macedonius fuit, quem, ejecto [c] Paulo Alexandri successore, Constantinopolitanæ ecclesiæ præfecerat Constantius. Is primum nihil aliud quam Arium sapiebat. Verum in episcopatu administrando non modo apud catholicos, quos tunc ab Homousio Homousianos cognominabant, ob summam in eos [d] crudelitatē, sed etiam apud Arianos episcopos, præsertim Acacium & Eudoxium, ob immania scelera magnam sibi conflavit invidiam, ipsi etiam invisus Constantio, quod eo inscio Constantini patris ossa in ecclesiam Acacii martyris transtulisset, idque tanta populi seditione, ut occisorum civium sanguine templi vestibulum redundarit. Cum vero Eudoxius [e] Constantinopolitanæ ecclesiæ oculos adjecisset, imperatoris abusus indignatione, Acacianis ipsis adjuvantibus Macedonio episcopalem adimit dignitatem, ademptam arroganter invadit. Macedonius rem indigne ferens, ab [f] Acacianis ad Semiarianos conversus, ut ab eis iniret gratiam, [g] Homœousii vocem cœpit usurpare, cum ad eam usque diem in altera Arianorum factione constitisset, quæ Filium Patri non ὁμοιούσιον, hoc est similis cum illo substantiæ, sed ὅμοιον dumtaxat, id est similem, Acacio duce contendebat: cujus rei causam [h] percunctantibus orthodoxis, Macedoniani per Sophronium Pompeiopolis Paphlagoniæ episcopum ita responderunt: Homousion respuimus, ne Patris & Filii hypostases cum Sabellio confundamus; detestamur & eos qui inter Patrem & Filium substantiæ dissimilitudinem prædicant, nam plus nimio unum ab altero divellunt ac distrahunt. Inter hos extreme dissidentes mediam nos viam tenemus, Filiumque Patri credimus similis esse substantiæ.

Dan. 4.

c Socrat. l. 2. c. 10. 12. & 22. Sozom li. 3. c. 6 & 8. & l. 4. c. 2. Theod. l. 9. hæret. fab. cap. de Macedon.

d Socrat. l. 2. c. 22. 30. & 34. Sozom. li. 4. c. 2. 23. & 25.

e Socr. li. 2. c. 34. Theod. li. 2. c. 27. Sozo. l. 4. c. 25.

f Nicetas Choniat. mſ. l. 6. Thesauri.

g Socr. l. 2. c. 35. Sozom. l. 4. c. 6. Theod. lib. 4. hæret. fabul. cap. de Macedon. etsi male apud Socrat. ὁμοούσιον legitur, pro ὁμοιούσιον.

h Socr. l. 3. c. 8.

ANNO CHRISTI 381.

Hæc illi. Verum elato ac turgido vir ingenio Macedonius, parum ducens aliena inventa sequi, nisi sectæ alicujus principatum obtineret, novam hæresim exorsus, in [a] Spiritum sanctum furere cœpit; eumque contendebat nihil ad Patris ac Filii divinitatem & gloriam pertinere: ex quo Macedoniani tum Pneumatomachi, hoc est, Spiritus sancti oppugnatores, tum etiam Semiariani dicti sunt. At non longe post, cum Valens [b] imperator nec Homœousion pati posset; Macedoniani ab eo plus quã credidissent vexati, ad Romanam communionem confugere, & per legatos coram Liberio pontifice jurarunt in Homousion: tametsi postea eum Gratianus [c] Augustus sub sui principatus initium, liberam fidem populis concessisset, velut lutulentæ sues, ac rabidæ canes, ad lutum & vomitum rediere: nam impunitatis occasione arrepta episcopi Macedoniani, Antiochiæ Cariæ congregati, Filium non Homousion sed Homœousion pronuntiarunt. Aliqui [d] tamen eorum recte de Filio sentiebant, quamvis Spiritus sancti divinitatem omnes impugnarent. Atque hoc primum, tamquam lolium, ex Ariana segete proseminatum est.

Alterum fuit Aetius, qui ob insignem [e] impietatem ἄθεος dictus est, diaconatu initiatus a Georgio [f] Arianorum & Meletianorum episcopo. De hujus autem ruditate atque inscitia ita scribit Epiphanius: Hic Aetius etiam secundum mundanam doctrinam ineruditus erat usque ad perfectam suam ætatem, velut fama refert. Ceterum digressus in Alexandriam, operam dedit Aristotelico cuidam philosopho ac sophistæ; & cum sane dialecticas argutias ex illo didicisset, nihil aliud cogitavit, quam quomodo effingeret de Deo Verbo expositionem: & hanc rem attentius aggrediebatur, a summo mane & perpetuo usque ad vesperam in hoc desidens. dico autem in hoc, ut per geometriam quamdam & figuras de Deo diceret ac decerneret, docens ac degens velut summus Arianus. Et cum Arii furiosam doctrinam haberet, amplior pernicies evasit per illorum conversationem, & contra Filium Dei, & contra Spiritum sanctum linguam suam quotidie exacuit. hæc Epiphanius. Eamdem vero sophisticam captiosamque argumentandi artem tradidit Eunomio auditori suo: qui cum magistro esset audacior, & ad loquendum projectior, causam dedit, ut eorum secta Eunomiana cognominaretur. Hi vero [g] non modo Homousion, sed Homœousion etiam respuebant: itaque Heterousion induxere, hoc est, Patri Filium alterius esse substantiæ docuerunt. Eunomius adhuc clarius, inquit Theodoretus, Filium primam & eximiam Patris creaturam esse dicebat: Spiritum autem sanctum ante alias creaturas esse a Filio fabricatum. Tametsi de baptismo etiam delirabat: nam illos tantum admittebat, qui iterum baptismo initiarentur, quem non juxta formulam apostolis a Christo traditam, in Patris & Filii & Spiritus sancti nomen, sed in Christi mortem conferebat: aliaque id genus effutiit. Ab ea [h] vero, quam profitebantur, dissimilitudine inter Patrem & Filium, Aetius, Eunomius, eorumque sectatores, [*] Anomiani, seu Anomœi dicti sunt. Atque hoc secundum prodiit ex Arianismo portentum.

Tertium vero ex Ariminensi [i] Conventu Valentis & Ursacii fraudibus erupit. qui cum Filium Deum ex Deo, & Patri similem, nec creaturam, ut sunt ceteræ creaturæ, conclamassent, catholicos episcopos fefellere. Sonabant (inquit [k] Hieronymus) verba pietatem, & inter tanta illa præconia nemo venenum insertum putabat. De [l] Usiæ vero nomine abjiciendo verisimilis ratio præbebatur: Quia in scripturis, aiebant, non invenitur, & multos simpliciores novitate sua scandalizat, placuit auferri. non erat curæ episcopis de vocabulo, cum sensus esset in tuto. Hæc Hieronymus. Hausit eam pestem [l] Constantius, & mordicus retinuit. Itaq; inquit Theodoretus, legem tulit, quæ prohibebat, ut neque Homousion, neque Heterousion auderet aliquis dicere Filium Dei. non enim fas esse dicebat, Dei substantiam scrutari: in omnibus autem eum Patri similem jussit dicere. Neque vero in hac similitudine asserenda cum Macedonianis conveniebat. Hi namque aiebant, Filium similem esse Dei substantiæ: ille vero nequaquam similem substantiæ Dei, vel Deo, sed Patri: inter quæ quantum interfit, quidam hujus sectæ non ignarus Hilario [m] percunctanti explicuit his verbis: Dico Filium dissimilem Deo esse, similem Patri posse intelligi, quia Pater voluisset creaturam istiusmodi creare, quæ similia sui vellet: & idcirco similem Patri esse, quia voluntatis esset potius Filius, quam divinitatis: dissimilem autem Deo esse, quia neque Deus esset, neque ex Deo, id est de substantia Dei, natus esset. Qua insania dum fureret Constantius, fere non poterat eos, qui ullo modo Usiæ nomen usurparent. Ac primum in Homousianos draco iste usque adeo desæviit, ut persecutionis cauda tertiam stellarum partem traxerit. Deinde nec Heterousion passus, illius inventores [n] Aetium & Eunomium abegit in solitudinem, unum quidem Phrygiæ, alterum Pamphyliæ: idem facturus & Eudoxio, qui multis credebatur revera primus monstrum istud peperisse, nisi veritus ille iram Constantii, Heterousii originem in Aetium rejecisset.

Hæ tres igitur hæreses, velut emissæ ab una cavea feræ, imperante Constantio, vineam domini demoliri ac perdere non desinebant: ut interea sileatur de [o] Photino, quem cum Paulo Samosatensi & Sabellio sentientem Sirmiensis synodus condemnavit: & de [p] Apollinari, qui Christo domino carnem affingebat e cælo atque ex sinu Patris decerptam, & quidem mentis ac rationis expertem. nam mentis vices ac partes Dei Verbum explevisse, & divinitatem in triduo mortuam jacuisse jactabat. item de Lucifero Calaritano episcopo, qui exilium fortiter tulit pro Nicæna fide; sed mox catholicis quibusdam episcopis ita succensuit, ut ab ecclesia recesserit. tanti viri casum pie deflevit [q] Hieronymus. & tandem de aliis, qui tam pugnantibus inter se placitis, & per brevia interstitia facile variantibus, inconsutilem Christi tunicam lacerabant, ut auctore [r] Hilario, facta fuerit fides temporum, non evangeliorum. Atque hæ variorum dogmatum pestes sub Constantio, aut paulo post ejus excessum coortæ, ad Theodosii usque principatum longe lateque pervagatæ sunt. Nam [s] Iulianus, quamvis episcopos a Constãtio relegatos ad suas ecclesias redire jusserit, ut populorum iniret gratiam: de vera tamen religione, quæ tot laborabat modis, non cõstabilienda, sed evertenda potius cogitabat. Iovianus [t] orthodoxã pietatẽ colere

a Socrat. Sozom. Theod. ubi supra.

b Socrat. l. 4. c. 11. & seqq. Sozom. l. 6. c. 10.

c Socrat. li. 5. c. 4. Sozom. l. 7. c. 2.

d Epiph. hæresi 74. August. hæresi 52. Nazianz. orat. 44.

e Sozom. l. 4. c. 28. Socrat. l. 2. c. 28.

f Epiph. hæresi 76.

g Socr. l. 2. c. 28. Theod li. 2. c. 17 & 28. & lib. 4. fab hæretic. c. de Aetio & Eunomio. Sozo. lib. 6. c. 26. & 27. l. 7. c. 6. & Epiphan. ubi supra.

Matth. 28.

h Sozom. lib. 6. ca. 26. Epiphan. ubi supra.

* Anomœani ἀνομοιανοί vel κατ' ἀντίφρασιν ab Eunomio ἀνόμιοι anomiani nõ Eunomiani.

i Socr. l. 2. c. 29. Theod li. 2. c. 18. & seq. Sozom. li. 4. c. 16. & seqq.

lere potius ipse potuit quam septimestri imperio a tot procellis ac fluctibus vindicare. Valentinianus [a] & ipse Homousii fidem incensis studiis in occidente tutatus est: sed occidentali imperio, & gerendo cum Sauromatis bello distentus, orientis gubernacula Valenti fratri Ariano credidit, cujus plusquam barbaram feritatem Gregorius Nazianzenus, eorum temporum calamitatem cum Basilio constantissime perpessus, breviter perstringit his [b] verbis: Cum illustria fuerint prima Valentis facinora, tum vero illustriora ea certamina extiterunt, quæ postrema adversum nos habuit. Quænam autem prima dico? Exilia, fugæ, bonorum proscriptiones, insidiæ tam apertæ, quam obscuræ; verborum illecebræ, ubi offerebatur occasio; vis, ubi verborum blanditiis efficere nihil poterat. Alii ab ecclesiis exturbabantur, quicumque scilicet fidem orthodoxam ac nostratem profitebantur: alii introducebantur, nempe qui pestiferam perditamque imperatoris religionem tenebant, qui impietatis chirographa exigebant, qui his etiam atrociora scribebant. Adde presbyteros in mari deflagrantes: adde impios & nefarios belli duces, non Persas superantes, non Scythas in ditionem redigentes, non aliam quamdam barbaram gentem repurgantes; sed ecclesiis bellum inferentes: in altaribus saltitantes, & incruenta sacrificia hominum & victimarum cruore fœdantes, ac virginum pudorem per summam contumeliam violantes. hæc Gregorius.

Verum postquam Valens victus a Gothis [c] & combustus, meritas sacrilegiorum suorum pœnas luit, Gratianus Augustus Theodosium, quo duce patrui cædem ultus, Gothos ad internecionem profligarat, imperii collegam [d] adscivit, totique præfecit orienti. Is Homousianæ fidei religiosissimus cultor, Thessalonicæ [e] baptizatus, publico cavit [f] edicto, ut universæ gentes in eam fidem, quam de Patris & Filii & Spiritus sancti una divinitate ab apostolo Petro Romanis traditam, Damasus pontifex prædicabat, sublatis dissidiis, & quæ in foro haberi solebant ea de re disceptationibus convenirent. Mox Constantinopolim profectus, ut œcumenici [g] concilii præsidio damnatis hæresibus, in unam rectam fidem consociaret ecclesias, centum & quinquaginta [h] catholicæ communionis episcopos, Eucherio & Syagrio coss. evocavit, non sine Damasi summi pontificis auctoritate: quod tum ex antiquis Romanæ ecclesiæ monumentis colligere licet, tum ex his quæ in concilio Calchedonensi actione prima contra Dioscorum objecta fuerunt his verbis: Synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ, quod numquam licuit, numquam factum est; tum etiam, quod ipsemet Damasus [i] testatur nullius esse momenti decreta ejus synodi, cui ipse assensum non præbuisset; cum ecclesiasticus [k] canon prohiberet, ne absque Romani pontificis auctoritate ecclesiis decreta sancirentur. Inter multos vero eximiæ probitatis viros, qui huic synodo interfuerunt, numerantur in primis Helladius [l] Cæsariensis episcopus, Basilii magni successor: Pelagius [m] Laodicensis, quem ob Nicænam fidem Valens in Arabiæ saltus [n] relegarat: Amphilochius [o] Iconii in Lycaonia episcopus, qui annos non paucos in solitudine transegerat, Basilii & Gregorii [p] socius: Martyrius episcopus Marcianopolitanus, Cyrillus [r] Hierosolymitanus, qui multis confli-

A ctatus ærumnis ob Homousii fidem, egregias cum Arianis obierat dimicationes: Gelasius [s] Cæsareæ Palæstinæ episcopus, morum scientiæque fama clarissimus: Acholius [t] Thessalonicensis, qui Theodosium per baptismi gratiam Christo regeneravit: utque Isidorum [u] Cyrensem, Eulogium [x] Edessenum, aliosque imperiali sanctione [y] commendatos prætereamus, tres claruere præ ceteris: unus fuit Gregorius [z] Nyssenus, magni Basilii frater, eidemque non magis consanguinitate, quam eximiæ pietatis doctrinæque laude conjunctus: alter fuit [a] Meletius Antiochenus, admirabili vir sanctitate, quæ sub Valentis tyrannide ærumnis, exilio, variis etiam catholicorum B contentionibus, crebrisque miraculis illustrata resplenduit. Illum Theodosius adhuc privatus cum vidisset in somnis, paludamento & corona, insignibus imperii, ab eo donari visus est. Itaque cum ex specie, quam animo retinebat, eum agnovisset in concilio, mirifice recreatus, honorifico sanctissimi viri complexu vix expleri posse videbatur. tertius fuit S. Gregorius Nazianzenus, clarissimum ecclesiæ lumen, qui [b] cum Constantinopolitanam ecclesiam a Macedonio, Eudoxio, Demophilo, Arianis episcopis, quorum unus alteri successerat, quadraginta circiter annis labefactatam, variisque errorum fluctibus æstuan- C tem cerneret, orthodoxorum episcoporum studiis ac suffragiis incitatus, ad eam regendam ac densissimis frutetis & vepribus, quæ apostolicam sementem pene oppresserant, expurgandam accessit. Docebat tunc Gregorius in ecclesia [c] perexigua, ad quam postea imperatoris pietatis studio accensi amplissimum templum, Anastasiam nomine, adjecerunt, quod eo in loco Nicæni concilii fides hominum improbitate collapsa, revixerit. Diuturnis autem laboribus exantlatis, multos passus Arianorum conflictus, tandem ne catholicorum quidem effugit invidiam. Ægyptii [d] namque episcopi Maximum philosophum Cynicum, postea Apollinaris præstigiis excæcatum, cujus fuerant corrupti pecuniis; in illius locum tumultuariis suffragiis suffecerunt. Ces- D sisset statim Gregorius, & in optatissimam quietem lubenti animo rediisset, nisi piorum precibus fere invitus detentus fuisset. Quin etiam non multo post Meletius, ceterique episcopi, qui ad generale concilium hanc etiam ob caussam convocati fuerant, ut Constantinopolitanæ ecclesiæ, sedatis tumultibus, pacem conciliarent, cum probe nossent, quam legitime Gregorius eam ecclesiam regendam suscepisset, & quam salutaribus præceptis atque institutis informasset regiam civitatem inter tot hæreticorum procellas fluctuantem, Maximo [e] Cynico e sacris ædibus exturbato, ejusque actis omnibus abrogatis, illum in suscepto regimine confirmarunt. Sed paulo post mortuo Meletio, & a E Gregorio Nysseno [f] funebri oratione laudato, cum videret Gregorius furere magis in dies Ægyptios, habita oratione ad centum quinquaginta patres, sponte dimissionis libellum petiit, & se episcopali munere abdicavit. Substitutus [g] in ejus locum fuit tam imperatoris studio, quam universæ synodi sententia, Nectarius Tarsensis, illustri loco natus, senatorii ordinis, tunc etiam prætor, ætate gravis, & honestissimis moribus. In eam vero electionem tam concordibus animis itum est ab episcopis, qui graviter antea dissidebant, ut eum locũ, in quo rebus pax reddita fuit, Concor-

s Theod. ibid.
t Socr. l. 5. ca. 6. & 8.
u Theod. ib.
x Theod. ib.
y l. 3. lib. 1. 6. tit. I. C. Theod.
z Theod. & Socr. l. 5. c. 8. Sozom. l. 7. c. 9.
a Theod. l. 5. c. 6. & 7. Soc. li. 5. c. 8. & 9. Sozom. lib. 7. c. 8. & 10. Gregor. Naziãz. in carm. de vita sua.
b Greg. Naz. ib. Greg. presbyter. in vita Gregor. Nazianz. Socr. lib. 4. c. 21. & l. 5. c. 5. & 7. Sozom. l. 6. c. 17. & l. 7. c. 5. Theod. l. 5. c. 8.
c Socr. l. 5. c. 7. & Soz. lib. 7. c. 5.
d Greg. Nazianz. Socr. Theod. Sozom. & Greg. presb. ubi supra.
e Conc. Constant. can. 6. Sozom. lib. 7. c. 9.
f In funere Meletii.
g Socr. & Theod. l. 5. c. 8. Sozom. lib. 7. c. 8.

ANNO CHRISTI 381.

Concordiam nominarint. Maximo itaque ejecto, mox concilii patres ad ecclesiam variis hæreseon laqueis extricandam, animum adjecere. Advocaverat autem in synodum Theodosius episcopos etiam Macedonianos [a] numero triginta sex, duce Eleusio Cyziceno, quod futurum speraret, ut pro ea, quam cum Liberio societatem inierant, in Homousion convenirent: quod cum illi numquam se admissuros professi palam essent, e synodo recessere. Patres vero post legitimas de orthodoxis dogmatibus disputationes, Eudoxianis, [b] Eunomianis, Macedonianis, Pneumatomachis, Sabellianis, Marcellianis, Photinianis, Apollinaristis anathema dixerunt: editaque fidei formula, quam Gregorius [c] Nyssenus synodi auctoritate conscripsit, non solum Patris & Filii, sed & Spiritus sancti gloriam unam, majestatem parem, indivisam sanxere substantiam. Qua fide sanctissime explicata, & nonnullis [d] decretis quæ ad ecclesiæ pacem & episcoporum concordiam spectare videbantur, adjectis, domum rediere. Imperator [e] autem severissimis cavit legibus, ut quicumque a Nicæno, Constantinopolitanoque symbolo dissentirent, episcopatibus spoliarentur; nec modo non proveherentur ad alios, sed ab ecclesiis, ab urbium mœnibus, ab hominum consortio pellerentur. Qua [f] de causa cum per civitates tumultuarentur hæretici, apertisque odiis ac seditionibus omnia permiscerent, Theodosius in ecclesiæ pacem resarciendam intentissimus, acceptis a Damaso literis, quibus orientales episcopos ad Romanam synodum ex toto orbe terrarum cogendam [g] invitabat, suæ ditionis episcopos, cujuscumque religionis ac sectæ forent, iterum Constantinopolim convenire jussit. Ubi convenere, ex Nectarii [h] consilio interrogat Arianos, Eunomianos, Macedonianos, velintne acquiescere sanctis ecclesiæ doctoribus, qui antequam eorum hæreses erumperent, de recta in Deum fide disputarant. Collaudant aliqui imperatoris consilium ac mentem: improbant alii, non tam veterum doctrina patrum, quam dialecticorum captionibus laqueisque confisi: dumque inter se litigant atque altercantur, imperat Theodosius sectarum principibus, ut suam singuli fidem referant in libellos: quibus stata die acceptis ac perlectis, divinæ sapientiæ lucem in re tam ardua suppliciter implorat: reliquis tandem damnatis, ac palam concerptis libellis, Homousianam fidem, ut optimam atque apostolicam, comprobat. Consternati discedunt hæretici, a suis etiam exagitat clientibus ob mutuam inter seipsos dissensionem, quæ eorum causam despicabilem fecerat, & malæ suspicionis.

Hic Romanam profectionem ex Damasi [i] præscripto episcopis denuntiat imperator. Illi, cum greges suos, præsertim quos ab Arianis tenebris & voragine nuperrime liberarant, inter tot hæreticorum turbas atque insidias deserendos esse non putarent, tres episcopos, Cyriacum, Eusebium, Priscianum legatos Damaso miserunt cum synodicis literis, quibus & causas, cur ad Urbem vocati non adiissent, explicarunt, & œcumenicæ synodi, quam anno superiore Constantinopoli celebrarant acta Romano pontifici recognoscenda obtulere: quæ [k] ab eo confirmata sunt. Quo ex tempore ea tamquam per apostolicam sedem approbata summæ semper venerationi fuere. Itaque in concilio Calchedonensi act. IV. Paschasinus, Lucentius & Bonifacius apostolici legati nomine Leonis papæ, regulam fidei a Nicænis & Constantinopolitanis & Ephesinis patribus expositam, palam profitentur: quibus & tota synodus assensit. Item in act. V. sic habetur: Definimus igitur, ordinem & omnes formulas custodientes, quæ de fide sunt constitutæ, & nos a synodo quondam in Epheso facta, cujus præsides fuerunt sanctissimæ memoriæ Cælestinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum, præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expositionem sanctorum & beatissimorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Constantini imperatoris congregati sunt; servari autem & ea, quæ apud Constantinopolim a sanctis centum quinquaginta patribus decreta sunt, ad expellendas quidem omnes germinantes hæreses, & ad confirmationem ejusdem catholicæ & apostolicæ nostræ fidei. Atque hæ duæ actiones Calchedonenses referuntur & approbantur in synodo V. Constantinopolitana, collatione VI. ubi & bis symbolum decantatur, semel juxta formulam Nicænam, iterum juxta Constantinopolitanam explicationem. Ad hæc in Lateranensi concilio sub Martino primo, consult. IV. Constantinopolitanum symbolum principio recitatur, tamquam fidei fundamentum: qui mos ac ritus ad posteriores synodos manavit. Sed & concilium Toletan[illegible]m III. canone II. Pro reverentia, inquit, san[illegible]tissimæ fidei, & propter corroborandas homin[illegible]m invalidas mentes, consultu piissimi & gloriosissimi Reccaredi regis, constituit synodus, ut per omnes ecclesias Hispaniæ & Gallecię secu[illegible]dum formam orientalium ecclesiarum, concil[illegible] Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta episcoporum, symbolum fidei recitetur, & priusquam dominica dicatur oratio, voce clara [illegible]opulo prędicetur; quo & fides vera manifestum t[illegible]stimoniū habeat, & ad Christi corpus & sanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant. Romani etiam pontifices in fidei professione inter œcumenicas synodos Consta[illegible]tinopolitanam secundo loco semper reponunt [illegible]quo in genere S. Gregorius [l] ait: Præterea quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor; Nicænum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur: Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas judicatur: Calchedonense vero, in quo Eutychetis, Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit. Atque hæc de fide & symbolo Constantinopolitano dicta sint. nam c[illegible]nonum longe alia ratio est. Romana autem ecc[illegible]esia (inquit S. [m] Gregorius) eosdem canones, vel gesta synodi illius hactenus non habet, nec accepit: in hoc autem eamdem synodum [illegible]cepit, quod est per eam contra Macedonium [illegible]finitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis jam patribus damnatas reprobat. Ea vero diversitas accidit in primis ob quintum canon[illegible]m, qui huic concilio communiter adscribitur, [illegible]n quo adversus Nicænor

a Damasc. li. 3 de imagin.
b Socr. l. 5. c. 8. Sozom. l. 7. c. 7.
c Can. I.
d Niceph. l. 12 c. 13.
e Theod. l. 5. c. 8.
f C. Theod. l. 16 tit. I. l. 3. & tit. 5. l. 6. & 14.
g Socr. l. 5. c. 10. Sozom. l. 7. c. 12. Theod. l. 5. c. 8. & 9.
h Theod. ib. Socr. l. 5. c. 10. Sozom l. 7. c. 12.
i Theod. li. 5. c. 9.
k Photius ep. ad Michaelem Bulg. de septem syno. c. 2.

nam ſanctionem Conſtantinopolitano epiſcopo ſecundus a Romano pontifice locus & honor defertur: id quod im[p]ugnant acerrime Leo [a] primus, Nicolaus [b] primus, Leo [c] nonus; tametſi poſtea canon ille Conſtantinopolitanus uſu quodam & tacito Romanæ ſedis conſenſu confirmatus, & a [d] Innocentio III. renovatus fuerit in Lateranenſi concilio.

S. GREG. ORATIO. d c. Antiqu de privilegiis.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ.

Συντακτήριος εἰς τὴν τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπων παρουσίαν.

ΠΩΣ ὑμῖν τὰ ἡμέτερα, ὦ φίλοι ποιμένες καὶ συμποίμενες; ὧν ὡραῖοι οἱ πόδες, εὐαγγελιζομένων εἰρήνην καὶ ἀγαθὰ, μεθ' ὧν ἐληλύθατε· ὡραῖοι δὲ τὰ πρὸς ἡμᾶς, οἷς εἰς καιρὸν ἐληλύθατε. οὐχ ἵνα πρόβατον πλανώμενον ἐπιστρέψητε, ἀλλ' ἵνα ποιμένα ἔκδημον ἐπισκέψησθε. πῶς τὰ τῆς ἐκδημίας ὑμῖν ἔχει τῆς ἡμετέρας; καὶ τίς ὁ ταύτης καρπὸς, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐν ἡμῖν πνεύματος, ᾧ κινούμεθά τε ἀεὶ, καὶ νῦν κεκινήμεθα, μηδὲν ἴδιον ἔχειν ἐπιθυμοῦντες, μήτ' ἴσως ἔχοντες; ἆρά γε συνίετε παρ' ὑμῶν αὐτῶν, καὶ καταμανθάνετε, καὶ λογισταὶ τῶν ἡμετέρων ἐστὲ χρηστότεροι; ἢ δεῖ, καθάπερ τοὺς στρατηγίας, ἢ δημαγωγίας, ἢ διοικήσεως χρημάτων λόγον ἀπαιτουμένους, δημοσίᾳ καὶ αὐτοὺς ὑπέχειν ὑμῖν τὰς εὐθύνας ὧν διῳκήκαμεν; οὐ γὰρ αἰσχυνόμεθα κρινόμενοι, ὅτι καὶ κρίνομεν ἐν τῷ μέρει· καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἀμφότερα. παλαιὸς δὲ ὁ νόμος. ἐπεὶ καὶ Παῦλος τοῖς ἀποστόλοις ἐκοινοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, οὐχ ἵνα φιλοτιμήσηται· πόῤῥω γὰρ τὸ πνεῦμα πάσης φιλοτιμίας· ἀλλ' ἵν' ἢ βεβαιωθῇ τὸ κατορθούμενον, ἢ διορθωθῇ τὸ ὑστερούμενον· εἰ ἄρα τι καὶ τοιοῦτον ἦν ἐν τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεγομένοις ἢ πραττομένοις· ὡς αὐτὸς παραδηλοῖ περὶ ἑαυτοῦ γράφων· ἐπειδὴ καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, κατὰ τὴν εὐταξίαν τοῦ πάντα καλῶς οἰκονομοῦντος καὶ διαιροῦντος πνεύματος. εἰ δὲ ἐκεῖνος μὲν ἰδίᾳ καί τισιν, ἐγὼ δὲ δημοσίᾳ καὶ πᾶσιν ὑπέχω λόγον, μηδὲν θαυμάσητε· καὶ γὰρ χρῄζω μᾶλλον ὠφεληθῆναι τῇ τῶν ἐλέγχων ἐλευθερίᾳ, ἤπερ ἐκεῖνος, εἴ τι φαινοίμην ἐλλείπων τοῦ δέοντος· μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον. καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως ἀπολογήσασθαι, ἢ ἐν εἰδόσι τοὺς λόγους ποιούμενον. τίς οὖν ἡ ἀπολογία; καὶ εἰ μὲν ψευδὴς, ἐλέγξατε· εἰ δὲ ἀληθὴς, μαρτυρήσατε ὑμεῖς, ὑπὲρ ὧν, καὶ ἐν οἷς ὁ λόγος. ὑμεῖς γάρ μοι καὶ ἀπολογία, καὶ μάρτυρες, καὶ καυχήσεως στέφανος, ἵνα τολμήσω κἀγώ τι τῶν τοῦ ἀποστόλου νεανιεύσασθαι. τοῦτο τὸ ποίμνιον ἦν ὅτε μικρόν τε καὶ ἀτελὲς ἦν, ὅσον ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις· καὶ οὐδὲ ποίμνιον, ἀλλὰ ποίμνης τι μικρὸν ἴχνος, ἢ λείψανον, ἀσύντακτον, καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀόριστον, μήτε νομὴν ἐλευθέραν ἔχον, μήτε μάνδρᾳ περιεχόμενον, πλανώμενον ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ἄλλο ἀλλαχοῦ διεσπαρμένον τε καὶ διεῤῥιμμένον, ὡς ἕκαστον ἔτυχε, σκεπόμενον ἢ νεμόμενον, καὶ διακλέπτον τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν· οἷον ἐκεῖνο τὸ ποίμνιον, ὃ λέοντες

SANCTI GREGORII NAZIANZENI [a] ORATIO.

In præſentia centum quinquaginta epiſcoporum habita.

[a] Iacobo Billio Prunæo abbate S. Michaelis in eremo interprete doctiſſimo. Eſt inter editas ordine 32.

QUO pacto res noſtræ vobis ſe habere videntur, o cari paſtores & collegæ? quorum & ſpecioſi pedes ſunt annuntiantium pacem & bona, cum quibus huc veniſtis; & quantum ad nos attinet, ſpecioſi, utpote ad quos opportune vos contuliſtis, non ut errantem ovem in viam reducatis, verum ut paſtorem peregre agentem inviſatis. Quo pacto peregrinatio noſtra judicio veſtro ſe habet? Et quis hujus fructus, vel (ut rectius loquar) ſpiritus in nobis habitantis, quo & ſemper movemur, & nunc moti ſumus, nihil proprium habere cupientes, nec fortaſſe habentes? Utrum tandem per voſmet ipſi intelligitis & percipitis, ac benigniores rerum noſtrarum cenſores eſtis? an contra nobis faciendum eſt, ut quemadmodum qui militaris imperii, aut gubernationis popularis, aut pecuniarum adminiſtrationis rationem expoſcuntur, ſic nos quoque eorum quæ a nobis adminiſtrata ſunt, rationes publice vobis reddamus? Nec enim ſubire judicium erubeſcimus, quandoquidem etiam viciſſim judicamus: atque utrumque cum pari caritate. Vetus autem hæc lex eſt. Nam etiam Paulus euangelium cum apoſtolis communicabat; non ut ambitioſe ſe oſtentaret (procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus eſt ſpiritus) ſed ut vel confirmaretur quod recte & cum laude gerebat, vel corrigeretur quod officio deerat (ſi quid tamen hujuſmodi erat in iis quæ ab eo dicebantur, vel agebantur) quemadmodum ipſe oſtendit, cum de ſe ipſo ad hunc modum ſcribit: *Quoniam & ſpiritus prophetarum prophetis ſubjiciuntur*, juxta ſpiritus conſtitutionem, omnia recte diſpenſantis & dividentis. Quod ſi ille privatim & apud quoſdam, ego autem publice & apud omnes judicium ſubeo, ne id vobis mirandum accidat. Nam ego ea, quæ ex libera reprehenſione percipitur, utilitate magis opus habeo, quam ille, ſi qua in re officii partes deſeruiſſe videar; *ne alioqui fruſtra curram, aut cucurrerim*. Nec vero aliter defenſionis munus recte ſuſcipi poteſt, quam ſi apud eos, quibus adminiſtrationis meæ ratio cognita eſt, ſermo habeatur. Quæ igitur eſt noſtra defenſio? Ac ſiquidem falſo, coarguite: ſi autem vera, teſtimonio veſtro confirmate; vos, inquam, quorum cauſa, & apud quos hæc habetur oratio. Vos enim mihi defenſio eſtis, *& teſtes, & gloriæ corona*. liceat enim mihi quoque ex apoſtoli verbis aliquid audacter uſurpare. His grex exiguus quondam erat & imperfectus, quantum quidem oculorum ſenſu judicari poterat; ac ne grex quidem, ſed parvum quoddam & tenue gregis veſtigium, aut reliquiæ; incompoſitus, paſtore carens, nullis terminis incluſus, nec paſcui liberi jus habens, nec caula cinctus, oberrans in montibus, in ſpeluncis & cavernis terræ, huc illuc diſperſus atque disjectus, eoque redactus, ut qua quamque ovem fors tuliſſet, tegeretur ac pabularetur; præclareque ſecum agi duceret, ſi ſalutem ſuam ſubriperet: non ſecus videlicet ac grex ille, quem leones expu-

1. Cor. c. 14. v. 32.

1. Theſſ. c. 2. v. 10. & 19.

Hebr. c. 11. v. 38.

[S. Greg. Oratio.] lerunt, aut tempestas dissolvit, aut caligo dissipavit, quem & prophetæ lugent, [Ierem c.50. v.17.] populi Israelitici gentibus traditi calamitatem adumbrantes: & nos etiam luximus, quamdiu in luctuoso statu res nostræ fuerunt. nam ipsi quoque re vera expulsi & projecti fuimus, atque in montes omnes & colles ob pastoris inopiam dispersi; ac dira quædam tempestas ecclesiam invasit, & horrendæ belluæ in nos impetum fecerunt, quæ ne nunc quidem reddita serenitate nobis parcunt; verum (qua sunt impudentia) potentiores esse temporis etiam conditione nituntur: atque tristis quædam caligo cuncta occupavit & contexit, [Exod.c.10. v.22.] multo sane nona illa Ægyptiorum plaga, hoc est palpabilibus tenebris gravior, præ qua pene nec alii alios videre potuimus. Atque ut aliquid, quod majorem commiserationem redoleat, dicam, eo scilicet, qui nos afflixit, tamquam parente, fretus; [Isai. c.63. v 16.] Abraham non cognovit nos, nec Israel nos agnovit: at tu pater noster es; in te oculos conjicimus; præter te alium non novimus; nomen unum tuum invocamus. [Ierem. c.12] *Propterea causam dicam*, inquit Ieremias, *ceterum judicia loquar ad te.* [Isai. c.63. v.19.] *Facti sumus ut a principio, cum non imperares nobis*; & oblitus es testamenti sancti tui, ac misericordias tuas nobis occuluisti. [Psalm. 78. v.4.] Propterea opprobrium facti sumus dilecto tuo, nos inquam, trinitatis adoratores, perfecti perfectæ divinitatis clientes & supplices, nec eo audaciæ prorumpentes, ut quidquam eorum quæ supra nos sunt, ad nos detrahamus & dejiciamus, nec ita superbi & arrogantes, ut (quod impiæ linguæ, ac deitatis hostes faciunt) dominum in servilem ordinem nobiscum redigamus: sed scilicet propter alia scelera nostra, & quia non, ut mandatis tuis dignum erat, vitæ nostræ rationes instituimus, verum post pravam nostram mentem & cogitationem ambulavimus (quænam enim alia causa proferri potest?) hominibus iniquissimis, atq; omnium quos terra fert, sceleratissimis dediti sumus. [Iulianus imp.] Primus Nabuchodonosor nos obtrivit, ille inquam, qui secutus Christum, adversus Christum furore flagravit; atque ob eam causam Christum invisum habuit, quia per eum salutem consecutus fuerat; ac sacros libros cum impiis sacrificiis commutavit. [Ierem c.51. v.34.] Devoravit me, in partes distraxit me: contexerunt me tenebræ tenues (ut ne lugens quidem a verbis scripturæ recedam:) [Psal 54. v.6.] *Nisi quia dominus adjuvit me*, atque ipsum (qualia Dei judicia sunt!) in Persidem ejectum, [Psalm. 93. v 17.] iniquorum manibus, ut merebatur, tradidisset; ac pro nefariis & impiis cruoribus justus cruor fusus fuisset (hic solum ne longanimitate quidem uti sustinente vi illa ultrice) [Ibidem.] *propemodum habitasset in inferno anima mea*. [Valens. imp.] Secundus nihilo humanior illo fuit; imo eo etiam acerbior, quod Christi nomen ferens, pseudochristus erat, Christianisque probrum & dedecus, quibus & facere impium, & pati inglorium erat; quod ne injuriam quidem accipere viderentur, nec illustre martyrii nomen cruciatibus accederet, verum hic quoque fucus veritati fieret, ut qui tamquam Christiani patiebantur, tamquam impii cruciatu afficerentur. Heu me, quia in malis divites & copiosi extitimus, quia ignis speciosa terræ comedit: [Ioel. c. 1. v.4.] *residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit rubigo; tum bruchus*, ac postea nescio quod aliud atque aliud malum subinde exoriens. Quid autem omnia illius temporis mala tragica oratione prosequi attinet, eamque quæ tum nos invasit, sive pœnam dicere convenit, sive explo-

A ἐξῶσαν, ἢ ζάλη διέλυσεν, ἢ σκοτόμαινα διεσκέδασεν· ὃ θρηνοῦσι μὲν προφῆται, τοῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἀπεικάζοντες πάθεσι παραδεδομένου τοῖς ἔθνεσιν. ἐθρηνήσαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐφ᾽ ὅσον θρήνων ἐπράττομεν ἄξια. τῷ ὄντι γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξώσθημεν, καὶ ἀπερρίφημεν, καὶ ἐπὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸν διεσπάρημεν, ὡς ἐν ἐρημίᾳ ποιμένος· καὶ πονηρός τις χειμὼν κατέσχε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ δεινοὶ θῆρες ἐπιπεπτώκασιν, οἳ μηδὲ νῦν, μετὰ τὴν αἰθρίαν, ἡμῶν φειδόμενοι, ἀλλ᾽ ἀναισχυντοῦντες ἔτι καὶ τοῦ καιροῦ δυνατώτεροι· καὶ σκυθρωπή τις σκοτόμαινα ἐπέλαβε πάντα, καὶ συνεκάλυψε, πολὺ τῆς ἐννάτης τῶν Αἰγυπτίων πληγῆς βαρυτέρα, τοῦ B ψηλαφητοῦ λέγω σκότους, ὑφ᾽ οὗ μικροῦ μηδὲ ἀλλήλους ἰδεῖν ἠδυνήθημεν. καὶ ἵν᾽ εἴπω τι συμπαθέστερον, ὡς πατρὶ τῷ παραδεδωκότι θαρρήσας· Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς· ἀλλὰ σὺ πατὴρ ἡμῶν εἶ, καὶ πρὸς σὲ βλέπομεν, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. διὰ τοῦτο ἀπολογήσομαι, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σὲ, φησὶν Ἱερεμίας. ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν. καὶ ἐπελάθου διαθήκης ἁγίας σου, καὶ ἀπέκλεισας ἀφ᾽ ἡμῶν τὰ ἐλέη σου. διὰ τοῦτο ἐγενήθημεν ὄνειδος τῷ ἀγαπητῷ C σου, οἱ τῆς τριάδος προσκυνηταὶ, οἱ τέλειοι τῆς τελείας θεότητος πρόσφυγες, καὶ μὴ τολμῶντές τι τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰς ἡμᾶς κατάγειν, μηδὲ τοσοῦτον ἐπαίρεσθαι, κατὰ τὰς ἀθέους γλώσσας καὶ θεομάχους, ὥστε τὴν δεσποτείαν ποιεῖν ὁμόδουλον· ἀλλὰ παρεδόθημεν δηλαδὴ διὰ τὰς ἄλλας ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ ἀξίως τῶν ἐντολῶν σου ἀναστραφῆναι, ἀλλ᾽ ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς πορευθῆναι· διὰ τί γὰρ ἕτερον; ἀνδράσιν ἀδικωτάτοις καὶ πονηροτάτοις παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. ὁ πρῶτος Ναβουχοδονόσορ ἐξέθλιψεν ἡμᾶς, ὁ μετὰ Χριστὸν κατὰ Χριστοῦ D μανεὶς, καὶ διὰ τοῦτο μισήσας Χριστὸν, ὅτι δι᾽ αὐτοῦ ἐσέσωστο, καὶ τὴν ἱερῶν βίβλων τὰς ἀθέους θυσίας ἀντιλαβὼν, κατέφαγέ με, ἐμερίσατό με, ἐκάλυψέ με σκότος λεπτὸν, ἵνα μὴ ἀποστῶ μηδὲ θρηνῶν τῆς γραφῆς· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι, καὶ χερσὶν ἀνόμων δικαίως αὐτὸν παρέδωκεν, ἐκτοπίσας εἰς Πέρσας· οἷα τὰ Θεοῦ κρίματα· καὶ ὑπὲρ αἱμάτων ἀνοσίων αἷμα ἐχύθη δίκαιον, ἐνταῦθα μόνον οὐδὲ μακροθυμῆσαι ἀνασχομένης τῆς δίκης, παραβραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. ὁ δεύτερος οὐδὲν ἐκείνου φιλανθρωπότερος. ὅτι μὴ καὶ βαρύτερος, ὅσῳ τὸ Χριστοῦ φέρων ὄνομα, ψευδόχριστος ἦν, καὶ Χριστιανοῖς ὄνειδος, οἷς καὶ τὸ ποιεῖν ἄθεον, καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον, τῷ μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκεῖν, μηδὲ τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα E προσεῖναι, τῆς μαρτυρίας· ἀλλὰ κἀνταῦθα κλέπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν· πάσχοντας ὡς Χριστιανοὺς, ὡς ἀσεβεῖς κολάζεσθαι. οἴμοι ὅτι ἐπλουτήσαμεν ἐν τοῖς κακοῖς, ὅτι πῦρ κατέφαγε τὰ ὡραῖα τῆς οἰκουμένης· τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς ἀκρίδος κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη· εἶτα ὁ βροῦχος, εἶτα οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι πρὸς τούτοις καὶ ἄλλο ἐπ᾽ ἄλλῳ κακῷ φυόμενον. τί ἄν τις ἐκτραγῳδοίη πάντα τὰ τοῦ καιροῦ κακὰ, καὶ τὴν τότε καταχοῦσαν ἡμᾶς, εἴτε εἰσπραξιν χρὴ λέγειν, εἴ τε

εἰ τε δοκιμασίαν καὶ πύρωσιν; πλὴν ὅτι διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ περιήλθομεν εἰς ἀναψυχὴν, εὐδοκίᾳ τοῦ σώζοντος. ἀλλ' ὅ μοι λέγειν ἀπ' ἀρχῆς ὁ λόγος ὥρμητο, τοῦτο τὸ γεώργιον ἦν ὅτε μικρόν τε καὶ πενιχρὸν ἦν, καὶ οὐχ ὅπως Θεοῦ τοῦ τὸν κόσμον ὅλον γεωργήσαντός τε καὶ γεωργοῦντος τοῖς καλοῖς τῆς εὐσεβείας σπέρμασί τε καὶ δόγμασιν, ἀλλ' οὐδὲ πένητος ἑνὸς τῶν ἐνδεῶν καὶ μετρίων, ὥς γε ἐδόκει. ἀλλ' οὐδὲ γεώργιον ὅλως, οὐδὲ ἀποθηκῶν, οὐδὲ ἅλω τυχὸν, οὐδὲ δρεπάνης ἄξιον, οὐδὲ θημῶν, οὐδὲ δραγμάτων, ἢ δράγματα μικρά τε καὶ ἄωρα, καὶ οἷα τὰ ἐκ δωμάτων· μήτε χεῖρα πληροῦντα τοῦ θερίζοντος, μήτε τῶν παριόντων προκαλούμενα εὐλογίαν. τοιοῦτον ἡμῖν τὸ γεώργιον, τοσοῦτον τὸ θέρος· μέγα μὲν καὶ εὔσταχυ καὶ πῖον τῷ θεωρητῇ τῶν κρυπτῶν τοιούτου γεωργοῦ πρέπον εἶναι, ὃ πληθύνουσι κοιλάδες ψυχῶν καλῶς λόγῳ γεωργουμένων· οὐ μὴν γνωριζόμενον τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ εἰς ἓν συναγόμενον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμενον, ὡς καλάμη ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλλὶς ἐν τρυγητῷ, μὴ ὑπάρχοντος βότρυος. προσθήσειν μοι δοκῶ κἀκεῖνα, καὶ λίαν κατὰ καιρόν· ὡς σκοπὸν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς ῥᾶγα μίαν ἢ δευτέραν ὥριμον ἐν ἀώρῳ τῷ βότρυϊ, εὐλογίαν μὲν κυρίου τετηρημένην, καὶ ἀπαρχὴν καθιερωμένην, πλὴν ὀλίγην ἔτι καὶ σπάνιον, καὶ οὐ πληροῦσαν στόμα ἔσθοντος, καὶ ὡς σημαίαν ἐπὶ βουνοῦ, καὶ ὡς ἱστὸν ἐπ' ὄρους, ἢ εἴ τι ἄλλο τῶν μοναδικῶν τε, καὶ οὐ σὺν πλείοσι θεωρουμένων. ταῦτα μὲν τὰ τῆς προτέρας πενίας καὶ κατηφείας. ἀφ' οὗ δὲ ὁ πτωχίζων καὶ πλουτίζων Θεὸς, ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν, ὁ ποιῶν ταῦτα καὶ μετασκευάζων μόνῳ τῷ βούλεσθαι· ὁ ποιῶν ἐκ μὲν νυκτὸς ἡμέραν, ἐκ δὲ χειμῶνος ἔαρ, ἐκ δὲ ζάλης γαλήνην, ἐκ δὲ αὐχμῶν ἐπομβρίαν. καὶ τοῦτο δι' ἑνὸς δικαίου πολλάκις εὐχὴν ἐπιπολὺ διωχθέντος· ὁ ἀναλαμβάνων πραεῖς εἰς ὕψος, καὶ ταπεινῶν ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς, ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐ μὴ προσθῶσιν ἔτι τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ ταλαιπωρεῖν. καὶ εἰπὼν, ἐπεσκέψατο· καὶ ἐπισκεψάμενος ἔσωσε, καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρὼν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ· τί γίνεται; καὶ τί θαυματουργεῖται; ἃ βίβλοι καὶ μνῆμαι φέρουσιν. ἐκτὸς γὰρ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν θαυμασίων, καὶ τῆς μεγάλης ἐκείνης βομβήσεως, ἵν' εἴπω τι συντομώτατον· Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον εἷς, καὶ μυριάδες ἑξήκοντα μετ' ὀλίγον ἐξ Αἰγύπτου· τί τούτου θαυμασιώτερον, ἢ μεῖζον τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλονοίας τεκμήριον; ὅταν ἐκ τῶν ἀπόρων θέλῃ πόρον δοῦναι τοῖς πράγμασι, καὶ γῆ τῆς ἐπαγγελίας κληροδοτεῖται δι' ἑνὸς μισηθέντος· καὶ ὁ πραθεὶς ἔθνη μεθίστησι, καὶ εἰς ἔθνος καθίσταται μέγα· καὶ ἡ μικρὰ παραφυὰς ἐκείνη, ἄμπελος εὐκληματοῦσα γίνεται, καὶ τοσαύτη, ὡς ἐπεμβαίνειν μὲν ποταμοῖς, ἐκτείνεσθαι δὲ μέχρι θαλάσσης, ἐξ ὁρίων εἰς ὅρια πλατυνομένην. καλύπτειν δὲ ὄρη τῷ ὕψει τῆς δόξης, κέδρων δὲ ὑπεραίρεσθαι, καὶ ταῦτα τῶν τοῦ Θεοῦ· ἅ τινα δὴ τὰ ὄρη ταῦτα, καὶ ἅς τινας τὰς κέδρους ὑποληπτέον·

A rationem ac purgationem? Ceterum *transivimus per ignem & aquam*; ac benigna salvatoris voluntate in refrigerium prodiimus. Enimvero (ut eo se, unde digressa est, ratio referat) hæc seges parva quondam & inops erat, ac non modo Deo, qui pulcris pietatis seminibus & doctrinis totum orbem terrarum excoluit, atque excolit, sed ne paupere quidem ac tenui homunculo digna, ut quidem videbatur; imo nec seges omnino, nec horreis, nec area fortasse, nec falce digna, nec etiam acervi, nec manipuli, aut certe parvi & immaturi; & quales sunt tectorum; nec messoris manum implentes, nec eorum qui per-
B transeunt, benedictionem illicientes. Talis seges nostra erat, tantilla messis; magna illa quidem & pinguis apud eum qui abscondita intuetur, talique agricola digna, quam animarum recta doctrina excultarum valles multiplicant; at quæ tamen in vulgus minime nota esset, nec in unum cogeretur, sed minutatim colligeretur, non secus ac stipula in messe, & racemulus in vindemia, cum nullus est botrus. Quin illa quoque, & quidem admodum tempestive, mihi videor adjecturus: *Ut ficum præmaturam in*
C *deserto Israelem inveni*, & ut acinum unum aut alterum maturum in immaturo botro, benedictionis quidem causa servatum, ac primitiis consecratum, adhuc tamen parvum & rarum, nec os comedentis implentem: atque etiam ut signiferum lignum in colle, & malum navis in monte; aut si quid aliud est singulare, nec una cum aliis multis conspicuum. Atque hæc quidem pristina nostra paupertas & mœstitia fuit. Ex quo autem tempore Deus, qui pauperem facit, & ditat, qui mortificat & vivificat, qui hæc voluntate sola facit atque immutat; qui ex nocte diem facit, ex hieme ver,
D ex tempestate tranquillitatem, ex siccitate pluviam, idque plerumque unius justi, diuturna persecutione vexati, precibus permotus; qui denique mansuetos in altum suscipit, ac peccatores usque ad terram humiliat; illud secum dixit: *Videns vidi afflictionem Israelis*; nec luto, ac conficiendorum laterum labore diutius opprimetur: ac locutus visitavit: & visitans salutem attulit; populumque suum eduxit in manu potenti, & brachio excelso, in manu Mosis & Aaron electorum suorum: quid fit? quæ signa & miracula? nimirum ea, quæ & memoriæ prodita, & literarum monumentis commendata circumferuntur. Nam, ut miracula in via edita, ore, inquam, omnium decantata ta-
E ceam, ac rem uno verbo complectar; Ioseph unus in Ægyptum proficiscitur, ac sexcenta hominum millia non multo post ex Ægypto excedunt (quid hoc admirabilius, aut illustrius divinæ magnificentiæ argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis, ita secundis aperire voluerit?) ac promissionis terra per unum hominem odio habitum sorte distribuitur, atque is qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipseque in gentem magnam constituitur, ac parva illa propago vinea lata & palmitibus abundans efficitur, in eamque magnitudinem evadit, ut & supra fluvios ascendat, & usque ad mare extendatur, & a finibus in fines porrigatur ac dilatetur, & gloriæ sublimitate montes operiat, & cedrorum magnitudinem superet, & quidem cedros Dei, quicumque tandem montes illi, & quæcumque cedri existimandæ sunt.

Talis

S. GREG. ORATIO.
Psalm. 65. v. 12.
Psalm. 128. v. 6.
Psalm. 43. v. 22.
Mich. c. 7.
Osee c. 9. v. 10.
Isai. c. 65. v. 10.
Isai. c. 30. v. 17.
1. Reg. c. 2. v. 6.
3. Reg. c. 18.
Psalm. 146. v. 6.
Exod. c. 3. v. 7.
Psalm. 135. v. 12.
Psalm. 76. v. 21.
Psalm. 135.
Genes. c. 37.
Exod. c. 12. v. 37.
Psalm. 77. v. 55.
Psalm. 104.
Psalm. 79.

S. Greg. Oratio. Talis quondam hic grex erat, talisque rursum A
nunc, tamque succulentus, lateque se porrigens;
ac si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, ut auguror, progressurus. Hoc mihi prædicit Spiritus sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futuraque prospicio. Ac simul ex iis quæ præcesserunt, spem non dubiam concipio, atque ratiocinatione id percipio, utpote rationis alumnus. Multo enim mirabilius est quod ex tantillo ad tantam magnitudinem pervenerit, quam ut ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris gloriæque gradum provehatur. Posteaquam enim semel ab eo, qui mor-
Ezech. c. 37. tuos ad vitam revocat, ossa cum ossibus, & B
commissuræ cum commissuris jungi cœperunt,
ac siccis frebus spiritus vitæ & regenerationis
datus est, resurrectionem utique omnibus suis
numeris partibusque perfici atque expleri neces-
Ps. 65. v. 7. se est. Ac proinde qui exacerbant, non exal-
Eccles. c. 34. v. 2. tentur in semetipsis; nec umbram, aut som-
Ps. 72. v. 20. nium exurgentium, aut auram perflantem, aut
navis vestigia aquis impressa tenentes, quidquam
Sapient. c. 5. v. 10. se habere existiment. *Ululet pinus, quia cecidit*
cedrus. Ex aliorum malis documentum sibi ca-
Zacch. c. 11. v. 2. piant, ac discant, pauperem nequaquam in fi-
Ps. 9. v. 19. nem usque oblivioni fore; nec divinitatem sese
diutius cohibituram, quin procerum capita, ut
Habac. c. 3. v. 14. Habacuc loquitur, cum stupore dissecet; nimirum
ipsa quoque dissecta, & male divisa in id quod C
præest, & quod subest: ut sic maxime & deitas
contumelia afficiatur in creaturarum ordinem redacta, & res creatæ onerentur, deitati honore
Psalm. 146. v. 3. adæquatæ. Quin illam quoque ejus, qui con-
tritos & oppressos colligit, vocem mihi audire
Isai. c. 54. v. 2. 7. & c. 57. v. 17. & c. 6. v. 10. videor: *Dilata adhuc locum funiculorum tuorum;*
extende ad dexteram & ad sinistram: fige, aulæis
ne parcas. Ego tradidi te, & ego auxiliabor tibi.
In parva ira percussi te; in sempiterna autem misericordia glorificabo te. Major est mensura benignitatis, quam mensura correptionis. Priora illa propter flagitia, hæc propter trinitatem quæ
1. Reg. c. 2. v. 30. adoratur. Illa ob purgationem, hæc ob gloriam D
meam, qui glorifico glorificantes me, & ad iram
Deut. c. 32. v. 21. 34. provoco provocantes me. Ecce hæc signata sunt
apud me, atque hæc remunerationis inviolabilis lex est. At tu parietes & tabulas crustasque artifisime tenebas, & scite atque eleganter cæsas tessellas, & longos cursus & ambitus, atque auro fulgebas & collucebas, & partim quidem quasi aquam seminabas, partim vero quasi arenam thesaurizabas: nimirum ignorans, præstantiorem esse fidem sub dio degentem, quam copio-
Matth. c. 18. v. 20. sam & magnificam impietatem; ac tres in nomine domini congregatos, plures apud Deum censeri, quam multas myriadas divinitatem ab-
Genes. c. 19. negantes. An tu universos etiam Chananæos
Abrahamo uni antepones? an Sodomitas uni E
Exod. c. 2. Lot? an Madianitas Mosi? peregrinis inquam
his & hospitibus? Quid? an trecentos illos viros,
Iudic. c. 7. v. 7. qui cum Gedeone lamberunt, tot hominum
Genes. c. 14. v. 14. millibus pedem referentibus inferiores esse contendes? An Abrahæ vernaculos numero his
Isai. c. 10. v. 22. haud multo plures, multis illis regibus, & nu-
Rom. c. 9. v. 27. merosissimis copiis, quas ipsi, quamvis pauci essent, persecuti tamen sunt, atque in fugam
3. Reg. c. 19. v. 18. & Rom. c. 11. v. 4. verterunt? Illud autem quomodo intelligendum esse censes: *Si fuerit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiæ salvæ fient?* Quo item mo-
1. Cor. c. 10. v. 11. do illud: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu ante Baal?* Non est ita,

A τοιοῦτον ποτὲ τοῦτο τὸ ποίμνιον, καὶ τοιοῦτον νῦν, οὕτως εὐεκτοῦν τε καὶ πλατυνόμενον· εἰ δὲ μήπω τελείως, ἀλλ' εἰς τοῦτό γε ταῖς καθ' ἡμέραν ὁδεῦον προσθήκαις· καὶ προφητεύσω δὲ, ὅτι καὶ ὁδεύσον. τοῦτό μοι τὸ πνεῦμα προλέγει τὸ ἅγιον, εἴ τι προφητικὸς ἐγὼ, καὶ βλέπων τὰ ἔμπροσθεν, καὶ ἅμα τοῖς προλαβοῦσιν ἔχω θαῤῥεῖν, καὶ λογισμῷ γινώσκειν, ὡς λόγου σύντροφος. πολὺ γὰρ παραδοξότερον ἐξ ἐκείνου τοσαύτην γενέσθαι, ἢ τὴν νῦν οὖσαν εἰς ἄκρον προελθεῖν λαμπρότητος. ἐξ οὗ γὰρ συνάγεσθαι ἤρξατο παρὰ τοῦ ζωογονοῦντος τοὺς νεκροὺς, ὀστᾶ πρὸς ὀστᾶ, καὶ ἁρ-
B μονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ τοῖς ξηροῖς ἐδόθη πνεῦμα ζωῆς καὶ παλιγγενεσίας, πᾶσαν εὖ οἶδα πληρωθῆναι δεῖ τὴν ἀνάστασιν. ὥστε μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς οἱ παραπικραίνοντες, μηδὲ σκιὰν κρατοῦντες, ἢ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένων, ἢ αὔρας διαπνεούσας, ἢ νηὸς ἴχνη καθ' ὕδατος, ἔχειν τι νομιζέτωσαν. ὀλολυζέτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς παιδευέσθωσαν, καὶ μανθανέτωσαν, ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχὸς, οὐδὲ ἀνέξεται μὴ ἐν ἐκστάσει διακόψαι κεφαλὰς δυναστῶν, ὡς ὁ Ἀμβακοὺμ φησιν, ἡ διακοπτομένη θεότης καὶ διαιρουμένη κακῶς εἴς τε τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον, ὡς
C ἂν μάλιστα καὶ θεότης ὑβρισθείη καταγομένη, καὶ βαρυνθείη κτίσις ὁμοτιμίᾳ θεότητος. δοκῶ μοι κἀκείνης ἀκούειν τῆς φωνῆς παρὰ τοῦ συνάγοντος τοὺς συντετριμμένους, καὶ τοὺς πεπιεσμένους εἰσδεχομένου· πλάτυνον τὰ σχοινίσματά σου ἔτι, ἐκπέτασον εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερά· πῆξον, τῶν αὐλαιῶν μὴ φείσῃ. ἐγὼ παραδέδωκά σε, καὶ ἐγὼ βοηθήσω σοι. ἐν θυμῷ μικρῷ ἐπάταξά σε, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ δοξάσω σε. μεῖζον τὸ μέτρον τῆς φιλανθρωπίας, ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς παιδαγωγίας. ἐκεῖνα διὰ τὴν πονηρίαν, ταῦ-
D τα διὰ τὴν τριάδα προσκυνουμένην· ἐκεῖνα διὰ τὴν κάθαρσιν, ταῦτα διὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, ὃς δοξάζω τοὺς δοξάζοντας, καὶ παραζηλῶ τοὺς παραζηλοῦντας. ἰδοὺ ταῦτα ἐσφράγισται παρ' ἐμοὶ, καὶ οὗτος ἄλυτος νόμος ἀντιμετρήσεως. σὺ δέ μοι περιεῖχες τῶν τοίχων καὶ τῶν πλακῶν, καὶ τῆς κεκομψευμένης ψηφίδος, καὶ τῶν μακρῶν δρόμων καὶ περιδρόμων, καὶ χρυσῷ κατελάμπου καὶ περιελάμπου, * τὸν μὲν ὡς ὕδωρ ἔσπειρες, τὸν δὲ ὡς ἄμμον ἐθησαύριζες· ἀγνοῶν ὅτι κρείσσων ὕπαιθρος πίστις πολυτελοῦς ἀσεβείας, καὶ πλείους Θεῷ τρεῖς συνηγμένοι ἐν ὀνόματι κυρίου, πολλῶν μυριάδων ἀρνουμένων θεότητα. ἢ καὶ τοὺς Χανα-
E ναίους ἅπαντας προτιμήσεις ἑνὸς τοῦ Ἀβραάμ; ἢ καὶ Σοδομίτας ἑνὸς τοῦ Λώτ; ἢ καὶ Μαδιηναίους Μωσέως, τοῦ παροίκου καὶ ξένου; τί δὲ τοὺς μετὰ Γεδεὼν τριακοσίους τοὺς λάψαντας, τῶν ἀποστραφεισῶν χιλιάδων; τί δὲ τοὺς οἰκογενεῖς Ἀβραὰμ, τοὺς μικρὸν ὑπὲρ τούτους τῷ ἀριθμῷ, τῶν πολλῶν βασιλέων, καὶ τῶν τοῦ στρατοῦ μυριάδων, ἃς καίπερ ὄντες ὀλίγοι κατεδίωξαν καὶ ἐτρέψαντο; ἐκεῖνο δὲ πῶς νοεῖς. ὅτι ἐὰν γένηται ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ισραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται; τί δὲ τὸ κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῷ Βάαλ; οὐκ ἔστι τοῦτο,

* ὡς ἄμμον ἐθ.

οὐκ

οὐκ ἔστιν, οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν εὐδόκησεν ὁ Θεός. A σὺ μὲν ἀριθμεῖς τὰς μυριάδας, ὁ Θεὸς δὲ τοὺς σωζομένους. καὶ σὺ μὲν τὸν ἀμέτρητον χοῦν, ἐγὼ δὲ τὰ σκεύη τῆς ἐκλογῆς. οὐδὲν γὰρ οὕτω Θεῷ μεγαλοπρεπὲς, ὡς λόγος κεκαθαρμένος, καὶ ψυχὴ τελεία τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν. ἄξιον μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος, καὶ παρ' οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, δυνάμει Θεῷ καὶ προσενεγκεῖν, μὴ ὅτι μιᾶς χειρὸς ἔργον ἢ περιουσίας, ἀλλ' οὐδ' εἰ πᾶσάν τις τὴν ἐν ἀνθρώποις εὐπορίαν ἢ χεῖρα εἰς ἓν συνενεγκὼν τιμῆσαι θελήσειεν. οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος; καὶ, ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; ἐπεὶ δὲ τῆς B ἀξίας διαμαρτεῖν ἀναγκαῖον, ὃ δεύτερόν ἐστιν, αἰτῶ παρ' ὑμῶν, τὴν εὐσέβειαν, τὸν κοινὸν πλοῦτον ἐμοὶ καὶ ὁμότιμον, ἐν ᾧ τυχὸν ὑπερβαλεῖται καὶ τὸν λίαν λαμπρὸν ὁ πάνυ πένης, ἂν ᾖ μεγαλόψυχος. προαιρέσεως γὰρ, οὐκ εὐπορίας ἡ τοιαύτη φιλοτιμία. λήψομαι μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, εὖ ἴστε· πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε, ἀλλὰ πατήσουσιν αὐτὴν πόδες πραέων τῶν ἐπεγνωκότων ἐμὲ, καὶ τὸν μονογενῆ μου λόγον, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑγιῶς καὶ γνησίως. μέχρι τίνος κληρονομήσετε τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου; C μέχρι τίνος ἡ κιβωτὸς παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις; νῦν δὲ μικρὸν ἔτι ἐντρυφήσατε τοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ τῆς βουλήσεως ἀπολαύσατε· ὅτι ὃν τρόπον ἐβουλεύσασθε τοῦ ἀπώσασθαί με, κἀγὼ ἀπώσομαι ὑμᾶς, λέγει κύριος παντοκράτωρ. ταῦτα καὶ ἀκούειν λέγοντος ἐδόκουν, καὶ ποιοῦντος αἰσθάνεσθαι, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις πρὸς μὲν τὸν λαὸν βοῶντος τὸν ἐξ ὀλίγου πολὺν ἤδη, καὶ συγκείμενον ἱκανῶς ἐκ διεσπαρμένου, καὶ ἐξ ἐλεεινοῦ τυχὸν καὶ ἐπίφθονον· πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ πλατύνεσθε. μὴ διὰ παντὸς δεῖ κάμνειν ὑμᾶς ἐν σκηναῖς κατοικοῦντας, καὶ τοὺς θλίβοντας ὑμᾶς ὑπερευφραίνεσθαι; πρὸς δὲ τοὺς ἐφεστῶτας ἀγγέλους· πείθο- D μαι γὰρ ἄλλους ἄλλης προστατεῖν ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννης διδάσκει με διὰ τῆς ἀποκαλύψεως· ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε· ἵνα μηδὲν ᾖ σκῶλον, μηδὲ κώλυμα τῷ λαῷ τῆς θείας ὁδοῦ καὶ εἰσόδου, νῦν μὲν ἐπὶ τὰ χειροποίητα, μικρὸν δὲ ὕστερον ἐπὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἐκεῖσε ἅγια τῶν ἁγίων· ὃ τέλος οἶδα τῆς ἐνταῦθα κακοπαθείας καὶ συντονίας τοῖς καλῶς ὁδεύουσιν. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ ἅγιοι, λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, σχοίνισμα κυρίου τὸ κράτιστον, ἀπὸ σταγόνος ποταμὸς ὅλος, ἀπὸ σπινθῆρος λαμπὰς οὐράνιος, ἀπὸ κόκκου σινάπεως δένδρον πετει- E νῶν ἀνάπαυμα. τούτους δωροφοροῦμεν ὑμῖν, ὦ φίλοι ποιμένες καὶ συμποίμενες, τούτους προσάγομεν, τούτοις δεξιούμεθα τοὺς ἡμετέρους φίλους καὶ ξένους καὶ συνεκδήμους· τούτων οὐδὲν κάλλιον προσενεγκεῖν εἴχομεν ὑμῖν, οὐδὲ λαμπρότερον, ὧν ἔχομεν τὸ μεῖζον ἐπιζητήσαντες· ἵν' εἰδῆτε καὶ ξένους ὄντας ἡμᾶς καὶ οὐκ ἐνδεεῖς, ἀλλὰ πτωχοὺς μὲν, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντας. ταῦτα εἰ μὲν μικρὰ καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξια, πυθέσθαι βούλομαι, τίνα τὰ μείζω καὶ λόγου πλείονος; εἰ

S. Greg. Oratio.

non inquam ita est. Non in pluribus beneplacitum est Deo. Tu quidem multa millia numeras; at Deus eos qui salutem consequuntur. Tu infinitum pulverem; ego electionis vasa. Nihil enim apud Deum ita amplum & magnificum est, ut doctrina perpurgata, & anima veritatis dogmatibus instructa atque perfecta. Etenim Deo quidem, qui omnia creavit, & a quo omnia; & in quem omnia, nullum satis dignum munus offerri potest, non modo si unius hominis opus & divitiæ in eam rem impendantur, sed neque si omnibus omnium hominum operibus & facultatibus in unum cumulatis, eum quispiam honore afficere velit. *Nonne cælum & terram ego impleo, dicit dominus?* Et, *Qualem domum ædificabitis mihi? aut quis locus requie-* Ierem c. 23. v. 24.
tis mea? Quoniam autem infra mei dignitatem Isai. c. 66.
vobis necessario subsistendum est, quod secundum est, pietatem a vobis postulo, communes inquam omnibus divitias, & apud me æquales, quibus eum etiam qui admodum clarus & splendidus est, fortasse superabit qui gravi inopia premitur, si animi magnitudine præstet. Voluntatis enim est hæc liberalitas & munificentia, non opum & copiarum. Accipiam quidem hæc quoque (ne dubitetis) de manibus vestris. *Calcare aulam meam non adjicietis:* Isai. c. 26. v. 6.
sed calcabunt eam pedes mansuetorum, qui recte atque sincere me agnoverunt, Verbumque meum unigenitum, & Spiritum sanctum. Quousque montem sanctum meum hereditate possidebitis? Quousque arca apud alienigenas Philistæos? Nunc autem aliquantum adhuc in alienis luxuriate, ac libidinem vestram explete. Quemadmodum enim me repellendi consilium cepistis? sic ego quoque vos repellam, dicit dominus omnipotens. Hæc & loquentem audire, & facientem sentire mihi videbar, atque insuper ad populum clamantem, ad hunc, inquam ex parvo magnum jam & copiosum, & ex disperso satis jam conjunctum, & ex miserabili fortassis invidiosum: *Incedite per portas meas, & dilatamini.* An Isai. c. 66. v. 10.
vos in perpetua ærumna versari oportet, in tentoriis commorantes; eosque qui vos opprimunt, immodica lætitia efferri? Tum etiam ad angelos, quibus hujus urbis cura commissa est, his verbis utentem (nec enim mihi dubium est, quin alii aliarum ecclesiarum præsides ac patroni sint, Apoc. c. 2. & 3.
quemadmodum in apocalypsi Ioannes me docet) Sternite viam populo meo, lapidesque e via projicite, ne quod offendiculum aut impedimentum existat, quod divinum populi mei iter atque ingressum remoretur, nunc quidem ad manufacta templa, paulo post autem ad supernam Ierusalem, atque illa sancta sanctorum, quæ ærumnarum hujus vitæ, contentionisque animi finem esse scio iis, qui rectum iter tenent. Quo in numero vos quoque estis, vocati sancti, *populus eximius, regale sacerdotium,* 1. Petr. c. 2. v. 9.
funiculus domini fortissimus, a gutta fluvius integer, a scintilla flamma sublimis & in cælum tendens, a sinapis grano arbor, avium requies. Mich. c. 2. v. 12.
Hos vobis largimur, cari pastores & collegæ, hos offerimus; his amicos nostros & hospites ac peregrinationis socios excipimus. His nihil pulcrius & illustrius habebamus, quod vobis offerremus, cum id quod in bonis nostris præstantissimum est, exquisiissemus: ut intelligatis, nos, licet externos ac peregrinos, inopia tamen minime laborare; verum pauperes quidem esse, sed multos locupletare. 1 Cor. 6. 6.
Quæ si parva, nulloque in precio habenda sunt, lubens sane audierim, quænam majora sint, atque amplioris precij.

S. Greg. Oratio.

Etenim si civitatem orbis oculum, terra marique potentissimam; orientalis atque occiduæ oræ velut nodum & vinculum; ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & a qua, veluti a communi fidei emporio incipiunt; si hanc, inquam, civitatem salutifera doctrina fulcisse ac firmasse haud magnum atque amplum censeri debet, idque cum tot linguis omni ex parte agitaretur; quo tandem modo quidquam aliud magnum, ac studio dignum videri queat? Si autem præclarum ac laudabile existimandum est (liceat mihi quoque per vos nonnihil hoc nomine gloriari,) aliquam ipsi quoque partem his quæ videtis, contulimus. Tolle per circuitum oculos tuos, & vide quisquis es qui sermonum meorum censuram facis: vide textam hanc gloriæ coronam pro mercenariis Ephraim, & corona contumeliæ. vide presbyterorum concilium, canicie & prudentia ornatum, diaconorum modestiam, non procul ab eodem spiritu remotorum; lectorum concinnitatem, plebis discendi studium, tam in viris, quam in feminis, virtutis honore paribus: ac rursus virorum tam in philosophis, quam in simplicioribus, omnibus divinarum rerum sapientia præditis, tam in præfectis, quam in subditis, hic videlicet omnibus recte subjectis; tam in militibus, quam in nobilibus, ac studiosis & literatis, omnibus Dei militibus, cetera quidem placidis & mansuetis, pro spiritu autem bellicosis; omnibus supernum senatum honore afficientibus (ad quem non humilis & abjecta litera, sed vivificans spiritus aditum aperit) omnibus vere doctis & eruditis, ac veri Verbi cultoribus: tum etiam in feminis, tam quæ in matrimonii jugo Deo magis quam carni adstrictæ sunt, quam quæ nuptiarum expertes & liberæ Deo sua omnia consecrarunt: ac denique tam in juvenibus, quam in senibus; quorum alteri ad senectutē præclare contendunt, alteri immortalitatem per vim sibi comparant, ut qui per meliores spes renoventur. Hujus coronæ textoribus (quod loquor, non secundum dominum loquor, sed tamen loquar) nonnihil ipse quoque adjumenti attuli. Horum quispiam, sermonum quoque nostrorum opus est, non eorum quos projecimus, sed quos amore complexi sumus; nec meretriciorum (ut quidam nos proscindens dixit, homo & sermonibus & moribus meretriciis) verum admodum etiam gravium & pudicorum. Horum quispiam mei quoque spiritus fetus ac fructus est, quemadmodum spiritus eos, qui animum supra corporea tollunt gignere consuevit. Hujus rei non dubito quin candidissimos & æquissimos quosque vestrum testes habiturus sim, aut etiam omnes, quandoquidem omnes laboravimus. Ac navatæ operæ merces, sola confessio est. non enim aliud quidquam quærimus, aut quæsivimus. Virtutem enim non mercenariā esse oportet, ut virtus maneat, nihil sibi præter bonū ipsum & honestū proponēs. Vultis juvenilius aliquid adjiciamus? Videte adversarias linguas mitescentes, atque eos qui divinitati bellum indixerunt, nihil jam turbarum nobis facessentes? Id quoque spiritus, id quoque agriculturæ nostræ est. Non enim imperite docemus, nec adversarios contumeliis & conviciis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum sermone, sed cum loquente confligentes, ac rationum & argumentorum in[fi]rmitatem maledictis interdum obtegentes, no[n] aliter ac sepias atramentum ante se vomere aiunt, ut piscatores effugiant, aut latendo aliquid ipsæ capiant. Verū nos pro Christo bellum gerere, hoc argumento planum facimus, quod secundum Christum, qui mitis ac pacatus est, atque infirmitates nostras portavit.

Isai c. 28. v. 1. & 5.

2 Cor. c. 3. v. 6.

Isai. c. 53. 1. Petr. c. 2.

A γὰρ τὸ πόλιν τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸν, γῆς καὶ
θαλάσσης ὅτι κράτιστον, ἑῴας τε καὶ ἑσπερίου λή-
ξεως οἷον σύνδεσμον, εἰς ἣν τὰ πανταχόθεν ἄ-
κρα συντρέχει, καὶ ὅθεν ἄρχεται ὡς ἐμπορείου κοι-
νοῦ τῆς πίστεως· εἰ τὸ ταύτην στηρίξαι τε καὶ σθενῶ-
σαι τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις, τῶν οὐ μεγάλων· καὶ ταῦ-
τα τοσαύταις δονουμένην γλώσσαις, καὶ οὕτω παν-
ταχόθεν· σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι φανείη μέγα καὶ
σπουδῆς ἄξιον. εἰ δὲ τῶν ἐπαινουμένων καὶ τιμωμέ-
νων, δότε τι καὶ ἡμῖν τῆς ἐπὶ τούτοις φιλοτιμίας, καὶ
αὐτοὶ μερίδα τινὰ τοῖς ὁρωμένοις τούτοις συνεισ-
ενηνέγκαμεν. ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ
B ἴδε πᾶς ὁ τῶν ἐμῶν λόγων ἐξεταστής. ἴδε τὸν στέφα-
νον τὸν πλακέντα τῆς δόξης ἀντὶ τῶν μισθωτῶν
Ἐφραὶμ, καὶ τοῦ στεφάνου τῆς ὕβρεως. ἴδε πρεσβυ-
τέρων συνέδριον πολιᾷ καὶ συνέσει τετιμημένων,
διακόνων εὐταξίαν, οὐ πόῤῥω τοῦ αὐτοῦ πνεύμα-
τος· ἀναγνωστῶν εὐκοσμίαν, λαοῦ φιλομάθειαν,
ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν γυναιξὶ, τὴν ἀρετὴν
ὁμοτίμοις· καὶ ἀνδρῶν, ὅσον ἐν φιλοσόφοις, ὅσον
ἐν ἁπλουστέροις, πᾶσι σοφοῖς τὰ θεῖα· ὅσον ἐν ἄρ-
χουσιν, ὅσον ἐν ἀρχομένοις, ἐνταῦθα πᾶσι κα-
C λῶς ἀρχομένοις· ὅσον ἐν στρατιώταις, ὅσον ἐν εὖ
γεγονόσιν, ὅσον ἐν λογίοις καὶ περὶ λόγους, πᾶσι Θεοῦ
στρατιώταις, ἡμέροις τ' ἄλλα, πολεμικοῖς ὑπὲρ
πνεύματος· πᾶσι τὴν ἄνω τιμῶσι σύγκλητον· εἰς
ἣν οὐ τὸ γράμμα εἰσάγει τὸ πεζὸν, ἀλλὰ τὸ ζωο-
ποιοῦν πνεῦμα· ἅπασι λογίοις ὡς ἀληθῶς, καὶ τοῦ
ὄντως λόγου θεραπευταῖς· καὶ γυναικῶν ὅσον ὑπὸ
ζυγὸν, Θεῷ μᾶλλον ἢ σαρκὶ συνδεδεμένων·
ὅσον ἄζυγον καὶ ἐλεύθερον, Θεῷ τὸ πᾶν καθιε-
ρωμένων. ὅσον ἐν νέοις, ὅσον ἐν γέρουσιν· ὧν τὸ
μὲν ἐπὶ γῆρας καλῶς ὁδεύει, τὸ δὲ βιάζεται μεῖ-
D ναι ἀθάνατον, ταῖς κρείττοσι τῶν ἐλπίδων ἀνα-
καινούμενον. τούτου τοῦ στεφάνου· ὃ λαλῶ, οὐ κατὰ κύ-
ριον λαλῶ, λαλήσω δὲ ὅμως· κἀγώ τι συνε-
βαλλόμην τοῖς πλέκουσι. τούτων τις καὶ τῶν ἐμῶν λό-
γων ἔργον, οὐχ οὓς ἐῤῥίψαμεν, ἀλλ' οὓς ἠγαπήσα-
μεν· οὐδὲ τῶν πορνικῶν, ὥς τις ἔφη διασύρων ἡμᾶς,
τῶν πόρνων καὶ λόγον καὶ τρόπον· ἀλλὰ καὶ λίαν σω-
φρόνων. τούτων τις καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος γέννη-
μα καὶ καρπὸς, ὡς γεννᾶν οἶδε πνεῦμα τοὺς ἐπα-
νισταμένους σώματος. μαρτυρήσουσιν εὖ οἶδ' ὅτι
καὶ ὑμῶν οἱ εὐγνώμονες, ἢ καὶ πάντες, ἐπεὶ καὶ πάν-
τες ἐγεωργήσαμεν. καὶ μισθὸς ἡ ὁμολογία μόνη· οὐ
γὰρ ἄλλο τι ἐπιζητοῦμεν ἢ ἐζητήσαμεν. ἄμισθος
γὰρ ἡ ἀρετὴ, ἵνα καὶ ἀρετὴ μείνῃ· πρὸς τὸ καλὸ[ν]
E μόνον βλέπουσα. βούλεσθε προσθῶμέν τι καὶ νεα-
νικώτερον; ὁρᾶτε τὰς ἐναντίας γλώσσας ἡμερω-
μένας, καὶ τοὺς θεότητι πολεμοῦντας, ἡμῖν ἡσυ-
χάζοντας; καὶ τοῦτο τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦτο τῆ[ς]
γεωργίας τῆς ἡμετέρας. οὐ γὰρ ἀπαιδεύτως παι-
δεύομεν, οὐδὲ ταῖς ὕβρεσι βάλλομεν· ὅπερ πο[ι]-
οῦσιν οἱ πολλοὶ, μὴ τῷ λόγῳ μαχόμενοι, τοῖς [δὲ]
λέγουσι, καὶ τὴν ἀσθένειαν ἔστιν ὅτε τῶν λογισμῶ[ν]
ταῖς ὕβρεσι συγκαλύπτοντες, ὥσπερ τὰς ση-
πίας λόγος ἐμεῖν τὸ μέλαν πρὸ ἑαυτῶν, ἵνα
τοὺς θηρεύοντας διαφύγωσιν, ἢ τῷ λανθά-
νειν θηράσωσιν. ἀλλὰ τὸ περὶ Χριστοῦ πολε-
μεῖν δείκνυμεν ἐν τῷ μάχεσθαι κατὰ Χριστὸν τὸν εἰ-
ρηνικόν τε καὶ πρᾶον, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βα-

σάσαντα

S GREG. ORATIO.

στάσαντα· οὔτε εἰρηνεύομεν, καὶ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ὑφιέντες τι, διὰ δόξαν ἐπιεικείας· οὐ γὰρ κακῶς τὸ καλὸν θηρεύομεν· καὶ εἰρηνεύομεν ἐννόμως μαχόμενοι, καὶ εἴσω τῶν ἡμετέρων ὅρων καὶ κανόνων τοῦ πνεύματος. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτω γινώσκω, καὶ νόμον τίθημι πᾶσι τοῖς ψυχῶν οἰκονόμοις, καὶ τοῦ λόγου ταμίαις· μήτε τῷ σκληρῷ τραχύνειν, μήτε τῷ ὑπεσταλμένῳ κατεπαίρειν, ἀλλ' εὐλόγους εἶναι περὶ τὸν λόγον, μηδετέρῳ τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντας. δεῖ δὲ ἴσως ποθοῦσιν ὑμῖν καὶ τὸν τῆς πίστεως αὐτῆς ἐπιδείξασθαι λόγον, ἥ τις ποτέ ἐστιν ἡ καθ' ἡμᾶς. ἐγώ τε γὰρ ἁγιασθήσομαι τῷ συνεχεῖ τῆς μνήμης, ὅ, τε λαὸς οὗτος ὀνήσεται, χαίρων, εἴπερ ἄλλῳ τινὶ, τοῖς τοιούτοις λόγοις· καὶ ὑμεῖς ἐπιγνώσεσθε, εἰ μὴ μάτην φθονούμεθα, τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας τοῖς μὲν ἁμιλλώμενοι, τοὺς δὲ φθάνοντες. ὥσπερ γὰρ τῶν βρυχίων ὑδάτων τὰ μὲν ἐν βάθει κρύπτεται παντελῶς, τὰ δὲ παφλάζει στενοχωρούμενα, καὶ τὴν ἔκρηξιν ὑπισχνεῖται μὲν ταῖς ἀκοαῖς, μέλλει δὲ ἔτι, τὰ δὲ καὶ ἀναρρήγνυται· οὕτω καὶ τῶν φιλοσοφούντων περὶ Θεοῦ· ἵνα μὴ λέγω τοὺς παντελῶς ἀγνώμονας· οἱ μὲν πάντη κρύφιον καὶ λανθάνουσαν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐσέβειαν, οἱ δὲ τῆς ὠδῖνος ἐγγὺς, ὅσοι τὸ μὲν ἀσεβὲς φεύγουσι, τὸ δὲ εὐσεβὲς οὐ παρρησιάζονται, εἴτε οἰκονομίᾳ τινὶ χρώμενοι περὶ τὸν λόγον, εἴτε δειλίᾳ πρὸς τοῦτο καταφεύγουσιν. ἀλλὰ τὴν μὲν διάνοιαν ὑγιαίνουσιν, ὥς φασι, τὸν λαὸν δὲ οὐχ ὑγιάζουσιν, ὥσπερ ἑαυτῶν, οὐκ ἄλλων προστασίαν ἐγχειρισθέντες. οἱ δὲ καὶ δημοσιεύουσι τὸν θησαυρὸν, οὐ στέγοντες τὴν ὠδῖνα τῆς εὐσεβείας, οὐδὲ τὸ μόνοι σώζεσθαι σωτηρίαν νομίζοντες, εἰ μὴ καὶ ἄλλοις τὸ καλὸν ὑπερβλύσειε. μεθ' ὧν ἐγὼ ταττοίμην, ἢ εἴ τινες μετ' ἐμοῦ τὴν καλὴν τόλμαν τολμῶντες, ὁμολογεῖν τὴν εὐσέβειαν. ἓν μὲν οὖν καὶ σύντομον πρόγραμμα τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, καὶ οἷον στηλογραφία τις πᾶσι γνώριμος, ὁ λαὸς οὗτος, γνήσιος ὢν τῆς Τριάδος προσκυνητὴς, ὡς θᾶττον ἄν τινα διαζευχθῆναι τῆς ζωῆς ταύτης, ἢ τι τῶν τριῶν ἓν διαζεῦξαι τῆς θεότητος· σύμφρονες ὁμόζηλοι, ἑνὶ λόγῳ πρός τε ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν Τριάδα κρατούμενοι. τὰ δὲ καθ' ἕκαστον ἵν' ἐπέλθω συντόμως, ἄναρχον, καὶ ἀρχὴ, καὶ τὸ μετὰ τῆς ἀρχῆς, εἷς Θεός. οὔτε τοῦ ἀνάρχου τὸ ἄναρχον φύσις, ἢ τὸ ἀγέννητον. οὐδεμία γὰρ φύσις, ὅτι μὴ τόδε ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι τόδε· ἢ τοῦ ὄντος θέσις, οὐχὶ τοῦ μὴ ὄντος ἀναίρεσις. οὔτε ἡ ἀρχὴ τῷ ἀρχὴ εἶναι, τοῦ ἀνάρχου διείργεται· οὐ γὰρ φύσις αὐτῷ ἡ ἀρχὴ, ὥσπερ οὐδ' ἐκείνῳ τὸ ἄναρχον· περὶ γὰρ τὴν φύσιν, οὐ ταῦτα φύσις. καὶ τὸ μετὰ τοῦ ἀνάρχου καὶ τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἄλλο τι, ἢ ὅπερ ἐκεῖνα. ὄνομα δὲ, τῷ μὲν ἀνάρχῳ, πατήρ· τῇ δὲ ἀρχῇ, υἱός· τῷ δὲ μετὰ τῆς ἀρχῆς, πνεῦμα ἅγιον. φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία, Θεός. ἕνωσις δὲ, ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς, οὐχ ὡς συναλείφεσθαι, ἀλλ' ὡς ἔχεσθαι· μήτε χρόνου διείργοντος, μήτε θελήματος, μήτε δυνάμεως· ταῦτα γὰρ ἡμᾶς πολλὰ εἶναι πεποίη-

dimicamus. nec in veræ doctrinæ detrimentum tum paci studemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, ut facilitatis ac mansuetudinis famam colligamus (non enim quod bonum est, male aucupamur) & rursum pacem colimus legitime pugnantes, atque intra limites nostros, spiritusque regulam nosmet continentes. Ac de his quidem ita sentio, cunctisque animarum dispensatoribus, verbique divini administratoribus legem statuo; ut nec per duritiam hominum animos exasperent, nec per submissionem elatos & insolentes efficiant; sed prudenter & consulte in dicendo se gerant, nec in alterutro horum mediocritatem excedant. Sed jam fortasse operæ precium est ipsius quoque fidei doctrinam, quænam illa sit, cupientibus vobis indicare. nam & ipse per commemorationis assiduitatē sanctitate afficiar, & populus hic utilitatem consequetur, ex hujusmodi sermonibus, si qua alia in re, mirificā voluptatem capiens; & vos deniq; agnoscetis, an non frustra nobis invideatur, dum ob veritatis manifestationem aliorum studia æquamus, aliorum etiam antevertimus. Quemadmodum enim subterraneæ aquæ partim in imo prorsus occultantur, partim in angustias redactæ ebulliunt, atque eruptionem jam quidem auribus pollicentur, ceterum adhuc morantur; partim denique in altum erumpunt: ad eumdem modum, eorum qui de Deo philosophātur (ut eos qui omnino improbi ac perfidi sunt, missos faciam) alii abditam omnino atq; occultam sibiipsis pietatē habent: alii a partus doloribus non longe absunt; ii nimirum, qui impietatem quidem fugiunt, sed pietatem libero atque intrepido animo minime prædicant; sive consilio quodam ac dispensatione in fidei doctrina utentes, sive ob metum atq; ignaviam eo confugientes: verum & mente quidem & sententia sani sunt, ut affirmant, ceterum plebis sanitati minime consulūt; perinde atque ipsi sese, non alios suæ curæ ac fidei commissos habeant. alii vero thesaurum quoque in medium proferunt, pietatis fetum parturientium instar retinere nequeuntes, nec quod soli ipsi salutem consequantur, salutem existimantes, nisi in alios quoq; bonum hoc redundet. Quo in numero utinam ipse collocer ac si qui mecum laudabili audacia præditi, piam doctrinā profiteri non verentur. Atque unum quidem, idque breve, doctrinæ nostræ argumentum, ac velut in columna insculptum, omnibusq; notum, est hic populus, adeo verùs ac sincerus Trinitatis adorator, ut ab hac potius vita divelli se quisque passurus sit, quam ut trium aliquid a divinitate disjungat: eadem omnes fidei sententia præditi, eodem zelo flagrantes, una & eadem fidei doctrina & inter se, & nobiscum, & cum Trinitate conjuncti atque connexi. Vt autem brevi singula percurram, quod principii expers est, & principium, & id quod cum principio est, unus est Deus. Nec vero principio carere, ejus quod principio caret, natura est; aut etiam ingenitum esse (nullius enim rei natura ex eo declaratur, quod dicamus quid non sit, sed quia est. est enim ejus, quod est, positio; non autem ejus, quod non est, sublatio:) nec principium, eo quod principium est, ab eo quod principio caret dirimitur. non enim principium ipsi natura est, quemadmodū nec illi quod principii expers sit, circa naturam enim hæc considerantur, non autem natura ipsa sunt. Eodem modo id quod cum principii experte, & cum principio est, nihil omnino est aliud, quam quod illa. Nomen autem principii experti, Pater; principio, Filius; ei autem, quod cum principio est, Spiritus sanctus. una autem his tribus natura est, Deus. Vnio vero est Pater, ex quo, & ad quem ea quæ deinceps sequuntur, referuntur: non ut confundantur ac permisceantur, sed ut cohæreant, nimirum nec tempore ea secernente atque distinguente,

Ecclef. c 17. v. 12.

S Greg Oratio.

gnente, nec voluntate, nec potentia. hæc enim ut A nos multa simus effecerunt, singulis nempe & secum & cum aliis dissidentibus. At quibus & simplex natura, & eadem essentia est, his proprie ut unum dicantur convenit. Ac contentiosas quidem & pertinaces fidei in alterutram partem deflexiones & compensationes valere sinamus, nec per unum, Sabellii more, tria convellentes, & per nefariam contractionem, distinctionem tollentes: nec rursus per tria, Arii instar, unum oppugnantes, ac per improbam divisioné unum evertentes. Neque enim id a nobis quæritur, ut malum malo permutemus, sed ut a bono minime aberremus. Nam profecto diaboli ludi hæc sunt, perniciose res nostras ponderantis. Nos vero media & regia via incedentes, in qua virtutes quoque, ut harum peritis placet, sitæ sunt, credimus in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ejusdem substantiæ & gloriæ. In quibus & baptismus suam perfectionem habet, tam in nominibus, quam in rebus (scis hæc, quisquis eo initiatus es) quippe qui impietatis abjuratio, & divinitatis confessio sit: atque ita perficimur, unum quidem quo ad essentiam, ac divisionis omnis expertem adorationem, credentes; tria autem quantum ad hypostases, sive personas, ut nonnulli malunt. Desinant enim qui de his inter se contendunt, ineptire; perinde ac si fidei nostræ C pietas in nominibus, non in rebus consistat. Quid enim dicitis, qui tres hypostases assertis? An hoc eo dicitis, quod tres essentias existimetis? Non est apud me dubium, quin adversus eos qui ita existimant, ingentem clamorem excitaturi sitis. Vnam enim & eamdem horum trium essentiam profitemini. Quid vos, qui personas dicitis? num unum velut quiddam compositum animo fingitis, ac tres facies, aut humanam omnino formã habens? Absit: ipsi quoque inclamabitis, nec videat quæ sit Dei facies, qui ita sentit. Quid igitur, ut interrogare pergam, vobis hypostases volunt, aut vobis personæ? Nimirum tria esse, quæ distinguantur, non naturis, sed proprietatibus. Optime. An fieri potest, ut quidam magis inter se concordent, atq; idem dicant, quam cum ita sentiunt, tametsi alioqui syllabis discrepent? Videte qualem vobis pacificatorem me præbeam, a litera ad mentem traducens; quemadmodum si quis vetus testamentum & novum componat & conciliet. Sed eo, unde digressi sumus, redeundum est. Ingenitus quidem, & genitus, & procedens, dicantur sane & intelligantur, si cui nomina fingere libeat. non enim verebimur, ne ea quæ corpore carent, corporeo modo intelligantur; quemadmodum iis placet, qui deitati calumniam inferunt. At creatura, Dei quidem dicatur (nam id quoque nobis amplum & honorificum est) Deus autem nequaquam. Alioqui tum Deum creaturam esse admittam, cum ipse quoq; proprie Deus fuero. Sic enim res se habet: Si Deus est, creatura non est. creatura enim nobiscum est, qui dii non sumus. Si autem creatura est, utique Deus non est. temporis enim ratione ortum habuit. quod autem ortum habuit, aliquãdo non erat. Quod vero ejusmodi est, ut non fuisse, eo antiquius sit; hoc certe proprie non est. Quod autem proprie non est, quo tandem modo Deus esse queat? Ergo nec quidquã horum trium creatura est, nec (quod eo esset deterius) propter me creatum est. alioqui non modo creatura esset, sed etiam nobis abjectior atque contemptior. Nam si ego ad Dei gloriam conditus sum, hoc autem propter me; forceps utique propter currum efficitur, aut serra propter januam: sequitur profecto, ut causæ respectu sim superior. Quanto enim Deus rebus creatis est sublimior, tanto id quod mea causa creatum est, me, qui propter Deum effectus sum, vi-

Arist lib. 2. Eth. c 6.

Math c. 28 v. 19

κεν, αὐτοῦ τε ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς τὸ ἕτερον στασιάζοντος. οἷς δὲ ἁπλῆ ἡ φύσις, καὶ τὸ εἶναι ταυτὸν, τούτοις καὶ τὸ ἓν κύριον. τὰς μὲν οὖν φιλονείκους ἐπὶ θάτερα μετακλίσεις τοῦ λόγου καὶ ἀντισηκώσεις χαίρειν ἐάσωμεν· οὔτε τῷ ἑνὶ σαβελλίζοντες κατὰ τῶν τριῶν, καὶ συναιρέσει κακῇ τὴν διαίρεσιν λύοντες· οὔτε τοῖς τρισὶν ἀρειανίζοντες κατὰ τοῦ ἑνὸς, καὶ πονηρᾷ διαιρέσει τὸ ἓν ἀνατρέποντες. οὐ γὰρ κακῷ κακὸν ἀλλάξασθαι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ τοῦ καλοῦ τὸ μὴ διαμαρτεῖν. ὡς ταῦτά γε τοῦ πονηροῦ παίγνια, κακῶς τὰ ἡμέτερα ταλαντεύοντος. αὐτοὶ δὲ τὴν μέσην βαδίζοντες καὶ βασιλικὴν, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν B ἕστηκεν, ὡς δοκεῖ τοῖς τὰ τοιαῦτα δεινοῖς, πιστεύομεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα· ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τὴν τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν· οἶδας ὁ μυηθείς· ἄρνησις ὂν ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως, τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσιν εἴτ' οὖν προσώποις, ὅ, τισι φίλον. μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. τί γάρ φατε, C οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; μέγα δ' οἶδ' ὅτι βοήσετε κατὰ τῶν οὕτως ὑπειληφότων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν δογματίζετε. τί δὲ οἱ τὰ πρόσωπα, μὴ ἓν, οἷόν τι σύνθετον ἀναπλάσετε, καὶ τριπρόσωπον ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε· καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσετε, μηδὲ πρόσωπον ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἴδοι Θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. τί οὖν ὑμῖν αἱ ὑποστάσεις βούλονται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα; προσερήσομαι γάρ· τὸ τρία εἶναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν. ὑπέρευγε. πῶς ἂν τινες συμφωνοῖεν μᾶλλον, καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; ὁρᾶτε οἷος ἐγὼ διαλλακτὴς ὑμῖν πρὸς τὸν νοῦν ἄγων ἀπὸ τοῦ γράμματος, ὥσπερ τὴν παλαιὰν καὶ τὴν νέαν; ἀλλ' ἐπανιτέον μοι πάλιν πρὸς τὸν αὐτὸν λόγον, τὸ μὲν οὖν ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν λεγέσθω τε καὶ νοείσθω, εἴ τῳ φίλον δημιουργεῖν ὀνόματα. οὐ γὰρ δείσομεν, μή ποτε νοῆται σωματικῶς τὰ ἀσώματα· ὅπερ δοκεῖ τοῖς ἐπηρεασταῖς τῆς θεότητος. κτίσμα δὲ, Θεοῦ μὲν λεγέσθω· μέγα γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο· Θεὸς δὲ μηδαμῶς· ἢ τότε δέξομαι κτίσμα εἶναι Θεὸν, ὅταν κἀγὼ γένωμαι κυρίως Θεός. ἔχει γὰρ οὕτως. εἰ μὲν Θεὸς, οὐ κτίσμα· μεθ' ἡμῶν γὰρ τὸ κτίσμα, τῶν οὐ Θεῶν. εἰ κτίσμα δὲ, οὐ Θεός· ἤρξατο γὰρ χρονικῶς· ὃ δὲ ἤρξατο, ἦν ὅτε οὐκ ἦν. οὗ δὲ πρεσβύτερον τὸ οὐκ ἦν, τοῦτο οὐ κυρίως ὄν. τὸ δὲ μὴ κυρίως ὂν, πῶς Θεός; οὔτε οὖν κτίσμα τῶν τριῶν οὐδέν· οὔτε, ὃ τούτου χεῖρον, δι' ἐμὲ γινόμενον· ἵνα μὴ κτίσμα ᾖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἀτιμότερον. εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν εἰς δόξαν Θεοῦ, τοῦτο δὲ δι' ἐμὲ, ἡ πυράγρα διὰ τὴν ἅμαξαν, ἢ ὁ πρίων διὰ τὴν θύραν, νικᾷ τῇ αἰτίᾳ. ὅσῳ γὰρ κτισμάτων Θεὸς ὑψηλότερος, τοσούτῳ τοῦ διὰ Θεὸν ὑποστάντος ἐμοῦ

τὸ

τὸ δι' ἐμὲ γινόμενον ἀτιμότερον. πρὸς ταῦτα Μωαβίταις μὲν καὶ Ἀμμανίταις μηδὲ εἰσιτητὸν εἰς ἐκκλησίαν ἔστω Θεοῦ, λόγοις διαλεκτικοῖς τε καὶ κακοπραγμοσιν· οἱ γέννησιν Θεοῦ πολυπραγμονοῦντες, καὶ πρόοδον ἄρρητον, κατεξανίστανται τολμηρῶς θεότητος· ὡς δέον, ἢ ἐφικτὰ μόνοις εἶναι τὰ ὑπὲρ λόγον· ἢ μηδὲ εἶναι, ὅτι μὴ αὐτοὶ κατειλήφασιν. ἡμεῖς δὲ ταῖς θείαις γραφαῖς ἑπόμενοι, καὶ τὰ ἐγκείμενα σκῶλα τοῖς τυφλώττουσι λύοντες τῆς σωτηρίας ἑξόμεθα, πᾶν τολμῶντες πρότερον, ἢ κατὰ Θεοῦ τι νεανιεύεσθαι. τὰς μὲν δὴ μαρτυρίας ἄλλοις παρήσομεν, πολλοῖς τε λογογραφείσας ἤδη πολλάκις, καὶ ἡμῖν οὐ παρέργως. καὶ ἅμα λίαν αἰσχρὸν ἐμοὶ γοῦν, νῦν τὰς πίστεις συλλέγειν τῶν πάλαι πεπιστευμένων. τάξις γὰρ οὐκ ἀρίστη, διδάσκειν πρότερον, εἶτα μανθάνειν, μὴ ὅτι τὰ θεῖα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο τι τῶν μικρῶν καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίων. καὶ τὰ ἐκ τῶν γραφῶν προσκόμματα λύειν καὶ διαρθροῦν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, σπουδῆς δὲ τελεωτέρας καὶ μείζονος, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τῆς ὑποθέσεως. ὁ δ' οὖν λόγος ἡμῶν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ περιλαβεῖν, ἐστὶν οὗτος. καὶ ταῦτα διῆλθον, οὐχ ἵν' ἀγωνίσωμαι πρὸς τοὺς ἀντιθέτους· πολλάκις γὰρ ἤδη διηγωνισάμεθα, εἰ καὶ μετρίως· ἀλλ' ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω τὸν χαρακτῆρα τῶν ἐμῶν διδαγμάτων, εἰ μὴ τῶν ὑμετέρων ἐγὼ συναγωνιστής, * καὶ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἱστάμενος. οὗτος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, ὁ τῆς ἐμῆς ἀπόλογος παρουσίας· εἰ μὲν ἐπαινετῶς ἔχων, τῷ Θεῷ χάρις καὶ ὑμῖν τοῖς καλέσασιν· εἰ δὲ τῆς ἐλπίδος ἐνδεέστερον, καὶ οὕτω χάρις· οὐ γὰρ πάντη ψεκτῶς, εὖ οἶδα, καὶ ὑμῖν οὐκ ἀπιστῶ λέγουσιν. μή τι τὸν λαὸν τοῦτον ἐπλεονεκτήσαμεν; μή τι τῶν ἡμετέρων ᾠκονομήσαμεν, ὃ τοὺς πολλοὺς ὁρῶ πάσχοντας; μή τι τὴν ἐκκλησίαν παρελυπήσαμεν; ἄλλοις μὲν ἴσως, οἷς ἐρήμην ἡμᾶς ᾑρηκέναι νομίζουσι, τὸν ἡμέτερον ἀντεστήσαμεν λόγον· ὑμᾶς δὲ οὐδέν, ὅσα ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι· οὐ βοῦν ὑμῶν εἴληφα, φησὶ Σαμουὴλ ὁ μέγας, πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως διαφερόμενος· οὐ ψυχῶν ὑμῶν ἐξίλασμα· μάρτυς κύριος ἐν ὑμῖν· οὐ τό, καὶ τό, πλείονα λέγων, ἵνα μὴ αὐτὸς ἀπαριθμῶμαι καθ' ἕκαστον· ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον τὴν ἱερωσύνην ἐφύλαξα. εἰ δὲ δυναστείαν ἠγάπησα, ἢ θρόνων ὕψος, ἢ βασιλέων πατεῖν αὐλάς, μηδὲ ἄλλο τι λαμπρὸν ἔχοιμι, ἢ ῥίψαιμι κεκτημένος. τί οὖν ἐστιν, ὅ φημι; οὐ γὰρ ἄμισθος ἐγὼ τῆς ἀρετῆς ἐργάτης, οὐδ' εἰς τοσοῦτον ἀρετῆς ἀφικόμην. δότε μοι τῶν πόνων μισθόν. τίνα τοῦτον; οὐχ ὃν ἄν τινες ὑπολάβοιεν τῶν πάντα ῥᾳδίων, ἀλλ' ὃν ἐμοὶ ζητεῖν ἀσφαλές. ἀναπαύσατε τῶν μακρῶν πόνων ἡμᾶς, αἰδέσθητε τὴν πολιὰν ταύτην, τιμήσατε τὴν ξενιτείαν· ἄλλον ἀντεισαγάγετε, τὸν ὑπὲρ ὑμῶν διωκόμενον, ὅστις καθαρὸς χεῖρας, ὅστις φωνὴν οὐκ ἀσύνετος, ὅστις ἱκανὸς τὰ πάντα ὑμῖν χαρίζεσθαι, καὶ συνδιαφέρειν τὰς ἐκκλησιαστικὰς φροντίδας· ἐπειδὴ τούτων μάλιστα νῦν ὁ καιρός. ἐμοὶ δὲ ὁρᾶτε καὶ τὸ σῶμα ὡς ἔχει τοῦ-

A lius atque ignobilius est. Adversus hæc Moabitis quidem & Ammonitis nec aditus ad ecclesiam Dei pateat, hoc est, dialecticis & male curiosis sermonibus, qui Dei generationem ac processionem, quæ nullis verbis explicari potest, inquirentes, adversus divinitatem temere insurgunt: perinde scilicet ac si ea, quæ vim omnem & facultatem verborum superant, ab ipsis solis percipi posse oporteat; vel omnino ea non esse, quia ipsi ea intellectu non sint assecuti. Nos autem scripturæ divinæ vestigiis hærentes, atque offendicula ea, quæ cæcutientibus molestiam exhibent, submoventes, salutem retinebimus, priusque in omnem audaciam

S. Greg. Oratio. Deut. c. 23. v. 3.

B prorumpemus, quam ut adversus Deum temere atque arroganter aliquid aggrediamur. Et quidem scripturæ testimonia aliis relinquemus, cũ a multis jam sæpe literis mandata, tum etiam a nobis haud perfunctorie & negligenter. Ac simul, mea quidem sententia, turpe admodum fuerit, nunc earum rerum confirmationes colligere, quæ jam pridem persuasissimæ sunt. Nec te enim optimus ordo est, prius docere, ac postea discere, non dicã divina, & usque adeo magna & sublimia, sed ne aliud quidem quidquam parvum & contemnendum. Atque offendicula e scripturis objecta solvere & explicare non est præsentis temporis, sed majoris & perfectioris studii atque operæ, quam pro præsenti instituto. Ac fidei quidem nostræ doctri-

C na, ut summatim complectar, talis est. Atque etiam hæc ipsa non eo commemoravi, ut cum adversariis confligerem (jam enim sæpe confliximus, etsi leviter, ac minus perfecte) verum ut doctrinæ meæ formam vobis ostenderem, an non vestrorũ dogmatum propugnator ego sim, atque adversus eosdem & pro iisdem in acie stem. Habetis, o viri, nostri in hanc urbem adventus apologiam; quæ si laudem mereatur, Deo & vobis, quorum accitu huc veni, gratiam habeo: sin autem spei vestræ minus respondi, sic quoq; gratiam habeo. Non enim omnino vituperanda est, ut mihi persuadeo; ac vobis id affirmantibus fidem haud abrogo. Numquid populum hunc per avaritiam circumvenimus? Numquid privatis utilitatibus consuluimus,

D quemadmodum multos facere video? Numquid ecclesiam molestia affecimus? Alios quidem fortasse, quibus, cum se quasi deserta causa, victoriam adversum nos obtinuisse arbitrarentur, sermonem nostrum opposuimus: at vos nihil profecto, quantum quidem mihi conscius sum. *Non bovem vestrum accepi*, ait magnus Samuel, cum Israele propter regem contendens; non animarum vestrarum piaculum (testis inter vos Deus) non hoc, atque aliud, plura commemorans (ne singulis enumerandis longius orationem producam) sed purum, minimeque adulterinum sacerdotium custodivi. Quod si principatus, aut sublimium thronorum studio ductus sum, aut imperatorum aulas calcare

1. Reg. c. 12. v. 3.

E appetii, nunquam aliud quicquã splendoris consequi mihi contingat; aut consecutus, projiciam. Quid igitur est, quod dico? Non enim in eum virtutis gradum perveni, ut virtutem absq; mercede colam. Laborum præmium mihi date. Quod tandẽ? Non quod nonnulli fortasse ex iis, qui ad quidvis suspicandum facile adducuntur, existimarint; sed quod mihi tuto postulare licet. Diuturnis laboribus nos levate, ac recreate. Moveat vos hæc canicies, sit apud vos honor nostra peregrinatio. Alium subrogate, qui pro vobis vexetur, qui puris sit manibus, qui voce non inerudita, qui omnibus in rebus vobis obsequi, curasque ecclesiasticas simul perferre possit: quandoquidem tales præsertim hoc tempus flagitat. At mihi cernitis quomodo corpus etiam hoc se habeat, nimirum &

S. GREG. ORATIO

& tempore, & morbo, & labore confectum. Quid vobis timido & ignavo ſene opus eſt, atque in dies ſingulos, ut ita loquar, non corpore tantum, ſed etiam curis moriente? qui vix hæc quoque ad vos loquor. Ne magiſtri voci fidem denegetis: neque enim unquam denegaſtis. Laſſus ſum, dum mihi toties manſuetudo crimini vertitur. Laſſus ſum, dum & cum ſermone diſputantium, atque invidia, & cum hoſtibus, & cum noſtris pugno. Illi pectora feriunt, & minus quod cupiunt aſſequuntur, nam qui apertas inimicitias gerit, facile caveri poteſt: hi autem terga obſervant, & magis moleſti ſunt: nam qui maxime ſuſpectus eſt, lethalius vulnus infert. Quod ſi etiam nauclerus, & quidem peritiſſimus eſſem, atque hinc effuſum mare in nos ſæviret, ac circum navem æſtuaret; hinc gravi ſeditione vectores laborarent, atque alii de alia re contenderent, ac ſibiipſis mutuo & fluctibus obſtreperent; quamdiu tandem ipſe obluctari poſſem ad gubernacula ſedens, ut ſimul & cum mari & cum vectoribus pugnarem, atque ex duplici tempeſtate navem ſine periculo eriperem? Quibus etenim omni ratione connitentibus & adjuvantibus, ſalutem tamen conſequi difficile eſſet; iiſdem diffidentibus & confligentibus, qui tandem fieri poſſet, ut navis peſſum non iret? Quid alia commemorare attinet? Quo tandem modo ſacrum hoc bellum feram? (dicatur enim etiam quoddam bellum ſacrum, quemadmodum & barbaricum) quomodo hos adverſis thronis inſidentes, atque adverſas in paſcendo grege partem foventes connectam, atque in unum adducam, populumque ſimul cum ipſis abruptum, ſtudiiſque contrariis diſtractum (quemadmodum in his hiatibus, qui ex terræ motibus accidunt, vicinæ & propinquæ partes divelli ſolent; aut in peſtiferis morbis famuli ac domeſtici ſimul inficiuntur, morbo nimirum ab aliis ad alios facile dimanante) nec populum ſolum, ſed etiam orbis terræ ſegmenta eodem cum diſſidentibus affectu disjuncta; ita ut jam in duas contrarias partes oriens & occidens ſecreti atque diviſi ſint, nec jam minus animorum & voluntatum, quam finium ſegmenta eſſe videantur? Quouſque enim hæc audientur, Meus & tuus, antiquus & novus, doctior & facundior, aut ſpiritualior, nobilior aut ignobilior, multitudine opulentior, aut tenuior? Senectutis me pudet, cum aliorum nomine cenſeor, qui a Chriſto ſalutem accepi. Non fero circos veſtros & theatra, atque æmulum hunc tam in ſumptibus, quam in animorum ſtudiis, furorem. Equos transjungimus, contra jungimus, certatim exultantes fremimus, propemodum etiam aerem ipſum verberamus, ut illi, pulveremque in cælum tamquam inſani jacimus, ac ſub alienis perſonis contentiones noſtras explemus; malique ambitionis & magnificentiæ arbitri efficimur, atque iniqui & abſurdi rerum judices. Iidem enim homines hodie ejuſdē nobiſcum throni, fideiq; ſententiæ ſunt, ſi ita nos duces & antiſtites noſtri tulerint: cras contrariæ ſedis & ſententiæ, ſi ſpiritus reflaverit. Odium atque amicitiam nomina comitantur: nec (quod graviſſimum eſt) apud eoſdem auditores contraria loqui erubeſcimus: nec nobiſipſis conſtamus, ſubinde nos immutante contentione. dicas euripos quoſdam eſſe, mariſque æſtus nunc exundantes, nunc reciproco fluctu ſubſidentes. Quemadmodum igitur ſi adoleſcentuli in medio foro luſitarent, turpe admodum eſſet, nobiſque indignum, relictis noſtris ſtudiis & occupationibus, cum illis ludere,

A τὸ, καὶ χρόνῳ καὶ νόσῳ καὶ πόνῳ δαπανηθέν. τί δεῖ γέροντος ὑμῖν δειλοῦ καὶ ἀνάνδρου, καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἀποθνήσκοντος τὴν ἡμέραν, οὐ τῷ σώματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς φροντίσιν; ὃς μόλις καὶ ταῦτα ὑμῖν διαλέγομαι. μὴ ἀπιστήσητε φωνῇ διδασκάλου· καὶ γὰρ οὐδὲ ἠπιστήσατε πώποτε. κέκμηκα τὴν ἐπιείκειαν ἐγκαλούμενος, κέκμηκα καὶ λόγῳ καὶ φθόνῳ μαχόμενος, καὶ πολεμίοις, καὶ ἡμετέροις. οἱ μὲν τὰ στέρνα παίουσι, καὶ ἧττον ἐπιτυγχάνουσι· τὸ γὰρ προδήλως ἐχθρὸν, εὐφύλακτον· οἱ δὲ τὰ νῶτα τηροῦσι, καὶ μᾶλλόν εἰσι λυπηροί. τὸ γὰρ ἀνύποπτον, καιριώτερον. εἰ δὲ καὶ κυβερ-

B νήτης ἦν, καὶ τῶν λίαν ἐπιστημόνων, εἶτα πολλὴ μὲν ἦν περὶ ἡμᾶς ἡ θάλασσα, καὶ περὶ τὴν ναῦν ζέουσα· πολλὴ δὲ τῶν ἐμπλεόντων ἡ στάσις, ἄλλων περὶ ἄλλου ζυγομαχούντων καὶ ἀντικτυπούντων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς κύμασι, πόσον ἀντέσχον ἂν ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, ὥστε καὶ θαλάσσῃ καὶ τοῖς πλέουσι μάχεσθαι, καὶ διασώζειν ἀκινδύνως τὴν ναῦν ἐκ διπλοῦ τοῦ κλύδωνος; ὧν γὰρ παντὶ τρόπῳ συναγωνιζομένων, χαλεπὸν ἦν τὸ τῆς σωτηρίας· τούτων πῶς οἷόν τε ἀνταγωνιζομένων μὴ καταδύεσθαι; τί τἄλλα δεῖ λέγειν; ἀλλὰ πῶς οἴσω τὸν ἱερὸν τοῦτον πόλεμον; λεγέσθω γάρ τις καὶ πόλεμος

C ἱερὸς, ὥσπερ καὶ βαρβαρικός. πῶς συνάψω καὶ εἰς ἓν ἀγάγω τοὺς ἀντικαθεζομένους τούτους καὶ ἀντιποιμαίνοντας, καὶ τὸν συναπερρωγότα τούτοις λαὸν καὶ ἀντίθετον· ὥσπερ ἐν τοῖς χάσμασι τῶν σεισμῶν τὰ γειτονοῦντα καὶ πλησιάζοντα, ἢ ταῖς λοιμικαῖς νόσοις τοὺς θεραπευτὰς καὶ οἰκείους, ἄλλοις ἀπ' ἄλλων διαδιδομένης εὐκόλως τῆς ἀρρωστίας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκουμένης τμήματα, συμπεπονθότα τοῖς στασιάζουσιν, ὥστε καὶ εἰς ἀντίπαλον μοῖραν ἀποκεκλεῖσθαι τό, τε ἑῷον καὶ τὸ ἑσπέριον, καὶ κινδυνεύειν τῇ γνώμῃ οὐχ ἧττον, ἢ τῶν περάτων ταῦτα γενέσθαι τμήματα; μέχρι τίνος γὰρ ὁ ἐμὸς καὶ ὁ σὸς, καὶ ὁ παλαιὸς καὶ ὁ νέος, ὁ λογιώτερος ἢ ὁ πνευματικώ-

D τερος, ὁ εὐγενέστερος ἢ ὁ δυσγενέστερος, ὁ τῷ πλήθει πλουσιώτερος ἢ ὁ πενέστερος; αἰσχύνομαι τὸ γῆρας, ἄλλων καλούμενος, ὑπὸ Χριστοῦ σεσωσμένος. οὐ φέρω τοὺς ἱππικοὺς ὑμῶν καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὴν ἀντίρροπον ταύτην μανίαν ἔν τε δαπανήμασι καὶ σπουδάσμασι. μεταζεύγνυμεν, ἀντιζεύγνυμεν, ἀντιφρυασσόμεθα, μικροῦ καὶ τὸν ἀέρα παίομεν, ὥσπερ ἐκεῖνοι, καὶ βάλλομεν κόνιν εἰς οὐρανὸν, ὥσπερ οἱ ἐξεστηκότες, καὶ ὑπ' ἄλλοις προσώποις τὰς ἡμετέρας ἐκπληροῦμεν φιλονεικίας. κακοὶ γινόμεθα τῆς φιλοτιμίας διαιτηταὶ, καὶ κριταὶ τῶν πραγμάτων ἀγνώμονες. σήμερον σύνθρονοι καὶ ὁμόδοξοι, ἂν οὕτω φέρω-

E σιν ἡμᾶς οἱ ἄγοντες· αὔριον. ἀντίθρονοι καὶ ἀντίδοξοι, ἐὰν ἀντιπνεύσῃ τὸ πνεῦμα. μετὰ τῆς ἔχθρας καὶ τῆς φιλίας, καὶ τὰ ὀνόματα· καὶ τὸ δεινότατον, οὐκ αἰσχυνόμεθα τοῖς αὐτοῖς χρώμενοι τῶν ἐναντίων ἀκροαταῖς· οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν βεβήκαμεν ἄλλοτε ἄλλους ποιούσης ἡμᾶς τῆς φιλονεικίας· εὐρίπων μεταβολαί τινες ἢ ἀμπώτιδες. ὥσπερ οὖν εἰ μειρακίων ἐν ἀγορᾷ παιζόντων ἐν μέσῳ καὶ παιζομένων, αἰσχρὸν ἂν ἦν λίαν καὶ οὐχ ἡμῶν, καταλιπόντας τὰς οἰκείας διατριβὰς ἐκείνοις συμφέρεσθαι·

οὐ

οὐ γὰρ ὡραῖον γήρᾳ παίδων ἀθύρματα· οὕτως οὐδ' εἰ φερόντων καὶ φερομένων, αὐτός τι βέλτιον τῶν πολλῶν γινώσκων δεξαίμην ἂν ἐκείνων εἷς εἶναι μᾶλλον, ἢ ὅπερ εἰμὶ μετὰ τῆς ἀφανείας ἐλεύθερος. πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις πάσχω τι καὶ τοιοῦτον. οὐ τὰ πολλὰ συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ τὴν αὐτὴν βαδίζειν ἀνέχομαι· θρασέως μὲν ἴσως καὶ ἀμαθῶς, πάσχω δ' οὖν ὅμως. ἀνιᾷ με τὰ τῶν ἄλλων τερπνὰ, καὶ τέρπομαι τοῖς ἑτέρων ἀνιαροῖς. ὥστε οὐκ ἂν θαυμάσαιμι οὐδὲ τοῦτο, εἰ καὶ δεθείην ὡς δυσχερὴς, καὶ ἀνοηταίνειν δόξαιμι τοῖς πολλοῖς· ὅ, τις λέγεται τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφησάντων παθεῖν, ἐγκληθεὶς ὡς μανίαν τὴν σωφροσύνην, ὅτι διεγέλα τὰ πάντα, γέλωτος ὁρῶν ἄξια τὰ τοῖς πολλοῖς σπουδαζόμενα· ἢ καὶ γλεύκους νομισθείην εἶναι μεστὸς, ὡς ὕστερον οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ, τῷ λαλεῖν γλώσσαις, ἀγνοηθέντες ὅτι πνεύματος δύναμις ἦν, οὐ φρενῶν ἔκστασις. σκοπεῖτε γὰρ καὶ ἡμῶν τὰ ἐγκλήματα. τοσοῦτος χρόνος, φασὶν, ἐξ οὗ τὴν ἐκκλησίαν ἄγεις μετὰ τῆς τοῦ καιροῦ ῥοπῆς, καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος ὁρμῆς, τοσούτου πράγματος· τί τῆς μεταβολῆς ἡμῖν ἐπεσήμηνε; πόσοι καθ' ἡμῶν ἔμπροσθεν γεγόνασιν ὑβρισταί; τί δεινὸν οὐ πεπόνθαμεν; οὐχ ὕβρεις; οὐκ ἀπειλάς; οὐ φυγάς; οὐ χρημάτων ἁρπαγάς; οὐ δημεύσεις; οὐ πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὺς θαλαττίους; οὐ ναοὺς βεβηλωμένους ἁγίων αἵμασι, καὶ γινομένους ἀντὶ ναῶν πολυάνδρια; οὐ πρεσβυτέρων, ἐπισκόπων, οἰκειότερον δὲ πατριαρχῶν εἰπεῖν, σφαγὰς δημοσίας; οὐ τὸ, πάντα τόπον ἄβατον εἶναι τοῖς εὐσεβέσι μόνοις; οὐχ ὅ, τι ἂν εἴποι τις τῶν δεινῶν; ὧν τί τοῖς πεποιηκόσιν ἀντιδεδώκαμεν; ἐπειδὴ τὸ ἐξεῖναι ποιεῖν, εὖ ποιοῦν ἀντεστράφη, καὶ παιδεύειν ἔδει τοὺς ὑβριστάς. ἐῶ τἄλλα, τὰ δὲ ἡμέτερα, ἵνα μὴ τὰ σὰ λέγωμεν, οὐ δεδιώγμεθα; οὐχ ὑβρίσμεθα; οὐκ ἀπεληλάμεθα ἐκκλησιῶν, οἰκιῶν, ἐρημιῶν αὐτῶν τὸ δεινότατον; οὐκ ἠνέσχημεν δῆμον μαινόμενον; ὑπάρχους ὑβρίζοντας; βασιλέας ὑβριζομένους καὶ μετὰ τῶν προσταγμάτων; εἶτα τί; γεγόναμεν ἰσχυρότεροι, καὶ διαπεφεύγασιν οἱ διώκοντες. τοῦτο γὰρ αὐτάρκης ἐμοὶ τιμωρία κατὰ τῶν ἀδικούντων, ἡ τοῦ ἀντιδρᾶν ἐξουσία. τοῖς δὲ οὐχ οὕτω δοκεῖ. λίαν γάρ εἰσιν ἐντελεῖς καὶ δίκαιοι περὶ τὴν ἀντίδοσιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπαιτοῦσι τὰ τοῦ καιροῦ. τίς ὕπαρχος, φασὶν, ἐζημίωται; τίς δῆμος σεσωφρόνισται; τίνες δήμων ἀνάπται; τίνα φόβον ἡμῖν αὐτοῖς, κἂν πρὸς τὸ μέλλον, ἐχαρισάμεθα; τάχα δ' ἂν καὶ ταῦτα ἡμῖν ὀνειδίσαιεν· καὶ γὰρ ὠνειδίκασι· τὸ δὲ τῆς τραπέζης φιλότιμον, τὸ δὲ τῆς ἐσθῆτος αἰδέσιμον; αἱ δὲ πρόοδοι, τὸ δὲ σοβαρὸν πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας; ἠγνόουν γὰρ ὅτι πρὸς ὑπάτους ἡμῖν καὶ ὑπάρχους ἡ ἅμιλλα, καὶ στρατηγῶν τοὺς εὐδοκιμωτάτους, οἳ μὴ ἔχουσιν ὅποι τὰ ἑαυτῶν ῥίψουσι. καὶ δεῖ περιστέλλειν μὲν ἡμῖν τὴν γαστέρα κατατρυφῶσι τῶν πτωχικῶν; ὡς δὲ εἰς τὰ περιττὰ κεχρῆσθαι τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τῶν θυσιαστηρίων κατερεύγεσθαι· ἵπποις δὲ φέρεσθαι

A (neque enim puerorum ludi senectutem decent) eodem modo nec, aliis mutuo sese versantibus atque jactantibus, melius quiddam ipse, quam vulgus, sentiens, unus eorum esse malim, quam, ut sum, cum obscuritate liber. Nam præter alia illud etiam mihi peculiare est, ut non admodum mihi cum vulgo conveniat, nec eamdem viam ingredi sustineam: audacius id quidem fortasse, atque imperitius; sed tamen ita sum. Ea quæ aliis voluptatem gignunt, mihi molesta sunt: quæ autem aliis tristia & injucunda videntur, ea animum meum oblectant. Quocirca ne hoc quidem mihi mirum fuerit, si vinculis etiam adstringar, ut incommodus & morosus, ac plerisque desipere videar: quemadmodum ethnico cuidam philosopho accidit, cui B prudentia quasi insania vitio vertebatur, quoniam omnia irridebat, risu videlicet ea digna esse perspiciens, quæ a multis summo studio experuntur & coluntur: aut etiam musto plenus esse censear, ut postea Christi discipuli, cum linguis loquerentur; ignorante scilicet multitudine id Spiritus vi & facultate fieri, non mentis aberratione. Iam crimina quoque nostra quæso expendite. Tanto jam tempore, inquiunt, ecclesiæ præes, temporis ope & auxilio fultus, atque imperatoris voluntate, tanta re, ac tanti momenti: & quod mutationis signum nobis affulsit? Quot homines contumeliis nos prius affecerunt? Quid non acerbitatis passi sumus? An C non injurias? an non minas? an non exilia? an non pecuniarum direptiones? an non bonorum proscriptiones ac publicationes? an non presbyteros in mari combustos? an non templa sanctorũ cruore contaminata, & ex templis in sepulcra immutata? an non publicas presbyterorum, episcoporum, aut (ut aptiore verbo utar) patriarcharum cædes? an non illud, ut piis solis invius omnis locus esset? an non denique quidquid calamitatis ullis verbis quispiam consequi possit? Quorum quidnam iis, qui hoc fecerunt, rependimus? quandoquidem versis, ut par erat, rerum vicibus, rependendi potestas nobis facta est; atque eos, a quibus per summam contumeliam vexati fueramus, castigari oportebat. Et ut omissis aliis, nostra, ne dicam tua, commemoremus; nonne persecutionem passi sumus? nonne contumeliis omnibus affecti? nonne D ecclesiis, domibus, & (quod acerbissimum est) solitudinibus ipsis pulsi sumus? nonne furentem populum tulimus? contumeliosos præfectos? imperatores simul cum edictis suis contumeliose spretos? Quid postea? Fortiores extitimus: & persecutores nostri pœnam effugerunt. Ita sane est, inquam. Mihi enim adversus eos qui injuriam intulerunt, satis pœnarum est, par pari referendi potestas. at istis aliter videtur: per quam enim exacti ac justi sunt ad ulciscendum; adq; idcirco ea quæ temporis sunt, exigunt. Quis præfectus multatus est, inquiunt? quis populus castigatus? qui plebis inflammatores? quem nostri ter orem adversariis saltem in posterum injecimus? Q in hæc quoque fortasse E nobis exprobraverint (jam enim exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara, nec magnifica venerandaq; veste utim r, nec splendide in publicum prodimus, nec ad os, a quibus convenimur, gravitatem adhibemus. Nesciebam scilicet nobis cum consulibus & præfectis, c rissimisq; belli ducibus, qui tot opibus copiisq; ircumfluunt, ut, quo sua projiciant, non habeant, certamen esse: illudq; oportere, ut pauperum bonis d luxum & delicias abutentibus venter nobis co primatur, & necessaria in res superfluas effund ntur, atq; altaria ipsa ructibus nostris contaminẽt r. Nesciebã nos equis insignibus

S. Greg. Oratio.

Democritus Abderites.

Act. c. 1.

S. GREG. ORATIO.

insignibus & lascivis ferri, sellisq; & curribus magnifice attolli, ac cum pompa deduci, velutq; blanda manu demulceri oportere; atque omnes nobis perinde ac belluis, de via decedere, & in utramque viæ partem discindi ac distrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam esse, ut procul conspicuus incessus noster sit. Si hæc gravia vobis & acerba fuerunt, præterierunt: hanc injuriam mihi condonate. Antistitem alium, qui multitudini placeat, creatе & præficite: mihi autem solitudinem & rusticitatem date, ac Deum, cui soli etiam per tenuem victum, cultumque placebimus. At grave est privari concionibus, & cœtibus, & publicis conventibus, & plausibus his, a quibus quasi pennis in sublime ferimur, & familiaribus, & amicis, & honoribus, & urbis pulchritudine ac magnitudine, & hoc denique fulgore, qui eos qui hæc intuentur, nec oculorum aciem intro collectam habent, undique circumfundit & illuminat. At hoc mihi minus grave fuerit, quam si diutius in tumultu verser, ac civilis vitæ turbis & fervoribus commaculer, atque ad vulgi mores meipsum inflectere necesse habeã. Non enim sacerdotes, sed rhetores quærunt: nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes: nec puros sacrificos, sed fortes ac robustos defensores. Nonnihil eos excusabo: sic eos erudivimus, qui omnibus omnia efficimur, haud scio utrum ut omnes salvos faciamus, an ut perdamus. Quid dicitis? Num vos his verbis permovemus, ac victoriam obtinuimus? An potius ad vestros animos inflectendos validior nobis est adhibenda oratio? Vos ergo per Trinitatem ipsam, quam nos colimus, & vos colitis; per communem nostram spem, atque hujus populi coagmentationem, obtestor; hoc mihi beneficium date, cum benedictionibus nos dimittite: hoc mihi sit dimicationis præconium. Missionis libellum mihi date, quemadmodum imperatores militibus solent: ac, si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto & præclaro elogio ac testimonio, ut honori meo consulatur: sin minus, utcumque vobis collibuerit: nihil de ea re altercabor, donec ipse Deus de rebus nostris cognoscat ut se habeant. Quem igitur tibi substituemus? dicet aliquis. Providet sibi dominus pastorem ad præfecturam, quemadmodum ovem providit ad holocaustum. Hoc unum requiro, ut ex eorum numero sit, qui aliis invidiæ sunt, non miserationi; qui non in omnibus rebus cunctis obsequuntur, sed qui in quibusdam etiam ob recti studium in hominum offensionem incurrunt. alterum enim in præsens jucundissimum est: alterum in posterum utilissimum. Ac vos quidem orationes discessui meo congruentes parate: ego autem his verbis extremum vos salutabo: Vale Anastasia, nomen a pietate habens. Tu enim nobis fidei doctrinam, quæ adhuc contemptui erat, excitasti. Vale inquam, communis victoriæ sedes, nova Silo, in qua primum arcam fiximus, quadraginta annis in deserto circumactam, incertisque sedibus vagantem. Tuque o magnum hoc templum & nobile, nova hereditas, quod magnitudinem quam nunc habes, ob orthodoxa doctrina suscepisti; quodque nos, cum prius Iebus esses, Ierusalem effecimus. Vosque etiam aliæ ædes sacræ, huic dignitate & ornamentis proximæ, alia aliam quamdam urbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca complectentes; quas cum hac infirmitate, non nos, sed Dei gratia nobiscum, qui pro perditis ac desperatis habebamur, implevit. Valete apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri: etsi minus sæpe

1. Cor. c. 9. v. 22.

Gen. c. 22.

Iosue c. 18. v. 1.

1. Cor. c. 15. v. 10.

A τρυφεροῖς, καὶ δίφρων ὑψαιρέσθαι περιλάμπρους, προπομπεύεσθαί τε καὶ περιποππύζεσθαι, καὶ πάντας ὑποχωρεῖν ἡμῖν ὥσπερ θηρίοις, καὶ περισχίζεσθαι, ἢ καὶ πόῤῥωθεν εἶναι δήλοις ἐπερχομένοις. εἰ ταῦτα δεινὰ γέγονε, παρελήλυθε· χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. ἄλλον προστήσασθε τὸν * ἀρέσκοντα τοῖς πολλοῖς, ἐμοὶ δὲ τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὸν Θεὸν, ᾧ μόνῳ καὶ διὰ τῆς εὐτελείας ἀρέσομεν. δεινὸν, εἰ στερησόμεθα λόγων, καὶ συλλόγων, καὶ πανηγύρεων, καὶ τῶν κρότων τούτων, ὑφ' ὧν πτερούμεθα, καὶ οἰκείων, καὶ φίλων, καὶ τιμῶν, καὶ κάλλους πόB λεως, καὶ μεγέθους, καὶ τῆς πανταχόθεν περιλαμπούσης ἀστραπῆς τοὺς πρὸς αὐτὰ βλέποντας, ἀλλὰ μὴ εἴσω συννενευκότας. ἀλλ' οὔπω τοσοῦτον, ὅσον εἰ θορυβηθήσομαι καὶ χρανθήσομαι τοῖς ἐν μέσῳ ταράχοις, καὶ βράσμασι, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς πολλοὺς μετακλίσεσιν. οὐ γὰρ ζητοῦσιν ἱερεῖς, ἀλλὰ ῥήτορας· οὐδὲ ψυχῶν οἰκονόμους, ἀλλὰ χρημάτων φύλακας· οὐδὲ θύτας καθαρούς, ἀλλὰ προστάτας ἰσχυρούς. ἀπολογήσομαί τι περὶ αὐτῶν· οὕτως ἡμεῖς αὐτοὺς ἐπαιδεύσαμεν, οἱ πᾶσι πάντα γινόμεθα, οὐκ C οἶδα πότερον ἵνα σώσωμεν πάντας, ἢ ἀπολέσωμεν. τί φατέ; πείθομεν ὑμᾶς τοῖς λόγοις τούτοις, καὶ νενικήκαμεν; ἢ δεῖ καὶ στεῤῥοτέρων λόγων ἡμῖν πρὸς τὸ πείθειν; ναὶ, πρὸς τῆς Τριάδος αὐτῆς, ἣν προσβεύομεν, καὶ πρεσβεύετε· πρὸς τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐλπίδος, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ τοῦδε συμπήξεως, δότε μοι τὴν χάριν ταύτην, μετ' εὐχῶν ἡμᾶς ἀποπέμψατε· αὕτη γινέσθω μοι τῆς ἀθλήσεως ἡ ἀνάῤῥησις. δότε μοι τὸ γράμμα τῆς ἀφέσεως, ὥσπερ τοῖς στρατιώταις οἱ βασιλεῖς· καὶ εἰ βούλεσθε, μετὰ δεξιᾶς τῆς μαρτυρίας, ἵν' ἔχω τὸ ἐπιτίμιον· εἰ δὲ μὴ, ὅπως βούλεσθε· οὐδὲν περὶ τούτου διοίσομαι, ἕως ἂν Θεὸς ἴδῃ τὰ ἡμέτερα, ὅπως D ἂν ἔχῃ. τίνα οὖν ἀντεισάξομεν; ὁ ὄψεται ἑαυτῷ κύριος ποιμένα εἰς προστασίαν, ὡς πρόβατον εἶδεν εἰς ὁλοκάρπωσιν. ἓν τοῦτο ἐπιζητῶ μόνον· τῶν φθονουμένων ἔστω τις, μὴ τῶν ἐλεουμένων, μὴ τῶν πάντα πᾶσι χαριζομένων, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ προσκρούειν εἰδότων ὑπὲρ τοῦ βελτίονος. τὸ μὲν γὰρ, ἐνταῦθα ἥδιστον· τὸ δὲ, ἐκεῖθεν λυσιτελέστατον. ὑμεῖς μὲν οὖν τοὺς προπεμπτηρίους ἡμῖν μελετήσατε λόγους, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀποδώσω τὸν συντακτήριον. χαίροις Ἀναστασία μοι, τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμε· σὺ γὰρ τὸν λόγον ἡμῖν ἐξανέστησας ἔτι καταφρονούμενον, τὸ τῆς κοινῆς νίκης χωρίον, ἡ νέα Σηλὼμ, ἐν ᾗ πρῶτον τὴν σκηνὴν ἐπήξαμεν, τεσσαράκοντα ἔτη περιφερομένην ἐν τῇ ἐρήμῳ. σύ τε ὁ μέγας ναὸς οὗτος καὶ περιβόητος, ἡ νέα κληρονομία, τὸ νῦν μέγας εἶναι παρὰ τοῦ λόγου λαβὼν· ὃν Ἰεβοὺς πρότερον ὄντα, Ἱερουσαλὴμ πεποιήκαμεν. ὑμεῖς τε ὅσοι μετὰ τοῦτον εὐθὺς τοῖς κάλλεσιν, ἄλλος ἄλλο τι τῆς πόλεως μέρος διειληφότες, ὥσπερ σύνδεσμοί τινες, καὶ τῆς γειτονίας οἰκειούμενοι· οὓς μετὰ τῆς ἀσθενείας ταύτης, οὐχ ἡμεῖς, ἡ χάρις δὲ σὺν ἡμῖν ἐπλήρωσε τοῖς ἀπεγνωσμένοις. χαίρετε ἀπόστολοι, ἡ καλὴ μετοικία, οἱ ἐμοὶ διδάσκαλοι τῆς ἀθλήσεως· εἰ καὶ μὴ πολλάκις ὑμῖν

* ἴσ. τα.

ὑμῖν ἐπανηγύρισα, ἴσως τὸν τοῦ ὑμετέρου Παύλου σατᾶν * περιφερόμενον τῷ σώματι πρὸς τὸ συμφέρον, δι' ὃν νῦν ὑμῶν ἀποικίζομαι. χαῖρέ μοι ὦ καθέδρα, τὸ ἐπίφθονον ὕψος τοῦτο καὶ ἐπικίνδυνον, ἀρχιερέων συνέδριον, ἱερέων αἰδοῖ καὶ χρόνῳ τετιμημένων, ὅσον τε ἄλλο περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν λειτουργικὸν Θεοῦ, καὶ ἐγγίζον Θεῷ τῷ ἐγγίζοντι. χαίρετε Ναζωραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία, χηρῶν, ὀρφανῶν συστήματα, πτωχῶν ὀφθαλμοὶ πρὸς Θεὸν καὶ πρὸς ἡμᾶς βλέποντες. χαίρετε οἶκοι φιλόξενοι καὶ φιλόχριστοι, καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἀντιλήπτορες. χαίρετε τῶν ἐμῶν λόγων ἐρασταὶ, καὶ δρόμοι, καὶ συνδρομαὶ, καὶ γραφίδες φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι: καὶ ἡ βιαζομένη κιγκλὶς αὕτη τοῖς περὶ τὸν λόγον ὠθιζομένοις. χαίρετε ὦ βασιλεῖς καὶ βασίλεια, ὅσον τε περὶ τὸν βασιλέα θεραπευτικὸν, καὶ οἰκίδιον· εἰ μὲν καὶ βασιλεῖ πιστὸν, οὐκ οἶδα· Θεῷ δὲ τὸ πλεῖον ἄπιστον. κροτήσατε χεῖρας, ὀξὺ βοήσατε, ἄρατε εἰς ὕψος τὸν ῥήτορα ὑμῶν. σεσίγηκεν ὑμῖν ἡ πονηρὰ γλῶσσα καὶ λάλος, οὐ μὴν σιγήσεται. μαχήσεται γὰρ διὰ χειρὸς καὶ μέλανος. τὸ δ' οὖν παρὸν σεσιγήκαμεν. χαῖρε ὦ μεγαλόπολις καὶ φιλόχριστε· μαρτυρήσω γὰρ τἀληθῆ· καὶ εἰ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν ὁ ζῆλος· πεποίηκε χρηστοτέρους ἡμᾶς ἡ διάζευξις. προσέσιτε τῇ ἀληθείᾳ, μετασκευάζεσθε ὀψὲ γοῦν, τιμήσατε Θεὸν πλέον τῆς συνηθείας. οὐχ ἡ μετάθεσις τὸ αἰσχρὸν ἔχει, ἀλλ' ἡ τοῦ κακοῦ τήρησις τὴν ἀπώλειαν. χαίροις ἀνατολὴ, καὶ δύσις, ὑπὲρ ὧν καὶ ὑφ' ὧν πολεμούμεθα. μάρτυς ὁ εἰρηνεύσων ἡμᾶς, ἂν ὀλίγοι μιμήσωνται τὴν ἐμὴν ὑποχώρησιν. οὐδὲ καὶ τὸν Θεὸν ἀπολοῦσιν οἱ τῶν θρόνων παραχωρήσαντες, ἀλλ' ἕξουσι τὴν ἄνω καθέδραν, ἣ πολὺ τούτων ὑψηλοτέρα τε καὶ ἀσφαλεστέρα. ἐπὶ πᾶσι, καὶ πρὸ πάντων βοήσομαι· χαίρετε ἄγγελοι τῆσδε τῆς ἐκκλησίας ἔφοροι, καὶ τῆς ἐμῆς παρουσίας καὶ ἐκδημίας, εἴπερ ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ἡμέτερα. χαῖρέ μοι Τριάς, τὸ ἐμὸν μελέτημα καὶ καλλώπισμα, σώζοιο τοῖσδε, καὶ σώζοις τούσδε, τὸν ἐμὸν λαόν· ἐμὸς γὰρ, κἂν ἄλλως οἰκονομώμεθα· καὶ ἀγγέλλοιό μοι διαπαντὸς ὑψουμένη καὶ αὐξανομένη, καὶ λόγῳ καὶ πολιτείᾳ. τεκνία φυλάξατέ μοι τὴν παρακαταθήκην, μέμνησθέ μου τῶν λιθασμῶν. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

A in vobis conventus celebravi, fortasse Pauli vestri satanam ad utilitatem meam in corpore circumferens; ob quem nunc a vobis abscedo. Vale cathedra, invidiosum hoc & periculosum fastigium, pontificum concilium, sacerdotum non minus reverentia & majestate, quam ætate ornatorum; & quicumque tandem alii circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete Nazaræorum chori, psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia, mulierum modestia, viduarum & orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum & in nos intuentes. Valete domus hospitales, peregrinorum & Christi amantes, infirmitatisque B meæ adjutrices. Valete sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami, tam perspicui, quam occulti; atque hujus suggesti cancelli a multitudine compressi hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valete imperatores, & palatia, atque omnes imperatoris famuli & cubicularii: siquidem imperatori fideles, haudquaquam certum habeo; Deo autem magna ex parte infidi: manibus plaudite, acute clamate, rhetorem vestrum in sublime tollite. siluit vobis improba & loquax lingua: nec tamen silebit: pugnabit enim manu & atramento. ceterum in præsentia conticuimus. Vale magna civitas, & C Christi amore prædita (vera enim testabor) etsi non secundum scientiam hic zelus est. Beniginiores nos disjunctio reddidit. Ad veritatem accedite; ad meliorem frugem tandem aliquando vos convertite; Deum amplius quam consuevistis, colite. Non turpe est sententiam mutare: sed in malo perseverare, funestum & exitiosum. Vale oriens & occidens, pro quibus & a quibus oppugnamur. Testis ille est, qui pacatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur. Non enim Dei quoque jacturam facient, qui thronis cesserint: sed supernam cathedram habebunt his multo sublimiorem & tutiorem. Ad hæc omnia, & ante omnia D clamabo: Valete angeli, hujus ecclesiæ præsides, meæque præsentiæ ac* peregrinationis: si modo in manu Dei res nostræ sunt. Vale Trinitas, meditatio mea, & decus meum. His velim serveris, & hos serves, meum hunc populum (meus enim est, etiam si aliter de nobis decernatur,) atque audiam te quotidie tum sermone, tum vita & moribus augeri, & in sublime attolli. Filioli, depositum quæso custodite: mementote lapidationum mearum. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

S. GREG. ORATIO.
2. Cor. c. 12. v. 7.
Rom. c. 10. v. 2.
*profectionis.
2. Tim. c. 1. v. 14.
Rom. c. 16. v. 24.

CANONES CONCILII.

A

CANONES SANCTORVM centum quinquaginta patrum, qui Constantinopoli cōvenerunt, Flavio Eucherio, & Flavio Evagrio viris clarissimis coss. VII. Idus Iulias.

Ejusdem sancti concilii ad piissimum imperatorem Theodosium magnum nuncupatoria: cui adjunxerunt a se statutos canones.

Religionis ac pietatis observantissimo, Deique amantissimo imperatori Theodosio, sanctum concilium episcoporum, qui ex diversis provinciis Constantinopoli convenerunt.

B

INITIO quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietatis imperium constituit ad communem pacem ecclesiarum, & sanæ fidei confirmationem: agentes autem Deo debitas gratias, necessario quoque ea quæ acta sunt in sancto concilio, ad tuam referimus pietatem; nempe quod ex quo tempore juxta literas tuæ pietatis Constantinopoli convenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renovavimus: deinde vero breves etiam pronuntiavimus definitiones, quibus & patrum, qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmavimus; &, quæ adversus eam obortæ sunt, perversas hæreses ac pravas opiniones extrema cum execratione ac detestatione reprobavimus. Præterea etiam ad recte constituendum & ordinandum statum & disciplinam ecclesiarum, certos canones statuimus: quæ omnia huic nostro scripto subjecimus. Rogamus igitur tuam clementiam, ut per literas quoque tuæ pietatis ratum habeatur concilii decretum: ut sicuti literis, quibus nos convocasti, ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam finem eorum quæ decreta sunt, obsignes. Dominus autem imperium tuum in pace & justitia stabiliat, & producat in multas ætates & generationes, atque ad terrenum imperium cælestis quoque regni gaudium & fructum adjiciat. Gratificetur Deus orbi terrarum, ut te, qui re vera pietatis studiosissimus, Deique amantissimus imperator es, valentem, omnibusque præclaris rebus florentem & excellentem videat: id quod sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt & orant.

C

D

Hæc decreverunt ac statuerunt episcopi, qui gratia Dei ex diversis provinciis Constantinopoli convenerunt, vocati a Theodosio piissimo imperatore.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΚΑΤΟΝ πεντήκοντα ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχερίου, καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν ἐκλαμπροτάτων, πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Ἰουλίων.

Προσφωνητικὸς τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν εὐλαβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον τὸν μέγαν· ᾧ * ὑπέταξε τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντας κανόνας.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει.

ΑΡΧΗ μὲν ἡμῖν τοῦ πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν γράμματος, εὐχαριστία πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἀναδείξαντα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τὴν βασιλείαν, ἐπὶ κοινῇ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ καὶ τῆς ὑγιοῦς πίστεως στηριγμῷ· ἀποδιδόντες δὲ τῷ Θεῷ τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν, ἀναγκαίως καὶ τὰ γεγενημένα κατὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν ἀναφέρομεν· καὶ ὅτι συνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κατὰ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐσεβείας, πρῶτον μὲν ἀνενεωσάμεθα τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν· ἔπειτα δὲ καὶ συντόμους * ὅρους ἐξεφωνήσαμεν, τήν τε τῶν πατέρων πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ κυρώσαντες, καὶ τὰς κατ' αὐτῆς ἐκφυείσας αἱρέσεις ἀναθεματίσαντες. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐταξίας τῶν ἐκκλησιῶν ῥη[τοὺς] τοὺς κανόνας ὡρίσαμεν· ἅπερ ἅπαντα τῷδε ἡμῶν τῷ γράμματι * ὑπετάξαμεν. δεόμεθα τοί[νυν] τῆς σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τὴν ψῆφον· ἵν' ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. ὁ δὲ κύριος στηρίξῃ σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ παραπέμψῃ γενεαῖς γενεῶν, καὶ προσθείη τῷ ἐπιγείῳ κράτει καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐπουρανίου τὴν ἀπόλαυσιν. ἐρρωμένον σε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς διαπρέποντα ὁ Θεὸς χαρίσαιτο τῇ οἰκουμένῃ, εὐχαῖς τῶν ἁγίων, τὸν ὡς ἀληθῶς εὐσεβέστατον καὶ θεοφιλέστατον βασιλέα.

Τάδε ὥρισαν οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει χάριτι Θεοῦ συνελθόντες ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν κατὰ κλῆσιν τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου.

GENTIANO " HERVETO INTERPRETE.

E

I.

" Quod in Nicæno cōcilio supra præstitimus, expunctam in Romana, BinianaGL. & regia collectionibus, Herveti interpretationem restituimus, & veterem suo loco post Dionysianam collocavimus, ut omnia sibi concilia ex amussim respondeant.

TRECENTORVM decem & octo patrum qui Nicææ convenerunt fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere & omnem hæresim anathematizari, & specialiter Eunomianorum, sive Anomæorum, & Arianorum sive Eudoxianorum, & Semiarianorum sive Spiritus sancti adversariorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum & Photinianorum & Apollinaristarum.

α.

ΜΗ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων· ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν· καὶ ἰδικῶς τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτουν Ἀνομοίων· καὶ τὴν τῶν Ἀρειανῶν, εἴτουν Εὐδοξιανῶν· καὶ τὴν τῶν * Ἡμιαρειανῶν, ἤγουν Πνευματομάχων· καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, * Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν τῶν * Ἀπολλιναριστῶν.

CANONES CONCILII.

β'.

A Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους, ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας· ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας, τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν· τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν· φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ· καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν * Ἀσίαν μόνην οἰκονομεῖν· καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, τὰ τῆς Ποντικῆς μόνον· καὶ τοὺς τῆς Θρᾴκης, τὰ τῆς Θρᾳκικῆς μόνον οἰκονομεῖν.

B Ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίαις, ἤ τισιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς. Φυλαττομένου δὲ τοῦ προγεγραμμένου περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, εὔδηλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει, κατὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ ὡρισμένα.

Τὰς δὲ ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας οἰκονομεῖσθαι χρὴ κατὰ τὴν κρατήσασαν * συνήθειαν παρὰ τῶν πατέρων.

C γ'.

Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.

δ'.

Περὶ Μαξίμου τοῦ Κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε τὸν Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων καὶ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων.

D ε'.

Περὶ τοῦ τόμου τῶν δυτικῶν· καὶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπεδεξάμεθα τοὺς μίαν ὁμολογοῦντας πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος θεότητα.

ϛ'.

E Ἐπειδὴ πολλοὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν συγχεῖν καὶ ἀνατρέπειν * βουλόμενοι, φιλέχθρως καὶ συκοφαντικῶς αἰτίας τινὰς κατὰ τῶν οἰκονομούντων τὰς ἐκκλησίας ὀρθοδόξων ἐπισκόπων συμπλάσουσιν, οὐδὲν ἕτερον ἢ χραίνειν τὰς τῶν ἱερέων ὑπολήψεις, καὶ ταραχὰς τῶν εἰρηνευόντων λαῶν κατασκευάζειν ἐπιχειροῦντες· τούτου ἕνεκεν ἤρεσε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνδραμόντων ἐπισκόπων, μὴ ἀνεξετάστως προσίεσθαι τοὺς κατηγόρους, μηδὲ πᾶσιν * ἐπιτρέπεσθαι τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι κατὰ τῶν

II.

Episcopi ad ecclesias quæ sunt ultra suam diœcesim suosque limites ne accedant: sed secundum canones, Alexandriæ quidem episcopus Ægyptum solum regat. Orientis autem episcopi orientem solum administrent; servatis privilegiis ac præeminentiis quæ sunt in Nicæni concilii " canonibus, Antiochenæ ecclesiæ. Et Asianæ diœcesis episcopi quæ sunt in sola Asiana administrata: & Thraciæ episcopi Thraciam tantum regant & Pontanæ Pontanam. " Can. 6. Nic.

Non vocati autem episcopi ultra diœcesim ne transea t ad ordinationem vel aliquam alia.. administrationem ecclesiasticam. Servato autem præscripto de diœcesibus canone, clarum est quod unamquamque provinciam provinciæ synodus administrabit secundum ea quæ fuerunt " Nicææ definita. " Can. 5. Nic.

Quæ autem in barbaris sunt gentibus, Dei ecclesias administrare oportet secundum patrum, quæ servata est, consuetudinem.

III.

Constantinopolit nus episcopus habeat " priores hono is partes post Romanum episcopum, eo quod sit ipsa nova Roma. " Vide S. Leonis ep. 51. 52. 53.

IV.

Statuerunt etiam de Maximo Cynico, & ejus petulantia & insolentia, quæ fuit Constantinopoli, ut Maximus episcopus nec fuerit vel sit, nec qui ab eo ordinati fuerunt in ullo, quicumque is sit, gradu cleri omnibus, & quæ circa ipsum fuerunt, & quæ ab illo facta sunt, infirmatis.

V.

De libello " occidentalium: etiam eos suscipimus, qui Antiochiæ unam Patris & Filii & Spiritus sancti deitatem confitentur. "Definitionem intellige fidei Nicænæ ab episcopis occid. Sardicæ firmatam, teste Balsamone. Hervetus τόμον hic partem vertit minus bene.

VI.

Quoniam multi ecclesiasticum ordinem confundere & subvertere volentes, inimice & sycophantice adversus orthodoxos episcopos, qui ecclesias administrant, accusationes quasdam confingunt, nihil aliud quam sacerdotum bonam existimationem contaminare, & in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de causa placuit sanctæ synodo episcoporum qui Constantinopoli convenerunt, nec sine discussione admittere accusatores, nec omnibus, eorum qui 8. "Vide Socr. V. 8. Sozom. VII. S. Niceph. Call. XII. 13.

CANONES CONCILII.

ecclesias administrant, accusationes permittere, nec omnes excludere: sed si quis propriam quidem querelam, id est privatam, intendat episcopo, ut detrimento aliquo, vel injuria aliqua ab ipso affectus, in ejusmodi accusationibus nec accusatoris personam, nec religionem examinari. Oportet enim episcopi conscientiam esse omnibus modis liberã, & eum qui sibi injuriam facta 1 esse dicit, cujuscumq; sit religionis, jus uum consequi. Si autem sit crimen ecclesiasticum, quod episcopo intenditur; tunc examinari personas accusatorum: ut orimum quidem hæreticis non liceat ort odoxos episcopos pro rebus ecclesiasticis accusare. Hæreticos autem dicimus & qui olim ab ecclesia abdicati sunt, & qui sunt postea a nobis anathematizati. adhæc autem & eos, qui se sanam quidem fidem confiteri præ se ferunt, avulsi autem sunt & abscissi, & adversus canoni os nostros episcopos congregationem faciunt. Præterea autem & si aliqui eorum ab ecclesia ob aliquas causas prius condemnati, & ejecti vel excommunicati fuerint; sive ex clero, sive ex laicorum ordine, nec eis licere episcopum ac usare, priusquam proprium crimen abst erserint. Similiter autem & eos, qui prius rei facti accusatique sunt, non prius ad episcopi vel aliorum clericorum accusationem admitti, quam se objectorum sibi criminum insõtes ostenderint. Sed si nonnulli nec hæretici, nec excõmunicati fuerint, nec prius damnati, vel aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere aliquas adversus episcopum criminationes; eos jubet sancta synodus primum quidem apud provinciæ episcopos accusationẽ persequi, & apud eos probare crimina episcopi, qui aliquarum rerum accusatur. Quod si evenerit, ut provinciales episcopi crimina, quæ episcopo intentata sunt, corrigere non possint, tunc ipsos accedere ad majorem synodum diœcesis illius episcoporum, pro hac causa convocatorum; & accusationem non prius intendere, quam in scriptis æquale periculum sibi statuant, si quidem in rebus examinandis accusatum episcopum calumniari convicti fuerint. Si quis autem iis, quæ, ut prius declaratum est, decreta fuerunt, contemptis, ausus fuerit vel imperatoris aures molestia afficere, vel sæcularium principum judicia, vel universalem synodum perturbare, neglectis diœcesis episcopis;

A οἰκονομούντων τὰς ἐκκλησίας, μηδὲ μὴν πάντας ἀποκλείειν· ἀλλ' εἰ μέν τις οἰκείαν τινὰ μέμψιν, τουτέστιν, ἰδιωτικὴν ἐπαγάγοι τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς πλεονεκτηθεὶς, ἢ ἄλλο τι παρὰ τὸ δίκαιον παρ' αὐτοῦ πεπονθώς· ἐπὶ τῶν τοιούτων κατηγοριῶν μὴ ἐξετάζεσθαι μήτε πρόσωπον τοῦ κατηγόρου, μήτε τὴν θρησκείαν. χρὴ γὰρ πάντῃ τρόπῳ τό, τε συνειδὸς τοῦ ἐπισκόπου ἐλεύθερον εἶναι, καὶ τὸν ἀδικεῖσθαι λέγοντα, οἵας ἂν ᾖ θρησκείας, τῶν δικαίων τυγχάνειν. B εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα τῷ ἐπισκόπῳ, τότε δοκιμάζεσθαι χρὴ τῶν κατηγορούντων τὰ πρόσωπα· ἵνα πρῶτον μὲν αἱρετικοῖς μὴ ἐξῇ κατηγορίας κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι. αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν, τούς τε πάλαι τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ὑφ' ἡμῶν ἀναθεματισθέντας· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, *ἀποσχίσαντας δὲ καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανο- C νικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. ἔπειτα δὲ καὶ εἴ τινες *τούτων ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ αἰτίαις τισὶ προκατεγνωσμένοι εἶεν καὶ ἀποβεβλημένοι, ἢ ἀκοινώνητοι, εἴτε ἀπὸ κλήρου, εἴτε ἀπὸ λαϊκοῦ τάγματος· μηδὲ τούτοις ἐξεῖναι κατηγορεῖν ἐπισκόπου, πρὶν ἂν τὸ οἰκεῖον ἔγκλημα πρότερον ἀποδύσωνται. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ κατηγορίαν προλαβοῦσαν ὄντας, μὴ πρότερον εἶναι δεκτοὺς εἰς ἐπισκόπου κατηγορίαν, ἢ ἑτέρων κληρικῶν, πρὶν ἂν ἀθώους ἑαυτοὺς τῶν ἐπαχθέν- D των αὐτοῖς ἀποδείξωσιν ἐγκλημάτων. εἰ μέντοι τινές, μήτε αἱρετικοί, μήτε ἀκοινώνητοι εἶεν, μήτε προκατεγνωσμένοι ἢ προκατηγορημένοι ἐπί τισι πλημμελήμασι, λέγοιεν δὲ ἔχειν τινὰ ἐκκλησιαστικὴν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου κατηγορίαν· τούτους κελεύει ἡ ἁγία σύνοδος πρῶτον μὲν ἐπὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας πάντων ἐπισκόπων ἐνίστασθαι τὰς κατηγορίας, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐλέγχειν τὰ ἐγκλήματα τοῦ ἐν αἰτίαις τισὶν ἐπισκόπου. εἰ δὲ συμβαίη ἀδυνατῆσαι τοὺς ἐ- E παρχιώτας πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων τῷ ἐπισκόπῳ, τότε αὐτοὺς προσιέναι μείζονι συνόδῳ τῶν τῆς διοικήσεως ἐπισκόπων ἐκείνης, ὑπὲρ τῆς αἰτίας ταύτης συγκαλουμένων· καὶ μὴ πρότερον ἐνίστασθαι τὴν κατηγορίαν, πρὶν ἢ ἐγγράφως αὐτοὺς τὸν ἴσον αὐτοῖς *ὑποτιμήσασθαι κίνδυνον, εἴπερ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων *τάξει συκοφαντοῦντες τὸν κατηγορούμενον ἐπίσκοπον ἐλεγχθεῖεν. εἰ δέ τις καταφρονήσας τῶν κατὰ τὰ προδηλωθέντα δεδογμένων, τολμήσειεν ἢ βασιλικὰς ἐνοχλεῖν ἀκοάς, ἢ κοσμικῶν ἀρχόντων δικαστήρια, ἢ οἰκουμενικὴν σύνοδον ταράσσειν, πάντας ἀτιμάσας τοὺς τῆς διοικήσεως ἐπισκόπους

τὸν

τὸν τοιοῦτον τὸ πρᾶγμα εἰς κατηγορίαν μὴ A εἶναι δεκτόν, ὡς καθυβρίσαντα τοὺς κανόνας, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν λυμηνάμενον εὐταξίαν.

eum nullo modo esse ad accusationem admittendum, ut qui canonibus injuriam fecerit, & ecclesiasticum ordinem everterit.

ζ.

Τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, δεχόμεθα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν. Ἀρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανούς, καὶ Σαββατιανούς, καὶ Ναυατιανούς, τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς καθαροὺς καὶ ἀριστερούς, καὶ τοὺς Τεσσαρεσκαιδεκατίτας, εἴτουν Τετραδίτας, καὶ B Ἀπολλιναριστὰς δεχόμεθα διδόντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας πᾶσαν αἵρεσιν, μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία· καὶ σφραγιζομένους, ἤτοι χριομένους πρῶτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ τό, τε μέτωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὰ ὦτα. καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς λέγομεν· Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Εὐνομιανοὺς μέν τοι, τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς ἐνταῦθα C λεγομένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς υἱοπατορίαν* διδάσκοντας, καὶ ἕτερά τινα χαλεπὰ ποιοῦντας. καὶ τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις, ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν ἐνταῦθα, μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς Γαλατῶν χώρας* ἐρχόμενοι, πάντας τοὺς ἀπ' αὐτῶν θέλοντας προστίθεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς Ἕλληνας δεχόμεθα. καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς Χριστιανούς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους· εἶτα τὴν τρίτην ἐξορ- D κίζομεν αὐτοὺς μετὰ τοῦ ἐμφυσᾷν τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον καὶ εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν· καὶ οὕτως κατηχοῦμεν αὐτούς, καὶ ποιοῦμεν αὐτοὺς χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν· καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν.

VII.

Eos qui rectæ fidei adjiciuntur*, & parti eorum qui ex hæreticis servantur, recipimus, secundum subjectam hic consequentiam & consuetudinem. Arianos quidem, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Novatianos, qui dicunt seipsos Catharos & Aristeros, [hoc est, mundos, vel sinistros,] & Tessaradecatitas, sive Tetraditas, & Apollinaristas recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæresim anathematizantes, quæ non sentit ut sancta Dei catholica & apostolica ecclesia; & signatos, sive unctos primum sancto chrismate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures. Et eos signantes dicimus, Signaculum doni Spiritus sancti. Atqui Eunomianos, qui in unam demersionem baptizantur; & Montanistas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eumdem esse Patrem & Filium opinantur, utrumque simul confundentes, & alia gravia & indigna faciunt: & alias omnes hæreses: quoniam hic multi sunt hæretici, & maxime qui ex Galatarum regione veniunt; quicumque ex his rectæ fidei adscribi volunt, ut Græcos admittimus: & primo quidem die ipsos Christianos facimus; secundo catechumenos; deinde tertio exorcizamus sive adjuramus ipsos, ter simul in faciem eorum & aures insufflando. Et sic eos catechizamus sive initiamus, & curamus ut longo tempore versentur in ecclesia, & audiant scripturas; & tunc eos baptizamus.

ΤΟ ΕΚΤΕΘΕΝ ΠΑΡΑ ΤΗΣ αὐτῆς συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει σύμβολον.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ E καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε

SYMBOLVM EIVSDEM concilii Constantinopolitani.

CREDIMVS in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: & incarnatus est ex Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est: Crucifixus etiam pro

CANONES CONCILII.

nobis sub Pontio Pilato, passus ac sepultus: & tertia die resurrexit secundum scripturas: ascendit in cęlos, sedet ad dexteram patris: inde venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum, dominum & vivificantem, ex patre procedentem, & cum patre & filio adorandum & conglorificandum: qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum; & vitam futuri sęculi. Amen.

A ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. B ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

CANONES CONCILII CONSTANTINOPOLITANI,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

** TITULI CANONUM.

CANONES

Sub Theodosio piissimo imperatore apud Constantinopolim expositi sunt canones numero tres. Hæ definitiones expositæ sunt ab episcopis CL. qui in id ipsum apud Constantinopolim convenerunt, quando beatus Nectarius episcopus est ordinatus.

I.

FIDEM non ' violandam patrum trecentorum decem & octo, qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt; sed manere eam firmam & stabilem. Anathematizandam omnem hæresim, & specialiter Eunomianorum vel Anomianorum ', & Arianorum vel Eudoxianorum ', & Macedonianorum ' vel spiritui sancto resistentium, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinariorum.

' exponendam

' & Semiarianorum

' Pneumatomachorum, id est qui contra spiritum sanctum pugnant.

' ultra

II.

Qui sunt ' super diœcesim episcopi, nequaquam ad ecclesias, quę sunt extra præfixos sibi terminos, accedant; nec eas hac pręsumptione confundant; sed ' juxta canones, Alexandrinus antistes quę sunt in Ægypto regat solummodo; & orientis episcopi orientem tantum gubernent, servatis privilegiis, quę Nicænis canonibus ecclesiæ Antiochenę tributa sunt. Asianæ quoque diœceseos episcopi, ea solum quæ sunt in Asiana diœcesi dispensent: necnon & Ponti episcopi ea tantum quæ sunt in Ponto; & Thraciarum, quæ in Thraciis sunt, gubernent.

" secundum regulas

C Non vocati autem episcopi ultra suam diœcesim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes ecclesiasticas. Servata vero quæ scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciæ synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse concilio. Ecclesias autem Dei in barbaricis gentibus constitutas gubernari convenit juxta consuetudinem D quæ est a patribus observata.

Verumtamen Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum ' episcopum, propterea quod urbs ' ipsa sit ' junior Roma.

III.

De Maximo Cynico, & ejus inordinata constitutione quæ Constantinopoli facta est, placuit, neque Maximum episcopum esse vel fuisse, nec eos qui ab ipso in quolibet gradu * clerici sunt ordinati; cum omnia quę ab eodem perpetrata sunt, in irritum deducta esse videantur.

EXPOSITIO ' FIDEI CENTUM quinquaginta sanctorum patrum, qui Constantinopoli congregati sunt.

CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre ante omnia sęcula, Deum verum de Deo vero; natum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & salutem nostram, descendit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sancto ex

ex Maria virgine, & humanatus est: & A crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus est: & resurrexit tertia die; ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum: qui locutus est per sanctos prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum: & vitam futuri sæculi. Amen.

Et subscripserunt episcopi centum quinquaginta, qui in eodem concilio convenerunt.

Nectarius Constantinopolitanus.

Provincia Ægypti.

Timotheus Alexandrinus.
Dorotheus Oxyrinchites.

Provincia Palæstinæ.

Cyrillus Hierosolymitanus.
* Thalassius Cæsariensis.
Macer ' Ierichuntinus.
Dionysius Diospolitanus.
Priscianus Sebastensis.
' Saturninus Scythopolitanus.
Rufus Nicopolitanus.
Auxentius Ascalonitanus.
Ælianus Iamniensis.

Provincia Phœnices.

Zenon Tyrius.
Paulus Sidoniensis.
Nectabus Ptolemaidensis.
Philippus Damascenus.
' Batrachus Paneadensis.
Timotheus ' Berytius.
Basilides Byblensis.
* Mochimus Aradensis.
Alexander * Arachensis.

*Provincia Syriæ * Cœles.*

Meletius Antiochenus.
* Pegasius Laodicensis.
Acacius Berœensis.
Ioannes Apameensis.
' Byzus Seleuciensis.
Eusebius Epiphaniensis.
Marcianus * Seleucopolitanus.
Patrophilus Larissensis.
Severus ' Patrensis.
Flavianus, & Elpidius presbyteri Antiocheni.
Eusebius Chalcidensis.
Domnus Gabalensis.
Basilius ' Raphanensis.

Provincia Arabiæ.

' Agapius.
' Bagadius.

Provincia Bostron.

Elpidius * Dionistensis.
Vranius * Adranensis.
Chilon " Constantiensis.
Severus Neapolitanus.

Provincia Osdroenæ.

Eulogius Edessenus.
Vitus " Carrensis.
Abramus * Bathnensis.

Provincia Mesopotamiæ.

Mareas Amidensis.
' Bathes Constantinianensis.
' Iobianus Imeriensis.

*Provincia Augustæ * Euphratesiæ.*

* Theodotus Hierapolitanus.
Antiochus Samosatenus.
Isidorus * Surrensis.
Iobinus * Pellensis.
Maris ' Dolichensis.

Provincia Ciliciæ.

Diodorus Tarsensis.
Cyriacus Adanensis.
B Hesychius Epiphaniensis.
Germanus Corycensis.
Aerius Zephyriensis.
' Philomusus Pompeiopolis.
Olympius Mopsuestiensis.
' Philomusus Alexandrinus, per Alypium presbyterum.

Provincia Cappadociæ.

Helladius Cæsariensis.
Gregorius Nyssenus.
' Epherius Tyanensis.
Bosphorus * Coloniensis.
Olympius ' Pharnaciensis.
Gregorius Nazianzenus.

Provincia Armeniæ minoris.

C Oterius Melitinensis.
Oterius Arabissensis.

Provincia Isauriæ.

Symposius Seleuciensis.
Philotheus ' Irenopolis.
Montanus ' Claudianopolitanus, per Paulum presbyterum.
* Hipsistius Philadelphius.
Marinus Dalisandensis.
Theodosius Antiochenus.
Artemius ' Titopolitanus.
' Neon Selenuntensis.
Eusebius Olbiensis.
Montanus Diocæsariensis.
Musonius ' Celenderitanus.

Provincia Cypri.

D Iulius Paphensis.
Theopompus Tremituntis.
Tychon " Thamassensis.
* Mnemius Cittiensis.

Provincia Pamphyliæ.

Troilus * Geonensis.
Caius * Lirbensis.
Longinus * Colobrassensis.
Theodulus * Coracesiensis.
Hesychius * Commacensis.
Tuesianus Cassonensis.
E Mydus * Penteneſſensis.
Heraclides * Tituensis.
Theodulus " Silviensis.
Pammenius Ariassensis.

Provincia Lycaoniæ.

Amphilochius Iconiensis.
Cyrillus ' Homonadensis.
Aristophanes " Sobarensis.
Paulus Lystrensis.
Inzus * Cotnensis.
Darius Mystiensis.
Leontius Pergensis.
Theodosius * Hydensis.
Eustathius Cannensis.
' Daphnus Derbensis.
Eugenius * Paspanensis.

CANONES CONCILII.
' Batenis.
' Iovinus Emmarias sive Æmarensis.
* circa Euphratem.
* Theodorus
* Cyrensis.
' Cyri.
* Pennensis. ' Pertiensis.
' Lolliensis.
' Filonius
' Theophilus
' Ætherius sive Aerius.
* Coloniensis.
' Parnasi seu Parnassi
' Ieropolita.
' Claudiop.
* Isistius
' Spistus.
' Titiop
' Neunius Selnuntos.
' Colendrinus.
' Tamasianus.
* Meminius
' Nemus Cethiu.
* Gonensis.
' Egeanensis
* Gyrbensis. ' Lirbysenus.
* Colymbrasensis.
* Corocasiensis. ' Caricissitanus.
* Caramensis. * Coternuensis.
* Panemineı sis. ' Midos Panemu.
* Ptynsensis. *al.* Tychensis.
' Thicusitanus. ' Fialitanus.
' Cumanadensis
" Supatæ seu Saparensis.
* Coriensis.
' Corinus.
* Sydensis.
' Vdisenus.
' Parsanas
* Palanensis. ' Poradensis, Passalonensis.

' Huarius

CANONES CONCILII.
' Illyrius. ' Iluarius Isaurensis.
Severus Ambladensis.

Provinciæ Pisidiæ.

' Optimus. ' Optimius Antiochenus.
Themistius Hadrianopolis.
Attalus Prostamensis.
' Adanensis Ananius ' Adadensis.
* Liminensis. Faustus * Lysiniensis.
* Salagassensis. ' Sagalassitanus. Ionius * Sagalessensis.
' Pæmandrensis. Callinicus ' Podaliensis.
' Paradagensis. Eustatius Metropolitanus.
Patricius ' Paraliensis.
Lucius Neapolitanus.
" Lollianus. " Longianus Sozopolis, per Simplicium presbyterum.
'Amuranus Tyrannus presbyter ' Amorii.
" Auxianus. ' Auxanon presbyter Apameæ.
Helladius presbyter Commanensis.
Theosebius Philomeliensis, per Bassum presbyterum.

"** *Provinciæ Lyciæ.*

Tatianus Myrensis.
Pionius, Comasensis.
Eudemius Patarensis.
'Vnomandensis Patricius ' Oenandensis.
Lupicinus Lymirensis.
' Zandolensis. Macedon ' Xanthensis.
* Pasilidunensis. Romanus " Bibonensis.
* Theantianus. * Theantimus Araxenus.
' Hermeus Bubuteensis.

Provinciæ Phrygiæ Salutaris.

' Primisiæ. Vitus ' Primnesiensis.
' Eusanius. ' Auxamanus Eucarpiensis.

Provinciæ Phrygiæ Pacatianæ.

* Appianensis. Nectarius * Apirensis.
Theodorus Eumeniensis, per Profuturum presbyterum.

"** *Provinciæ Cariæ.*

* Ecdicius ' Eudoxius Aphrodisiadis.
' Cymiruensis seu Cibyrensis. Leontius ' Cyburensis.

Provinciæ Bithyniæ.

Euphrasius Nicomediensis.
Dorotheus Nicænus.
Olympius Neocæsariensis.
Theodulus Calchedonensis.
* Eustathius. * Eustasius Prusensis.

Provinciæ Ponti Amasiæ.

* Pansophius. *al.* Pasiphilus. * Pantophilus Iberorum.

Provinciæ Mysiæ.

* Marciop. Martyrius ' Marcianopolis.

Provinciæ Scythiæ.

* Terentius. ' Gerontius Tomensis.
* Chersonesi Ætherius ' Tersonitanus.
Sebastianus Anchialensis.

*Provinciæ * Spaniæ.*

* *Hispaniæ.*
* Laminitanensis. Agrius * Immontinensis.

Provinciæ Ponti Polemoniaci.

* Ymimonetis. * Cyrillum. Atarbius, per ' Cylum lectorem.

"** CANONES CONCILII CONSTANTINOPOLITANI,

Ex interpretatione veteri, quæ legitur in compilatione Isidori Mercatoris.

"** TITULI CANONUM.

I. *Custodiendam esse fidem patrum trecentorum decem & octo.*

II. *Ut episcopi suam diœcesim gubernent, nec ad alias accedant.*

A III. *Non invitatos episcopos ultra diœcesim propriam acccedere non debere.*

IV. *De ecclesiis barbaricis positis: sive, in barbaricis compositis.*

V. *De honore Constantinopolitani episcopi.*

VI. *De Maximo Cynico philosopho.*

VII. *De fide symboli apud Costantinopolim constituti.*

CANONES.

Hæ regulæ sive definitiones sunt expositæ ab episcopis centum quinquaginta qui in unum Constantinopolim convenerunt, quando beatus Nectarius episcopus ordinatus est damnato Maximo Cynico, quorum nomina & provinciæ nominantur in Græco. B

I.

NON spernendam esse fidem patrum trecentorum decem & octo, qui in Nicæa Bithyniæ convenerunt, sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum sive " Anomianorum (qui Latine sine lege dicuntur) & Arianorum sive Eudoxianorum, & Semiarianorum, necnon Pneumatomachorum, (qui contra Spiritum sanctum pu- C gnant) & Sabellianorum & Marcellianorum & Photinianorum & Apollinaristarum.

II.

Episcopi " qui extra diœcesim sunt ad ecclesias qui extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant & permisceant ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandriæ quidem episcopus ea quæ sunt in Ægypto tantum gubernet. Orientis autem episcopi solius D orientis curam gerant, servatis honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ, quæ in regulis Nicænæ synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis episcopi & quæ sunt in Asia & ad Asianam tantummodo diœcesim pertinent gubernent. Ponti autem episcopi Ponticæ tantum diœcesis habeant curam. Thraciæ vero ipsius tantummodo Thraciæ.

III.

Non invitati " episcopi ultra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus vel quibuscumque E disponendis ecclesiasticis causis servata regula, quæ supra scripta est de unaquaque diœcesi. Manifestum namque est quod per singulas quasque provincias provincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in " Nicæa definita.

IV.

Ecclesias autem Dei quæ sunt in barbaricis gentibus confirmare, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem quam a patribus obtinuisse dignoscitur.

V.

V.

Constantinopolitanæ" civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propterea quod sit nova Roma.

VI.

De Maximo Cynico philosopho, & propter totius indisciplinationis ejus doctrinam quæ Constantinopoli orta est, statutum est, ut neque Maximus fuisse aut esse etiam putetur episcopus neque hi qui ab eo sunt ordinati, qualem cumque gradum clericatus, obtineant, omnibus scilicet quæ circa eum, vel ab eo gesta sunt, in irritum ' revocatis.

VII.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem. Et in unum dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum ex patre natum ante omnia sęcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum, omoousion Patri, hoc est ejusdem cum Pa- C

A tre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo & quę in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus passus est sub Pontio Pilato ac sepultus & tertia die resurrexit: ascendit in cælos sedet ad dexteram Patris: inde venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum dominum & vivificatorem ex Patre procedentem, cum Patre & Filio B adorandum & conglorificandum: qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam atque apostolicam ecclesiam: Confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum: Expectamus resurrectionem mortuorum & vitam futuri sęculi. Amen.

EPISTOLÆ EPISCOP.

Nomina episcoporum centum quinquaginta.

Nectarius Constantinopolitanus. Timotheus Alexandriæ. Dorotheus a Corintho. Cyrillus Hierosolymitanus. Gelasius Cæsariensis *& ceteri, ut supra, quorum nomina corruptissima.*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΩΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝ-*τινεπόλει συνελθόντων ἐπισκόπων.*

Κυρίοις τιμιωτάτοις, καὶ εὐλαβεστάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, Δαμάσῳ, Αμβροσίῳ, Βρίττωνι, Οὐαλεριανῷ, Αχολίῳ, Ανεμίῳ, Βασιλείῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις ἐπισκόποις τοῖς συνεληλυθόσιν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Ρώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων τῶν συνεληλυθότων ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Κωνσταντινουπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν. D

ΤΟ μὲν ὡς ἀγνοοῦσαν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν διδάσκειν, καὶ διηγεῖσθαι τῶν * παθῶν τὸ πλῆθος τῶν ἐπαχθέντων ἡμῖν παρὰ τῆς τῶν * Αρειομανῶν δυναστείας, περιττὸν ἴσως. οὔτε γὰρ ...ούτω πάρεργον τὰ καθ' ἡμᾶς κρίνειν τὴν ὑμετέ...ραν ἡγούμεθα θεοσέβειαν, ὡς δεῖσθαι τοῦ μαθεῖν ...ταῦτα, οἷς ἐχρῆν συναλγεῖν· οὔτε τοιοῦτοί τινες ...οἱ περισχόντες ἡμᾶς χειμῶνες, ὡς λανθάνειν ἀπὸ ...σμικρότητος. ὅ, τε χρόνος τῶν διωγμῶν νεαρὸς, ...ἔναυλον ἔτι φυλάττων τὴν μνήμην, οὐ τοῖς πεπονθόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δι' ἀγάπην τὰ ...τῶν πεπονθότων οἰκειουμένοις. χθὲς, ὡς εἰπεῖν, ...ἔτι καὶ πρώην, οἱ μὲν τῶν τῆς ἐξορίας λυθέν- E ...τες δεσμῶν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας διὰ μυ...ρίων ἐπανήκασι θλίψεων· τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις ἐπανεκομίσθη τὰ λεί...ψανα. τινὲς δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον, ...τι βράζοντι τῷ τῶν αἱρετικῶν περιπεσόντες ...θυμῷ, πικρότερα τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, ἐπὶ ...τῆς οἰκείας ὑπέμειναν, λίθοις παρ' αὐτῶν τε...λειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον Στέφανον. ἄλλοι ...διαφόροις καταξανθέντες αἰκίαις, ἔτι τὰ στί...γματα τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς μώλωπας ἐν τῷ

EPISTOLA EPISCOPORVM qui Constantinopoli convenerunt.

Dominis honoratissimis, & cum primis reverendissimis fratribus ac collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Acholio vel Ascholio, Anemio, Basilio, & ceteris sanctis episcopis in magna urbe Roma convocatis, sanctum concilium orthodoxorum episcoporum in ampla urbe Constantinopoli congregatorum, in domino salutem.

MVLTITVDINEM calamitatum nobis a dementis sectæ Arianæ potentia inflictarum, vestræ reverentiæ tamquam earumdem ignaris exponere narrareque, erit fortasse supervacaneum. Nam neque vestram pietatem res nostras tā parvo æstimare arbitramur, ut de his docendi sitis, pro quibus deberetis nobiscum condolescere: neq; hujusmodi sunt tempestates illæ, quibus undique jactati sumus, ut propter earum parvitatem vos latere queāt. Quin etiam tempus persecutionis adeo nuper præteriit, ut non illi solum, qui in eo afflictati erant, verum & eorum amici, qui propter amorem venerant cum illis in societatem doloris, recentem ejus memoriam teneant. Nam heri, prope dixerim, & nudius tertius, nonnulli exilii vinculis liberati, & infinita fere afflictionum genera perpessi, ad ecclesias suas redierunt: aliorum autem in exilio extinctorum reliquiæ in patriam sunt reportatæ. Quidam post reditum ab exilio, in furorem hæreticorum adhuc sævientem incidentes, graviora tormenta in sua ipsorum, quam in aliena regione tolerarunt; &, sicut beatus Stephanus, lapidibus obruti occubuerunt. Alii variis verberationibus dilacerati, stigmata Christi & vibices in corpore adhuc Actor. c. 7. v. 58.

EPISTOLA EPISCOPOR.

adhuc circumferunt. Porro pecuniæ jacturam, A multas civitatum, proscriptiones singulorum, insidias, contumelias, carceres, quis poterit enumerare? Nam afflictionum genera, quibus vexati sumus, vix numero comprehendi possunt; propterea fortasse, quod pœnæ peccatis debitæ nobis persolvendæ erant: fortasse autem, quod benignus Deus per ingentem rerum adversarum multitudinem nos exercere volebat. Pro quibus Deo certe agendæ sunt gratiæ, qui per tot cruciatus erudivit servos suos, & secundum multitudinem miserationum suarum rursus eduxit nos in refrigerium. Nobis autem diuturno otio, B & multo tum tempore, tum labore ad ecclesiarum emendationem opus erat, ut corpus earum, tamquam diuturno morbo vexatum, curationibus pedetentim adhibitis recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem reducamus. Nam etsi maxime videmur persecutionis asperitate liberati, & ecclesias diu ab hæreticis occupatas modo recuperare; tamen lupi nobis permultum facessunt molestiæ: ac licet ab ovilibus abacti sint, in silvis tamen greges diripere, conventus contrarios nobis audacter opponere, populorum seditiones concitare non cessant; denique nihil omnino prætermittunt, quod ec- C clesiis quidquam afferre possit incommodi. Itaque erat, ut diximus, necessarium, ut in his rebus recte constituendis plus temporis collocaremus. Iam vero, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos caritatem declararetis, concilio voluntate ac nutu Dei Romæ coacto, nos velut membra propria per Deo amantissimi imperatoris literas accersivistis: ne cum nos soli jam antea res acerbas subiissemus, nunc imperatoribus de pietate consentientibus, sine nobis vos regnaretis; sed potius, sicut loquitur apostolus, ut nos vobiscum conregnaremus: est certe nobis omnibus in optatis, si posset D fieri, ecclesiis confertim relictis, vestro desiderio, aut necessario potius ecclesiæ negotio inservire. Quis enim nobis dabit pennas sicut columbæ, & volabimus, & requiescemus apud vos? Verum quoniam hoc modo ecclesiæ nuper renovatæ nudarentur, & res a plerisque fieri omnino non queat; nam Constantinopolim convenerамus, mandato literarum superiore anno a vestra reverentia post concilium Aquileiense ad Dei amantissimum imperatorem Theodosium missarum; ad iter dumtaxat Constantinopolim usque faciendum præmeditati, atque de hoc uno concilio celebrando consensum episcoporum, qui in provinciis manserant, una nobiscum afferentes: E longiore autem itinere opus esse nec expectantes, neque omnino ante accipientes, quam Constantinopoli in unum conventum esset. Huc accedit, quod temporis præstituti angustia neque ad longius iter parandum, neque ad episcopos in singulis provinciis, qui sunt ejusdem nobiscum communionis, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum consensus obtinendos satis spatii dat. Itaque cum & hæ res, & aliæ præterea complures majori parti episcoporum impedimento sint, quo minus ad vos veniant:

Psalm. 150.
Psal. 65. v. 12.

1. Cor. c. 4. v. 8.

Psalm. 54. v. 7.

σώματι περιφέρουσι. χρημάτων δὲ ζημίας καὶ * περιτμήσεις πόλεων, καὶ τὰς τῶν καθ' ἕνα * δημοσιεύσεις, καὶ συσκευὰς, καὶ ὕβρεις, καὶ δεσμωτήρια τίς ἂν ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο; πᾶσαι γὰρ ὄντως ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμὸν, ἴσως μὲν, ἐπειδὴ δίκας ἁμαρτημάτων ἐτίνομεν· ἴσως δὲ καὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διὰ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος. τούτων μὲν οὖν τῷ Θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ἐξεπαίδευσε· καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ πάλιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ἡμῖν δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλοῦ χρόνου καὶ πόνου πρὸς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπανόρθωσιν, ἵν' ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀῤῥωστίας ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιμελείαις τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἐκνοσηλεύοντες, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς εὐσεβείας ὑγίειαν ἐπαναγάγωμεν. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα δοκοῦμεν τῆς τῶν διωγμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας ἀρτίως ἀνακομίζεσθαι. πλὴν ἀλλὰ βαρεῖς ἡμῖν λύκοι, καὶ μετὰ τὸ τῆς μάνδρας ἐξωσθῆναι κατὰ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, ἀντισυνάξεις τολμῶντες, δήμων κινοῦντες ἐπαναστάσεις, ὀκνοῦντες οὐδὲν εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν βλάβην. ἦν μὲν οὖν, ὅπερ εἰρήκαμεν, ἀναγκαῖον, πλείονα ἡμᾶς προσασχοληθῆναι χρόνον. ἐπειδὴ μέν τοι τὴν ἀδελφικὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδεικνύμενοι, σύνοδον ἐπὶ τῆς Ῥώμης Θεοῦ βουλήσει συγκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων· ἵν' ἐπειδὴ τότε τὰς θλίψεις μόνοι κατεδικάσθημεν, νῦν ἐν τῇ τῶν αὐτοκρατόρων περὶ τὴν εὐσέβειαν συμφωνίᾳ μὴ χωρὶς ἡμῶν βασιλεύσητε, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, συμβασιλεύσωμεν· εὐχὴ μὲν ἦν ἡμῖν, εἰ δυνατὸν, ἅπασιν ἀθρόως καταλιποῦσι τὰς ἐκκλησίας, τῷ πόθῳ ἢ τῇ χρείᾳ χαρίσασθαι. τίς γὰρ ἡμῖν δώσει πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθησόμεθα, καὶ πρὸς ὑμᾶς καταπαύσομεν; ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παντελῶς ἐγύμνου τὰς ἐκκλησίας, ἄρτι τῆς ἀνανεώσεως ἀρχομένης, καὶ τὸ πρᾶγμα παντάπασιν ἦν τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον· συνδεδραμήκειμεν γὰρ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος μετὰ τὴν ἐν Ἀκυληΐᾳ σύνοδον πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα Θεοδόσιον ἐπισταλθέντων, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν τὴν μέχρι Κωνσταντινουπόλεως * παρεσκευασάμενοι, καὶ περὶ ταύτης μόνης τῆς συνόδου τὴν τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μεινάντων ἐπισκόπων συγκατάθεσιν ἐπαγόμενοι· μείζονος δὲ ἀποδημίας μήτε προσδοκήσαντες χρείαν, μήτε * προσακούσαντες ὅλως, πρὶν εἰς Κωνσταντινούπολιν συνελθεῖν. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τῆς προθεσμίας διὰ στενότητα, μήτε πρὸς παρασκευὴν μακροτέρας ἀποδημίας ἐνδιδούσης καιρὸν, μήτε πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κοινωνικοὺς ἐπισκόποις ὑπομνησθῆναι, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν συγκαταθέσεις λαβεῖν. ἐπειδὴ ταῦτα καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἕτερα τὴν τῶν πλειόνων ἄφιξιν διεκώλυσεν,

ὃ δύ-

ὁ δεύτερον ἦν, εἴς τε τὴν τῶν πραγμάτων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας περὶ ἡμᾶς ἀγάπης ἀπόδειξιν, τοῦτο πεποιήκαμεν, τοὺς αἰδεσιμωτάτους καὶ τιμιωτάτους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν ἐπισκόπους, Κυριακὸν, Εὐσέβιον, καὶ Πρισκιανὸν, προθύμως κάμνειν ἄχρις ὑμῶν δυσωπήσαντες, δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν εἰρηνικὴν οὖσαν, καὶ σκοπὸν ἑνώσεως ἔχουσαν, ἐπιδείκνυμεν· καὶ τὸν ζῆλον ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς πίστεως φανερὸν ποιοῦμεν. ἡμεῖς γὰρ εἴτε διωγμοὺς, εἴτε θλίψεις, εἴτε * βασιλείους ἀπειλὰς, εἴτε τὰς τῶν ἀρχόντων ὠμότητας, εἴτε τινα πειρασμὸν ἕτερον παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπεμείναμεν, ὑπὲρ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων θεοφόρων πατέρων κυρωθείσης ὑπέστημεν. Ταύτην γὰρ καὶ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον τῆς ἀληθοῦς πίστεως, συναρέσκειν * δεῖ· ἣν μόλις ποτὲ πρεσβυτάτην τε οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δηλαδὴ θεότητός τε καὶ δυνάμεως καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας, καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ τελειοτάταις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις· ὡς μήτε τὴν Σαβελλίου νόσον χώραν λαβεῖν, συγχεομένων τῶν ὑποστάσεων, ἤγουν τῶν ἰδιοτήτων ἀναιρουμένων· μήτε μὴν τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, καὶ Ἀρειανῶν, καὶ πνευματομάχων βλασφημίαν ἰσχύειν, τῆς οὐσίας, ἢ τῆς φύσεως, ἢ τῆς θεότητος τεμνομένης, καὶ τῇ ἀκτίστῳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ συναϊδίῳ τριάδι μεταγενεστέρας τινὸς, ἢ κτιστῆς, ἢ ἑτεροουσίου φύσεως ἐπαγομένης. καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν ἢ ἀτελῆ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι· ὅλον δὲ εἰδότες τέλειον μὲν ὄντα πρὸ αἰώνων Θεοῦ λόγον, τέλειον δὲ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γενόμενον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πίστιν παρ' ἡμῶν ἀνυποστόλως κηρυττομένην, ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιαῦτα· περὶ ὧν καὶ ἐπὶ πλεῖον ψυχαγωγηθῆναι δυνήσεσθε, τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνελθούσης συνόδου γεγενημένῳ καταξιώσαντες ἐντυχεῖν, καὶ τῷ πέρυσι ἐν Κωνσταντινουπόλει παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδου· ἐν οἷς πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, καὶ τῶν ἔναγχος καινοτομηθεισῶν αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν ἔγγραφον πεποιήκαμεν. περὶ δὲ τῶν οἰκονομιῶν τῶν κατὰ μέρος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, παλαιός τε, ὡς ἴστε, θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων ὅρος, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας, καὶ εἴπερ ἐκεῖνοι βούλοιντο, σὺν αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας. οἷς ἀκολούθως τάς τε λοιπὰς ἐκκλησίας παρ' ἡμῖν οἰκονομεῖσθαι γινώσκετε, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων ἐκκλησιῶν ἀναδεδέχθαι τοὺς ἱερεῖς. ὅθεν τῆς μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει νεοπαγοῦς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκκλησίας, ἣν ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος, τῆς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας ὑπόγυιον ἐξηρπά-

A idcirco quod secundo in loco faciendum erat, tum ad statum rerum ecclesiasticarum rite ordinãdum, tum ad ostendendũ quanti vestram erga nos caritatem æstimemus, illud certe fecimus; quippe oravimus reverendissimos honoratissimosque fratres & collegas nostros episcopos Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, ut laborem ad vos proficiscendi suscipere non gravarentur. Qui quidem non solum vobis exponent, quam nostra voluntas pacis studiosa sit, & quo pacto nihil aliud quam ecclesiæ concordiam sibi proponat; verum etiam quam ardenti studio ad sanam fidem tuendam accensi simus, perspicue significa- B bunt. Nam persecutionum procellas, cruciatus, minas imperatorias, crudelem magistratuum violentiam, aliarumque rerum incommodarum tentationes, quas ab hæreticis sustinuimus, pro fide euangelica a trecentis decem & octo sanctis patribus in Nicæa Bithyniæ urbe confirmata sustinuimus. Etenim ista fides tum a nobis, tum a vobis, tum ab omnibus qui verbum veræ fidei non pervertunt, approbari debet; quippe cum & antiquissima sit, & lavacro baptismatis consentanea, & nos doceat credere in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, hoc est, in divinitatem, potentiam & substantiam unam Patris & Filii & Spi- C ritus sancti, æqualem dignitatem, & coæternum regnum, in tribus perfectissimis hypostasibus, sive in tribus perfectis personis; adeo ut neque quidquam loci detur pestiferæ Sabellii hæresi, qua confunduntur personæ. hoc est, proprietates tolluntur; neque blasphemia Eunomianorum, Arianorum, aut eorum qui Spiritum sanctum oppugnant, quidquam habeat ponderis, quæ quidem essentiam, naturam, sive divinitatem discindit, & Trinitati, quæ increata, & consubstantialis, & coæterna est, naturam posterius genitam, aut creatam, aut quæ sit alterius essentiæ, inducit. Nos præterea doctrinam dominicæ incarnationis integram & perfectam tenemus; neque dispensationem carnis Christi, vel animæ vel mentis expertem, vel imperfe- D ctam esse asserimus: sed agnoscimus Verbum Dei ante sæcula omnino perfectum, & perfectum hominem in novissimis diebus pro nostra salute factum esse. Atque ista de fide a nobis libere ingenueque prædicata, summatim disseruimus: de quibus pleniorem delectationem animis poteritis percipere, si bellum in concilio Antiochiæ convocato, de fidei decisione editum, & eum etiam qui superiore anno a Constantinopolitano concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram uberius exposuimus, tum E hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denuntiavimus. De administrationibus autem singularum ecclesiarum, cum vetus, uti nostis, lex obtinuit, tum sanctorum patrum in concilio Nicæno decisio; ut videlicet singularum provinciarum antistites, una cum finitimis (modo ipsis ita visum fuerit) episcopis, ad ecclesiarum commodum habeant ordinationes, Ex cujus legis & decisionis præscripto scitote tum alias quoque ecclesias apud nos administrari, tum illustrissimarum ecclesiarum sacerdotes delectos. Vnde ecclesiæ Constantinopolitanæ recens, ut ita dicam, ædificatæ, quamque ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis, per misericordiam Dei nuper

Can. 5.

ANNO CHRISTI 381.

nuper eripuimus, reverendissimum, Deoque A dilectissimum Nectarium in concilio generali, communi omnium consensu, præsente Theodosio imperatore religiosissimo, totius denique cleri, totiusque civitatis suffragiis episcopum constituimus. Ecclesiæ autem vetustissimæ, & vere apostolicæ Antiochiæ urbis Syriæ, in qua prima venerandum Christianorum nomen auditum est, reverendissimum & Deo dilectissimum Flavianum, episcopi illius provinciæ, & diœceseos orientalis in unum convenientes, tota illa ecclesia, uti canon postulat, suffragante, & velut uno ore virum illum honorifice collaudante, episcopum ordinarunt: quæ quidem legitima ordinatio communi concilii consensu approbata est. Porro ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ B est aliarum omnium mater, reverendissimum & Deo dilectissimum Cyrillum episcopum agnoscimus tum ab episcopis provinciæ, uti canon vult, jampridem creatum, tum plurima prælia adversus Arianos variis in locis præliatum. Quibus rebus tamquam legitime & secundum ecclesiæ canones a nobis constitutis, obsecramus vestram reverentiam, ut congratuletur, spiritali caritate nos mutuo devinciente, ac timore domini omnem humanam affectionem reprimente, ecclesiarumque ædificationem amori illi & C benevolentiæ, qua singuli singulos complectuntur, longe anteponente. Nam fide ad hunc modum communi consensu stabilita, & caritate Christiana in nobis confirmata; posthac desinemus dicere illud quod ab apostolis condemnatum est, nimirum: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ*: omnes cum ostenderimus esse nos Christi, qui in nobis non est divisus, corpus ecclesiæ, Dei largiente gratia, integrum conservabimus, & ad tribunal domini fidenti animo nosmet sistemus.

Actor c. 11. v. 26.

1 Cor. c. 1. v. 12.

σαμένου διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Νεκτάριον ἐπίσκοπον κεχειροτονήκαμεν ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, μετὰ κοινῆς ὁμονοίας, ὑπ' ὄψεσι καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, παντός τε τοῦ κλήρου, καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως. τῆς δὲ πρεσβυτάτης καὶ ὄντως ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἐν ᾗ πρώτῃ τὸ τίμιον τῶν Χριστιανῶν ἐχρημάτισεν ὄνομα, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φλαβιανὸν, οἵ τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως συνδραμόντες, κανονικῶς ἐχειροτόνησαν, πάσης συμψήφου τῆς ἐκκλησίας ὥσπερ διὰ μιᾶς φωνῆς τὸν ἄνδρα τιμησάσης· ἥνπερ ἔνθεσμον χειροτονίαν ἐδέξατο καὶ τὸ τῆς συνόδου κοινόν. τῆς δὲ γε μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα. οἷς ὡς ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς παρ' ἡμῖν κεκρατηκόσι, καὶ τὴν ὑμετέραν συγχαίρειν παρακαλοῦμεν εὐλάβειαν, τῆς πνευματικῆς μεσιτευούσης ἀγάπης, καὶ τοῦ κυριακοῦ φόβου πᾶσαν μὲν καταστέλλοντος ἀνθρωπίνην προσπάθειαν, τὴν δὲ τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν προτιμοτέραν ποιοῦντος τῆς πρὸς τὸν καθ' ἕνα συμπαθείας ἢ χάριτος. οὕτω γὰρ τοῦ τε τῆς πίστεως συμφωνηθέντος λόγου, καὶ τῆς Χριστιανικῆς κυρωθείσης ἐν ἡμῖν ἀγάπης, παυσόμεθα λέγοντες τὸ παρὰ τῶν ἀποστόλων κατεγνωρισμένον· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ· πάντες δὲ Χριστοῦ φανέντες, ὃς ἐν ἡμῖν οὐ μεμέρισται, Θεοῦ καταξιοῦντος, ἄσχιστον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας τηρήσομεν, καὶ τῷ βήματι τοῦ κυρίου μετὰ παρρησίας παραστησόμεθα.

IN [a] CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANVM D

[b] œcumenicum seu universale [c] secundum [d] approbatum, [e] in quo centum & quinquaginta episcopi [f] auctoritate Damasi papæ, & Theodosii senioris favore congregati, [g] Syagrio & Evagrio consulibus, anno domini 381. æra 419. [h] Macedonianam hæresim condemnarunt, fideique Nicænæ symbolum confirmarunt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Constantinopolis a Cõstantino extructa & denominata.

a *Concilium Constantinopolitanum.*] Sic dictum ab urbe Constantinopoli, quam prius Byzantium appellatam, Constantinus imperator anno domini 324. a se extructam de nomine suo deinceps nominari præcepit. Byzantium E antehac non fuisse ignobilem civitatem, antiquissimorum auctorum scripta declarant. Cicero in oratione quã habuit de provinciis consularibus, magna cum laude ejusdem meminit: Liberam eam prædicat, civitatem Romanis fidelissimam, ornatissimam, signis & antiquitatum monumentis refertissimam. Postea tamen multis cladibus exagitata, & naufragiis plurimis jactata fuit. A Vespasiano, teste Suet. cap. 8. in Vesp. libertate privata, a Pescennio Nigro tyranno deinde occupata, & a Severo diu obsessa, & non nisi fame capta. Vrbs, (ut ait Herodianus lib. 5.) aliarum omnium in Thracia felicissima, viribus & opibus ea tempestate florens, quam & Severus indignans redegit in vici formam: tamen benignitate imperatoris Antonini Caracallæ, qui (ut auctor est Spartianus in eodem Caracalla) vetera jura reddidit, in pristinum restituta est. Gallieno vero imperante, iterum pessum-

Byzantium olim dicta.

datam esse testatur Trebellius, cum ait: *Ne quid mali deesset Gallieni temporibus, Byzantiorum civitas elata navalibus bellis, claustrum Ponticum, per ejusdem Gallieni milites ita omnis vastata est, ut prorsus nemo superesset: denique nulla vetus familia apud Byzantios invenitur, nisi qui peregrinatione vel militia occupatus evasit, qui antiquitatem generis, nobilitatemque repræsentet.* Eamdem Gallienus per Cleodamum & Athenæum Byzantios restauravit, & firmissime munivit: adeo ut in bello Liciniano Byzantium propugnaculum fortissimum Constantinus nequaquam expugnare potuerit, sed propugnatoribus sponte se dantibus, eo potitus fuerit. Sub Severo imperatore eadem Christianis refertissima extitit, ad quos in illo exitu Byzanceno (ut ait Tertullianus ad Scap. cap. 3.) Cæcilius Capella dirus persecutor exclamavit: *Christiani gaudete.* Hanc civitatem antiquitate & rebus præclare gestis egregie nobilitatam Constantinus mirifice Dei admonitu auxit & illustravit. Cum enim devictis hostibus, imperium jam toto orbe terrarum pacatum teneret, multis prodigiis ad Byzantium potius quam Ilium restaurandum admonitus, non tantum nomine, sed etiam reipsa illam civitatem alteram Romam facere conatus fuit. Ad eam amplificandam, edita sanctione annonam viritim habitantibus & domos extruentibus distribuendam instituit: quæ largitas ad posteriores etiam imperatores dimanavit, ut qui emolumenta perciperent, ædificandi studio magnitudinem urbis augerent. Statuis & simulacris præclaro opere factis, quasi trophæis de devictis hostibus, gentilium diis ad ludibrium publice expositis, urbem exornavit. Simulacro, magnitudine & artificio spectabili, ex ære super porphyreticam columnam in foro dedicato, suum nomen imposuit: in cujus manu collocavit malum aureum, cum imposita cruce & tali inscriptione: Tibi Christe Deus verbum, hanc commodo. In columnæ basibus reliquiæ conditæ

ditæ erant. Alia præclara urbis ornamenta, cum pietate conjuncta, & miraculis etiam illustrata recensent Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, &c. Quatuordecim templa magnificentissime extructa, amplissimis donariis exornavit. In eadem, ne qua urbis perfectio desiderari posset, scientiarum scholas ædificavit, & excellentissimos oratores ac philosophos adhibuit, eosque amplissimis privilegiis donavit. Bibliotheca ibidem ædificata, centum viginti millia librorum continens, quæ tempore Basilisci imperatoris diro incendio flagravit, magni Constantini opus fuisse putatur. In tanta amplitudine & numero publicorum ædificiorum carcerem tantum pro sua mansuetudine, ut se habebat, humilem atque depressum, & paucorum hominum capacem, nullo auctum additamento, reliquit, quem nec posteri ausi sunt mutare imperatores, usque ad Phocam, qui eum ampliorem reddidit. Novam quoque Romanorum civium coloniam Constantinopolim transtulit, ex quibus senatus amplissimus coagmentatus fuit. Anno imperii sui vigesimo quinto novam Romam, in sanctissimæ virginis Dei genitricis Mariæ memoriam Christiano ritu Deo dicavit ac consecravit. Hæc ex Eusebio, Hieronymo, Cassiodoro, Zonara, Cedreno, Socrate & Sozomeno, Baronius anno Christi 324. & 330. De situ, forma & expugnationibus ejusdem, consule Georgium Braunium in theatro.

b *Oecumenicum seu universale.*] Damasus pontifex hanc synodum in iis quæ fidei sunt, approbaturus, nominat eam œcumenicam: quia in ea, id quod occidens, ac demum universa ecclesia cum Romano pontifice de Spiritus sancti divinitate sentiendum esse docebant, paribus votis, unaque sententia omnes etiam orientales ediderunt. Tantum enim roboris & firmitatis quælibet synodus consequi solet, quantum auctoritatis illi apostolica sedes impertit. Et merito: nisi enim hoc admittatur, nulla causa reddi poterit, cur quædam concilia majoris numeri episcoporum reprobata, minoris numeri confirmata fuerint. Cum itaque auctore Photio in libello de septem synodis, Damasus non modo eam approbarit, verum etiam œcumenicam nominet ipse, omnesque posteri appellarint, œcumenicum fuisse dubium non est. Hanc synodum, in qua orientales Macedonianam & Eunomianam hæresin in oriente invalescentem condemnarant, œcumenici concilii nomine pontifex dignatus est, ea intentione, ut iidem episcopi orientales, fidem temporariam ad privatum commodum accommodatam, & pro ratione temporis mobilem habentes, suis ipsorum vinculis firmius stringerentur, posthac nefas esse ducentes, quod summo consensu institutum, & ab occidentalibus receptum ac sublimi loco repositum fuerat, solita levitate convellere, atque temeritate consueta infringere. Quod quidem consilium Damasi ecclesiæ catholicæ magno emolumento fuisse, eventus edocuit. Bellarminus lib. 1. de concil cap. 5. refert, propterea hanc unam ex œcumenicis habitam fuisse, quod patres orientales Constantinopoli, occidentales Romæ congregati in rebus fidei definiendis, animis ac sententiis conjuncti fuerint. Quales fuerint episcopi, infra dicemus. Baron num. 26. 38. & 49.

c *Secundum.*] Quamobrem hoc concilium Sardicensi & Ariminensi inter universalia secundum numeretur, diximus supra in notis concil. Sardicensis & Ariminensis, verbis, *œcumenicum & approbatum.*

d *Approbatum.*] Hanc synodum a Damaso papa confirmatam fuisse, tradit Photius in libello de 7. synodis. Sed intelligendum est illud auctoritate S. Gregorii lib. 6. epist. 125. de iis dumtaxat, quæ ad Macedonianæ & Eunomianæ hæreseos condemnationem, fideique Nicænæ confirmationem spectant. Canones enim hujus synodi Romana ecclesia semper hactenus respuit, eaque tantum, quæ de fide constituta sunt, summa auctoritate amplexa fuit. Verba Gregorii hæc sunt. *Canones quidem Constantinopolitani concilii Eudoxianos damnant; sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minime dicunt. Romana autem ecclesia eosdem canones, vel gesta synodi illius, hactenus non habet nec accipit: in hoc autem eamdem synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis jam patribus damnatas reprobat, &c.* Post obitum Meletii, per electionem Flaviani schismatici, continuatam discordiam incompatabili longanimitate pontifex, ejusque successores, ad annum domini 408. sustinuerunt, eo consilio sane optimo, ne excommunicationis nexui involuti, magna scissura catholicam ecclesiam in duas partes dividerent, totumque orbem Christianum ab invicem separarent. Vide Baron anno 381. num. 31. 38. 48. & 51.

e *In quo centum & quinquaginta episcopi.*] Catholicos, orthodoxæ ac consubstantialis fidei assertores episcopos centum & quinquaginta convenisse, testatur Socrat. lib. 5. cap. 8. concil Calchedonensis, act. 2. & libellus synodicarum constitut. qui partim supra, partim infra, inter acta Ephes concil. extat. Denique quædam oratio Gregorii Nazianzeni, quam in templo urbis primario ad centum quinquaginta episcopos recitasse indicat titulus. *Imperator*, inquit Socrates prædicto loco, *nulla mora interposita concilium episcoporum ipsius fidem amplectentium convocat, quo tum fides concilii Nicani corroboraretur, tum Constantinopoli designaretur episcopus.* Et paulo post: *Itaque in unum conveniunt, qui fidem tenebant Consubstantialis, Timotheus Alexandriæ, Cyrillus Hierosolymorum; Meletius autem jam pridem aderat, eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorii illo accersitus. Acholius etiam Thessalonicæ episcopus, & alii complures: erant omnes numero centum quinquaginta.* Clerici Constantinopolitanæ ecclesiæ auctoritate canonis quinti, vindicantes sibi jus ordinandi, deponendi & substituendi episcopos Asiæ, hæc prædict act. concilii Calchedonensis dixisse & clamasse scribuntur: *Ea quæ SS. patrum centum quinquaginta sunt, teneant privilegia Constantinopolis, ne depereant.* Qui qualesve huic concilio interfuerint ac subscripserint, infra de subscriptionibus dicemus.

Pontifex, an imperator auctor congregati concilii fuerit.

f *Auctoritate Damasi papæ ac senioris Theodosii favore congregati.*] Hoc est, quod aiunt patres sextæ synodi, actione 18. Theodosium ac Damasum per secundam synodum obstitisse Macedonio, sicut Silvester & Constantinus congregato Nicæno concilio Ario obstiterunt. Cum itaque ex supradictis constet, primam synodum a Silvestro indictam, a Constantino promotam fuisse; concedendum est, hanc quoque secundam universalem synodum auctoritate sedis pontificiæ indictam, & auxilio imperatoris congregatam esse. Baronius addit per vetustum codicem in Vaticana, aliisve quibusdam bibliothecis extare, in quibus hæc scripta leguntur, *sententiam de damnatione Macedonii & Eunomii Damasus confirmari præcepit etiam in sancta secunda synodo, quæ præcepto & auctoritate ejus apud Constantinopolim celebrata est.* Denique qua ratione illa Lucentii apostolicæ sedis vicarii objurgatio Dioscori in concilio Calchedonensi substitisset, si non auctoritate sedis apostolicæ hæc synodus indicta fuisset. *Iudicii sui ipsum necesse est reddere rationem: quia cum nec personam judicandi haberet, subrepsit, & synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicæ, quod rite numquam factum est, nec fieri licuit.* Paschasinus legatus addit, de his esse regulas ecclesiasticas & patrum instituta. Ipse Damasus epistola sua ad episcopos Illyr. testatur, decreta synodi nullius esse momenti, cui ipse per se, vel per legatos assensum non præbuisset. Confirmant id Socrates lib. 2. cap. 13. Sozom. lib. 3. cap. 9. item illa quæ diximus supra in notis ad epistolam 1. Marcelli, verbis; *Constituerunt ut nulla synodus.* Nemo igitur nisi pertinax hæreticus asseveret, hoc concilium ab imperatore pientissimo & sanctarum constitutionum observantissimo indictum fuisse. Quod ait Theodor. lib. 5 hist. cap. 9. epistola episcoporum concilii hujus ad Damasum scripta, supra extante Constantinopolitanum primum, Theodosium seniorem coegisse & indixisse, explicandum est, illud prævio literarum apostolicarum mandato contigisse. Vide Baron. anno præd. num. 19. & 20. Bellarm. lib. 5. de conc. c. 13. Quis præsidem concilii egerit, aperte non constat. Imperatorem a concilio abfuisse, nihilque aliud egisse, quam quod literas Romani pontificis ad episcopos transmiserit, eosque ad concilium invitarit, synodales epistolæ, quarum altera ad Damasum pontificem, altera ad imperatorem de rebus in synodo gestis scripta est, manifeste indicant. Damasum pontificem neque per se, neque per suos legatos eidem præfuisse, fatemur. Nectarius in locum Gregorii seipsum abdicantis nondum suffectus fuerat, ut infra patebit. Itaque vel Gregorium Nazianz. Constantinop. ecclesiæ episcopum, vel Meletium Antioch. eidem præsedisse oportuit. Timotheus enim Alexandrinus post defunctum Meletium, judiciumque fidei absolutum, serius accessit, ut infra ex actis concilii patebit.

Refellitur objectio.

Quis huic concilio præsederit.

Tempus celebrati concilii.

g *Syagrio & Evagrio consulibus, anno domini* 381.] Allegatis consulibus patres centum quinquaginta Constantinopolim convenisse, & post Gregorium Nazianz. communi episcoporum sententia in locum abdicati Maximi suffectum mense Maio hanc synodum inchoasse, præter Socrat lib. 5. cap. 8. Gregor. Nazianz. in carm. de vita sua testatur his versibus:

Mala auspicatur hic mihi celso a throno.
Nam quidquid ortus præsulum (Ægyptum citra)
Habebat usque ad inclytam Romam novam,

ANNO CHRISTI 381.

Terra marisque ex intimis recessibus,
(Quo concitatum calitus pacto, haud scio)
Coit repente, firmet ut thronum mihi, &c.

Hoc idem Socrates prædicto loco his verbis: *Meletius jam pridem aderat, eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorii illo accersitus.* Et paulo infra. *Ad concilium igitur conveniunt, Eucherio & Euagrio, alias Syagrio, consulibus, mense Maio.* Unde colligimus hoc eodem anno Constantinopoli duos conventus episcoporum habitos fuisse. Priorem, quo Maximo abdicato Gregorius Nazianzenus in ejus locum substitutus fuit: Posteriorem, cujus initium factum est mense Maio, in quo Macedoniani aliique hæretici condemnati fuerunt. Chronologiæ consulum, Christi nati & æræ Hispanicæ mirifice admodum convenientes, non minimam laudem Baronianæ temporum supputationi afferunt: quodque de æræ Hispanicæ ratione, contra Garsiam Loaisam diximus supra in notis concilii Nicæni, verbo, *æra*, & ex Baronio attulimus, pulcerrime confirmant. Explosis igitur aliorum sententiis de tempore hujus synodi, cum accuratissimo annalium scriptore teneamus, eam anno Christi 381. Damasi 15. Theodosii tertio celebratam fuisse. Vide Baron. prædicto anno num. 17. 18.

Duo concilia Constantinopoli hoc anno habita.

h *Macedonianam hæresin.*] Acta synodi hoc ordine contigerunt. Primo declaratum est, Maximum ordinatum ab Ægyptiis Constantinopolitanæ sedis episcopum, episcopalibus muneribus hactenus functum, neque fuisse, neque esse episcopum. Ordinatos ab eo clericos omnis ecclesiasticæ functionis expertes esse dimittendos: eumdem de Apollinaris hæresi convictum, ideoque ecclesiastico canone privatum asserit Theodoretus. Ejecto ab ecclesia Maximo, ante perperam intruso, fideliumque cœtu interdicto, communi patrum calculo, probata & confirmata electio Gregorii Nazianzeni, atque ita Constantinopolitanæ ecclesiæ schisma hoc sublatum fuit. Deinceps de fide acturis patribus, volumen occidentalium, continens professionem illam fidei, quam Damasus ex concilio Romano ad Paulinum episcopum Antiochenum misit, exhibitum fuit. Quo perlecto, unanimi consensu, paribusque votis contra Macedonium definierunt, Spiritum sanctum non servum, sed dominum esse, vivificatorem omnium, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum. Ad alias vero hæreses Eunomianorum, Arianorum & Semiarianorum condemnandas, Nicænum fidei orthodoxæ symbolum omnes sine cunctatione receperunt. Sed cum in eo parcius de divitate Spiritus sancti actum esset, ideo quod nulla tunc hæresis ei adversaria emersisset: placuit sanctæ synodo de Spiritus sancti divinitate (ut olim de Filio in Nicæno concilio factum fuerat) aliqua addere, quibus adversus omnes hæreticos ejusdem Spiritus sancti una eademque cum Patre & Filio divina substantia prædicaretur, idemque dominus diceretur, quem servum esse impii hæretici blasphemabant. Hoc est quod in epistola synodica anno sequente Constantinopoli scripta aiunt. *De quibus pleniorem cognitionem animis poteritis accipere, si libellum concilio Antiochiæ convocato de fidei decisione editum, & eum etiam qui superiore anno a concilio generali compositus est, legere placuerit. In quibus tum fidem nostram uberius explicavimus, tum hæresibus impiis excogitatis anathema scriptis proditum denuntiavimus.* Libellus fidei, quem symbolum Constantinopolitanum appellant patres concilii Calchedonensis actione secunda, supra extat. Post scriptum hunc fidei libellum communi omnium patrum sententia, Eunomianorum, Arianorum, aliorumque hæreses cum suis auctoribus, edito desuper canone, damnatas fuisse, eorumdem epistola synodica ad Damasum anno sequente scripta testatur verbis supra recensitis. Postea, quæ ad mores ecclesiæ reformandos pertinent, alia decreta addiderunt. Quibus omnibus absolutis, ad Theodosium imperatorem synodicam epistolam, quam infra ponemus, transmiserunt, eo fine, ut fidem imperatoris stabilem, duraturam sibi oppignerarent. Demum synodum hoc modo absolutam præsentes episcopi sua subscriptione confirmarunt & comprobarunt. Et quamquam jam sancta synodus absoluta singulos patres ad suam ecclesiam redire permisisset; obitus tamen Meletii Antiocheni episcopi, & successoris designatio, eosdem Constantinopoli retinuerunt. Nam cum maxima pars orientalium contra Ægyptiorum & occidentalium sententiam indigne ferret, Paulinum a Lucifero Calaritano occidentali episcopo creatum orientalibus præesse, immemores inveteratæ, & jam ante in concilio Antiocheno compositæ per juratam transactionem discordiæ, Gregorio Nazianzeno, aliisve contradicentibus, Flavianum Antiochenum presbyterum Meletii successorem elegerunt; atque ita primam discordiam in Paulino & Flaviano continuarunt. Gregorius Nazianzenus hanc discordiam sua abdicatione compositum iri arbitratus, sedi Constantinopolitanæ, cum consensu imperatoris, non sine magno bonorum ac populi fletu renuntiat, atque statim post habitas in synodo aliquot actiones, comitantibus optimis quibuscumque orientalibus, in Cappadociam discedit: tum qui superarent ibi episcopi sacerdotes nundinarii, in locum Christiani perfectissimi, theologi absolutissimi, monachi castissimi, Nectarium hominem nondum Christianum, sed adhuc catechumenum, rerum ecclesiasticarum penitus imperitum, in voluptatibus sæculi & carnis hactenus versatum suffecerunt, eaque deinceps egerunt, quæ suppressa Gregorii seipsum abdicantis mentione, ad pontificem hac de re prædicta synodali epistola scripserunt. Vide Baron. anno 381. num. 24. usque ad num. 80.

Acta synodi.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ schisma quomodo sublatum.

epistola synodica.

i *Hæ regulæ sunt expositæ.*] De canone quinto dubium est, an a centum & quinquaginta episcopis constitutus fuerit. Probabile est, post discessionem Timothei episcopi Alexandrini, in cujus præjudicium vertitur, hunc canonem editum, furtive actis concilii superadditum fuisse; ideoque etiam in epistola synodica, post aliarum rerum in synodo gestarum mentionem, hanc rem penitus silentio obvolutam reliquisse. Vide quæ dicemus infra in notis ejusdem canonis 5. Baron. num. 72.

k *Specialiter autem Eunomianorum, &c.*] De hæresibus hic condemnatis, eorumve auctoribus supra frequenter egimus. De Eudoxianis vero, sic dictis ab Eudoxio Constantinopolitano episcopo, hoc annotandum est, eos in classem Arianorum, unde exierant, post hæc rediisse, suoque peculiari nomine appellari desiisse. Unde factum, ut Eudoxii nomen posteris obscurum redditum fuerit: quodque sanctus Gregorius ad Eulogium Alexandrinum scribens epistola 125. lib. 6. dicat: *Præterea idem frater noster* (Cyriacus episcopus Constantinopolitanus) *omnia in suis synodicis Deo auctore catholice locutus est: quemdam vero Eudoxium damnavit, quem neque in synodis damnatum invenimus, neque a decessoribus suis in suis synodis reprobatum.* Et canones quidem Constantinopolitani concilii Eudoxianos damnant; sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minime dicunt. Semiarianorum antesignanus Eleusius episcopus adhuc superstes, ac ad synodum ab imperatore vocatus, teste Socrate lib. 5. cap. 8 præsto fuit; admonitus ut cum sociis resipisceret, se malle opinionem Arianorum asseverare, quam fidei *consubstantialis* assentiri, respondit. Constantinopoli discedens, per literas populo cujusque civitatis significavit, ut fidei concilii Nicæni minime consentirent.

l *Episcopi qui extra diœcesim sunt.*] Cum Ægyptii antistites, & frumentarii episcopi, Petro Alexandrino episcopo annuente, Maximum Alexandrinum philosophum Cynicum, qui se jactabat martyrum filium & pro fide exulem, adversus Gregorium in sede Constantinopolitana detonsa Cynica coma episcopum ordinassent, eumque ægrotante foris in suburbio Gregorio, nocturno tempore in ecclesiam irruentes, in sede collocassent, mane facto, magnus clericorum orthodoxorum ob facinus deforme tumultus excitatus, atque universa civitas commota Maximum urbe expulerunt. Qui Thessalonicam ad Theodosium imperatorem profectus, rogat ab eo cathedram sibi confirmari: verum imperator sciens Damasum pontificem in capessendo Constantinopolitano episcopatu adversus eum Gregorio favisse, proque Gregorio contra Maximum, quæ exciderunt, literas scripsisse, eum plane rejecit, imo nisi a cœptis desisteret, graves illi minas intentavit. Hanc ob rem desperatus infelix, facto interim fucatæ suæ æstimationis magno dispendio, Alexandriam ad Petrum adhuc in vivis agentem se contulit, petens ut vel oblatam Constantinopolitanam sedem confirmet: vel alioquin futurum, ut propriam Alexandrinam invitus cedere ac transferre cogatur. Ob has minas jure meritoque Alexandria etiam repulsus, factus est, teste Epiphanio, Apollinaris hæreseos sectator. Cumque igitur hac seditione Constantinopolitana ecclesia multum exagitata fuerit, ad pacem deinceps inter catholicos initam conservandam, hunc canonem ediderunt, quo ea, quæ de servandis diœceseos limitibus & distinctionibus patres Nicæni concilii canone sexto constituerunt, vicissim sanctione sua innovarunt.

m *Constantinopolitana.*] Hunc canonem ab ecclesia Romana minime receptum fuisse, constat primum ex iis, quæ supra ex Gregorii epistola 123. lib. 6. attulimus, ubi dicit: *Romana ecclesia eosdem canones vel gesta synodi illius hactenus non habet, nec accipit: in hoc autem eamdem synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum.*

definitum. Deinde etiam id vel hinc manifestissimum est, quod cum Anatolius Constantinopolitanus in Calchedonensi concilio, non tantum patriarchatum adipisci, verum etiam secundum locum inter patriarchas occupare conatus esset, Leonem pontificem acerrimum sibi adversarium expertus fuerit. Epistola 51. & 53. scribit: *Frustra quorumdam episcoporum profertur consensus, cui tot annorum series negant effectus*. Gelasius papa epistola ad episcopos Dardan. adversus Acacium proferens hoc elogium: *Cujus sedis episcopus? Acacius scilicet, cujus metropolitanæ civitatis antistes? nonne parochia Heracliensis ecclesiæ?* indicat primatum a Constantinopolitana ecclesia ante sua tempora usurpatum, vel nullo jure eidem adhuc concessum fuisse: aut si alibi concessum fuerit, nunquam a Romana ecclesia approbatum esse. Epistola Nicolai primi ad Michaelem imperatorem, quæ incipit, *proposueramus*, idem apertissime significat. Unde licet episcopi Constantinopolitani imperatorum potentia freti, ob dignitatem regiæ urbis, secundum locum sedium patriarchalium sibi usurparint, multisque commentitiis canonibus sextæ & octavæ synodi confirmarint, tamen nunquam a Romana ecclesia id approbatum fuit: pacis & tranquillitatis causa, tempore Iustiniani imperatoris ita permissum est; ut nemo amplius contradixerit. Id declarat Innocentius tertius, const. Antiqua, de privilegiis.

Non desunt firmissimæ rationes suspicandi hunc canonem plane commentitium & suppositum videri. Quarum prima est, quod Anatolius a Leone per epistol. 51. exagitatus, nequaquam se auctoritate alicujus canonis a Constantinopolitano œcumenico constituti purgarit. Secunda ratio est, quod episcopi, qui sequenti anno Constantinopoli convenerunt, in ea epistola synodica, quam ad Damasum scripserunt, nullam plane mentionem hujus canonis habuerint. Quem si decrevissent, prætermisisse non debuissent. Tertia ratio est, quod Timotheum Alexandrinum episcopum, in cujus præjudicium hic canon editus fuit, hoc æquo animo tulisse, non sit probabile. Quare cum his nihil contradixisse legatur, canonem integrum de fide suspectum esse oportet. Quarta ratio est, quod superiori ac præcedenti canoni adversari videatur, adeoque fidem omnem excedat, eumdem ab eodem concilio editum fuisse. Qua ratione quæso ex præscripto Nicæni concilii voluit S. synodus, quibuscumque provinciis jura sua integra esse servata, si in præjudicium aliarum ecclesiarum uni Constantinopolitanæ tanta privilegia contulit? His rationibus inductus, non possum ab hac sententia, de obreptione & impostura canonis, abduci, nisi Socrates lib. 5. cap. 2. & Sozom. lib. 7. cap. 8. ejusdem canonis meminissent. Quare ad extremum dico, quod sicut post absolutam synodum, postque electionem Nectarii peractam, illi qui Constantinopoli remanserant orientales episcopi decreverunt, ut episcopus Constantinopolitanus præter Thraciæ, etiam remotiores in Asia curaret, atque vigore hujus decreti S. Chrysostomus in Asia episcopos, alibi instituerit, alibi deposuerit; idem sibi privilegium illæsum conservari, Constantinopolitani clerici in concil. Calchedonens. act. 11. postularint: ita non dubito, quin si commentitius non sit, hunc canonem eodem tempore post Nectarium electum, postque Timothei Alexandrini abitum, constituerint, furtimque inter acta concilii retulerint, ne vero Timotheum Alexandrinæ, Damasum Romanæ ecclesiæ episcopos impugnatores consequerentur, hanc rem dolose post abitum Timothei peractam, in synodicam epistolam non retulerunt. Hæc ex Baron. anno 381. num. 35. & 36. Vide notas epist. 3. Anacleti, Can. 6. & 7. concil. Nicæni, &c.

n *De Maximo Cynico.*] Quis fuerit Maximus, quibusve dolis Constantinopolitanum episcopatum adeptus, præter ea, quæ supra dixi, vide Baron. anno 379. & 380.

o *De parte occidentalium.*] Editio libelli synodalium constitutionum habet: *Quod ad volumen attinet occidentalium.* Intelligens per volumen illam professionem fidei, sive anathematismos illos, quos per epistolam ex concilio Romano ad Paulinum transmisit. Theodoretus, præterquam quod in gratiam Flaviani Meletii successoris titulum corruperit, eam ex Romano concilio anno Christi 382. Romæ celebrato, de quo infra agemus, scriptam fuisse, male existimat: constat enim Paulinum, ad quem scripta est, tunc Romæ præsentem synodo interfuisse.

Reliqui duo canones ambo in editione Theodori Balsamonis & lib. synod. constitutionum extantes, diversæ quidem sunt translationis, sed ejusdem sententiæ. Prior de accusationibus, posterior constitutus fuit, quomodo ab hæresi redeuntes recipiendi forent: nimirum baptizandos esse, qui legitima forma ab ecclesia recepta non fuissent ante baptizati.

p *Credimus.*] Hoc symbolum orientales in sua ad Damasum synodica appellant libellum fidei: traduntque illud a Gregorio Nysseno episcopo lib. 12. scriptum fuisse. Idem reperitur apud Latinos; diversa tamen translatione, & cum illo additamento, *Filioque*: Quod auctoritate Leonis pontificis, ad confutandos hæreticos Priscillianistas, ab Hispanis episcopis symbolo superadditum fuit; eique semper inhæsit Vuisigothi profitentes fidem catholicam non modo illud receperunt, sed etiam Iudæos ad Christianam fidem venientes sub ejusdem symboli confessione recipiendos esse, suis legibus sanciverunt. Idem additamentum a Francis acceptum, & tenacius retentum fuisse, patet ex symbolo fidei sub Carolo Magno in Arelatensi concilio recitato. Et quod mirum est, cum augmento symboli Constantinopolitani, aucta est ecclesia. Sub hujus enim confessione, Gothi, Vuisigothi, aliæque barbaræ nationes, quæ Hispanias occuparunt, ex Arianis factæ sunt catholicæ: Franci vero, qui sibi Gallias vendicabant, sub ejusdem symboli confessione facti sunt Christiani. Contra vero omnium gentium infelicissimi orientales schismatici, ex quo ejusdem symboli additamentum penitus respuerunt, sub Turcico jugo acerbissima servitute premuntur, atque ecclesiis, bonis ac liberis spoliati, assidue incassum gemunt. Romana ecclesia antiquitatis tenacissima, idem quidem cum prædictis ecclesiis credidit ac docuit, ut constat ex illa professione fidei, quam Damasus ex concil. Rom. ad Paulinum transmisit; & ex Leonis epist. 93. cap. 1. tamen antequam prædictum additamentum in symbolum inferret, diutissima cunctata fuit. Scribit Magister sententiarum dist. 1. Leonem III. a Carolo Magno rogatum, ut verba prædicta ad symbolum adderentur, non modo id facere penitus recusasse, verumetiam illud ipsum absque eo additamento in argentea tabula exaratum, in altari post corpus S. Pauli perpetuo custodiri voluisse, ne quibuslibet liberum esset, aliquid ad sanctum symbolum superaddere. Postquam autem Hispani, Franci, aliique omnes Boreales populi offenderentur, & periculum schismatis oriretur, quod Romana ecclesia eam doctrinam publice confiteri nollet, quam ad probandos catholicos & constituendos hæreticos, magnus Leo ante tot sæcula Hispaniarum episcopis tradidisset, placuit tandem Benedicto, septimo hujus nominis Romano pontifici, ut idem symbolum cum hoc eodem additamento Romæ in ecclesia cantetur, idque ad petitionem Henrici imperatoris. De quo hæc Berno Abbas Augiensis de rebus ad missam spectantibus: *Cum Romanorum presbyteri ab Henrico imperatore interrogarentur, cur non post euangelium (ut in aliis ecclesiis fiebat) symbolum canerent: me, ait ipse, assistente audivi, eos ejusmodi responsum reddere: quod Romana ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreseos fæce infecta, sed secundum doctrinam S. Petri in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa: & ideo magis his necessarium esse illud symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. At imperator domino Benedicto persuasit, ut ad publicam missam decantarent.* Vide Baron. an. 447. num. 22. &c. Graviter itaque aberrant, qui putant ex Damasi papæ decreto profectum; ut hoc symbolum in occidente inter missarum solennia decantetur. Nam auctoritate Rufini in expositione symboli, qui his temporibus scribebat, liquet, nullum aliud Romanam ecclesiam in sacris ritibus novisse, quam symbolum apostolicum. Tantum abest ut id Damaso tribui possit, ut Toletan. III. concilium profiteatur, se laudabilem illum usum ab orientali eclesia accepturum, ideo quod occidentalis ecclesia hac consuetudine careret. Vide quæ dicturi sumus infra in notis conc. Tolet. 3.

q *Et subscripserunt episcopi.*] Ex nomine Meletii Antiocheni episcopi, inter episcopos Syriæ relati, evidenter colligere licet, subscriptiones patrum contigisse ante mortem Meletii, abdicationem Gregorii Nazianzeni, adventum Timothei Alexandrini & Nectarii electionem, ut constat ex carm. Gregorii Nazianzeni de vita sua. Supervenientium igitur Ægypti episcoporum nomina, & Nectarii post electi, hisce superaddita fuisse, necessum est concedere. Perperam factum est in eo, quod Gregorius Nazianzenus, qui ante subscripserat ut Constantinopolitanus, inveniatur inter episcopos Cappadociæ ultimo loco positus, quasi non Constantinopolis, sed Nazianzi tantum episcopus fuerit. Puto id errore, vel fortasse dolo imprudentis librarii, qui exscripsit, accidisse: quia absurdum arbitratus fuerit, ejusdem sedis duos episcopos simul fuisse Nectarium & Gregorium. Cum ergo sciret sedem Gregorii Nectario collatam esse, titulum Constantinopolitanæ sedis Nectario attribuit, atque Gregorium Nazianzi, exiguæ civitatis in Cappadocia episcopum, non sine graviore errore, ultimo

Symbolum hoc, alias libellus fidei appellatur.

Vox, Filioque, symbolo superaddita quando & a quo.

Additamentum Romana ecclesia cur diu non receperit.

Cur Romani presbyteri post euāgelium, Credo non cecinerint.

An symbolum hoc in occidente Damaso auctore inter missarū solennia cantetur.

Subscriptiones quo tempore cōtigerint.

Gregor. Nazianz. falso bis subscriptus invenitur.

ANNO CHRISTI 381.

ultimo loco collocavit. Nam cum in patriam rediturus intellexisset, ecclesiam ibidem adhuc pastore destitutam, ne illud onus subire cogeretur, nihil antiquius habuit, quam ut ageret cum metropolitano antistite Helladio Cæsariensi de creando episcopo Nazianzeno. Annuit Helladius Gregorio, ecclesiæque Nazianzenæ Eulalium præfecit, quem missis illuc episcopis provincialibus, ex more ab iisdem ordinandum curavit. Ita non modo non factus est Nazianzenus episcopus, sed etiam eo quod oblatum recusasset, calumniam hanc passus fuit, quasi munere episcopali indignus, petitione dignitatis illius frustratus sit. Quod ipse testatur Gregor. Nazianz. 42. epist. quam hac de re ad Gregor. Nyssenum perscripsit. Ita has patrum subscriptiones partim mendosas, partim subreptitias esse, manifeste constat. Dolo ne an imprudentia collectoris id contigerit, incertum est. Inter confessores episcopos, qui synodo interfuerunt, clariores sunt, Gregor. Nyssenus frater S. Basilii, qui libros a se adversus Eunomium scriptos secum attulit, eosque Nazianzeno & Hieronymo auditori suo prælegit. Idem in funere Meletii orationem habuit, qua insignem confessorem triplici confessionis gloria, sub tribus diversis imperatoribus celebrem, post obitum pro merito illius laudavit. De Gregor. Nazianzeno confessione nobilissimo, præter ea, quæ supra diximus, hoc memorabile est, quod simul ac sacros cancellos introivit, quando jussu imperatoris Theodosii in thronum erat collocandus, adorato numine sol purissimis radiis effulserit, nubemque illam, quæ sic radios solis obtegebat, ut media die noctem ferme redderet, plane dejecerit, perinde ac si superi accensa cælitus face Gregorii lætum, Deoque gratum ingressum significarent. Quam miraculose a sicario vitæ ipsius insidiatore ab Arianis subornato, liberatus fuerit, gratum erit lectori, si hic adscribam. Ad subægrotantem & decumbentem, cum multitudine credentium, qui ipsi de templo recepto, & ab Arianis vindicato gratularentur, irrepsit etiam clanculo aliquis sicarius ad occidendum virum sanctissimum ab Arianis mercede conductus: qui dum ceteris pene omnibus abeuntibus ibi solus relictus esset, pedes Gregorii manibus prehendens, atque multum lamentans, supplex veniam postulavit. Gregorio autem sciscitante, quid sibi hoc vellet; sicarius vero præ immenso dolore taceret, unus ex his qui aderant, rem sentiens, Gregorio dixit: *Hic ille carnifex tuus est, o pater, qui a nonnullis subornatus, ferrum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicue tibi auxilio fuisset. Quod enim ad eorum voluntatem spectat, scelus est consummatum: proinde hic facti pœnitens ad pedes tuos lacrymis veniam petit.* Ad quem conversus Gregorius, ait: *Propitius sit tibi Deus, tibiq; ignoscat, qui me servavit: hoc solum pro noxa peto, ut hæresim execrans meus fias.* Hoc autem cum universæ civitati innotuisset, corda Arianorum hominum, Gregorii hostium, nonnihil emollita, ergaque ipsum reddita sunt propensiora. Hæc ex ipso Gregorii carmine de vita sua. Præclare etiam de fide triumpharunt Pelagius Laodicensis, Diodorus Tarsensis, Amphilochius Iconiensis, Optimus Antiochenus, Helladius Cæsariensis, aliique nonnulli, quos imperator nominatim recensens, edicto quodam extante lib. 3. de fide catholica Cod. Theodos. jubet iis suas, quibus per Arianos spoliati erant, ecclesias restitui. Ex illis vero, qui antea tempore Valentis, pulsis orthodoxis, favore Arianorum, vacantes sedes acceperant, plurimi præsto fuerunt. Hi enim tempori inservientes, fidemque temporariam & nundinariam profitentes, sub catholico imperatore, æque catholicæ fidei defensores se præbuerunt, cum antea Arianorum ducum & magistratuum favore ac gratia, quantumvis indigni forent, in episcopatum irrepsissent.

Subscriptiones partim mendosæ, partim subreptitiæ.

Greg. Nyss.

Gregorii Nazianz. memorabilis electio.

Gregorius Nazianz. miraculose a sicario liberatur.

Reliqui episcopi quales fuerint.

De his minoribus episcopis, sui persecutoribus, hæc Gregorius: *Dimiserunt me ab urbe non admodum repugnantem: quippe turpissimum erat illorum me fidei cauponum in numero esse, quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum scribæ fuerant, & aliud nihil animo volvebant, quam falsas & subdolas rationum depravationes: alii ab aratris venerant adusti a sole: alii a ligone vel bidente totum diem non quiescente: alii remos exercitusve reliquerant, redolentes adhuc sentinam, vel corpus fœdatum cicatricibus habentes, populi gubernatores, ac duces militum, qui ne minimum quidem concessuri videntur: nonnulli etiam episcoporum, qua citra ignem operas suas perficere nequeunt, gnari, ne fuliginem quidem carnis integre abluerant. flagriones, ac pistrinis digni, &c.*

Ab his sacerdotibus nundinariis, ex lucro temporali fidem temporariam profitentibus, illud tantummodo bonum provenit, ut fidei catholicæ formulæ subscriberent, atque ita suo chirographo semper ac perpetuo obligati tenerentur, neque pro solita levitate ad perfidiam Arianam resilire valerent. Hinc factum est, ut supra etiam dixi, quod Damasus pontifex statuta fidem concernentia, tamquam totius ecclesiæ decreta, œcumenici concilii nomine insignita confirmarit, ne pie sancita, vilium personarum subscribentium nomine omnino periclitari posset.

EPISTOLA SYNODALIS
AD THEODOSIUM IMPERAT.
DE REBUS IN SYNODO GESTIS.

Religionis ac pietatis observantissimo, Deique amantissimo imperatori Theodosio sanctum concilium episcoporum, qui ex diversis provinciis præfecturisve Constantinopolim convenimus, S.

INITIO quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietatis imperium constituit ad communem pacem ecclesiarum, & sanæ fidei confirmationem. Agentes autem Deo debitas gratias, necessario quoque ea, quæ acta sunt in sancto concilio, ad tuam referimus pietatem, &c.

EADEM SYNODUS CP. OECUM. II.
*** *Ex libello synodico.*

ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ δὲ, τοῦ ἀληθῶς ἐν θεοσεβείᾳ μεγάλου τὴν βασιλίδα καταλαβόντος Κωνσταντινουπόλεως, Ἀγελίου Ἀρειανῶν, καὶ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου τῶν ὀρθοδόξων ἐν Βυζαντίῳ ἐξαρχόντων, ἡ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφόρων πατέρων, οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος συνήθροιστο. ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, ὁ Ἀλεξανδρείας Τιμόθεος, Κύριλλος Ἱεροσολύμων, ἤδη ἀποσχίσας Σιλβανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Πνευματομάχων, ἕξ τε καὶ τριάκοντα· καὶ ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς Θεοδόσιος. Ἥτις ἁγία σύνοδος, Βιθυνοὺς, Εὐσέβιον καὶ Θεόγνιον· Πατρόφιλον καὶ Ἀέτιον, ἀπεκήρυξε Παλαιστινούς· Παυλῖνόν τε καὶ Γρηγόριον, Φοίνικας· Θεόδοτον καὶ Γεώργιον, Κίλικας· Νάρκισσον καὶ Ἀθανάσιον· Μηνόφαντον Ἐφέσου, καὶ Περίνθου Θεόδωρον, Μάρκελλον Ἀγκύρας, καὶ Ἀπολινάριον· Μάξιμόν τε, καὶ τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν ἀρχὴν καθόλου θεσπίσασα. Καθ' ὃν χρόνον καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Σαμοσατέα Εὐσέβιον, Γρατιανὸς τῆς Θρακικῆς ἐξορίας ἀφέμενος, πρὸς τὸ ἴδιον ποίμνιον ἐξαπέστειλε· καὶ πρὸς τὴν πόλεως πύλην ἐξερχόμενον, ἄνωθεν γυνὴ κεράμῳ Ἀρειανὴ ἐθανάτωσεν.

CUM igitur Theodosius, vere in Dei cultu magnus, regiam Constantinopolitanam accepisset, & Agelius quidem Arianis, Gregorius autem Theologus orthodoxis Byzantii præesset: secunda Oecumenica centum quinquaginta divinorum patrum congregata est synodus: cui præfuerunt & præsederunt, Timotheus Alexandriæ, Cyrillus Hierosolymorum, qui jam a Silvano, & aliis triginta sex cum ipso sentientibus Pneumatomachis se sejunxerat, & Christi-amans imperator Theodosius. Hæc sancta synodus, Eusebium & Theognium Bithynios, Patrophilum & Aetium Palæstinos, Paulinum, & Gregorium Phœnices, Theodorum, & Georgium Cilices, Narcissum, & Athanasium, Menophantum Ephesi, & Theodorum Perinthi, Marcellum Ancyræ, & Apollinarium: Maximum

Maximum item deposuit: electionem ejus plane irritam decernens. Quo tempore sanctum etiam Samosatensem Eusebium Gratianus Thracico exilio liberans, ad proprium ovile remisit: quem tamen ad portam urbis accedentem mulier Ariana desuper dejecta olla interfecit.

EADEM EX LIBELLO PHOTII DE SYN.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος τῶν μὲν ἱερῶν φροντισμάτων τὴν βασιλίδα πόλιν, ἱερὸν ἐδείκνυ φροντιστήριον εἰς πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἄνδρας ἱερεῖς συνηγείρετο, ἐξάρχους ἔχουσα Τιμόθεόν τε τὸν Ἀλεξανδρείας, B καὶ τὸν ἀξιοθαύμαστον τῆς Ἀντιοχείας Μελέτιον, Κύριλλόν τε τῶν Ἱεροσολύμων, τοὺς ἱεροὺς θρόνους ἰθύνοντας, καὶ δὴ καὶ Νεκτάριον, ὃς ἄρτι τῆς τῶν κατηχουμένων ἀγέλης ἀφορισθεὶς, καὶ τῷ λουτρῷ θείῳ τὸν τοῦ βίου ῥύπον ἀποπλυνάμενος, καθαρὸς ἤδη τὸ καθαρώτατον τῆς ἀρχιεραρχίας ἀξίωμα περιβάλλεται ψήφῳ μὲν κοινῇ τῆς συνόδου, χειροθεσίᾳ δὲ τῶν προκρίτων καὶ ἅμα τε βασιλευούσης ἐπισκοπῆς, καὶ τῆς συνόδου ἐχρημάτιζεν ἔξαρχος, μεθ᾽ ὧν Γρηγόριος, ὅ, τε τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Νύσσης ἐπίσκοπος, καὶ ὁ τῆς θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος· οἷς οὐ πολὺς χρόνος καὶ Δάμασος ὁ τῆς Ῥώμης τὰ αὐτὰ κρατύνων ἐγνωρίζετο σύμφωνος, τοῖς προλαβοῦσι καθιστάμενος· C οὗτος δὴ ὁ ἱεροφάντης χορὸς Μακεδόνιόν τινα τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἅρπαγμα πάλαι ποιησάμενον, ὅτι τὸ πανάγιον, καὶ ζωαρχικὸν, ἐδυσφήμει πνεῦμα, εὐθύνας ἐδικάζου· ὡς γὰρ Ἄρειος κατὰ τοῦ υἱοῦ, οὕτω καὶ αὐτὸς κατὰ τοῦ πνεύματος παραταττόμενος εἰς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ τὴν δεσποτικὴν καὶ τὴν ὑπερκειμένην αὐτοῦ συνέταττε κ. ει... καίτοι ῥᾷον ἦν τῷ ἀθλίῳ, εἴπερ ἐβούλετο, συνορᾶν, ὅτι καθάπερ οἱ τὸν υἱὸν εἰς κτίσμα τάττοντες, τὴν ὕβριν οὐδὲν ἧττον τῷ πατρὶ προσάπτουσι, οὕτω καὶ οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ πνεῦμα τοῖς ποιήμασι συναριθμοῦντες, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν βλασφημίαν ἀφιᾶσι κατ᾽ D αὐτοῦ. εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα κτίσμα, κἀκεῖνος οὗ τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν κτισμάτων. οὐδὲ καὶ ἀκοαῖς ἀφόρητος ἡ τῆς ἀθεότητος ταύτης ὑπερβολὴ, πῶς οὐ συνῆκεν ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνο φυγεῖν, δι᾽ οὗ πρὸς τούτοις ἀνάγκη πεσεῖν τοὺς θεομάχους λογισμοὺς, ἀ[...]θῆσαι τὸ πνεῦμα εἶναι Θεόν. πῶς γὰρ ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ; καὶ οὐδὲν κρύφιον ἀπ᾽ αὐτοῦ; πῶς [ἐ]στὶν ἄλλος παράκλητος; πῶς συντάσσεται πατρὶ καὶ υἱῷ; πορευθέντες γὰρ, φησὶν αὐτὸς ὁ υἱὸς, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ [δ]ὲ ἓν τῶν τριῶν κτίσμα φωτιζόμεθα, οὐδὲ τὰ λοιπὰ E καθαρεύει τῆς ὕβρεως. ἀλλ᾽ εἰ κτίσμα, πῶς κτίζει; πῶς ζωοποιεῖ; πῶς διαιρεῖ χαρίσματα; πῶς δὲ θεός; ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐκεῖνος ὁ φρενοβλαβὴς ἐπὶ νοῦν θέμενος, τῆς μοναρχικῆς αὐτὸ καὶ μιᾶς ἀδιαιρέτου θεότητος διασπᾶν ἐτόλμα, καὶ ἐπεθε[...]ώατο. διὸ καὶ τῆς ἀσεβείας ἐπάξια εἴληφε τὰ ἐπίχειρα, αὐτός τε ἀφαιρέσει τῆς ἱερωσύνης ζημιούμενος, καὶ πάντες ὅσοι τῆς αὐτοῦ θεομαχίας τὸ αἴτιον παρεζήλωσαν· καὶ ὡς ἐκεῖνος τὸ πανάγιον πνεῦμα τῆς τριαδικῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ κυριότητος ἀλλοτριοῦν ἐφρυάττετο, οὕτως αὐτὸν ἡ A ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος καὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ τῆς τῶν πιστῶν μερίδος, οἷα δεύτερον ἠλλοτρίωσεν Ἄρειον. τὸ δὲ πανάγιον καὶ παντοδύναμον, ἅτε δὴ ὁμοφυές τε καὶ ὁμοούσιον, ἰσοσθενές τε καὶ παντοδύναμον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι καὶ συνδοξολογεῖσθαι κατὰ τὰς πατρικάς τε καὶ θεολογικὰς φωνὰς ἀνεκήρυξεν, ἐκθερίσαντες τέλεον, καὶ εἴ τι τῆς Ἀρειανῶν σπορᾶς ζιζάνιον ὑπεφύετο. τηνικαῦτα δὲ τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας ὁ μέγας ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλης εὐφημίας ἄξιος περιεζώννυτο Θεοδόσιος πρόμαχος καὶ αὐτὸς τῆς εὐσεβείας γνωριζόμενος. ἀλλ᾽ ἐν τούτοις, μὲν καὶ αὕτη ἡ ἁγία σύνοδος.

SANCTVM & œcumenicum secundum concilium centum & quinquaginta episcoporum sacrum sibi locum ad disputandum & decernendum in regia civitate delegit. Præsides habuit Timotheum, qui Alexandriæ, & admirabilem virum Meletium, qui Antiochiæ, & Cyrillum, qui Hierosolymorum sacras sedes obtinebant. Nectarium præterea, qui nuper ab initiatorum grege separatus, & ablutis divino lavacro vitæ sordibus, purus jam purissimam sacri principatus dignitatem ex communi concilii consensu, & electorum suffragiis simul & regiæ civitatis episcopus, & concilii præses declaratus est. Inter hos fuit & Gregorius Nyssæ quæ in Cappadocia est, episcopus: & ille qui ex operibus Theologiæ cognomen adeptus est. Quibus haud multo post & Damasus episcopus Romæ eadem confirmans atque idem sentiens accessit. Sacrosanctus hic chorus Macedonium quemdam qui Constantinopolis sedem jam surripuerat, quoniam in sanctissimum vitæque principem Spiritum maledicta conjecerat, condemnavit. Vt enim Arius adversus filium egerat sic Macedonius adversus Spiritum sanctum, ut ejus in omnes imperium ac dominatum, in servorum ac ministrorum ordine collocaret. Atqui facile poterat, si voluisset, infelix ille perspicere, quemadmodum illi, qui filium inter res collocant procreatas, non minore patrem afficiunt contumelia: ita qui sanctissimum ipsius Spiritum in earum rerum, quæ procreatæ sunt, numero constituunt, par & simile in ipsum maledictum conferre. Nam si spiritus creatus est, & ille cujus est spiritus, est procreatus. Quod si summa ista impietas, vel auditu est intolerabilis, cur non cavit ille miser, negare Spiritum esse Deum, ne ad hæc impia argumenta necessario deveniret? Quomodo enim scrutatur etiam profunda Dei, & ei nihil est absconditum? Quomodo alter est paracletus? Quomodo cum patre & filio collocatur? Euntes enim, inquit ipse filius, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Si unus ex tribus his in quibus illuminamur, creatus est, nec reliqui ab hac ignominia sunt alieni. Quod si creatus est quomodo creat? Quomodo sanctificat? Quomodo vivificat? Quomodo gratias dividit? Quomodo est Deus? Nihil horum stultus ille considerans, a principe & unica atque inseparabili divinitate eum abstrahere ac removere conatus est. Quamobrem merita impietatis suæ præmia tulit, cum & ipse sacerdotio fuerit spoliatus, & omnes illi, qui impium adversus

ANNO CHRISTI 381.

Deum obstinate bellum susceperunt. Et quemadmodum ille sanctissimum Spiritum ab una Trinitatis divinitate secludere conabatur, sic eum a sacerdotio & fidelium communione tanquam alterum Arium sanctum œcumenicumque concilium exclusit. Sanctissimum vero vitæque authorem Spiritum, ut ejusdem naturæ, atque ejusdem essentiæ & æqualis potestatis, atque omnipotentem, simul cum patre & filio adorandum, collaudandumque, & patrum theologorumque doctrina declaravit, penitusque evulsit, si qua ex Ariano semine zizania pullularant. Tunc autem imperii habenas regebat magnus & vere magna laude dignus Theodosius qui ipse quoque pietatis defensor extitit & propugnator. Atque his quidem & hoc sanctum concilium concluditur.

EADEM EX LIBELLO NILI DE SYNOD.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντίνου πόλει γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου συγκροτηθεῖσα ὑπὸ ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπων, κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος, καὶ Απολιναρίου Λαοδικείας. ἡγοῦντο δὲ τῆς συνόδου Δάμασος Ῥώμης, Νεκτάριος Κωνσταντινουπόλεως, Τιμόθεος Αλεξανδρείας, Κύριλλος Ιεροσολύμων, Μελέτιος Αντιοχείας, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, Γρηγόριος Νύσσης, καὶ Αμφιλόχιος Ικονίου. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ͵εωοβʹ. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ τοβʹ. ἀπὸ τῆς δευτέρας ἕως τῆς τρίτης ἔτη μαʹ. ἡμεῖς παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν, ὅτι τὸ πανάγιον πνεῦμα Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ὡς ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ἐπεὶ ὁ κύριος Ιησοῦς οὕτως εἶπε, βαπτίζεσθαι καὶ πιστεύειν εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ὅπερ οὐκ ἂν εἶπεν, εἰ κτίσμα ἦν. τῷ οὖν μὴ οὕτω φρονοῦντι ἀνάθεμα.

SANCTA & œcumenica secunda synodus Constantinopoli habita est imperante Theodosio Magno, congregata a centum & quinquaginta episcopis, adversus Macedonium S. Spiritus hostem Constantinopolis patriarcham, Sabellium Africanum, & Apollinarem Laodicenum. Præerant synodo Damasus Romæ, Nectarius Constantinopolis, Timotheus Alexandriæ, Cyrillus Hierosolymitanus, Meletius Antiochenus, Gregorius Theologus, Gregorius Nyssæ, & Amphilochius Iconii episcopi. Erat autem annus mundi 5872. Christi 372. A secunda synodo ad tertiam sunt anni 41. Nos accepimus & credimus omnibus modis S. Spiritum esse verum Deum, consubstantialem Deo, tum Patri tum Filio, quoniam dominus Iesus sic dixit, ut baptizemur & credamus in nomen Patris & Filii & Spiritus sancti, quod non dixisset, si creatura esset. Ei igitur, qui non ita sentit, anathema.

EADEM EX ANON. LIBELLO DE SYN.

Απέχει ἡ σύνοδος βʹ. ἀπὸ τῆς αʹ. ἔτη νʹ.

Ἡ δὲ δευτέρα ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν ἁγίων ρνʹ. πατέρων γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, καὶ Δαμάσου πάπα Ῥώμης, καὶ Νεκταρίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, κατὰ Μακεδονίου τοῦ δυσσεβοῦς τοῦ λῃστρικῶς μὲν τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἁρπάσαντος, βλασφημοῦντος δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἔλεγε γὰρ αὐτὸ μὴ εἶναι Θεὸν, ἀλλὰ τῆς θεότητος τοῦ πατρὸς ἀλλότριον. ὅθεν τοῦτον μὲν ὡς ἐχθρὸν τῆς εὐσεβείας ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ ἀναθεματίσαντες κατέκριναν. Θεὸν δὲ ἀληθινὸν καὶ κύριον καὶ ζωοποιὸν τὸ πανάγιον πνεῦμα ἐξεφάνησαν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ὑπάρχειν αὐτὸ κηρύξαντες, καὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος καὶ δυνάμεως, καθὼς τὸ σύμβολον περιέχει τῆς πίστεως, ὅπερ αὐτοὶ τρανώτερον τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξεφάνισαν χάριτι. ἔτι δὲ καὶ Απολιναρίου τοῦ Λαοδικείας τὴν βλασφημίαν σὺν αὐτῷ καὶ τοῖς ὅμοια φρονοῦσιν ἀναθεματίσαντες, ὡς ἄψυχον τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν σάρκα λέγοντος ἔμψυχον εἶναι, ταύτην ἐβεβαιώσαντο, ψυχὴν ἔχουσαν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ὁμοούσιον.

Distat secunda synodus a prima annis 50.

SECUNDA sancta & œcumenica synodus sanctorum CL. patrum habita est Constantinopoli sub imperatore Theodosio Magno, & Damaso papa Romæ, & Nectario patriarcha Constantinopolis, & Gregorio theologo, adversus Macedonium illum impium, qui prædatorie patriarchalem sedem invaserat, & blasphemabat adversus Spiritum sanctum. Dicebat enim illum non esse Deum, sed alienum a divinitate Patris. Quamobrem illum ut pietatis hostem cum suis suffragatoribus anathemate damnarunt. Deum autem verum & dominum, & vivificantem modis omnibus sanctum Spiritum pronunciarunt esse, consubstantialem Patri & Filio prædicantes illum subsistere, & ejusdem cum illis divinitatis ac virtutis esse, prout habet fidei symbolum, quod ipsi dilucidius explicarunt sancti Spiritus gratia. Præterea Apollinaris quoque Laodiceni blasphemiam cum ipso ac sequacibus ejus anathematizarunt, ut qui animatam domini nostri carnem inanimem esse diceret. Hanc illi confirmarunt habere animam animabus nostris consubstantialem.

[a] CONCILIUM [b] AQUILEIENSE

[c] TEMPORE DAMASI PAPÆ I.

CELEBRATUM,

In quo [d] a triginta duobus Italis, Gallis, & Pannonicis episcopis, præsentibus Gallorum & Afrorum legatis, Palladius & Secundianus episcopi Ariani, cum Attalo quodam presbytero, damnantur. Est provinciale.

EPISCOPI QUI HUIC CONCILIO INTERFUERUNT.

[e] VALERIANUS episcopus Aquileiensis.
[f] Ambrosius episcopus Mediolanensis.
[g] Eusebius episcopus Bononiensis.
[h] Limenius episcopus Vercellensis.
[i] Armenius episcopus Sirmiensis Illyrici.
[k] Sabinus episcopus Placentinus.
Abundantius episcopus Tridentinus.
[l] Philaster episcopus Brixianus.
[m] Constantius episcopus * Arausicus.

*Ar

Theodorus

ANNO CHRISTI 381.

Theodorus episcopus Octodorensis.
Domninus episcopus Gratianopolitanus.
Amantius episcopus Niciensis.
Maximus episcopus Emonensis.
Basilianus episcopus Laudensis.
Proculus episcopus Massiliensis.
Heliodorus episcopus Altinensis.
Felix episcopus * Iadrensis.
Eventius episcopus * Citiniensis.
Exuperantius episcopus Dertonensis.
* Diogenes episcopus Genuensis.
Constantius episcopus Scisciànensis legatus Gallorum.
Iustus legatus Gallorum.
Felix legatus Afrorum.
Numidius legatus Afrorum.
Evagrius presbyter & legatus.
Artemius. Almachius. Ianuarius. Iovinus. Macedonius. Cassianus. Marcellus. Eustathius. Maximus. Chromatius presbyter.

GESTA

[a] CONCILII AQVILEIENSIS

TEMPORE DAMASI PAPÆ I.

SYAGRIO & Eucherio viris clarissimis consulibus nonis Septembribus Aquileiæ in ecclesia considentibus, cum episcopis, Aquileiensium civitatis Valeriano, Ambrosio, Eusebio, Limenio, Amenio, Sabino, Abundantio, Artemio, Constantio, Iusto, ' Philastro, Constantio, Theodoro, Almachio, Domnino, Amantio, Maximo, Felice, Basiliano, Numidio, Ianuario, Proculo, Heliodoro, Iovino, Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello & Eustathio episcopis, Ambrosius episcopus dixit:

Diu * citra acta tractavimus. Et quoniam tanta sacrilegia a parte Palladii & Secundiani nostris auribus ingeruntur, ut difficile quisque credat, tam aperte eos blasphemare potuisse, vel ne * quia ipsi calliditate dicta sua postea negare conentur, licet de tantorum sacerdotum testificatione dubitari non queat, tamen quoniam omnibus episcopis placet, fiant acta, ut unusquisque professionem suam negare non possit. Quid ergo vobis, sancti viri, placeat, declarandum est. Omnes episcopi dixerunt: Placet. Ambrosius episcopus dixit: discrepationes nostræ ex re firmandæ sunt scripto imperiali, ut allegentur. Sabinianus diaconus recitavit: Ambigua dogmatum reverentia ne dissideant sacerdotes, quamprimum experiri cupientes, convenire in Aquileiensium civitatem ex diœcesi, meritis excellentiæ tuæ creditam, episcopos jusseramus. Neque controversiæ dubiæ sententiæ rectius poterant experiri, quam si obortæ altercationis * in interpretes ipsos constituissemus antistites, ut videlicet a quibus proficiscuntur instituta doctrinæ, ab eisdem * discordiæ eruditionis repugnantia solveretur. Neque sane nunc aliter jubemus, ac jussimus, non invertentes præcepti tenorem, sed superfluam convenarum copiam recolentes. Nam quod Ambrosius & vitæ merito & Dei dignatione conspicuus episcopus Mediolanensium civitatis, ibi multitudinem non opus esse suggerit, ubi veritas non laboraret in pluribus, si locata esset in paucis, seque eorum, qui contra adstarent, assertionibus, & sacerdotes vicinarum ex Italia civitatum, satis abundeque sufficere posse suggerit, abstinendum venerabilium virorum fatigatione censuimus, ne quis vel maturo ævo gravis, vel corporali debilitate confectus, vel laudabili paupertate mediocris, insuetas repetat terras, & rel Ambrosius episcopus dixit: Ecce quod Christianis constituit imperator. Noluit injuriam facere sacerdotibus: ipsos interpretes constituit episcopos. Ac per hoc, quoniam in sacerdotali concilio considemus, responde ad ea, quæ tibi proponuntur. Arii epistola lecta est: etiam nunc recitabitur, si tibi videtur. A principio habet blasphemias, solum Patrem æternum dixit. Si tibi videtur, quod Dei filius sempiternus non sit, hoc ipsum (quemadmodum vis) adstrue: si damnandum putas, damna euangelium Præsens est & apostolus, omnes scripturæ præsto sunt, unde vis, adstrue, si putas non esse Dei filium sempiternum. Palladius dixit. Vestro studio factum est, sicut dictat lectio sacra a vobis prolata, ut non esset generale & plenum concilium. Absentibus sacerdotibus nostris, nos respondere non possumus. Ambrosius episcopus dixit: Qui sunt consortes vestri? Palladius dixit: Orientales episcopi. Ambrosius episcopus dixit: Interim quia superioribus temporibus concilium sic factum est, ut orientales in orientis partibus constituti, haberent concilium, occidentales in occidente: nos in occidentis partibus constituti convenimus ad Aquileiensium civitatem juxta imperatoris præceptum. Denique etiam præfectus Italiæ literas dedit, ut si vellent convenire, in potestate haberent. Sed quia sciebant consuetudinem hujusmodi, ut in oriente orientalium esset concilium, intra occidentem occidentalium, ideo putaverunt non esse veniendum.

Arii epistola solum Patrem esse refert æternum.

Palladius dixit: Imperator noster Gratianus jussit orientales venire, negas tu jussisse eum? Ipse imperator nobis dixit, se orientales jussisse venire. Ambrosius episcopus dixit: Utique jussit, qui non prohibuit huc venire. Palladius dixit: Sed ne venirent, tua petitio fecit: sub specie falsæ voluntatis hoc impetrasti, & distulisti concilium. Ambrosius episcopus dixit: Non opus est evagari diutius, responde nunc. Bene dixit Arius solum æternum Patrem? & secundum scripturas hoc dixit, an non? Palladius dixit: Non tibi respondeo. Constantius episcopus dixit: Non respondes, qui tam diu blasphemasti? Eusebius episcopus dixit: Sed debebis simpliciter fidei tuæ prodere libertatem. Si a te gentilis exigeret, quemadmodum in Christum crederes, confiteri erubescere non deberes. Sabinus episcopus dixit: Tu petisti, ut responderemus hodie ex voluntate tua, & urgente te convenimus, & non expectavimus reliquos fratres, qui poterant venire. Proinde non tibi liberum est evagari. Christum dicis esse creatum? aut sempiternum dicis esse filium Dei? Palladius dixit: Dixi tibi, nos ideo diximus vobis, ut veniremus, & conveniremus, quod non recte fecisseris, * subrepere imperatori. Ambrosius episcopus dixit: Legatur epistola Palladii, utrum nobis hoc mandaverit: & docebitur, quod etiam nunc fallit. Palladius dixit; Legatur plane. Episcopi dixerunt: Imperator cum esset præsens Sirmio, tu illum interpellasti, an ipse te compulit? Et addidit: Quid ad ista respondes? Palladius dixit: Dixit mihi, Vade.

* subrepentes

ANNO CHRISTI 381.

Vade. Diximus: Orientales conventi sunt? Ait, A Conventi sunt. Numquid si orientales non fuissent conventi, numquid nos convenissemus? Ambrosius episcopus dixit: Sequestrata sit causa orientalium, sententiam tuam hodie * quære, Arii tibi epistola lecta est. Soles te Arianum negare. Aut damna hodie Arium, aut defende. Palladius dixit: Non est hoc auctoritatis tuæ, ut hoc a me quæras. Eusebius episcopus dixit: Non credimus religiosum imperatorem aliud dixisse, quam scripsit. Episcopos jussit convenire, non potuit tibi soli contra rescriptum suum dicere; ut sine orientalibus causam minime dicerent. Palladius dixit: Si Itali soli jussi sunt convenire? Evagrius presbyter & legatus dixit, ut ante quatuor dies, & ante biduum responderet se adfuturum. Quid ergo expectabas (ut dicis) orientalium consortium tuorum sententiam expectandam? sic debuisti mandare, non promittere conflictum. Palladius dixit: Quia quasi ad concilium plenum veneram, vidi non meos consortes convenisse: ut convenirem & dicerem, secundum jussionem egeritis in præjudicium futuri concilii. Ambrosius episcopus dixit. Vt hodie resideremus, ipse exegisti. Denique, etiam hodie tu ipse dixisti, quia Christiani ad Christianos venimus. Christianos nos probasti. Promisisti te conflictaturum, promisisti te allaturum esse rationem. Libenter itaque accepimus præfationem tuam. Optavimus, ut quasi Christianus venires. Obtuli tibi epistolam Arii, quam scripsit Arius, de cujus nomine dicitis vos injuriam frequenter sustinere. Dicitis quod Arium non sequamini. Hodie aperta debet esse sententia. Aut condemna illum, aut adstrue quibus vis lectionibus. Et addidit: Ergo, juxta epistolam Arii, Christus Dei filius non est sempiternus? Palladius dixit: Nos diximus, probaturos nos Christianos, sed in concilio pleno. Non vobis respondemus omnino in præjudicium concilii futuri. Eusebius episcopus dixit: Sine calliditate, fidei tuæ professionem debes exponere. Palladius D dixit: Et quid concilio reservamus? Ambrosius episcopus dixit: Omni ori condemnatio facta est in eum, qui negaret Dei filium sempiternum. Negavit Arius, hunc sequitur Palladius, qui non vult condemnare Arium. Itaque utrum hujus probanda sententia sit, considerate: & utrum secundum scripturas dicat, aut contra scripturas, intelligere liquet. Lectum est enim, sempiterna virtus Dei atque divinitas, Dei virtus Christus est. Si igitur sempiterna Dei virtus est, sempiternus utique Christus est, quia Christus est Dei virtus. Eusebius episcopus dixit: Hæc fides nostra est, hæc intelligentia ca- E tholica. Qui hæc non dixerit, anathema. Omnes episcopi dixerunt, anathema. Eusebius episcopus dixit: Specialiter dicit solum Patrem sempiternum, & filium aliquando cœpisse? Palladius dixit, Arium nec vidi, nec scio qui sit. Eusebius episcopus dixit: Arii blasphemia prolata, in qua negat Dei filium sempiternum. Hanc perfidiam damnas cum auctore, * aut asseris? Palladius dixit: Vbi auctoritas pleni concilii non est, non dico. Ambrosius episcopus dixit: Dubitas damnare post divina judicia, cum crepuerit medius? & addidit: Dicant enim sancti viri legati Gallorum. Constantius episcopus legatus Gallorum dixit: Hanc impietatem ejus hominis & semper damnavimus, & nunc damnamus, non solum Arium, sed & quicumque filium Dei non dixerit sempiternum. Ambrosius episcopus dixit: Quid etiam dicit dominus meus Iustus? Iustus episcopus legatus Gallorum dixit: Qui filium Dei coæternum cum patre non confitetur, anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt, anathema. Ambrosius episcopus dixit: Dicant etiam Afrorum legati, qui omnium civium huc attulere sententias. Felix episcopus & legatus dixit: Si quis filium Dei negaverit, & sempiternum, & coæternum negaverit, non solus ego legatus totius Africanæ provinciæ damno, sed & cunctus chorus sacerdotalis, qui ad hunc B cœtum sanctissimum me misit, etiam ipse ante damnavit. Amenius episcopus dixit: Caput Illyrici, non nisi civitas est Sirmiensis. Ego igitur episcopus illius civitatis sum. Eum, qui non confitetur filium Dei æternum & coæternum patri, quod est sempiternum, anathema dico. * Sed etiam is quidem non confitetur. * Ambrosius episcopus dixit: Audite sequentia. Vt recitatum est, solum æternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem. Ambrosius episcopus dixit: Et in hoc damna eum, qui negat filium Deum verum. *Cum enim ipse sit veritas*, quemadmo- C dum non est Deus verus? Et addidit. Quid est hoc? Palladius dixit: Filium verum * qui non dicat? Ambrosius episcopus dixit: Arius negavit. Palladius dixit: Cum apostolus dicat, *Christum super omnia Deum*, potest aliquis negare verum filium Dei? Ambrosius episcopus dixit: Vt scias quam simpliciter veritas a nobis requiratur, ecce dico ego, ut dicis, sed semiplenum habeo. Cum enim ita dicis, videris negare Deum verum: si autem simpliciter confiteris verum Deum filium Dei, eo ordine adstrue, quo ipse propono. Palladius dixit: Ego secundum scripturas tibi loquor, verum filium Dei dominum dico. Ambrosius episcopus dixit: Verum dominum dicis filium Dei? Palladius dixit: Cum verum filium dicam, quid amplius? Ambrosius episcopus dixit: Non quæro tantummodo, ut verum filium dicas, sed ut verum dominum Dei filium dicas. Eusebius episcopus dixit: Christus Deus verus est, secundum omnium fidem & catholicam professionem. Palladius dixit: Verus Dei filius est. Eusebius episcopus dixit: Nam & nos per adoptionem filii sumus, ille secundum proprietatem generationis divinæ. Et addidit: Confiteris ergo verum filium Dei, dominum verum esse, secundum nativitatem, & proprietatem? Palladius dixit: Verum Dei filium unigenitum dico. Eusebius episcopus dixit: Hoc ergo putas contra scripturas, si, Christus Deus verus est, dicatur? Cumque Palladius reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Solum verum filium Dei qui dicit, & non vult dicere dominum verum, videtur negare. Hoc igitur ordine confiteatur (si tamen confitetur) Palladius, & dicat, utrum verum dominum Dei filium dicat. Palladius dixit: Cum dicat filius, *Vt cognoscant te solum verum * dominum, & quem misisti Iesum Christum*, cum affectu, an veritate? Ambrosius episcopus dixit: Ioannes dixit in epistola sua, *Hic est verus Deus*. Nega hoc. Palladius dixit: Cum dicam tibi verum filium, profiteor veram etiam divinitatem. Ambrosius episcopus dixit: Et in hoc est fraus. Sic enim soletis dicere unam & veram divinitatem, ut

Marginal notes (left): * quæro, — Ante 4. dies & ante biduum respondisti te adfuturum. — Nota mirã hæretici tergiversationem. — * an — Sententia Gallorum.

Marginal notes (right, cut off): Se... Af... — Ioa... — * q... — Ro... — Ioan. — * De... — 1. Ioa...

ut patris tantummodo, non etiam filii, veram A & unam divinitatem dicatis. Ergo si aperte vis dicere, quia ad scripturas me provocas, dic, quod dixit euangelista Ioannes: *Hic est verus Deus:* aut nega dictum. Palladius dixit: Absque filio alius genitus non est. Eusebius episcopus dixit: Christus verus Deus secundum omnium fidem & catholicam professionem, an in sententia tua Deus verus non est? Palladius dixit: Virtus Dei nostri est. Ambrosius episcopus dixit: Non habes libertatem profitendi, ac per hoc anathema ei, qui non confitetur verum Deum filium Dei. Omnes episcopi dixerunt: Anathema habeatur, qui Christum filium Dei, dominum verum non dixerit. Iterum addidit: Solum verum, solum immortalitatem B habentem. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei habet immortalitatem, aut non habet, secundum divinitatem? Palladius dixit: Apostolum admittis, an non? *Rex regum, qui solus habet immortalitatem.* Ambrosius episcopus dixit: De Christo filio Dei quid dicis? Palladius dixit: Christus nomen divinum est, an humanum? Eusebius episcopus dixit: Secundum carnis quidem sacramentum Christus dicitur, sed idem Deus & homo est. Palladius dixit: Christus nomen carnis est, Christus nomen humanum est, & respondete vos mihi. Eusebius episcopus dixit: Quid superfluis immoraris? Cum legeretur impietas Arii, qui hoc dicit de Patre, quia solus habet immortalitatem, attulisti testimonium ad consensum impietatis Arii ex apostolo, dicens: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem inaccessibilem habitat.* Sed si in- C telligis, totius naturæ dignitatem in Dei nomine expressit: siquidem in Dei nomine pater & filius designantur. Palladius dixit: Et ego vos quod interrogavi, respondere noluistis. Ambrosius episcopus dixit: Aperte de te sententiam quæro: Filius Dei habet immortalitatem secundum generationem divinam, an non habet? Palladius dixit: Secundum generationem divinam incorruptibilis, & per carnem mortuus est. Ambrosius episcopus dixit: Non divinitas mortua est, sed caro mortua est. Palladius dixit: Ante vos mihi respondete. Ambrosius D episcopus dixit: Filius Dei secundum divinitatem habet immortalitatem, an non habet? Sed etiam fraudes & insidias tuas, non secundum Arii professionem, prodidisti. Et addidit: Qui filium Dei negat habere immortalitatem, quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Anathema habeatur. Palladius dixit: Status divinus immortalis est. Ambrosius episcopus dixit: Astute & hoc, ut de Dei filio nihil exprimas evidenter. Et ego dico: Immortalitatem habet Dei filius secundum divinitatem? Aut nega, quia non habet immortalitatem. Palladius dixit: Christus mortuus est, an non? Ambrosius episcopus dixit: Secundum carnem anima 10. nostra non moritur. Scriptum est enim: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Cum igitur anima nostra mori non possit, putas quod Christus secundum divinitatem mortuus sit. Palladius dixit: Mortis appellationem quare tu horres? Ambrosius episcopus dixit: Imo non horreo, sed confiteor secundum carnem meam. Est enim, per quam a mortis vinculis sum revinctus. Palladius dixit: Mortem separatio facit spiritus. Nam Christus filius Dei carnem suscepit, & per carnem mortuus est. Ambrosius episcopus dixit: Scriptum est, *Christum passum.* Secundum carnem igitur passus est, secundum divinitatem habet immortalitatem. Hoc qui negat, diabolus est. Palladius dixit: Ego Arium non novi. Ambrosius episcopus dixit: Ergo male dixit Arius, cum etiam filius Dei habeat immortalitatem secundum divinitatem. Et addidit: Bene dixit, an male? Palladius dixit: Non consentio. Ambrosius episcopus dixit: Cui non consentis? Anathema illi, qui non explicat fidei libertatem. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Dicite quod vultis, ejus est divinitas immortalis. Ambrosius episcopus dixit: Cujus? Patris, an & filii? Et addidit: Multas impietates congessit Arius, ad alias transeamus. Et recitatum est, solum sapientem: Palladius dixit: Pater a se sapit, filius autem sapiens non est. Ambrosius episcopus dixit: Ergo filius non est sapiens, cum ipse sit sapientia? Nam & nos dicimus quia ex patre natus est filius. Eusebius episcopus dixit: Est aliquid tam impium, tam profanum, quam quod dixit, sapientem filium Dei* negare? Palladius dixit: Sapientia dicitur. Quis potest sapientiam denegare? Ambrosius episcopus dixit: Sapiens est, an non? Palladius dixit: Sapientia est. Ambrosius episcopus dixit: Sapiens ergo, cum sit sapientia. Palladius dixit: Secundum scripturas vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: Etiam sapientem (quantum video) filium Dei Palladius negare conatus est. Eusebius episcopus dixit: Qui negat filium Dei sapientem, anathema sit. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Eusebius episcopus dixit: Etiam Secundianus ad hoc respondeat. Cumque Secundianus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Qui tacet, integrum vult habere judicium. Et addidit: Solum patrem bonum cum dicit, filium confessus est, an negavit? Palladius dixit: Legimus, *Ego sum pastor bonus;* & nos negamus? Quis non dicat bonum Dei filium? Ambrosius episcopus dixit: Ergo bonus est Christus. Palladius dixit: bonus. Ambrosius episcopus dixit: Male ergo Arius de solo patre dixit, cum etiam filius Dei, Deus * omnibus sit. Palladius dixit: Qui bonum non dicit Christum, maledicit. Eusebius episcopus dixit: Christum bonum confiteris? Nam & ego bonus sum. Mihi dixit: *Euge serve bone.* Et, *homo bonus profert de thesauro suo bona.* Palladius dixit: Iam dixi, nunc vobis non respondeo usque ad plenum concilium. Ambrosius episcopus dixit, Iudæi dicebant, *Bonus est.* & Arius negat quia filius Dei bonus est. Palladius dixit: Quis potest hoc negare? Eusebius episcopus dixit: Bonus est ergo Deus filius Dei. Palladius dixit: Bonus pater, bonum filium genuit. Ambrosius episcopus dixit; Et nos bonos genuit, sed non secundum divinitatem. Deum bonum Dei filium dicis? Palladius dixit: Filius Dei bonus est. Ambrosius episcopus dixit: Vides ergo quia Christum bonum, bonum filium, non bonum Deum dicis, quod a te quæritur. Et addidit: Qui bonum Deum, filium Dei Deum non confitetur, anathema. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitavit, Solum potentem. Ambrosius episcopus dixit: Potens est filius Dei, an non? Palladius dixit: Qui omnia fecit, non est potens? qui omnia fecit, minus potest? Ambrosius episcopus dixit: Ergo Arius male dixit: Et addidit: Vel in hoc damnas Arium? Palladius

Margin notes: Anno Christi 381. — 1. Pet. 2. — * negari — Ioan. 18. — * for. bonus. — Matth. 25. — Luc. 6. — Ioan. 7.

Anno Christi 381.

dixit: Unde ſcio qui ſcit? Ego pro me reſpondeo tibi. Ambroſius epiſcopus dixit: Filius domini mei potens eſt? Palladius dixit: Potens. Ambroſius epiſcopus dixit: Deus bonus eſt? Palladius dixit: Iam dixi filium Dei unigenitum eſſe potentem. Ambroſius epiſcopus dixit: dominum potentem? Palladius dixit: Filium Dei potentem. Ambroſius epiſcopus dixit: Potentes & homines ſunt. Scriptum eſt: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?* (Pſalm. 51.) Et alibi, *Cum infirmor, tunc potens ſum.* (2. Cor. 12.) Illud a te requiro, ut confitearis dominum potentem eſſe Dei filium Christum: aut ſi negas, adſtrue. Nam qui unam potentiam dico Patris & Filii, B ſic Filium Dei dico potentem ſicut & patrem. Dubitas ergo confiteri potentem eſſe dominum Dei filium? Palladius dixit: Iam dixi, ſecundum diſputationem (prout poſſumus) reſpondemus vobis. Vos enim ſoli vultis eſſe judices. Vos litigatores eſſe vultis. Non vobis reſpondemus nunc, ſed in concilio generali & pleno reſpondebimus vobis. Ambroſius epiſcopus dixit: Anathema illi, qui negat dominum potentem Chriſtum. Omnes epiſcopi dixerunt: Anathema. Item recitatum eſt, Solum potentem, omnium judicem. Palladius dixit: Omnium judicem filium Dei. Eſt qui dat, eſt qui accipit. Ambroſius epiſcopus dixit: Per gratiam dedit, an per naturam? C Et hominibus datur judicium. Palladius dixit: Patrem majorem dicis, an non? Ambroſius epiſcopus dixit: Poſtea reſpondebo tibi. Palladius dixit: Ego tibi non reſpondebo, ſi non reſpondes mihi. Euſebius epiſcopus dixit: Niſi impietatem Arii ex ordine damnaveris, interrogandi tibi non dabimus facultatem. Palladius dixit: Non tibi reſpondeo. Ambroſius epiſcopus dixit: Filius Dei (ſicut lectum eſt) judex eſt, an non? Palladius dixit: Si non reſpondes mihi, ego tibi ut impio non reſpondeo. Ambroſius epiſcopus dixit: Habes profeſſionem meam, qua reſpondebo tibi. Interim perlegatur epiſtola Arii. Et addidit: In epiſtola Arii invenies & hoc ſacrilegium, quod tu moliris. Palladius dixit: Ego* qui interrogo, non reſpondetis. D Euſebius epiſcopus dixit: Filium Dei* Deum æqualem dicimus. Palladius dixit: Tu judex es, tui exceptores hic ſunt. Ambroſius epiſcopus dixit: Scribant tui, qui* nolunt. Palladius dixit: *Pater major eſt*, an non? Euſebius epiſcopus dixit: Secundum divinitatem æqualis eſt filius patri. Habes in euangelio, *quod Iudæi perſequebantur eum, quia non ſolum ſolvebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.* (Ioan. 5.) Quod ergo impii perſequentes confeſſi ſunt, nos credentes negare non poſſumus. Ambroſius epiſcopus dixit: Et alibi habes: *Qui cum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, obediens uſque ad mortem.* (Philip. 2.) Et addidit: Vides, quia in forma Dei æqualis eſt? Et formam, inquit, ſervi accepit. In quo ergo minor eſt? Secundum formam utique ſervi, non Dei. Euſebius epiſcopus dixit: Sicut in forma ſervi conſtitutus, inferior ſervo non fuit; ita in forma Dei conſtitutus, inferior Deo eſſe non potuit. Ambroſius epiſcopus dixit: Aut dic, quia ſecundum divinitatem minor eſt filius Dei. Palladius dixit: *Pater major me eſt.* Ambroſius epiſcopus dixit: Secundum carnem. Palladius dixit: *Qui me miſit, major eſt me.** Caro miſſa eſt a

* for. vos
* for. Deo
* for. volunt.
* for. Pater, inquit, major.

A Deo, aut filius Dei? Ambroſius epiſcopus dixit: Falſari a vobis divinas ſcripturas hodie comprobamus. Sic enim ſcriptum eſt: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non turbetur cor veſtrum. Non quomodo hic mundus dat, & ego do vobis. Si diligeritis me, gauderetis,* quia dixi, vado ad Patrem, quia Pater major me eſt.* (Ioan.) Non dixit: Qui me miſit, major me eſt. Ambroſius epiſcopus dixit: Anathema illi, qui divinis ſcripturis addit aliquid, aut minuit. Omnes epiſcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Pater major eſt filio. Ambroſius epiſcopus dixit: ſecundum carnem filius minor eſt Patre, ſecundum divinitatem æqualis eſt Patri. Legi igitur æqualem Dei filium Patri, ſicut jam & prolata exemplaria teſtantur. Secundum carnem autem quid miraris minorem, cum dixerit ſe ſervum, cum dixerit ſe lapidem, cum dixerit ſe vermem, cum dixerit ſe minorem angelis, quia ſcriptum eſt: *Minoraſti eum paulo minus ab angelis?* Palladius dixit: Impie vos aſſerentes video, non reſpondemus vobis ſine auditoribus. Sabinus epiſcopus dixit: Nemo requirat ab eo ſententiam, qui tam innumeris ſententiis blaſphemavit. Palladius dixit: Non vobis reſpondemus. Sabinus epiſcopus dixit: Ab omnibus jam damnatus eſt Palladius. Arii blaſphemiæ multo minores ſunt quam Palladii. Et cum Palladius ſurrexiſſet, atque foras exire voluiſſet: Ideo inquit, ſurrexit Palladius, quoniam apertis ſcripturarum teſtimoniis convincendum eſſe ſe cernit, ſicut jam convictus eſt. Sic enim lectum eſt, ſecundum divinitatem quod æqualis Patri filius ſit. Accipiat autem, quod ſecundum divinitatem majorem non habet. Scriptum eſt: *Abrahæ cum repromiſiſſet Deus, quoniam nullum alium habebat majorem, per quem juraret, juravit per ſemetipſum.* (Heb.) Vides igitur ſcripturam, quia nullum alium majorem habet, per quem juraret. Filius autem eſt, de quo dicitur, *quoniam ipſe viſus eſt Abrahæ.* Unde & ait: *Abraham diem meum vidit, & gaviſus eſt.* (Ioan.) Palladius dixit: Pater major eſt: Euſebius epiſcopus dixit: Quando ut Deus locutus, majorem non habuit: quando ut homo locutus, majorem habuit. Palladius dixit: Pater genuit Filium, Pater miſit Filium. Ambroſius epiſcopus dixit: Anathema illi, qui negat filium ſecundum divinitatem æqualem Patri. Omnes epiſcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Filius ſubjectus patri, filius præcepta patris cuſtodit. Ambroſius epiſcopus dixit: Subjectus ſecundum carnis rationem: ceterum & ipſe meminiſti, quia legiſti: *Nemo venit ad me, niſi quem pater attraxerit.* (Ioan.) Sabinus epiſcopus dixit: Dicat, ſi ſecundum divinitatem ſubjectus eſt patri, E an ſecundum incarnationem. Palladius dixit: Ergo Pater major eſt. Ambroſius epiſcopus dixit: & alibi ſcriptum eſt, *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in communionem filii ejus.* Ego dico patrem majorem eſſe ſecundum carnis aſſumptionem, quam ſuſcepit filius Dei, non ſecundum divinitatem. Palladius dixit: quæ enim comparatio eſt filii Dei? Et caro poteſt dicere, Deus me major eſt. Caro loquebatur, aut divinitas, quia ibi erat caro? Ambroſius epiſcopus dixit: Caro ſine anima non loquitur. Euſebius epiſcopus dixit: Deus in carne loquebatur ſecundum carnem, quando dicebat: *Quid me perſequimini hominem?* (Ioan.) Quis hoc dixit? Palladius dixit: Filius Dei. Ambroſius epiſcopus dixit: Deus ergo filius Dei eſt ſecundum divinitatem, & homo

* uti quia

& homo est secundum carnem. Palladius dixit: Carnem suscepit. Eusebius episcopus dixit: Ergo humanis verbis usus est. Palladius dixit? Carnem humanam suscepit. Ambrosius episcopus dixit: Dicat quia non secundum divinitatem apostolus dixit subjectum, sed secundum carnem. Scriptum est enim, *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem.* In quo ergo mortem gustavit? Palladius dixit: Quia se humiliavit. Ambrosius episcopus dixit: Non divinitas, sed caro humiliata est atque subjecta. Et addidit: Creaturam perfectam bene dixit Arius, an male dixit? Palladius dixit: Ego tibi non respondeo, auctoritatem non habenti. Ambrosius episcopus dixit: Profitere quod vis. Palladius dixit: non respondeo vobis. Sabinus episcopus dixit: Pro Ario non respondes? ad interrogata non respondes? Palladius dixit: Pro Ario ego non respondi. Sabinus episcopus dixit: Usqueadeo respondisti, ut filium Dei negares potentem, negares verum Deum. Palladius dixit: Ego te judicem non patior, quem impietatis arguo. Sabinus episcopus dixit: Ipse nos coegisti sedere. Palladius dixit: Mandavi ut sederetis, ut arguerem vos. Quare subripuistis imperatori? ut plenum concilium non esset, obripuistis. Ambrosius episcopus dixit: Cum Arii impietates legerentur, & impietas tua pariter condemnata est, quæ consensit Arianæ impietati. Placuit tibi in media epistola lectionem proponere, quam volebas. Responsum tibi est, quemadmodum patrem majorem dixerit filius Dei, eo quod secundum carnis susceptionem, filius majorem patrem dixerit. Proposuisti etiam subjectum esse filium Dei: & in hoc responsum tibi est, quia subjectus filius Dei secundum carnem est, non secundum divinitatem. Habes professionem nostram, nunc audi cetera. Quoniam tibi responsum est, responde ad ea, quæ leguntur. Palladius dixit: Non tibi respondeo, quia quæcumque ego dixi, non sunt scripta. Vestra tantummodo scribuntur verba, non vobis respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Omnia vides scribi. Denique quæ scripta sunt, abundant ad tuæ impietatis judicium. Et addidit. Creaturam dicis Christum, an negas? Palladius dixit: Non respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Ante horam citra actam, cum legeretur, quia Arius dixit creaturam Christum, negasti. Oblatum est tibi, ut damnares perfidiam. noluisti. Vel nunc dic, utrum natus ex patre Christus sit, an creatus. Palladius dixit: si vultis: exceptores nostri veniant: & sic totum excipiatur. Sabinus episcopus dixit: Adducat suos exceptores. Palladius dixit: Pleno concilio vobis respondebimus. Ambrosius episcopus dixit: Attalus in tractatu Nicæni concilii subscripsit. neget factum, quia venit ad concilium. Dicat hodie, utrum subscripserit in tractatu Nicæni concilii, an non. Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Attalus presbyter, licet inter Arianos sit, tamen habet auctoritatem loquendi Libere profiteatur, utrum subscripserit in tractatu Nicæni concilii sub episcopo suo Agrippino, an non. Attalus dixit: Iam dixisti me aliquoties damnatum, non tibi respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Subscripsisti in tractatu concilii Nicæni, an non? Attalus dixit: non tibi respondeo. Palladius dixit: Modo vultis tractatum plenum haberi, an non? Chromatius presbyter dixit: Creaturam non negasti, potentiam negasti. Omnia negasti, quæ fides catholica profitetur. Sabinus episcopus dixit: Testes sumus nos, Attalum subscripsisse in concilio Nicæno, & nunc nolle respondere. Quid cunctis videtur? Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Dicat utrum subscripserit in tractatu concilii Nicæni, an non? Palladius dixit: Exceptor vester & noster stent, & omnia scribant. Valerianus episcopus dixit: Iam quæ dixisti & negasti, scripta sunt omnia. Palladius dixit: Dicite quod vultis. Ambrosius episcopus dixit: Quia sæpius vult damnari Palladius, qui jam frequenter damnatus est, lego epistolam Arii, quam ille noluit condemnare. Profitemini, quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Legatur. Et recitata est. Nato autem non putative; & reliqua. Ambrosius episcopus dixit: Respondi tibi de majore, respondi tibi & de subjecto: nunc & ipse responde. Palladius dixit: Non respondebo, nisi auctores veniant post dominicam diem. Ambrosius episcopus dixit: Veneras tractaturus, sed postea quam objeci tibi, vidisti epistolam Arii, quam damnare noluisti. asserere autem non potes, idcirco nunc refugis & cavillaris; plenarie ipsam recito. Ad singula dic, utrum Christus creatus videatur, an fuit quando non fuit Christus, an vero semper fuit unigenitus Dei filius. Cum Arii epistolam audieris, aut damna, aut proba. Palladius dixit: Cum impietatis te arguam, te judice non utor. Transgressor es. Sabinus episcopus dixit: Quas impietates objicis fratri nostro & consacerdoti Ambrosio? dicito. Palladius dixit: Iam vobis dixi: Pleno concilio respondebo, & præsentibus auctoribus. Ambrosius episcopus dixit: In consessu fratrum cupio confutari & redargui. Quæ igitur impie dixerim, dicito, si impius tibi videor, qui pietatem adstruo. Sabinus episcopus dixit: Ergo impius tibi videtur, qui Arii blasphemias arguit? Palladius dixit: Ego non negavi bonum filium Dei. Ambrosius episcopus dixit: Dicis ergo Christum Deum bonum? Palladius dixit: Non vobis respondeo. Valerianus episcopus dixit: Nolite multum adigere Palladium, non potest vera nostra simpliciter confiteri. Ipsius enim conscientia duplici blasphemia confusa est. Nam a Photinianis est ordinatus, & cum ipsis est damnatus, & nunc plenius damnabitur. Palladius dixit: Non aliter poterat Christum verum negare, nisi auctores suos sequeretur. Ambrosius episcopus dixit: Objecisti me esse impium, hoc proba. Palladius dixit: Expositionem afferimus. Cum attulerimus, tunc dispositio habebitur. Ambrosius episcopus dixit: Damna impietatem Arii. Cum reticeret Palladius, Eusebius episcopus dixit: Superfluis immoramur. Tot impietates Arii Palladius noluit condemnare, imo potius asserendo confessus est. Hunc qui non damnat, similis illius est, & hæreticus jure dicendus est. Omnes episcopi dixerunt: A nobis omnibus anathema sit Palladius. Ambrosius episcopus dixit: Acquiescis ut cetera legantur, Palladi? Palladius dixit: Date auditores, veniant, & ex utraque parte exceptores. Non potestis esse judices. si auditores non habuerimus: & nisi ex utraque parte venerint qui audiant, non vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: Quos quæris auditores?

ANNO CHRISTI 381.

res? Palladius dixit: Sunt hic honorati multi. Sabinus episcopus dixit: Post tot blasphemias auditores petis? Ambrosius episcopus dixit: Sacerdotes de laicis judicare debent; non laici de sacerdotibus: sed tamen quos judices petas, dicito. Palladius dixit: Auditores veniant. Chromatius presbyter dixit: Salva condemnatione sacerdotali, quin & qui Palladii sunt, etiam in pleno legantur. Palladius dixit: Non permittantur loqui: auditores veniant, & ex utraque parte exceptores; & respondebunt vobis hi in concilio generali. Ambrosius episcopus dixit: Etsi in multis impietatibus deprehensus sit, erubescimus tamen, ut videatur, qui sacerdotium sibi vendicat, a laicis esse damnatus. Ac per hoc, quoniam & in hoc ipso damnandus est, qui laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant judicare, juxta ea quæ hodie audivimus Palladium profitentem, & juxta ea quæ condemnare noluit, pronuntio illum sacerdotio indignum & carendum; & in loco ejus catholicus ordinetur. Omnes episcopi dixerunt: Anathema Palladio. Ambrosius episcopus dixit: Imperator clementissimus & Christianus sacerdotum judicio causam, & ut ipsi arbitri essent altercationis, ipsi (inquit) constituissemus: quoniam igitur nobis judicium videtur delatum, interpretes esse scripturarum, condemnemus Palladium, qui impii Arii noluit damnare sententiam. Et quia filium Dei sempiternum, & cetera quæ in actis habentur, negavit, ergo anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt: Omnes condemnamus eum. Anathema habeatur. Ambrosius episcopus dixit: Quoniam omnes consistunt viri Christiani & Deo probati fratres & consacerdotes nostri, dicat unusquisque quid sibi videatur. Valerianus episcopus dixit: Mihi quidem videtur, quia qui Arium defendit, Arianus est: qui blasphemias ipsius non condemnat, ipse blasphemus est. Ideoque hujusmodi hominem a consortio sacerdotum censeo esse alienum. Palladius dixit: Cœpistis ludere? ludite, sine concilio orientali vobis non respondemus. Amenius episcopus Sirmiensis dixit: Quicumque hæreses Arianas non condemnat, Arianus sit necesse est. Hunc igitur alienum etiam a nostra communione, & sacerdotali cœtu privatum esse censemus. Constantius episcopus Arausicus dixit: Palladium Arii discipulum, cujus impietates jam olim damnatæ sunt a patribus nostris in concilio Nicæno, & nunc hodie probatæ, cum recenserentur a Palladio singulæ, quia non confusus est, dum Dei filium a Deo patre esse alienum, cum creaturam confitetur, cum * tempore dicit, dominum verum negat, in sempiternum censeo esse damnandum. Iustus episcopus dixit: Palladium, qui blasphemias Arii damnare noluit, sed etiam magis has confiteri videtur, censeo ulterius sacerdotem dici non posse, nec inter episcopos deputari. Eventius episcopus * Citiniensis dixit: Palladium, qui impietatem Arii damnare noluit, arbitror a consortio sacerdotali in perpetuum esse remotum. Abundantius episcopus Tridentinus dixit: Cum evidentes blasphemias Palladius defendat, damnatum se ex concilio Aquileiensi cognoscat. Eusebius episcopus Bononiensis dixit: quia impietates Arii diabolico stylo conscriptas, quas non licebat nec ad aures admittere, Palladius non solum noluit condemnare, sed & earum extitit assertor, negando filium Dei filium verum, dominum bonum, dominum sapientem, dominum sempiternum, hunc a cœtu sacerdotali, & mea sententia & omnium catholicorum judicio arbitror jure esse damnatum. Sabinus episcopus Placentinus dixit: Quoniam cunctis patefactum est, Palladium, qui Arianæ perfidiæ auctor est, etiam ejus impietatem tenere, quiaque contra euangelica & apostolica instituta venit, justa in eum totius concilii illata sententia est, & meæ licet parvitatis sententia, sacerdotio denuo privatus, ex hoc sacrosancto cœtu jure pellatur. Felix & Numidius legati Afrorum, dixerunt: Arianæ hæresis sectæ, in qua Palladius in Aquileiensi synodo declaratus est, anathema. Sed & eos qui contra veritatem Nicænæ synodi repugnantes sunt, condemnamus. Limenius episcopus Vercellensis dixit: Arianam doctrinam sæpe esse damnatam, manifestum est: & ideo Palladius conventus in hac sacra synodo Aquileiensi, quia noluit se corrigere vel emendare, sed magis probavit reprehensibilem, & se olevavit perfidia, quam publice confessus est tenere; hunc sententia mea & ego profiteor consortio sacerdotali esse privandum. Maximus episcopus Emonensis dixit: Palladium, qui blasphemias Arii nec damnare voluit, sed magis confessus est, juste ac merito esse damnatum, & Deus novit, & fidelium conscientia condemnavit. Exuperantius episcopus Dertonensis dixit: Palladium, qui sectam Arii vel ejus doctrinam damnare noluit, sed defendit, ut ceteri consortes mei damnaverunt, etiam & ego condemno.* Basianus episcopus Laudensis dixit: Audivi, sicut & ceteri consortes mei, impietates Arii, quas Palladius non solum non condemnavit, sed confirmavit. Hic anathema sit. & sacerdotio privabitur. Philaster episcopus Brixianus dixit: Blasphemias & iniquitatem Palladii, qui Arianam doctrinam sequitur & defendit, una cum omnibus ego condemnavi. Constantius episcopus Sciscinensis dixit: Palladium, qui blasphemias & impietates Arii non condemnavit, sicut & ceteri consacerdotes mei, & ego censeo damnandum. Heliodorus episcopus Altinensis dixit: Qui perfidiam Arii omniumque hæreticorum, quorum consors est Palladius, hujus insipiens cor, qui veritatem non est confessus, cum ceteris consacerdotibus meis condemno. Felix episcopus * Iadertinus dixit: Palladium, qui blasphemias dicit in filium, sicut Arius, cum omnibus pariter condemno. Theodorus episcopus Octodorensis, dixit: Palladium, qui Christum Deum verum, coæternum patri negavit, nec Christianum hunc, nec sacerdotem ullo modo censemus. Domninus episcopus Gratianopolitanus dixit: Palladium in perfidia Arii permanentem, in perpetuum, sicut & fratres damnaverunt, etiam & ego censeo esse damnandum. Proculus episcopus Massiliensium dixit: Palladium, qui Arii blasphemias sub quadam impia hereditate non condemnando defendit, sicut hunc & plurimorum jam venerabilium sacerdotum sententia blasphemum designavit, atque a sacerdotio alienum duxit, ita mea pariter sententia in perpetuum condemnatum designat. * Diogenus episcopus Genuensis dixit: Palladium, qui Christum dominum Deum verum, similem & æqualem patri dum non confitetur, imo negavit, damnationem judico cum ceteris fratribus meis vel consacerdotibus sortiri. Amantius episcopus

Condemnatio Palladii hæretici a concilio.

* for. commisit: quoniam

* temporeum

* Tiniensis.

scopus

scopus Nicensis dixit: Palladium, qui sectam Arii non destruxit, secundum consacerdotum meorum judicium, etiam & condemno. Ianuarius episcopus dixit: Sicut omnes consacerdotes mei damnaverunt Palladium, ita & ego pari judicio eum censeo esse damnandum. Et cum Secundianus subripuisset, Ambrosius episcopus dixit: Audisti, Secundiane, cujusmodi Palladius impius sententiam, sacerdotali concilio damnatus, exceperit. Licet displicuerit nobis, quod ejus, hoc est, Palladii, non horrueris amentiam, tamen de te aliqua specialiter quæro. Vtrum Dei filium dominum nostrum Iesum Christum, vel non, verum Deum dicas. Secundianus dixit: Qui negat dominum verum esse patrem domini & Dei nostri Iesu Christi, non est Christianus, nec qui negat dominum filium verum. Ambrosius episcopus dixit: Deum verum Dei filium confiteris? Secundianus dixit: Verum Dei filium, unigenitum Dei filium verum dico. Ambrosius episcopus dixit: Verum dominum dicis? Secundianus dixit: Verum unigenitum filium, quis negat verum filium Dei? Eusebius episcopus dixit: Non sufficit, quod filium Dei unigenitum confiteris: nam hoc omnes confitentur: sed hoc movet, quod Arius dixit dominum solum patrem, solum verum, negavit filium Dei dominum verum. Simpliciter filium Dei Deum verum confiteris? Secundianus dixit: Qui fuerit Arius, ignoro: quod dixerit, nescio: mecum loqueris vivus ad vivum. Illud dico quod Christus dixit: Vnigenitum filium se asserit patris, filius unigenitus est Dei filius verus. Ambrosius episcopus dixit: Deus verus est, verus Dei filius Deus. Et addidit: In divinis scriptum est, *quia qui jurant super terram, jurabunt * Deum verum.* Quod utique de Christo esse, non dubium est. Nos ergo verum Deum profitemur, & fides nostra hæc est, & professio, quia unigenitus patris filius, est verus Deus. Dic & tu de Deo vero, deinde filium Deum verum. Secundianus dixit: De Deo vero. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei Deus verus est? Secundianus dixit: * Ergo mendax. Ambrosius episcopus dixit: In hoc fraudem facis, ut non Deum verum dicas, sed Deum unigenitum: ac per hoc dic simpliciter, unigenitus Dei filius, Deus verus. Secundianus dixit: Vnigenitum dixi Dei filium. Eusebius episcopus dixit: Hoc Photinus non negat, hoc Sabellius confitetur. Ambrosius episcopus dixit: Et qui hoc non confitetur, jure damnatur. Ac per hoc sæpe te convenio, licet cavillando negaveris veritatem. Non quæro, ut tantummodo unigenitum filium dicas Dei, sed etiam Deum verum. Secundianus dixit: Veritatis me servum profiteor. Quæ dico, non scribuntur; & quæ dicis, scribuntur. Christum verum Dei filium dico. Quis negat filium Dei verum esse? Ambrosius episcopus dixit: Qui negat unigenitum Dei filium, anathema sit. Secundianus dixit: Deum verum unigenitum filium Dei, quid mihi profiteris, quod non est scriptum? Ambrosius episcopus dixit: Apertum sacrilegium est, quando Christum Dei filium Arius Deum verum negavit. Secundianus dixit: Iesum Christum filium Dei Deum, quia Christus dicatur filius verus, filium Dei dico. Ambrosius episcopus dixit: Nondum resipuisti. Et adjecit: Ne quid illi videatur subreptum, confirmet sententiam suam. Dicat ergo Christum, Dei filium verum. Secundianus dixit: Iam dixi. Quid mihi extorquere vis amplius? Ambrosius episcopus dixit: Quid dixisti? Certe si dixisses tanta, quod gloriose dicitur, sæpe repetendum est. Secundianus dixit: Dictum est: *Sit sermo vester, est, est, non, non.* (Matth. 5.) Ambrosius episcopus dixit: Qui dicit ipsum patrem filium, sacrilegus est. Hoc a te quæro, ut dicas, de Deo vero Deum verum Dei filium natum. Secundianus dixit: Ego filium a Deo genitum, dicente ipso, *Genui te*, confitentem se, genitum esse dico. (Psalm 109. Hebr. 1.) Ambrosius episcopus dixit: A Deo vero Deus verus est. Secundianus dixit: Et cum nomini etiam addis & verum, audis, qualis in te fides sit, & Christianus es? Eusebius episcopus dixit: Qui negavit illum verum Deum? Arius & Palladius negavit. Tu si Deum verum credis, debes simpliciter designare. Ambrosius episcopus dixit: Si nondixeris Deum verum de Deo vero natum esse, Christum negasti. Secundianus dixit: Interrogatus de filio, dedi responsum: quemadmodum deberem profiteri, respondi. Habemus vestram expositionem, afferemus, legatur. Ambrosius dixit: Hodie afferre debueras, ceterum subterfugere conaris. Professionem a me * exige, & professionem a te exigo. Deus verus est Dei filius? Secundianus dixit: Vnigenitus est Deus Dei filius. Et ego eum interrogo, unigenitus est? Ambrosius episcopus dixit: Ratio permoveat nos, & impietas, & insipientia tua. Cum dicis Deum verum unigenitum, non Deum verum dicis, sed verum unigenitum: ac per hoc, ut istam * adunas quæstionem, ita responde. Ex Deo vero Deus verus est? Secundianus dixit: Ergo Deus Deum non genuit? Deus verus ille qui est, quod est genuit, unum verum unigenitum filium genuit. Ambrosius dixit: Non confiteris Deum verum, sed vis dicere verum unigenitum. Et ego unigenitum, sed dico & Deum verum. Secundianus dixit: Ego dico genitum a patre, verum genitum dico omnibus.

* for. exigis.

EPISTOLA CONCILII AQVILEIENSIS AD EPISCOPOS GALLIÆ.*

Concilium, quod convenit Aquileiæ, dilectissimis fratribus episcopis provinciæ Viennensium & Narbonensium primæ & secundæ.

AGIMUS gratias sanctæ unanimitati vestræ, quod in dominis & fratribus nostris Constantio & Proculo, omnium nobis vestram præsentiam contulistis, simul præscripta majorum sequentes, non mediocre addidistis pondus sententiis nostris, cum quibus etiam vestræ sanctitatis convenit professio, domini fratres dilectissimi. Itaque ut libenter suscepimus memoratos de vestro nostroque consortio sanctos viros, ita etiam uberi gratiarum actione dimittimus. Quam necessarius autem conventus hic fuerit, rebus ipsis patescet, quando adversarii & inimici Dei, Arianæ sectæ hæresis defensores, Palladius ac Secundianus, duo tantum qui ausi sunt ad concilium convenire, debitam præsentes excepere sententiam, super impietate convicti. Valete. Incolumes vos & florentissimos Deus noster tueatur omnipotens, domini fratres dilectissimi. Amen.

* gratias agens de episcopis quos vice sua miserant legatos.

ANNO CHRISTI 381.

EPISTOLA EIUSDEM CONCILII AD GRATIANUM ET VALENTINIANUM & Theodosium imperatores.

Imperatoribus clementissimis, & Christianis beatissimisque principibus, Gratiano, & Valentiniano & Theodosio sanctum concilium, quod convenit Aquileia.

A BENEDICTUS Deus pater domini nostri Iesu Christi, qui vobis Romanum imperium dedit, & benedictus dominus noster Iesus Christus unigenitus Dei filius, qui regnum vestrum sua pietate custodit, apud quem gratias agimus vobis, clementissimi principes, quod B & fidei vestræ studium probavistis, qui ad removendas altercationes congregare studuistis sacerdotale concilium, & episcopis dignatione vestra honorificentiam reservastis, ut nemo deesset volens, nemo cogeretur invitus. Itaque juxta mansuetudinis vestræ statuta convenimus sine invidia multitudinis, & cum affectu disceptationis, nec ulli de hæreticis episcopi sunt reperti, nisi Palladius ac Secundianus, homines vetustæ perfidiæ, propter quos congregari concilium postulabant, de extrema parte orbis Romani. Ecce nullus senectutis annis gravatus, cujus vel sola esset reverenda canicies, de ultimo sinu maris oceani venire compulsus est, & concilio nihil defuit. C Nullus debile corpus trahens, jejuniorum stipendiis oneratum, itineris est coactus injuria, fortitudinis amissæ damna deflere. Nullus postremo pauperiem, in sacerdotibus gloriosam, subsidio veniendi destitutus ingemuit. Vnde completum in te est, clementissime principum Gratiane, quod scriptura divina laudavit: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* (Psalm. 40.) Quam grave autem, si propter duos in fide cariosos, toto in orbe essent ecclesiæ sacerdotibus destitutæ? Qui etiam si venire propter prolixitatem itineris nequiverunt, tamen omnes prope ex omnibus provinciis occidentalibus, missis adfuere legatis, & altercationibus evidentibus id se tenere, quod nos asserimus, & in tractatu Nicæni congruere concilii designarunt, * subjecta declarant. * (* idque) Vbi ergo nunc pro vestro imperio concinunt vota populorum, nec tamen arbitrio vestro assertores fidei defuerunt. Nam licet evidentia essent præcepta majorum, a quibus impium & sacrilegum deviare, tamen disceptandi attulimus facultatem. Ac primum principium ipsum obortæ discussimus quæstionis, atque Arii epistolam putavimus esse recitandam, qui auctor Arianæ hæresis invenitur. Vnde & nomen hæresis accepit, ea videlicet gratia, ut quoniam Arianos se negare consueverant, Arii blasphemiam aut incusando damnarent, aut astruendo defenderent, aut certe non recusarent nomen ejus, cujus impietatem perfidiamque sequerentur. Sed quia auctorem suum nec damnare poterant, nec probare, cum ipsi ad disceptandum ante triduum provocassent, locoque & tempore constituto, non expectata conventione prodissent: subito qui dixerant se, quia Christiani essent, facile probaturos, quod nos libenter accepimus, & optavimus ut probarent, refugere congressum illico, & disceptationem declinare cœperunt. Multus tamen nobis cum his sermo fuit: propositæ divinæ in medio scripturæ: disceptandi, de primo ortu diei in horam septimam, copia data, delata patientia. Atque utinam pauca dixissent, vel certe quæ audivimus, possemus abolere. Nam cum sacrilegis vocibus (cum Arius solum Patrem sempiternum, solum bonum, solum verum Deum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum potentem dicendo, expertem eorum filium, impia commotione voluisset intelligi) isti Arium potius sequi, quam sempiternum Deum Dei filium, & verum Deum, & bonum Deum, & sapientem, & potentem, & immortalitatem habentem, voluerunt fateri, multas horas frustra consumpsimus. Crescebat illorum impietas, nec corrigi ullo poterat modo. Denique cum viderent se Arii epistolæ sacrilegiis perurgeri, quam ideo subdidimus, ut etiam vestra clementia perhorresceret; resilientes de media epistola, electionem petierunt, ut eorum propositis responderemus: quamquam non esset ordinis neque rationis, ut proposita interrumperemus; responsumque esset a nobis, ut damnarent Arii impietates, & de quibus vellent, ordine locoque servato, eorum intentionibus responderemus; tamen acquievimus præposteræ voluntati. Ibi tamen euangelii scripta falsantes, proposuerunt nobis, dixisse dominum: *Qui me misit, major me est:* cum aliter scriptum doceat series scripturarum. Redarguti de falsitate sunt, ut faterentur, nec tamen ratione correcti. Nam cum diceremus, secundum carnis susceptionem minorem Patre suo Filium dici, secundum divinitatem autem pro testimoniis scripturarum parem & æqualem probari, nec posse ibi esse discretionis gradus alicujus, aut magnitudinis, ubi esset unitas potestatis: non solum illi noluerunt emendare errorem, sed etiam vesaniam augere cœperunt, ut & subjectum secundum divinitatem dicerent, quasi ulla Dei secundum divinitatem possit esse subjectio. Mortem denique D non ad sacramentum nostræ salutis, sed ad infirmitatem quamdam divinitatis referunt. Horremus, clementissimi principes, tam dira sacrilegia, pravosque doctores; & ne ulterius populos deciperent, quos tenebant, sacerdotio putavimus abdicandos. Neque enim dignum est, ut sacerdotium ejus sibi vendicent, quem negaverunt. Vestram fidem, vestram gloriam deprecamur, ut reverentiam imperii vestri deferatis auctori, censeatisque impietatis assertores & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ ad judicia competentia, ab ecclesiæ arcendos esse liminibus, ut in damnatorum locum per nostræ parvitatis legatos, E sancti subrogentur sacerdotes. Attalum quoque presbyterum de prævaricatione confessum, & palam sacrilegiis inhærentem, par sententia comprehendat. Nam quid de magistro ejus Valente dicemus? qui cum esset proximus, declinavit sacerdotale concilium, ne eversæ patriæ, perditorumque civium causas præstare sacerdotibus cogeretur, qui etiam * torquem (ut asseritur) & * brachialis impietate Gothica profanatus, more indutus gentilium, ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani. Quod sine dubio non solum in sacerdote sacrilegium, sed etiam in quocumque Christiano abhorret more Romano; nisi forte sic solent idololatræ sacerdotes

sacerdotes prodire Gothorum. Moveat pietatem vestram sacerdotale nomen, quod ille sacrilegus infamat, qui etiam suorum vocibus, qui tamen superesse possunt, nefandi sceleris arguitur. Certe domum repetat suam, non contaminet florentissimas Italiæ civitates, qui nunc illicitis ordinationibus consimiles sui sociat sibi, & seminarium quærit suæ impietatis atque perfidiæ per quosque * perditos, *delinqueret*, qui episcopus esse nec cœpit. Nam primo Petavione superpositus fuerat sancto viro Marco admirabilis memoriæ * sacerdos: & postea quam deformiter dejectus a plebe est, qui Petavione esse non potuit, is nunc Mediolani post eversionem patriæ (ne dicamus proditionē) * inquietavit. Super omnibus igitur pietas vestra consolari dignetur, ne obtemperantes vestræ tranquillitatis statutis, frustra convenisse videamur. Non solum enim cavendum est, ne nostra, sed etiam vestra decreta infamentur. Petimus igitur, ut legatos concilii sanctos viros æque clementia vestra audire dignetur, & cum effectu eorum quæ poscimus, maturius redire præcipiat, ut mercedem accipiatis a domino Deo Christo, cujus ecclesias ab omni sacrilegorum labe purgastis. Photinianos quoque, quos & superiori lege censuistis, nullos facere debere conventus, & eam quæ de concilio sacerdotum data est congregando, removistis, petimus, ut quoniam in Sirmiensi oppido adhuc conventus tentare cognovimus, clementia vestra, interdicta etiam nunc coitione, reverentiam primum ecclesiæ catholicæ, deinde etiam legibus vestris deferre jubeatis, ut & vos, Deo præstante, triumphetis, qui paci ecclesiarum quietique consulitis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Aquileiense.*] Aquileia urbs Carnorum metropolis, ab aquis legendis sic dicta, habet juxta præterfluentem Timavum. A Plinio in decima Italiæ regione ponitur, fuitque olim colonia Romanorum potens admodum; sed ab Hunnis Attilæ ductu eversa & diruta est, ita ut vix ulla extent urbis indicia: nec quidquam insigne habet, præter vetustum & ruinosum templum, cujus canonici ob cæli intemperiem & adjacentes paludes vix trimestri spatio, suo illic officio fungi possunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 18. Strabonem lib. 5.

b *Concilium.*] Cum Ariani patrocinio Iustinæ augustæ Valentiniani senioris imperatoris conjugis freti, Ambrosio reluctante, frustra Arianum quemdam in sedem Sirmiensem intrudere conati fuissent, Gratianum imperatorem anno Christi 380. Sirmium venientem, duo Arianæ hæreseos sectatores, Palladius & Secundianus episcopi apud eum conquerentes, se injuste de Ariana hæresi infamari, constanter interpellarunt, ut ad sui purgationem universale concilium indici curaret. Quod cum importunis solicitationibus extorsissent, sanctus Ambrosius continuo intercessit, probrosum & indignum esse asserens, ut propter duos * curiosos hæreticos, totius catholici orbis episcopi, cum ecclesiarum suarum detrimento ac periculo convocentur. Acquiescens itaque imperator monitis & consiliis Ambrosii, concilium Aquileiæ mense Septembri anni sequentis indixit; ad quod finitimi tantum episcopi convenirent, cuique Gallos & Africanos per suos legatos interesse sufficeret. Baron. anno 380. num. 19. Statuto igitur tempore adventante, Gratianus licet invitus, de cogenda synodo Aquileiæ, Syagrio & Eucherio consulibus, anno nimirum Christi 381. ad comprovinciales Italiæ episcopos literas dedit; cum reliquis autem externarum provinciarum episcopis ea usus est modestia, ut neminem cogeret, sed cujusque arbitrio relinqueret adventum: præcepit autem ut venientes publicis expensis deducerentur. Orientalibus quoque a præfectis Italiæ literis significatum est, ut si vellent, conveniendi liberam potestatem haberent: sed cum illi hoc anno Constantinopoli convenissent, id ad prædictas hæreses refutandas satis esse visum fuit; cum non nisi in œcumenicis conciliis una simul orientales & occidentales convenire, ecclesiasticæ consuetudinis esset. Baron. anno 381. num. 81.

Tempus concilii.

c *Tempore Damasi papæ.*] Anno nimirum pontificatus illius decimo quinto, qui est Christi 381. Gratiani imperatoris 15. Valentiniani sextus, & Theodosii tertius. Supra in principio actorum dicitur, *Syagrio & Eucherio viris clarissimis consulibus, nonis Septembris*, initium hujus concilii factum, unaque sessione a prima hora usque ad septimam durante, absolutum esse. Cum ergo cum horum consulatu prędicta tempora coincidant, non potest non esse verum, quod de tempore hujus concilii supradixi.

Numerus episcoporũ.

d *A triginta duobus episcopis.*] Omnes enumerantur infra in principio actorum; omnes, quotquot interfuerunt, viri sancti & eruditi, famaque celebres, anniversaria commemoratione votis fidelium redivivi, sempiterna memoria in ecclesia vigent; adeo ut vix alia synodus exigua huic similis inveniatur

Valerianus templa labefactata restaurat.

e *Valerianus*] Hic Aquileiensem ecclesiam, a Fortunatiano prædecessore suo labefactatam, ab omni macula ac labe citissime purgavit, eamque nova propagine eruditorum ac optimorum clericorum toti orbi conspicuam reddidit: ita ut Hieronymus in orientem profecturus; ad fruendum eorum consortio, aliquanto tempore ibi consederit, meritoque de iis in chronico dixerit: *Aquileienses clerici quasi chorus beatorum habentur, per quos omne Ariani quondam dogmatis virus exclusum est* Sed quod illi, qui ibi erant clerici, essent etiam simul monachi, ex iisdem tres potissimum in chronico laudavit hoc pręconio: *Florentius, Bonosus & Rufinus insignes monachi habentur, ex quibus Florentius tam misericors in egenos fuit, ut vulgo pater pauperum nominatus esset* Plura de Valeriano vide apud Baron in notis martyrol. die 26. Novembr. quo tempore ejusdem anniversaria memoria in ecclesia recolitur.

Florẽtii misericordia. Bonosus & Rufinus.

f *Ambrosius.*] Qui, quando & quomodo factus fuerit episcopus, quidve præclare gesserit, ex iis quæ supra dicta sunt, & infra dicentur, constat.

Eusebius.

g *Eusebius.*] Hic sanctitate clarus, eulogio sancti Ambrosii libro primo de virg. commendatus, post obitum inter sanctos relatus, sacris diptychis adscriptus continetur.

Limenius.

h *Limenius.*] Hic post longa dissidia, admonente Ambrosio epistola 82. ad Vercellens. scripta, creatus est successor Eusebii Vercellensis, de quo supra in Liberio.

Armenius.

i *Armenius.*] Rectius Aneminius, qui Iustina imperatrice, & Arianis adversantibus, factus est Sirmiensis episcopus anno Christi 380. Iustina cum accepisset Sirmiensem ecclesiam, quæ est in Illyrico, pastore destitutam esse, illuc properavit, quo Arianum illi episcopum præfici procuraret. Ambrosius ut catholicum catholicæ ecclesiæ suæ diœceseos præficeret, illuc etiam properavit. Quænam autem tum illi contigerint, Paulinus in vita S. Ambrosii ita describit: *Cum Ambrosius Sirmium ad creandum episcopum Aneminium perrexisset, ibique Iustinæ tum temporis reginæ potentia, & multitudine coadunata, de ecclesia pelleretur, ut non ab ipso, sed ab hæreticis Arianis episcopis in eadem ecclesia ordinaretur; essetque constitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ a muliere excitabantur: una de virginibus Arianorum impudentior ceteris tribunal conscendens, apprehenso vestimento sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, ut ab ipsis cæsus de ecclesia pelleretur: audivit, (ut ipse solitus erat referre) Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum, tamen te non convenit, vel professionem tuam, in qualemcumque sacerdotem manus injicere: unde debes vereri Dei judicium, ne tibi aliquid eveniat. Quod dictum exitus confirmavit: nam alio die mortuam ad sepulcrum usque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non levem adversariis incussit metum, pacemque magnam ecclesia catholica in ordinando episcopo tribuit.*

Sabinus.

k *Sabinus.*] Vir singulari doctrina & miraculis celeberrimus. Tantæ doctrinæ erat, ut magnus noster Ambrosius sua scripta ei dignoscenda & emendanda crediderit. Testis est 40. epistola Ambrosii ad eum hac de re scripta. Quam insignis miraculorum operatione extiterit, sanctus Gregorius, qui libro tertio dialog. cap. 10. ea describit, amplam sane fidem facit. Vide Baron. in notis martyrol. die 11. Decembris, qui eidem in ecclesia sacer est.

ANNO CHRISTI 381.

Philaster. l *Philaster.*] Scriptorum memoria clarus, & certaminibus adversus Arianos habitis insignis. Hic est ille, quem post Hilarium ab imperatore Valentiniano Mediolanensi urbe expulsum, catholicum populum fidelem in officio continuisse, fidem contra Auxentium defendisse, atque ideo verbera Arianorum expertum fuisse, *supra diximus. Hunc apud sanctum Ambrosium Mediolani se novisse gloriatur August. de heresibus ad Quodvultdeum. Inter claros scriptores & viros sanctos annumeratus habetur die 18. Iulii in martyrologio.

Cõstantius. Proculus. m *Constantius.*] Hic cum Proculo Massiliensi episcopo ex provincia Narbonensi legatus adfuit, vir hujus sæculi insignis. Proculus a S. Hieron. epist. 4. ad Rusticum Narbonensem mirifice commendatur his verbis: *Habes istic sanctum & doctissimum pontificem Proculum, qui viva & præsenti voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat.* Ejusdem etiam est mentio in concilio Taurinensi. Iustus. Iustus qui infra Gallorum legatus nominatur, fuit episcopus Lugdunensis, sanctitate clarus, qui jugi memoria in martyrologio perseverat, die B 2. Septemb. Res ab eo gestæ leguntur apud Surium præd. die, & Adonem in chron.

Heliodorus. n *Heliodorus*] Græcarum literarum facultate plurimum imbutus. Hieronymi epistolis quibusdam valde commendatus est. Accessit ad ipsius coronam Nepotiani nepotis egregia morum institutio. Hic in bona senectute diem claudens extremum, adhuc anniversaria commemoratione in ecclesia vivit: sicut & collegæ ejusdem Eventius & Bassianus Laudensis inter sanctos relati. De quibus vide martyrolog. 3. Iul. 8 Februar. & 19. Ianuarii.

Acta synodi unde petenda. *Gesta concilii.*] Acta concilii mutila extant. Summa eorumdem e synodal. literis cognosci potest. Quod initio actorum ait S. Ambros. *Diu citra acta tractavimus*, intelligendum est de illo congressu, quem habuit privatim cum utroque ante synodalem sessionem, eo fine, ut errantes ad meliorem frugem reduceret. Verum spe fru- C stratus, initium synodalis sessionis fieri jussit ea forma quæ hic describitur.

SYNODVS AQVILEGIENSIS AMBROSII

" ** *Ex libello synodico.*

ΓΡΑΤΙΑΝΟΥ τοίνυν κατὰ Γότθων στρατοπεδεύσαντος, καὶ Θεοδόσιον τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ στρατηγὸν ἀναδείξαντος· εἰρήνευον οἱ πολέμιοι, καὶ τροπαιοφόρος πρὸς τὸν κρατοῦντα ὁ στρατηγέτης ἐπάνεισι. Διὸ Γρατιανὸς ἀμοιβῇ πρεπούσῃ τιμήσας τὸν μέγιστον Θεοδόσιον, τῆς οἰκείου αὐτοῦ πατραδέλφου τὴν ἡγεμονίαν διέπειν ἐκέλευσεν· ἥνπερ Κωνστάντιος D καὶ Οὐάλης, Ἀρειανοῖς χαριζόμενοι ἐλυμήναντο· καὶ βασιλέα τῶν ἑῴων Ῥωμαίων προεχειρίσατο. Δαμάσῳ προστάξας τῷ πάπᾳ ἐν Ἀκυλίᾳ συστήσασθαι σύνοδον· ἧς ἐξῆρχον ὁ Μεδιολάνου Ἀμβρόσιος, καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Ἀχόλιος. Ἥ τις ἁγία σύνοδος ἐκθεμένη τόμον παραινέσεως γέμοντα, ὡς ἂν οἰκουμενικὴ γένοιτο σύνοδος, πρὸς Θεοδόσιον τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, σὺν ἀξιοπίστοις ἀνδράσιν ἀπέστειλε. Ῥωμαίων γὰρ καὶ οἱ τῆς Ἱσπανικῆς Γαλλίας, τῆς αἱρετικῆς λύμης ὑπῆρχον ἀλώβητοι· Σπανογαλλίας, Ἰταλίας, Καμπανίας, Δαλματίας, " Σαρδινίας, Ἀχαΐας, ὅσοι τῶν Ἑσπερίων τῇ Γρατιανοῦ βασι- E λείᾳ ὑπέκειντο.

" Καλαβρίαν hic inserit Lat. versio. Vide supra pag. 267. D.

CVM igitur Gratianus castris adversus Gothos metatis, Theodosium sororis maritum exercitui præfecisset, quieverunt hostes, & dux militiæ cum triumpho ad imperatorem rediit. Quapropter Gratianus, ut digno eum honore remuneraretur, patrui sui imperium ipsum jussit administrare, quod Constantius & Valens Arianis gratificantes corruperant: eumque orientis imperatorem designavit. Mandavit etiam A Damaso papæ, ut Aquilegiæ synodum institueret, cui præfuerunt Ambrosius Mediolani, ac Ascholius Thessalonicæ: quæ sancta synodus tomum exhortationis plenum confecit, tamquam œcumenica esset synodus: eumque ad Theodosium piissimum imperatorem, per fide dignos homines misit. Romani enim, & qui Galliam Hispanicam, item Spanogalliam, Italiam, Campaniam, Dalmatiam, Calabriam, Sardiniam, Achaiam, incolebant, & quicumque occidentales Gratiani imperio suberant, ab hæretica illa lue erant immunes.

" ** CONCILIORVM AQVILEIENSIS, Romani atque Italici, alterius forte ab Aqui- B leiensi, V. epistolæ a R. P. IACOBO SIRMONDO primum editæ anno MDCXXXI. & in collectione Regia prætermissæ.

EPISTOLA I. CONCILI AQVILEIENSIS AD GRATIANVM IMPERATOREM.

Ne aures præbeat Vrsicino, qui Romanam sedem repetere moliebatur.

Imperatoribus clementissimis, & principibus Christianis, gloriosissimis ac beatissimis Gratiano, Valentiniano, Theodosio, sanctum concilium quod C *convenit " Aquileiæ.*

PROVISVM est quidem, clementissimi principes, vestræ tranquillitatis statutis, ne Arianorum perfidia ulterius possit latere vel serpere. Etenim effectum concilii decretis putamus minime defuturum. Sed tamen, quantum ad partes spectat occidentis, " duo tantum reperti sunt, qui auderent profanis & impiis vocibus obviare concilio, juxta angulum ripensis Daciæ turbare consueti. Aliud est quo magis angimur, de quo quoniam convenimus fuit rite tractandum, ne totum corpus posset ecclesiæ toto orbe diffusum, & universa turbare. D Nam licet frequenter compererimus Vrsinum non potuisse obrepere pietati vestræ, quamvis quietum nihil esse patiatur, & inter bellicas necessitates obreptio importuna tentetur: tamen ne sancta mens vestra animique tranquillitas, quæ omnibus consulere gestit, importuni hominis simulata adulatione flectatur; deprecandos vos & obsecrandos, si dignanter ducitis, æstimamus: non solum præcaventes futura, sed etiam præterita, " quæ jam ipsius temeritate gesta sunt, perhorrescentes, Nam si aliquam viam nactus fuerit audaciæ, quid non ille confundat? Sed si unius miseratio inflectere potest, multo magis vos precatio om- E nium moveat sacerdotum. Quis enim nostrum ei communionis societate jungetur, cum indebitum sibi gradum usurpare conatus, nec jure ad eum potuerit pervenire, & quem importune affectavit, importunissime repetere moliatur? Turbarum totiens damnatus, incessit adhuc tamen, quasi præteritis non perhorrescendus exemplis. Quid quod, plerique sicut in hoc concilio cognovimus, & vidimus, cum Arianis copulatus atque conjunctus erat eo tempore, quo turbare Mediolanensem ecclesiam cœtu detestabili moliebantur, cum " Valente nunc ante synagogæ fores,

fores, nunc in Arianorum domibus, miscens occulta consilia, & suos jungens. & quoniam ipse aperte in eorum congregationes prodire non poterat, instruens & informans quemadmodum pax ecclesiæ turbaretur? Quo furore sperabat, quod eorum posset fautores & socios emereri. Cum igitur scriptum sit, *Hæreticum post unam correctionem devita*. cum & alius vir sancto locutus spiritu dixerit declinandas hujuscemodi bestias, nec salutatione recipiendas atque congressu: quomodo fieri potest, ut eum, quem societati eorum insertum vidimus, non etiam assertorem perfidiæ judicemus? Quod etiamsi deforet, tamen totius orbis Romani caput Romanam ecclesiam, atque illam sacrosanctam fidem apostolorum ne turbari fineret, obsecranda fuit clementia vestra. Inde enim in omnes venerandæ commonitionis jura dimanant. Et ideo petimus & rogamus, ut obripiendi ei adimere dignemini facultatem. Scimus clementiæ vestræ sanctum pudorem. Ne auditu vestro indigna ingerat, non aliena ab officio & nomine sacerdotis interstrepat, non inverecunda vobis loquatur. Quem cum habere oportuerit testimonium etiam ab his qui foris sunt, quali testimonio cives proprii prosecuti sint, clementia vestra meminisse dignetur. Pudet enim dicere, inverecundum est recensere, quam turpis fama cum convitio sauciaverit. Quo saltem pudore perstrictus conticescere debuisset. & si haberet aliquam conscientiam sacerdotis, pacem ecclesiæ concordiamque ambitioni suæ & studio præoptaret. Verum longe alienus ab omni verecundia, per abscissum hominem Paschasium signiferum furoris sui missis literis, serit turbas, gentiles quoque & perditos concitare conatur. Oramus ergo, ut jam & populo Romano, qui post relationem præfecti urbis pendet incertus, & nobis sacerdotibus securitatem interdictam importunissimi hominis abjectione tribuatis. Quo impetrato, apud Deum omnipotentem patrem, & Christum dominum ejus filium, gratias jugi continuatione celebremus.

EPISTOLA II. CONCIL. AQUILEIENSIS AD THEODOSIUM IMPERATOREM.

Ut concilium Alexandriæ fieri jubeat propter Timotheum episcopum, qui aliquorum dissidiis urgebatur.

Imperatoribus clementissimis, Christianisque & gloriosis beatissimisque principibus, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, sanctum concilium quod convenit Aquileiæ.

QUAMLIBET redundantibus actionibus gratiarum, nequaquam tamen possumus beneficia vestræ pietatis æquare, imperatores clementissimi, beatissimi & gloriosissimi principes, Gratiane, Valentiniane, & Theodosi, dilecti Deo patri, & filio ejus domino nostro Iesu Christo. Nam cum post multa tempora, & persecutiones varias, quas catholicis intulerant Ariani, maximeque Lucius " ille monachorum & virginum impia cæde grassatus, atque Demophilus" dirum perfidiæ caput, omnes ecclesiæ Dei per orientem catholicis restitutæ sint, in occidentalibus autem partibus vix duo hæretici", qui obviare possent sancto concilio, sint reperti, quis est qui putet se gratiarum vestrarum fore idoneum relatorem? Sed tamen si beneficia vestra verbis explicare non possumus, qui & si per singulas quasque ecclesias viritim quotidianas apud Deum nostrum, pro imperio & pro pace ac salute vestra celebremus excubias, tamen conducti in unum, quo munere nihil esse pulcrius opinamur, Deo nostro omnipotenti gratias agimus, quod per vos nobis pax & concordia sit refusa. Equidem per occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est in latere Daciæ ripensis ac Mœsiæ, fidei obstrepi videbatur. Quibus tamen nunc post concilii sententiam vestræ favore clementiæ opinamur illico consulendum. Per omnes autem tractus atque regiones, * ethnicorum ' claustris usque ad oceanum, manet intemerata fidelium atque una communio. In orientalibus autem partibus cognovimus quidem, summo gaudio atque lætitia, ejectis Arianis, qui ecclesias violenter invaserant, sacra Dei templa per solos catholicos frequentari". Sed tamen, quoniam invidia diaboli nunquam quiescere solet, inter ipsos catholicos audimus crebras dissensiones esse, impacatamque discordiam. totoque confundimur " effectu, quod innovata pleraque comperimus, eosque gravari nunc, quos oportuit adjuvari; qui in nostra semper communione durabant. Denique Alexandrinæ ecclesiæ Timotheus episcopus, sed & Antiochenæ " Paulinus, qui semper communionis nobiscum intemeratam habuere concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus hæsitabat, feruntur urgeri. Quos quidem, si fieri potest, & si fides plena commendat, ad consortia nostra optamus adjungi: sed ita ut vetustæ communionis sociis sua prærogativa servetur, quorum nobis non superflua cura est. Primo omnium, quia communis societas nullam habere debet offensam. Deinde quia utriusque partis dudum accepimus literas, præcipueque illorum, qui in Antiochena ecclesia diffidebant. Et quidem, nisi hostilis impedimento fuisset irruptio, aliquos etiam de nostro numero disposueramus dirigere, qui sequestres & arbitri refundendæ si fieri posset pacis existerent. Sed quia studia nostra tunc temporis habere effectum per tumultus publicos nequiverunt, oblatas pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta partium ' factum poposcimus, ut altero decedente penes superstitem ecclesiæ permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur. Ideoque petimus vos, clementissimi & Christiani principes, ut & Alexandriæ sacerdotum catholicorum omnium concilium fieri censeatis, qui inter se plenius tractent, atque definiant, quibus impertienda communio, quibus servanda sit. Nam etsi Alexandrinæ ecclesiæ semper dispositionem ordinemque tenuerimus, & juxta morem consuetudinemque majorum, ejus communionem indissolubili societate servemus: tamen ne aut aliqui videantur esse posthabiti, qui & pacto, quod stare volumus, communionem nostram rogarunt, aut ullius pacis & societatis fidelium neglecta compendia, id obsecramus, ut cum inter se cœtu pleniore tractaverint, etiam auxilia decretis sacerdotalibus vestræ pietatis adspirent, & nobis deferri in notitiam censeatis, ne titubanti nutemus affectu: sed læti atque securi, pietati vestræ apud Deum omnipotentem agamus gratias; non solum quia exclusa perfidia est, sed quia catholicis fides & concordia restituta. Quod a vobis & Africanæ & Gallica-

' a Sucorum: mons Suci Thracias dirimens & Daciam, orientales occidentalesque provincias. Socr. II. 18. Philost. III 24. Amm. 27.

" jussu Theodosii Iulii 30. an. 381.

" f. affectu

" ann. 380. Petri fratris successor.

" ab occidentalibus & S. Athanasio ad communionem admissus.

' pactum

ANNO CHRISTI 381.

næ ecclesiæ per legatos obsecrant. hoc est ut totos faciatis vobis in orbe episcopos debitores: licet non mediocre sit debitum, quod virtuti vestræ debetur. Ad deprecandam autem clementiam vestram, & impetranda quæ poscimus, legatos fratres & compresbyteros nostros direximus: quos petimus ut & clementer audire dignemini, & redire maturius censeatis.

EPISTOLA CONCILII ROMANI " ad Gratianum & Valentinianum imperat.

" anno 378. sub finem celebrati, non vero 381 ut in observatione monebimus.

De damnatis e facti ne Vrsicini, qui ecclesias suas contra interdictum retinebant, ut episcoporum judicium subire, & parere jubeatur.

Et hoc gloriæ vestræ, clementissimi principes, pietatisque est illustre documentum, quod innumeri fere ex diffusis Italiæ partibus ad sublime sedis apostolicæ sacrarium congregati, cum quæreremus quid pro ecclesiarum statu poscendum esset a vobis, nihil melius potuimus reperire, quam quod spontanea vestri providentia contulistis. Videmus quod nec rogandi jam pudor esse debeat, nec impetranda beneficia jam vestra sint, & imperialium series decretorum pro nobis ambiat. Nam quod ad æquitatem petitionis attinet, jam dudum meruimus impetrare quæ poscimus. quod vero ad necessitatem spectat orandi, ita impetratorum caremus effectu, ut iterum impetrare cupiamus. Quod quidem, clementissimi principes, hominum perditorum exponit amentiam, vestræ autem justitiæ munus accumulat, ut in ecclesia vestra beneficia sæpius conferantur. Namque a principio, divino repleti spiritu, & sanctorum apostolorum, quorum habetis in vestro honore suffragium, servantes in dominica religione preceptum, statuistis ad redintegrandum corpus ecclesiæ, quod furor " Vrsini: qui honorem arripere est conatus indebitum, diversas secuerat in partes, ut auctore damnato, ceterisque, quos ad turbarum sibi incentiva sociaverat, sicut oportebat, a perditi conjunctione divulsis, de reliquis ecclesiarum sacerdotibus episcopus Romanus haberet examen: ut & de religione religionis " pontifex cum consortibus judicaret, nec ulla fieri videretur injuria sacerdotio, si sacerdos nulli usquam profani judicis, quod plerumque contingere poterat, arbitrio facile subjaceret. Præclara ista plane, & religiosis principibus digna sententia, quæ divino ministerio plurimum deferat; nec pateat errori. Quid enim dignius, quam ut is demum judicet de sacerdotis errato, qui vel internæ conscientiæ favorem sine periculo suo parere se non posse cognoscat, seque reatu implicet, si absolvat indignum, vel si damnet innoxium? qui postremo, dum injuriam religionis ulciscitur, non eam in lateribus innocentium, sed accusati quærat in moribus? Quam multos etenim sæpe patuit, quos absolverint judicia, ab episcopis esse damnatos, & quos judicia damnaverint, absolutos? ut melior eorum sit causa, qui non sæcularia judicia, sed divina pensantes, abstulerunt supplicium suum, ne vexarentur innoxii, quam qui vitam suam tormentis innocentium probaverunt. Compluria texeremus, tranquillissimi principes, nisi esset injuria, asseri magis decreta imperialia, quam teneri. Sed quoniam, licet jam dudum vestræ clementiæ judicio relegatus " Vrsinus, per eos quos illicite sacrilegus ordinavit,

" sive, ut alii, Visicini.

" Ambrosius ep. 13. & cap. 23. de episcopis.

" ann. Christi 374.

vilissimum quemque occulte licet sollicitare conatur: eoque exemplo nonnulli episcopi, qui male ecclesiis incubant, usu temeritatis suæ, & profani conspiratione contemptus, ne adquiescant Romani sacerdotis judicio, lacessunt. ita ut etiam qui se intelligunt pro meritorum suorum ratione damnandos, vel damnatos esse viderunt, redempta vulgi multitudine, judices suos terrore mortis exagitent, contemptisque cognitoribus vel fugatis, illicitum obtineant sacerdotium. Idcirco statuti imperialis non novitatem, sed firmitudinem postulamus. Indignum quippe est, ut conventus quisque adhibita manu eo sit munitior, quo flagitiosior fuerit. Sicut Parmensis episcopus dejectus judicio nostro ecclesiam tamen retinet impudenter. Damnatus æque Florentius Puteolanus ", posteaquam dejectus est, cum aures tranquillitatis vestræ inquietasset, atque hujuscemodi rescriptum meruisset, ut si judicio sacerdotum in urbe Roma fuisset depositus, ne vocem quidem in judiciis proferre deberet, post sextum annum " repsit ad civitatem, tenuit ecclesiam, multas in oppido Puteolano, de quo dejectus fuerat, seditiones insolentia concitavit. Per Africam quoque Restitutum nomine causam dicere apud episcopos jussit vestra clementia. Debuit acquiescere. sed idem sæva & insolentium manu a causæ dicendæ necessitate diffugit. Per Africam rursum sacrilegos rebaptizatores nutu Dei præcepistis "expelli. sed ab expulsis " Claudianus est ordinatus, & ad perturbandam urbem Romam quasi episcopus destinatur. Qui contra scripturæ præcepta divinæ, contra jura euangelica, vacuos omnes mysteriorum, atque ut ejus verbum exprimamus, " paganos fuisse vel præteriti temporis dicat episcopos, vel præsentis. Quem quidem jussit tranquillitas vestra Roma pulsum patriam repetere propriam. Sed contemptis judiciis, & quidem sæpe constrictus, residet tamen, sollicitans pretio frequenter pauperiores, & redemptos rebaptizare non veretur. Spoliat magis eo quod fuerant consecuti, quam tribuit quod manifestum est bis non posse conferri. Sic denique factio profecit Vrsini, ut Isaac " Iudæo subornato, qui facto ad synagogam recursu cælestia mysteria profanavit, sancti fratris nostri Damasi peteretur caput, sanguis innocentium funderetur, componerentur doli, quibus divino plane instinctu providentia vestræ pietatis occurrit, spoliaretur prope ecclesia omnibus ministeriis: ea fraude videlicet, ut dum causam dicit qui in omnes judex fuerat constitutus, nemo esset qui de lapsis, vel certe de factiosis posset episcopatus invasoribus judicare. Quia igitur vestræ judicio tranquillitatis probata est innocentia memorati fratris nostri Damasi, integritas prædicata est, Isaac quoque ipse, ubi ea quæ detulit probare non potuit, meritorum suorum sortem " tulit: quæsumus clementiam vestram, ne rursus in plurimis causis videamur onerosi, ut jubere pietas vestra dignetur, quicumque vel ejus, vel nostro judicio, qui catholici sumus, fuerit condemnatus, atque injuste voluerit ecclesiam retinere, vel vocatus a sacerdotali judicio per contumaciam non adesse, seu ab illustribus viris præfectis prætorio " Italiæ vestræ, sive a Vicario, accitus ad urbem Romam veniat. aut si in longinquioribus partibus hujusmodi emerserit quæstio, ad metropolitani per locorum judicia deducatur

ducatur examen. vel si ipse metropolitanus est, A Romam necessario, vel ad eos quos Romanus episcopus judices dederit, contendere sine dilatione jubeatur. Ita ut qui depositi fuerint, ab ejus tantum civitatis finibus segregentur, in qua gesserint sacerdotium, ne rursus impudenter usurpent quod jure sublatum sit. Certe si vel metropolitani, vel cujusque alterius sacerdotis suspecta gratia, vel iniquitas fuerit, vel ad Romanum episcopum, vel ad concilium certe quindecim episcoporum finitimorum ei liceat provocare. Quicumque vero ita meruerit excludi, sileat & quiescat: & si Dei judicium non vereatur, minus tamen peccare vel necessitate cogatur. ut saltem de cetero pacifici atque concordes B serenitati vestræ congruas apud dominum nostrum referre gratias possimus. Memoratus frater noster Damasus, quoniam in sua causa vestri tenet insigne judicii, non fiat inferior his, quibus etsi "æqualis est munere, prærogativa tamen apostolicæ sedis excellit, ut judiciis publicis videantur esse subjecti, quibus sacerdotale caput "lex vestra summovit. In quo post sententiam non videtur declinare judicium, sed delatam a vobis honorificentiam flagitare. Nam quod ad leges publicas pertinet, quæ potest esse vita munitior, quam vestra clementia qua innititur judicata? Quod vero ad prædicandam C episcopi conscientiam severioribus se dedit ipse judiciis sacerdotum, a quibus non nominis, sed etiam morum ratio pensatur, ne quis iterum calumniator existens, dum memoratum conatur appetere, virum quidem ipsum non queat lædere, quem innocentia sua munit, religioni tamen fiat injuria in vexationibus ministrorum: accipite aliud quoque, quod vir sanctus vestræ magis conferre pietati, quam sibi præstare desiderat, nec derogare cuiquam, sed principibus adrogare. Quoniam non novum aliquid petit, sed sequitur exempla majorum, ut episcopus Romanus, si concilio ejus causa non creditur, apud concilium se imperiale defendat. Nam & Silvester papa a sacrilegis accusatus, apud" parentem vestrum Constantinum causam propriam prosecutus est. Et de scripturis similia exempla D suppeditant. quod cum a preside sanctus apostolus vim pateretur, Cæsarem appellavit, & ad Cæsarem missus est. Certe prius examinet causam vestra clementia, & si emerserit quæstio, interroganda distinguat, ut quemadmodum dudum estis censere dignati, factorum a judice ratio quæratur, non arbitrium sententiæ vindicetur. Ita enim fiet, ut nulli perdito, vel infami, aut accusandi summi sacerdotis, aut testificandi in eum facultas pateat illicita. Si quidem non modo in episcopum, sed ne in presbyterum quidem, accusationem facile suscipiendam, nisi idoneis testibus, lectio sancta præscribat. Neque enim vel inimico, vel calumniatori, vel istius- E modi viris, quales nuper insimulatores patuit extitisse, tribuenda misericordia est, quorum vita non mereatur fidem, tormenta abhorreat religio sacerdotis.

RESCRIPTUM GRATIANI AUGUSTI

juxta superioris epistolæ relationem datum "ad Aquilinum Vicarium urbis.

Gratianus & Valentinianus Augusti Aquilino Vicario.

ORDINARIORUM sententiæ judicum, aut quæ temporum limes, aut contumaciæ pronuntiatio, aut habitum coram ' patribus sanxit examen, nec a mediocri auctoritate labefactari atque convelli, nec a potentioribus, nec ab impudentibus pertimescunt. Nostra præcepta, per vestram negligentiam destituta, quæ tandem poterit firmare sententia, quam quidem dum despicitis non excitetis, ut longæ tolerantiæ in desperatos sumat effectum, & officium metus cogat agnosci? At nonne absurdius est, quod Ursini jussit amentia, quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, ut omnes qui impios cœtus profanata religione tentarent, vel ad centesimum urbis milliare pellerentur? ubi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in ejus tantum perniciem rueret, qui solus erraret, & ut condemnati judicio recte sentientium sacerdotum, reditum postea vel ad ecclesias quas contaminaverant non haberent, vel redintegrationem judicii frustra a nobis impudenti pervicacia precarentur. Repetat laudanda & spectata tua sinceritas, quales ad virum clarissimum Simplicium quondam "Vicarium literas clementia nostra transmiserit, & desinat iterationem sperare mandati: quia pigendus mansuetudinis nostræ pudor est instaurare præceptum. Ursinum quidem Gallia coercet, & ne motus aliquos inquietos exerceat, "cohibet Agrippina secessio. quem tamen ipsum per occursantes obtundentem sæpius, quam monentem, ad hoc ut sequentes abjiceret, audivimus. "Isaacem remotus Hispaniæ angulus titulo damnationis inclusit. non bene capiti ' consultum, si quid turbarum vesanus agitaverit. Parmensis episcopus, eo perniciosior, quod inclytæ urbi "magis proximus, & imperitorum multitudinem magis exagitat, & ecclesiam, de qua judicio sanctorum præsulum dejectus est, inquietat: inanem videlicet gloriam sententiæ gravioris expectans. quem si quid decessor tuus devoti vigoris habuisset, protinus ultra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteolanus, post damnationem, quam recto judicio convictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum. Post quintum "decimum annum ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur: congressiones illicitas facere molitur, egentemque consilii multitudinem perditi animi persuasione depravat. Nostrorum videlicet judicum socordia fretus, qui privatæ gratiæ imperialia præcepta condonant; & religionem quam nos jure veneramur, quam fortasse ipsi negligunt, inquietari patienter accipiunt. Claudianus "etiam ab his qui contra divina præcepta vitia religionis instaurant, ab his, inquam, quos expelli jusseramus accitus, quasi parum facinoris aggressus esset, si in Africa perstitisset, Romæ sese dicitur intimasse, falsusque præceptor vel expertes adhuc devio profanare mysterio, vel jam initiatos ex integro nititur flagitio majore corrumpere. cum religionis sanctissimæ disciplinam non cumulet iteratio, sed evertat. Quem nos Claudianum dissimili pœna ac meruit prosequentes, repetere tantummodo patriam hactenus, remota severitate, præcepimus, Sed residere etiam nunc dicitur imperitos sollicitans, & cassam omnino mercedem requirens perdit animas corporum redemptorum. Hinc illi insectatores sanctissimæ sedis, non solum Dei numine, quod satis erat, sed etiam judiciorum examine exploratum mentis

' partibus

" ann. 374. Cod. Theod IX. tit. 29. c. 1.

" hoc anno Christi 378.

" De Iudæo illo plura ep. præcedenti.

' consultu- rum

" quam aut Ursinus aut Isaac, unde nō est quod hic pro Roma Mediolanum accipias.

" demum legendū est, non decimū, ut monuit Blondellus.

" de quo supra p. 1003.

ANNO CHRISTI 378.

tis ſanctiſſimæ virum, ut etiam divo patri Valentiniano eſt comprobatum, turpiſſimis calumniis epiſcopum Damaſum inquietare non veriti, poſtquam deſperaverunt poſſe percelli, populum pro quo ille divinitati obſes eſt inquietant. Sed hactenus ſtertit iners diſſimulatio judicantium. nec eſt admonere neceſſe, quo poſſit ſanctio contempta procedere. hactenus, inquam, ſtertit apparitorum ſupina deſidia. Poſt hæc niſi omnes, ut nominatim juſſionis noſtræ ſumma complectitur, vel quos turbas iſtiuſmodi molientes ſanctorum epiſcoporum concilia conſenſu oſtenderint, ultra centeſimum milliarium ab urbe depuleris, atque earum civitatum finibus extorres eſſe præceperis, quarum plebem, vel eccleſias, vel per ſe, vel per ſimile ſui vulgus exercent, præter æſtimationis injuriam, cujus apud bonos non levis jactura eſt, piaculum neglectæ ſanctionis incurres. Volumus autem, ut quicumque judicio Damaſi, quod ille cum conſilio quinque vel ſeptem habuerit epiſcoporum, vel eorum qui catholici ſunt judicio vel conſilio condemnatus fuerit, ſi injuſte voluerit eccleſiam retentare, ut qui evocatus ad ſacerdotale judicium per contumaciam non iviſſet, aut ab illuſtribus viris præfectis prætorio Galliæ atque Italiæ, ſive a proconſulibus, vel Vicariis, auctoritate adhibita, ad epiſcopale judicium remittatur, ut ad urbem Romam ſub proſecutione perveniat. aut ſi in longinquioribus partibus alicujus ferocitas talis emerſerit, omnis ejus cauſæ dictio ad metropolitæ in eadem provincia epiſcopi deducatur examen. vel ſi ipſe metropolitanus eſt, Romam neceſſario, vel ad eos quos Romanus epiſcopus judices dederit, ſine delatione contendat. Ita tamen, ut quicumque detecti ſunt, ab ejus tantum orbis finibus ſegregentur, in quibus fuerint ſacerdotes. Minus enim graviter meritos coercemus, & ſacrilegam pertinaciam lenius quam meretur ulciſcimur. Quod ſi vel metropolitani epiſcopi, vel cujuſcumque ſacerdotis iniquitas eſt ſuſpecta, aut gratia, ad Romanum epiſcopum, vel ad concilium quindecim finitimorum epiſcoporum, accerſitum liceat provocare: modo ne poſt examen habitum quod definitum fuerit integretur. Iam vero illud, quod in negotiis quoque rerum minorum, & in levibus cauſæ dictionibus, animis noſtris juſtitia naturalis inſeruit, multo diligentius in cauſis juſtiſſimis volumus convaleſcere, ne facile ſit cuiquam prædito notabili pravitate morum, aut infami calumnia notato, perſonam criminatoris aſſumere, aut teſtimonii dictionem in accuſationem epiſcopi profiteri.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Concilium Romanum a quo data fuit præcedens epiſtola anno 381. docuerant Baronius, Sirmondus, aliique. Verum eos hiſce argumentis refellit Blondellus I. ex titulo illius epiſtolæ ſumitur; Cum enim nec Valentis nec Theodoſii mentionem ullam habeat, poſt illius deflagrationem, ante hujus ad imperium evectionem ſcriptam fuiſſe palam eſt. Periit Valens an. 378 die 9. Auguſti; die vero 19. Ianuarii proxime ſequentis Theodoſius ſalutatus eſt Auguſtus Vnde arguitur vel extremo anno 378. vel ineunte 379. epiſtolam illam fuiſſe ſcriptam: II. anno 381. Vrſicinum Mediolani Arianis copulatum cum Valente Murſenſi eorum ſignifero conſilia miſcuiſſe docent patres Aquileienſis concilii epiſtola prima mox edita pag. 998 E. At quo tempore Romana ſynodus ad imperatores ſcripſit eumdem Vrſicinum Galliæ coercebant & cohibebat Agrippina ſeceſſio longe a Mediolanenſi urbe diſſita, prout ex ipſo imperatorum ad Aquilinum vicarium urbis reſcripto conſtat ſupra pag. 1004. III. anno 381. Vicariatum urbis adminiſtrarunt Anicius ad quem lex C. Theod lib. IX. Tit. 38. c. 7 Iulii 21 data, & Potens ad quem C. Theod. lib IV. Tit. 22. c. 2 Octobris 14 directa, non vero Aquilinus quem mendoſe Baronius vocavit Vicarium ordinariorum, cum fuerit vicarius urbis, ut ſcite pro more annotavit Sirmondus. IV. quia fundamentum ſententiæ contrariæ ſponte ſua corruit: neque enim Florentius Puteolanus damnatus fuit anno domini 367. ſed anno 372 neque in reſcripto imperatorum legendum eſt ſupra p. 1004. Poſt quintum decimum annum, ut habebat mſ. c. quo Baronius & Sirmondus uſi ſunt, ſed poſt quintum demum annum. Hic quippe anno illo 372. ſynodi judicio damnatus, anno ſeq. 373. imperatoris juſſu Puteolis extruſus, anno 378 exeunte qui poſt ſynodi ſententiam ſextus (ſupra pag. ead. in ep. concilii Romani) poſt extruſionem quintus turbas denuo ciere cœpit. Adde quod annus Chriſti 381. ab Vrſini damnatione decimus-quintus iniens, non poſt decimum quintum dicendus, ut idem annotavit Blondellus.

EPISTOLA I. CONCILII ITALIÆ "AD THEODOSIVM IMPERATOREM.

Inter cetera damnatos ſcribit in ſynodo fuiſſe, qui Apollinaris dogma inducere conabãtur.

Beatiſſimo imperatori, & clementiſſimo principi Theodoſio, Ambroſius & ceteri epiſcopi Italiæ.

FIDEI tuæ diffuſa toto orbe cognitio intimum noſtræ mentis demulſit affectum. coque, ut hæc quoque gloria imperio tuo crearetur, quod unitatem reddidiſſe occidentalium juxta atque orientalium eccleſiis videreris, clementiam tuam obſecrandam pariter ac ſuper eccleſiaſticis negotiis inſtruendam noſtris literis æſtimavimus, imperator tranquilliſſime ac fideliſſime. Dolori enim erat, inter orientales atque occidentales interrupta ſacræ communionis eſſe conſortia. Silemus jam quorum errore, quorumve delicto, ne ſerere fabulas & alloquia caſſa videamur. Nec nos tentaſſe pœnitet, quod intentatum caderet in culpam. Iſto enim ſæpe arguebamur, quod poſthabere orientalium ſocietatem, & refutare gratiam videremur. Laborem quinetiam nobis indicendum putavimus, non pro Italia, quæ jamdudum ab Arianis quieta atque ſecura eſt, nec ulla hæreticorum perturbatione vexatur. non inquam pro nobis, quia non quærimus quæ noſtra ſunt, ſed quæ ſunt omnium: non pro Gallia atque Africa, quæ omnium ſacerdotum concordi ſocietate potiuntur. ſed ut ea quæ communionem noſtram de orientis parte turbaverunt, cognoſcerentur in ſynodo, & omnis e medio ſcrupulus tolleretur. Non ſolum enim de his quæ clementia tua dignata eſt ſcribere, ſed etiam de illis, qui dogma neſcio quod, quod Apollinaris aſſeritur, in eccleſiam conantur inducere, nos pleraque moverunt, quæ partibus fuerant reſecanda præſentibus. ut convictus in dogmate novo, & redargutus in errore, nequaquam ſub generali fidei lateret nomine: ſed illico, quod doctrinæ magiſterio non teneret, & officium deponeret, & vocabulum ſacerdotis: "nec fibræ aliquæ poſthac fallere cupientibus, & præſtigiarum commenta remanerent. Nam qui convictus non fuerit præſentibus partibus, quod vere auguſto principalique reſponſo tua clementia definivit, referendam ſemper anſulam quæſtionis arripiet. Eo igitur obſecravimus ſacerdotale concilium, ut nemini liceret mendacium in abſentem componere, & in concilio diſcuteretur quid eſſet in vero. Itaque non cadit in eos intentionis vel facilitatis ulla ſuſpicio,

cio, qui omnia præsentibus partibus observarunt. Sane allegata texuimus, non definiendi; sed instruendi gratia. & qui judicium petivimus, non deferimus præjudicium. Neque ullum eorum æstimandum convitium fuit, cum rogarentur ad concilium sacerdotes, quorum frequenter præsentior absentia fuit, quando in commune consuluit. Neque enim vel nos æstimavimus esse convitium, cum unus Constantinopolitanæ ecclesiæ presbyter," Paulus nomine, intra Achaiam synodum orientalium juxta atque occidentalium postulaverit. Advertit clementia tua, non fuisse irrationabile postulatum, quod etiam ab orientalibus est petitum. Sed quia ' Illyrici suspecta movetur, ideo maritima ac tutiora quæsita sunt. Neque plane nos tanquam ex forma aliquid innovavimus: sed sanctæ memoriæ Athanasii, qui quasi columen fidei fuit, & veteris sanctitatis patrum nostrorum in conciliis definita servantes, non evellimus terminos quos posuerunt patres nostri, nec hereditariæ communionis jura violamus, sed debitam vestro imperio honorificentiam reservantes, studiosos nos pacis & quietis ostendimus.

EPISTOLA II. CONCILII ITALIÆ AD THEODOSIUM IMPERATOREM.

De episcopo Antiochiæ subrogato post mortem" Meletii. Et ut Nectarius Constantinopoli post Maximum ordinatus loco cedat, aut Romæ super utriusque ordinatione concilium habeatur.

Beatissimo imperatori, & clementissimo principi Theodosio, Ambrosius & ceteri episcopi Italiæ.

SANCTUM animum tuum Deo omnipotenti pura & sincera fide deditum sciebamus: sed " recentibus cumulasti beneficiis, quod catholicos ecclesiis reddidisti, imperator Auguste. Atque utinam catholicos ipsos reverentiæ veteri reddidisses, ut nihil novarent contra præscripta majorum, nec temere vel servanda rescinderent, vel rescindenda servarent. Itaque dolentius forte quam inconsultius ingemiscimus, imperator, facilius expelli potuisse hæreticos, quam inter catholicos convenire. Quanta enim nuper confusio facta sit, explicari non potest. Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet episcopos, Paulinum atque Meletium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax & concordia salvo ordine ecclesiastico conveniret, aut certe, si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur. At nunc Meletio defuncto, Paulino superstite, quem in communione nostra mansisse consortia quæ a majoribus inoffense ducta testantur, contra fas atque ecclesiasticum ordinem, in locum Meletii, non tam subrogatus, quam superpositus asseritur. Atque hoc factum allegatur consensione & consilio Nectarii, cujus ordinatio quem ordinem habuerit non videmus. Namque in concilio nuper, cum Maximus episcopus Alexandrinæ ecclesiæ communionem manere secum lectis " Petri sanctæ memoriæ viri literis prodidisset, ejusque intra privatas ædes, quia Ariani basilicas adhuc tenebant, secretum esse mandatoribus episcopis ordinantibus, dilucida testificatione docuisset, nihil habuimus, beatissime principum, in quo de episcopatu ejus dubitare possemus. cum vim sibi repugnanti a plerisque etiam de populo & clero testatus esset illatam. Tamen ne absentibus partibus præsumpte aliquid definisse videremur, clementiam tuam datis literis putavimus instruendam, ut ei consuleretur ex usu publicæ pacis atque concordiæ. Quia revera advertebamus Gregorium nequaquam secundum traditionem patrum Constantinopolitanæ ecclesiæ sibi sacerdotium vindicare. Nos igitur in synodo ea, quæ totius orbis episcopis videbatur esse præscripta, nihil temere statuendum esse censuimus." Adeo ipso tempore, qui generale" concilium declinaverunt, Constantinopolique gessisse dicuntur. Nam cum cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in synodo ageret suam, quod etiamsi indictum concilium non fuisset, jure & more majorum, sicut & sanctæ memoriæ Athanasius, & dudum Petrus Alexandrinæ ecclesiæ episcopi, & orientalium plerique fecerunt, ut ad ecclesiæ Romanæ, Italiæ, & totius occidentis confugisse judicium viderentur. cum eum, sicut diximus, experiri velle adversum eos qui episcopatum ejus abnuerant comperissent, præstolari utique etiam nostram super eo sententiam debuerunt. Non prærogativam vindicamus examinis, sed consortium tamen debuit esse communis arbitrii. Postremo prius constare oportuit, utrum huic abrogandum, quam alii conferendum sacerdotium videretur. ab his præsertim, a quibus se Maximus vel destitutum, vel appetitum injuria quærebatur. Itaque cum Maximum episcopum ' receperunt in communionem nostra consortia, quoniam eum a catholicis constitit episcopis ordinatum, nec ab episcopatus Constantinopolitani putavimus petitione removendum. Cujus allegationem præsentibus partibus æstimavimus esse pendendam. Nectarium autem cum nuper nostra mediocritas Constantinopoli cognoverit ordinatum, cohærere communionem nostram cum orientalibus partibus non videmus. Presertim cum ab iisdem Nectarius dicitur illico sine communionis consortio destitutus, a quibus fuerat ordinatus". Non mediocris igitur hic scrupulus. Nec quædam nos angit de domestico studio & ambitione contentio, sed communio soluta & dissociata perturbat. Nec videmus eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus, aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum orientaliumque concilium. Neque enim indignum videtur, Auguste, ut Romanæ ecclesiæ antistitis, finitimorumque & Italorum episcoporum debeant subire tractatum, qui unius Acholii " episcopi ita expectandum esse putaverunt judicium, ut de occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent. Si quid uni huic reservatum est, quanto magis pluribus reservandum est? Nos autem a beatissimo principe fratre tuæ pietatis admoniti, ut tuæ clementiæ scriberemus imperio, postulamus, ut ubi una communio est, commune velit esse judicium, concordantemque consensum.

" At eo

" Vide quid de ea re Paulus & Ambrosius differant supra pag. 980. B. C.

' receperint

" imperatori Theodosio Nectariū eligēti plurimos initio episcopos reluctatos docet Soz. VII. 7.

" Thessalonicensis qui Theodosiū anno 380. baptizavit.

ANNO CHRISTI 381.

[a] CONCILIVM [b] CÆSARAVGVSTANVM [c] DVODECIM EPISCOPORVM, [d] SVB DAMASO, [e] contra Priscillianistas celebratum," æra 418.

" proindeque anno Christi 380. ac prius Aquileiési quod huic fuerat a Binio subjiciendum.

TITVLI CANONVM.

I. *Feminæ fideles a virorum alienorum cœtibus separentur.*

II. *Vt diebus dominicis nullus jejunet, nec diebus quadragesimæ ab ecclesia se absentet.*

III. *Vt qui eucharistiam in ecclesia * accipiunt,* B *& ibi eam non * sumunt, * anathema sint.*

* accipit, * consumit * anathematizetur

IV. *Vt tribus hebdomadis, quæ sunt ante Epiphaniam, ab ecclesia nemo recedat.*

V. *Vt qui a suis episcopis * privantur, ab aliis non recipiantur.*

* communione privantur,

VI. *Vt clericus, qui propter * licentiam monachus vult esse, excommunicetur.*

* luxum

VII. *Vt doctoris sibi nomen non imponat, cui concessum non est.*

VIII. *Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.*

EXEMPLVM SENTENTIARVM C EPISCOPORVM CONCILII CÆSARAVGVSTANI.

Ex editione Garsiæ Loaisæ, lectione vulgata in margine annotata.

QVARTO Nonas Octobris Cæsaraugustæ in secretario residentibus episcopis, * Fitadio, Delphino, * Eutychio, Ampelio, Augentio, Lucio, * Ithacio, Splendonio, Valerio, Symposio, * Cartherio, & Idatio, ab universis dictum: Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit.

* Siradio, *Radiceio, * Italio, * Catherio & Italio,

I.

[f] Vt mulieres omnes ecclesiæ catholicæ, & fideles a virorum alienorum lectione & cœtibus separentur; * vel ad ipsas legentes aliæ, studio vel docendi vel discendi, conveniant. Quoniam hoc apostolus jubet. Ab universis episcopis dictum est, anathema futuros, qui hanc concilii sententiam non observaverint.

* nec

II.

De Consf. d. 3. Ne quis jejunet.

Item legit. [g] Ne quis jejunet die dominica, [h] causa * temporis, aut persuasionis, aut superstitionis: ut * de quadragesimarum diebus, ab ecclesiis non desint, nec habitent latibula cubiculorum, ac montium, qui in his suspicionibus perseverant, sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conventuum causa non conveniant. Ab universis episcopis dictum est: Anathema sit, qui hoc commiserit.

* timoris * nec quadragesimæ diebus ab eccles. fideles desint, nec habitét in latibulis.

III.

[i] Item legit: Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam in ecclesia non A * sumpsisse, anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

IV.

[k] Item legit: * Viginti & uno die, quo a 16. Kalendas Ianuarii usque in diem Epiphaniæ, quæ est 8. Idus Ianuarii, continuis diebus, nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non observaverit, * his decretis anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est: Anathema sit.

V.

[l] Item lectum est, ut hi qui per disciplinam, aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati; ab aliis episcopis non sint recipiendi. Quod si * scientes episcopi fecerint, dictum est: Qui hoc commiserit, non habeat communionem.

VI.

Item legit: [m] Si quis * de clericis propter luxum, * vanitatemque præsumptam, de * officio sponte discesserit, ac velut observatorem legis monachum videri * voluerit esse magis quam clericum, ita de ecclesia repellendum, ut nisi rogando atque * obsecrando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab universis episcopis dictum est: Ita fiat.

VII.

Item lectum est: [n] Ne quis doctoris sibi nomen imponat, præter has personas, quibus concessum est; secundum quod scriptum. Ab universis episcopis dictum D est: Placet.

VIII.

Item lectum est, non velandas esse virgines, quæ se Deo voverint, [o] nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobaverit. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

DE SVBSCRIPTIONIBVS.

Subscribunt in hoc concilio duodecim episcopi, quorum nomina hoc ordine in exordio concilii manuscripti ponuntur.

I. " Fitadius.
II. Delphinus.
III. Eutychianus: *fuit Bastitanus.* E
IV. Ampelius.
V. Augentius.
VI. Lucius.
VII. Ithacius: *fuit episcopus Sossubensis, apud Sulpitium, forte Osonobensis".*
VIII. Splendonius.
IX. Valerius. Cæsaraugustanus.
X. Symposius.
XI. Catherius.
XII. Idacius.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] *Hoc concilium,* inquit Garsias, *fuit aliud ab eo, in quo primo damnata est heresis Priscilliani.* Quod prolixe describitur a Sulpitio lib. 2 hist prope finem. Causam sententiæ suæ nullam affert. Opinor eum ita sensisse, tum quod suo judicio idem Valerius huic & Eliberitano concilio

concilio subscripserit; tum etiam quod hoc æra 418 id est A anno domini 380. illud vero Sulpitii longo tempore post hoc celebratum fuerit Non contradicerem viri doctissimi sententiæ ac judicio, nisi decreta hujus synodi eam hæresim condemnarent, quam Sulpitius, auctore Priscilliano, in Hispania propagatam ac condemnatam esse describit. De tempore parum discrepamus, nos certis de causis, quas infra referemus, anno 381. hanc synodum habitam fuisse sentimus. Garsias vix uno anno a nobis discrepat Quod ait, eumdem Valerium huic & Eliberitano concilio interfuisse, non est probabile; cum sic fere centum annis eum Cæsaraugustæ episcopum fuisse oporteret, ut constabit, si quæ in notis concilii Elibertini supra diximus, cum hisce conferas Itaque auctoritatem Baronii secutus, hunc eumdem conventum esse puto, quem Severus describit, ut ex notis canonis 1. 2. 3. 5. & infra patebit.

b *Cæsaraugustanum.*] Cæsaraugusta in Tarraconensi provincia urbs mediterranea in primis nobilis, Arragonum B civitas metropolis, soli ubertate inter Hispaniæ urbes commendata. De Cæsaraugusta (inquit Garsias Loaisa in notis hujus concilii) Tarraconensis provinciæ urbe nobilissima, lege Ptolomæum lib. 2. c. 6. geogaph. Melam lib. 2. cap. 6. Plinium lib. 3. cap. 3. Strabonem lib. 3. & Antonini itinerarium. De ea sic Prudentius in Peristeph.

Tu decem sanctos revehes & octo
Cæsaraugusta studiosa Christi,
Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.

Et infra vocatur *procerum creatrix purpureorum.*

c *Duodecim episcoporum.*] Horum nomina infra recensita ex collatione alterius editionis, quæ apud Garsiam, enormiter depravata esse dignoscuntur. Delphinum Burdegalensẽ episcopum fuisse refert Sulpitius Duorum Ithaciorum, prior Sulpitio nominabatur Ithacius episcopus Sossubensis; posterior Idacius: quo successu rescriptis ab imperatore extortis, Priscillianistas urbibus omnibus expulerint, enarrat Sulpitius. Duos Valerios Cæsaraugustanos C cum Garsia agnoscimus: quorum primum Eliberitano, secundum Cæsaraugustano concilio interfuisse sustinemus. Osio prior Valerius, non posterior, coætaneus fuit. Vtrumque Valerium martyrio occubuisse, Prudentius in Peristeph. hymno 4. his versibus insinuare videtur.

Inde, Vincenti, tua palma nata est,
Clerus hinc tantum peperit triumphum;
Hinc sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

De ordine & tempore sacerdotum Cęsaraugustanæ ecclesiæ, extat epistola Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis, viri doctissimi, ad Hieron. Blancã Arragonẽsium rerum accuratum scriptorem. Hæc Garsias verbo *Valerio.*

d *Sub Damaso.*] Hoc aperte scribit Severus his verbis. *At tum* (intellige cum per synodalem sententiam condemnati essent) *Instantius, Salvianus & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum urbis ea tempestate episcopum objecta purgarent.* Et infra. *Hi ubi Romam perveneD re, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem ejus admissi sunt Regressi Mediolanum, æque sibi Ambrosium adversantem repererunt.* Cur ad annum Damasi 15. qui est Christi 381. Gratiani imper. 15 hanc synodum referamus, una causa est; quod eo tempore, quo habebatur concilium Aquileiense Hispania ob Priscillianum hæresiarcham maxima tempestate jactata, ne quidem per legatos Aquileiensi concilio, instar Gallicarum & Africanarum provinciarum, interesse potuerit. Altera est, quod per Epiphanium Gnostici ad octoginta episcopos denuntiati post 373. ann. Christi ex Ægypto expulsi, circa hæc tempora, teste Severo, in Hispaniam venerint, ibique per Marcum quemdam, Priscillianum suo veneno infecerint. Gravissime igitur aberravit hactenus collector conciliorum, qui hanc synodum ad tempora Hormisdæ pontificis ante retulerat.

e *Contra Priscillianistas*] Priscillianistæ fuerunt hæretici a Priscilliano denominati, quem teste Sulpitio lib. 2. fa- E milia nobilem, opibus prædivitem, ingenio acrem, multa lectione eruditum, Gnostici Ægypto expulsi, per Marcum quemdam Gnosticum, & feminam Agapen suo veneno infecerunt: eoque infecto, fere totam Hispaniam pervertissent, nisi indicta synodo ipsi cum suis perversis dogmatibus condemnati, fideliumque communione interdicti fuissent Hæreses easdem cum Gnosticis ac Manichæis docebant, quas prolixe S. August. de hæresibus c. 70. Leo epist. 93. Hieron. adversus Pelag. ad Ctesiph. describit. Quam ob causam Maximus eum una cum sectatoribus pœna capitis damnaverit, quem Gratianus contra synodalem sententiam ecclesiæ restituerat, refert Sulpit. præd. loco.

f *Vt mulieres omnes*] Ex Severo & Hieronymo constat, a Priscilliano atque collegis deceptas esse feminas nobiles plurimas, & sub specie pietatis & disciplinæ esse seductas. Ad quæ pericula avertenda, patres hunc canonem statuerunt. Quem, inquit Garsias, intelliges ex epistola P uli 1. ad Cor. 14. ubi ordinem docendi ac legendi in ecclesia cõstituit, Excusi codices habent: *Nec ad ipsas legentes alii studio vel docendi vel discendi conveniant, quoniam & hoc Apostolus jubet* in Gothico est: *vel ipsas legentes alias*: nimirum feminæ. Verba autem apostoli hęc sunt: *mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse; sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent* Et 1. ad Timot c. 2. *Mulier in silentio discat, cum omni bona conscientia. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum. sed esse in silentio.* In hæresi Priscilliani, ut Sulpitius est auctor, mulier Agape, mollis & impudica, magistræ nomen sibi usurpavit, partesque illius erroris mirifice gessit: unde forte aliæ infectæ, simili docendi studio tenebantur. Quem errorem radicitus extirpandum concilium curavit. — Mulieribus in tẽplo silẽtium pręcipitur.

g *Ne quis jejunet.*] Priscillianistæ Manichæos & Gnosticos sectati, die dominico in odium Dei creatoris jejunabant, & abominanda peragentes, clandestinos conventus agebant, ut testatur S Leo epistol. 93. Patres his occurrentes, hunc canonem secundum ediderunt. — Can. 2. Priscillianistarum jejunia cur vetita sint.

h *Causa temporis.*] Gratianus de consecrat. dist. 3. c. Ne quis habet legit: *Causa timoris.* ejus glossator: *causa timoris, alias terroris* Quam lectiones Gregorianus codex retinuit. Verum lectio hæc, *Causa temporis*, non est omnino rejicienda: quia die dominica jejunare ecclesiasticis sanctionibus prohibitum fuit, ut constat ex can. 18. conc. Gangr. supra. Et ex decretis Melchiadis papæ, ut est in pontificali Damasi. Apud Burchardum lib. 19. imponitur pœnitentia ei, qui die dominica jejunat propter abstinentiam aut religionem. Hæc Garsias. — Variæ lectiones.

i *Item legit: eucharistia.*] Priscillianistæ ut laterent, convenientes ad ecclesiam, sic accipiebant eucharistiam, ut eam non comederent. Hanc igitur ob causam contra eos hic canon promulgatus fuit. — Can. 3.

k *Item legit: viginti, &c.*] S. Leo prædicta epist. 93. tradit, eosdem Priscillianistas tempore natalis domini cõsuevisse jejunare; ideo quod non crederent Christum vere humanam carnem assumpsisse: hac igitur occasione patres concilii hunc canonem edidisse, non est dubitandum. — Can. 4.

l *Item lectum est, ut hi qui per.*] Auctoritate Severi cõstat, in hac synodo constitutum fuisse, ut Priscillianistas hęreticos synodali judicio condemnatos, nemo sub periculo anathematis in communionem susciperet. Idem hoc canone statutum fuisse constat. Dubium igitur nullum est, hunc conventum eumdem fuisse, quem Severus describit. — Can 5.

m *Si quis de clericis propter luxum.*] Contra eam sanctitatem, quam Priscillianus ejusve sectatores, teste Sulpitio in habitu affectabant, hic canon constitutus fuit. — Can. 6.

n *Ne quis doctoris.*] Hunc canonem contra feminas Priscillianistarum doctrinæ sectatrices, munus docendi sibi usurpantes, decretum fuisse, nemo dubitare potest. Priscillianus enim, teste Sulpitio, laicus erat, adeoq; ad docendi munus nequaquam admittendus. Hunc cum illi ad confirmandas vires suas episcopum in Abulensi oppido constituissent, optimo jure tales doctores hic rejiciuntur. — Can. 7.

o *Nisi quadraginta annorum.*] Concilium Carthag. III. can. 4. Item placuit, ut ante an. 25. ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et in IV c. 11. de eorum ordinatione & vestitu. Et in decretis Zosimi papæ c. 26. Virgines velari possunt ab episcopo infra an. 25. si necessitas urget Et quod ei non obsit consilium, quod est de isto annorum numero constitutum: Tridentino concilio ætas emittendi professionem est immutata sess. 25. Hæc Garsias in notis. — Can. 8.

NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CAN. VII. CÆSARAVGVSTANI.

D*octoris nomen*: Doctores olim ab episcopis instituebantur, atque inter ordines & dignitates ecclesiæ, uti archidiaconi, pœnitentiarii, & similes recensebantur, & in canone ecclesiæ inscribebantur: A Tertulliano inter præcipuos ecclesiæ ministros numerantur, de præscriptionibus, *Quid ergo si episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor*, cujus antiquæ disciplinæ hæc vestigia restant, quod ab episcopo aut certe ab eo qui ejus vicem gerit benedictione confirmentur, vimque & potestatem legendi & docendi accipiant.

ANNO CHRISTI 382.

CONCILIVM ROMANVM IV.

SVB DAMASO.

Causa concilii.

a *Concilium.*] Cum Damasus de rebus in synodo Constantinopolitana gestis nuntium accepisset, & inter alia in contumeliam Paulini, Flavianum Meletio successorem designatum esse intellexisset, concilium generale Romæ celebrandum indixit; idque favore & patrocinio Gratiani & Theodosii imperatorum congregari & convocari impetravit. Præter Paulinum, Epiphanium & Acholium Thessalonicensem, ex oriente nemo adfuit: omnes quidem literis Damasi, quas ad illos transmisit imperator, vocati fuerunt; sed astuto consilio Constantinopoli indicta synodo convenientes, ne suas ecclesias pastoribus destitutas hæretici præ foribus eorum excubantes incursarent, missis istinc Romam legatis hanc ob rem excusari petiverunt, literasque synodicas earum rerum, quæ præcedente Constantinopolitano concilio gestæ fuissent, ad concilium Romanum transmiserunt. His literis synodalibus, quæ supra extant pag. 960. C. acceptis, legatisque eorum auditis, quid Romæ factum fuerit, non constat. Acta enim perierunt. Confessio fidei ad Paulinum scripta, non, quod existimat Theodoretus, ex hac, sed in Romana synodo III. scripta fuit. Ipse enim Paulinus huic interfuit. Hac synodo enim Paulino sedem Antiochenam adjudicatam esse, ex Evagrii post obitum Paulini subrogatione colligere licet: ne totus oriens ab unitate ecclesiæ se præscinderet, ab excommunicatione Flaviani cessatum est, & schisma Antiochenæ ecclesiæ ad tempus certum toleratum fuit. Damasus subodoratus affectatam ab orientalibus Constantinopolitanæ ecclesiæ patriarchalem sedem ac dignitatem, etsi nihil hac de re in sua ad concilium synodica meminerit, canonem in collectione Cresconiana & Vaticano aliisve antiquis codicibus, post anathematismos supra descriptos extantem, edidisse videtur hunc.

Confessio fidei ad Paulinum scripta, an ex hoc concilio data fuerit.

"Hæc pertinent ad concil. Romanum I. sub Gelasio ann. 464.

Post has" omnes propheticas & euangelicas & apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est; etiam intimandum putavimus, quod quamvis per orbem catholicæ diffusæ ecclesiæ quasi unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana ecclesia" nonnullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prælata est: sed" & euangelica voce domini salvatoris nostri primatum obtinuit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cælorum: & quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo.* Addita est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vasis electionis, qui non diverso (sicut hæretici garriunt) sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est; & pariter supradictam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt, aliisque omnibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia, non

" non ullis

" abest &, in plerisq; cc.

Matth. 16.

E

A habens maculam, neque rugam, neque aliud hujuscemodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo atque euangelista consecrata est: ipseque in Ægyptum directus a Petro apostolo, verbum veritatis prædicavit, & gloriosum consummavit martyrium. Tertia autem sedes est apud Antiochiam beatissimi apostoli Petri, quæ habetur honorabilis, eo quod illam primitus quam Romam venisset, habitaverit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis" exorditum est.

B In actis Damasi papæ, quæ in ecclesia recitari solebant, habentur decreta Romani concilii hæc.

Vt decimæ atque primitiæ a fidelibus dentur: qui detrectant, anathemate feriantur. Qui fenori vacant, eadem sententia plectendos esse. Qui in ecclesia vanis sermonibus operam dant, ab ea ejici præcipiuntur. Omnes maleficos, sacrilegos, augures, aliisve superstitionibus vacantes, excommunicandos esse. Feminas illas, quæ a dæmone illusæ putant se noctu super animalia ferri, atque cum Herodiade circumvagari, eadem sententia plectendas esse.

C *Ex præscripto Nicæni canonis, ut ibi ponitur, ne diebus festis ante tertiam horam missæ canerentur; aliis vero diebus a media quarta usque ad nonam facere liceret: additumque decretum, quo jubetur in fine cujusque psalmi apponi: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.* Vide Baron. anno 382. numero 1. 2. 3. 17. 18. 19. & vigesimo.

" exordium in concil. supra citato.

Decreta Romani concilii sub Damaso.

"** ROMANA SYN. DAMASI QVINTA.

Ex libello synodico.

Αλλ' οὔπω τῆς αἱρετικῆς φλογὸς εἰς ἅπαν ἀποσβεσθείσης, Γρατιανοῦ τοῦ εὐσεβοῦς ἀναιρεθέντος, καὶ τῶν κακοδόξων ἐν τῇ Γραικίᾳ βαττλαειζόντων· Δάμασος ὁ πανίερος ἐν Ῥώμῃ σύνοδον συστησάμενος, ὅρον θεῖον ἐξέθετο·
D καὶ πρὸς τὴν ἀθροιζομένην ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν σύνοδον ἀπέστειλεν.

NONDVM tamen plane extincta hæretica flamma, Gratiano pio sublato, & iis, qui male sentiebant, in Græcia tumultuantibus: Damasus sanctissimus collecta Romæ synodo divinum decretum edidit, & ad eam, quæ Constantinopoli cogebatur synodus, emisit.

a CONCILIVM

CONSTANTINOPOLIT. II.

SVB DAMASO.

ANNO CHRISTI 382.

a *Concilium.*] Orientales a pontifice & imperatore ad concilium generale Romæ indictum per literas vocati, Constantinopoli convenerunt, ibique concilium hoc coegerunt, semel atque iterum post alios orientales etiam Gregorio Nazianzeno citato; idque eo fine, ut justis quibusdam prætextibus, de quibus supra dixi, declinarent Romanam synodum, in qua de Flaviani electione adversus Paulinum perperam facta, rationem reddere debuissent; deque canonibus

Qua ratione concilium habitum.

ANNO CHRISTI 385.

nonibus a se sancitis, num recte constituti essent, judicandi fuissent. Statim cum convenissent, ad concilium Romæ congregatum legatos miserunt, qui justa de causa orientales absentes excusarent: addiderunt iisdem, ut anno superiore in concilio Constantinopolitano universali gesta intelligerent, epistolam synodicam, quæ supra extat in concil. Constant. I. pag. 960. C.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITAN. III.

NECTARII SUB DAMASO.

"** *Ex libello synodico.*

ΟΝΠΕΡ οἱ ταύτης δεξάμενοι ἔξαρχοι, ὁ Βυζαντίου Νεκτάριος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας Θεόφιλος, μετὰ τῶν συμπαρόντων, συνοδικῶς ἀναθέματι καθυπέβαλον τοὺς ἐπιμένοντας Ἀρειανούς, Παυλιανούς, Ἀπολιναριστάς, Μαρκελλιανούς, καὶ Φωτεινιανούς· καὶ ὅρον ἐκθέμενοι πανσεβάσμιον, ἅμα ἀρχιερεῦσι πρὸς τὸν μακάριον ἐξαπέστειλαν Δάμασον.

QUOD & qui illi præerant, Nectarius Byzantii, & Alexandriæ Theophilus, una cum ceteris qui præsentes aderant, receperunt: & synodice anathemati subjecerunt eos, qui Ariani permanerent, Paulianos item, Apollinaristas, Marcellianos & Photinianos: & decreto edito perquam pio, una cum episcopis ad beatum Damasum id miserunt.

[a] SYNODUS SYDÆ HABITA ADVERSUS MASSALIANOS SUB DAMASO.

[a] *Synodus.*] His temporibus adversus Massalianos Sydæ congregatam esse synodum, Photius in bibliotheca ait his verbis, *Legimus synodum Sydæ factam adversus hæresim Massalianorum, id est, Euchaitarum vel Adelphiorum. Præfuit synodo Amphilochius episcopus Iconii, cum episcopis viginti quinque. Ex synodo ibi est synodica ad Flavianum Antiochenum episcopum, qui ea de causa etiam aliam synodum habuit. In eo concilio Syda habito, Adelphius licet pœnitentiam polliceretur, non est admissus, quamvis hæresim detestari videretur: quoniam non ex corde pœnitentia & renuntiatio facta esset* ". Vide Baron. anno 383. num. 39.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA SIRICII PAPÆ.

Ex libro pontificali.

SIRICIUS [a] natione Romanus, ex patre Tiburtio, [b] sedit annos quindecim, menses undecim, dies viginti quinque. Hic constitutum fecit de omni ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per universum mundum, ac per omnes provincias, ut in omni archivo ecclesiæ conservaretur, ob oppugnationem contra omnes hæreses. [c] Hic constituit ut nullus presbyter missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum. [d] Hic invenit Manichæos, quos in exilio deportavit. Et hoc constituit, ut non participarent cum fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret sanctum corpus dominicum vexare. Hic quoque constituit, ut si quis conversus de Manichæis rediret ad ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterii diebus vitæ teneretur obnoxius, ut jejuniis & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione usque ad ultimum diem transitus sui, humanitate ecclesiæ viaticum * eis largiretur. Hic constituit, hæreticos sub manus impositione recipi & reconciliari præsente cuncta ecclesia. Hic fecit ordinationes quinque in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros triginta unum, diaconos sexdecim, episcopos per diversa loca numero triginta duo. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria, octavo Kalendas Martii. Et cessavit episcopatus dies viginti.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Siricius.*] Post interregnum viginti dierum & unius, anno Christi 385. pridie Idus Ianuarii, Siricius non sine tumultu Ursicini schismatici, in locum Damasi suffectus fuit. Præsedit ecclesiæ sub Valentiniano secundo, Theodosio seniore, Arcadio & Honorio imperatoribus. Circa initium pontificatus Siricii, Augusta illa Iezabel Iustina Ambrosium persequitur. Antiocheni statuas Theodosii dejiciunt; pœnam idcirco incarcerationibus & privilegiorum spoliationibus inflictam, Chrysostomus & Flavianus deprecantur. *(Initium pontificatus Siricii quando & quomodo cœperit. Antiocheni statuas Theodosii dejiciunt.)*

Sancta Monica Augustini mater religiosissima ad beatam vitam evocatur, unius tantum solicita, ut pro se salutare sacrificium offeratur. *Tantum*, inquit, *illud vos rogo, ut ad altare domini memineritis mei ubi fueritis.* Dissensiones inter Epiphanium Constantiæ Cypri, & Ioannem Hierosolymorum episcopum, occasione hæresum Origenis, quas ille cum Rufino aliisque compluribus defendendas infeliciter susceperat, exortæ sunt. Quæ hereses hujus temporibus prodierint, quæ concilia habita fuerint, ex notis conciliorum & epistolarum constabit. *(S. Monica in obitu, pro se sacrificium offerri petit, ut scribit S. August. in lib. 9. confess. cap. 11. 12. 13.)*

b *Sedit annos quindecim.*] Annis tredecim, mense uno, diebus quatuordecim. Nam octavo Kalend. Martii anno 398. ex hac vita migravit. Hucusque si ab initio sedis tempora pontificatus Siricii computentur, assignatus numerus annorum, mensium & dierum, invenietur. Quod periclitanti ecclesiæ occasione Origenistarum, quos Marcella Romæ detexerat, ut infra in notis concilii Alexandrini sub Anastasio celebrati dicemus, non satis velociter occurrit, citissime ex hac vita sublatus est. *(Siricius quandiu claves ecclesiæ tenuerit.)*

c *Hic constituit ut nullus presbyter missas celebret per hebdomadam, nisi consecratum episcopi loci susceperit fermentum.*] Quid sit fermentum, quis illius usus, diximus supra in notis ad vitam Melch. verbo *Hic fecit.* Item canone 14. 32. & 49 concil. Laod. Quibus ea quæ hic subscribuntur, mirifice declarantur.

d *Hic invenit Manichaos, quos deportaverat.*] Hæc adversus Manichæos pontifex constituit, ideo quod a catholicis difficulter discerni possent. Secreta enim dumtaxat conventicula habuerunt, seque perjuriis & mendaciis interpositis, catholicos esse affirmarunt. De mendaciis, hæresi ac perjurio convicti, pœnitentiam simulate agentes, suamque hæresim exteriore actu detestati, interius Manichæi esse perseverarunt: ne detegerentur, catholicorum ecclesiam frequentantes, cum iisdem sacram eucharistiam participarunt. Iure igitur meritoque deprehensi, exilio mulctati, vel si pœnitentiam agerent, ad participandam sacram eucharistiam in fine vitæ dumta- *(Manichæorum simulatio.)*

ANNO CHRISTI 385.

Theodosius Manichæos ab orbe relegari jubet.

Manichæi solem ac lunam pro numine colunt.

xat admissi fuerunt. Ad instantiam Siricii pontificis, illud Theodosii imperatoris rescriptum lib. 18. de hæret. Cod. Theod. extans, promulgatum fuisse probabile est; quo prædictæ hæreseos sectarii, non ab urbe tantum, verum etiam ab universo orbe relegari mandantur. Cum in honorem solis ac lunæ die dominico & feria secunda jejunarent, solemque velut numen colentes, ad orientem conversi superstitiose adorarent, idemque etiam pie ac sancte catholici facerent, atque adeo nullo indicio a Manichæis catholici & orthodoxi discerni possent, sanctus Leo I. hunc orandi ritum ad tempus suspendit, ne quid fideli populo cum hæreticis commune esset, sed potius hoc indicio apertissime discernerentur. Baron. ano. 443. nu. 4. & 5.

[a]EPISTOLA I. SIRICII PAPÆ

AD HIMERIUM TARRACONENSEM.

I. *De Arianis non rebaptizandis.*

II. *Ut præterquam in pascha & pentecoste, nisi in necessitate & periculo, baptismum non celebretur.*

III. *De apostatis ab ecclesia separandis.*

IV. *Quod non liceat, alterius sponsam alteri in matrimonii jura accipere.*

V. *De his qui post pœnitentiam vel militiæ cingulum, vel nova conjugia, vel illicitos appetierunt concubitus.*

VI. *De monachis & sacris virginibus, propositum non servantibus.*

VII. *De sacerdotum vel Levitarum incontinentia.*

VIII *De admittendis ad clerum.*

IX. *De clericorum conversatione.*

X. *De his, qui grandævi ad sacram militiam convertuntur.*

XI. *De clericis, qui ad secundas nuptias transeunt, ut deponantur.*

XII. *Quæ feminæ cum clericis debeant habitare.*

XIII. *De monachorum promotione ad clerum.*

XIV. *Quod pœnitens non fiat clericus. Vel sic: De clericis, ut pœnitentiam per impositionem manus sacerdotis non accipiant.*

XV. *De pœnitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, ut non permittantur ad ordinem clericatus admitti. Vel sic: Ut si per ignorantiam, vel pœnitens, vel digamus, vel viduæ maritus clerici facti fuerint, non promoveantur.*

Siricius Himerio Tarraconensi episcopo salutem.

DIRECTA ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum fraternitatis tuæ relatio, me jam in sede ipsius constitutum (quia sic dominus ordinavit) invenit: quam cum in conventu fratrum solicitius legeremus, tanta invenimus, quæ reprehensione & correctione sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quia necesse erat, nos in ejus laboribus [1] curisque succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore, facto, ut oportebat, primitus meæ provectionis indicio, ad singula (prout dominus aspirare dignatus est) consultationi tuæ responsum competens non negamus: quia pro officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur: quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suæ protegit & tuetur heredes.

[1] labores curasque

I.

Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti, baptizatos ab impiis Arianis, plurimos ad fidem catholicam festinare, & quosdam de fratribus nostris, eosdem denuo baptizare velle, quod non licet: cum hoc fieri & apostolus vetet, & canones contradicant, & post cassatum Ariminense concilium, missa ad provincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis, aliisque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per invocationem solam septiformis spiritus, episcopalis manus impositione, catholicorum conventui sociamus. Quod etiam totus oriens occidensque custodit: a quo tramite vos quoque posthac minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali separari sententia.

II.

Sequitur de diversis baptizandorum temporibus, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio, quæ a nostris consacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione auctoritatis alicujus, sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac libere natalitiis Christi, seu apparitionis, nec non & apostolorum seu martyrum festivitatibus innumeræ (ut asseris) plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi privilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias, dominicum specialiter cum pentecoste sua pascha defendat, quibus solis per annum diebus, ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta, his dumtaxat * electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisque orationibus, atque jejuniis fuerint expiati, quatenus apostolica illa impleatur præceptio, ut *expurgato fermento veteri, nova incipiat esse conspersio*. Sicut sacram ergo paschalem reverentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus, qui necdum loqui poterunt [2] per ætatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri unda baptismatis, omni volumus celeritate succurri, ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens unusquisque de sæculo, & regnum perdat & vitam. Quicumque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis ægritudinis desperationem inciderint, & sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem, quo poscunt, momento temporis, expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte sufficiat: nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petræ, super quam Christus universalem construxit ecclesiam, soliditate divelli.

III.

Adjectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, (quod dici nefas est) transeuntes, & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos; quos a Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, jubemus abscindi. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his quamdiu vivunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia

Ep | De dif No ne | * e | 1. C | [2] po | Ma

gratia tribuenda: quia (docente domino) *nolumus mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.*

IV.

De conjugali autem violatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat omnibus modis inhibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

V.

De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui acta pœnitentia, tamquam canes ac sues ad vomitus pristinos & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus. Quorum professam incontinentiam, generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam suffugium non habent pœnitendi, id diximus ' decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacræ ' mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint: a dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quas ' tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico ' munere, cum ad dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus ' sublevari. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam [b] talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus.

VI.

Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscuerint: postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint, quod & publicæ leges & ecclesiastica jura condemnant. Has ergo impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu, ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam, possit indulgentia subvenire.

VII.

Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis injuriam, ita per vestras provincias calcatos atque confusos, caritate tua insinuante, reperimus, ut Ieremiæ nobis dicendum sit voce: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & flebo populum ' hunc die ac nocte?* Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lacrymas posse sufficere: quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? Præcipue quibus secundum beatum Paulum, *instantia quotidiana, & solicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Plurimos enim sacerdotes Christi atque Levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum, si æstimat, quod in lege Mosis passim sacris ordinibus a domino laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, præmonet, dicens: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus Deus vester.* [Levit. 20.] Cur etiam procul a suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare jussi sunt sacerdotes? [Luc. 1.] Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam, expleto deservitionis suæ tempore, uxorius usus solius successionis causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. Vnde & dominus Iesus, cum nos suo illustrasset adventu, [Matth. 5.] in euangelio protestatur, *quia venerit implere, non solvere.* Et ideo ecclesiam, [Cantic. 4.] cujus *sponsus est speciosus forma,* [' præ filiis hominum] castitatis voluit splendore radiare, ut in die judicii, cum rursus advenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per apostolum suum instituit, reperire. [Ephes. 5.] Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque Levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ, sobrietati ac pudicitiæ [1. Cor. 3.] & corda nostra mancipemus & corpora, [Ibidem 6. 2. Cor. 6.] dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus. [Sap. 1.] *Qui autem in carne sunt,* dicente electionis vase, *Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Et ubi poterit, nisi in corporibus (sicut legimus) sanctis, Dei spiritus habitare? [81. Dist. Aliquanti de.] Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quam diu vixerint, officio perseverent, si tamen post hæc continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti privilegii [Levit. 21.] excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec unquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum, si quilibet episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

VIII.

Didicimus etiam, licenter ac libere inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa conjugia, ad præfatas dignitates, prout cuique libuerit, aspirare. Quod non tantum illis, qui hæc immoderata ambitione pervertunt, quantum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus ' connivent, [' non obsistunt] Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt. Et ut taceamus, quod altius suspicamur; ubi illud est, quod Deus noster, data per Mosen lege, constituit dicens: *Sacerdotes*

Levit. 21. Ezech. 44. *dotes mei semel nubant?* Et alio loco: *Sacerdos* A *uxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, non meretricem.* Quod secutus apostolus, ex persecutore prædicator, *unius uxoris virum*, tam sacerdotem, quam diaconum, fieri debere mandavit. 1. Tim 3. Quæ omnia ita a vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de hujusmodi usurpationibus negligendum, ne nos indignantis domini vox justa corripiat, quia dicit: Psal. 49. *Videbas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuam cum adulteris portionem:* quid ab universis posthac ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus.

IX.

B Dist. 77. Quicumq; itaque se. Quicumque itaque se ecclesiæ vovit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ usque ad * tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus, acolythus & subdiaconus esse debebit: post quæ ad diaconii gradum, si se ipsa primitus, continentia præeunte, dignum probarit, accedat. Vbi, si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, congrue presbyterium consequatur. Exinde, post decennium, episcopalem cathedram C poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata.

* al. vicesimum, ita mſ. Iust.

X.

Qui vero jam ætate grandævus, melioris propositi conversatione provocatus, ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur; si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus judicatus fuerit) provehatur. D Exinde jam accessu temporum, ' presbyterium vel episcopatum, si eum cleri ac plebis evocarit electio, non immerito ' sortietur.

' presbyterio vel episcopatui ' societur.

XI.

Dist 84. Quisquis cle. Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

XII.

Dist. 81. Feminas. Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

XIII.

E Can. 3 Nicæn. syn. 16. q. Monachos quoque. Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, & vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus, ita ut qui intra tricesimum ætatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos, crescente tempore, promoveantur ordinibus: & sic ad diaconatus vel presbyterii insignia, maturæ ætatis consecratione perveniant. Nec ' statim saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita.

' per saltus

XIV.

Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post pœnitudinem ac reconciliationem, nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

Dist. Illud...

XV.

Et quia in his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu, necesse est clementer ignoscere: quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus, ad sacram militiam indebite & incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc quo invenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat: scituri posthac omnium provinciarum summi antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra canones & interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam.

Dist. Qui pœn...

Explicuimus, ut arbitror, frater carissime, universa quæ digesta sunt in querelam: & ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum, ad Romanam ecclesiam, utpote ad caput tui corporis, retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus: Nunc fraternitatis tuæ animum ad servandos canones, & tenenda decretalia constituta, magis ac magis incitamus, ut hæc quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem: & non solum * eorum, qui in tua sunt diœcesi constituti: sed etiam ad universos Carthaginenses ac Bæticos, Lusitanos atque Gallicos ', vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis, hæc quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis apostolicæ, vel canonum venerabilia definita, nulli sacerdotum domini ignorare sit liberum: utilius tamen atque pro antiquitate sacerdotii tui, dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea, quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimitatis tuæ solicitudinem, in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur, quatenus & quæ a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela & deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, & omnibus in posterum excusationibus aditus, qui jam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data 3. Idus Februar. Arcadio & Bautone viris clarissimis consulibus.

* al... ' Gal... f. G... nos...

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Himerius Tarraconensis episcopus, de nonnullis rebus dubiis Damasum per literas consuluerat, quo defuncto successor illius Siricius ad singula interrogata accurate & scite respondit: quæ quidem non in provincia Tarraconensi tantum observari voluit, sed etiam in Carthaginensi, Bætica, Lusitania atque Gallecia custodiri mandavit.

b *Talibus pollutionibus devinxerunt.*] Calvinus reprehendit Siricium pontificem, quasi hoc loco conjugium pollutionem vocaverit. Sed more suo, & hæreticorum omnium

omnium valde impudenter & calumniose Non enim conjugium verum & legitimum pollutionem appellat, sed illicitam conjunctionem eorum, qui post peractam publicam pœnitentiam, ad eamdem illicitam conjunctionem iterum revertuntur, propter quam pœnitentiam egerant. Nemo autem propter legitime contractum matrimonium pœnitentiam egit. Vide Bellarmin. de Rom. pont. lib. 4. cap. 10.

[a] EPISTOLA II. SIRICII PAPÆ.

Adversus Iovinianum hæreticum, 'ejusque socios, ab ecclesiæ unitate removendos.

Siricius Mediolanensi ecclesiæ.

OPTAREM semper, fratres carissimi, dilectionis & pacis vestræ * sinceritatis gaudia nuntiari, ita ut vicissim discurrentibus literis, sospitatis vestræ juvaremur indicio: quia non patitur quietos nos ab incursatione sua vacare hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, se ante decepit; pudicitiæ adversarius, luxuriæ magister: crudelitatibus pascitur, abstinentia puniendus; odit jejunia, ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, apostoli sententia repercussus, dicentis: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* O infelix audacia, o desperatæ mentis astutia! Tam incognitus sermo hæreticorum intra ecclesias cancri more serpebat, ut occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortem. Et nisi dominus Sabaoth laqueum, quem paraverant, dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis publicata, multorum simplicium corda traxisset in ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, volens magis per ' spatiosa volitare, quam arctæ viæ iter cum labore transire. Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi mihi, quæ gesta sunt hic, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorantia cujuspiam sacerdotis, pessimorum hominum ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio violaret, sicut scriptum est, dicente domino: *Multi venient ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Hi sunt videlicet, qui subtiliter Christianos sese jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinæ disputationis effundant, *ut sagittent in obscuro rectos corde,* atque ' veritatem catholicam vertendo, ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atque ovium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab ' apostolis nunc usque didicimus, & experti probavimus; sed nunquam tales canes ecclesiæ mysterium latratibus fatigarunt, quales nunc subito hostes fidei erumpentes, doctrina perfidiæ polluta, cujus sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nam cum alii hæretici singula sibi genera quæstionum, male intelligendo, proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus, isti non habentes vestem nuptialem, sauciantes catholicos, novi ac veteris testamenti (ut dixi) continentiam pervertentes, ac spiritu diabolico interpretantes, illecebroso atque ficto sermone aliquot Christianos cœperunt jam vastare, atque suæ dementiæ sociare, intra se continentes nequitiæ suæ virus. Verum illecti, ' blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, & desperatæ mentis furore conciti, passim in favorem gentilium publicarunt. Sed a fidelissimis Christianis veris genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem subito scriptura horrifica videtur esse delata, ut sacerdotali judicio detecta, divinæ legi contraria, spirituali sententia deleretur. Nos sane nuptias ' non aspernanter accipimus, quibus velamine intersumus: sed virgines, quas nuptiæ creant, Deo devotas, majore honorificentia veneramur '. Facto ergo presbyterio, constitit doctrinę nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria. Vnde apostolicum secuti præceptum, *quia aliter, quam quod accepimus, annuntiabant,* omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum, quam etiam totius cleri una ' suscitata fuit sententia, ut Iovinianus, Auxentius, Genialis, Germinator ', Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui ' incentores novæ hæresis & blasphemiæ inventi sunt, divina sententia & nostro judicio in perpetuum damnati, extra ecclesiam remanerent. Quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & compresbyteros meos, Crescentem, Leopardum & Alexandrum, qui religiosum officium fidei possint spiritu adimplere ferventes.

'nuptiarum vota

' munera-mus.

Gal. 1.

Decreto ecclesiæ Romanæ Ioviniani hæresis sacrarum virginum nuptias inducens, damnatur.

' unam factam constat esse sententiam

' Minator

' accentores

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola II.*] Iovinianus Mediolano expulsus, anno sexto pontificatus Siricii Romam venerat, ibique non tantum sermone, verum etiam scriptis a se commentariis plurimos catholicos hæresi sua infecerat. Quod cum Pammachius senatorii ordinis vir eximius intellexisset, ad pontificem eum detulit. Pontifex vero coacto presbyterio hæresiarcham condemnavit, deque ejus condemnatione Mediolanensem ecclesiam per hasce literas a tribus legatis presbyteris isthuc transmissas certiorem reddidit. Vide notas seq ep. & conc. Mediolanensis.

RESCRIPTVM EPISCOPORVM, AMBROSII, &c. AD SIRICIVM PAPAM.

Siricii pontificis solicitudinem in hæreticis damnandis laudant, ac Ioviniani errores rationibus & testimoniis refellunt.

Domino dilectissimo fratri Siricio papæ Ambrosius, Sabinus, Bassianus & ceteri.

[a] RECOGNOVIMVS literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, [b] qui diligenter commissam tibi januam serves, & pia solicitudine Christi ovile custodias, dignus quem oves domini audiant & sequantur. Et ideo, quia nosti oviculas Christi, lupos facile deprehendis, & occurris quasi providus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ, feralique ululatu dominicum ovile dispergant. Laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex domini perhorruit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem servare, promiscue omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quamdam cælestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Simulant se ista donare conjugio. Sed quæ potest laus esse conjugii, si nulla virginitatis est gloria? Neq; vero nos negamus sanctificatum a Christo esse conjugium, divina voce dicente: *Erunt ambo in una carne & in uno spiritu.* Gen. 2.
Sed prius est, quod nati sumus, quā quod effecti:

multoque præstantius divini operis mysterium, quam humanæ fragilitatis remedium. Iu : laudatur bona uxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente apostolo:

1 Cor. 7. Ibid. *Qui jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. Hæc enim cogitat quæ Dei sunt: illa, quæ mundi.* Illa conjugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium, per quod est inventa posteritas succession. humanæ: sed melior virginitas, per quam reg cælestis hereditas acquisita, & cælestium meritorum reperta successio. Per mulierem culpa successit, per virginem salus evenit. Denique speciale sibi donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in se repræsentavit, quod elegit in matre. Quanta c ientia funestorum latratuum, ut iidem dice ent, Christum ex virgine non potuisse genera. , qui asserunt ex muliere, editis humanorum pignorum partubus, virgines permanere? Aliis ergo præstat Christus, quod sibi (ut dicunt) præstare non potuit? Ille vero qui sic carnem suscepit, etsi homo factus, ut hominem redimeret, atque a morte revocaret; inusitato tamen quasi Deus itinere venit in

Apoc. 21. Isa. 43. Matth. 1. terras, ut quemadmodnm dixerat, *Ecce facio omnia nova*, partu etiam immaculato virginis nasceretur, & (sicut scriptum est) crederetur nobiscum Deus. Sed de via perversitatis produntur dicere, virgo cor -epit, sed non virgo generavit. Quæ potuit ' go virgo concipere, potuit virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur. Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi,

Luc. 1. credatur monitis angelorum dicentium: *Quia non est impossibile Deo omne verbum*: credatur symbolo apostolorum, quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit & servat. Audivit

Ibid. Maria vocem angeli, & quæ dixerat ante: *Quomodo erit istud?* non de fide generationis interrogans, respondit postea: *Ecce ancilla domini, contingat mihi secundum verbum tuum.* Hæc est virgo, quæ in utero concepit, virgo quæ peperit filium. Sic enim scriptum est:

Isa 7. *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium.* Non enim concepturam tantummodo virginem, sed & parituram virginem dixit. Quæ autem est illa porta

Ezech. 44. sanctuarii, *porta illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo* (inquit) *pertransibit per eam, nisi solus Deus Israel?* Nonne hæc porta Maria est, per quam in hunc mundum redemptor intravit? Hæc porta justitiæ, sicut ipse di-

Matth. 3. xit: *Sine nos implere omnem justitiam.* Hæc por-

Ezech 44. ta est beata Maria, de qua scriptum est, *quia dominus pertransibit per eam, & erit clausa* post partum, quia virgo & concepit, & genuit. Quid autem incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quan-

Psal. 113. Iosu 3. do contra usum naturæ, *mare vidit & fugit, atque in fontem suum Iordanis fluenta remearunt?*

Exod 17. Deut. 8. Exod. 14. Exod. 17. Deut. 8. 4. Reg. 6. Matth. 14. Non ergo excedit fidem, quod virgo peperit, quando legimus, quod & pe: a vomuit aquas, & in muri speciem maris unda solidata est. Non excedit fidem, quod homo exivit ex virgine, quando petra pro fonte flumen scaturivit, ferrum super aquas natavit, ambulavit homo super aquas. Ergo si hom nem unda portavit, non potuit hominem virgo generare? At quem ho-

Isa. 19. minem? De quo legimus, *Et mittet illis dominus hominem, qui salvos faciet eos, & notus*

Exod. 15. *erit dominus Ægyptiis.* In veteri itaque testamento,* virgo Hebræorum per mare duxit exercitum. In novo testamento, virgo regis aula cælestis electa est ad salutem. Quid autem etiam viduitatis attexamus præconia, cum in euangelio, post virginis celeberrimum partum, Anna vidua subrogetur, *quæ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua; & hæc vidua erat annorum 84. quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens die ac nocte?* Merito ab illis viduitas despicitur, quæ solet observare jejunia, quibus se lolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam ulciscuntur injuriam, quotidianisque conviviis, usuque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipsi se suo ore condemnant. Sed enim metuunt, ne in istis illud jejunium reputetur. Eligant, quod volunt. Si aliquando jejunaverunt, gerant ergo boni facti sui pœnitentiam. Si nunquam, suam ergo ipsi intemperantiam & luxuriam confiteantur. Et ideo dicunt, Paulum luxuriæ magistrum fuisse. At quis erit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigavit corpus suum, & in servitutem redegit, atque jejuniis multis se debitam Christo observantiam detulisse memoravit, non ut se suaque laudaret, sed ut nos quid sequeremur, doceret? Ille ergo luxuriam docuit, qui ait: *Quid adhuc, velut viventes, de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis, quæ sunt omnia in corruptelam:* qui ait, *non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis, non in desideriis erroris, sed in spiritu, quo renovamur, esse vivendum.* Si parum est quod apostolus dixit, audiant prophetam dicentem: *Et cooperui in jejunio animam meam.* Ergo, qui non jejunat, intectus & nudus est, & patet ulneri. Denique, si Adam se texisset jejunio, non fuisset nudus effectus. Ninive se a morte jejunio liberavit. Et ipse dominus ait: *Non ejicitur hoc genus, nisi per orationem & jejunium.* Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum jam dignum præmium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo huc venerunt, ne superesset locus, in quo non damnarentur, qui vere se Manichæos probaverunt, non credentes quia ex virgine utique venisset. Quænam hæc est suppar novorum Iudæorum amentia? Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse: ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemptor est noster. Manichæus est, qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat: & ideo non est illis remissio peccatorum, sed impietas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est imperator, & omnes qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt; sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri, Crescens, Leopardus & Alexander, sancto ferventes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex urbe quasi profugos repulerunt. Itaque Iovinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martinianum, Ianuarium & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnavit, scias apud nos quoque secundum judicium tuum esse damnatos. Incolumem te & florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater. Item subscriptio: Ego Eventius episcopus saluto sanctitatem tuam in domino, & huic

& huic epiſtolæ ſubſcripſi. Maximus epiſcopus, Felix epiſcopus, Baſſianus epiſcopus, Theodulus epiſcopus, ex juſſu domini epiſcopi Geminiani, ipſo præſente, Aper preſbyter ſubſcripſi. Eutaſius epiſcopus, Conſtantius epiſcopus, Euſtaſius epiſcopus, *eo omnes ordine ſubſcripſerunt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Recognovimus.*] Hæc epiſtola ſynodalis, a patribus Mediolanenſis concilii ſcripta. Cum enim per literas præcedentes a Siricio acceptas, Iovinianum ſententia pontificis condemnatum fuiſſe intellexiſſent, ſynodali judicio deſuper habito, in eamdem ſententiam deſcenderunt; & poſtea quid in ſynodo actum fuiſſet, per hanc ſynodicam, pontificem certiorem reddiderunt, ejuſque in condemnandis hæreticis ſolicitudinem laudarunt; & Ioviniani errores rationibus & teſtimoniis refutarunt.

[b] *Qui diligenter commiſſam tibi januam ſerves.*] Horum patrum teſtimonio conſtat, Petrum & Petri ſucceſſorem Romanum pontificem, janitores eſſe illius oſtii, de quo Chriſtus Ioannis c. 10. *Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſalvabitur.* Et rurſus: *Qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, hic fur eſt & latro.* Legitime igitur ingrediuntur eccleſiam, quibus tantus janitor aperuerit: legitime excluduntur, quibus idem fores occluſerit.

EPISTOLA III. SIRICII PAPÆ AD UNIVERSOS ORTHODOXOS.

I. *Ut indignus nullus efficiatur epiſcopus.*
II. *Ut ignotis ſacerdotium non detur.*
III. *Ut neophyti vel laici, ſacerdotes non fiant.*

Siricius papa, orthodoxis per diverſas provincias.

I.

COGITANTIBUS nobis metum divini judicii, fratres cariſſimi, & poſt hanc vitam unumquemque, prout geſſerit, recepturum: quid in querelam veniat, tacere non licuit, ſed nobis loqui neceſſitas imperavit, dicente propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam.* Et cui omnium eccleſiarum cura eſt, ſi diſſimulem, audiam, domino dicente: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditiones veſtras ſtatuatis.* Quid enim aliud eſt rejicere mandatum Dei, quam privato judicio & humano conſilio novis rebus conſtituendis liberius delectari? Perlatum itaque eſt ad conſcientiam apoſtolicæ ſedis, contra eccleſiaſticum canonem præſumi, & quæ ita ſunt a majoribus ordinata, ut ne vel levi ſuſurro debeant violari, proprias quoſdam obſervationes novas inducere, & prætermiſſo fundamento, ſupra arenam velle ' conſtruere, dicente domino: *Non tranſibis ' terminos, quos conſtituerunt patres tui.* Quod & ſanctus quoque apoſtolus, novi & veteris teſtamenti prædicator, monet, in quo locutus eſt Chriſtus: *State, inquit, & tenete traditiones veſtras, quas didiciſtis, ſive per verbum, ſive per epiſtolam.* Qua de re videt veſtra ſinceritas, in ſacris miniſteriis aut in ordinationibus veſtris, quantum ſacerdotum magna cura & diligens ſolicitudo debeat obſervari. Denique ad Timotheum loquitur: *Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Quod propterea memoratur, ut examine habito, & probitate morum & eccleſiaſtico labore ſit commendatior, qui vocatur in medium, ut ſummum ſacerdotium poſſit accipere, probatus judicio, non favore: ſuſceptus veritate, non gratia: apoſtolico ordine * functus, non præcipiti voluntate. De quo, cariſſimi, mihi ante veſtram ſinceritatem hujuſmodi literæ cucurrerunt, multo fratrum & conſacerdotum conſenſu, ut hac veſtra ſubſcriptione firmata eccleſiaſtica canonis diſpoſitio, quæ apud Nicæam tractata * eſt, confirmata, ſuo merito fundatiſſima permaneret: ut tales videlicet ad eccleſiaſticum ordinem permitterentur accedere, quales apoſtolica auctoritas jubet, non quales dico, vel eos, qui cingulo militiæ ſæcularis adſtricti, olim gloriati ſunt. Qui poſteaquam pompa ſæculari exultaverunt, aut negotiis reipublicæ optaverunt militare, aut mundi curam tractare, adhibita ſibi quorumdam manu, & proximorum favore ſtipati, hi frequenter ingeruntur auribus meis, ut epiſcopi eſſe poſſint, qui per traditionem & euangelicam diſciplinam eſſe non poſſunt. Quantis hoc aliquoties certatum eſt viribus? Sed nihil tale potuit ' elici, quæ ratio non compellit. Etiam de longinquo veniant ordinandi, ut digni poſſint & plebis & noſtro judicio comprobari.

* for. eſt aut
* for. eſt &
' eligi

II.

* Quantum illicitum ſit illud, æſtimari non poteſt, ut tranſeuntes (ſive ſimulent, ſive ſint monachi, quod ſe appellant, quorum nec vitam poſſumus ſcire, nec baptiſmum: quorum fidem incognitam habemus, nec probatam) nolint ſumptibus adjuvare, ſed ſtatim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare feſtinent, aut quod eſt gravius, epiſcopos conſtituere non formident. Carius apud illos, dari ſumptum tranſeunti, quam ſacerdotium non retento. Inde in ſuperbiam exaltantur, inde inſuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in eccleſiaſticis toto orbe peregrini * diſcere non aſſeruntur.

* Quam
* non diſcere

III.

Certe illud etiam non fuit prætermittendum, ut quod ſemel aut ſecundo neceſſitas hæreticorum intulit, contra apoſtolica præcepta, velut lege licitum, * præſumi, neophytum vel laicum, qui nullo eccleſiaſtico functus fuerit officio, inconſiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare: quaſi meliores apoſtolis ſint, quorum audeant mutare præceptum: Et qui non didicit, jam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum? Nec inter diaconos, nec inter alios clericos invenitur, qui ſacerdotio dignus habeatur, ſed ad condemnationem eccleſiæ, laicus poſtulatur? Quod ne fiat ultra, admoneo. Prædico, ut unam fidem habentes, unum etiam in traditione ſentire debeamus, probantes nos unanimes atque concordes* pacifici in Chriſto, & in obſervationibus apoſtolicis habere caritatem. Medio itaque Patre & unigenito Filio ejus & Spiritu ſancto, & unius divinitatis trinitate, convenio, ut in his fides catholica & diſciplina noſtra permaneat. Nec quiſquam putet, tamquam ordinationes terrenas fieri, cum cæleſte ſit ſacerdotium, ut fidelibus gloria maneat dignitatis ejuſdem, & ante tribunal Chriſti exhinc non habeat, quod accuſet.

* cœpiſſe præſumi, ita mſ. Iuſt.
1. Tim. 3.
* for. pacifici in Chriſto,

EPISTOLA IV. SIRICII PAPÆ.

Dilectiſſimis fratribus & coepiſcopis per Africam, Siricius."

CUM in unum plurimi fratres conveniſſemus ad ſancti apoſtoli Petri reliquias," per quem & apoſtolatus & epiſcopatus in Chriſto cœpit exordium, placuitque propter emergentes plurimas cauſas, quæ in aliquantis non

" Hæc eſt ſynodalis concilii Romani.
" quæ ſequuntur eadem fere reperiuntur in ep. Innocentii I. papæ ad Victricium Rothomagenſem ep. ideoque quibuſdam ſuſpecta, minus recte: cum Inn. libenter relegat veſtigia, Siricii, ut patet ep. 3. aliiſque.

non erant causæ, sed crimina, ut de cetero solicitudo esset unicuique in ecclesia curam hujusmodi habere, sicuti apostolus prædicat Paulus; *Talem Deo ecclesiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam*, ne per alicujus morbidæ afflatum oris, conscientia nostra contaminata videretur. hac de re, meliore consilio id sedit, propter eos maxime, qui in præsenti valetudine corporis, aut fessæ ætatis causa, adesse minime potuerunt; quo perpetuo istiusmodi forma servetur, literas tales dare placuit, non quæ nova præcepta aliqua imperent, sed quibus ea, quæ per ignaviam desidiamque aliquorum neglecta sunt, observari cupiamus; quæ tamen apostolica & patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est: *State, & tenete traditiones nostras, sive per verbum, sive per epistolam:* Illud certe vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius * excutere, ut ab omni labe sæculi istius immunes securique ad Dei conspectum veniamus. * Nec enim erimus immunes, qui & præsumus plebibus, cum scriptum sit: *Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur.* Ergo, quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum disciplinam deificam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta majorum contemnentes, castitatem ecclesiæ præsumptione sua violarunt, voluptatem populi sequentes, Dei judicium non timentes. Ergo, ne pari more silentio connivere, atque adhibere consensum talibus videamur, unde gehennæ pœnas possimus incurrere; dicente domino: *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas:* hæc sunt, quæ deinceps, intuitu divini judicii, omnes catholicos episcopos expedit custodire.

Ephes. 5. — 2.Thess. 2 — * excitare — * non — Luc. 12. — Psal. 49.

I. Vt extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim judicium est, quod plurimorum sententia consequatur.

Dist. 64. Extra conscient.

II. Ne unus episcopus episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum.

Nicænæ synod. c. 4.

III. Item, si quis post remissionem peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

IV. Vt mulierem, id est, viduam, clericus non ducat uxorem.

V. Vt is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

VI. Vt de aliena ecclesia ordinare clericum nullus usurpet.

VII. Vt abjectum clericum alia ecclesia non admittat.

VIII. Vt venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, præter eos quos rebaptizant.

IX. Præterea, quod dignum & pudicum & honestum est, suademus ut sacerdotes & levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio divino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios namque sic Paulus scribit, dicens: *Abstinete vos, ut vacetis orationi.* Si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint deprecantes audiri: quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? excusabit? Quo pudore, qua mente usurpabit? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Qua de re, hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest jure etiam gentilitas accusare. * Forte creditur, quia scriptum est: *Vnius uxoris virum.* Non * permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admisit, qui ait: *Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti & ego.* Et apertius declarat, dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu.*

1. Cor. 7. — Tit. — * sed licet credi — 1.Ti Tit. — * pe tem — 1.Co Rom

Hæc itaque, fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus observata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæviendi, manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur. Caritas spiritali fervore flagrabit: pax prædicata labiis, cum voluntate concordabit. Pax utique Dei nostri salvatoris, quam proximus passioni servandam esse præcepit, & hæreditario eam nobis jure dereliquit, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis:* & dictum apostoli, *ut unanimes, unum sentientes, permaneamus in Christo; nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes; nec hominibus, sed Deo nostro salvatori placentes.* His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet dominus corpora nostra & animas nostras in diem, *qua redditurus est unicuique juxta opera sua.* Si quis sane inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit evagari, sciat se a nostra communione seclusum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum judicio esse debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, * qui sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ in concilio episcoporum octoginta, sub die octava Idus Ianuarii, post consulatum Arcadii Augusti & Bautonis, virorum clarissim. consulum.

Ide tur Inno papa Vict cium — Ioan — Phil — Rom — * fo secur — Anno mini * corr

EPISTOLA MAXIMI AD SIRICIVM PAPAM.

Siricius papa a Maximo catholicæ fidei confessionem literis postulaverat; quibus ipse respondet, se & catholicam fidem profiteri, & sibi esse propositum, ut orthodoxa fides illæsa & inviolabilis perseveret. De Agricii etiam cujusdam presbyteri ordinatione, & de Manichæorum sceleribus agit.

Victor Maximus perpetuus triumphator Augustus domino vere sancto apostolico viro Siricio salutem.

ACCEPIMVS literas sanctitatis tuæ, quæ nobis fuere gratissimæ, quæque plane & nomini sacerdotis, & dignitati urbis splendidissimæ convenirent. Fidei vero catholicæ, de qua clementiam nostram consulere voluisti, quo majus circa me & speciale judicium divinitatis experior, hoc me confiteor curam habere majorem; qui videlicet ad imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim, & cui in omnibus semper conatibus atque successibus Deus fautor affuerit, cujusque hodie, & ut spero

ſpero perpetuo protector & cuſtos eſſe dignetur, pater cariſſime. Ceterum de Agricio, quem indebite ad preſbyterii gradum conſcendiſſe commemoras, quid religioni noſtræ catholicæ poſſum præſtare reverentius, quam ut de hoc ipſo, cujuſcemodi eſſe videatur, catholici judicent ſacerdotes? Quorum conventum ex opportunitate omnium, vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque provincias commorantur, in qua elegerint urbe, conſtituam, ut iiſdem reſidentibus & cognoſcentibus, quid habeat conſuetudo, quid legis ſit, judicetur. Hæc enim quæ libris ſunt aſſerenda, & majorum noſtrorum religioſiſſimis conſtitutis, ipſi poſſunt melius aſtruere, qui norunt. Ceterum id nobis animi & voluntatis eſſe profitemur, ut fides catholica, procul omni diſſenſione ſubmota, concordantibus univerſis ſacerdotibus, & unanimiter Deo ſervientibus, illæſa & inviolabilis perſeveret. Nam noſter adventus ita inquinata aliqua, & ſceleratorum labe polluta deprehendit & reperit, ut niſi noſtra proviſio atque medicina, quæ ex Dei ſummi timore veniebat, his opem celeriter attuliſſet, ingens profecto divulſio atque perditio fuiſſet exorta, & vix ſananda poſtea vitia concreviſſent. Ceterum quid adhuc proxime proditum ſit Manichæos ſceleris admittere, non argumentis, neque ſuſpicionibus dubiis vel incertis, ſed ipſorum confeſſione inter judicia prolatis, malo quod ex geſtis ipſis tua ſanctitas, quam ex noſtro ore cognoſcat: quia hujuſmodi non modo factu turpia, verum etiam fœda dictu, proloqui ſine rubore non poſſumus. *Manu imperatoris:* Divinitas te ſervet per multos annos.

EPIST. MAXIMI AD VALENTINIANUM AUGUSTUM.

Valentinianus junior Auguſtus, Iuſtina matre, quæ Arianæ hæreſi erat addicta, inſtigante, Mediolani S. Ambroſium, & ceteros catholicos acriter inſectabatur: qua re cognita Maximus Valentinianum hortatur, ut paternam imitatus religionem, a vi eccleſiis & ſacerdotibus inferenda abſtineat.

NISI clementiæ noſtræ circa ſerenitatem tuam fides ſimplex eſſet, & gratia plena concordiæ, confido etiam, quod commoda rationibus meis eſſe poſſent hæc, quæ nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatis tuæ, catholicæ legis turbatio atque convulſio. Quid enim tam optandum poſſit eſſe ei, ſi quis eſſet inimicus, quam adverſus eccleſias Dei, hoc eſt, adverſus Deum ipſum, & aliqua moliri, & ubi error excuſabilis non eſt, ibi velle peccare? Sed quoniam ſerenitati noſtræ & in Deum religio major, quam violari etiam ab inimiciſſimo quoque non optabile nobis arbitramur, & circa ſereniſſimam juventutem tuam tam arcta noſtri cura, tam ſedula eſt, ut recte facta magis nos ſua, quam errata delectent: idcirco perennitatem tuam credidimus commonendam, ut introſpecta ratione nominis ſummi, & majeſtatis ipſius conſiderata potentia, quid agere debeas, ſolida mente perpendas. Audivi enim (nam fama non patitur occultari, præſertim quod agatur in populos) novis clementiæ tuæ edictis eccleſiis catholicis vim illatam fuiſſe, obſideri in baſilicis ſacerdotes, mulctam eſſe propoſitam, pœnam capitis adjectam, & legem ſanctiſſimam ſub nomine neſcio cujus legis everti. Hoc quam grave ſit, poteris intueri, ſi Dei magnitudinem volueris cogitare. Erubeſco, ſi quam crediderit ſerenitas tua aſtruere vellem rationem, & Dei agere cauſam. Quid enim ſi hoc ſolum eſſet? Si enim jam per tot ſæcula coalita & confirmata mutare, parvamne excitare diſcordiam videretis? ipſis humanis legibus in hac mortalitate habet noſtra reverentiam conſuetudo, & in re jam vetuſta atque uſitata aliquid novum feciſſe, reprehenſio eſt. Italia omnis atque Africa hoc ſacramento credunt, hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hiſpania, Roma ipſa venerabilis, cujus etiam in hac parte principatus eſt, quod Deum ſicut ſequi voluit, agnovit. Confitebor ipſe quod non ſine mœrore dictum eſt, ſolum diſſentiebat Illyricum; utinam quod erraſſet, non extaret exemplum Vtinam illud incolume Arianæ legis Murſinenſe oppidum permaneret, & non ad judicium quondam erroris miſeri concidiſſent, quia ipſos erudiſſet auctores, ne præcipua irati numinis ultione procumberent: periculoſe, mihi crede, divina tentantur. Venerabilis memoriæ D. Valentinianus pater clementiæ tuæ, hac fide fideliter imperavit. Nihil ille attingere voluit, quod bene conſtitutum videbat. Hi certe ſub eodem epiſcopi jam fuerunt. Quæ tanta mutatio, ut qui antea ſacerdotes, nunc ſacrilegi judicentur? Iiſdem certe præceptis, iiſdem ſacramentis dicati, eadem fide credunt, qui ante crediderunt. An putat venerabilis mihi ſerenitas tua conceptam ſemel in animis hominum religionem, quam Deus ipſe conſtituit, poſſe convelli? quantæ ex hoc diſcordiæ excitabuntur? quantæ contentiones oborientur? quam crebræ ac peſtiferæ ſeditiones? quanta & quæ pervenientia ad Deum vota juſtorum? cum inter Chriſtianos (quod dictu nefas ſit) quædam perſecutionis imago naſcatur. Videris in quam partem hanc ſedulitatem noſtram interpreteris? nullo certe majori genere curam meam circa clementiam tuam probare tibi poſſem, quam ſi te horter, ut deſinas. Puto enim recognoſces, quod nemo hoc ſuaderet inimicus. Hæc amabiliter a nobis dicta eſſe opto ut intelligas, ſpero quod credas: unde æquum admodum eſt, ne ſancto numini dicata convellas. Italiam omnem, & venerabilem Romam, ceteraſque provincias ſuis eccleſiis, ſuis ſacerdotibus reddas, neque te medium interſeras, cum fas ſit juſtius eos, qui a catholica eccleſia Arianorum interpretatione diſceſſerint, errorem ſuum vera religione mutare, quam recte ſentientibus ſuam immittere pravitatem.

Novitas in rebus religionis quæ fit deteſtanda. Romæ eſt principatus religionis.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Sequentem ad Illyricianos epiſtola ſub nomine Siricii papæ edidit Lucas Holſtenius cum pluribus aliis ad concilia ſpectantibus quæ anno tandem Chriſti 1662. vulgata ſunt, cum antea falſo tributa fuerit S. Ambroſio, ſitq; ordine quinta inter ejus epiſtolas. Falſo, inquam, cum ejuſdem S. Ambroſii expreſſa habeatur in eadem epiſtola mentio. Porro non addidit Holſtenius, ex conjectura ne, an ex mſ. aliquo, eoque probæ notæ codice, emendationem illam fuerit aggreſſus, quod tamen ſcire lectores plurimum intererat ob rei momentum: neque enim defuere qui cum Iacobo Almaino, Thoma de Vio card. Cajetano, aliiſque, deceſſori Siricii Damaſo eamdem tribuerent.

** *Dilectissimis fratribus Anysio & ceteris episcopis per Illyricum constitutis Siricius.*

ACCEPI literas vestras de Bonoso episcopo, quibus vel pro veritate, vel pro modestia nostram sententiam sciscitari voluistis. Sed cum hujusmodi fuerit concilii Capuensis judicium, ut finitimi Bonoso atque ejus accusatoribus judices tribuerentur, & præcipue Macedones, qui cum episcopo Thessalonicensi de ejus factis vel cognoscerent, advertimus quod nobis judicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, recte de iis quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc B recepistis judicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi, vel accusatoribus vel accusato copiam dare. Vicem enim synodi recepistis, quos ad examinandum synodus elegit. Denique cum Bonosus episcopus post judicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui ejus sententiam consuleret, interdictam sibi ecclesiam irrumpere atque ingredi, responsum est ei, quod nihil temerandum foret, sed omnia modeste patienter ordine gerenda, neque contra sententiam vestram tentandum aliquid, ut quod videretur vobis justitiæ convenire, statueretis, quibus C hanc synodus dederat auctoritatem. Ideo primum est ut ii judicent, quibus judicandi facultas est data. Vos enim totius, ut scripsimus, synodi vice decernitis; nos quasi ex synodi auctoritate judicare non convenit. Sane non possumus negare de Mariæ filiis jure reprehensum; meritoque vestram sanctitatem abhorruisse, quod ex eodem utero virginali, ex quo secundum carnem Christus natus est, alius partus effusus sit. (Rom. 6.) Neque enim elegisset dominus Iesus nasci per virginem, si eam judicasset tam incontinentem fore, ut illud genitale dominici corporis, illam aulam regis æterni, concubitus humani semine coinquinaret. Qui enim hoc adstruit, nihil aliud nisi perfidiam Iudæorum ad- D struit, qui dicunt eum non potuisse nasci ex virgine. Nam si hanc accipiant a sacerdotibus auctoritatem, & videatur Maria partus fudisse plurimos, majore studio veritatem fidei expugnare contendent. Et ubi est illud quod scriptum est, dicente domino ad matrem de Ioanne euangelista: *Mulier ecce filius tuus:* & rursus ad Ioannam de Maria: *Ecce mater tua?* (Ioan. 19.) Quid sibi istud vult, quod cum in cruce dominus positus peccatum mundi tolleret, pronuntiavit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur, nisi ut claudat sua ora perfidia, obmutescat, ne matrem domini aliquo audeat teme- E rare convicio? Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor, quod desponsata fuerit viro tantummodo Ioseph, nulla tamen conjugalis coitus consuetudine tori jura cognoverit. (Matth. 1.) Neque enim eam suscepturam ex Ioseph filios a viri consortio separare voluisset. Sed si hoc parum est, addidit testimonium euangelista, dicens quod suscepit eam discipulus in suam. Numquid ergo divortium fecit? numquid a viro abduxit atque abstulit? Ergo qui hoc legit in euangelio, quomodo quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentum filii est de matris integritate; hæc Mariæ locuples integri pudoris hereditas; hic totius finis consummationis. Denique hoc dixit, & emisit spi- A ritum, consummans omne mysterium bono fine pietatis. Legimus etiam & omnia percurrimus vel de eo quod fratri nostro & coepiscopo Basso in consortium regendæ ecclesiæ datus est Senecio, vel de ceteris, unde vestræ normam expectamus sententiæ.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

** In synodo Romana sub Bonifacio II. papa extat epistolæ ejusdem Siricii ad eumdem Anysium archiepiscopum Thessalonicensem fragmentum, quod suo tempore repræsentabitur cum aliis ibidem recitatis.

Ceterum acta sequentis concilii Burdigalensis adversus Priscillianistas dicitur penes se habuisse, vir clarissimus, amicus olim noster, R. P. Hieronymus Vignierius Oratorii D.N I.C. presbyter: verum post ejus obitum jam aliquot elapsis annis nemo quod sciam e tenebris illa in publicam lucem asseruit: an unquam proditura sint, quis novit? certe illa docti omnes expectant efflagitantque ab indignis injustisque, si qui sint, possessoribus dicam, an incubatoribus.

a CONCIL. BURDIGALENSE ADVERSUS PRISCILLIANISTAS,

eorumque auctorem Priscillianum,

Arcadio Augusto & Bautone consulibus congregatum, anno Christi CCCXCV. *Siricii papæ I. Maximi imperatoris* II.

DAMNATI jam antea fuerant Priscillianistæ a synodo Cæsaraugustana, tum deinde Gratiani imperatoris rescripto relegati. Sed cum a Gratiano eodem rescriptum alterum elicuissent, quo restitui ecclesiis jubebantur, egit Ithacius præcipuus illorum insectator cum Maximo, qui tum cæso Gratiano Gallias obtinebat, ut de iis judicium instauraretur, quod factum est in hac synodo Burdigalensi. Ad quam cum deducti fuissent inter ceteros Instantius & Priscillianus, Instātio episcopatus abrogatus est; Priscillianus vero, ut synodi judicium evaderet, ad principem provocavit: cujus postmodum sententia capitis damnatus est. Quæ omnia fusius exequitur Sulpitius Severus libro II. sacræ historiæ. De synodo autem nostra his verbis: *Quibus*, inquit, *permotus imperator, datis ad præfectum Galliarum, atque ad vicarium Hispaniarum literis, omnes omnino, quos labes illa involverat, deduci ad synodum Burdigalensem jubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus. quorum Instantius prior jussus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse episcopatu pronuntiatus est: Priscillianus vero, ne ab episcopis audiretur, ad principem provocavit. Permissumque id nostrorum inconstantia: quia aut sententiam in refragantem ferre debuerant; aut si hi ipsi suspecti habebantur, aliis episcopis audientiam reservare, non causam imperatori de tam manifestis criminibus permittere. Ita omnes, quos causa involverat, ad regem deducti.* Prosper item in chronico. *Arcadio & Bautone consulibus, Priscillianus in synodo Burdigalensi se damnandum intelligens, ad imperatorem Maximum provocavit: auditusque Treviris ab Evodio præfecto prætorio, a Maximo gladio addictus est, cum Eucrocia Delphidii rhetoris conjuge, & Latroniano, aliisque erroris consortibus.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cum Priscillianus Cæsaraugustano concilio damnatus, Gratiani rescripto restitutus fuisset, Ithacius apud Maximum imperatorem eumdem vicissim citra prote- (Ca cili)

protestationem, de hæresi aliisve criminibus accusavit, mortisque supplicio dignum denuntiavit. Maximus imperator his accusationibus permotus, hanc Burdigalensem synodum indici, atque Priscillianum cum Instantio ad eam citari & adduci mandavit. Vbi causam dixissent, Instantius episcopatu indignus pronuntiatus est. Priscillianus se damnandum intelligens, ad principem provocavit. Cum judices appellationi male detulissent, eamque contra jus & constitutiones ecclesiæ admisissent, Treviris hæresiarcha auditus, bis convictus, tamdem cum quibusdam aliis jussu Maximi gladio est occisus. Hęc ex Severo lib. 2. & Prosper. chron. Baron ann. 385. num. 22. 23. & 24.

CONCILIUM ROMANUM SUB SIRICIO.

[a] *Concilium Romanum.*] Anno Christi 386. ipsô mense Ianuario, Romæ in basilica S. Petri celebratum est concilium octoginta episcoporum, ad collapsam disciplinam in Africana ecclesia restaurandam. In synodo nihil decretum, quod non apostolicis aut Nicænis canonibus ante constitutum fuerat. Vnde concilium, quod nominatur Carthaginense, cælibatum sacrorum ministrorum, non ex lege Siricii, sed apostolica auctoritate institutum sibi vendicat. Quos in synodi epistola Siricius pontifex Montenses appellat, Donatistas fuisse, sciendum est: sic dictos, quod in montibus agere & convenire solerent.

Innovatæ constitutiones hujus concilii, in concilio Teleptensi, sub Honorio imperatore in Africa celebrato, recitatæ fuerunt. Vide Baron. ann. 386. num. 2. & 3.

CONCILIUM TREVIRENSE.

IN QUO ITHACIUS PRISCILLIANI accusator absolutus, Felix Trevirorum episcopus Martino præsente ordinatus est, Honorio N. P. & Evodio V. C. consulibus,

Anno Christi CCCXXXVI. *Siricii papæ* II. *Maximi imperatoris* III.

REPREHENDERANT in Ithacio multi, quod Priscillianum, ejusque socios, præter morem ecclesiasticum, in causa capitis insectaretur. Quo nomine a S. Martino ante judicium, ut ab accusatione desisteret, sæpe admonitus; post necem vero Priscilliani, a Theognosto episcopo palam damnatus est. Hinc episcoporum in duas partes factum discidium: aliis quibus sanior mens erat, Ithacii communionem vitantibus; aliis metu regis, qui homini favebat, cum illo communicantibus. Ex hoc genere ii fuerunt, qui ad synodum Trevirensem hoc anno Felicem episcopum ordinaturi convenerant. Nam & Ithacium nulla ob eam rem culpa teneri in synodo pronuntiarunt, & Maximo auctores fuerunt, tum ut tribunos in Hispaniam cum jure gladii mitteret, qui ejus sectæ convictos vita bonisque spoliarent: tum ut Martinum, qui per eos dies ad comitatum venerat, ad ipsorum communionem vi regia impelleret. Ad quam quidem Martinus, cum aliter reis veniam, quam precabatur, & ne tribuni ad Hispanias pergerent, impetrare non posset, inflecti se tamdem passus, synodumque ingressus, ordinationi Felicis interfuit. Sed facti mox pertæsus, ab Ithacianæ partis communione in posterum semper abstinuit. Hæc rerum summa. restat ut Severum singula in dialogis uberius narrantem audiamus.

ANNO CHRISTI 386. Lib. 3. c. 15. De vita S. Martini.

Veniam, inquit, *ad illud, quod propter notam temporum Martinus semper occultavit, sed nos celare non potuit. in quo est illud miraculi, quod facie ad faciem cum eo est angelus collocutus. Maximus imperator, alias sane bonus, depravatus consiliis sacerdotum, post Priscilliani necem, Ithacium episcopum. Priscilliani accusatorem, ceterosque illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur ne quis eis crimini daret, opera illius, cujuscumque modi hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis gravibusque laborantium causis ad comitatum ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treviros episcopi tenebantur; qui quotidie communicantes Ithacio, communem sibi causam fecerant.*

His ubi nuntiatum est inopinantibus adesse Martinum, totis animis labefactati mussitare & trepidare cœperunt. Et jam pridie imperator ex eorum sententia decreverat tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulatura esset, parvo discrimine inter hominum genera. etenim tum solis oculis judicabatur, cum quis pallore potius, aut veste, quam fide hæreticus existimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino episcopi sentiebant. sed male consciis illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communione adveniens abstineret, non defuturis qui tanti viri constantiam præmissa auctoritate sequerentur. Ineunt cum imperatore consilium, ut missis obviam magisterii officialibus, urbem illam propius vetaretur accedere, nisi se cum pace episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. Quos ille callide frustratus, profitetur se cum pace Christi esse venturum. Postremo ingressus nocturno tempore adiit ecclesiam tantum orationis gratia: postridie palatium petiit. Præter multas, quas evolvere longum est, has principales petitiones habebat, pro Narsete Comite, & Leucadio præside, quorum ambo Gratiani partium fuerant, pertinacioribus studiis, quæ non est hujus temporis explicare, iram victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne tribuni cum jure gladiorum ad Hispanias mitterentur. pia enim erat solicitudo Martino, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret.

Verum primo die atque altero suspendit hominem callidus imperator, sive ut rei pondus imponeret, sive quia nimis sibi implacabilis erat, seu quia, ut plerique tum arbitrabantur, avaritia repugnabat: siquidem in bona eorum inhiaverat. Fertur enim ille vir, multis bonisque actibus præditus, adversus avaritiam parum consuluisse, nisi fortasse regni necessitate, quippe exhausto superioribus principibus reipublicæ ærario, pene semper in expeditione atque procinctu bellorum civilium constitutus, facile excusabitur quibuslibet occasionibus subsidia imperio paravisse. Interea episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, prædamnatos se conquerentes: actum esse de suo omnium statu, si Theognosti pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnarat, Martini armaret auctoritas. non oportuisse hominem recipi mœnibus: illum jam non defensorem hæreticorum esse, sed vindicem: nihil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius ultionem. Postremò prostrati cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, ut utatur adversus unum hominem vi sua. Nec multum aberat, quin cogeretur imperator

ANNO CHRISTI 380.

tor Martinum cum hæreticorum sorte miscere.

Sed ille, licet episcopis nimio favore esset obnoxius, non erat nescius Martinum fide, sanctitate, & virtute cunctis præstare mortalibus. alia longe via sanctum vincere parat. Ac primo secreto accersitum blande appellat. hæreticos jure damnatos more judiciorum publicorum potius quam insectationibus sacerdotum: non esse causam, qua Ithacii, ceterorumque partis communionem putaret esse damnandam: Theognostum odio potius quam causa fecisse discidium: eumdemque tamen solum esse, qui se a communione interim separarit: a reliquis nihil novatum. quin etiam ante paucos dies habita synodus, Ithacium pronuntiaverat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moveretur, rex ira accenditur, ac se de conspectu ejus abripuit: & mox percussores his, pro quibus Martinus rogaverat, diriguntur. Quod ubi Martino compertum jam noctis tempore est, palatium irrumpit, spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo ut & tribuni jam in excidium ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. Nec mora intercessit: Maximus indulget omnia.

Postridie Felicis episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane viri, & plane digni, qui meliore tēpore sacerdos fieret. Hujus diei communionem Martinus iniit, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum cervicibus gladius imminebat, Verumtamen summa vi episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens, cum revertens in via mœstus ingemisceret se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum: haud longe a vico, cui nomen est Andethanna, qua vastas solitudines silvarum secreta patiuntur, progressis paululum comitibus, ille subsedit, causam doloris ac facti, accusante ac defendente invicem cogitatione, pervolvens, Adstitit ei repente angelus: Merito, inquit, Martine compungeris, sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam, ne jam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cavit cum illa Ithacianæ partis communione misceri. Ceterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis necessitate non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sedecim postea vixit annos: nullam synodum adiit, ab omnibus episcoporum conventibus se removit.

" In qq. libris inscribitur, Liber S. Martini episcopi de sancta Trinitate, ut observavit R. P. Sirmondus.

"PROFESSIO FIDEI CATHOLICÆ DE TRINITATE,

Quæ in veteribus membranis S. Martino Turonensi episcopo adscribitur.

CLEMENS Trinitas est una divinitas. Ut autem per sacramentum cognoscatur, unitas est ab eo qui est, & Spiritus sanctus a quo qui est & unigenitus: sic existens divinæ naturæ lucis, spiritus, a sese per naturam, per substantiam majestatis, potestatis, virtutis, divinæ lucis, unus in duobus & uterque in idipsum. Pater in Filio, Filius in Patre, uterque in Spiritu sancto. Sic tribus personis confitemur corpus præscientiæ, quod super omnia cuncta concludit. In hoc mysterium ergo credimus, esse ex nullis extantibus cuncta orta. Quod mysterium mens humana concipere non potest, nec oratoria lingua enarrare, neque diffusi sermonis bibliothecarum volumina. Si totum mundum libri repleant, divina scientia non possit inenarrabilis enarrari: qui est indicibilis, nullo modo possit describi, neque concludi, aut verbum, aut substantia propria divinitatis suæ, qui est fons divinæ lucis, luminis, substantiæ suæ natura. Sileat lingua oratoria, quia deficit sermo de indicibili. Cum consummaverit mens humana de divina majectate dicere, tunc incipit. Quanta sit autem divina clementia, nemo scit, nisi qui genuit: & nemo comperit secreta Patris, nisi is qui per naturam nascendi initium amisit. Omnis ergo mansuetudo & modestia peritorum convertatur ad prophetam: de dominica auctoritate præsumat dicendo, Credidi, propter quod locutus sum. Quod autem per mysterium simplex sit professio, ut fundamentum ecclesiæ solidata apostolica auctoritate prædestinatio sequens præsumat, dicens: de cetero nemo mihi molestus sit, ego credo in Christum & hunc crucifixum. quia cum confitetur filium hominis, confitetur & Spiritum sanctum: quia e Spiritu sancto & Maria virgine mediator nascitur. cum confitetur primogenitum, necesse est de unigenito qui testimonium dicat, unum & solum sine origine esse in tertiam personam. Patrem confitetur existentis divinæ naturæ, lucis, spiritus, ut dixi. qui secundum naturam, ut supra, dixi, est unus in duobus, & uterque in idipsum, Pater in Filio, Filius in Patre, Pater & Filius in Spiritu sancto, unum in sancta ecclesia, nunc & in immortalia sæcula sæculorum, Amen.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Trevirense.*] Causa habiti Treviris in Gallia concilii hæc est: Ithacius, teste Isidoro de viris illustribus capite secundo, Hispaniæ episcopus, cognomento & eloquio Clarus, acerrimus Priscillianistarum hostis, apud imperii perduellem, ac Gratiani interfectorem Maximum hoc procuraverat, ut Priscillianus ejusve sectatores hæretici, non tantum compescerentur, sed ut de iisdem etiam capitis vitæque supplicium sumeretur, atque de reliquiis eorum in Hispania per ferrum & flammam exturbandis mandatum ederetur. Quod cum a mansuetudine Christiana, qua exemplo Christi in primis episcopi ac sacerdotes imbuti esse debebant, plurimum abhorreret, Theognostus aliique catholicæ communionis episcopi, Ithacium cum sociis, velut sanguinarium ac crudelem sacerdotio indignum excommunicarunt. Non quidem ideo, quod adversus hæreticos auxilium principis implorasset (hoc enim sanctus Augustinus, aliique sæpius fecisse leguntur) sed quod importunius ac sævius agens, in eosdem pœnam capitis procurasset, solitamque protestationem non interposuisset, qua se delinquentium incorrigibilium correctionem sic expetere declararet, ut tamen a sanguinis pœna abstineretur. Ithacius vero Maximi imperatoris patrocinio fretus, decimo sexto anno ante obitum sancti Martini, qui est Christi 386. Treviris synodum congregari impetravit, quæ eum velut innocentem absolvit, nullaque culpa teneri pronuntiavit. Præsides sanguinolenti, adventu sancti Martini episcopi, qui duorum comitum Gratiani fautorum reconciliationem, & decretam in Hispania inquisitionem periculosam deprecaturus veniebat, valde turbati, (metuebant enim morte Priscilliani, vel absolutione Ithacii nihil fore actum, si in urbem admitteretur) rogarunt imperatorem, urbis accessu episcopum prohiberi: nocturno tempore urbem ingressus imperatorem adiit; qui cum post diuturna colloquia de duobus comitibus illis, pro quorum vita precatum venerat, supplicium sumi mandasset, vir sanctus & clarus miraculis cum Ithacianis se communicaturum spopondit, si imperator innocentum vitæ parceret. Maximus omnia indulget, & S. Martinus Felicem Ithacianæ factionis episcopum ordinando, cum ipso aliisve ejus consortibus communicat, satius existimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum cervicibus gladius immine-

imminebat: ut vero communionem illam subscriptione firmaret, nequaquam induci potuit. Cum hanc ob rem postero die plurimum doleret, astitit ei angelus dicens: *Merito Martine compungeris; sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam; ne jam non periculum gloriæ, sed salutis incurras. Itaque ab illo tempore satis cavit cum illa Ithacianæ partis communione misceri. Ceterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis; necessitate non spiritu miscuisset, detrimentum virtutis sentire. Sedecim postea vixit annos, nullam synodum adiit, &c.* Hæc ex Sever. dialog. lib. 3. Vide Baron. ann. 386. num. 25. & seq.

[a] SYNODUS [b] CAPUANA, IN CAUSA ANTIOCHENÆ DISSENSIONIS, & Bonosi heretici, celebrata sub Siricio.

[a] *Synodus.*] Postquam Paulinus, quem Lucifer Calaritanus Antiochiæ contra Meletium Antiochenæ sedis episcopum designaverat, anno 389. obiisset, auditores illius contra Flavianum Meletii successorem, Euagrium in locum Paulini subrogarunt, ortamque ante aliquot annos discordiam continuarunt. Pontifex, & cum eo fere occidentales universi contra Flavianum, sicut ante Paulino, ita nunc ab Euagrii partibus steterunt, atque imperatorem contra Flavianum per literas animarunt. Quibus ille permotus, circa hęc tempora proculdubio (certus enim annus ignoratur) in hac causa Capuæ synodum indixit. Flavianus ad eam vocatus non venit; sed per literas ab imperatore petivit, hoc ejus auctoritate procurari, ut occidentales episcopi patiantur in oriente concilium celebrari, in quo causam suam ipse coram agere possit. Qui autem Capuæ convenerant, ad schisma totius ecclesiæ avertendum, constituerunt, ut tam Flaviani, quam Euagrii fautores ad communionem catholicam admittantur, modo catholicæ fidei assertores esse inveniantur. Pręterea, ut dissensiones periculosissimæ omnino sedarentur, Theophilo Alexandrino una cum aliis Ægypti episcopis, cognitionem causæ ac dissensionis inter Flavianum & Euagrium demandarunt: tum quod ille principalioris sedis in oriente antistes esset, tum etiam quod e neutrius partibus staret. Pręscripta est arbitro limitata conditio hæc; ut suam a se prolatam sententiam Romanæ ecclesiæ auctoritate confirmandam ac comprobandam offerret. Quod judicium Theophili cum Flavianus, ut constat ex epistola 78. Ambrosii, refugisset, causa Bonosi cujusdam in Macedonia episcopi hæretici, negantis illibatam Dei genitricis Mariæ virginitatem post partum, in judicium deducta est. Synodus cognitionem causæ Anysio Thessalonicensi cum episcopis ipsi subjectis delegavit. Quod videre est ex epist. 79. apud Ambrosium. Ab Anysio autem episcopo Thessalonicensi, Bonosum (a quo Bonosiani, ad hæreses Photini suam addentes) damnatum, eorumque quos ordinasset, communione privatum esse, testatur Innocentius papa epist. 22. c. 5.

Hæc eadem Capuensi synodo constitutum fuit, ne fierent rebaptizationes, reordinationes & episcoporum translationes. Hæc ex 78. & 79. epistola Ambrosii. Baronius anno 389. num. 67. 72. 73. & 74.

[b] *Capuana.*] Sic dicta a Capua, quæ Ptolemæo est nobilissima urbs Campaniæ. Antea Vulturnum dictam, scribit Livius. Oscam prius vocatam tradit Sempronius. Iulia Capua felix colonia dicitur apud Frontinum, teste Onufrio. Sicopolim aliquando dictam fuisse apud Sigonium lego. Quæ hodie Capua est, distat a veteri 2000. passuum, ut scribunt Leander & Carafa. In veteribus autem ruinis hodie tantum extare templum beatæ Mariæ sacrum iidem narrant, ab Ortelio.

ANNO CHRISTI 389.

CONCILIUM NEMAUSENSE.

ANNO CHRISTI ....

Cujus acta Martinus, licet absens, angelo nuntiante cognovit.

QUI synodi hujus auctor nobis est, Sulpitius Severus, quo tempore celebrata sit non indicat. rem autem hoc modo gestam narrat sub finem dialogi 2. *Apud Nemausum*, inquit, *episcoporum synodus habebatur; ad quam quidem ire noluerat, sed quid gestum esset, scire cupiebat. Casu cum eo iste Sulpitius navigabat, sed procul, ut semper, a ceteris in remota navis parte residebat. Ibi ei angelus quid gestum esset in synodo nuntiavit. Nam post tempus habiti concilii solicite requirentes, satis compertum habuimus, ipsum diem conventus, & ea ibi ab episcopis fuisse decreta, quæ Martino angelus nuntiavit.*

[a] CONCIL. MEDIOLANENSE, QUO IOVIAN. CONDEMNATUS FUIT, SUB SIRICIO PAPA,

ANNO CHRISTI 390.

[a] *Concilium.*] Cum Iovinianus hæresiarcha, post octo annorum latebras, anno Christi 390. qui est Siricii pontificis sextus, & Theodosii imperatoris duodecimus annus, post cladem Thessalonicensem, teste Ambrosio epist. 28. Mediolano, ubi sub habitu monastico & catholico nomine latuerat, ejectus, Romæ plures sermone scriptisque a se commentariis seduxisset, idque Pammachii cujusdam nobilissimi senatoris, ardentissimi & doctissimi catholicæ fidei propugnatoris opera, studio ac diligentia, Siricio pontifici innotuisset; coacto statim auctoritate pontificis Romani ecclesiæ presbyterio, Iovinianus hæresiarcha cum Helvidio aliisque sectatoribus collegis damnatur. De qua re ut Mediolanensis ecclesia, unde exierat, certior fieret; literas de rebus omnibus, in causa Ioviani Romæ gestis, ad eamdem ecclesiam scribit, easq; per tres legatos presbyteros istuc deferri procurat. epistola pontificis supra extat. Cum Mediolanum venissent, indicta est synodus ex Gallia, aliisve vicinis provinciis. Episcopi, quorum nomina synodalis epistola subscripta refert, convocati convenerunt. Post lectam Siricii epistolam, & causæ cognitionem, ea, quam Siricius contra Iovinianum ejusve collegas protulerat Romæ sententiam, synodico hoc patrum decreto confirmata fuit. De rebus in synodo gestis patres concilii ad Siricium pontificem rescripserunt epistolam synodicam hujus initii. *Domino dilectissimo fratri, &c.* (Tempus concilii. — Causa & acta concilii.)

Recognovimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris, &c.]

Extat supra inter epistolas Siricii. Quæ cum sit responsoria ad epistolam Siricii Mediolanensi ecclesiæ scriptam, priores collectores imitatus, eam pontificis epistolæ ibidem subjungere volui. Vide Baron anno 390 num 35. 36 & sequentibus.

Iovinianus.] Hic cum collegis impietatis aliquamdiu Mediolani monachus, sub Ambrosio vixit in monasterio. Dogmata ejus S. Hieronymus sic describit: *Dicit virgines, viduas & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent* (Iovinianus qualis fuerit, & quæ dogmata docuerit.)

Anno Christi 390.

ceteris operibus, ejusdem esse meriti. Nititur A *approbare eos, qui plena fide in baptismate renati sunt, a diabolo non posse subverti. Tertium proponit, inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione sumptionem eorum, nullam esse distantiam. Quartum, quod & extremum est, esse omnium qui suum baptisma servaverunt, unam in regno cælorum remunerationem.* Hæc Hieronymus libro secundo contra Iovinianum. Sed longius progressus, Deiparam Mariam desiisse virginem esse, cum Christum peperit, affirmavit. Cum Manichæis negavit filium Dei veram carnem assumpsisse. Hæc ex Ambrosio, Augustino, Hieronymo, &c. Baronius anno 382. numero vigesimo nono & sequentibus.

Anno Christi 391.

a CONCIL. NOVATIANORUM ANGARI CELEBRATUM, SUB SIRICIO.

Novatianorum de Paschate sententia.

a *Concilium.*] Socrates libro quinto cap. 20. refert hoc Novatianorum conventu canonem constitutum fuisse de festo paschatis, *quem ἀδιάφορον, id est, indifferentem vocabant, docebantque dissensionem de festo paschatis non satis justam causam esse, cur ecclesia dirimeretur: neque eos, qui in* " *Pazo coacti fuissent, præjudicium generali canoni fecisse.* Licuisse cuilibet absque dispendio catholicæ veritatis pascha celebrare die qua vellet, deinceps subjungit, ut scilicet episcopos Novatianos schismaticos & hæreticos, Novatianus scriptor contra conscientiam & veritatem defendat. Vide Baronium anno 391. numero decimo septimo, decimo octavo, decimonono.

" seu Puzo aut Puza vico Phrygiæ de quo vide supra pag. 887. C. ex synodico.

Observatio Philippi Labbe, S.I.

καί με ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἐνδεομένων διακόνων ἢ πρεσβυτέρων ἢ ἐπισκόπων· καὶ ὅμως μεμνημένος τῶν ὁρισθέντων, τούτοις ἕπομαι, ὥστε συνελθεῖν μετὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου κληρικοῦ, καὶ ταῦτα αὐτῷ ἐμφανίσαι, ὅτι κληρικὸν αὐτοῦ αἰτοῦνται οἱ τῆς οἱασδήποτε ἐκκλησίας. ἰδοὺ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἀντιλέγουσι. διὰ δὲ τὸ μήτε μετὰ ταῦτα συμβῆναι, τουτέστιν ἐναντιωθῆναί μοι τοὺς ἐν τούτῳ τῷ πράγματι παρ' ἐμοῦ αἰτουμένους· ἐπειδὴ οἴδατε πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ χειροτονιῶν φροντίδα με βαστάζειν, ὁντινιδήποτε τῶν συνιερέων συνέλθω μετὰ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων τῆς ἡμετέρας συγκληρώσεως, ἐὰν ἀκαθοσίωτος εὑρεθείη, δίκαιόν ἐστι κρῖναι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, τί δεῖ ποιῆσαι, ἐγὼ γὰρ, ὡς ἴστε ἀδελφοὶ, κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πολλῶν ἐκκλησιῶν φροντίδος ἀντέχομαι. Νουμίδιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀεὶ ὑπῆρξεν ἡ αὐθεντία αὕτη τῷ θρόνῳ τούτῳ, ἵνα ὅθεν ἤλθε, καὶ περὶ οἱουδήποτε προστεθείη ὀνόματος κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστης ἐκκλησίας ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπον. Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀγαθοθέλεια μεσάζει τὴν ἐξουσίαν. ἧττον γὰρ τολμᾷς, ἤπερ δύνῃ, ἀδελφὲ, ἐν τῷ πᾶσιν ἑαυτὸν ἀποδεικνύειν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον. ἔχεις γὰρ τοῦτο ἐν τῇ κρίσει σου, τὸ ἀποθεραπεῦσαι ἑνὸς ἑκάστου ἐπισκόπου τὸ πρόσωπον· ἐν πρώτῃ δὲ καὶ μόνον συνελεύσει, εἰ συνίδῃς τὸ ἐπ' ἐξουσίας ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ εἶναι ἐκδικητέον· ἐπειδὴ ἀνάγκην ἔχεις αὐτὸς πάσας τὰς ἐκκλησίας ὑποστηρίζειν· ὅθεν ἐξουσίαν σοι ἡμεῖς οὐ δίδομεν, ἀλλ' ἐπισφραγίζομεν ταύτην τῇ σῇ προαιρέσει, ὥστε ἐξεῖναι ἀεὶ κρατεῖν ὃν ἂν θέλῃς, καὶ προχειρίζεσθαι προεστῶτας ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ταῖς λοιπαῖς τοὺς ζητουμένους, καὶ ὅθεν συνίδῃς. Ποσουμετιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· εἶτα, ἐάν τις ἕνα καὶ μόνον ἔχῃ πρεσβύτερον, μὴ ὀφείλει καὶ αὐτὸς ὁ εἷς ἐξ αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ δύναται ὁ εἷς ἐπίσκοπος πολλοὺς χειροτονεῖν πρεσβυτέρους· πρεσβύτερος δὲ πρὸς ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειος δυσχερῶς εὑρίσκεται. διὸ ἐάν τις εὑρεθῇ ἔχων ἕνα μόνον πρεσβύτερον, καὶ αὐτὸν ἐπιτήδειον τῇ ἐπισκοπῇ, καὶ αὐτὸν τὸν ἕνα ὀφείλει δοῦναι πρὸς χειροτονίαν. Ποσουμετιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκοῦν ἐὰν ἄλλος ἐπίσκοπος ἔχῃ πλῆθος κληρικῶν, ὀφείλει μοι τὸ ἕτερον πλῆθος συνελθεῖν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· δηλαδὴ ὃν τρόπον σὺ τῇ ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ συνῆλθες, συνωθηθήσεται καὶ ὁ τοὺς πλείονας ἔχων κληρικοὺς, ἕνα ἐξ αὐτῶν εἰς χειροτονίαν σοι διαφυλάξασθαι.

Περὶ τοῦ τοὺς ἐν ταῖς παροικίαις χειροτονουμένους ἐπισκόπους μή τινα ἑαυτοῖς ἐκδικεῖν διοίκησιν.

νς'.

Ὁνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἠκούσαμεν ὁρισθὲν, ἵνα αἱ παροικίαι μὴ ἀξιῶνται λαμβάνειν ἐπισκόπους, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τούτου, ὑφ' ὃν καθίσαντο. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ἡμῶν κατὰ συγχώρησιν τοῦ ἐξαρχῆς κατέχοντος τὰς διοικήσεις ἐπισκόπου, τινὲς εἰς τὰς αὐτὰς παροικίας χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι ἑαυτοῖς ἔτι μὴν ἑτέρας διεκδικοῦσι· τοῦτο καὶ κωλυθῆναι τῇ ἀγάπῃ τῆς ὑμετέρας κρίσεως, καὶ ἀπαρτηθῆναι τοῦ λοιποῦ ὀφείλει. Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἑκάστῳ ἐπισκόπῳ τὸ πρέπον ἐφυλάχθη, ἵνα ἐκ τῆς συγκτήσεως τῶν παροικιῶν μηδὲν ἀποδρεφθείη πρὸς τὸ ἴδιον κτήσασθαι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος. ἐὰν δὲ αὐτὸς παραχωρήσῃ, ὥστε τὴν

A quam ut postulemur ab ecclesiis, quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel episcopis: & tamen memor statutorum, id sequor, ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur. sed forte in hodierno non reluctati sunt, & nequando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere. Iustum est ergo, ut quemlibet consacerdotum conveniam cum duobus e consortio nostro, vel tribus testibus. Sin vero indevotus extiterit, quid B censet caritas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum, dignatione Dei, ut scitis fratres, solicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque ecclesiæ ordinaret episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem: minus enim præsumis frater, cum te bonum & clementem omnibus reddis. habes enim hoc in arbitrio, satis est, ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quodlibet huic sedi vendicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire: unde tibi non potestatem damus, sed tuæ assignamus, ut liceat voluntati tuæ & semper tenere quem C voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & unde velis. Postumianus " episcopus dixit: Deinde, qui unum habuerit, numquid debet illi unus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi constitui possint; unus autem episcopus difficile invenitur constituendus. Quapropter si necessarium episcopatui quis habuerit presbyterum, & unum, ut dixisti frater, habuerit, etiam ipsum ad pro- D motionem dare debebit. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire. Aurelius episcopus dixit: Sane quando tu ecclesiæ alteri subveneris, persuadebitur illi qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

" Postumetianus

Vt episcopi, qui in diœcesibus fuerint ordinati, diœcesim sibi nullam vindicent.

LVI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Audivimus constitutum, ut diœceses non mereantur episcopos accipere, nisi consensu ejus sub quo fuerant constitutæ: sed in provincia nostra cum aliqui forte in diœcesi, concedente eo episcopo in cujus potestate fuerant constitutæ, ordinati sunt episcopi, etiam diœceses sibi vindicant; hoc & corrigi caritatis vestræ judicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis servatum est quod decebat, ut ex massa diœcesium nulla carperetur, ut proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si concesserit, ut eadem

Concilium Africc. 23.

diœcesis permissa proprium tantum episcopum habeat, ceteras sibi non vindicet diœceses; quia exempta de fasce multarum sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito caritati vestræ omnium placere, eum qui in diœcesi concedente episcopo, qui matricem tenuit, solam eamdem retinere plebem in qua fuerat ordinatus. Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Vniversi episcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmavimus. & subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

In hoc concilio statutum est, ut episcopi sine formata non navigent.

Hęc in concil. Africai o ut vocant, canoni hujus codicis 34. præponuntur.

Cæsario & Attico viris clarissimis consulibus sexto Kalendas Iulias, Carthagine, placuit, ut nullus episcoporum naviget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quæret, inveniet.

De concilio isto legati ad imperatores infra scripti diriguntur episcopi.

Post consulatum gloriosissimi imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani viri clarissimi, quinto Kalend. Maias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem susceperunt. Epigonius & Vincentius episcopi: ut pro confugientibus ad ecclesiam, quocumque reatu involutis, legem de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere.

In hoc concilio legatio destinatur ad Romanum & Mediolanensem episcopos, de parvulis qui apud hæreticos baptizati sunt: & ad imperatorem de idolorum reliquiis auferendis, & de aliis rebus quamplurimis.

Post consulatum Fl. Stiliconis viri clarissimi XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. Cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset adstantibus diaconis, Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit caritas vestra, sanctissimi fratres, & quoniam præstitit dominus ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata præsentia: videtur mihi, ut has easdem necessitates, quas pro solicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus; quas cum approbaverit vestra sinceritas, sit consequens, eligendum esse unum e nostro numero consacerdotem, qui auxiliante domino, orationibus vestris, & has ipsas necessitates suscipere possit, & gnaviter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, ut tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris, ve-

αὐτὴν διοίκησιν ἐπιτραπεῖσαν ἴδιον κτήσασθαι ἐπίσκοπον, εἰς τὰς λοιπὰς τὸν προχειρισθέντα μὴ ἐπιβάλλεσθαι διοικήσεις, διότι μία ἐκ τοῦ σώματος τῶν πολλῶν ἀφαιρεθεῖσα, αὐτὴ καὶ μόνη ἠξιώθη τιμὴν ἰδίας ἐπισκοπῆς ἀναδέξασθαι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἀμφιβάλλω τῇ πάντων ὑμῶν ἀγάπῃ ἀρέσκειν, ὥστε τὸν κατὰ τὴν συγχώρησιν τοῦ προτέρου ἐπισκόπου ἐν τῇ διοικήσει προχειρισθέντα ἐπίσκοπον, μόνον αὐτὸν κατέχειν τὸν λαὸν εἰς ὃν ἐχειροτονήθη. ἐπειδὴ οὖν πάντα νομίζω εἶναι τετρακταϊσμένα, ἐὰν πάντα στοιχῇ τῷ λογισμῷ ὑμῶν, πάντα βεβαιώσατε τῇ ὑμετέρᾳ ἐκφωνήσει. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· πᾶσιν ἡμῖν ταῦτα ἤρεσε· καὶ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπογραφῇ ταῦτα βεβαιοῦμεν. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος τῷ παρόντι δεκρέτῳ συνῄνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ ὡρίσθη, ἵνα ἐπίσκοπος χωρὶς ἀπολυτικῆς μὴ πλεύσῃ.

Ἐπὶ Καισαρείου καὶ Ἀττικοῦ τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν Ἰουλίων, ἤρεσε μηδένα τῶν ἐπισκόπων πλέειν χωρὶς ἀπολυτικῆς τοῦ πρωτεύοντος. τὰ πεπραγμένα ὁ ζητῶν, ἐν τοῖς αὐθεντικοῖς εὑρήσει.

Εκ τῆς συνόδου ταύτης τοποτηρηταὶ πρὸς βασιλέας ὑπογεγραμμένοι ἐπίσκοποι ἀπεστέλλοντο.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, Ονωρίου Αὐγούστου τὸ τέταρτον, καὶ Εὐτυχιανοῦ τοῦ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Μαΐων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἀνεδέξαντο Ἐπιγόνιος καὶ Βικεντιανὸς οἱ ἐπίσκοποι· ἵνα νόμου ἀξιωθῶσι παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων περὶ τῶν καταφευγόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ οἱαισδήποτε *ἐγκλεισμένων εὐθύναις, ὥστε μηδένα τολμᾷν ἀποσπᾷν.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρεσβεία ἀποστέλλεται πρὸς τοὺς Ρώμης καὶ Μεδιολάνου ἐπισκόπους περὶ τῶν νηπίων τῶν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βαπτισθέντων· καὶ παρὰ τῷ βασιλεῖ δὲ, περὶ τοῦ τὰ ἐγκαλείμματα τῶν εἰδώλων ἀφαιρεθῆναι, καὶ περὶ ἄλλων δὲ πλείστων πραγμάτων.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου Στελίχωνος τοῦ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ δεκαὲξ καλανδῶν Ἰουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας, προκαθίσας ἅμα τοῖς συνεπισκόποις αὐτοῦ, παρεστώτων τῶν διακόνων, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν τῶν Αφρων χώραν καθιδρυμένων τὰς ἀνάγκας ἀκριβῶς ἅμα ἐμοὶ ἐπίσταται ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, ἁγιώτατοι ἀδελφοί. καὶ ἐπειδὴ τοῦ κυρίου παρέχοντος κἂν ἐν μέρει συνήχθη ἡ παρουσία τῆς ὁσίας ὑμῶν συνελεύσεως, δοκεῖ μοι εἰς μέσον προκομίσαι τὰς αὐτὰς, ὡς εἴρηται, ἀνάγκας, ἅσπερ οἰκείᾳ φροντίδι ἠδυνήθην ἀνιχνεῦσαι· ἃς τινας ἡνίκα ἐπικυρώσῃ ἡ ὑμετέρα εἰλικρινότης, ἀκόλουθον ἔσται ἀποδέξασθαι ἕνα συνιερέα ἐκ τοῦ ἡμετέρου ἀριθμοῦ, τὸν ὀφείλοντα τῇ τοῦ κυρίου βοηθείᾳ διὰ τῶν εὐχῶν ὑμῶν, ταύτας αὐτὰς τὰς ἀνάγκας ἀναδέξασθαι, καὶ ἀνδρείως ἐξανύσας ἀποκομίσαι πρὸς τὰ περαματικὰ τῆς Ἰταλίας μέρη, ὅστις δυνηθῇ αὐτήν τε τὴν ἀνάγκην καὶ τὸν πόνον καὶ τὴν ἔνδειαν ἡμῶν παραστῆσαι τοῖς ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς

γοῖς ἡμῶν. τοῦτο μὲν Ἀναστασίῳ τῷ προσκυνητῷ ἁγίῳ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπῳ· τοῦτο δὲ ἔτι μὴν τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ Βενερίῳ τῷ ἱερεῖ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ ἐκκλησίας. ἐκ τούτων γὰρ τῶν θρόνων ἐκωλύθη, ὅπερ ἐπιγνοῖεν κοινῷ κινδύνῳ μεγάλως ὀφείλειν προνοηθῆναι· ὅτι τοσαύτη ἐστὶ κληρικῶν ἔνδεια, καὶ πολλαὶ ἐκκλησίαι οὕτως ὑπάρχουσιν ἔρημοι, ὡς μηδένα διάκονον κἂν ἀγράμματον ἔχειν εὑρίσκεσθαι. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἀνωτέρων βαθμῶν καὶ τάξεων σιωπητέον ὑπολαμβάνω· ἐπειδὴ, ὡς εἶπον, ἐὰν ἡ τοῦ διακόνου ὑπουργία οὐκ εὐχερῶς εὑρίσκηται, πολλῷ πλέον περὶ τῶν ἀνωτέρων τιμῶν κατάδηλον ὑπάρχει. καὶ τοὺς καθημερινοὺς τῶν διαφόρων καὶ σχεδὸν ἀποθνησκόντων λαῶν τοῦ λοιποῦ οὐχ ὑποφέρομεν· οἷς εἰ μηδέποτε θελήσωμεν βοηθῆσαι, βαρυτάτη καὶ ἀναπολόγητος αἰτία τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν ἐκδέχεται ἡμᾶς παρὰ τῷ Θεῷ.

Ὥστε τοὺς μικροὺς παρὰ τοῖς Δονατισταῖς βαπτιζομένους, ἐν τῇ καθολικῇ κληρικοὺς χειροτονεῖσθαι.

νζʹ.

Διὸ ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ συνόδῳ ὁρισθὲν μέμνηται ἅμα ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ὁμοψυχία, ὥστε τοὺς παρὰ τοῖς Δονατισταῖς μικροὺς βαπτιζομένους, μηδέπω δυναμένους γνῶναι τῆς πλάνης αὐτῶν τὸν ὄλεθρον, μετὰ τὸ εἰς πεῖραν λογισμοῦ δεκτικὴν παραγενέσθαι, ἐπιγνωσθείσης τῆς ἀληθείας, τὴν φαυλότητα ἐκείνων βδελυττομένους πρὸς τὴν καθολικὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τὴν ἀνὰ πάντα τὸν κόσμον διακεχυμένην, τάξει ἀρχαίᾳ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῆναι, τοὺς τοιούτους ἐκ τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος μὴ ὀφείλειν ἐμποδίζεσθαι εἰς τάξιν κληρώσεως, ὁπόταν τὴν ἀληθινὴν ἐκκλησίαν ἰδίαν ἑαυτῶν ἐλογίσαντο τῇ πίστει προσερχόμενοι, καὶ ἐν αὐτῇ τῷ Χριστῷ πιστεύσαντες, τῆς τριάδος τὰ ἁγιάσματα ὑπεδέξαντο. ἅ τινα πάντα ἀληθῆ καὶ ἅγια καὶ θεῖα εἶναι δῆλόν ἐστι, καὶ ἐν τούτοις πᾶσαν τὴν τῆς ψυχῆς ἐλπίδα ὑπάρχειν. κἂν εἰ τὰ μάλιστα οὖν καὶ ἡ τῶν αἱρετικῶν προληφθεῖσα τόλμα τῷ ὀνόματι τῆς ἀληθείας ἐναντιούμενά τινα παραδιδόναι προτρέπεται, ταῦτα ἐπειδὴ ἁπλᾶ εἰσιν, ὡς διδάσκει ὁ ἅγιος ἀπόστολος λέγων· εἷς Θεὸς, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· καὶ τὸ ὀφεῖλον προσάπαξ δίδοσθαι, ἐπαναληφθῆναι οὐκ ἔξεστιν, ἀναθεματιζομένου τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος, διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῶσιν εἰς τὴν μίαν ἐκκλησίαν, τὴν, ὡς εἴρηται, περιστερὰν καὶ μόνην μητέρα τῶν χριστιανῶν, ἐν ᾗ πάντα τὰ ἁγιάσματα σωτηριωδῶς αἰώνια καὶ ζωτικὰ παραλαμβάνονται· ἅτινα τοῖς ἐπιμένουσιν ἐν τῇ αἱρέσει μεγάλην τῆς καταδίκης τὴν τιμωρίαν πορίσουσιν, ἵνα ὅπερ ἦν αὐτοῖς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀκολουθητέον φωτεινότερον, τοῦτο γένηται αὐτοῖς ἐν τῇ πλάνῃ σκοτεινότερον καὶ πλέον καταδεδικασμένον· ὅπερ τινὲς ἔφυγον, καὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς μητρὸς τὰ εὐθύτατα ἐπιγνόντες, πάντα ἐκεῖνα τὰ ἅγια μυστήρια φίλτρῳ τῆς ἀληθείας ἐπίστευσαν καὶ ὑπεδέξαντο, τοῖς τοιούτοις, ὅταν δοκιμὴ χρηστοῦ βίου προσέλθοι, ἀναμφιβόλως καὶ κλῆρος πρὸς ὑπουργίαν τῶν ἁγίων προσκυρωθήσεται· καὶ μάλιστα ἐν τῇ τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ, οὐδείς ἐστιν ὁ μὴ τοῦτο παραχωρῶν. εἰ δέ τινες τοῦ αὐτοῦ δόγματος κληρικοὶ μετὰ τοῦ πλήθους καὶ τῶν τιμῶν αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς μετελθεῖν ποθήσουσιν, οἵ τινες τῷ ἔρωτι τῆς τιμῆς συμβουλεύουσι πρὸς ζωὴν καὶ κατέχουσι

nerabili sancto fratri Anastasio sedis apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiæ, necessitatem ipsam, ac dolorem, atque inopiam nostram valeat intimare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum, quod noverint, communi periculo providendum; maxime, qui tanta indigentia clericorum est, multæque ecclesiæ ita desertæ sunt, ut ne unum quidem diaconum, vel inliteratum, habere reperiantur. Nam de ceteris superioribus gradibus & officiis tacendum arbitror, quia, ut dixi, si ministerium diaconi facile non invenitur, multo magis superiorum honorum invenire non posse certissimum est, & quotidie nos planctus diversarum pene emortuarum plebium jam non sustinemus: quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravis nobis & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Deum mansura est.

Vt parvuli apud Donatistas baptizati, in catholica ecclesia clerici ordinentur.

LVII.

Vnde quoniam superiori concilio statutum esse mecum recognoscit unanimitas vestra, ut hi qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, non solum scire valentes erroris eorum interitum: & posteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate falsi item eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam per universum mundum diffusam, ordine antiquo, per manus impositionem recepti sunt, debere talibus suscipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram ecclesiam illorum putaverint, ad fidem accedendo, & ibi Christo crediderint, & trinitatis sacramenta perceperint; quæ omnia vera & sancta atque divina esse certissimum est, & in his omnem animæ spem constitutam. Quamquam & hæreticorum præsumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat, quæ quoniam simplicia sunt, ut præmonet beatus apostolus dicendo: Vnus Deus, una fides, unum baptisma: & iterari non liceat quod semel dari oportet, anathematizato nomine erroris recipiantur per manus impositionem in unam ecclesiam, columbam, ut dictum est, & unam matrem omnium Christianorum, ubi omnia illa sacramenta salubriter, & æterna, & vitaliter accipiuntur: quæ perseverantibus in hæresi magnam damnationis pœnam conquirunt, ut quod eis in veritate ad æternam vitam consequendam esset luminosius, hoc in errore sit tenebrosius atque damnosius. Quod fugientes nonnulli, & matris ecclesię ubera cognoscentes, qui illa omnia sancta mysteria amore veritatis crediderunt, atque perceperunt, quibus sacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas accesserit, sine dubio ad officium clericatus tales esse applicandos, & maxime in tanta rerum necessitate, nullus est qui non concedat. Quamquam nonnulli ejusdem sectæ clerici cum plebibus atque honoribus suis ad nos transire desiderent: qui amore honoris aut persuadent ad vitam, aut reti-

Concilium Afric. c. 24.

ad

nent ad salutem. Sed hoc majori fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo; ut prudentiori suo consilio nostræ suggestionis sermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat nos informare dignentur. Tantum de his qui infantes baptizati sunt, satag mus, ut nostræ, si placet, in iisdem ordin ndis consentiant voluntati. omnia ergo quæ superius comprehendimus apud sanctos episcopos, agenda esse mecum honorabilis fraternitas vestra perpendat.

De reliquiis idolorum, vel templis ab imperatoribus abolendis.

LVIII.

Concilium Afric. c. 25.

Instant etiam aliæ necessitates religiosis imperatoribus postulandæ, ut reliquias idolorum per omnem Africam jubeant penitus amputari: nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diversis, adhuc erroris istius iniquitas viget: ut præcipiantur & ipsa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, jubeantur omni modo destrui.

Ut clerici de judicii sui cognitione non cogantur in publico dicere testimonium.

LIX.

Concilium Carthag. V. cap. 1. Concilium Afric. c. 26.

Petendum etiam, ut statuere dignentur, ut si qui forte in ecclesia quamlibet caussam jure apostolico ecclesiis imposito agere voluerint, & fortasse decisum clericorum uni parti displicuerit; non liceat clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor vel præsens fuerit: & nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

De paganorum conviviis.

LX.

Concilium Afric. c. 27.

Illud etiam petendum, ut quoniam contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta sunt, ita ut nunc a paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur; ex qua re temporibus Christianorum imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur: vetari talia jubeant, & de civitatibus & de possessionibus imposita pœna prohibere: maxime cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas civitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exerceant: ut matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor, devote venientium ad sacratissimum diem, injuriis lascivientibus appetatur; ut etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.

De spectaculis, ut die Dominico, vel ceteris sanctorum festivitatibus minime celebrentur.

LXI.

Concilium Afric. c. 28.

Necnon & illud petendum, ut spectacula theatrorum, ceterorumque ludorum, die dominica, vel ceteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amovean-

πρὸς σωτηρίαν. ἀλλὰ τοῦτο * καταλειπτέον κείνω τῇ μείζονι κατανοήσει ψηφιζομένων τῶν προλεχθέντων ἀδελφῶν, ἵνα τῇ συνετωτέρᾳ αὐτῶν βουλῇ τῆς ἡμετέρας ἀναφορᾶς τὸν λόγον διαγνῶσι, καὶ ἡμᾶς βεβαιῶσαι καταξιώσωσιν εἰς τὸ ὀφεῖλον περὶ τούτου τοῦ πράγματος παρ' ἡμῶν τυπωθῆναι. μόνον δὲ περὶ τῶν ἐν νηπιότητι βαπτισθέντων ἀρκούμεθα, ἵνα εἰ ἀρέσκει αὐτοῖς, τῇ ἡμετέρᾳ συναινέσωσι προαιρέσει περὶ τοῦ χειροτονεῖσθαι τούτους. πάντα τοίνυν ἃ ἀνωτέρω συνηγάγομεν παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις, πρακτέα εἶναι δικαιοῖ ἅμα ἐμοὶ ἡ ἔντιμος ὑμῶν ἀδελφότης.

* ἴσ. λειπ

Περὶ τῶν ἐγκαλειμμάτων τῶν εἰδώλων, καὶ ναῶν τῶν ὀφειλόντων ἐξαλειφθῆναι.

νη'.

Ων χάριν αἰτῆσαι δεῖ τοὺς θρησκευτικωτάτους βασιλεῖς, ὥστε τὰ ἐγκαταλείμματα τῶν εἰδώλων τὰ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀφρικὴν κελεῦσαι παντελῶς ἀνακοπῆναι· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις παραθαλασσίοις καὶ διαφόροις κτήσεσιν, ἀκμάζει ἔτι τῆς πλάνης ταύτης ἡ ἀδικία· ἵνα παραγγελθῶσι καὶ αὐτὰ ἀπαλειφθῆναι, καὶ οἱ ναοὶ αὐτῶν οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ ἐν ἀποκεκρυμμένοις τόποις χωρίς τινος εὐκοσμίας καθεστῶτες, παντὶ τρόπῳ κελευσθῶσι κατασραφῆναι.

Περὶ τοῦ, κληρικοὺς χάριν διαγνώσεως τῆς οἰκείας αὐτῶν κρίσεως, μὴ ἀναγκάζεσθαι δημοσίως μαρτυρεῖν.

νθ'.

Δεῖ αἰτῆσαι ἔτι μὴν, ἵνα ὁρίσαι καταξιώσωσιν, ὥστε ἐάν τινες ἐν ἐκκλησίᾳ οἱανδήποτε αἰτίαν ἀποστολικῷ δικαίῳ τῷ ταῖς ἐκκλησίαις ἐπικειμένῳ γυμνάσαι θελήσωσι, καὶ ἴσως ἡ τομὴ τῶν κληρικῶν τῷ ἑνὶ μέρει ἀπαρέσοι, μὴ ἐξεῖναι πρὸς δικαστήριον εἰς μαρτυρίαν προσκαλεῖσθαι τὸν κληρικὸν ἐκεῖνον τὸν πρότερον τὸ αὐτὸ πρᾶγμα σκοπήσαντα, ἢ καὶ σκοπουμένῳ παρατυχόντα· καὶ ἵνα μηδὲ προσώπῳ τις ἐκκλησιαστικῷ προσήκων ἐναχθείη περὶ τοῦ ὀφείλειν μαρτυρεῖν.

Περὶ τοῦ ἀφελέσθαι τὰ τῶν Ἑλλήνων συμπόσια.

ξ'.

Κἀκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτῆσαι παρὰ τῶν χριστιανῶν βασιλέων, ἐπειδὴ παρὰ τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐν πολλοῖς τόποις συμπόσια ὅτερς ἐπιτελοῦνται ἐκ τῆς ἐθνικῆς πλάνης προσενεχθέντα, ὡς καὶ χριστιανοὺς τοῖς Ἕλλησι λάθρα προσσυνάγεσθαι ἐν τῇ τούτων τελετῇ· ἵνα κελεύσωσι τὰ τοιαῦτα κωλυθῆναι καὶ ἐκ τῶν πόλεων καὶ ἐκ τῶν κτήσεων· μάλιστα, ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς γενεσίοις τῶν μακαρίων μαρτύρων ἀνά τινας πόλεις καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς ἱεροὺς τόπους τὰ τοιαῦτα πλημμελήματα φωρῶνται· ἐν αἷς ἡμέραις, ὅπερ καὶ λέγειν αἰσχύνη ἐστὶν, ὀρχήσεις μυσαρὰς εἰς τοὺς ἀγροὺς καὶ εἰς τὰς πλατείας ἐκτελοῦσι, ὥστε τῇ τῶν οἰκοδεσποινῶν τιμῇ, καὶ ἄλλων ἀναριθμήτων γυναικῶν τῇ αἰδοῖ τῶν εὐλαβῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἡμέραν παραγινομένων, λάγναις ὕβρεσιν ἐφορμᾶν· ὡς καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας πίστεως σχεδὸν φεύγεσθαι τὴν προσέλευσιν.

Περὶ θεωριῶν, ἵνα ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν ἁγίων ἑορταῖς μηδαμῶς ἐπιτελῶνται.

ξα'.

Κἀκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτῆσαι, ἵνα τὰ θεώρια τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως κωλύωνται· μάλιστα

μάλιστα, ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ ἁγίου πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἤπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται· ὀφείλειν μετενεχθῆναι τὰς ἀφωρισμένας αὐτῶν ἡμέρας, ὅτε ἀπαντήσῃ, καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν χριστιανῶν πρὸς τὰ θεώρια ταῦτα ἀναγκάζεσθαι. . . . .

. . . . . .

veantur; maxime quia sancti paschæ octavarum die populi ad circum magis quam ad ecclesiam conveniunt, debere transferri devotionis eorum dies siquando occurrerint, nec oportere etiam quemquam Christianorum cogi ad hæc spectacula: maxime, quia in his exercendis quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas a quoquam adhibenda est: sed, uti oportet, homo in libera voluntate subsistat sibi divinitus concessa." Cooperatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula convenire.

* Corporatorum

Περὶ τῶν καταδικαζομένων κληρικῶν.

ξβ'.

Κἀκεῖνο δεῖ αἰτῆσαι, ἵνα ὁρίσαι καταξιώσωσιν, ὥστε κληρικὸν οἱασδήποτε τιμῆς τυγχάνοντα, ἐπ' οἱωδήποτε ἐγκλήματι τῇ τῶν ἐπισκόπων κρίσει καταδικασθέντα, μὴ ἐξεῖναι τὸν αὐτὸν εἴτε παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἧς ὑπῆρχεν, εἴτε ἐπὶ οἱουδήποτε ἀνθρώπου ἐκδικεῖσθαι, ποινῆς ἐπὶ τούτῳ παρεντεθείσης ζημίας χρημάτων τε καὶ τιμῆς, ὅπως μηδὲ ἡλικίαν μηδὲ φύσιν ἀπολογητέαν εἶναι κελεύσωσιν.

De clericis damnatis.

LXII.

Et illud petendum, ut statuere dignentur, ut si quis cujuslibet honoris clericus judicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab ecclesiis quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

Concilium Cartha. V. cap. 2. Concilium Afric. c. 29.

Περὶ τῶν μίμων τῶν γινομένων χριστιανῶν.

ξγ'.

Περὶ τούτων ἔτι μίαν αἰτῆσαι δεῖ, ἵνα ἐάν τις ἐξ οἱουδήποτε παιγνιώδους ἐπιτηδεύματος πρὸς τὴν τοῦ χριστιανισμοῦ χάριν ἐλθεῖν θελήσοι, καὶ ἐλεύθερος ἀπ' ἐκείνων τῶν σπιλάδων διαμεῖναι, μὴ ἐξὸν εἴη τινὶ τὸν τοιοῦτον πρὸς τὰ αὐτὰ γυμνάσματα πάλιν προτρέπεσθαι ἢ καταναγκάζειν.

De histrionibus Christianis factis.

LXIII.

Et de his etiam petendum: ut siquis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit: ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

Concilium Afric. c. 30.

Περὶ ἐλευθεριῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινομένων, αἰτητέον ἀπὸ τοῦ βασιλέως.

ξδ'.

Περὶ ἐλευθεριῶν δηλαδὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κηρυκτέων, ἐὰν τοῦτο οἱ ἡμέτεροι συνιερεῖς φαίνονται ποιοῦντες ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἡ ἡμετέρα δῆλον πεποίθησις τῇ τούτων τάξει ἕπηται, δοθείσης φανερῶς ἀδείας πεμπομένου τοποτηρητοῦ, ἵνα οἱαδήποτε ἄξια πίστεως ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως καὶ τῆς τῶν ψυχῶν σωτηρίας ἐκτελέσαι δυνηθείη, καὶ ἡμεῖς ἐπαινετῶς ἐνώπιον τοῦ κυρίου ὑποδεξώμεθα ταῦτα πάντα. ἐὰν τῇ ἡμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ ἀρέσκῃ, ἐξείπατε, ἵνα καὶ τὴν ἐμὴν ἀναφορὰν βεβαίαν οὖσαν ὑμῖν ἐπιδείξω, καὶ τὰ παρὰ τῆς πάντων ἡμῶν συναινέσεως ἡ αὐτῶν εἰλικρινότης ἡδέως προσδέξηται. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη. πᾶσιν ἀρέσκει, τὰ προτεθέντα καὶ συνετῶς ἀπὸ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἐξηγηθέντα ὀφείλειν ἐκτελεσθῆναι.

De manumissionibus in ecclesia celebrandis, ab imperatore poscendum.

LXIV.

[De manumissionibus sane in ecclesia dicendis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiduciæ istorum ordinem sequi: data plane licentia misso legato, ut quæcumque digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu domini accepturos. Quæ omnia, si sanctitati vestræ placent, edicite; ut & meam suggestionem ratam esse vobis advertam, & nostram omnium consensionem sinceritas eorum libenter accipiat. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placent hæc quæ injuncta sunt peragenda, & prudenter a tua sanctitate enarrata.

Concilium Afric. c. 31.

Περὶ Αἰκουτίου ἐπισκόπου τοῦ καταδικασθέντος.

ξε'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τοῦ Αἰκουτίου ἔτι μὴν τοῦ ἔκπαλαι κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν τῇ τῶν ἐπισκόπων γνώμῃ καταδικασθέντος, τὸ πρᾶγμα οὐκ οἶμαι παρεατέον τῇ πρεσβείᾳ. ἵνα, ἐὰν τυχὸν τοῦτον εὕροι ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν, ἔστω πρὸς φροντίδος τῷ αὐτῷ ἀδελφῷ ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ὡς χρὴ καὶ ὅπου ἐξὸν εἴη, κατ' ἐκείνου διαπράξασθαι. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πολὺ ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ ἐξακολούθησις· μάλιστα, ὅτι ἔκπαλαι καταδεδίκασται ὁ αὐτὸς Αἰκύτιος, καὶ ἡ τούτου ἀναίσχυντος ἀνησυχία, ὑπὲρ τῆς καταστάσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐκκλησίας, μᾶλλον καὶ μᾶλλον πανταχοῦ καταμαχητέα ἐστίν· καὶ ὑπέγραψαν.

De Equitio episcopo damnato.

LXV.

Aurelius episcopus dixit: Equitii etiam olim merito suo episcopali sententia damnati, non arbitror prætereundam esse legationis causam, ut si forte eum in illis partibus reperit, sit eidem fratri nostro curæ pro ecclesiæ statu quod oportuerit, vel ubi licuerit, adversus eum peragere. Ab universis episcopis dictum est: Multum placet & ista prosecutio: maxime cum olim damnatus sit Equitius, & ejus impudens inquietudo pro statu & salute ecclesiæ magis magisq; ubique repellenda. Et subscripserũt.

Concilium Afric. c. 32.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

In hoc concilio literæ leguntur Anastasii Romani pontificis, de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

Concilium Carthaginense anno Ch. ccci. Vincentio & Flavio viris clarissimis consulibus, Idibus Septembris, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum in concilio congregati in ecclesia Carthaginensi consedissemus, ex Africanis omnibus provinciis episcopi, id est, Aurelius ejusdem sedis episcopus cum collegis suis, quos eorum subscriptio manifestat: Recitatis epistolis beatissimi fratris & consacerdotis nostri Anastasii, ecclesiæ Romanæ episcopi, quibus nos paternæ & fraternæ caritatis solicitudine ac sinceritate adhortatus est, ut de hæreticorum & schismaticorum Donatistarum insidiis & improbitatibus, quibus Africanam ecclesiam catholicam graviter vexant, nullo modo dissimulemus: gratias agimus domino nostro, quod illi optimo ac sancto antistiti suo tam piam curam pro membris Christi, quamvis in diversitate terrarum, sed in una compage corporis constitutis, inspirare dignatus est.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ γράμματα ἀναγινώσκονται Ἀναστασίου τοῦ ἱερέως Ῥώμης, περὶ τῶν Δονατιστῶν ὑπομιμνήσκοντα τοὺς καθολικοὺς ἐπισκόπους.

Ἐπὶ Βικεντίου καὶ Φλαβίου τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, εἰδοῖς Σεπτεμβρίαις, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ῥεστιτούτης ἐκκλησίας πρὸς σύνοδον συναχθέντες καὶ προκαθίσαντες οἱ ἐκ πασῶν τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐπαρχιῶν ἐπίσκοποι, τοῦτ' ἔστιν, Αὐρήλιος ὁ τοῦ αὐτοῦ θρόνου ἐπίσκοπος μετὰ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, οὓς δηλοῖ ἡ οἰκεία ὑπογραφὴ, εἶπεν· ἀναγνωσθέντων γραμμάτων τοῦ μακαριωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συνιερέως ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου, δι' ὧν ἀδελφικῆς, μᾶλλον δὲ πατρικῆς ἀγάπης μερίμνῃ καὶ εἰλικρινότητι ἡμᾶς προετρέψατο, ἵνα περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν Δονατιστῶν ἐπιβουλῆς καὶ ἀναισχυντίας τῆς τὴν κατὰ πᾶσαν τῶν Ἀφρῶν χώραν καθολικὴν ἐκκλησίαν βαρέως πορθούσης, μηδαμῶς παραπροσποιησώμεθα, χάριτας ὁμολογοῦμεν τῷ δεσπότῃ ἡμῶν Θεῷ, ὅτι τοιαύτην εὐσεβῆ φροντίδα ἐμπνεῦσαι κατηξίωσε τῷ οὕτως καλλίστῳ καὶ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ ἱερεῖ ὑπὲρ τῶν μελῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν κἂν ἐν διαφόροις τῆς γῆς μέρεσιν, ἀλλ' ἐν μιᾷ σώματος ἁρμονίᾳ καθισαμένοις.

Vt cum Donatistis lenius agatur.

LXVI.

Concilium Afric. c. 33. Deinde pertractatis & consideratis omnibus, quæ utilitati ecclesiæ convenire videbantur, annuente atque admonente spiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus, quamvis de dominici corporis unitate inquieta dissensione præcisis, leniter & pacifice agere; ut quantum in nobis est, omnibus qui eorum communione & societate irretiti sunt, per universas provincias Africanas penitus innotescat, quam miserabili errore devincti sunt: *ne forte*, sicut dicit apostolus, nobis in mansuetudine corripientibus diversa sentientes, *det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captivati ab ipso ad ipsius voluntatem.* (2. Tim. 2.)

Περὶ τοῦ μετὰ τῶν Δονατιστῶν πρᾴως διαπράξασθαι.

ξς'.

Μετὰ ταῦτα ψηλαφηθέντων καὶ κατανοηθέντων πάντων τῶν τῇ ἐκκλησιαστικῇ χρησιμότητι συντρέχειν δοκούντων, ἐπινεύσαντος καὶ ἐνηχήσαντος τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, ἐπελεξάμεθα ἠπίως καὶ εἰρηνικῶς διαπράξασθαι μετὰ τῶν μνημονευθέντων ἀνθρώπων, κἂν εἰ τὰ μάλιστα ἐκ τῆς τοῦ κυριακοῦ σώματος ἑνώσεως ἀνησυχάστῳ διχονοίᾳ ἀποσχίζωσιν, ἵνα ὅσον τὸ ἐν ἡμῖν, πᾶσι καθόλου γνωσθῇ τοῖς τῇ ἐκείνων κοινωνίᾳ καὶ ἑταιρείᾳ σαγηνευθεῖσιν ἀνὰ πάσας τὰς τῆς Ἀφρικῆς ἐπαρχίας πῶς ἐλεεινῇ πλάνῃ κατεδέθησαν. ἴσως, καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἡμῶν ἐν ἡμερότητι συναγόντων τοὺς τὰ διάφορα φρονοῦντας, δώσει αὐτοῖς μετάνοιαν πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἵνα ἀνασφήλωσιν ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου βρόχων οἱ αἰχμαλωτισθέντες αὐτῷ εἰς τὸ αὐτοῦ θέλημα.

De literis mittendis judicibus, ut ea quæ inter Donatistas & Maximianistas acta sunt, innotescant.

LXVII.

Concilium Afric c. 34. Itaque placuit, ut ex concilio nostro literæ darentur ad judices Africanos, a quibus hoc peti congruum videretur, ut in hoc adjuvent communem matrem ecclesiam catholicam, in quo episcopalis auctoritas contemni in civitatibus potest: id est ut judiciaria potestate atque diligentia ex fide Christiana quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam, faciant inhærere.

Περὶ γραμμάτων ὀφειλόντων τοῖς ἄρχουσιν ἀποσταλῆναι, ὥστε κατάδηλα γενέσθαι τὰ μεταξὺ τῶν Δονατιστῶν καὶ Μαξιμιανιστῶν πραχθέντα.

ξζ'.

Ἤρεσε τοίνυν, ἵνα ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου γράμματα πρὸς τοὺς τῆς Ἀφρικῆς ἄρχοντας δοθῶσιν, ἀφ' ὧν αἰτῆσαι ἁρμόδιον ἔδοξε περὶ τοῦ βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐπισκόπων αὐθεντία ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονεῖται· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἀρχοντικῇ δυναστείᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ, καὶ χριστιανικῇ πίστει ἀναζητήσωσι τὰ γενόμενα ἐν ὅλοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς οἱ Μαξιμιανισταὶ τὰς ἐκκλησίας κατέσχον· ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἀποσχίσαντας· καὶ δημοσίοις πεπραγμένοις τὴν περὶ τούτων γνῶσιν βεβαίαν πᾶσιν ἀναγκαίως ποιήσωσιν ἐντεθῆναι.

Περὶ

Περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς τῶν Δονατιστῶν ἐν τῷ κλήρῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναδέχεσθαι. A

ξη'.

Εἰς ὕστερον ἤρεσεν, ἵνα γράμματα πεμφθῶσι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν, ἐν ᾗ προκάθηται ὁ μνημονευθεὶς προσκυνητὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀναστάσιος· ἐπειδὴ γινώσκει τὴν Ἀφρικὴν μεγάλην ἔχειν ἀνάγκην, ὥστε διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην καὶ χρησιμότητα, καὶ δι' αὐτῶν τῶν Δονατιστῶν, οἵτινες δήποτε κληρικοὶ διορθουμένης τῆς βουλῆς πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα μετελθεῖν θελήσοιεν κατὰ τὴν ἑνὸς ἑκάστου καθολικοῦ ἐπισκόπου προαίρεσιν, καὶ βουλὴν τοῦ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κυβερνῶντος τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν τοῦτο συμβάλλεσθαι τῇ τῶν χριστιανῶν εἰρήνῃ φανείη, ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς αὐτοὺς ἀναδεχθῆναι· καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις περὶ τῆς αὐτῆς διαστάσεως γενέσθαι φανερόν ἐστιν· ὅπερ πολλῶν καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς ἡ τοιαύτη πλάνη ἀνεφύη, τὰ παραδείγματα μαρτύρονται. οὐχ ἵνα ἡ σύνοδος ἡ ἐν τοῖς περαματικοῖς μέρεσι περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενομένη διαλυθῇ, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνο μένῃ περὶ τοὺς οὕτως μετελθεῖν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν βουλομένους, ὥστε μηδεμίαν ἐπὶ τούτων τῆς ἑνότητος συντομίαν περιεργάζεσθαι. δι' ὧν δὲ παντὶ τρόπῳ ἐκτελεσθῆναι καὶ προσβοηθῆναι ἡ καθολικὴ ἑνότης φανερῷ κέρδει τῶν ἀδελφικῶν ψυχῶν φανείη ἐν τοῖς τόποις οἷς διάγουσι, μὴ ἐμποδίσῃ τούτοις τὸ ὁρισθὲν κατὰ τῶν τιμῶν αὐτῶν τῇ περαματικῇ συνόδῳ, ὁπόταν τὸ σωθῆναι οὐδενὶ προσώπῳ ἀποκέκλεισται· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα οἱ χειροτονηθέντες ἐν τῷ τῶν Δονατιστῶν μέρει, ἐὰν πρὸς τὴν καθολικὴν πίστιν διορθωθέντες μετελθεῖν θελήσοιεν, μὴ κατὰ τὴν περαματικὴν σύνοδον μὴ δεχθῶσιν ἐν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς· ἀλλὰ μᾶλλον οὗτοι προσδεχθῶσι, δι' ὧν τῇ καθολικῇ ἑνότητι γίνεται πρόνοια. B C

Vt clerici Donatistarum in ecclesia catholica suscipiantur in clero.

LXVIII.

Deinde placuit, ut literæ mittantur ad fratres & coepiscopos nostros, & maxime ad sedem apostolicam, in qua præsidet memoratus venerabilis frater & collega noster Anastasius, quo noverit habere Africam magnam necessitatem, propter ecclesiæ pacem & utilitatem: ut & ipsis Donatistis, quicumque clerici correcto consilio ad catholicam unitatem transire voluerint, secundum uniuscujusque episcopi catholici voluntatem atque consilium, qui in eodem loco gubernat ecclesiam: si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus ejusdem divisionis temporibus factum esse manifestum est. Quod multarum & pene omnium Africanarum ecclesiarum, in quibus talis error exortus est, exempla testantur: non ut concilium quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissolvatur; sed ut illud maneat circa eos qui sic transire ad catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis concisio procuretur. Per quos autem vel omni modo perfici, vel adjuvari manifestis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis in quibus degunt, visa fuerit, non eis obsit, quod contra honores eorum, quamvis salus nulli interclusa sit, in transmarino concilio statutum est, id est, ut ordinati in parte Donati si ad catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis secundum transmarinum concilium: sed exceptis his, per quos catholicæ unitati consulitur.

Περὶ τοῦ πρεσβείαν πρὸς τοὺς Δονατιστὰς ἀποσταλῆναι χάριν τοῦ τὴν εἰρήνην συνθεῖναι. D

ξθ'.

Ἤρεσεν ἔπειτα, ὥστε τούτων πραχθέντων τοποτηρητὰς περὶ τοῦ κηρύξαι εἰρήνην καὶ ἑνότητα, ἧς τινος χωρὶς ἡ τῶν χριστιανῶν σωτηρία καθίστασθαι οὐ δύναται, πεμφθῆναι ἐκ τοῦ ἡμετέρου ἀριθμοῦ πρὸς τοὺς τῶν αὐτῶν Δονατιστῶν, εἴτε τινὰς ἔχουσιν ἐπισκόπους, εἴτε λαούς· δι' ὧν τοποτηρητῶν πᾶσιν ἐν γνώσει γένηται, πῶς οὐδὲν ἔχουσιν εὔλογον κατὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· μάλιστα ἵνα φανερὸν πᾶσι γένηται διὰ τῶν πολιτειωτικῶν πεπραγμένων πρὸς πίστωσιν τῆς ἀποδείξεως, ἅπερ αὐτοὶ τῶν Μαξιμιανιστῶν τῶν ἰδίων σχισματικῶν ἔπραξαν. ἔνθα αὐτοῖς θεόθεν ἀποδείκνυται, ἐὰν ἐπισκέψαι θελήσοιεν, οὕτως ἀδίκως τότε αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως ἀποσχίσαντας; ὥσπερ κράζουσιν ἀδίκως ἀπ' αὐτῶν τοὺς Μαξιμιανιστὰς νῦν ἀποσχίσαι. ἐκ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων, οὕς τινας φανερᾷ τῆς οἰκείας βουλῆς αὐθεντίᾳ κατεδίκασαν, μετὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς ἀνεδέξαντο· καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ οἱ παρ' αὐτοῖς καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι δεδώκασι, προσεδέξαντο, πρὸς τὸ δειχθῆναι, πῶς μωρᾷ καρδίᾳ ἀντιτάσσονται τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ διακεχυμένης, ταῦτα ποιοῦντες ὑπὲρ τῆς E

Vt legatio ad Donatistas componendæ pacis gratia dirigatur.

LXIX.

Deinde placuit, ut his peractis, legati etiam prædicandæ pacis atque unitatis, sine qua salus Christiana non potest obtineri, e numero nostro ad ipsorum Donatistarum, sive quos habent episcopos, sive ad plebes mittantur; per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant, quod adversus ecclesiam catholicam juste possint dicere: maxime ut manifestum fiat omnibus per gesta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis schismaticis suis egerint: ubi eis divinitus demonstratur, si attendere velint, tam inique tunc illos ab ecclesiæ unitate præcisos, quam inique nunc clamant a se Maximianistas schisma fecisse: ex quorum tamen numero quos jam plenarii concilii sui auctoritate damnaverant, in suis honoribus denuo receperunt, baptismum quem damnati & exclusi dederant, acceptaverunt: ut videant, quam stulto corde resistant paci ecclesiæ toto orbe diffusæ, cum ista faciant pro

Concilium Afric. c. 35.

Concilium Afric. c. 35.

pro parte Donati, neque se istorum quos A ita receperunt, communione propter intuitum pacis contaminari dicant, & nos contemnant, id est, ecclesiam catholicam, etiam in extremis terrarum partibus constitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accusantes convincere nequiverunt.

μέρους τοῦ Δονάτου, καὶ μὴ λέγοντες ἑαυτοὺς μολύνεσθαι τῇ κοινωνίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς οὕτως διὰ τὸ ἀκούσιον τῆς εἰρήνης ἀναδεχθέντων· ἡμῖν δὲ φιλονεικοῦντες, τοῦτ' ἔστι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔτι μὴν καὶ τῇ ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῆς γῆς καθεστώσῃ, διὰ τῆς μιαρᾶς μετὰ τούτων κοινωνίας, ὧν τινων πρότερον κατηγοροῦντο πάντες, ἐλέγξαι αὐτοὺς οὐκ ἠδυνήθησαν.

Qui clerici ab uxoribus debeant abstinere.

LXX.

Concilium Cartha. V. cap. 3. Concilium Afric. c. 37.

Præterea, cum de quorumdam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur; placuit, episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuscujusque ecclesiæ consuetudinem observari debere.

Περὶ τοῦ, ποῖοι ὀφείλουσι κληρικοὶ γαμετῶν ἀπέχεσθαι.

ο'.

Πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας τῆς περὶ τὰς οἰκείας γαμετάς τινων μνημονεύεσθαι κληρικῶν, ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἔτι μὴν ἀπέχεσθαι γαμετῶν· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσαιεν, ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινηθῶσι τάξεως· τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, ἀλλ' ὀφείλειν κατὰ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας συνήθειαν παραφυλάττεσθαι.

De his qui plebes proprias derelinquunt.

LXXI.

Concilium Cartha. V. cap. 5. Concilium Afric. c. 38.

Rursum placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Περὶ τῶν τοὺς ἰδίους λαοὺς ἐγκαταλιμπανόντων.

οα'.

Πάλιν ἤρεσεν, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ καταλειφθείσης τῆς αὐθεντικῆς αὐτοῦ καθέδρας, πρός τινα ἐκκλησίαν ἐν διοικήσει καθεστῶσαν ἑαυτὸν ἀποφέρειν· ἢ ἐν οἰκείῳ πράγματι ὑπὲρ ὃ χρὴ ἐπιπολὺ ἀπασχολουμένῳ, ἀμελεῖν τῆς φροντίδος καὶ τῆς συνεχείας τοῦ ἰδίου θρόνου.

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur utrum fuerint baptizati.

LXXII.

Concilium Cartha. V. cap. 6. Concilium Afric c 39.

Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque ullo scrupulo esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Hinc enim legati Maurorum, fratres nostri, consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt.

Περὶ νηπίων ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι ὁσάκις ἀμφιβάλλεται περὶ αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐβαπτίσθησαν.

οβ'.

Ὁμοίως ἤρεσε περὶ τῶν νηπίων, ὁσάκις μὴ εὑρίσκονται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα εἶναι λέγοντες· καὶ οὐδὲ αὐτὰ διὰ τὴν ἡλικίαν περὶ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς μυσταγωγίας ἀποκρίνεσθαι ἐπιτηδείως ἔχωσι, χωρίς τινος προσκόμματος ὀφείλειν ταῦτα βαπτίζεσθαι, μή ποτε ὁ τοιοῦτος δισταγμὸς ἀποστερήσῃ αὐτὰ τῆς τοιαύτης τοῦ ἁγιασμοῦ καθάρσεως. ἐκ τούτου γὰρ οἱ τοποτηρηταὶ τῶν Μαύρων ἀδελφοὶ ἡμῶν τοῦτο ἐβουλεύσαντο, ὅτι πολλοὺς τοιούτους ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐξαγοράζονται.

Diem paschæ, & diem concilii nuntiandum.

LXXIII.

Concilium Cartha. V. cap. 7. Concilium Afric. c. 40.

Item placuit, ut dies venerabilis paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur; dies vero concilii idem servetur, qui in Hipponensi concilio constitutus est, id est, x. Kalendas Septembris. Et scribendum ad singularum quarumque provinciarum primates, ut quando apud se concilium congregant, istum diem non impediant.

Περὶ τοῦ τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι.

ογ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τὴν ἡμέραν τοῦ προσκυνητοῦ πάσχα διὰ τῆς τετυπωμένων ὑπογραφῆς πᾶσιν ἐμφανίζεσθαι. ἡ δὲ τῆς συνόδου ἡμέρα, ἡ αὐτὴ φυλαχθῇ, ἥτις ὡρίσθη ἐν τῇ Ἱππῶνι συνόδῳ· τοῦτ' ἔστιν, ἡ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων. ὀφείλει γὰρ καὶ γραφῆναι πρὸς τοὺς πρωτεύοντας πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν, ἵνα ὅτε παρ' ἑαυτοῖς σύνοδον προσκαλοῦνται, ταύτην τὴν ἡμέραν φυλάττωσιν.

Ne interventor episcopus cathedram, ubi interventor est, teneat.

LXXIV.

Concilium Cartha V cap. 8. Concilium Afric. c 41.

Item constitutum est, ut nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem episcopum provideat. quod si neglexerit, anno exempto interventor alius tribuatur.

Περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον καθέζεσθαι ἐν ᾗ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται.

οδ'.

Ὁμοίως ὡρίσθη, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι μεσίτῃ τὴν καθέδραν κατέχειν, ᾗ τινι μεσίτης δέδοται, διὰ οἱασδήποτε τῶν λαῶν σπουδῆς ἢ διχοστασίας, ἀλλὰ σπουδάζειν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τοῖς αὐτοῖς προνοεῖσθαι ἐπίσκοπον. εἰ δὲ περὶ τοῦτο ἀμελήσοι, μετὰ τὴν περαίωσιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἕτερος ψηφισθῇ μεσίτης.

Περὶ

Περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν ὀφειλόντων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτηθῆναι.

οε´.

Σύμπασιν ἔδοξεν αἰτῆσαι ἀπὸ τῶν βασιλέων διὰ τὴν πενήτων κάκωσιν, ὧν ταῖς ἐπαχθείαις ἀπαύστως ἡ ἐκκλησία παρενοχλεῖται, ὥστε ἐκδίκους τούτοις μετὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων προνοίας ἐπιλεγῆναι κατὰ τῆς τῶν πλουσίων τυραννίδος.

Περὶ τῶν μὴ ἀπαντώντων ἐν ταῖς συνόδοις ἐπισκόπων.

οϛ´.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσάκις δήποτε σύνοδον δεῖ συναχθῆναι, οἱ ἐπίσκοποι, οἵτινες οὔτε ἡλικίᾳ, οὔτε ἀσθενείᾳ, οὔτε τινὶ βαρυτέρᾳ ἀνάγκῃ ἐμποδίζονται, ἁρμοδίως ἀπαντῶσι, καὶ τοῖς προκαθημένοις ἑκάστης ἰδίας αὐτῶν ἐπαρχίας ἐμφανισθείη περὶ πάντων τῶν ἐπισκόπων, εἴτε δύο, εἴτε τρεῖς συναθροισθεῖσαι γίνωνται, καὶ ἀπὸ ἑκάστου δὲ ἀθροισμοῦ εἰς ἀμοιβὴν ὅσοι δήποτε ἐπιλεγῶσι, πρὸς τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου ἐνστατικῶς ἀπαντήσωσιν. ἐὰν δὲ μὴ δυνηθῶσιν ἀπαντῆσαι, ἀθρόων τινῶν ἀναγκῶν, ὡς εἰκὸς, ἀναφυομένων, εἰ μὴ τὸν λόγον τοῦ οἰκείου ἐμποδισμοῦ παρὰ τῷ οἰκείῳ προκαθημένῳ ἀποδώσωσιν, ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας.

Περὶ Κρεσκωνίου.

οζ´.

Περὶ Κρεσκωνίου τοῦ Βιλλαρεγκεντίου τοῦτο πᾶσιν ἔδοξεν, ἵνα ἐντεῦθεν ὁμοίως ἐμφανείη τῷ προκαθημένῳ τῆς Νουμιδίας πρὸς τὸ εἰδέναι αὐτὸν ὀφείλειν γράμμασιν οἰκείοις πρὸς συνέλευσιν προτρέψασθαι τὸν μνημονευθέντα Κρεσκώνιον, ὥστε μὴ ὑπερθέσθαι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ τῇ πλησιαζούσῃ συμπάσῃ Ἀφρικανῇ συνόδῳ παρασχεῖν. ἐὰν δὲ τοῦ ἐλθεῖν καταφρονήσῃ, ἔσται εἰδὼς κατ᾽ αὐτοῦ ψῆφον νομοθετησομένην.

Περὶ τῶν ἐν Ἱππῶνι φροντιστῶν τῆς ἐκκλησίας.

οη´.

Πάλιν ἤρεσεν, ἵνα ἐπειδὴ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱππῶνι φροντιστῶν ἡ * ἐγκατάληψις οὐκ ὀφείλει ἐπὶ πολὺ ἀμεληθῆναι· καὶ ἐπειδὴ αἱ ἐκεῖ ἐκκλησίαι * καταδέχονται παρὰ τὴν τὴν ἄτοπον τοῦ Αἰκουτίου κοινωνίαν παραιτησαμένων, πεμφθέντων ἐκ τῆς παρούσης συνόδου ἐπισκόπων, Ῥηγίνου, Ἀλυπίου, Αὐγουστίνου, Ματέρνου, Θεασίου, Εὐοδίου, Πλακιανοῦ, Οὐρβανοῦ, Βαλερίου, Ἀμβιβίου, Φορτουνάτου, Κοδβουλτδέου, Ὁνωράτου, Ἰανουαρίου, Ἀπίου, Ὁνωράτου, Ἀμπελίου, Βικτωριανοῦ, Εὐαγγέλλου, καὶ Ῥογατιανοῦ· καὶ συναχθέντων καὶ διορθωθέντων τῶν ἐπὶ ψόγῳ μονοτονίᾳ τὴν φυγὴν τοῦ αὐτοῦ Αἰκουτίου προσδοκητέαν λογισαμένων, μετὰ τῆς πάντων εὐχῆς ἐπίσκοπος τούτοις χειροτονηθῇ. ἐὰν δὲ μὴ θελήσωσιν ἐκεῖνοι τὴν εἰρήνην κατανοῆσαι, μὴ ἐμποδίσωσι τῇ ἐπιλογῇ τοῦ προέδρου πρὸς τὸ χειροτονηθῆναι εἰς χρησιμότητα τῆς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἐγκαταλειφθείσης ἐκκλησίας.

Περὶ τῶν μὴ φροντιζόντων κληρικῶν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ πρᾶξαι τὸ ἴδιον πρᾶγμα.

οθ´.

Πάλιν ὡρίσθη, ἵνα ὁσάκις κληρικῶν ἐλεγχθέντων καὶ καθαιρεθέντων τινὰ ἐγκλήματα, εἴτε διὰ τὸ τῆς ἐκκλησίας ὄνειδος, εἴτε διὰ τὴν αἰδεσιμότητα ὧν χάριν τούτοις φειδὼ γίνεται· εἴτε διὰ τὴν ἀλα-

De defensoribus ecclesiarum ab imperatore poscendis.

A LXXV.

Ab imperatoribus, universis visum est, postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione delegentur.

Concilium Carth. V. c. 9 Concilium Afric. c. 42.

De episcopis, qui ad concilia non occurrunt.

LXXVI.

Item placuit, ut quotiescumque concilium congregandum est, episcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant, & primatibus suarum quarumque provinciarum intimetur, ut de universis episcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant, ac de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint, ad diem concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoria conscribant: vel si post adventum tractoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

Conc. Carthagin. V. cap. 10. Concilium Afric. c. 43.

De Cresconio.

LXXVII.

De Cresconio Villâ Regensi, hoc omnibus visum est, ut hinc quoque primati Numidiæ intimetur, quo cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conveniendum esse, ut proximo universali Africano concilio suam præsentiam non differat exhibere. Quod si venire contempserit, in se cognoscat sententiam promulgandam.

Concilium Afric. c. 44.

De ecclesia Hipponensium Diaretorum.

LXXVIII.

Rursum placuit, ut quoniam Hipponensium Diaretorum ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, & ecclesiæ ibi ab his retinentur, qui Equitii facinorosam communionem declinaverunt, missis ex præsenti concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambivio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorato, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Rogatiano: conventis & correctis his qui culpabili pertinacia fugam ejusdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si autem illi pacem considerare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præposito utilitatem tanto tempore ecclesiæ destitutæ.

Concilium Afric. c. 45.

De clericis, qui intra annum causam suam agere non procurarint.

LXXIX.

Rursus constitutum est, ut quoties clericis convictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum at-

Conc. Carthagin. V. c. 11. Concilium Afric. c. 46.

que gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant: si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

Ut de alieno monasterio susceptos nec præpositos monasterii, nec clericos liceat ordinare.

LXXX.

Concilium Carthag. V. cap. 13. Concilium Afric c. 47.

Item placuit, ut si quis de alterius monasterio susceptum vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio majorem monasterii constituerit, episcopus qui hoc fecerit, a ceterorum communione sejunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit, & ille neque clericus, neque præpositus perseveret.

De episcopis, qui hæreticos vel paganos heredes instituunt.

LXXXI.

Concilium Afric. c. 48.

Item constitutum est, ut si quis episcopus heredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos, ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus decesserit, quia utique debuit, factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre.

De manumissionibus.

LXXXII.

Concilium Afric. c. 49.

Item placuit, ut de manumissionibus in ecclesia celebrandis ab imperatore petatur.

De falsis memoriis martyrum.

LXXXIII.

Concilium Cartha. V. c. 14. Concilium Afric. c. 50

Sane ut illæ plebes quæ conversæ sunt a Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicujus episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Nec non & illud suggestum est, quod plebes ante legem imperatorum de unitate latam, quicumque converterunt episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant: verum a lege unitatis, & deinceps, oporteat universas ecclesias vindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant, vel conversorum ad catholicam, vel non conversorum hæreticorum, & diœceses, & si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad ejus jus pertinentia. Qui vero aliqua usurpaverunt, post legem usurpata conventi restituant. Concilium Afric.c. 66.

Περὶ τῆς ἀναφορᾶς Μαυρεντίου τοῦ ἐπισκόπου.

ρ'.

Κατὰ τὴν ἀναφορὰν καὶ αἴτησιν τοῦ ἐπισκόπου Μαυρεντίου, ἀναγνωσθέντος τοῦ χεδαρίου, ὅπερ προσενήνεγκε Πλακέντιος ὁ ἐπίσκοπος, ὁ τὸ πρόσωπον τοῦ τοποτηρητοῦ τῶν Νουμιδῶν ἀναπληρῶν, ὅπερ καὶ τὴν γνώμην τοῦ αὐτοῦ Πλακεντίου ἀνεγνώσθη ἐνώπιον τῶν ἐπισκόπων· καὶ ζητηθέντων πρὸ τῶν θυρῶν τῶν λεγομένων παρεστάναι διακόνων, τοῦτ' ἔστι τῶν γερόντων τῶν ἀπὸ τῆς νέας Γερμανοῦ, καὶ μηδαμῶς εὑρεθέντων, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον ζητηθέντων. ἐκέλευσε διὰ τοῦτο ἡ ἁγία σύνοδος, ὥστε γράμματα πρὸς τὸν αὐτὸν γέ-

De suggestione Maurentii episcopi.

C.

Ad suggestionem vel postulationem episcopi Maurentii, cum lecta fuisset scheda, quam obtulit episcopus Placentinus, qui personam legati Numidarum gestabat, sententia ejusdem Placentini recitata est in conspecta episcoporum: & cum quærerentur hi, quos adesse voluit, a diaconis pro foribus, id est, seniores a nova Germania, ac minime invenirentur, secundo vel tertio requisiti: propterea censuit sanctum concilium, ut literæ ad eumdem Concilium Afric.c.67.

senem

senem Xanthippum prærogentur, quo noverit voluntati plebis memoratæ nullo modo injuriam episcopi succumbendum. Maurentius episcopus dixit: Quoniam requisiti sunt seniores a nova Germania secundo ac tertio, & non sunt inventi, quibus præceptum erat a primate ut occurrerent ad venerabile concilium, quod nunc agitur Idibus Iuniis, sui absentiam procurarunt, idcirco decernat ex hac re aliquid sanctitas vestra, ne sub molestia calumniæ ipsorum innocens videar laborare. Concilium sanctum statuit, debuisse quidem secundum censuram sacerdotalem ex hoc concilio adversus contumaces ferri sententiam: sed quia mansuetudo ecclesiastica servanda est in omnibus causis, promissæ sunt literæ ad senem Xanthippum, ut noverit judices de concilio electos sine dilatione considerare debere in civitate Thubursicensi, ut negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius episcopus dixit: Iudices peto sanctum senem Xanthippum, sanctum Augustinum, Florentium, Theasium, Sampsychium, Secundum & Possidium; hos decerni mihi jubeatis. Sanctum concilium concessit judices postulatos: reliquos autem judices ad complendum numerum necessarios, eligentibus ipsis senioribus a nova Germania, senex Xanthippus curavit decernere.

De pacificandis ecclesiis Romana & Alexandrina.

CI.

Concilium Afric. c. 68. Placuit etiam, ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ ad sanctum papam Innocentium scribatur, quo utraque ecclesia intra se pacem, quam præcepit dominus, teneat.

De his qui uxores, aut quæ viros dimittunt, ut sic maneant.

CII.

Concilium Milevit. II. cap. 7. Concilium Afric. c. 69. Matth. 5. 1. Cor. 7. Placuit, ut secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungatur; sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur: quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendum est promulgari.

De precibus ad altare dicendis.

CIII.

Concilium Afric. c. 70. Placuit etiam hoc, ut preces quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem proferantur; sed quæcumque a prudentioribus fuerint collectæ, dicantur.

De his qui publicorum judiciorum cognitionem ab imperatore poposcerint.

CIV.

Concilium Afric. c. 71. Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur: si autem episcopale judicium ab imperatore postularit, nihil ei obsit.

A γέροντα Ξάνθιππον ἐκπεμφθῆναι, διὰ τὸ γνῶναι, ὅτι οὐ προαιρέσει τοῦ μνημονευθέντος λαοῦ ὕβρει ὑποπέπτωκεν ὁ ἐπίσκοπος. Μαυρέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐπειδὴ περιεζητήθησαν οἱ γέροντες οἱ ἀπὸ νέας Γερμανοῦ δεύτερον καὶ τρίτον, καὶ οὐχ εὑρέθησαν, οἷς ἦν παραγγελθὲν ἀπὸ τοῦ πρωτεύοντος πρὸς τὴν νῦν ἐν ταῖς εἰδοῖς γινομένην προσκυνητὴν σύνοδον ἀπαντῆσαι, τῆς νηστείας ἑαυτῶν ἅπαντες ἐφρόντισαν. καὶ διὰ τοῦτο κρινέτω ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ἀναιτίως, μὴ συντρίβεσθαί με τῇ ἐπιμονῇ τῆς ἐκείνων συκοφαντίας. ἡ ἁγία σύνοδος ὥρισεν· ὀφείλει μὲν κατὰ τὴν ἱερατικὴν κρίσιν ἐκ τῆς συνόδου ταύτης κατὰ τῶν μονοτονούντων ψῆφον B ἐκφέρεσθαι· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἡμερότητα ἐκκλησιαστικὴν δεῖ φυλάττειν ἐν ὅλοις τοῖς πράγμασιν, ὑπεσχέθησαν γράμματα πρὸς τὸν γέροντα Ξάνθιππον, ὅπως γνῷ κριτὰς ἐπιλεγέντας ἀπὸ τῆς συνόδου, τοὺς ὀφείλοντας ἀνυπερθέτως σκοπῆσαι ἐν Θουβουρσικένσῃ τῇ πόλει, πρὸς τὸ ἁρμοδίαν τῶν πραγμάτων παραχεθῆναι διάγνωσιν. Μαυρέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· κριτὰς αἰτῶ τὸν ἁγιώτατον Ξάνθιππον, Αὐγουστῖνον τὸν ἁγιώτατον, Φλωρεντῖνον, Θεάσιον, Σαμψύχιον, Σεκοῦνδον καὶ Ποσσίδιον· τοῦτο ψηφισθῆναί μοι κελεύσατε· ἡ ἁγία σύνοδος ἐπένευσε τοὺς αἰτηθέντας κριτάς· τοὺς λοιποὺς δὲ ἀναγκαίους δικαστὰς πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ ἀριθμοῦ, αὐτοὺς τοῖς ἀπὸ τῆς νέας Γερμανοῦ γέρουσιν ἐπιλέξασθαι ψηφίσεται ὁ γέρων Ξάνθιππος.

C Περὶ τοῦ εἰρηνοποιηθῆναι τὰς ἐκκλησίας Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας.

ρα΄.

Ἤρεσεν ἔτι μὴν, ὥστε περὶ τῆς διχονοίας τῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ Ἀλεξανδρινῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ἰννοκέντιον γραφῆναι, ὅπως ἑκατέρα ἐκκλησία πρὸς ἀλλήλας εἰρήνην φυλάξωσιν, ἣν κύριος παραγγέλλει.

Περὶ τῶν τοὺς ἄνδρας ἢ τὰς γυναῖκας ἀπολυόντων, ἵνα οὕτως μένωσιν.

ρβ΄.

D Ἤρεσεν, ὥστε κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐπιστήμην, μήτε ὁ ἀπὸ γυναικὸς ἐαθεὶς, μήτε ἡ ἀπὸ ἀνδρὸς καταλειφθεῖσα, ἑτέρῳ συζευχθῇ· ἀλλ᾽ ἢ οὕτως μένωσιν, ἢ ἑαυτοῖς καταλλαγῶσιν· ὅπερ ἐὰν καταφρονήσωσι, πρὸς μετάνοιαν καταναγκασθῶσιν. ἐν ᾧ πράγματι νόμον βασιλικὸν ἐκτεθῆναι χρεὼν αἰτῆσαι.

Περὶ τῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὀφειλουσῶν λέγεσθαι ἱκεσιῶν.

ργ΄.

Ἤρεσε καὶ τοῦτο, ὥστε τὰς κεκυρωμένας ἐν τῇ συνόδῳ ἱκεσίας, εἴτε προοίμια, εἴτε παραθέσεις, εἴτε τὰς τῆς χειρὸς ἐπιθέσεις, ἀπὸ πάντων ἐπιτελεῖσθαι, καὶ παντελῶς ἄλλας κατὰ τῆς πίστεως μηδέποτε προενεχθῆναι· ἀλλ᾽ αἵ τινες δήποτε ἀπὸ τῶν συνετωτέρων συνήχθησαν, λεχθήσονται.

Περὶ τῶν τὴν διάγνωσιν τῶν δημοσίων δικαστηρίων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτούντων.

ρδ΄.

Ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε ἀπὸ τοῦ βασιλέως διάγνωσιν δημοσίων δικαστηρίων αἰτήσοι, τῆς ἰδίας τιμῆς στερηθείη· ἐὰν δὲ κρίσιν ἐπισκοπικὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτήσοι, μηδὲν αὐτῷ ἐμποδίσοι.

Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ μὴ κοινωνούντων, καὶ θελόντων πέραν τῆς θαλάσσης ὑποσυρῆναι. A

ρε'.

Ὅστις δήποτε μὴ κοινωνῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, εἰς τὰ περατικὰ πρὸς τὸ κοινωνεῖν ὑφερπύσῃ, τὴν ζημίαν τῆς κληρώσεως ἀναδέξεται.

Ἵνα οἱ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον πορευόμενοι, τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν καὶ τῷ ἐν Καρχηδόνι καὶ τῷ Ῥωμαϊκῷ ἱερεῖ σπουδάσωσιν ἐμφανίσαι.

ρϛ'.

Ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε πρὸς τὸ κομιτᾶτον πορευθῆναι θελήσοι, ἐν τῇ ἀπολυτικῇ τῇ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης πεμπομένῃ κατάδηλος γένηται, καὶ ἵνα ἐκεῖθεν ἔτι μὴν ἀπολυτικὴν λάβῃ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον. B διὸ ἐὰν ὁ λαβὼν ἀπολυτικὴν πρὸς τὴν Ῥώμην μόνον, σιωπήσας τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν εἰς τὸ κομιτᾶτον αὐτὸν χρὴ πορευθῆναι, θελήσῃ εὐθέως εἰς τὸ κομιτᾶτον βαδίσαι, ἀποκινηθῇ τῆς κοινωνίας. ἐὰν δὲ ἐκεῖσε ἐν τῇ Ῥώμῃ αἰφνιδία ἀνάγκη ἀναφυῇ τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὸ κομιτᾶτον, ἐμφανίσῃ αὐτὴν τὴν ἀνάγκην τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, καὶ παρακομίσῃ ἀντίγραφον τοῦ αὐτοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου· αἱ ἀπολυτικαὶ δὲ αἱ ἀπὸ τῶν πρωτευόντων ἢ τῶν οἱωνδήποτε ἐπισκόπων τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς διδόμεναι, ἐχέτωσαν τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα· C ἐὰν δὲ ἀκμὴν ἡ ἡμέρα τοῦ πάσχα τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ κατάδηλος οὐκ ἔστιν, ἡ τοῦ προηγησαμένου προσζευχθείη, ὃν τρόπον εἴωθε μετὰ τὴν ὑπατείαν γράφεσθαι ἐν τοῖς δημοσίοις πεπραγμένοις. ἤρεσε κἀκεῖνο, ὥστε κατὰ τῶν Δονατιστῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν θρησκειῶν αὐτῶν, τοὺς πεμφθέντας τοποτηρητὰς ἐκ τῆς τιμίας ταύτης συνόδου, πᾶν ὁποιοῦν χρήσιμον συνίδωσιν, ἐκ τῶν ἐνδοξοτάτων αἰτήσασθαι βασιλέων. ἤρεσεν ἔτι μὴν τῇ αἰτήσει πάντων τῶν ἐπισκόπων, ἵνα πάσαις ταῖς ὀφειλούσαις δοθῆναι ἐκ τῆς συνόδου ἐπιστολαῖς ἡ σὴ ἁγιωσύνη μόνη ὑπογράψῃ. καὶ ὑπέγραψαν· Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα.

Σύνοδος κατὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν.

Ἐπὶ Βάσσου καὶ Φιλίππου, τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καὶ δεκάτῃ καλανδῶν Ἰουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ῥεστιτούτης ἐκκλησίας.

. . . . . .

. . . . . .

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρεσβείαν ἀνεδέξαντο Ῥεστιτοῦτος καὶ Φλωρέντιος οἱ ἐπίσκοποι, κατὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν Σευῆρος καὶ Μακάριος ἀνῃρέθησαν· καὶ διὰ τὴν τούτων αἰτίαν Εὐόδιος, Θεάσιος καὶ Βίκτωρ οἱ ἐπίσκοποι E * ἐσφάγησαν.

Σύνοδος περὶ διαγνώσεως ἐπισκόπων.

ρζ'.

Ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὀνωρίου τὸ ἕβδομον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τρίτον, τῶν Αὐγούστων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἑπτακαιδεκάτῃ καλανδῶν Ἰουλίων, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῇ Σεκουνδου ἐκκλησίᾳ. εἰς ταύτην τὴν σύνοδον ἤρεσεν, ὥστε ἕνα ἐπίσκοπον μὴ ἐκδικεῖν ἑαυτῷ διάγνωσιν. τὰ πεπραγμένα τῆς παρούσης συνόδου διὰ τοῦτο οὐκ ἐγράφη, ἐπειδὴ ἐπιχωρείως καὶ οὐ κατὰ κοινοῦ ἐπετελέσθη.

De his qui cum in Africa non communicant, voluerint trans mare subrepere.

CV.

Quicumque autem non communicans in Africa, in transmarinis ad communicandum obrepserit, jacturam clericatus excipiat. Concilium Afric. c 72.

Ut pergentes ad comitatum causam suam vel Carthaginensi" vel Romano pontifici insinuare procurent. " &

CVI.

Placuit, ut quicumque ad comitatum ire voluerit, in formata quæ ad urbis Romæ ecclesiam mittitur, intimetur, ut inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si accipiens ad Romam tantummodo formatam, & tacens necessitatem, qua ad comitatum illi pergendum est, voluerit statim ad comitatum pergere, a communione removeatur. Quod si ibi Romæ ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum urbis Romæ ipsam necessitatem, & de hoc rescripta ejusdem Romani episcopi perferat. Formatæ autem, quæ a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschæ: quod si adhuc ejusdem anni paschæ dies incertus est, ille præcedens adjungatur, quomodo solet post consulatum in publicis gestis adscribi. Placuit & illud, ut adversus Donatistas & paganos, vel eorum superstitiones, legati missi de hoc glorioso concilio quidquid utile perviderint, de gloriosissimis principibus impetrent. Placuit etiam petitu omnium episcoporum, ut epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua sola subscribat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt. Concilium Afric. c 73.

Concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo" viris clarissimis consulibus XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem iterum suscepit Fortunatianus episcopus contra paganos & hæreticos. " anno Chr. 408.

Item concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis consulibus, tertio Idus Octobris, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio susceperunt legationem Restitutus & Florentius episcopi, contra paganos & hæreticos, eo tempore quo Severus & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Euodius, Theasius & Victor episcopi cæsi sunt.

Concilium de cognitione episcopi.

CVII.

Gloriosissimis imperatoribus Honorio VII. & Theodosio III. Augustis" consulibus XVII. Kalendas Iulias, Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc concilio placuit, ut non sibi unus episcopus vindicet cognitionem. Gesta hujus concilii ideo non descripsi, quoniam provinciale, non universale celebratum est. Concilium Afric. c. 74. " anno Chr. 407.

Concilium contra Donatistas.

Concilium Carthaginense. ccccx. Concilium Afric. c. 75.

A Post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii VIII. & Theodosii IV. Augustorum XVIII. Kalendas Iulias, Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentius, Possidius, Præsidius & * Benenatus episcopi, eo tempore quo lex data est, ut libera voluntate quis cultum Christianitatis exciperet.

* Venantius.

Σωύοδος κτ̀ τῶν Δονατιστῶν.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρίου τὸ ὄγδοον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τέταρτον, τῶν Αὐγούστων, πρὸ ὀκτωκαιδεκάτη καλανδῶν Ιουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κλίματος Σεκουνδης. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἐδέξαντο κατὰ τῶν Δονατιστῶν Φλωρέντιος, Ποσείδιος, Πραισίδιος, καὶ Βενάντιος, οἱ ἐπίσκοποι. ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ νόμος ἐδόθη, ἵνα ἐλευθέρᾳ προαιρέσει ἕκαστος τῆς Χριστιανότητος τὴν * αὔξησιν ἀναδέξηται.

* ἴσ. σιν

Concilium contra hæresim Pelagii & Cælestii.

CVIII.

Concilium Carthaginense ccccxviii.

Gloriosissimis imperatoribus Honorio XII. & Theodosio VIII. consulibus, Kal. Maias, B Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius episcopus in universali concilio consedisset, adstantibus diaconis; placuit omnibus episcopis, quorum nomina, & subscriptiones inditæ sunt, in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis.

Σωύοδος κτ̀ τῆς αἱρέσεως Πελαγίου καὶ Κελεστίου.

ρη'.

Ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάτων Ονωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν Αὐγούστων, καλάνδαις Μαΐαις, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῷ σηκρήτῳ τῆς Φαύστου ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου συμπάσῃ τῇ συνόδῳ προκαθίσαντος, παρεστώτων τῶν διακόνων, ἤρεσε πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, ἁγίᾳ συνόδῳ καθεστῶσιν, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ αἱ ὑπογραφαὶ ἐνετέθησαν.

ἐνάτ... Καρχ... συνόδ... ms. ...

Quod Adam non sit factus a Deo mortalis.

CIX.

Concilium Milevit. II. cap. I. Concilium Afric. c. 76.

Vt quicumque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

Οτι Αδὰμ θνητὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐγένετο.

ρθ'.

Ινα ὅστις λέγῃ τὸν Αδὰμ τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον, θνητὸν γενόμενον οὕτως, ὡς εἴτε ἁμαρτήσῃ, C εἴτε μὴ ἁμαρτήσῃ, τεθνηξόμενον ἐν τῷ σώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος, μὴ τῇ ἀξίᾳ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως, ἀνάθεμα ἔστω.

Quod parvuli in peccatorum remissionem baptizentur.

CX.

Concilium Milevit. II. cap. I. Concilium Afric.c. 77.

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur; unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur; anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est quod ait apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*: nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei etiam parvuli qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Rom. 5.

Οτι τὰ μικρὰ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζονται.

ρι'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστισδήποτε τὰ μικρὰ καὶ νεογέννητα ἐκ τῶν γαστέρων τῶν μητέρων βαπτιζόμενα ἀρνεῖται, ἢ λέγει εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτὰ βαπτίζεσθαι, μηδὲν δὲ ἐκ τῆς τοῦ Αδὰμ ἕλκειν προγονικῆς ἁμαρτίας τὸ ὀφεῖλον καθαρθῆναι τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας (ὅθεν γίνεται ἀκόλουθον, ὅτι ἐν τούτοις ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος D οὐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλαστὸς νοεῖται) ἀνάθεμα εἴη· ἐπειδὴ οὐκ ἄλλως δεῖ νοῆσαι τὸ εἰρημένον τῷ ἀποστόλῳ· δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος· καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώποις διῆλθεν, ἐν ᾧ πάντες ἥμαρτον· εἰ μὴ ὃν τρόπον ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ πανταχοῦ διακεχυμένη τε καὶ ἡπλωμένη, ἀεὶ ἐνόησε. διὰ γὰρ τὸν κανόνα τοῦτον τῆς πίστεως, καὶ οἱ μικροὶ ἔτι μὴν οἱ μηδὲν ἁμαρτημάτων εἰς ἑαυτοὺς ἔτι μὴν πλημμελεῖν δυνάμενοι, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀληθινῶς βαπτίζονται ἵνα καθαρθῇ ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς παλιγγενεσίας, ὅπερ εἵλκυσαν ἐκ τῆς ἀρχαιογονίας.

Quod gratia Dei non solum remissionem tribuit peccatorum, sed etiam præstat adjutorium, ne peccetur.

CXI.

Concilium Milevit. II. cap. 3. Concilium Afric. c. 78.

E Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificatur homo per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit.

Οτι ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις οὐ μόνον ἄφεσιν χαρίζεται ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ βοήθειαν παρέχει τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνειν.

ρια'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε εἴποι τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἧ τινι δικαιοῦται διὰ Ιησοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, πρὸς μόνην ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἰσχύειν τῶν ἤδη πεπλημμελημένων, καὶ μὴ παρέχειν ἔτι μὴν βοήθειαν πρὸς τὸ μὴ ἕτερα πλημμελεῖσθαι, ἀνάθεμα εἴη.

Οτι

Ὅτι ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ οὐ μόνον γνῶσιν παρέχει, ὡς δεῖ πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἀγάπην ἔτι μὴν ἐμπνέει ἡμῖν, ἵνα ὃ ἐὰν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ πληρῶσαι ἰσχύσωμεν.

ριβ'.

Ὁμοίως, ὅστις δήποτε εἴποι τὴν αὐτὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, εἰς τοῦτο μόνον ἡμῖν βοηθεῖν, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὅτι δι' αὐτῆς ἡμῖν ἀποκαλύπτεται καὶ φανεροῦται ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτημάτων, ὥστε γινώσκειν ἃ δεῖ ἐπιζητεῖν, καὶ ἃ δεῖ ἐκκλίνειν· οὐ μὴν δι' αὐτῆς ἡμῖν παρέχεται, ἵνα ὅπερ γνῶμεν ποιητέον, καὶ ποιῆσαι ἔτι μὴν ἀγαπήσωμεν καὶ ἰσχύσωμεν· ἀνάθεμα εἴη· τοῦ γὰρ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ· ἀσεβὲς πάνυ ἐστὶ πιστεύειν, πρὸς μὲν τὸ φυσιοῦν ἡμᾶς ἔχειν τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ, πρὸς οἰκοδομεῖν μὴ ἔχειν· ὁπόταν ἑκάτερον δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ εἰδέναι τί ποιεῖν δεῖ, καὶ τὸ ἀγαπᾷν ὃ δεῖ ποιεῖν· ἵνα τῆς ἀγάπης οἰκοδομούσης, ἡ γνῶσις φυσιοῦν μὴ δυνηθῇ. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ γέγραπται· ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν· οὕτως ἔτι μὴν γέγραπται· ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

Ὅτι ἄνευ τῆς χάριτος οὐδὲν δυνάμεθα πληροῦν.

ριγ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε εἴποι, διὰ τοῦτο τὴν χάριν ἡμῖν τῆς δικαιοσύνης δεδόσθαι, ἵνα ὅπερ ποιεῖν διὰ τοῦ αὐτεξουσίου δυνάμεθα, εὐχερεστέρως πληρῶμεν διὰ τῆς χάριτος· ὡσανεὶ καὶ * ἡ χάρις μὴ ἐδίδοτο, οὐκ εὐχερῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἠδυνάμεθα καὶ δίχα ἐκείνης ἔτι μὴν πληρῶσαι τὰς θείας ἐντολάς· ἀνάθεμα εἴη. περὶ γὰρ τῶν καρπῶν τῶν ἐντολῶν ὁ κύριος ἐλάλει· ὅπου οὐκ εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ δυσχερῶς δύνασθε ποιεῖν· ἀλλ' εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν.

Ὅτι οὐ μόνον ταπεινὴ, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν.

ριδ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ὅστις δήποτε οὕτως παραληπτέον νομίσει, ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινοφροσύνην μὴ ὀφείλειν λέγεσθαι ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, οὐχ ὅτι ἀληθῶς οὕτως ἐστὶν, ἀνάθεμα εἴη. ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ ἀπόστολος, καὶ προστίθησιν οὕτως· ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ὅστις ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. ἔνθα πάνυ δεδήλωται τοῦτο μὴ μόνον ταπεινοφρόνως, ἀλλ' ἔτι μὴν ἀληθῶς λέγεσθαι. ἠδύνατο γὰρ ὁ ἀπόστολος εἰπεῖν· ἐὰν εἴπωμεν, οὐκ ἔχομεν ἁμαρτίαν, ἑαυτοὺς ὑψοῦμεν, καὶ ταπεινοφροσύνη ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστι· πάνυ ἀπέδειξε τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, μὴ ἀληθεύειν, ἀλλὰ ψεύδεσθαι.

Ὅτι ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ οἱ ἅγιοι ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγουσιν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ριε'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε εἴποι, ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ διὰ τοῦτο λέγειν τοὺς ἁγίους· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· οὐχ ὅτι ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἐπειδὴ αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἔστιν ἀναγκαία

Quod gratia Christi non solum scientiam tribuit quid agamus, sed etiam dilectionem nobis inspirat; ut quod scimus, implere valeamus.

CXII.

Item quisquis dixerit: eamdem gratiam Dei per Iesum Christum dominum nostrum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debemus, etiam facere diligamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, agere valeamus; anathema sit. Cum enim dicat apostolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat:* valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat, non habere, cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus; ut ædificante caritate, scientia nos non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: *Qui docet hominem scientiam:* ita etiam scriptum est: *Caritas ex Deo est.*

Concilium Milevit. II. cap. 4. Concilium Afric. c. 79.

1. Cor. 8.

Psal. 93. v. 1.

Ioan. 4.

Quod sine Dei gratiâ nihil boni possimus implere.

CXIII.

Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam; tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata; anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait, sine me difficilius potestis facere; sed ait, sine me nihil potestis facere.

Concilium Milevit. II. cap. 5. Concilium Afric. c. 80.

Quod non solum humilis, sed & verax sanctorum vox ista est: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus.

CXIV.

Item placuit, quod ait sanctus Ioannes apostolus: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est:* quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem oportere dici nos habere peccatum, non quia vere ita est, anathema sit. Sequitur enim apostolus, & adjungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & justus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere; si dixerimus, non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait, *nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est;* satis ostendit, eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Concilium Milevit. II. cap. 6. Concilium Afric. c. 81. 1. Ioan. 1.

Quod in oratione dominica sancti pro se dicant: Dimitte nobis debita nostra.

CXV.

Item placuit, ut quicumque dixerit in oratione dominica ideo dicere sanctos: *Dimitte nobis debita nostra;* ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista

Concilium Milevit. II. cap. 7. Concilium Afric. c. 82.

ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores; & ideo non dicere unumquemque sanctorum, dimitte debita mea, sed, *dimitte nobis debita nostra*; ut hoc pro aliis potius, quam pro se justus petere intelligatur: anathema sit. Sanctus enim & justus erat apostolus Iacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est *omnes*, nisi ut ista sententia conveniret & psalmo, ubi legitur: *Ne intres in judicium cum servo tuo, quoniam non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*: & in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo, qui non peccavit*: & in libro sancti Iob: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & justus cum in oratione pluraliter diceret, *peccavimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur; ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *cum orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei domino Deo meo*: noluit dicere peccata nostra, sed peccata populi sui dixit, & sua: quoniam futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam propheta prævidit.

Iacob 3.
Iob. 37. v 7.
Daniel. 9.

Quod veraciter a sanctis dicatur: Dimitte nobis debita nostra.

CXVI.

Concilium Milevit. II. cap. 8.
Concilium Afric. c 83.

Item placuit, ut * quinque ipsa verba dominicæ orationis, ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*; ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere?

* quicumque

De plebibus conversis a Donatistis.

CXVII.

Concilium Afric. c. 84.

Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in ecclesia plenario concilio constitutum est, ut quæcumque ecclesiæ in diœcesi constitutæ ante leges de Donatistis latas catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, ut catholicæ unitati communicarent: post leges autem quæcumque communicaverint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controversiæ postea inter episcopos de diœcesibus ortæ sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum; nunc isto concilio sancto placuit, ut ubicumque catholica fuit, & pars Donati, & ad diversas cathedras pertinebant, quocumque tempore illic unitas facta est vel facta fuerit, sive ante leges, sive post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ jam ibi fuerat, pertinebat.

De diœcesibus, qualiter eas dividant inter se episcopi tam catholici, quam qui ex Donati parte conversi sunt.

CXVIII.

Concilium Afric. c. 85.

Ita sane, ut si episcopus ex Donatistis ad

A αὕτη ἡ αἴτησις, ἀλλ᾽ ὅτι ὑπὲρ ἄλλων τῶν ὄντων ἐν τῷ λαῷ αὐτῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ μὴ λέγειν ἕνα ἕκαστον τῶν ἁγίων, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματά μου, ἀλλ᾽ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· ὡς ὑπὲρ ἄλλων τοῦτο μᾶλλον ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸν δίκαιον αἰτοῦντα νοεῖσθαι· ἀνάθεμα εἴη. ἅγιος γὰρ καὶ δίκαιος ἦν Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἔλεγεν· ἐν πολλοῖς γὰρ ἁμαρτάνομεν πάντες. ἐπεὶ διὰ τί προστέθειται τὸ πάντες, εἰ μὴ ἵνα ἡ ἔννοια αὕτη ἁρμοσθῇ καὶ τῷ ψαλμῷ, ὅπου ἀναγινώσκεται. μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· καὶ ἐν τῇ εὐχῇ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος· οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἥμαρτεν· καὶ ἐν τῇ βίβλῳ B τοῦ ἁγίου Ἰὼβ τό· ἐν χειρὶ παντὸς ἀνθρώπου σημαίνει, ὥστε εἰδέναι πάντα ἄνθρωπον τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ· ὅθεν ἔτι μὴν ὁ ἅγιος καὶ δίκαιος Δανιὴλ ὁ προφήτης, πληθυντικῶς λέγων τό, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ λοιπὰ ἃ ἐκεῖ ταπεινοφρόνως καὶ ἀληθινῶς ὁμολογεῖ, ἵνα μὴ νομισθείη, ὥς τινες νοοῦσι, τοῦτο μὴ περὶ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ περὶ τῶν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ μᾶλλον λέγειν ἁμαρτιῶν, μετὰ ταῦτα εἶπεν· ὅτι εὐχόμην καὶ ἐξωμολογούμην τὰς ἁμαρτίας μου καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου κυρίῳ τῷ Θεῷ μου· οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ εἶπε, καὶ ἑαυτοῦ· ἐπειδὴ μέλλοντας τούτους κακῶς C νοεῖν ὡσανεὶ προεῖδεν ὁ προφήτης.

Ὅτι ἀληθῶς ὑπὸ τῶν ἁγίων λέγεται τό· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ρις΄.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἵτινες δήποτε αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς δεσποτικῆς εὐχῆς, ὅπου λέγομεν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· οὕτως βούλονται ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεσθαι, ὡς ταπεινοφρόνως καὶ οὐκ ἀληθῶς ταῦτα λεχθῆναι, ἀνάθεμα εἴη. τίς γὰρ ὑπενέγκοι τὸν εὐχόμενον μὴ ἀνθρώποις, ἀλλ᾽ αὐτῷ τῷ κυρίῳ ψευδόμενον, τὸν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ λέγοντα θέλειν D * ἀφεθῆναι· τῇ δὲ καρδίᾳ λέγοντα, τὰς ὀφειλούσας ἀφεθῆναι ἁμαρτίας αὐτῷ, μὴ ἔχειν;

* al. ῥεθῆναι

Περὶ τῶν λαῶν τῶν ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρεφόντων.

ριζ΄.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἐπειδὴ πρό τινων ἐνιαυτῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ πεπληρωμένῃ τῇ συνόδῳ ὡρίσθη, ἵνα οἱαιδήποτε ἐκκλησίαι, ἐν διοικήσει καθεστῶσαι, πρὸ τῶν νόμων τῶν περὶ τῶν Δονατιστῶν ἐντεθέντων καθολικαὶ γένωνται, ἐκείνοις τοῖς θρόνοις ἀνήκωσιν, ὧν τινων διὰ τῶν ἐπισκόπων προτραπεῖσαι τῇ καθολικῇ ἑνότητι ἐκοινώνησαν· μετὰ δὲ τοὺς νόμους οἱαιδήποτε ἐκοινώνησαν, ἐκείνοις ἀνήκωσιν, οἷς καὶ ὅτε ἦσαν εἰς τὸ μέρος τοῦ Δονάτου. καὶ ἐπειδὴ E πολλαὶ φιλονεικίαι ὕστερον μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων περὶ τῶν διοικήσεων ἀνεφύησαν καὶ ἀναφύονται, οἷς τότε οὐ τελεία δοκεῖ γενέσθαι πρόνοια, νῦν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἤρεσεν, ἵνα ὁπουδήποτε καθολικὴ ἐγένετο, καὶ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου, καὶ διαφόροις θρόνοις ἀνήκουσαι ἦσαν, ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ ἕνωσις ἐκεῖ ἐγένετο ἢ ἔσται, εἴτε πρὸ τῶν νόμων, εἴτε μετὰ τοὺς νόμους, ἐκείνῳ τῷ θρόνῳ ἀνήκωσιν, ᾧ τινι ἡ ἔκπαλαι ἐκεῖ ὑπάρξασα καθολικὴ ἀνῆκεν.

Περὶ τοῦ, πῶς μεταξὺ ἀλλήλων μερίσονται τὰς διοικήσεις οἱ ἐπίσκοποι, τοῦτο μὲν οἱ καθολικοί, τοῦτο δὲ οἱ ἐκ τοῦ Δονάτου ἐπιστρέψαντες.

ριη΄.

Οὕτω δηλαδή, ἵνα εἴπερ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν

πιστῶν πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπέστρεψαν, ἐξίσου πρὸς ἀλλήλους διέλωσι τὰς οὕτως διευρισκομένας διοικήσεις, ἔνθα ἦσαν ἀμφότερα τὰ μέρη· τοῦτ᾽ ἔστιν, ἵνα ἄλλοι τόποι πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἄλλοι πρὸς ἐκεῖνον ἀνήκωσιν οὕτως, ἵνα ὁ παλαιότερος ἐν τῇ ἐπισκοπῇ μερίζῃ, καὶ ὁ ἥττων ἐπιλέγηται. εἰ δὲ τυχὸν εἷς ἔσται τόπος, προσχωρήσῃ ᾧ τινι μᾶλλον γειτνιάζειν διευρίσκεται. ἐὰν δὲ ἀμφοτέροις τοῖς θρόνοις ἴσως γειτνιάζῃ, ἐκείνῳ παραχωρηθῇ, ὃν τὸ πλῆθος ἐπιλέξηται. εἰ δὲ τυχὸν οἱ ἀρχαῖοι καθολικοὶ τὸν ἴδιον θελήσουσι, καὶ οἱ ἐκ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου μεταστρέψαντες τὸν ἴδιον, τῶν πλειόνων ἡ γνώμη προτιμηθῇ τῶν ὀλιγωτέρων. εἰ δὲ τὰ μέρη εἰσὶν ἴσα, τῷ παλαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ καταλογισθείη. ἐὰν δὲ οὕτως πλεῖσοι οἱ τόποι εὑρεθῶσιν, ἐν οἷς ἀμφότερα τὰ μέρη εἰσὶν ὡς μὴ δύνασθαι ἐξ ἴσου μερισθῆναι· τοῦ ἀριθμοῦ τῶν αὐτῶν τόπων ἀνίσου ὑπάρχοντος· πρῶτον μερισθῶσιν οἱ ἴσοι ἀριθμοὶ, καὶ τῷ ὑπολειπομένῳ τόπῳ τοῦτο φυλαχθῇ, ὅπερ ἀνωτέρω λέλεκται, ὅτε περὶ τοῦ ἑνὸς ἐζητεῖτο τόπου.

A catholicam unitatem conversus est, æqualiter inter se dividant eas, quæ sic fuerint inventæ, ubi ambæ partes fuerunt: id est, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant; ita ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior invenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conversi sunt; plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, majoris temporis episcopo deputetur. B Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, ut non possint æqualiter dividi, velut si impari numero fuerint: distributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod superius dictum est, cum de uno tractaretur loco.

Περὶ τοῦ, ἐάν τινα διοίκησιν ἐξ αἱρέσεως ἐλευθερώσῃ ἐπίσκοπος, καὶ περὶ τριετίαν κατάσχῃ, μηδένα ταύτην ἀναζητεῖν.

ριθ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν τις μετὰ τοὺς νόμους τόπον τινὰ πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα μεταστρέψῃ, καὶ τοῦτον ἐπὶ τριετίαν μηδενὸς ἀναζητοῦντος κατάσχοι, τοῦ λοιποῦ παρ᾽ αὐτοῦ μὴ ἀναζητηθῇ· ἐὰν μέντοι ἐντὸς τῆς αὐτῆς τριετίας ὑπῆρχεν ἐπίσκοπος ὁ ὀφείλων ἀναζητῆσαι, καὶ ἡσύχασεν. εἰ δὲ μὴ ἦν, μὴ προκριματισθῇ ἐν τῇ ματρικι, ἀλλ᾽ ὅτε ὁ χηρεύων τόπος λάβῃ ἐπίσκοπον, ἐξὸν εἴη αὐτῷ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐντὸς τριετίας ἀναζητῆσαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἐπίσκοπος ἐκ τῶν τοῦ Δονάτου μερῶν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψῃ, μὴ προκριματισθείη περὶ τοῦ ὁρισθέντος χρόνου, ἀλλ᾽ ἐξ ἧς ἡμέρας ἐπέστρεψεν, ἐχέτω ἐξουσίαν ἀναζητεῖν ἐντὸς τριετίας τοὺς τόπους τῇ αὐτοῦ ἀνήκοντας καθέδρᾳ.

Ut si quam diœcesim episcopus, ab hæresi liberans, triennio possederit, nullus eam repetat.

CXIX.

Item placuit, ut etiamsi quisquam post leges aliquem locum ad catholicam unitatem C converterit, eumque per triennium nemine repetente retinuerit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus qui posset repetere, & tacuit, præjudicium patietur. Si autem non fuit, non præjudicetur matrici, sed liceat, cum locus acceperit episcopum quem non habebat, ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conversus, non ei præjudicet præfinitum tempus, sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebant cathedram. Concilium Afric. c. 86.

Περὶ τῶν τοῖς λαοῖς, οὓς νομίζουσιν αὐτοῖς ἀνήκειν, ἐπιβαινόντων παρὰ γνώμην τῶν αὐτοὺς κατεχόντων.

D *De his qui in plebes, quas ad se putant pertinere, inconventis his a quibus tenentur, irruerint.*

ρκ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱοιδήποτε ἐπίσκοποι τὰ πλήθη, ἃ νομίζουσι τῷ θρόνῳ αὐτῶν ἀνήκειν, μὴ οὕτως ἀναζητῶσιν, ὥστε ἄλλων ἐπισκόπων κρινόντων τοῦτο πράττειν, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἑτέρου κατεχομένοις ἐπέλθωσι τοῖς λαοῖς, εἴτε θέλουσιν, εἴτε μὴ θέλουσι, τοῦ ἰδίου πράγματος τὴν ζημίαν ὑπομένωσι· καὶ οἵτινες δήποτε τοῦτο ἐποίησαν, εἰ μὴ ἡ μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων συνέλευσις * ἐπερατώθη, ἀλλ᾽ ἀκμὴν περὶ τοῦ αὐτοῦ φιλονεικοῦσιν, ἐκεῖνος ἀποστῇ ἐκεῖθεν, περὶ οὗ δειχθείη, ὅτι παρεάσας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς, ἔφοδον ἐποίησεν. καὶ μὴ ἑαυτόν τις κολακεύσῃ, εἰ ἐκ τοῦ προεστεύοντος γράμματα περὶ τοῦ κατέχειν ἔλαβεν· ἀλλ᾽ εἴτε γράμματα ἔχει, εἴτε ἔχει, συνέλθοι τῷ κατέχοντι, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ γράμματα λάβοι· ὥστε φανῆναι τοῦτον εἰρηνικῶς τὴν αὐτοῦ ἀνήκουσαν κατασχεῖν ἐκκλησίαν. ἐὰν δὲ κἀκεῖνός τινα ζήτησιν ἀντεναγάγῃ, καὶ αὐτὴ περατωθῇ μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων, εἴτε οὓς ὁ προεστεύων αὐτοῖς δῷ, εἴτε οὓς γειτνιῶντες κατὰ συναίνεσιν ἐπιλέξωνται.

CXX.

Item placuit, ut quicumque episcopi plebes, quas ad suam cathedram existiment pertinere, non ita repetunt, ut causas suas episcopis judicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerunt, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt; ille inde E discedat, quem constiterit prætermissis judiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisquam blandiatur, si a primate, ut retineat, literas impetrarit; sed sive habeat literas, sive non habeat, conveniat cum qui tenet, & ejus literas accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos judices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint. Concilium Milevitanum II. c. 22. Concilium Afric. c. 87.

De his qui plebes ad se pertinentes negligunt. A

CXXI.

Concilium Milevit. II. c. 24. Concilium Afric. c. 88.

Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conventionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant. Ita sane, ut si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, ut impune ibi sint, & suam diligentiam fuisse præventam, ut eo modo ejus cura solicitior vitaretur: cum B hoc judices episcopi cognoverint, suæ cathedræ loca restituant. Sane si episcopi, inter quos causa versatur, diversarum provinciarum sunt, ille primas det judices, in cujus provincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, omnium sententiam sequantur, aut duorum.

Περὶ τῶν ἀμελούντων τῶν αὐτοῖς ἀνηκόντων λαῶν.

ρκα'.

Ὁμοίως ἤρεσε, ἵνα οἵτινες δήποτε ἀμελοῦσι τῶν τόπων τῶν ἀνηκόντων τῇ αὐτῶν καθέδρᾳ, πρὸς τούτοις κερδᾶναι πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα, ἐγκληθῶσιν ἀπὸ τῶν γειτνιώντων αὐτοῖς ἐπιμελῶν ἐπισκόπων, περὶ τοῦ μὴ ἀναβάλλεσθαι τοῦτο πρᾶξαι. διὸ ἐὰν ἐντὸς προθεσμίας μηνῶν ἓξ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς περὶ τούτου συνελεύσεως μηδὲν ἀνύσωσι, τῷ δυναμένῳ λοιπὸν τούτοις κερδᾶναι προσκυρωθῶσιν· οὕτως μέντοι ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δείκνυται, ἀνήκῃ, ἢ τοιοῦτος ἐξεπίτηδες διά τινα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐπιλεξαμένων, ὥστε ἀθορύβως αὐτοὺς παραδέξασθαι· καὶ ἐν τοσούτῳ ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ἀπὸ ἑτέρου προελήφθη, ἢ τινι εἰ κατεχρήσατο τοὺς αὐτοὺς αἱρετικοὺς πλέον ἐκάκιζεν· τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων διαγινωσκομένου, οἱ τόποι τῇ αὐτοῦ καθέδρᾳ ἀποκατασταθῶσι· τῶν δὲ κρινόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ὄντων ἐπαρχιῶν, ἐκεῖνος ὁ πρωτεύων τοὺς δικαστὰς δώσει, οὗ τινος ἐν τῇ χώρᾳ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει τόπος, περὶ οὗ φιλονεικεῖται. ἐὰν δὲ καὶ κοινὴν συναίνεσιν γείτονας ἐπιλέξωνται κριτάς, ἢ εἷς ἐπιλεγῇ, ἢ τρεῖς· καὶ ἐὰν τρεῖς ἐπιλέξωνται, καὶ ἀρεσθῶσι, ἢ τῇ τῶν ὅλων ψήφῳ ἐξακολουθήσωσιν, ἢ τῇ τῶν δύο.

Quod electorum judicum sententia sperni non debeat.

C

CXXII.

Concilium Milevit. II. c. 24. Concilium Afric. c. 89.

A judicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare. Et quisquis provocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

Ὅτι οὐκ ὀφείλει τῶν ἐπιλεγομένων δικαστῶν ἡ γνώμη ἐξουθενεῖσθαι.

ρκβ'.

Ἀπὸ δὲ τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ κοινὴν συναίνεσιν ἐπιλεγέντων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι. ὅστις δὲ δήποτε ἀποδειχθείη διὰ μονοτονίαν μὴ θέλειν τοῖς δικασταῖς πειθαρχῆσαι, τοῦτο γινώσκων ὁ τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος δώσει γράμματα, ὥστε μηδένα τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἕως οὗ πειθαρχήσῃ.

Vt si episcopus negligat suam diœcesim, communione privetur.

CXXIII.

Concilium Milevit. II. cap. 25. Concilium Afric. c. 90.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei D sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die quo conventitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit; non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo.

Ὥστε τὸν καταφρονοῦντα τῆς ἰδίας διοικήσεως ἐπίσκοπον στερεῖσθαι τῆς κοινωνίας.

ρκγ'.

Ἐὰν ἐν τοῖς ματρικίοις, ἤγουν ἐν ταῖς καθέδραις ἐπίσκοπος ἀμελὴς γένηται κατὰ τῶν αἱρετικῶν, ὑπομνησθείη ἀπὸ τῶν γειτνιώντων ἐπισκόπων ἐπιμελῶν, καὶ ὑποδειχθείη αὐτῷ ἡ ἰδία ῥᾳθυμία πρὸς τὸ μὴ ἔχειν ἀπολογίαν. ἐὰν δὲ ἀφ' ἧς ἡμέρας ὑπομνησθῇ, ἐντὸς μηνῶν ἓξ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ διάγων, μὴ τῶν ὀφειλόντων πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπιστραφῆναι τὴν φροντίδα ποιήσηται· τῷ τοιούτῳ μὴ συγκοινωνηθῇ, ἕως οὗ τοῦτο πληρώσῃ. εἰ δὲ ὁ ἐπεξεργαστὴς εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους μὴ παραγένηται, τῷ ἐπισκόπῳ μὴ ἐπιγραφῇ.

De episcopis, qui Donatistas communicasse mentiti fuerint.

CXXIV.

Concilium Milevit. II. cap. 25. Concilium Afric. c. 91.

Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos eo sciente non E communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

Περὶ τῶν τοὺς Δονατιστὰς κοινωνῆσαι ψευδομένων ἐπισκόπων.

ρκδ'.

Ἐὰν δὲ ἀποδειχθῇ τὸν τοιοῦτον ψευσάμενον περὶ τῆς ἐκείνων κοινωνίας, ἐν τῷ λέγειν αὐτοὺς κεκοινωνηκέναι, οὓς δείκνυται συνειδήσει αὐτοῦ μὴ κοινωνῆσαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἔτι μὴν ἀπολέσει.

De presbyteris & clericis, ut non appellent nisi ad Africana concilia.

CXXV.

Concilium Milevit. II. cap. 22. Concilium Afric. c. 92.

Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum quæsti fuerint, vicini episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est finiant, adhibiti

Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν, ἵνα μὴ ἐκκαλῶνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους.

ρκε'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα πρεσβύτεροι, διάκονοι, καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοί, ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν περὶ τῆς ψήφου τοὺς ἰδίους ἐπισκόπους μέμφωνται, οἱ γειτνιῶντες ἐπίσκοποι τούτων ἀκροάσωνται, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων περατώσωσιν οἱ παρ' αὐτῶν κατὰ συναίνεσιν

σιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων προσλαμβανόμενοι. ἐὰν δὲ καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐκκαλέσασθαι θελήσωσι, μὴ ἐκκαλέσωνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους, ἢ πρὸς τοὺς πρωτεύοντας τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν· πρὸς δὲ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης ὁ βουλόμενος ἐκκαλεῖσθαι, ὑπὸ μηδενὸς ἐν Ἀφρικῇ δεχθείη εἰς κοινωνίαν.

ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum: ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

Περὶ παρθένων μικρῶν ἔτι μὴν καλυπτέων.

ρκς'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε τῶν ἐπισκόπων διὰ ἀνάγκην τῆς παρθενικῆς σωφροσύνης κινδυνευούσης, ὅτε ἢ ἐραστὴς δυνατὸς, ἢ ἅρπαξ τίς ἐστιν ἐν ὑποψίᾳ, ἢ ἔτι μὴν ὑπό τινος θανατηφόρου κινδύνου αὕτη ἔσοιτο νυχθεῖσα, παρακαλούντων ἢ τῶν γονέων αὐτῆς, ἢ ὧν τῇ φροντίδι ἀνάκειται, διὰ τὸ μὴ χωρὶς τοῦ σχήματος τελευτῆσαι, καλύψῃ παρθένον, ἢ ἐκάλυψεν ἐντὸς ἡλικίας ἐνιαυτῶν εἰκοσιπέντε, μηδὲν τὸν τοιοῦτον βλάψῃ ἡ περὶ τούτου τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐνιαυτῶν κατασταθεῖσα σύνοδος.

De virginibus etiam minoribus velandis.

CXXVI

Item placuit, ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur; vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur; aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est. Concilium Milevit. II. c. 26. Concilium Afric. c. 93.

Διὰ τὸ μὴ τοὺς ἐπισκόπους ἐπιπολὺ ἐν τῇ συνόδῳ κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλέξωνται δικαστάς.

ρκζ'.

Ὁμοίως ἤρεσε πάσῃ τῇ συνόδῳ, διὰ τὸ μὴ ἐπιπολὺ τοὺς πρὸς τὴν σύνοδον συναχθέντας ἐπισκόπους σύμπαντας κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλεγῆναι δικαστάς. καὶ ἐπελέγησαν, ἐκ τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, Βικέντιος, Φουρτουνατιανὸς, καὶ Κλάρος· ἐκ τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, Ἀλύπιος, Αὐγουστῖνος, καὶ Ρεστίτουτος· ἐκ τῆς Βυζακηνῆς ἐπαρχίας, μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου γέροντος Δονατιανοῦ τοῦ πρωτεύοντος, Κρεσκώνιος, Ἰουκοῦνδος, καὶ Αἰμιλιανός· ἐκ τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης, Σεβηριανὸς, Ἀσιατικὸς, καὶ Δονᾶτος· ἐκ τῆς Τριπολιτανῆς ἐπαρχίας, Πλαύτιος, ὁ κατὰ τὸ ἔθος εἰς τοποτηρησίαν πεμφθείς· οἵτινες πάντες μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου γέροντος Αὐρηλίου σύμπαντα σκοπήσουσιν· ἀφ' οὗ ᾔτησε σύμπασα ἡ σύνοδος, ἵνα πᾶσιν εἴτε πεπραγμένοις τοῖς ἤδη ἐκτελεσθεῖσιν, εἴτε ἐπιστολαῖς, αὐτὸς ὑπογράψῃ. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας τῷ παρόντι ψηφίσματι συνῄνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Ne diutius episcopi teneantur in concilio, ternos ex se singularum provinciarum judices eligant.

CXXVII.

Item placuit, ne diutius universi episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab universo concilio judices ternos de singulis provinciis eligi. Et electi sunt de provincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus & Clarus: de provincia Numidia, Alypius, Augustinus & Restitutus: de provincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate, Cresconius, Iocundus & Æmilianus: de Mauritania Sitiphensi, Severianus, Asiaticus & Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus est missus; qui omnes cum sancto sene Aurelio universa cognoscant: a quo petiit universum concilium, ut cunctis sive gestis quæ confecta jam sunt, seu epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri subscripserunt. Concilium Milevit. II. c. 27. Concilium Afric. c. 94.

Πάλιν ἐν ταύτῃ συνόδῳ παρῆν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἡ τοποτηρησία.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν Αὐγούστων, τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουνίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸν σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου ἅμα Φαυστίνῳ Πικένου τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας τῆς Ἰταλῶν χώρας, τοποτηρητῇ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, Βικεντίῳ Κουλουσιτάνῳ, Φουρτουνατιανῷ Νεαπολίτῃ, Μαυριανῷ Οὐζιππαρενσιώτῃ, Ἀδεωδάτῳ Σιμιδικίτῃ, Πενταδίῳ Καρπιτανῷ, Ρουφινιανῷ Μουζουκενσιανῷ, Πραιτεξτάτῳ Σικιλιβενσιώτῃ, Κοοδβουλτδέῳ Οὐηρενσιανῷ, Κανδίδῳ Ἀββιριτανῷ, Γαλλωνίῳ Οὐτικενσιώτῃ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς ἀνθυπατικῆς χώρας· Ἀλυπίῳ Θαγαστενσινῷ, Αὐγουστίνῳ Ἱππωνηρεγιανῷ, Ποσσιδίῳ Καλαμηνσινῷ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Νουμιδικῆς χώρας· Μαξιμιανῷ Ἀκυρεγλυσιώτῃ, Ἰουκούνδῳ Σουφφετουλενσιανῷ, Μαξιμιανῷ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ Ἱλαριανῷ τῷ ἀπὸ Ὀρρεοκελλίων, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Βυζακηνῆς χώρας· Νοβάτῳ Σιτιφεν-

Item huic concilio interfuit ecclesiæ Romanæ legatio.

Post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, III. Kalendas Iunias Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus una cum Faustino ecclesiæ Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ, Vincentio Culusitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vzipparensi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzucensi, Prætextato Sicilibensi, Quodvultdeo Verensi, Candido Abbiritano, Galloniano Vticensi, legatis provinciæ proconsularis: Alypio Thagastensi, Augustino Hipponensium Reg. & Possidio Calamensi, legatis provinciæ Numidiæ: Maximiano Aquensi, Iocundo Suffetulensi, & Hilariano Horreocellorum, legatis provinciæ Byzacenæ: Novato Sitiphensi, &

si, & Leone Moctensi, legatis provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, Ninello Rusurrensi, Laurentio Icositano, & Numeriano Rusgunienſi, legatis provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, ab universali concilio judicibus delectis, adstantibus diaconis, consedisset; & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se conquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent: placuit universo concilio, ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque provinciis, qui propter alia peragenda residerent. Et factum est ut hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

Quod excommunicati ad accusationem admitti non debeant.

CXXVIII.

Concilium Carth VII. c. 1. Concilium Afric. c. 95.

Placuitque omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis quæ admittendæ non sunt ad accusationem clericorum, jam constitutum est, & quæ personæ non admitterentur, non expressum est: idcirco definimus eum [illegible] ad accusationem non admitti, qui postea iam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit.

Quod servi & liberti, omnesque infames personæ non debeant accusare.

CXXIX.

Concilium Carth. VII. c. 2. Concilium Afric. c. 96.

Item placuit, ut omnes servi, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur; vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt: omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam, sive pagani, seu Iudæi, sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda.

Vt qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.

CXXX.

Concilium Carth. VII. c. 3. Concilium Afric. c. 97.

Item placuit, ut quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipsis, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur.

Qui ad testimonium admittendi sint.

CXXXI.

Conc. Carthagin. VII. c. 4. Concilium Afric. c. 98

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem intra annos XIV. ætatis suæ non admittantur.

De episcopo, qui excommunicat eum, quem sibi soli crimen dicit esse confessum.

CXXXII.

Conc. Carthag. VII. c. 5. Concilium Afric. c. 99.

Item placuit, ut si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit; non putet ad injuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur, etsi scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare.

A σιώτῃ, καὶ Λέοντι Ὀπτενσιανῷ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Μαυριτανῶν χώρας τῆς Σιτιφένσης· Νινέλλῳ Ρουσουρπενσιανῷ, Λαυρεντίῳ Ἰκοσιτανῷ, καὶ Νουμεριανῷ Ρουσγουνιώτῃ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Καισαρειανῆς Μαυριτανῶν χώρας, ἐκ πάσης τῆς συνόδου κριταῖς ἐπιλεγεῖσι, παρεστώτων τῶν διακόνων, προκαθίσαντος· καί τινων ἐξανυσθέντων, πολλῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπὶ τοῖς λοιποῖς ἐξανυσθησομένοις παρέλκειν ὀδυρομένων, καὶ ὑποφέρειν μὴ δυναμένων, διὰ τὸ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπείγεσθαι ἐκκλησίας· ἤρεσε συμπάσῃ τῇ συνόδῳ, ὥστε ἀπὸ πάντων ἐπιλεγῆναι ἐκ μιᾶς ἑκάστης ἐπαρχίας τοὺς ὀφείλοντας ἀποκαθίσαι χάριν τοῦ τὰ λοιπὰ B περατῶσαι. καὶ ἐγένετο, ὥστε παρεῖναι, ὧν ὑπογραφαὶ τὴν αὐτῶν παρουσίαν μαρτύρονται.

Ὅτι οἱ ἀπὸ κοινωνίας ὄντες, εἰς κατηγορίαν οὐκ ὀφείλουσι προσδεχθῆναι.

ρκη'.

Ἤρεσε τοίνυν πᾶσιν, ἐπειδὴ τοῖς ἀνωτέροις τῶν συνόδων ψηφίσμασι περὶ προσώπων κληρικῶν τῶν μὴ ὀφειλόντων εἰς κατηγορίαν προσδεχθῆναι, ὡρίσθη, καὶ οὐκ ἐπεξειργάσθη ποῖα, πρόσωπα μὴ προσδεχθῶσι· διὰ τοῦτο ὁρίζομεν τοῦτον ὀρθῶς πρὸς κατηγορίαν μὴ εἰσδέχεσθαι, ὅστις μετὰ τὸ ἀπὸ κοινωνίας γενέσθαι, ἐν αὐτῷ ἔτι τῷ ἀφορισμῷ ὑπάρχει, εἴτε κληρικὸς εἴη, εἴτε λαϊκὸς, ὁ κατηγορῆσαι βουλό- C μενος.

Ὅτι δοῦλοι καὶ ἀπελεύθεροι, καὶ πάντα τὰ ἠτιμωμένα πρόσωπα, κατηγορεῖν οὐκ ὀφείλουσιν.

ρκθ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα πάντες οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ἴδιοι ἀπελεύθεροι, εἰς κατηγορίαν μὴ δεχθῶσι· καὶ πάντες, οὓς πρὸς κατηγορητέα ἐγκλήματα οἱ δημόσιοι νόμοι οὐ προσδέχονται· πάντες ἔτι μὴν οἱ τοῖς τῆς ἀτιμίας σπίλοις ἐρραντισμένοι, τοῦτ' ἔστι μῖμοι, καὶ ὅσα ταῖς αἰσχρότησιν ὑποβέβληνται πρόσωπα· αἱρετικοὶ ἔτι μὴν, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε Ἰουδαῖοι· πλὴν ὅμως πᾶσιν οἷς ἡ τοιαύτη κατηγορία ἀρνεῖται, ἐν ταῖς ἰδίαις αἰτίαις τὴν τοῦ κατηγορεῖν ἄδειαν μὴ ὀφείλειν ἀρνεῖσθαι.

D Ἵνα ὁ περὶ ἑνὸς ἐγκλήματος ἀπόδειξιν μὴ δυνάμενος, πρὸς ἕτερον μὴ εἰσδεχθῇ.

ρλ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσάκις δήποτε κληρικοῖς ἀπὸ κατηγόρων πολλὰ ἐγκλήματα ὑποβάλλωνται, καὶ *ἐὰν ἐξ αὐτῶν περὶ οὗ πρῶτον ἐπράχθη, ἀποδειχθῆναι οὐκ ἠδυνήθη, πρὸς τὰ λοιπὰ μετὰ ταῦτα μὴ προσδεχθῶσιν. * ἵν.

Τίνας δεῖ προσδέχεσθαι εἰς μαρτυρίαν.

ρλα'.

Μάρτυρας δὲ εἰς μαρτυρίαν μὴ εἰσδέχεσθαι, τοὺς μηδὲ E πρὸς κατηγορίαν εἰσδεχθῆναι παραγγελθέντας, ἢ ἔτι μὴν οὓς αὐτὸς ὁ κατήγορος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου προσκομίσει. μαρτυρία δὲ ἐντὸς τεσσάρων ἐνιαυτῶν δεκατεσσάρων μὴ προσδεχθείη.

Περὶ ἐπισκόπου τοῦ ἀπὸ κοινωνίας ποιοῦντος τὸν αὐτῷ μόνῳ τὸ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογήσαντα.

ρλβ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν ποτε ἐπίσκοπος λέγῃ τινὰ αὐτῷ μόνῳ τὸ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκεῖνος ἀρνῆται, μὴ λογίσηται ὁ ἐπίσκοπος εἰς ἰδίαν ὕβριν συντείνειν, ὅτι αὐτὸς μόνος οὐ πιστεύεται, εἰ καὶ τῷ σκανδαλισμῷ τῆς ἰδίας συνειδήσεως λέγει μὴ θέλειν ἑαυτὸν κοινωνεῖν τῷ ἀρνουμένῳ.

Ἵνα

Ἵνα μὴ ὡς ἔτυχε τινὰ στερήσῃ τῆς κοινωνίας ὁ ἐπίσκοπος.

ρλγ΄.

Ἐφ᾽ ὅσον τῷ ἀφωρισμένῳ μὴ κοινωνεῖ ὁ ἴδιος ἐπίσκοπος, τῷ αὐτῷ ἐπισκόπῳ ἄλλοι μὴ συγκοινωνήσουσιν ἐπίσκοποι, ὥστε μᾶλλον παραφυλάττεσθαι τὸν ἐπίσκοπον μὴ λέγειν κατά τινος, ὅπερ ἀποδείξεσι μὴ ἐλέγξαι παρ᾽ ἑτέροις.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ τὰ ὁρισθέντα τῇ γνώμῃ πάσης τῆς συναθροισθείσης συνόδου καὶ τῆς ἐμῆς μετριότητος, ἀρέσκει, πάντων τῶν πραγμάτων τῶν προδηλωθέντος ὁλοτελοῦς τίτλου ποιῆσαι τὸ συμπέρασμα, καὶ τὴν συζήτησιν τῆς διατυπώσεως τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ ἐκκλησιαστικὰ πεπραγμένα ἀναδέξωνται· ἅτινα δὲ ἀκμὴν οὐκ ἐπεξειργάσθησαν, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ διὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν Φαυστίνου τοῦ ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου τῶν πρεσβυτέρων, τῷ προσκυνητῷ ἀδελφῷ καὶ συνεπισκόπῳ ἡμῶν Βονιφατίῳ ἀντιγράψομεν. καὶ ὑπέγραψαν.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τοῖς παροῦσι τῶν ὅρων πεπραγμένοις τοῖς παρ᾽ ἡμῖν ἐχομένοις ὑπέγραψα.

Βαλεντῖνος τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος τῆς Νουμιδικῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας, ἐπαρχίας Πικένου, τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ἀλύπιος ἐπίσκοπος Θυγατένσης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος Ἱππώνης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ποσείδιος ἐπίσκοπος Καλαμένσης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Βικέντιος Κουλουσιτάνος, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Φουρτουνατιανὸς Νεαπολίτης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Πεντάδιος Καρπετανὸς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ῥουφιανὸς Μαζουενσιανὸς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Πραιτεξτᾶτος Σικκλιβένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Κουοδβουλτδέος Βερένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Κάνδιδος Γερμανίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Γαλλώνιος Οὐτικένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Μαξιμιανὸς Ἀκυρεγλυσιώτης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ἰουκοῦνδος Σουφφετουλένσης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Μαξιμιανὸς, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ἱλαριανὸς Ὀρρεοκίλλης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

A *Vt non temere quemquam communione privet episcopus.*

CXXXIII.

Quamdiu excommunicato non communicaverit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caveat episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non potest. Conc. Carthag. VII. c. 5. Concilium Afric. c. 99.

Aurelius episcopus dixit: Iuxta statuta totius concilii congregati, & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem, universi tituli designati, & digesti hujus diei tractatum ecclesiæ B gesta suscipiant: quæ vero adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, venerabili fratri & coepiscopo nostro Bonifacio rescribemus. & subscripserunt. Concilium Afric. cap. 100.

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habitis subscripsi.

Valentinus primæ sedis episcopus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ C provinciæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi.

Alypius episcopus Thagastensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Augustinus episcopus Hipponensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Possidius episcopus Calamensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Vincentius Culusitanus, his gestis subscripsi.

D Fortunatianus Neapolitanus, his gestis subscripsi.

Pentadius Carpetanus, his gestis subscripsi.

Rufianus [1] Maxensis, his gestis subscripsi. [1] Maxensis

Pretextatus Sicilibensis, his gestis subscripsi.

Quodvultdeus Verensis, his gestis subscripsi.

Candidus [2] Germaniæ, his gestis sub- E scripsi. [2] Abitinensis Germanicianorũ.

Gallonius Vticensis, his gestis subscripsi.

Maximianus Aquensis [3] his gestis subscripsi. [3] Regiorum legatus provinciæ Byzacenæ

Iocundus Suffetulensis, legatus provinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Maximus, legatus provinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Hilarianus Horteocellensis, legatus provinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Novatus Sitiphensis, legatus provinciæ ejusdem, his gestis subscripsi. A

Νοβᾶτος Σιτιφενσιώτης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακηνῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ninellus Rusurrianensis, legatus provinciæ Cesariensis, his gestis subscripsi.

Νίνελλος Ῥυσουῤῥιανίτης, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Laurentius Icositanus, legatus provinciæ Cæsariensis, his gestis subscripsi.

Λαυρέντιος Ἰκοσιτανὸς, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Numerianus Rusugurienfis, legatus provinciæ Cæsariensis, his gestis subscripsi.

Νουμεριανὸς Ῥυσουγουριώτης, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Leo Moctensis, legatus provinciæ Cæsariensis. B

Λέων ἀπὸ Μόκτης, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Alius Leo, legatus provinciæ Sitiphensis, his gestis subscripsi.

Ἄλλος Λέων, τῆς Σιτιφένσης ἐπαρχίας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Et ceteri episcopi CCXVII. subscripserunt.

Καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι διακόσιοι δεκαεπτὰ, ὁμοίως ὑπέγραψαν.

Philippus presbyter, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis a nobis recollectis subscripsi.

Φίλιππος πρεσβύτερος τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ἀφ' ἡμῶν ἀναγνωσθεῖσιν ὑπέγραψα.

Asellus presbyter, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi, quæ per nos directa sunt.

Ἄσελλος πρεσβύτερος, τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα, τοῖς δι' ἡμῶν ἀποσταλεῖσιν. C

Incipit epistola ab omni concilio Africano ad Bonifacium urbis Romæ episcopum, per Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, legatos ecclesiæ Romanæ directa.

Ἡ ἀπὸ πάσης τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Βονιφάτιον τὸν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, διὰ Φαυστίνου ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου πρεσβυτέρου, τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἀποσταλεῖσα ἐπιστολή.

CXXXIV.

ρλδ'.

Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ, & ceteri qui præsentes adfuimus, numero CCXVII. ex omni concilio Africæ.

Δεσπότῃ μακαριωτάτῳ καὶ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ Βονιφατίῳ, Αὐρήλιος, Βαλεντῖνος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ παραγενόμενοι τὸν ἀριθμὸν διακόσιοι δεκαεπτὰ, ἐκ πάσης τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου. D

Concilium Afric. c. 101. QVONIAM domino placuit, ut de his quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus Faustinus, & compresbyteri Philippus & Asellus, non beatæ memoriæ episcopo Zosimo, a quo ad nos mandata & literas attulerunt, sed tuæ venerationi, qui in ejus locum es divinitus constitutus, humilitas nostra rescriberet, ea breviter insinuare debemus, quæ utrorumque concordia terminata sunt, non ea quæ prolixis gestorum voluminibus continentur, in quibus, salva quidem caritate, non tamen sine parvo altercationis labore demorati sumus, ea gestis deliberantes, quæ nunc ad causam pertinent. Quamquam & ille, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter, de cujus & ordinatione, & excommunicatione & provocatione fuerat exortū non solum Siccensi, verum etiam totius Africanæ ecclesiæ non leve scandalum, de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus noster Siccensis Vrbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit: quia vero paci & quieti ecclesiæ non tantum

ΕΠΕΙΔΗ τῷ κυρίῳ ἤρεσεν, ἵνα περὶ ὧν ἅμα ἡμῖν διεπράξαντο οἱ ἁγιώτατοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, Φαυστῖνος ὁ συνεπίσκοπος, καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἄσελλος, μὴ τῷ τῆς μακαρίας μνήμης Ζωσίμῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ἀφ' οὗ πρὸς ἡμᾶς γράμματα, καὶ ἐντολὰς ἤγαγον, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ τιμιότητι εἰς τὸν ἐκείνου τόπον θεόθεν κατασταθείσῃ ἡ ἡμετέρα βραχύτης ἀντιγράψῃ, τὰ τῇ ἑκατέρων ἡμῶν ὁμονοίᾳ περατωθέντα ὀφείλομεν διὰ βραχέων ἐμφανῆ καταστῆσαι, οὐ μὴν τὰ τοῖς ἐκτεταμένοις τῶν πεπραγμένων κυλίσμασι κατεχόμενα· ἐν οἷς σωζομένης μὲν τῆς ἀγάπης, οὐ χωρὶς δὲ μικροῦ τῆς ἀμφισβητήσεως καμάτου παρελκύσαμεν, σκεπτόμενοι τὰ εἰς τὸ πρᾶγμα συντείνοντα, τοῖς πεπραγμένοις ἐνθεῖναι. κἀκεῖνος γὰρ, εἰ ἔτι ἦν ἐν τῷ σώματι τούτῳ, χαριεστέρως ἐδέχετο, ὅπερ ἔβλεπεν εἰρηνικωτέρως περατωθὲν, κύριε ἀδελφέ. Ἀπιάριος ὁ πρεσβύτερος, οὗ τινος καὶ περὶ τῆς χειροτονίας καὶ τῆς ἀκοινωνησίας καὶ προκλήσεως ἀνέφυη οὐ μόνον τῇ ἐν Σίκκῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐν πάσῃ τῇ Ἀφρικῇ ἐκκλησίᾳ, οὐ μικρὸν σκάνδαλον, περὶ πάντων ὧν ἐπλανήθη, συγγνώμην αἰτήσας, τῇ κοινωνίᾳ ἀποκατέστη. πρῶτος δὲ ὁ συνεπίσκοπος ἡμῶν Οὐρβανὸς ὁ τῆς Σίκκης, ὅσον ἦν αὐτῷ διορθωτέον, ἀναμφιβόλως διορθώσατο. ἐπεὶ δὴ δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καὶ ἡσυχίας οὐ μόνον E

πρὸς

πρὸς τὸ παρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἔδει πρόνοιαν ποιήσασθαι, ὅτι πολλὰ τοιαῦτα προηγήσαντο, ὅπως ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἢ καὶ βαρυτέρων τῶν μετὰ ταῦτα προδιαφυλαξώμεθα· ἤρεσεν ἡμῖν ἵνα ἐκ τῆς ἐν Σίκῃ ἐκκλησίας ἀποκινηθῇ ὁ πρεσβύτερος Ἀπιάριος, φυλαττομένης αὐτῷ δηλονότι τῆς τιμῆς τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ· καὶ λαμβάνων ἐπιστολήν, ὅπουδήποτε ἀλλαχοῦ βουληθείη καὶ δυνηθείη, τῷ καθήκοντι τῆς πρεσβυτερείου λειτουργήσῃ. ὅπερ τῷ αὐτῷ Ἀπιαρίῳ διὰ οἰκείων γραμμάτων αἰτήσαντι χωρίς τινος δυσχερείας συνεχωρήσαμεν. πρὸ τοῦ δὲ ἡ αἰτία αὕτη τῷ τοιούτῳ πέρατι παραδοθῇ, μεταξὺ τῶν ἄλλων, ἅ τινα διηνεκέσι διαγνώσεσιν ἀνεστρεφόμεθα, αὐτοῦ τοῦ λόγου ἀπαιτήσαντος, ὥστε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ζητῆσαι ἡμᾶς παρὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν Φαυστίνου τοῦ συνεπισκόπου, καὶ Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου τῶν συμπρεσβυτέρων, ἵνα προενέγκωσιν εἴ τι δήποτε ἦν αὐτοῖς ἅμα ἡμῖν πρακτέον ἐπιτραπέν, τινὰ μὲν ἀγράφως διὰ λόγων ἐπεξειργάσαντο· ἡμῶν δὲ ἀπαιτησάντων ὅπερ ἐπεφέροντο ἔγγραφον κομμονιτώριον, τοῦτο προήγαγον· ὅπερ ἀναγνωσθὲν παρ' ἡμῶν, τοῖς πεπραγμένοις ἔτι μὴν ἐνετάγη, τοῖς καὶ πρὸς ἡμᾶς δι' αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος φερομένοις. ἐν ᾧ τέσσαρα αὐτοῖς τινα ἅμα ἡμῖν πρακτέα ἐνετάλησαν· ἓν περὶ ἐγκλήτων ἐπισκόπων πρὸς τὸν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἱερέα· δεύτερον, ἵνα ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον ἐπίσκοποι ὡς ἔτυχε μὴ πλεύσωσι· τρίτον, περὶ τοῦ, τὰς αἰτίας τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ζητεῖσθαι παρὰ τοῖς ὁμόροις ἐπισκόποις ἐὰν ἐκ τῶν ἰδίων ἀπὸ κοινωνίας προπετῶς γίνωνται· τέταρτον, περὶ Οὐρβανοῦ τοῦ ἐπισκόπου ἀποκοινωνητέου, ἢ ἔτι μὴν ἐν Ῥώμῃ κλητέου, εἰ μὴ τὰ ὀφείλοντα διορθωθῆναι, διορθώσηται. ἐξ ὧν πάντων περὶ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου, τοῦτ' ἔστιν ἵνα ἔξεστιν εἰς Ῥώμην τοῖς ἐπισκόποις ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὅτι τῶν κληρικῶν αἱ αἰτίαι παρὰ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν * αὐτοῖς ἐπισκόποις περατῶνται, ἤδη ἐν τῷ προλαβόντι ἐνιαυτῷ γράμμασιν ἔτι μὴν ἡμετέροις πεμφθεῖσι τῷ αὐτῷ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Ζωσίμῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἐσπουδάσαμεν ἐμφανίσαι, ἵνα ταῦτα χωρίς τινος ὕβρεως αὐτοῦ πρὸς ὀλίγον φυλάξωμεν, ἕως οὗ ζήτησις γίνηται τῶν ὅρων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. καὶ νῦν δὲ ἀπὸ τῆς σῆς αἰτούμεθα ἁγιωσύνης, ἵνα ὃν τρόπον ταῦτα τὰ ἐν Νικαίᾳ ἀπὸ τῶν πατέρων ἐπράχθησαν καὶ ὡρίσθησαν, οὕτως αὐτὰ παρ' ἡμῶν φυλαχθῆναι ποιήσῃς, καὶ αὐτόθι παρ' ὑμῖν τὰ ἐν τῷ αὐτῷ κείμενα κομμονιτωρίῳ γυμνασθῆναι ποιήσῃς· τοῦτ' ἔστιν, ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ οἱ συνελθόντες * ἐπισκόποι τῆς αὐτοῦ ἐπαρχίας κρίνωσι, καὶ ἐκ τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ καθέλωσιν αὐτόν, ὅταν δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι, καὶ πρὸς τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον καταφύγῃ· ἐὰν συνίδῃ αὐτὸν ἀκουσθῆναι, καὶ δίκαιον λογίσηται, ὥστε ἀνεωχθῆναι τὴν κρίσιν, γράψαι καταξιώσῃ τοῖς ἐν τῇ ὁμόρῳ καὶ ἐγγιζούσῃ ἐπαρχίᾳ καθεστῶσιν ἐπισκόποις, ἵνα αὐτοὶ πάντα ἐπιμελῶς ἀναζητήσωσι, καὶ κατὰ τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας περατώσωσιν. ἐὰν δὲ καὶ ὁ παρακαλῶν τὴν αἰτίαν αὐτοῦ ἄνωθεν ἀκουσθῆναι, ἰδίᾳ ἱκεσίᾳ κινήσῃ τὸν Ῥωμαϊκὸν ἐπίσκοπον, ἵνα ἐκ τοῦ ἰδίου αὐτοῦ πλευροῦ πρεσβύτερον ἀποστείλῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦτ' ἔστι τοῦ ἐπισκόπου, τί βουληθῇ καὶ τί κρίνῃ. καὶ ἐὰν ψηφίσηται τοὺς ὀφείλοντας μετὰ τῶν ἐπισκόπων παρόντας κρῖναι, ἔχοντας τὴν αὐθεντίαν αὐτοῦ ἐξ οὗ ἀπεστάλησαν, ἔσται ἐν τῇ κρίσει αὐτοῦ. ἐὰν δὲ καὶ πιστεύσῃ ἀρκεῖν τοὺς ἐπισκόπους πρὸς τὸ περατῶσαι τὰ τοῦ πράγματος, ποιήσῃ ὅπερ τῷ σοφωτάτῳ αὐτοῦ συνειδῇ βουλεύματι.

A ad præsens, sed etiam in posterum prospiciendum fuit; quoniam talia multa præcesserant, ut vel similia, vel etiam graviora deinceps præcaveri oporteret: placuit nobis, ut de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, presbyter removeretur Apiarius, & accepto ʹ epistolio, ubicumque alibi vellet & posset, presbyterii munere fungeretur. Quod eidem ipsi per literas proprias postulanti sine difficultate concessimus. Sane priusquam hæc causa isto termino clauderetur, inter alia quæ diuturnis disceptationibus versabamus, quia ratio ipsa poscebat ut apud acta ecclesiastica a fratribus nostris Faustino coepiscopo, & Philippo & Asello B compresbyteris quæreremus, ut promerent quidquid eis nobiscum agendum fuisset injunctum, nonnulla quidem sine ullo scripto prosecuti sunt verbis: sed cum id potius flagitaremus, quod in literis ferrent, commonitorium protulerunt, quod recitatum nobis, etiam gestis quæ secum ad nos deferunt, est allegatum. In quo eis quatuor quædam nobiscum gerenda mandata sunt; unum de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem; alterum, ne ad comitatum episcopi importune navigent; tertium de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint: quar- C tum de Vrbano episcopo excommunicando, vel etiam Romæ vocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, ut Romam liceat episcopis provocare, & ut clericorum causæ apud suarum provinciarum episcopos finiantur, jam priore anno etiam literis nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis, insinuare curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paulisper sineremus, usque ad inquisitionem statutorum concilii Nicæni. Et nunc de tua poscimus sanctitate, D ut quemadmodum ea apud Nicæam a patribus acta vel constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est: ⁿ Si episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit ut renovetur examen; scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter E omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat: erit in potestate episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit, mittendos esse qui presentes cum episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant: faciat quod sapientissimo suo consilio judicaverit.

ʹ apostolio

ⁿ Can. quintus conc. Sardicensis sup. 630. D.

Item de presbyteris & diaconis. Si episcopus quis iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoveatur adversus presbyterum sive diaconum suũ, & exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et habeat potestatem ejectus ut finitimos interpellet, & causa ejus audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti: & ille episcopus qui aut juste aut injuste eum rejecit, patienter accipiat, ut negotia discutiantur, ut aut probetur ejus aut emendetur sententia. Hæc utique usque ad adventum verissimorum exemplariorum Nicæni concilii, inserta gestis sunt: quæ si ibi, quemadmodum ipso quod apud nos fratres ex apostolica sede directi commonitorio allegaverunt, continentur, eoque ordine, vel apud vos in Italia custodiuntur, nullo modo nos talia, qualia commemorare jam nolumus, vel tolerare cogemur: sed credimus adjuvante misericordia domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, non sumus jam istum typhum passuri. Et servabuntur erga nos, quæ nobis etiam non disserentibus custodiri debeant cum fraterna caritate, quæ secundum sapientiam atque justitiam, quam tibi donavit altissimus, etiam ipse perspicis esse servanda, nisi si forte aliter se habent canones concilii Nicæni. Quamvis enim plurimos codices legeremus; sed nusquam in Nicæno concilio, in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio inde directa sunt. Tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus invenire, ex orientalibus ecclesiis, ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, & si aliis etiam tuæ placuerit sanctitati, ut inde ad nos iidem canones apud Nicæam civitatem a patribus constituti veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesiis in domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria esse verissima concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diversis locis, & de nobilibus Græcis ecclesiis allata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum provinciarum episcopos terminandis, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus. Cetera vero, quæ in nostra synodo gesta vel confirmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri, Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus presbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. & alia manu.

A ὁμοίως περὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἐάν τις ἐπίσκοπος ὀργίλος· ὅπερ εἶναι οὐκ ὀφείλει· ταχέως ἢ τραχέως κινηθῇ κατὰ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, καὶ θελήσοι τοῦτον ἐκ τῆς ἰδίας ἐξορίσαι ἐκκλησίας· προνοητέον ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀδίκως καταδικασθῇ ἢ ἀπολέσῃ τὴν κοινωνίαν. καὶ ἐχέτω ὁ ἐκβληθεὶς ἐξουσίαν προσελθεῖν τοῖς ὁμόροις, καὶ ἡ αἰτία αὐτοῦ ἀκουσθῇ, καὶ ἐπιμελέστερον ζητηθῇ· ὅτι οὐκ ὀφείλει παρακαλοῦντι αὐτῷ ἡ ἀκρόασις ἀρνηθῆναι. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ ἢ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν, ἀνεξικάκως καταδέξηται τὰ τοῦ πράγματος ἐξετασθῆναι, ἵνα ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἡ γνώμη αὐτοῦ. ταῦτα δηλονότι ἕως τῆς παρουσίας τῶν ἀληθεστάτων ἐξ- B έμπλων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τοῖς πεπραγμένοις ἐνεβλήθησαν, ἅτινα, ἐὰν ἐκεῖ ὃν τρόπον ἐν αὐτῷ τῷ κομμονιτωρίῳ περιέχονται, τῷ ἡμῖν διὰ τῶν ἀποσταλέντων ἀδελφῶν ἐκ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐμφανισθέντι, καὶ παρ' ὑμῖν τῇ αὐτῇ τάξει ἐν Ἰταλίᾳ φυλάττονται, οὐδαμῶς καὶ ἡμεῖς τῶν τοιούτων μεμνῆσθαι βουλόμεθα· ἢ οὐχ ὑποφέρειν ἐπειγόμεθα, ἀλλὰ πιστεύομεν ὅτι βοηθοῦντος τοῦ ἐλέους κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῆς σῆς ἁγιωσύνης προεστώσης τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, οὐκέτι λοιπὸν ὑπομένομεν τὸν τύφον τοῦτον· φυλαχθῶσι δὲ περὶ ἡμᾶς ἅτινα καὶ μὴ λαλούντων ἡμῶν ὀφείλουσι φυλαχθῆναι ἀδελφι- C κῇ ἀγάπῃ, ἅπερ κατὰ τὴν σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, ἣν σοι ὁ ὕψιστος ἐδωρήσατο, καὶ αὐτὸς ἔτι μὴν συνορᾷς ὀφείλειν φυλαχθῆναι, ἐὰν τυχὸν ἀλλοίως ἔχωσιν οἱ κανόνες τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. ἡμεῖς γὰρ πλεῖστοις ἐντυγχάνοντες βιβλίοις, οὐδαμοῦ ἀνέγνωμεν εἰς τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον ἐν Ρωμαϊκοῖς βιβλίοις, ὃν τρόπον ἐν τῷ προλεχθέντι κομμονιτωρίῳ αὐτόθεν ἀπεστάλησαν. ὅμως, ἐπειδὴ ἐνταῦθα εἰς οὐδὲν βιβλίον Γραικὸν ταῦτα εὑρεῖν ἠδυνήθημεν, ἐκ τῶν ἀνατολικῶν ἐκκλησιῶν, ἔνθα λέγονται τὰ αὐτὰ ψηφίσματα δύνασθαι τὰ αὐθεντικὰ ἔτι μὴν εὑρεθῆναι, ἡμῖν προσενεχθῆναι μᾶλλον ποθοῦμεν. διὸ καὶ τὴν σὴν σεβασμιότητα δυσωποῦμεν, ἵνα γρά- D ψαι καὶ αὐτὸς ἔτι μὴν καταξιώσῃς πρὸς τοὺς ἐκείνων τῶν μερῶν ἱερεῖς, τοῦτ' ἔστι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας, καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἄλλοις δὲ, ἐὰν ἀρέσῃ τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ, ὅπως ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁρισθέντες ἔλθωσι κανόνες, σοῦ κατ' ἐξαίρετον τὴν εὐεργεσίαν ταύτην πάσαις ταῖς δυτικαῖς ἐκκλησίαις, τῇ τοῦ κυρίου βοηθείᾳ, συνεισάγοντος. τίς γὰρ ἀμφιβάλλει τὰ ἴσα ἀληθέστατα εἶναι ἐν Γραικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθείσης συνόδου, ἅτινα ἀπὸ οὕτως διαφόρων τόπων καὶ ἐπισήμων Γραικῶν ἐκκλησιῶν προσενεχθέντα καὶ συγκριθέντα ὁμονοοῦσιν; ὅπερ ἕως οὗ γένηται, τὰ ἐν τῷ E προλεχθέντι κομμονιτωρίῳ ἡμῖν προσενεχθέντα περὶ τῶν πρὸς τὸν τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἱερέα ἐκκλήτων τῶν ἐπισκόπων, καὶ περὶ τῶν αἰτιῶν τῶν κληρικῶν, τῶν ὀφειλουσῶν περατοῦσθαι παρὰ τοῖς τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκόποις, ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν καὶ φυλάξοντας ἕως τῆς ἐπικυρώσεως, καὶ τὴν ὑμετέραν μακαριότητα, θέλοντος τοῦ Θεοῦ, πρὸς τοῦτο ἡμῖν βοηθήσουσαν θαρροῦμεν. τὰ δὲ λοιπὰ τὰ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ συνόδῳ πραχθέντα καὶ βεβαιωθέντα, ἐπειδὴ οἱ προλεχθέντες ἀδελφοὶ ἡμῶν Φαυστῖνος ὁ συνεπίσκοπος, Φίλιππος καὶ Ἄσελλος οἱ πρεσβύτεροι, μεθ' ἑαυτῶν ἐπιφέρονται, ἐὰν καταξιώσῃς, γνωστὰ ποιήσουσι τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ. καὶ ὑπέγραψαν.

ὁ κύριος

ὁ κύριος ἡμῶν φυλάξει σε ἡμῖν ἐπὶ πλείστους χρόνους, μακαριώτατε ἀδελφέ. ὑπέγραψαν ὁμοίως, Ἀλύπιος, Αὐγουστῖνος, Ποσσείδιος, Μαρῖνος, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι.

Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Augustinus, Possidius, Marinus, & ceteri episcopi.

Ἄρχεται τὰ πρὸς τὴν ἐν Ἀφρικῇ σύνοδον ἀντίγραφα Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, ἐν οἷς τὰ αὐθεντικὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἀπὸ Γραικοῦ μεταβληθέντα διὰ Ἰννοκεντίου πρεσβυτέρου ἀπέστειλεν· αἵ τινες ἐπιστολαὶ μετὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου διὰ τοῦ μνημονευθέντος Ἰννοκεντίου πρεσβυτέρου, καὶ Μαρκέλλου ὑποδιακόνου τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ ἁγιωτάτῳ Βονιφατίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν δεκεμβρίων ἀπεστάλησαν.

Incipiunt rescripta ad concilium Africanum Cyrilli Alexandrini episcopi, ubi authentica concilii Nicæni translata de Græco per Innocentium presbyterum transmisit: quæ etiam epistolæ cum eodem concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium & Marcellum subdiaconum ecclesiæ Carthaginensis, sancto Bonifacio episcopo ecclesiæ Romanæ sub die VI. *Kalendas Decembris anno* CCCCXIX. *sunt directa.*

ρλε'.

CXXXV.

Κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συνεπισκόποις, Αὐρηλίῳ, Βαλεντίνῳ, καὶ πάσῃ τῇ ἐν Καρχηδόνι συναθροισθείσῃ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ, Κύριλλος ἀσπαζόμενος ἐν κυρίῳ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην.

Dominis honorabilibus, sanctis fratribus & coepiscopis, Aurelio, Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Carthaginensi synodo congregatæ, Cyrillus salutans in Deo caritatem vestram.

ΤΑ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος πολλὴν ἔχοντα θρησκείαν, μετὰ πάσης χαρᾶς διὰ τοῦ τέκνου ἡμῶν Ἰννοκεντίου τοῦ πρεσβυτέρου ἐδεξάμην· τούτων δὲ παρ' ὑμῶν ἐλπισθέντων, ὥστε ἐκ τοῦ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας σκρινίου τὰ ἀληθέστατα ἴσα τῆς ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει τῆς Βιθυνίας αὐθεντικῆς συνόδου, τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁρισθέντα καὶ βεβαιωθέντα, ὑποκάτω τῆς ὁμολογίας τῆς ἡμετέρας πίστεως, τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ ἡμᾶς ἀποστεῖλαι, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, κύριοι τιμιώτατοι ἀδελφοὶ, ἀσπασμοῦ προηγουμένου, διὰ τοῦ αὐτοῦ τέκνου ἡμῶν Ἰννοκεντίου τοῦ πρεσβυτέρου, τὰ πιστότατα ἴσα τὰ τῆς αὐθεντικῆς συνόδου τῆς ἐν τῇ Νικαέων πόλει τῆς Βιθυνίας ἐχόμενα, τῇ ὑμετέρᾳ ἀποστεῖλαι ἀγάπῃ· ὅπερ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ζητοῦντες εὑρήσετε. περὶ δὲ τοῦ πάσχα, ὡς ἐγράψατε, ἀγγέλλομεν ὑμῖν, τῇ πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν Μαΐων ἡμᾶς ἐπιτελέσοντας τῇ ὑπεισερχομένῃ ἰνδικτιῶνι. ἡ ὑπογραφή. ὁ Θεὸς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν τὴν ἁγίαν ὑμῶν σύνοδον φυλάξει, ὅπερ εὐχόμεθα, τιμιώτατοι ἀδελφοί.

SCRIPTA venerationis vestræ multam habentia pietatem, cum omni lætitia per filium nostrum Innocentium presbyterum suscepi, quibus a nobis speratis, ut de scrinio nostræ ecclesiæ verissima exemplaria ex authentica synodo apud Nicæam civitatem, metropolim Bithyniæ, a sanctis patribus constituta atque firmata, sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Vnde enim, domini honorabiles fratres, salute præeunte, necesse habui per harum latorem filium nostrum Innocentium presbyterum, fidelissima exemplaria ex authentica synodo in Nicæna civitate Bithyniæ habita, vestræ caritati dirigere. Quod & in ecclesiastica historia requirentes, invenietis. De pascha vero, ut scripsistis, nuntiamus vobis XVIII. Kalendas Maias nos futura indictione celebrare. & alia manu. Deus & dominus noster sanctam vestram congregationem custodiat, quod optamus, carissimi fratres.

Concilium Afri. c. 102.

Ἄρχεται ἡ ἐπιστολὴ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς αὐτούς.

Incipit epistola Attici episcopi Constantinopolitani ad eosdem.

ρλϛ'.

CXXXVI.

Τοῖς κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ μακαριωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συνεπισκόποις, Αὐρηλίῳ, Βαλεντίνῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνελθοῦσι συνόδῳ, Ἀττικὸς ἐπίσκοπος.

Dominis sanctis, merito beatissimis fratribus & coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel ceteris carissimis in synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus.

ΔΙΑ τοῦ τέκνου ἡμῶν Μαρκέλλου τοῦ ὑποδιακόνου ὑμῶν, γράμματα τῆς ὑμετέρας ἀγάπης μετὰ πάσης εὐχαριστίας ἐδεξάμην, τῷ κυρίῳ εὐχαριστῶν, ὅτι ἠξιώθην τοσούτων ἀδελφῶν εὐλογίας ἀπολαῦσαι. κύριοι μακαριώτατοι ἀδελφοὶ, ἐγράψατε δηλαδὴ, ἵνα τοὺς ἀληθεστάτους κανόνας τοὺς ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν πατέρων ὁρισθέντας μετὰ τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν ἀποστείλω. καὶ τίς ἐστιν ὁ τὴν κοινὴν πίστιν καὶ τοὺς ὅρους τοὺς ἀπὸ τῶν πατέρων βεβαιωθέντας τοῖς ἰδίοις ἀδελ-

PER filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum scripta vestræ dilectionis cum omni gratiarum actione suscepi, domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui. Domini beatissimi fratres, scripsistis sane, ut verissimos canones apud Nicæam civitatem, metropolim Bithyniæ, a patribus constitutos sub fidei adstipulatione dirigam. Et quis est, qui communem fidem, vel statuta a patribus firmata suis fratribus de- Concilium Afric. c. 103.

neget? Quâ de re per eumdem filium meum A Marcellum, subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa civitate a patribus, canones, in integro, ut jussistis, direxi; petens, ut pro me plurimum vestra sancta congregatio orare jubeat. & alia manu. Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sanctissimi fratres.

Incipiunt exemplaria concilii Nicæni directa sub die VI. Kalendas Decembris, anno CCCCXIX. post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii IX. Augustorum, B *Bonifacio urbis Romæ episcopo.*

CXXXVII.

Concilium Afri. c. 104. CREDIMUS in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium, necnon & invisibilium creatorem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non creatum, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, cælestia & terrena. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est. Et resurrexit tertia die, ascendit in C cælum, venturus inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt, erat tempus quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia substantia vel essentia esse, aut mutabilem, aut convertibilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Huic symbolo fidei etiam exemplaria statutorum ejusdem concilii Nicæni a memoratis pontificibus annexa sunt, sicut superius per omnia continentur; quæ nos hic iterum conscribi necessarium non esse credidimus.

D

Incipit epistola concilii Africani ad papam Cælestinum urbis Romæ episcopum.

CXXXVIII.

Domino dilectissimo & honorabili fratri Cælestino, Aurelius, Palatinus, Antonius, Totus, Servusdei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Ianuarius, Optatus, ' Celticius (' Celticus,) *, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & ceteri, qui in universali Africano concilio Carthaginis ' adfuimus* (' adsumus.).

Concilium Afri. c. 105. OPTAREMUS, ut quemadmodum sanctitas tua de adventu Apiarii lætatos vos fuisse, missis per compresbyterum nostrum Leonem literis, intimavit, ita nos quoque de ejus purgatione hæc scripta cum lætitia mitteremus. Esset profecto & nostra & vestra modo alacritas certior, nec festinata, nec præpropera videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quam de audito præcesserat. Adveniente sane ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino, concilium congregavimus, & credidimus ideo eum illo missum, quoniam sicut per ejus operam presbyterio antea redditus fue-

φοῖς ἀρνούμενος; ὅθεν διὰ τοῦ αὐτοῦ τέκνου ἡμῶν Μαρκέλλου τοῦ ὑποδιακόνου ὑμῶν πάνυ σπεύδοντος, καθὼς οἱ ἐν Νικαίᾳ ἀπὸ τῶν πατέρων ὡρίσθησαν κανόνες, ἐν ὁλοκλήρῳ, ὡς ἐκελεύσατε, ἀπέστειλα, αἰτῶν τὴν ὑμετέραν ἁγίαν σύνοδον ὑπὲρ ἐμοῦ πλείστας εὔξασθαι καταξιῶσαι. ἡ ὑπογραφή. ὁ κύριος ἡμῶν φυλάξει τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὅπερ εὐχόμεθα, ἁγιώτατοι ἀδελφοί.

Αρχεται τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τὰ ἀποσταλέντα τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν Δεκεμβρίων, μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ἔννατον, τῶν Αὐγούστων, Βονιφατίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ρώμης.

ρλζ'.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρί. δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν καιρὸς ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Τῷ παρόντι συμβόλῳ τῆς πίστεως καὶ τὰ ἴσα τῶν ὅρων τῆς αὐτῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐκ τῶν μνημονευθέντων ἱερέων προσεζεύχθησαν, ὡς ἀνωτέρω ἐν πᾶσι περιέχονται· ἅπερ ἡμεῖς ἐνταῦθα πάλιν τὰ αὐτὰ γράφειν ἀναγκαῖον οὐχ ἡγησάμεθα.

Αρχεται ἡ ἐπιστολὴ τῆς ἐν Αφρικῇ συνόδου πρὸς Κελεστῖνον τὸν πάπαν, τῆς Ρωμαίων πόλεως ἐπίσκοπον.

ρλη'.

Δεσπότῃ ἀγαπητῷ καὶ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ Κελεστίνῳ, Αὐρήλιος, Παλατῖνος, Αντώνιος, Τοῦτος, Σερβουσδεΐ, Τερέντιος, Φορτουνᾶτος, Μαρτῖνος, Ιαννουάριος, Οπτᾶτος, Κελτίκιος, Δονᾶτος, Θεάσιος, Βικέντιος, Φορτουνατιανὸς, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν πάσῃ τῇ συνόδῳ τῆς Καρχηδόνος εὑρεθέντες.

ΗΥΧΟΜΕΘΑ ὃν τρόπον ἡ σὴ ἁγιωσύνη περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Απιαρίου χαρέντας ὑμᾶς ἐδήλωσε, γραμμάτων πεμφθέντων διὰ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Λέοντος, οὕτως καὶ ἡμεῖς ὁμοίως περὶ τοῦ καθαρισμοῦ τοῦ αὐτοῦ τὰ παρόντα γράμματα μετὰ χαρᾶς ἀπεστείλαμεν. ἦν γὰρ δηλαδὴ καὶ ἡ ἡμετέρα καὶ ἡ ὑμετέρα προθυμία ἀσφαλεστέρα, καὶ οὐδὲ σπουδαστικὴ ἐδόκει ἡ ἐπὶ τοῦ ἀκμὴν ἀκουσθέντος, ἥπερ ὡς περὶ ἀκουσθέντος προηγησαμένη. παραγενομένου τοίνυν πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἁγιωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν Φαυστίνου, συνήξαμεν σύνοδον, καὶ ἐπιστεύσαμεν διὰ τοῦτο αὐτὸν μετ' ἐκείνου πεμφθέντα, ἵνα ὥσπερ * ὁ τούτου τῇ αὐτοῦ σπουδῇ τῷ * πρεσβυτέρῳ ἀπεδόθη, (* ἰσ. * πρ. πεί)

δόθη, οὕτως καὶ νῦν δυνηθῇ τῷ αὐτῷ σκοπῷ ἐκ τῶν ἐν Θαβρακηναῖς ὑποβληθέντων τοσούτων ἐγκλημάτων καθαρθῆναι· οὗ τινος τὰ τοσαῦτα καὶ οὕτως παμμεγέθη ἀτοπήματα ἡ πληθὺς καταδραμοῦσα τῆς ἡμετέρας συνόδου εὗρεν, ὅτι καὶ τοῦ μνημονευθέντος τὴν παρωνίαν μᾶλλον ἤπερ κρίσιν, καὶ τὴν ὡς ἐκδίκου σπουδὴν μᾶλλον ἤπερ διαγνώστου δικαιοσύνην ὑπερενίκησεν. πρῶτον μὲν γὰρ ἀντέστη μεγάλως πάσῃ τῇ συνόδῳ διαφόρους ὕβρεις ἐπιφέρων, ὡσανεὶ τὰ πριβιλέγια τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐκδικῶν, καὶ θέλων αὐτὸν παρ' ἡμῶν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι, ὃν ἡ σὴ ἁγιωσύνη πιστεύσασα ἐκκαλεῖσθαι, ὅπερ ἀποδεῖξαι οὐκ ἠδυνήθη, τῇ κοινωνίᾳ ἀποδέδωκεν. ὅμως ἧττον αὐτῷ τοῦτο ἐξεγένετο, ὅπερ ἔτι μὴν τῇ ἀναγνώσει τῶν πεπραγμένων κρειττόνως γνοίης. τριημέρου μέντοι δίκης ἐπὶ μόχθου κινηθείσης, ἐν ὅσῳ τὰ διάφορα τῷ αὐτῷ ὑποβληθέντα συντριβόμενοι ἐζητοῦμεν, ὁ Θεὸς ὁ δίκαιος κριτὴς, ὁ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, τάς τε παρολκὰς τοῦ συνεπισκόπου ἡμῶν Φαυστίνου, καὶ τὰς στρεψεργίας τοῦ αὐτοῦ Ἀπιαρίου, οἷς ταῖς ἀθεμίτοις αὐτοῦ αἰσχρότητας συγκαλύψαι ἐπηρείδετο, μεγάλῃ συντομίᾳ ἔτεμε, τῆς σιγαντῆς δηλαδὴ καὶ δυσωδεστέρας ἐπιμονῆς καταργηθείσης, καὶ τῆς ἀναισχυντίας τῆς ἀρνήσεως, δι' ἧς τὸν τοσούτων ἡδονῶν τὸν βόρβορον ἐβούλετο καταβυθίσαι. τοῦ γὰρ Θεοῦ ἡμῶν τὴν συνείδησιν αὐτοῦ στενοχωρήσαντος, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ κρυπτὰ ὡς ἐν ἰλύϊ τῶν ἐγκλημάτων ἤδη καταδεδικασμένα, πᾶσιν ἔτι μὴν τοῖς ἀνθρώποις δημοσιεύσαντος, αἰφνιδίως εἰς ὁμολογίαν πάντων τῶν ὑποβληθέντων αὐτῷ ἐγκλημάτων ὁ δόλιος ἀρνητὴς διέρρηξεν. καὶ μόλις ποτὲ περὶ πάντων τῶν ἀπιθάνων ὀνειδῶν ἑκοντὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἤλεγξε, καὶ αὐτὴν ὁμοίως τὴν ἡμετέραν ἐλπίδα, ᾗ τινι καὶ ἐπιστεύσαμεν αὐτὸν, καὶ ηὐχόμεθα ἐκ τῶν οὕτως ἐπαισχυντέων σπίλων δύνασθαι καθαρθῆναι, μετέστρεψεν εἰς στεναγμούς· εἰ μὴ ὅτι ταύτην ἡμῶν τὴν λύπην μιᾷ καὶ μόνῃ παραμυθίᾳ κατεπράϋνεν, ὅτι καὶ ἡμᾶς τοῦ ὀδυρμοῦ τοῦ διηνεκοῦς καμάτου ἐλύτρωσε, καὶ τοῖς ἰδίοις τραύμασιν ὁτεδήποτε ἴασιν, εἰ καὶ ἀκουσίως, καὶ τῆς ἰδίας συνειδήσεως ἀντιμαχομένης, ὁμολογήσας προενοήσατο, κύριε ἀδελφέ. ἐν προφάτῳ τοίνυν τοῦ καθήκοντος τῆς ὀφειλομένης προσκυνήσεως ἐκπληρουμένου, ἱκετεύομεν, ἵνα τοῦ λοιποῦ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς τοὺς ἐντεῦθεν παραγινομένους εὐχερῶς μὴ προσδέχησθε, μηδὲ τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποκοινωνητέους εἰς κοινωνίαν τοῦ λοιποῦ θελήσητε δέξασθαι· ἐπειδὴ τοῦτο καὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ ὁρισθὲν εὐχερῶς εὕροι ἡ σὴ σεβασμιότης. εἰ γὰρ καὶ περὶ κατωτέρων κληρικῶν καὶ περὶ λαϊκῶν φαίνεται ἐκεῖ παραφυλάττεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τοῦτο περὶ ἐπισκόπων βούλεται παραφυλαχθῆναι; μὴ οὖν οἱ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἀπαρτηθέντες, παρὰ τῆς σῆς ἁγιωσύνης σπουδαίως καὶ καθὼς μὴ χρὴ φανῶσιν ἀποκαθιστάμενοι τῇ κοινωνίᾳ. καὶ τῶν πρεσβυτέρων δὲ ὁμοίως, καὶ τῶν ἑπομένων κληρικῶν τὰς ἀναιδεῖς ἀποφυγὰς, ὡς ἔστι σου ἄξιον, ἀποδιώξῃ ἡ ἁγιωσύνη ἡ σή· ἐπειδὴ καὶ οὐ διά τινος ὅρου τῶν πατέρων τοῦτο ἀπηγόρευται τῇ ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰ ψηφίσματα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, εἴτε κληρικοὺς τοῦ κατωτέρου βαθμοῦ, εἴτε αὐτοὺς τοὺς ἐπισκόπους τοῖς ἰδίοις μητροπολίταις φανερώτατα κατέπεμψαν. συνετῶς γὰρ καὶ δικαίως συνεῖδεν, ἅτινα δήποτε πράγματα ἀναφυῶσι, ταῦτα ἐν τοῖς ἰδίοις ὀφείλειν περατοῦσθαι τόποις· οὔτε γὰρ μιᾷ καὶ ἑκάστῃ προνοίᾳ ἐλογίσαντο ἐλλείπειν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος,

A rat, ita nunc posset de tantis criminibus a Tabracenis objectis, eo laborante, purgari: cujus tanta ac tam immania flagitia decursum nostri concilii examen invenit, ut & memorati patrocinium potius quam judicium, ac defensoris magis operam, quam disceptatoris justitiam superarent. Nam primum, quantum obstiterit omni congregationi diversas injurias ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens privilegia, volens eum a nobis in communionem suscipi, quem tua sanctitas credens appellasse, quod probare non potuit, communioni reddide-
B rat: quod minime tamen licuit, quod etiam gestorum ex lectione melius cognosces. Triduano tamen laboriosissimo agitato judicio, cum diversa eidem objecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiversationes ipsius Apiarii, quibus nefandas turpidines occulere conabatur, *Deus judex justus, fortis & longanimis*, magno compendio resecavit. (Psalm. 7.) Terriore quippe ac putidiore obstinatione compressa, qua tantum libidinum cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro ejus conscientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde tamquam in volutabro criminum jam dam-
C nabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum objectorum flagitiorum dolosus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus se ipse convicit, atque ipsam quoque nostram spem, qua eum & credebamus & optamus de tam pudendis maculis posse purgari, convertit in gemitus: nisi quoniam istam nostram mœstitiam uno tantum solatio mitigavit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absolvit, & suis vulneribus qualemcumque medelam, etsi invite, ac sua conscientia reluctante confessione providit, domine frater. Præfato itaque debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad ve-
D stras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile advertet venerabilitas tua. (Modū prosequendæ appellationis alium institui rogant.) Nam & si de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveri, quanto magis hoc de episcopis voluit observari, ne in sua provincia communione suspensi, a tua sanctitate vel festinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni restitui? Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia, sicuti te dignum est, repellat sanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africanæ, & decreta Nicæna sive (Nicæni Concil. c. 6.)
E inferioris gradus clericos, sive ipsos episcopos, suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim justissimeque providerunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda. Nec unicuique providentiæ gratiam sancti spiritus de-

futuram: qua æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxime, quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ provinciæ, vel etiam universale provocare. Nisi forte quisquam est qui credat, unicuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare justitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum judicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatē, multis aliis ' intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam ut aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum synodo constitutum. Quia illud quod pridem per eumdem coepiscopum nostrum Faustinum, tamquam ex parte Nicæni concilii, exinde transmisistis, in conciliis verioribus quæ accipiuntur Nicæni, a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & a venerabili Attico Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori vestro a nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros quibuscumque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum sæculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amoto jam pro suis nefandis nequitiis de Christi ecclesia dolendo Apiario) securi sumus, quod eum probitate ac moderatione tuæ sanctitatis, salva fraterna caritate, ulterius Africa minime sustinere ' patiatur. Et alia manu: Dominus noster sanctitatem vestram ævo longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater.

Nicæni concil. c. 5.

a incurrentibus

' patietur

A πνδύματος, δι᾽ ἧς ἡ δικαιοσύνη ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἱερέων καὶ ὁρᾶται φρονίμως, καὶ κατέχεται σταθερῶς· μάλιστα, ὅτι ἑνὶ καὶ ἑκάστῳ συγκεχώρηται, ἐὰν περὶ τῆς δίκης τῶν διαγνωστῶν προσίσταται αὐτῷ πρὸς τὰς συνόδους τῆς ἰδίας ἐπαρχίας, ἢ ἔτι μὴν εἰς οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐκκαλέσασθαι· εἰ μὴ ἄρα τίς ἐστιν, ὅστις πιστεύσει, ἑνὶ ᾡτινιδήποτε δύνασθαι τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐμπνεῦσαι τὴν δικαιοσύνην, τοῖς δὲ ἀναριθμήτοις εἰς σύνοδον συνηθροισμένοις ἱερεῦσιν ἀρνεῖσθαι. πῶς δὲ αὕτη ἡ περαματικὴ κρίσις βεβαία ἔσται, πρὸς ἣν τῶν μαρτύρων τὰ ἀναγκαῖα πρόσωπα, ἢ διὰ τὴν τῆς φύσεως, ἢ διὰ τὴν τοῦ γήρως ἀσθένειαν, ἢ πολλοῖς ἄλλοις ἐμποδισμοῖς ἐνεχθῆναι οὐ δύνανται; περὶ γὰρ τοῦ, τινὰς ὡσανεὶ ἐκ τοῦ πλευροῦ B τῆς σῆς ἁγιωσύνης πέμπεσθαι, οὐδεμιᾷ τῶν πατέρων συνόδῳ ὁρισθὲν εὑρίσκομεν. ἐπειδὴ ὅπερ πάλαι διὰ τοῦ αὐτοῦ συνεπισκόπου ἡμῶν Φαυστίνου, ὡσανεὶ ἐκ μέρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου αὐτόθεν ἀπέσταλτο ἐν ταῖς ἀληθεστέραις ἀπογραφαῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ, ἅσπερ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας συνεπισκόπου ἡμῶν, καὶ παρὰ τοῦ προσκυνητοῦ Ἀττικοῦ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπου, πεμφθείσας ἐκ τῶν αὐθεντικῶν· αἵ τινες ἔτι μὴν πρὸ τούτου διὰ Ἰννοκεντίου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ Μαρκέλλου τοῦ ὑποδιακόνου, C δι᾽ ὧν πρὸς ἡμᾶς παρ᾽ ἐκείνων ἀπεστάλησαν, τῷ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Βονιφατίῳ τῷ ἐπισκόπῳ τῷ προηγησαμένῳ ὑμᾶς παρ᾽ ἡμῶν ἐξεπέμφθησαν, τοιοῦτό τί ποτε οὐκ ἠδυνήθημεν εὑρεῖν. ἐκβιβαστὰς τοίνυν κληρικοὺς * ἡμῶν, τινῶν αἰτούντων, μὴ θέλετε ἀποστέλλειν, μήτε παραχωρεῖν, ἵνα τὸν καπνώδη τῦφον τοῦ κόσμου δόξωμεν εἰσάγειν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ, ἥτις τὸ φῶς τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὴν ἡμέραν τοῖς τὸν Θεὸν ἰδεῖν ἐπιθυμοῦσι προσφέρει. τοῦ γὰρ κλαυσίμου Ἀπιαρίου ἤδη ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Φαυστίνου κατὰ τὰς ἰδίας ἀθεμίτους ἀχρειοσύνας ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἀποκινηθέντος, ὅτι τοῦτον τῇ δοκιμῇ καὶ ῥυθμίσει τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἐν τῷ σώζεσθαι τὴν ἀδελφικὴν ἀγάπην, περαιτέρω ἡ Ἀφρικὴ οὐδαμῶς ὑπομείνῃ. ἡ ὑπογραφή· ὁ Θεὸς ἡμῶν τὴν ἁγιωσύνην ὑμῶν ἐπὶ μήκιστον χρόνον φυλάξει ὑπὲρ ἡμῶν εὐχομένην, κύριε ἀδελφέ.

* al

ANNO CHRISTI 393.

a CONCILIUM HIPPONENSE IN AFRICA CELEBRATUM, SUB SIRICIO.

Tempus concilii.

a *Concilium.*] Anno Christi 393. pontificatus Siricii 9. imperatoris Theodosii 15. celebratum esse hoc concilium, colligitur ex principio Africani concilii, ubi hæc verba leguntur: *Gloriosissimo imperatore Theodosio semper Augusto tertium, & Abundantio viro clarissimo, consulibus octavo Idus Octobris, Hippone Regio, in secretario basilicæ pacis.* Horum consulatum cum prædicta Christi, pontificis & imperatoris chronologia coincidere, fastos consulares intuenti patebit. Ob quam causam habitum fuerit, patres Carthaginensis concilii initio breviarii, de quo infra, his verbis indicant: *Ea, quæ in concilio Hipponensi jamdudum maturata sunt, & legitime ad corrigendam disciplinam salubriter gesta & statuta noscuntur, effrenata temeritate quosdam minime custodire.* Quodquidem adeo efficaciter præstiterunt, ut cetera concilia postea in Africa celebrata, ex Hipponensi, tamquam archetypo quodam, complura mutuata fuerint. Decreto concilii Carthaginensis, Cæsario & Attico consulibus, anno Christi 397. celebrati, ex quadraginta canonibus & uno confectum est quoddam breviarium, quo eorumdem, ut facilius innotescerent, brevis summa descripta est. Ipsi vero canones Carthaginensi tertio intexti habentur: quo loco, quove ordine, marginales notæ singulis summis appositæ indicant. Hujus concilii Hipponensis meminit Possidius in vita sancti Augustini cap. 7. quæve in eo fuerint partes sancti Augustini, ita describit: *Per idem tempus coram episcopis hoc illi jubentibus, qui plenarium totius Africæ concilium Hippone agebant, de fide & symbolo presbyter adhuc Augustinus disputavit.* Et quidem cum omnium laude & admiratione tanta, ut quem omnes episcopum cuperent, Valerius ne suæ ecclesiæ eriperetur, postularit & impetraverit, anno Christi 394. sibi adhuc viventi in episcopatu subrogari. Possidius prædicto loco cap. 8. Cui totius Africanæ provinciæ episcopi omnes interfuerunt, jure meritoque alibi generale, alibi plenarium

Causa concilii.

rium concilium appellatur: licet vere tantũ provinciale fuerit. Vide Baron. an. 393. n. 33. & 34.

Concilii Hipponensis abbreviationes factæ in concilio Carthaginensi tertio, infra post canones ejusdem concilii positæ habentur.

[a] CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

In quo causa duorum episcoporum, eumdem [a] *Bostiensem episcopatum sibi vendicantium, definita fuit.*

[a] *Concilium.*] Ob controversiam duorum episcoporum Agapii & Gebadii eumdem Bostrensem episcopatum sibi vendicare satagentium, cum multis aliis ecclesiæ orientalis episcopis, quorum nomina in actis recensentur, duos patriarchas, Alexandrinum nimirum & Antiochenum convenisse, probabile non est. Sed potius A illud majore fide asseri posse videtur, quod ad dedicandam novam basilicam apostolorum Petri & Pauli nomine, a Rufino præfecto prætorio erectam, convocati & congregati, post sacra solennia ex more expleta, prædictam controversiam inter nominatos supra episcopos obortam, judicio suo definiverunt eo modo, quo acta a Theodoro Balsamone enarrata declarant, nimirum, ex sententia Theophili Alexandrini decisum fuisse, non aliter, quam synodali judicio, cui episcopi fere universi intersint, episcopum deponi posse aut licere. Vide Baron. anno 394. num. 25. & sequentibus.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

*** Acta illius concilii habes inter opera Theodori Balsamonis pag. 761. editionis GL. Parisiensis cum interpretatione Gentiani Herveti, quam exhibemus. Extat quoque alia eorumdem versio pag. 247. Iuris Græco-Romani a Ioanne Leunclavvio, quam qui voluerit, per ocium consulat.

Ἐκ τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ Ἀγαπίου καὶ Βαγαδίου, ἑκατέρου ἀντεχομένου τῆς ἐπισκοπῆς Βόστρων.

ΕΠΙ ὑπατείας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων ἡμῶν Φλαβίου Ἀρκαδίου, Αὐγούστου τὸ τρίτον καὶ Ὁνωρίου τὸ δεύτερον τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἐν τῷ φωτιστηρίῳ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγιωτάτης ἐκκλησίας καθεσθέντων τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, Νεκταρίου Κωνσταντινουπόλεως, Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας, Φλαβιανοῦ Ἀντιοχείας, Παλλαδίου Καισαρείας Καππαδοκίας, Γελασίου Καισαρείας Παλαιστίνης, Γρηγορίου Νύσσης, Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου, Παύλου Ἡρακλείας, Ἀραβιανοῦ Ἀγκύρας, Ἄμμωνος Ἀδριανουπόλεως, Φαλερίου Ταρσοῦ, Λουκίου Ἱεραπόλεως, Ἐλπιδίου Λαοδικείας, Παύλου Ἀλεξανδρῶν, Διοσκόρου Ἑρμουπόλεως, Προβατίου Βερονίκης, Θεοδώρου Μοψουεστίας, Βίζου Σελευκείας, Ἐπαγάθου Μαρκιανουπόλεως, Γεροντίου Κλαυδιανουπόλεως, καὶ ἑτέρων διαφόρων ἐπισκόπων, καὶ παντὸς τοῦ ἱερατείου, Νεκτάριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε. Τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου κατὰ Θεοῦ χάριν πάλιν ἐν τῷ ἁγίῳ τόπῳ τούτῳ συνειλεγμένης, εἰ δοκιμάζει ἡ αὐτὴ τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν σύνοδος, ἐπειδὴ καὶ ἑστῶτας ὁρῶ τοὺς διαφερομένους πρὸς ἑαυτοὺς περὶ τῆς τῶν Βοστρηνῶν ἐπισκοπῆς, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Βαγάδιον καὶ Ἀγάπιον, τῶν πρὸς ἀλλήλους ἐνάρξασθαι δικαίων. καὶ μετὰ τὸ πραχθῆναί τινα παρ' αὐτοῖς χάριν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, καὶ ἐμφανισθῆναι καθαίρεσιν τοῦ ῥηθέντος Βαγαδίου γενομένην ὑπὸ δύο καὶ μόνων ἐπισκόπων τῶν καὶ τελευτησάντων ἤδη, Ἀραβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπεν. οὐ τῆς παρούσης ἕνεκα δίκης, ἀλλὰ τοῦ ὑφεξῆς βίου παντὸς δεδοικώς, τοῦτο ἀξιῶ τὴν ἁγίαν σύνοδον διαλαλῆσαι, ἔξεστι γενέσθαι καθαίρεσιν παρὰ δύο ἐπισκόπων, ἢ οὔ; καὶ κατὰ ἀπόντος ἔξεστιν ἢ οὔ; οὐδὲν πρόκειμαι πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. δέδοικα δὲ μὴ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων τούτων τινὲς λαβόμενοι ἐξουσίας, τοιαῦτα τολμήσωσιν. ἀξιῶ οὖν ὑμᾶς ἀποκρίνασθαι. Νεκτάριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἐπαινετῶς εἰσηγήσατο ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀραβιανός· οὐ μὴν δυναμένης δίκης ἐξομοιοῦσθαι τὸ παρελθὸν, μὴ κατακρίναντες, τὸ ἑξῆς ἀσφαλισώμεθα. Ἀραβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπε. τὸ παρελθὸν ἡ τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος κατακρίνει, ἡ κελεύουσα μὴ ἐλάττους εἶναι τριῶν, τοὺς χειροτονοῦντας, μηδὲ ἀπόντος τοῦ μητροπολίτου· τοῦ δὲ μέλλοντος ἕνεκεν δεδοικὼς ἐγὼ, τὴν ἐρώτησιν ἐποιησάμην. ἀξιῶ οὖν ὑμᾶς σαφῶς διαλαλῆσαι, καὶ μήτε ἠρτημένως, μήτε ἀμφιβόλως, ὥστε μὴ ἐξεῖναι ὑπὸ δύο ἀνθρώπων, μήτε χειροτονεῖσθαι

**** Ex actis Constantinopoli de Agapio & Bagadio, utroque vendicante episcopatum Bostræ.*

IN consulatu religiosissimorum & Dei amantissimorum imperatorum nostrorũ, Flavii Arcadii Augusti tertium, & Honorii secundum, tertio Kal. Oct. in baptisterio sanctissimæ Constantinopolis ecclesiæ, sedentibus sanctissimis episcopis, Nectario Constantinopolis: Theophilo Alexandrino, Flaviano Antiocheno, Palladio Cæsareæ Cappadociæ, Gelasio Cæsareæ Palæstinæ, Gregorio Nyssæ, Amphilochio Iconii, Paulo Heracleæ, Arabiano Ancyræ, Ammone Adrianopolis, Phalerio Tarsi, Lucio Hierapolis, Elpidio Laodiceæ, Paulo Alexandrorum, Dioscoro Hermopolis, Probatio Beronices, Theodoro Mopsuestiæ, Bizo Seleuciæ, Epagatho Marcianopolis, Gerontio Claudiopolis, & aliis diversis episcopis, & omni ordine sacerdotali, Nectarius episcopus Constantinopolitanus dixit. Hac synodo Dei gratia in hoc sancto loco collecta. Si hęc sanctorum fratrum & in sacris comministrorum synodus ita censet, quia adstare video eos qui contendunt de Bostrenorum episcopatu, fratres nostros [a] Bagadium & Agapium, hi sua inter se invicẽ jura incipiant proponere. Et postquam aliqua ab eis pro hac causa acta essent, & dicti Bagadii depositionẽ a duobus solis episcopis jam mortuis factam ostensum esset, Arabianus Ancyræ episcopus dixit: non propter hoc judicium, sed de tota deinceps vita metuens, cupio sanctam synodum de hoc statuere, licetne a duobus episcopis fieri depositionem, an non, & adversus absentẽ licet, an non? Ad præsentem quidem causam nihil est præjudicii. Vereor autẽ ne ex his actis aliqui potestate accepta talia audeant: velim ergo vos respondere. Nectarius episcopus Constantinopolitanus dixit: Laudabiliter intulit religiosissimus episcopus Arabianus. Sed cum non possit judiciũ recusare, id quod est præteritum non condemnantes, quod est deinceps futurum, stabiliamus. Arabianus Ancyræ episcopus dixit: Id quod est præteritum, beatorũ patrũ, qui Nicææ convenerunt, damnat synodus, jubens non esse pauciores tribus qui ordinent, nec absente metropolitano. Sed de futuro ego metuens feci interrogationem. Velim ergo vos aperte edicere, & nec suspẽse, nec dubie, ut a duobus hominibus, nec ordinari nec deponi episcopum liceat, Nicænæ sy-

[a] Gebadius aliis dicitur.

ANNO CHRISTI 394.

nodo convenienter. Et post alia Theophilus episcopus Alexandriæ dixit, adversus eos qui excesserunt, fieri non potest ut indignationis sententia feratur, quoniã præsentes non fuere condemnati. Sed si quis de iis qui in futurum debent deponi, consideret, mihi videtur non solum tres debere accedere, sed si fieri possit, omnes provinciales, ut multorum sententia accuratior condemnatio reddatur ejus qui dignus est deponi, præsentis & judicati. Nectarius episcopus Constantinopolitanus dixit, cum de legitimis institutis, & decretis agitur, consequens est non propter personarum causas aliquas talia decerni. Quamobrem, sicut sanctissimus episcopus Arabianus intulit, volens futura stabilire, consequenter & humane sanctissimi episcopi Theophili sententia decrevit, non licere imposterum, nec a tribus quidem, nedum a duobus, eum qui reus examinatur, deponi: sed majoris synodi & provinciæ episcoporum sententia, sicut apostolici definiere canones. Flavianus episcopus Antiochiæ dixit, quæ exposuerunt sanctissimus episcopus Nectarius & sanctissimus Theophilus episcopus, aperta sunt. Et omnes ecclesiastici his acquiescimus.

A μήτε καθαιρεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀκολούθως τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ. καὶ μετ' ἕτερα, Θεόφιλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν, ἐπὶ τῶν ἀπελθόντων οὐ δυνατὸν ψῆφον ἐκφέρειν ἀγανακτήσεως· ἐπειδήπερ μὴ παρόντες κατεκρίθησαν. εἰ μέντοι γε περὶ τῶν μελλόντων διαγνωσκοποίη τις τῶν ὀφειλόντων καθαιρεῖσθαι, φαίνεταί μοι μὴ μόνον τρεῖς παρεῖναι προσήκειν, ἀλλ' εἰ δυνατὸν τοὺς πάντας ἐπαρχιώτας, ἵνα τῇ τῶν πολλῶν ψήφῳ, ἀκριβεστέρα ἡ κατάκρισις τοῦ ἀξίου τῆς καθαιρέσεως δεικνύηται παρόντος καὶ κρινομένου. Νεκτάριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· νομίμων εἰσηγήσεων καὶ δογμάτων πρυτανευομένων ἀκόλουθον οὐ διὰ προσώπων τινὰς αἰτίας τὰ τοιαῦτα δογματίζεσθαι. τοιγαροῦν καθάπερ ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ἀραβιανὸς εἰσηγήσατο, τὰ μέλλοντα ἀσφαλίσασθαι βουλόμενος, ἀκολούθως καὶ φιλανθρώπως ἡ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Θεοφίλου ψῆφος διωρίσατο μὴ χρῆναι πρὸς τὸ ἑξῆς μηδὲ παρὰ τριῶν μή τοί γε παρὰ δύο τὸν ὑπεύθυνον δοκιμαζόμενον καθαιρεῖσθαι. ἀλλὰ γὰρ πλείονος συνόδου ψήφῳ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας, καθὼς οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπεν· ὅπερ κατέθεντο οἱ περὶ τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Νεκτάριον καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ ὁσιώτατον ἐπίσκοπον Θεόφιλον, δῆλα. καὶ στεργόμεν πάντες οἱ ἐκκλησιαστικοί.

CONCILIUM [a] ADRUMETINUM IN AFRICA.

Tempus Concilii.

[a] *Adrumetinum.*] Arcadio tertium & Honorio secundum consulibus, anno nimirum Christi 394. Adrumeti in Africa hanc synodum celebratam, atque ad eam ab Aurelio Carthaginensi episcopo legationem missam fuisse, patet infra initio concilii Africani, ubi hæc scripta leguntur: *Gloriosissimis imperatoribus Arcadio tertium & Honorio secundum August. consulibus, sexto Kalendarum Iuliarum Carthagine. In hoc concilio legati directi sunt episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum.* Quæ vero in hac synodo constituta fuerint, non apparet; ideo quod diversorum conciliorum canones in unum collecti, simul sub uno titulo concilii Africani, admixti habeantur. Vide Baronium anno 394. num. 32.

[a] CONCILIAB. CAVERNENSE DONATISTARUM:

In quo Maximianistæ Primianistas cum suo auctore Primiano condemnarunt.

Locus & tempus concilii.

[a] *Concilium Cavernense.*] Apud Cavernas Susis, qui est locus Carthagini propinquus, Arcadio tertium & Honorio secundum consulibus, anno nimirum Christi 394. ex Maximianistis convenerunt 53. episcopi, qui post aliquantulam cognitionem causæ, Primianum cum suis sectatoribus, jam ante Cebarsussi a centum & amplius episcopis Maximianistis prædamnatum, iterata sententia condemnarunt. Primianus Parmeniano defuncto suffectus erat. adversus hunc postea ab aliis Donatistis creatus est Maximianus diaconus: sicque maximum inter eos schisma conflatum est. Fautores Primiani, Primianistæ: Maximiani, Maximianistæ; sicut etiam alii a [b]Claudio Claudianistæ; a Rogato Rogatistæ appellati fuere. Ita qui Donatistæ ante a Donato nominabantur, deinceps in partes & varias factiones more hæreticorum omnium divisi, ab auctoribus scissionum nomine nuncupati fuerunt, ut scilicet manifeste ostendant, se, qui non a Christo, sed vel ab auctoribus vel dogmatibus suæ hæreseos denominantur, non ecclesiam Christi, sed antichristi synagogam esse. Hieronymus contra Luciferia. in fine. Hæc ex Augustini comment. in psalm. 36. Item ex 3. & 4. libris contra Cresconium. Baron. anno 394. num. 33. & sequentibus.

Numerus episcoporum.

Primianistæ & Maximianistæ qui.

[b] imo potius Claudiano Luciani successore Romæ a Donati parte constituto, de quo Optatus li... & ep... conc... Rom... supra 1002.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

*** Neque abs re fuerit referre nomina episcoporum qui celeberrimo huic apud Donatistas conciliabulo interfuerunt quorumque maximam partem meminit S.Aug. enarratione in laudatum psal. 36.

Victorinus Munaciacensis: Fortunatus Dionysianensis: Victorianus Carbaniensis seu Carrabinensis: Florentius seu Florentinus ab Adrumeto: Migginus Belephantariẽsis: Innocentius Thebattensis: Salvianus Pressitanus: Salvius Ausacensis: seu Ansanensis: Donatus Sabratensis. Gemelius seu Geminius a Tanabæis: Prætextatus Assuritanus: Felicianus Mussicanus: Maximianus Stabacensis: Dacianus Canricetensis: Donatus Fiscianensis: Theodorus Usalensis: Donatus Cebresatanus: Natalius Thelensis: Pomponius Macrianensis: Pãcratius Balianensis: Ianuarius Aquenensis: Secundus Iacondianensis: Pascasius a vico Augusti: Cresconius Coninstracensis: Maximianus. Eruminensis: Benenatus Tuguciacensis: Gaianus alias Guianus, Tigualẽsis: Victorinus Leptimagnensis. Guntasius Benefensis: Quintasius Capiensis: Felicianus Musticanus. Latinus Mugiensis: Proculus Girbitanus: Secundanus Prisianensis: Elpidius Tusdritanus: Donatus Samurdanensis. Getulicus Victoriacensis: Annibonius Robantensis: Tertullus Abitensis: Secundinus Arusiacensis: Maximius Titanensis: Crescentianus Murensis: Donatus Belinensis: Perseverantius Tebertinus: Faustinus Binensis: Victor Attabaritanus & quidam alii omnes numero LIII quos subscripsisse tractatui annotat idem Augustinus: *Postea subscribentes dicunt & loca unde quisque erat.* Vide sis lector & omnia solerter compone.

CONCILIABUL. [a] BAGAIENSE PRIMIANISTARUM, CONTRA MAXIMIANUM.

Locus conci...

[a] *Bagaiense.*] Bagai civitate Numidiæ trecenti & decem episcopi, a Primiano Carthaginensi episcopo Donatista adversariæ factionis vocati, convenerunt: ubi considentes, examinata causa ipsius Primiani, qui aderat, & Maximiani itidem episcopi Carthaginensis absentis, aliorumque eidem communione conjunctorum, in Maximianistas eam, qua recitat Augustinus contra Cresconium lib. 3. c. 53. damnationis sententiam protulerunt. Vide Baron. an. 394. n. 43. & 44.

[a] CONCILIUM

ANNO CHRISTI 397.

[a] CONCILIUM [b] TAURINENSE [c] episcoporum Galliæ rogatu in Taurinatum urbe congregatum, x. Kalendas Octobris, anno Christi, ut conjectura est, CCCXCVII. Honorii Augusti III. Siricii papæ XIII.

TITULI CANONUM.

SYNODICA
AD UNIVERSOS EPISCOPOS GALLIARUM.

Sancta synodus, quæ convenit in urbe Taurinatium die x. Kalendas Octobris, fratribus dilectissimis per Gallias & quinque provincias constitutis.

CUM ad postulationem provinciarum Galliæ sacerdotum convenissemus ad Taurinatium civitatem, atque in ejusdem urbis ecclesia auctore vel medio domino sederemus, auditis allegationibus episcoporum, eorum videlicet, qui ad judicium nostrum fuerant congregati, de singulis negotiis hæc sententiæ forma processit; ita ut pacis bonum, & instituta canonum servarentur, & plurimorum intentionibus adhiberetur utilis medicina.

I.

Nam cum primum omnium vir sanctus [d] Proculus Massiliensis episcopus civitatis se tamquam metropolitanum ecclesiis, quæ in secunda provincia Narbonensi positæ videbantur, diceret præesse debere, atque per se ordinationes in memorata provincia summorum fieri sacerdotum: siquidem assereret easdem ecclesias vel suas parochias fuisse, vel episcopos a se in eisdem ecclesiis ordinatos; & e diverso ejusdem regionis episcopi aliud defensarent, ac sibi alterius provinciæ sacerdotem præesse non debere contenderent: id judicatum est a sancta synodo contemplatione pacis atque concordiæ, ut non tam civitati ejus, quæ in altera provincia sita est, cujus magnitudinem penitus nesciremus, quam ipsi potissimum deferretur, ut tamquam pater filiis honore primatus adsisteret. Dignum enim visum est, ut quamvis unitate provinciæ minime tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Hæc igitur ipsi tantum in vita ejusdem forma servabitur, ut in ecclesiis provinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas A parochias, vel suos discipulos fuisse ordinatos constiterit, primatus habeat dignitatem. Illud quoque a partibus sit observandum, quod licet ex superfluo, non tamen inutiliter commonetur, ut ipse sanctus Proculus, tamquam pius pater, consacerdotes suos honoret ut filios; & memoratæ provinciæ sacerdotes, tamquam boni filii, eumdem habeant ut parentem, & invicem sibi exhibeant caritatis affectum, impleto hoc quod ait beatus apostolus, *Honore mutuo prævenientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* (Rom. 12, 10. & 16.) B

(ut qq. volunt.)

II.

Illud deinde inter episcopos urbium Arelatensis & Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciæ honorem primatus obtineat: & ipse juxta canonum præceptum ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliore decretum est, ut si placet memoratarum urbium episcopis, unaquæque de his viciniores sibi intra provinciam vindicet C civitates, atque eas ecclesias visitet; quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita ut memores unanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, longius sibi usurpando, quod est alii propius, inquietet.

III.

Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quæ circa Octavium, Ursionem, * Remigium & D Triferium episcopos synodus sancta decrevit, qui in usurpatione quadam de ordinatione sacerdotum ad invidiam vocabantur. Quod eis eatenus videtur indultum, ut de cetero hac auctoritate commoniti, nihil tale usurpare conentur. Si quidem ea se ab hac causa excusatione defenderint, quod dicerent prius se non esse conventos. Proinde judicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra statuta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit, sacerdotii se honore privandum: " ille vero qui ordinaverit, auctoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, sed & circa omnes, qui simili errore decepti, ordinationes hujusmodi " perpetrarunt.

(* Remedium) (" conc. Reg. c. 1.) (" perpetrarint.)

IV.

De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leve crimen intenderat, inter quos episcopus Triferius ejusdem

 criminis

ANNO CHRISTI 397.

criminis causas se cognovisse testatus est; A id concilii decrevit auctoritas, ut idem Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis tempore a Triferio fuerat sacerdote multatus. in hoc ei humanitate reservata concilii, ut ipse Triferius in potestate habeat, quando voluerit, ei relaxare.

V.

Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta synodus, qui ad injuriam sancti episcopi sui Triferii gravia & multa congesserat, & frequentibus eum contumeliis provocaverat; ita ut nonnulla B fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat dominica communione privatus, ut in ejus sit arbitrio restitutio ipsius, in cujus potestate fuit ejus abjectio. hoc est, ut quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

VI. C

Illud præterea decrevit sancta synodus, ut quoniam legatos episcopi Galliarum, qui [2] Felici * communicant, destinarunt; si qui ab ejus communione se voluerint sequestrare, in nostræ pacis consortium suscipiantur, [f] juxta literas venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi, vel Romanæ ecclesiæ sacerdotis, dudum latas, quæ in concilio legatis præsentibus recitatæ sunt.

* Binius legit, e Felici non communicant,

VII.

Nec illud prætermittendum fuit, quod synodi sententia definitum est, ut clericum alterius secundum statuta canonum nemo suscipiat, neque suæ ecclesiæ licet in alio gradu audeat ordinare, neque abjectum recipiat in communionem.

VIII.

Hi autem qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio filios genuerunt, " ne ad majores gradus ordinum permittantur, synodi decrevit auctoritas. Incolumes vos dominus noster ævo longissimo conservare dignetur, domini fratres dilectissimi. E

" Arauf. c, 14,

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S. I.

1. *Anno Christi* CCCXCVII.] Huic anno adscribendum censuit Baronius: Septembrem vero mensem designat synodi præfatio. Verum ex Zosimi papæ epistola II. & altera ejusdem ad Africanos, constat, quo tempore habita est synodus Taurinensis, Briccium apud Turonos episcopum fuisse. Habita ergo est post mortem S. Martini, cui Briccius successit. At Martinus veterum consensu mense Septembri CCCXCVII. nondum e vivis excesserat. Quare hic annus synodo non congruit. quod si eos audimus, qui Martini obitum in ann. Christi CCCC. vel longius etiam rejiciunt, synodi pariter epocham differri oportebit.

2. *Qui Felici communicant.*] De quo dictum in synodo Trevirensi. Male autem in vulgatis, *qui Felici non communicant.* abest enim a manuscriptis negatio, & abesse debere res docet.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hoc concilio, principio, duæ istæ epistolæ, in causa communicationis cum Felice Ithacianæ factionis episcopo, a Siricio & Ambrosio ad Taurinensem synodum scriptæ, de quibus supra, lectæ fuerunt. Deinde, altercationes inter Arelatensem & Viennensem episcopos de primatu certantes, sedatæ sunt. Illi enim civitati primam dignitatem adjudicarunt, quæ se ejus provinciæ metropolim esse ostenderet. Tertio declaratum fuit, Narbonensis ecclesiæ primam sedem esse apud Massilienses, atque Proculum ejusdem sedis episcopum, metropolitanum episcopum habendum esse.

Taurinense.] Taurinum quondam Augusta Taurinorum, urbs est in regione Pedemontana, pulcerrimis ornata structuris, & arce elegantissima Habet archiepiscopatum & academiam illustrem.

c *Siricii papæ*] Hoc concilium sub pontificatu Siricii adhuc viventis, & paulo post obitum S. Ambrosii Mediolanensis ecclesiæ episcopi, habitum fuisse, verba Can. 5. circa finem manifesto indicant. Cum itaque Cæsario & Attico consulibus, teste Marcel. in chronico, Ambrosius defunctus fuerit; iisdemque consulibus Simplicianus eidem suffectus esse reperiatur, can. 48. conc. Carth. III. demum etiam non ultra sequentem annum Siricius pontifex superstes fuerit, hanc synodum præcise decimo Kalend. Octobres, " anno Christi 397." qui est Siricii penultimus; Arcadii, & Honorii imperatorum 3. celebratam fuisse, necessario est concedendum.

d *Proculus.*] Hic est ille Proculus nomine insignis, ab Hieron. epist. 4. ad Rusticum plurimum commendatus, quem una cum S. Ambrosio Aquileiensi concilio interfuisse supra vidimus. De Proculo plura ibidem.

e *Felici non communicant.*] Hic est ille Felix a S. Martino & ab Ithacianæ factionis consortibus episcopis sanguinariis ordinatus, cui Galliarum episcopi non communicarunt ob eam causam, de qua supra egimus in notis concilii Trevirensis. De hoc concilio vide Baronium anno 397. numero 42. & 43.

f *Iuxta venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi, vel Romanæ ecclesiæ pontificis.*] Literas pacificas, quarum communicatione hæretici vel etiam schismatici in communionem ecclesiæ recipiebantur, dare & impertiri, Romano pontifici ex officio ordinario; Mediolanensis ecclesiæ episcopo ex ejusdem pontificis delegatione competebat, ut probat Baronius anno 405. num. 55. & sequentibus. Unde graviter errat, qui ex hoc loco Mediolanensis episcopi, & Romani pontificis parem eamdemque potestatem esse existimat. Vide notas concilii Tolet. I verbis, *Per sanctum Simplicianum*, &c.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE [b] NOMINE SECVNDVM, ORDINE " temporis, inter Carthaginensia extantia vere postremum, circa tempora Cælestini papæ.

probatum a Leone IV. Ca. de libellis d. 20.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Ut Trinitas & credatur & prædicetur.*
II. *Ut castitas a Levitis & sacerdotibus custodiatur.*
III. *Ut chrisma & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium, a presbyteris non fiant.*
IV. *Ut presbyter pœnitentem, jussus ab episcopo suo, reconciliet.*
V. *Ut diœcesis, quæ episcopum nunquam habuit, non habeat.*
VI. *Ut qui criminibus implicati sunt, clericos non accusent.*
VII. *Ut, qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur.*
VIII. *Ut, si presbyter excommunicatus sacrificare præsumpserit, anathematizetur.*
IX. *Ut, si presbyter inconsulto episcopo agenda celebraverit, honore privetur.*
X. *Quanti debeant judicare sacerdotem, atque * Leviten."*
XI. *Ut nullus parochiam alienam præsumat.*
XII. *Ut sine consultu metropolitani nullus ordinetur episcopus.*
XIII. *Ut, qui contra professionem & subscriptionem suam venerit, in concilio deponatur.*

PRÆFA-

ANNO CHRISTI 397.

PRÆFATIO.

GLORIOSISSIMO imperatore c Valentiniano Augusto IV. & Theodosio "viris clarissimis consulibus, 14 Kalendas d Iunii, Carthagine d in basilica 'Perpetua restituta, cum e Genedius 'episcopus una cum Victore * Abderitano, & alio Victore 'Pupputanensi, & ceteris coepiscopis suis provinciarum diversarum, consedisset, Genedius episcopus dixit:

'CAPITULA.

I.

Omnipotenti "Deo gratias refero, qui permisit, ut secundum commune concilium habitum in prætorio, etiam ita, juxta tenorem petitionis literarum mearum, ad Carthaginem pro fide atque utilitate ecclesiastica veniretis, licet non omnes. Tamen quoniam caritas totum persuadet, ut qui corpore sunt absentes, nobiscum in spiritu videantur esse conjuncti: idcirco, Deo propitio, quia præsentes estis, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioso primitus confitenda est. Tunc demum, ordo ecclesiasticus singulorum ex consensu omnium est 'extruendus atque roborandus, ut fratrum & coepiscoporum nostrorum nuper promotorum mentes de his, quæ proponenda sunt, roborentur. Et sicut a patribus certa dispositione accepimus, ut 'Trinitatem, quam in nostris finibus consecratam retinemus, Patris & Filii & Spiritus sancti unitatem, quæ nullam noscitur habere 'notitiam, sicuti didicimus, ita Dei populos 'instruamus. Ab universis episcopis dictum est: Plane sic accepimus, sic tenemus, fidem apostolicam sequentes.

II.

f Aurelius 'episcopus dixit: g Cum in præterito concilio de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres "conscriptione quadam *castitatis, per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, ut condecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, nec non & Levitas', vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod a Deo postulant, impetrare; ut quod apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, h etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet, ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altari deserviunt.

"** Ex cod Vaticano: Gradus isti tres qui constrictione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt, episcopus, inquam, presbyter & diaconus tractatu pleniore, ut pudicitiam custodiant, doceantur: 'Genethlius episcopus dixit; ut superius dictum est, decet, &c.

III.

i * Fortunatus "episcopus dixit: Si jubet sanctitas vestra, suggero. Nam k memini præterito concilio fuisse statutum, ut chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant. Si quis autem emerserit hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Aurelius 'episcopus dixit: Audivit dignatio vestra suggestionem fratris & coepiscopi nostri Fortunati'. Quid ad hæc dicitis? Ab universis episcopis dictum est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant. Vel reconciliare quemquam in publica missa, presbytero non licere, hoc omnibus placet.

* Fortunatianus. "Numidius episcopus Maxulitanus. Cod. can. c. 6. 26. qu. 6. Si jubet sanctitas. 'Genethlius. 'Numidii.

IV.

Aurelius 'episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se * reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem ejus præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri 'concilio corroborare. Ab universis episcopis dictum est: Placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

'Genethlius. Cod. can. c. 7. 26. q. 6. Aurelius episcopus. * reconciliare. 'consilio.

V.

Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, ut diœceses, quæ numquam episcopos * acceperunt, non habeant: & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Et si accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, ejus videlicet voluntate, in cujus potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitas vestra æstimet, quid fieri debeat. Genedius 'episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum est, Placet.

16. q. 1. Felix. * Selambinitanus. * habuerunt. 'Genethlius.

VI.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: Præterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis, qui existimant majores natu vel episcopos, passim vageque in 'accusationem pulsandos, debent tam facile admitti', necne? 'Aurelius episcopus dixit: Placet ergo caritati vestræ, ut is qui aliquibus 'sceleribus irretitus est, vocem adversus majores natu non habeat accusandi? Ab universis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur:

Cod. can. 8. * Masclianitanus. al. Maxulianus. 'accusatione contra apostolicam regulam. Genethlius. 'sæcularibus.

ANNO CHRISTI 397.

admittatur: Omnibus placet.

VII.

Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Illud autem vestræ suggero sanctitati, ut si qui pro facinoribus suis de ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad comitatum pergere, aut ad judicia publica prosilire, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina ' conturbare, si episcopus vel clericus cujuslibet plebis, eos sine * consensu susceperit, de his quid censetis? Epigonius episcopus Bullensium ' regionum dixit: Si quis episcopus, communionem tenens catholicam, hujusmodi homines, vanis blandimentis incedentes, temere susceperit, sciat cum his se ' rectissime depravatum vel damnatum. ' Genedius episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres & coepiscopi, ut qui merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo aut presbytero vel clerico fuerint in communione suscepti, refugientes sui episcopi regulare judicium, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet.

* Selambinitanus

' adtentare

* for. consensu sui episcopi

' regiorum

' rejectis esse

' Genethlius & sic de aliis

11. q. 3. Qui merito fac.

VIII.

1 Alypius episcopus ecclesiæ Tagastensis, legatus provinciæ Numidiæ ", dixit: nec illud prætermittendum est, ut si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putaverit separatim Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. m Valentinus ' primæ sedis provinciæ Numidiæ, dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ frater noster ' Alypius prosecutus est. Proinde, quid exinde videtur vestræ dilectioni, edicite: Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Ab universis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Dei obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus & de civitate & congregatione, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes, vel ' simpliciter viventes, serpentina fraude decipiat; quoniam secundum apostolum: *Ecclesia una est, una fides, unum baptisma*. Et si querimoniam justam adversus episcopum habuerit,

Cod. can. c. 10.

" v. c. habet necnon teste Luca Holsteinio etiam Vaticanus: *Felix episc. Sesemlitanus*, expuncto Alypio nondum episcopo ecclesiæ Tagastensis & provinciæ Numidiæ legato.

' Genethlius episcopus: nec plura in veteri cod. & Vaticano

' Felix

Cod. can. c. 11.

' simplices mentes

Ephes. 4.

A inquirendum * erit.

IX.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, præsente, & inconsulto episcopo, complurimis in domiciliis agant agenda, quod disciplinæ incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri dignæ suggestioni respondere non ' immoremur. Ab universis episcopis dictum est: Quisquis presbyter inconsulto episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

X.

Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Etiam hoc adjicio secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus (quod non opinamur) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare; ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiatur, & a sex ' presbyteris, & a tribus diaconibus, cum proprio suo episcopo. Genedius episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab universis episcopis dictum est ', a nobis veterum statuta debere servari.

XI.

Victor episcopus * Abderitanus dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum alterius plebes, vel diœcesim sua importunitate pulsare debeat '. qui hoc facere tentaverit, quemadmodum coercendus est? Genedius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet, & ipsa veritas ' definit, non debere quemquam aliena concupiscere. Proinde, quid etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab universis episcopis dictum est: Placet, secundum divinæ legis & sancti euangelii auctoritatem, ut nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

XII.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: ' Alii episcopi usurpatione quadam existimant, contempto primate cujuslibet provinciæ suæ, ad desiderium populi, episcopum ordinare, sine literis ad se primæ cathedræ manantibus, neque ' postea acceptis. Quid de hoc statuit sanctitas vestra? Genedius episcopus dixit: Quoniam communis est honorificentia, quam unicuique servari oportet ', idipsum fraternitati vestræ convenit pronuntiare. Ab universis episcopis dictum est: Placet omnibus, ut inconsulto primate cujuslibet provinciæ, tam facile nemo præsumat, licet cum multis episcopis,

ſcopis, in quocumque loco ſine ejus (ut dictum eſt) præcepto epiſcopum ordinare. Si autem neceſſitas fuerit, tres epiſcopi, in quocumque loco ſint, cum primatis præcepto ordinare [l] debeant epiſcopum.

XIII.

Genedius epiſcopus dixit: Omnia ergo, quæ a veſtro cœtu glorioſiſſimo ſtatuta ſunt, placet ab omnibus cuſtodiri? Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Placet, placet, ut cuſtodiantur ab omnibus. Genedius epiſcopus dixit: Si (quod non opinamur) ab aliquo fuerint violata, quid ſtatuitis, quod fieri debeat? Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Qui contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit. Genedius epiſcopus dixit: Gratulemur domino noſtro præſtante, quod pro ſtatu eccleſiæ catholicæ cuncta nos ſalubri conſilio ſervanda decrevimus. Et ideo, quæ ab omnibus ſunt dicta, propria debemus ſubſcriptione [l] firmare. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt, Fiat fiat. Et ſubſcripſerunt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Carthaginenſe.*] Cauſam habiti concilii acta manifeſtant, nimirum quæ ad mores eccleſiæ Africanæ reſtaurandos ſpectabant, conſtituta fuiſſe.

b *Nomine ſecundum, ordine temporis.*] Hoc concilium vere poſt omnia Carthaginenſia celebratum fuiſſe, non modo ex canonibus, verumetiam epiſcoporum præſentium nominibus evidentiſſime probatur. Si, quod, habent acta concilii, Valentinus Numidiæ primas Xantippi ſucceſſor, huic concilio interfuerit, poſt Milevitanum, adeoque poſt quinque ſaltem anteriora, hoc cui Genedius præfuit, quodque ſecundum appellatur, habitum fuiſſe oportet. Nam Milevitano concilio Xantippus Numidiæ primas Valentini anteceſſor interfuit. Illud igitur, in quo Valentinus epiſcopalem ſententiam deciſivam dixiſſe ſcribitur, ante Milevitanum ſub Innocentio multo minus ante tria Carthaginenſia ſub Siricio & Anaſtaſio celebrata habitum fuiſſe, ſuſtineri non poteſt. Valentinus Numidiæ primas, initio actorum Carthaginenſis VI. & in literis ſynodalibus ad Bonifacium & Cæleſtinum pontificem ſcriptis, nominatim recenſetur. Xantippi igitur non anteceſſorem, ſed potius ſucceſſorem fuiſſe, nemini dubium eſſe poteſt. Secundo, anterioribus Carthaginenſibus omnibus Aurelium epiſcopum præſediſſe, ex actis eorumdem conciliorum aperte conſtat. In hoc cum Aurelio Carthaginenſi epiſcopo, Genedius Carthaginenſis re & nomine epiſcopus præſedit, quod ille literis ſuis Carthagine celebrandum indixit, in quo primo loco ſedens primam ſententiam pronuntiavit. Dubium itaque nullum eſt, quin Aurelius poſt ſex aut ſeptem concilia Carthagine habita, poſt multos in eccleſia Carthaginenſi exantlatos labores epiſcopatu ſe abdicarit", atque ad imitationem Valerii Hippone S. Auguſtinum ſuſtinentis, in Genedium munus epiſcopale Carthaginenſis eccleſiæ tranſtulerit, ſicque auctoritate Genedii Carthaginenſis hoc concilium poſtremo loco Carthagine habitum fuerit. Nam inauditum eſt, ut alius quam Carthaginenſis epiſcopus Carthagine concilium indixerit, per literas convocarit, atque in eo primo loco ſedens primam ſententiam pronuntiaverit. Quod Aurelius Carthaginenſis epiſcopus interfuiſſe, ſententiam ſuam dixiſſe ſcribitur, honoris cauſa accidit. Tertio ſub pontificatu Cæleſtini poſt Africanum, adeoque poſt omnia Carthaginenſia concilia hanc ſynodum Carthaginenſem, quæ ſub præſidio Genedii habita eſt, celebratam fuiſſe, ſecundus & tertius canon hujus concilii, in quibus Africani concilii anno primo Cæleſtini pontificis celebrati canones, decimus nimirum & vigeſimus ſeptimus, citati reperiuntur, manifeſtiſſime teſtantur. Quarto demum, ex addita ad ſecundum canonem hujus concilii antiqua lectione habetur expreſſum, quod Fauſtinus epiſcopus Potentinus in Piceno, legatus a latere a Bonifacio papa miſſus, in hoc concilio ſententiam dixerit. Sive igitur in Africa hucuſque perſeveraverit, ſive iterum a Cæleſtino miſſus fuerit, ex præſentia illius colligitur, hanc ſynodum Carthaginenſem ſub pontificatu Cæleſtini, poſt Africanum aliaque omnia Carthaginenſia concilia habitam & congregatam fuiſſe. Hæc ex Baronii appendice ad tom. 5. annum 397. Plura vide infra verbis ſequentibus.

c *Valentiniano Auguſto IV.*] In nota conſulum collector manifeſte errat. Nuſquam enim Valentinianus Auguſtus cum Theodoſio, ſed cum Neoterio anno Chriſti 390. conſulatum geſſiſſe reperitur. Nec eſt quod dici poſſit pro Neoterio librariorum vitio Theodoſium ſcriptum eſſe, ſiquidem Alypius, qui in hac ſynodo Tagaſtenſis epiſcopus nominatur, Valentiniano Auguſto IV. & Neoterio conſulibus, tantum adhuc presbyter exiſtens, non niſi quatuor annis poſt prædictorum conſulatum epiſcopus ordinatus fuerit, ut patet apud Baron. anno 394. Verius eſt librariorum vitio ordinem conſulum inverſum eſſe, ut loco Theodoſii junioris XI. & Valentiniani, qui poſt Caſtinum & Victorem, anno ſecundo Cæleſtini papæ abſoluto conſulatum geſſerunt, poſuerint conſules Valentinianum & Theodoſium, addiderintque IV. tamquam notam numeri, quæ deſignabat Theodoſium juniorem. Hæc Baron. prædicto loco. — *Conſularis nota erronea. Alypius quando presbyter & epiſcopus factus.*

d *In baſilica Perpetua.*] Primaria nimirum urbis eccleſia, denominata a primaria martyre Perpetua. Nam ut auctor eſt Victor Uticenſis epiſcopus lib. 1. de perſecut. Vandalica, Perpetua Carthagine major baſilica fuit, ubi corpora ſanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis ſepulta erant. Eadem nominata eſt *Reſtituta*, quod a Donatiſtis olim occupatam & diutius poſſeſſam, Conſtantius aut ejus poſteri imperatores catholici, catholicis reſtituerint atque reddiderint. Ita Baron. anno 397. num. 44. & 45. A Reſtituta martyre Carthagine paſſa, vel a Reſtituto Carthaginenſi epiſcopo, illam baſilicam, in qua hoc aliaque complura Carthaginenſia concilia habita ſunt, denominatam fuiſſe, dici poſſet, niſi hoc loco eadem baſilica alio nomine etiam Perpetua appellaretur. — *Eccleſia Perpetuæ cur Reſtituta appellata fuerit.*

e *Genedius epiſcopus.*] Genedius abſque controverſia cognoſcitur fuiſſe epiſcopus Carthaginenſis, utpote qui non ſolum primo loco ſedit, primuſque omnium ſententiam dixit, ſed & ſuis ipſe literis ſynodum convocavit. Quod non niſi primati licuiſſe docet S. Auguſtinus epiſtola ad Victorium. Hunc Grato ſucceſſiſſe, præceſſiſſe vero Aurelium, propter rationes " ſupra dictas dici non poteſt. Quod vero Aurelius Valerii Hipponenſis imitatus, onus epiſcopale in Genedium tranſtulerit, cumque Genedio ipſe Aurelius honoris cauſa ſederit, omnino eſt dicendum: propterea quod duos ejuſdem ſedis epiſcopos ſimul eſſe non licuerit. Baron. prædicto loco in appendice. — *Genedius epiſcopus Carthaginenſis.* — *" Verum hæ nullius momenti ſunt.*

f *Aurelius epiſcopus.*] Carthaginenſis nimirum, ſic dictus, quod cum Genedio, in quem ſenio fatiſcens epiſcopatum refuderat, honoris cauſa ſederit, ſuffragiique dicendi prærogativam obtinuerit. — *Aurelius an fuerit epiſcopus*

g *Cum in præterito concilio de continentia & caſtitatis, &c.*] Nimirum Africano, quod Caſtino atque Victore conſulibus, anno primo Cæleſtini pontificis, qui eſt Chriſti 424. celebratum eſt. Illius enim canone 37. de continentia clericorum conſtitutum fuit id, quod hoc loco inſinuatur & allegatur. Quibus illa quæ de tempore hujus concilii ſupra diximus, non parum corroborantur.

h *Etiam ab uxoribus ſe abſtineant.*] Hic canon poſt ſextum apoſtolorum ſignificat olim accidiſſe, ut moribus ſpectatiſſimi, quantumlibet uxorem haberent, in epiſcopos eligerentur; ea tamen conditione, ut ad ſacros ordines adſciti, ab uſu conjugii penitus ſibi temperarent. Hilarium Pictavienſem epiſcopum ex conjugato cælibem factum eſſe, ſupra diximus ſub Liberio. Qua de cauſa id olim acciderit, aut permiſſum fuerit, vide Baron. anno 58. num. 19. & 20. Item notas can. 6. apoſt. — *Conjuges ad ſacros ordines adſciti, uſu conjugii abſtinebant.*

i *Fauſtinus epiſcopus.*] Hic eſt ille, qui a Bonifacio papa legatus a latere in Africam miſſus, multis Africanis conciliis ſub Bonifacio & Cæleſtino habitis interfuit. — *Fauſtinus quis.*

k *Memini præterito concilio*] Canone nimirum 10. conc. Africani.

l *Alypius epiſcopus.*] De Alypio vide quæ diximus ſupra verbo *Valentiniano*

m *Valentinus primæ ſedis provinciæ Numidiæ.*] Vide quæ de Valentino diximus ſupra verbo *Nomine* 1 I. *&c.*

"** GABR. ALBASPINEI EP. AUR. NOTÆ, AD CAN. III. CONC. CARTHAG. II.

RECONCILIATIO *pœnitentium*: Reconciliare pœnitentem nihil aliud eſt, quam pœnitenti abſolutionem

ANNO CHRISTI 397.

nem tribuere, aut ad fidelium, aut ad eucharistiæ communionem adsciscere: quæ reconciliationes fiebant, aut in ecclesia, exacto pœnitentiæ spatio, aut domi, seu intra privatos parietes nondum absoluto, cum pœnitentes in apertum vitæ discrimen adducerentur. Canon iste vetat præcise, & diserte ne cui liceat sacerdoti, in ecclesia reconciliare pœnitentem, quod potestas quædam esset jurisdictionis, quæ penes episcopum erat, non autem sacerdotem, qui intra ecclesiam, eam non poterat, nisi permittente & concedente episcopo sibi arrogare.

In missa publica, canon addidit, *in missa publica*, quod per sacerdotes pœnitens extra septa ecclesiæ, urgente necessitate in gratiam redire posset, ut plurima canonum testimonia clare indicant. Hoc est, absolvi poterat, sed non reconciliari altario, & sanctissimo sacramento, hujus ipsius reconciliationis faciendæ potestate illis erepta, sive intra aut extra ecclesiam, vel nulla, vel aliqua necessitate cogente.

AD CANON IV. EIUSDEM CONCILII.

CANON iste de pœnitentibus disputat, qui dum in pœnitentia peragenda versarentur, morbo conflictabantur, ipsoque nondum pœnitentiæ consumpto spatio, cum non procul a morte abessent, non modo absolvi se, sed & eucharistiæ usuram restitui, sibique ad altare ac mysterium aditum obstrui ne paterentur, obsecrabant. Qua de re consulti patres decernunt, per presbyterum non posse altario reconciliari, nec eucharistiam porrigi, quod id ab episcopo expectandum sit, cujus, cum ejusmodi occurrunt, voluntas pertentanda & pertractanda; & a presbytero cum ea pœnitentis postulatio fuerit, episcopum consuli oportere, quodque episcopus censuerit, aut eucharistiam dandam, aut negandam.

De pœnitente autem in eo canone verba fieri, non est quod dubites, quia ceteri fideles inconsulto episcopo nullo negotio eucharistiam sumere poterant. Adde quod hæc verba, *reconciliari divinis altaribus*, ostendunt & declarant, de quodam agi, qui nec altario, nec sacramento reconciliatus esset: hoc est de pœnitente, non vero de fideli, qui jus haberet plenæ communionis.

In periculo constitutus, tantum in eo subdubitatio esse potuit, utrum tali in casu, eventuque eucharistia dari potuerit pœnitenti a sacerdote. Extra namque mortis periculum, oportuit pœnitentem, non alio quam usitato pœnitentiæ remedio uti, eucharistiaque se reficere per manus episcopi: idque non nisi post quartum pœnitentiæ gradum absolutum: omnia autem illa quæ gerebantur publice, non a presbyteris, sed ab episcopo administrabantur.

Si episcopus absens fuerit, hoc est, etiamsi episcopus absens fuerit, presbyterum, quantumvis pœnitens morte absumi extinguique videatur, non debere eucharistiam præbere.

Reconciliari divinis altaribus, maximam reconciliationem esse existimandum, quæ reconciliatio altario dicitur, hoc est sanctissimo sacramento, quod omnes testantur canones. Quod enim attinet ad minimam reconciliationem, id est ad simplicem absolutionem & communionem, eam omnes presbyteri inconsulto episcopo in necessitate conferre poterant: maximam vero, quæ in subministranda eucharistia posita erat, vel in necessitate, solus episcopus.

Consulere episcopum, hoc est presbyteri esse has partes & officium, ut pœnitentis qui eucharistiam efflagitat, mentem & animum quo affectus sit aperiat episcopo, quo in gradu pœnitentiæ consistat: quot annorum illi imposita, quasi instar pœnæ, mulcta: quo dolore de peccatis commissis tangatur, quo denique sensu ac studio pietatis eucharistiam concupiscat.

[a] errat quoque hic Binius Baronium ut solet secutus, atque hoc concilium fuit vere tertium ac primũ sub Aurelio. I. enim sub Grato 348. & II. sub Genethlio 390. vide supra paginas 717. D. & 1158. D.

[a] CONCIL. CARTHAGINENSE

NOMINE TERTIUM, [b] ORDINE TEMPORIS, inter ea quæ post Nicænum extant, vere[a] secundum. Circa tempora Siricii papæ.

Probatum a Leone IV. d. 20. capit. de libellis.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut comprovinciales episcopi de pascha suum inquirant primatem.*

II. *Ut per singulos annos concilium fiat.*

III. *Ut episcopus, priusquam ordinetur, canones agnoscat.*

IV. *Ut Levitæ & virgines ante 25. annos non consecrentur.*

V. *Ut sacramentum catechumenis non præbeatur.*

VI. *Ut baptismum mortuis vel eucharistia non detur.*

VII. *Ut episcopus accusatus, ubi, vel infra quod tempus examinetur.*

VIII. *De presbyteris & diaconibus, quanti episcopi eos audiant.*

IX. *Ut clerici publica judicia non appellent.*

X. *Si a quoquam ab aliis judicibus ecclesiasticis ad alios judices & ecclesiasticos majoris auctoritatis provocatum fuerit, non obesse prioribus, diversas sententias proferentibus.*

XI. *Ut filii clericorum ad spectacula non accedant.*

XII. *Ut clericorum matrimoniis infideles non socientur.*

XIII. *Ut clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.*

XIV. *Ut clerici filios suos a sua potestate exire non sinant, nisi ætate & moribus comprobatos.*

XV. *Ut clerici non sint conductores vel negotiatores.*

XVI. *Ut clerici non sint usurarii.*

XVII. *Ut cum clericis extraneæ feminæ non cohabitent.*

XVIII. *Ut clerici non ordinentur, nisi omnes, qui cum eis sunt, fideles existant.*

XIX. *Ut clerici, cum ad pubertatem venerint, aut conjugium, aut castitatem profiteantur.*

XX. *Ut plebes alienas alius episcopus non usurpet.*

XXI. *Ut nullus episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.*

XXII. *Ut nullus clericus ordinetur, nisi fuerit probabilis.*

XXIII. *De precibus & orationibus.*

XXIV. *Ut in sacrificio tantum panis & calix offeratur.*

XXV. *Ne clerici vel continentes, ad viduas vel virgines soli habeant accessum.*

XXVI. *Ut primæ sedis episcopus princeps sacerdotum non appelletur.*

XXVII. *Ut clerici tabernas non ingrediantur.*

XXVIII. *Ut episcopus sine formata metropolitani longius non proficiscatur.*

XXIX. *Ut missa a jejunis celebretur.*

XXX. *Ut nullus in ecclesia convivetur.*

XXXI. *Ut pœnitentibus juxta peccatorum modum pœnitentia detur.*

XXXII. *Ut presbyter præter jussa vel absentiam episcopi non reconciliet pœnitentes.*

XXXIII. *De custodia sacrarum virginum.*

XXXIV. *De baptizandis ægrotis, qui jam loqui non possunt.*

XXXV. *Ne apostatis vel histrionibus conversis pœnitentia negetur.*

XXXVI. *Ut presbyter chrisma non conficiat.*

XXXVII. *Ut clerici sine necessitate in aliena civitate non immorentur.*

XXXVIII. *Ut non liceat fieri translationes episcoporum.*

XXXIX. *Ut non præsumant duo episcopi ordinare pontificem.*

XL. *Ut dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque sacerdotes conveniant.*

XLI. *Ut per singulos annos convenientes episcopi ad concilium, etiam de paschali solennitate a primate suo informentur.*

XLII. *Ut non accipiat alium episcopum plebs, quæ in*

in diœcesi semper subjacuit.

XLIII. *Ut qui, plebe sua contempta, ad concilium venire detractant, & plebem & honorem amittant.*

XLIV. *Ut clericum alienum nullus sibi præsumat episcopus ordinare.*

XLV. *Ut episcopus, qui plures habet clericos, ei qui eget, ad ordinandum postulatus, largiatur.*

XLVI. *Ut episcopus in diœcesi factus, solum eam plebem teneat, in qua extitit ordinatus.*

XLVII. *Ut præter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarũ.*

XLVIII. *De baptizatis a Donatistis.*

XLIX. *Ut ea qua quis in ecclesiastico positus gradu acquisivit, ecclesiæ conferantur.*

L. *Ut gesta concilii episcoporum subscriptionibus confirmentur.*

[d] CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, [e] Kalendas Septembris Carthagine in [f] secretario [g] basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus una cum episcopis consedisset, astantibus etiam diaconibus, constituta sunt hæc, quæ in præsenti concilio definita sunt.

CAPITULA.

I.

Placuit ergo in principio propter errorem, qui sæpe solet oboriri, ut omnes Africanæ provinciæ episcopi observationem paschalem ab ecclesia Carthaginensi curent accipere.

II.

Similiter placuit, ut propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis concilium convocetur. Ad quod omnes provinciæ quæ primas sedes habent, de conciliis suis ternos legatos mittant, ut & minus invidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conventus plena possit esse auctoritas. De Tripoli autem, propter inopiam episcoporum, unus episcopus veniat.

III.

Item placuit, ut [h] ordinandis episcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse afferant.

IV.

Item placuit, ut ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et ut lectores populum non salutent.

Hoc capitul. in vetustis quibusdã codicibus sic habetur.

Item placuit, ut lectores populum non salutent, & ut ante 25. annos nec clerici ordinentur, nisi primum divinis scriptis instructi, vel ab infantia eruditi, propter fidei professionem vel assertionem.

V.

Item placuit, ut etiam per solennissimos paschales dies [i] sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal: quia si fideles per illos dies sacramentum non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

VI.

Item placuit, ut corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a domino: Accipite & edite. Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere. Cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, cum eucharistiam mortuis non dari animadverterit.

VII.

Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primatem provinciæ ipsiũs causam deferat accusator. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam primatis literis evocatus, minime occurrerit, hoc est, intra spatium mensis, ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. Quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verum post mensem secundum tamdiu non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad concilium universale anniversarium occurrere voluerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suæ sententiam dixisse judicetur. Tempore sane quo non communicat, nec in sua plebe communicet. Accusator autem ejus si numquam diebus causæ dicendæ defuerit, a communione non removeatur. Si vero aliquando defuerit, subtrahens se, restituto in communionem episcopo, ipse removeatur; ita tamen, ut nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse, probaverit. Illud vero placuit, ut cum agere cœperit episcoporum judicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad accusandum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, dicere voluerit.

VIII.

Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id est, in presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus; episcopi ipsorum causas discutiant, eadem dierum & dilationum & a communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma servata. Reliquorum autem causas etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

IX.

Item placuit, ut quisquis episcoporum, presbyterorum & diaconorum seu clericorũ, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota,

ANNO CHRISTI 397.

Cod. can. c. 18.

Matth. 26.

Cod. can. c. 19. 4. quæst. 5. Quisquis.

4. q. 6. Illud vero placuit. Cod. can. c. 20. 15. qu. 7. Si autem presbyteri vel diaconi.

Cod. can. c. 15. 11. quæst. 1. Placuit, ut quisquis episcoporũ.

ANNO CHRISTI 397.

commota, si relicto ecclesiastico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali judicio. In civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos judices undique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio judicat, qui de universa ecclesia male sentiendo, de judicio seculari poscit auxilium, cum privatorum Christianorum causas apostolus ad ecclesiam deferri, atque ibi determinari precipiat.

1. Cor. 6.

X.

Cod. can. c. 15. 2. q. 6. Placuit.

Hoc etiam placuit, ut si a quibuscumque judicibus ecclesiasticis, ad alios judices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint, vel inimico animo judicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia depravati. Sane si ex consensu partium judices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat provocari.

XI.

2. q. 6. Sane si. Cod. can. c. 15.

Vt filii episcoporum vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem a spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut ubi blasphemi sunt, non accedant.

XII.

Cod. can. c. 21.

Item placuit, ut filii vel filiæ episcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentibus, vel hereticis aut schismaticis matrimonio non jungantur.

XIII.

Cod. can. cap. 22.

Vt episcopi vel clerici, in eos qui catholici Christiani non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum rerum suarum aliquid conferant.

XIV.

Con. Afric. c. 2.

Vt episcopi vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata.

XV.

Cod. can. c. 16. 21. q. 3. Placuit, ut episcopi.

Item placuit, ut episcopi & presbyteri & diaconi vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque ullo turpi vel inhonesto negotio victum quærant; quia respicere debeant scriptum esse: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.*

2. Tim. 2.

Idem cap. 15. sic in vetustis quibusdam libris legitur: Vt episcopi, presbyteri & diacones non sint conductores aut procuratores privatorum, neque ullo negotio tali victum quærant, quo eos peregrinari, vel ab ecclesiasticis officiis avocari, necesse sit.

XVI.

Cod. can. c. 16.

Vt nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accommodaverit: si pecuniam accipiat, speciem eamdem, quantam dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

14. qu. ... Nullus ... ricorum

XVII.

Dist. 81. ... omnibus omnino

Vt[k] cum omnibus omnino clericis extraneæ feminæ non cohabitent, sed solæ matres, aviæ, materteræ, amitæ, sorores & filiæ fratrum aut sororum, & quæcumque ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant: vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperint; aut servis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

XVIII.

Con. A... cap. 4.

Vt episcopi, presbyteri & diaconi non ordinentur, priusquam omnes qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint.

XIX.

Cod. ... c. 16. Dist. 2. ... Lectores cum ad...

Placuit, ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

Hoc 19 cap. vetusti codices sic habent: Vt lectores usque ad annos pubertatis legant; deinceps autem, nisi uxores, custodita pudicitia, duxerint, aut continentiam professi fuerint, legere non sinantur.

XX.

7. q. ... Pla... ut a nullo

Placuit, ut a nullo episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi suum collegam.

XXI.

Dist. ... Clericum alienum, si.

Vt clericum alienum, nisi concedente ejus episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarii retinent.

XXII.

Dist. ... Nullus ... ricorum

Vt nullus ordinetur clericus, nisi probatus vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

XXIII.

Vt nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum altari assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque sibi preces aliunde describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit.

XXIV.

Concili... Afr. cap... De con... dist. 2. ... sacram...

Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipse dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquæ mixtum. Nec amplius in sacrificiis offeratur, quam de uvis & frumentis.

Hoc cap. 24. in vetustis codicibus ita habetur: Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipse dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquæ mixtum. Primitiæ vero, seu mel & lac, quod uno die solennissimo pro infantis mysterio solet offerri, quamvis in altari offeratur, suam tamen habent propriam

benedictionem,

benedictionem, ut a sacramento dominici corporis aut sanguinis distinguantur: nec amplius de primitiis offeratur, quam de uvis & frumentis.

XXV.

Vt clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi jussu vel permissu episcoporum & presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his, cum quibus episcopus jusserit vel presbyter. nec ipsi episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graves aliqui Christiani.

XXVI.

[l]Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

XXVII.

Vt clerici, edendi vel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

XXVIII.

Item placuit, ut episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo suæ cujusque provinciæ, ut ab eo præcipue possint sumere formatam. Hinc etiam dirigendæ literæ concilii ad transmarinos episcopos.

XXIX.

Vt sacramenta altaris non nisi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cœna domini celebratur. Nam si aliquorum, pomeridiano tempore defunctorum, sive episcoporum seu clericorum, sive ceterorum, commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, jam pransi inveniantur.

XXX.

Vt [m] nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur.

XXXI.

Vt pœnitentibus secundum peccatorum differentiam episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

XXXII.

Vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo, & necessitate cogente. Cujuscumque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universa ecclesia noverit, ante absidem manus ei imponatur.

XXXIII.

Vt virgines sacræ, cum parentibus, a quibus custodiebantur, privatæ fuerint, episcopi providentia, vel presbyteri, ubi episcopus absens est, in monasterio virginum, vel gravioribus feminis commendentur, ut simul habitantes, invicem se custodiant, ne passim vagantes, ecclesiæ lædant existimationem.

XXXIV.

Vt ægrotantes, si per se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium hi qui sui sunt, periculo proprio dixerint, baptizentur.

XXXV.

Vt scenicis atque histrionibus, ceterisque hujusmodi personis vel apostaticis, conversis vel reversis ad dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

XXXVI.

Vt presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat.

XXXVII.

Vt clerici in aliena civitate non immorentur, nisi causas eorum justas episcopus loci vel presbyteri locorum perviderint.

XXXVIII.

Illud autem suggerimus, mandatum nobis, quod etiam in * Capuensi plenaria synodo videtur statutum: non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villæregiensis episcopus, plebe sua derelicta, Tubuniensem invasit ecclesiam; & usque hodie commonitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere eamdem, quam invaserat plebem, contempsit. Adversus istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audivimus: sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam, quo jam, necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis, rectorem provinciæ, secundum statuta gloriosissimorum principum, adversus illum adire; ut qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, auctoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Servata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si a vestra caritate modeste conventus, recedere detrectaverit, cum fuerit suo contemptu & contumacia faciente, etiam auctoritate judiciaria conventus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet. Ab universis episcopis dictum est: Iustum est, Placet.

XXXIX.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, ut quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua servabitur,

ANNO CHRISTI 397.

Afr. cap. 11. De conf. dist. 4 Ægrotantes. Afric. c 12. De conf. dist. 2. Scenicis atque. 26. quæst. 6. Presbyter inconsulto episcopo.

* Capsensi.

De conf. dist 4 Non licet fieri.

1. qu. 1. Petimus.

Afric. c. 16.

ANNO CHRISTI 397.

vabitur, ut non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad episcopum ordinandum, propterea quia & in Tripoli forte & Arzuge interjacere videntur barbaræ gentes. Nam in Tripoli (ut asseritur) episcopi sunt quinque tantummodo, & possunt forte de seipso numero vel duo necessitate aliqua occupari. Difficile est enim, ut de quolibet numero omnes possint occurrere. Numquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ utilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas vestra convenire, crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus. Numquidnam frequenter duodecim vel decem, vel multo minus adducere possum episcopos? Sed facile est mihi, duos adjungere meæ parvitati episcopos vicinos. Quapropter cernit mecum caritas vestra, hoc ipsum observari non posse.

XL.

Afric. cap. 17. Dist. 23. Illud statuendū est.

Sed illud est statuendum, ut quando ad eligendum episcopum convenerimus, si qua contradictio fuerit oborta (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres jam, sed postulentur ad numerum supradictorum unus vel duo, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradicentium: postremo illa etiam quæ objiciuntur, pertractentur. Et cum purgatus fuerit, sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis responsione. Ab universis episcopis dictum est: Placet satis.

XLI.

Afric. c. 18. * commonitorio nostro omnia tractata.

Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Quoniam de * concilio quædam tractata noscuntur, adjicimus etiam de die paschæ nobis esse mandatum, ut de ecclesia semper Carthaginensi (sicut prædictum est) instruamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur (quoniam nos spopondisse jam superius meminimus) ut singulis quibusque annis ad tractandum conveniamus, & cum convenerimus in unum, tunc divulgabitur sanctus paschæ dies per legatos, qui fuerint in concilio. Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, ut literis provinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necesse est.

Præsentis concilii. c. 2.

XLII.

Afric. c. 19. 16. q. 1. multis conciliis hoc.

Epigonius episcopus dixit: Multis in concilio hoc statutum est a cœtu sacerdotali, ut plebes quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopum nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero quia nonnulli, quodam dominatu adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certe, cum elevati fuerint, quasi in quadam arce tyrannicam ibi dominationem vindicant, quod plerique *stolidi adversus episcopos suos cervices erigunt presbyteri, vel conviviis sibi conciliantes plebem, vel certe persuasu maligno * & illicito eosdem velint sibi collocare rectores, quod quidem insigne mentis tuæ tenemus votum, frater religiose Aureli, quia hæc sæpe oppressisti, non curando tales * petitiones, sed propter eorum malos cogitatus & prave concinnata concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœcesi semper subjacuit, nec unquam proprium episcopum habuit. Quapropter, si universo sanctissimo * concilio complacet hoc, quod prosecutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me & fecisse & facturum esse confiteor, circa eos sane qui fuerint concordes: non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium.

* vel ... to fa...

* pet...

* cœt...

XLIII.

Afric.

Sunt enim plerique conspirantes cum propriis plebibus, quas decipiunt, ut dictum est, earum scalpentes aures, ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc consortio separati, qui putent propriæ plebi incumbendum; & nonnunquam conventi, ad concilium venire refugiunt & detractant, sua forte ne prodantur flagitia, metuentes. Dico, si placet, circa hos, non tantum diœceses non esse servandas verum etiam de propria ecclesia, quæ illis male faverit, omnino admittendum, ut etiam auctoritate publica rejiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris removeantur. Oportet enim, ut qui universis fratribus ac toti concilio inhæserit, non solum sua jure integro, sed & diœceses possideat. At vero, qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraterna dilectione contempta, nec tantum diœceses amittant, sed (ut dixi) etiam propriis publica careant auctoritate, ut rebelles. Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Summa provisio sanctitatis tuæ hæsit mentibus singulorum, & puto omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es, probanda. Universi episcopi dixerunt: Placet, placet.

XLIV.

ANNO CHRISTI 397.

XLIV.

Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est vestra providentia, fratres beatissimi, ut clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus præter ejus arbitrium, cujus fuerit clericus: Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam parvitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, ut eum qui a me baptizatus est, cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatum; cumque multis annis a me aleretur, atque increscere, hunc, ut dixi, baptizatum in ecclesia mea per manum parvitatis meæ constat, (idem in diœcesi Mapaliensi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus arripuit, * quem dicit, quasi proprium civem sui loci * Vzaritani, me inconsulto, usurpare: nam & diaconum illum ordinavit: hoc si liceat, pateat hæc licentia a vobis, beatissimi fratres: sin minus, tam impudens cohibeatur, nec se misceat communioni cujusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata neque consulta tua dignatione, id videatur fecisse Iulianus, judicamus omnes inique factum atque indigne. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eumdem clericum, quem fuit ausus ordinare, revocaverit tuæ plebi, contra statuta concilii faciens, contumaciæ suæ, separatus a nobis, excipiet judicium. Epigonius episcopus dixit: Ætate pater, & ipsa promotione antiquissimus, ut laudabilis, frater & collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

XLV.

Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contingit nonnunquam, ut postulentur ab ecclesiis quę præpositis egent, vel episcopis, vel presbyteris: & tamen memor statutorum, id sequor, ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur. Sed forte in hodierno non reluctati sunt, & ne quando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum causam sustinere. Iustum est ergo, ut quemlibet consacerdotum conveniam, cum duobus e consortio nostro vel tribus testibus. Si vero indevotus extiterit, quid censet caritas vestra faciendum? Ego * enim cunctarum ecclesiarum, dignatione Dei, ut scitis, fratres, solicitudinem sustineo.

Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque ecclesiæ ordinare episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim præsumis, frater. Et cum te bonum & clementem omnibus reddis, (habes enim hoc in arbitrio) satis est ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quodlibet huic sedi vindicandum fuerit sibi arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, ut liceat voluntati tuæ semper & tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & unde voles. Postumianus episcopus dixit: Deinde, qui unum habuerit, numquid debet illi ipse unus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest, per quem, dignatione divina, presbyteri multi constitui possunt: unus autem episcopus difficile invenitur constituendus. Quapropter si necessarium episcopatui quis habet presbyterum, & unum (ut dixisti frater) habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire. Aurelius episcopus dixit: Sane, quomodo ecclesiæ alterius tu subveneris, persuadebitur illi qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

XLVI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Audivimus constitutum, ut diœceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu ejus, sub quo fuerint constitutæ. Sed in provincia nostra, cum aliqui forte in diœcesi (concedente eo episcopo, in cujus potestate fuerant constitutæ) ordinati sunt episcopi, etiam diœceses sibi vindicant. Hoc & corrigi caritatis vestræ judicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopiis servatum est quod decebat, ut ex massa diœcesium nulla caperetur, ut proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, ut eadem diœcesis permissa proprium tantum episcopum habeat, & ceteras sibi non vindicet diœceses, quæ exempta de fasce multarum, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito caritati vestræ omnium placere, eum qui in diœcesi, concedente episcopo qui matricem tenuit, solam eamdem retinere plebem in qua fuit ordinatus. Afric. c. 23.

Anno Christi 397.

Cod. Can. cap. 24.

XLVII.

Item placuit, ut præter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus Nave, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Psalterium Davidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim prophetarum, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Esther, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Novi autem testamenti, euangeliorum libri quatuor, Actuum apostolorum liber unus, Pauli apostoli epistolæ tredecim, ejusdem ad Hebræos una: Petri apostoli duæ, Ioannis apostoli tres, Iudæ apostoli una, & Iacobi una, Apocalypsis Ioannis liber unus.

Quidam vetustus codex sic habet: De confirmando isto canone transmarina ecclesia consulatur.

Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis, pro confirmando isto canone, innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.

Afric. 13.

Licet istud cap. 47. in præsenti exemplari, tamquam aliquod hujus concilii capitulum habeatur, in aliis tamen certis conciliorum libris dicitur esse Carthaginensis concilii 24. capitulum, celebrati post consulatum Honorii duodecimum, & Theodosii octavum, quorum annus currit sub Bonifacio papa.

XLVIII.

Afric. 15. 1. quæst. 4. placuit ut de infantibus.

De Donatistis placuit, ut consulamus fratres & consacerdotes nostros Siricium & Simplicianum, de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt judicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediat, * ne provehantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Urbanus episcopi legati provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt: Iam dudum, cum apud sanctitatem vestram allegaremus scripta, dilati sumus, ea contemplatione, quod fratres nostri advenire possent de Numidia legati: sed quia non pauci dies sunt, quibus expectati, minime venerunt, ultra prætermittere quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audivimus. Verum & de sacrificiis inhibendis post prandium, ut a jejunis, sicut dignum est, offerantur, & tunc & nunc confirmatum est.

* quo minus promoveantur.

XLIX.

12. quæst. 3. Placuit ut episcopi.

a Placuit, ut episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui, agros vel quæcumque prædia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur obnoxii, nisi admoniti, ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni, tamquam reprobi, judicentur.

L.

Cod. can.

Aurelius episcopus dixit: Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerunt, sermone vestro cuncta roborate: Universi episcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmamus. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & relecto subscripsi. Epigonius episcopus Bullensis regionis, subscripsi. Augustinus episcopus plebis Hipponæ Regiensis, subscripsi. Similiter & omnes episcopi, quadraginta quatuor numero, subscripserunt.

CAPITULA NUMERO QUINQUE, ex Gratiano & aliis desumpta, quæ scribuntur esse vel alicujus concilii Carthaginensis, vel Africani: verumtamen non satis certum est, an sint concilii primi, vel secundi, vel tertii, &c.

PRIMUM.

Non est aliquid exigendum ab his, qui infantes suos ad baptizandum adducunt.

1. q. Placuit unusque.

Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc faciat, ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur. Si vero per necessitatem paupertatis, aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter * trahatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios suos a baptismo retrahunt. Quidam vero dum differuntur, si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, a baptismi gratia se subtraxerunt.

* ab... hatur

SECUNDUM.

Ecclesiasticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant.

10. qu. De p... riis.

De precariis, quæ a rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, suosque successores pœna gravi obligabant, ut facta ipsorum nequivissent dissolvere, præcipimus, ut nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus, sed suæ providentiæ sit concessum, ut si antecessor ejus res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ecclesiæ ejusdem revocentur.

TERTIUM.

De his qui clericum falso crimine impetunt.

2. qu. Si qui...

Si quis episcopum, aut presbyterum, vel diaconum

conum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandam ei communionem.

QUARTUM.

Ex codice sexdecim librorum, lib. 2. cap. 30.

De clericis scurris.

Si quis clericus aut monachus verba scurrilia, joculatoria, risumque moventia loquitur, acerrime corripiatur.

QUINTUM.

Ex eodem codice, lib. 15. c. 4.

De prævaricatoribus divinarum legum.

Ut laici contemptores canonum, excommunicentur: clerici honore priventur.

CANONES CONC. CARTHAGINENSIS, Habiti sub die Iduum Augustarum, circa tempora Siricii papæ, Attico & Cæsario consulibus; & epistola Aurelii & Musonii ad episcopos.

Dilectissimis fratribus & coepiscopis diversarum provinciarum, Numidiæ, Mauritaniæ utriusque, Tripolis & provinciæ proconsularis, Aurelius, Musonius, & ceteri episcopi.

Ecclesiasticæ utilitatis causa dum in Carthaginensi urbe conveniremus in unum, a plerisque suggestum est, ea quæ in concilio Hipponensi jamdudum maturata sunt, & legitime ad corrigendam disciplinam salubriter gesta & statuta noscuntur, effrenata temeritate quosdam minime custodire. Ad hujusmodi vero excusandos excessus, illud ab aliquibus prætendi, quod ea quæ jamdudum legibus statuta sunt ignorantes, prætermiserint. Ob quam rem, hæc communi concilio per universam provinciam Byzacenam, in notitiam cunctis deducenda censuimus, ut in his quisquis de cetero temerator extiterit, sciat se status sui operatum fuisse jacturam. Brevem vero statutorum (in quo omnia videntur esse complexa, & quædam diligentius custodita) huic epistolæ subdi fecimus, ut compendio, quæ decreta sunt, recensentes, solicitius observare curemus. Optamus vos, fratres, in Deo semper bene valere, & nostri memores esse. & manu senis Musonii: Optamus vos, fratres, beatos semper in Deo gaudere, & nostri memores.

STATUTA CONCILII HIPPONENSIS Breviata, & quædam eorum in concilio Carthaginensi cum Byzacenis episcopis collata, & diligentius pertractata, hæc sunt:

Nicæni concilii professio & fides recitata & confirmata est, quæ ita se habet.

Sequens fidei Nicænæ professio alium interpretem sapit, quam superius habita; præterquam quod nonnulla addita aut adempta esse liquido constat. *Hæc Crabbus.*

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, homousion, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, unius substantiæ cum patre, per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit. Incarnatus est, homo factus est per virginem. Passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in cælum, venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat: &, quia ex nullis non extantibus factus est, aut ex alia substantia, dicentes mutabilem & convertibilem filium Dei; hos anathematizat catholica ecclesia, & apostolica disciplina.

Concilii Hipponensis abbreviationes factæ in concilio Carthaginensi *III.

I.

Placuit etiam, propter errorem qui sæpe solet oboriri, ut omnes Africanæ provinciæ observationem diei paschalis ab ecclesia Carthaginensi curent accipere. Ponitur hæc constitutio Carthag. III. supra habito c. 1. & 41.

II.

Ut lectores populum non salutent.

III.

Ut clerici instructi promoveantur. Ibid. cap. 3.

IV.

Ut sacramenta catechumenis non dentur. Ibid. cap. 4.

V.

Corporibus defunctis eucharistia non detur. Ibid. cap. 5.

VI.

Ut per singulos annos concilium convocetur. Ibid. cap. 6.

VII.

Si episcopus accusatus fuerit, ad primatem provinciæ causam suam referat. Ibid. cap. 7.

VIII.

Episcopus accusatus, si ad concilium anniversarium non venerit, sententiam damnationis suæ tulisse judicetur. Ibid. cap. 8.

IX. X.

Presbyter, si accusatus fuerit, cum quinque collegis ex vicinis episcopis, causa sua discutiatur; diaconus cum duobus. Ibid. cap. 9. Ibid. c. 10.

XI.

Episcopo aut clerico si fuerit crimen institutum. Ibid. c. 11.

XII.

Ut judices ecclesiastici ad alios judices causam non provocent. Ibid. c. 12.

XIII.

Ut filii clericorum spectacula non exhibeant. Ibid. c. 13.

XIV.

Ut filii episcoporum hæreticis non conjungantur. Ibid. c. 14.

XV.

Ut episcopi & clerici filios suos non ejiciant. Ibid. c. 15.

XVI.

Ut episcopi & clerici nihil conferant rerum suarum nisi catholicis. Ibid. c. 16.

XVII.

Episcopus, presbyter, aut diaconus, non sint conductores. Ibid. c. 17.

XVIII.

Ut clerici cum extraneis feminis non habitent. Ibid. c. 18.

XIX.

De sacris gradibus. Ibid. c. 19.

XX.

De lectoribus. Ibid. c. 21.

XXI.

Ut clericum alienum nemo retineat. Ibid. c. 21.

XXII.

Ut clericus non ordinetur, antequam probatus sit. Ibid. c. 22.

XXIII.

Ut in precibus nec Pater pro Filio, nec Filius pro Patre nominetur. Ibid. c. 23.

XXIV.

Anno Christi 397.

XXIV.

Ibid. c. 24. Vt nullus clericus amplius accipiat, quam dedit.

XXV.

Ibid. c. 25. In sacramentis aliud non offeratur, quam panis, & vinum aqua mixtum.

XXVI.

Ibid. c. 26 Vt episcopi, presbyteri, aut clerici, ad viduas vel virgines soli non accedant.

XXVII.

Ibib. c. 27. Vt primæ sedis episcopus princeps sacerdotum non appelletur.

XXVIII.

Ibid. c. 28. Clerici in tabernis nec manducent, nec bibant.

XXIX.

Ibid. c. 29. Vt episcopus trans mare non proficiscatur.

XXX.

Ibid. c. 30. Vt a jejunis altaris sacramenta celebrentur.

XXXI.

Ibid. c. 31. Vt in ecclesia, neque episcopus, vel clerici conviventur.

XXXII.

Ibid. c. 32. Vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem.

XXXIII.

Ibid. c. 33. Vt virgines gravioribus feminis commendentur.

XXXIV.

Ibid. c. 34. Vt ægrotantes baptizentur.

XXXV.

Ibid. c. 35. Vt reversis reconciliatio non negetur.

XXXVI.

Ibid. c. 36. Vt presbyter chrisma non conficiat.

XXXVII.

Ibid. c. 37. Vt in aliena civitate clerici non morentur.

XXXVIII.

Ibid. c. 38. Scripturæ canonicæ in ecclesia legendæ quæ sint, & præter quas aliæ non legantur.

XXXIX.

Ibid. c. 39. Vt episcopus minus quam a tribus episcopis non ordinetur.

XL.

In concilio Carth. 5. c. 6. De his qui in nullo testimonio se baptizatos noverunt, ut baptizentur.

XLI.

Vt Donatistæ in numero laicorum recipiantur.

Sequitur capitulum seu statutum.

Placuit etiam, ut quia in præcedentibus conciliis statutum est, ne quis Donatistarum cum honore suo recipiatur a nobis, sed in numero laicorum; propter salutem, quæ nulli deneganda est, (tantum autem inopiæ clericorum ordinandorum in Africa patiuntur ecclesiæ, ut quædam loca omnino deserta sint) servetur quidem in istis, quod jam antea* creditum est: [* traditum] sed exceptis his, quos aut non rebaptizasse constiterit, aut qui cum suis plebibus ad communionem catholicam transire voluerint. Sic enim scriptum est: *Quod duobus si convenerit Christianis, quidquid petierint, impetrabunt.* [Matth. 18.] Non oportet dubitari, quod remoto scandalo dissensionis universæ plebis, invitatæ pacis compensatione & sacrificio caritatis, aboleantur, quæ majorum suorum auctoritatem sequentes, repetitione baptismi commiserunt.

Sed hanc rem placuit non confirmari prius, quam exinde transmarina ecclesia consulatur. Et alia manu:

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, placitis a nobis omnibus confirmatis, exceptis emancipationibus, de quibus consulendum censuimus, relictis & agnitis, subscripsi.

Muzonius episcopus, placitis superius comprehensis, emancipatione ad tractatum meliorem dilata, subnotavi, primæ sedis episcopus provinciæ Byzacenæ.

Victorianus episcopus plebis * Mascilianensis, subscripsi.

Lupianus episcopus plebis * Tamugadensis subscripsi.

Ninus episcopus plebis * Tubaltanensis, subscripsi.

Philologus episcopus plebis Adrumetanæ, subscripsi.

Ferox episcopus Macriensis, subscripsi.

Hoc modo & omnes subscripserunt, qui huic concilio interfuerunt.

Appendix ad concilium Hipponense immediate præmissum.

Præsens vero concilium ordine supra scripto habebatur in quodam codice vetusto monasterii sancti Bavonis Flandriæ civitatis. Verumtamen canonum ipsius tituli dumtaxat, omissis capitulis, hic scribuntur, vitandæ prolixitatis gratia; quod in concilio Carthagin. III. immediate supra habito, fere omnia ad longum ponantur: hic autem ad illa remittuntur.

Sciendum quoque, concilium præsens ob certas caussas non haberi sub numero aliquo, ut in ordine dicatur quartum vel quintum &c. ne forte error committatur propter sequentia concilia ejusdem civitatis, quæ in exemplaribus prioribus sub numero assignantur. Idem sentiendum est de his quæ immediate sequuntur. *Hæc & plura Crabbus, atque ex eo alii.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hujus celebrandi ratio, causa & necessitas quæ fuerit, constitutiones illius manifeste ostendunt. Ex pluribus Carthaginensibus synodis diverso tempore celebratis, hanc, quæ ab antiquo collectam, adeoque non simpliciter unam esse, can. 19. 30. 47. & 48. evidenter arguut; quod in notis eorumdem canonum indicabimus.

b *Tertium nomine.*] Si enim, quod infra dicitur, Cæsario & Attico consulibus habitum fuit, in annum Christi 397. coincidit. Cum itaque præcedens synodus Theodosio XI. & Valentiniano juniore coss. anno nimirum Christi 424. celebrata sit, negari non potest, hanc longo tempore ante illam præcedentem habitam fuisse.

c *Capitula.*] Canones quinquaginta, quorum tituli hic assignantur, non omnes in hac synodo, sed diversis aliis conciliis Carthaginensibus sanciti probantur. Inter alios 19. 30. & 47. aliis synodis editos fuisse, infra dicemus.

d *Cæsario & Attico consulibus.*] Anno nimirum Christi 397. qui est Siricii pontificis 13. Arcadii & Honorii imperatorum 3. Hanc rationem temporum canon 48: confirmat. Cum enim ex eo manifestum sit, Siricium pontificem adhuc vixisse, Ambrosio autem defuncto Simplicianum in Mediolanensi ecclesia successisse; non alio tempore, quam præd. anno Christi & consulatu hæc synodus haberi potuit. Nam anno præcedente Ambrosius adhuc in vivis fuit: anni sequentis initio Siricius Romanæ ecclesiæ pontifex in vivis esse desiit. Superest igitur ut Kalendis Septembribus celebrata, hoc anno qui prædicta consulum nota est insignitus, habita fuisse concedatur.

e *Kalendas Septembris.*] Sexto Kalendas Iulias iisdem consulibus celebratam fuisse Carthagine synodum, qua de navigando absque Formata, canon aliquis sancitus fuerit, dicetur in principio Africani concilii infra. unde quæ de pluralitate Carthaginensium conciliorum, & diversitate canonum supra diximus, non parum confirmantur.

f *In secretario.*] Quid sit basilicæ alicujus secretarium, supra in notis Laodiceni aliorumve conciliorum diximus.

g *Basilica Restituta.*] Sic dicta, quod a Donatistis diu possessa, a catholicis imperatoribus, catholicis restituta fuerit. Precedenti concilio Carthaginense II. appellatur eadem Perpetua, a primaria nimirum martyre, cujus ossa ac reliquiæ ea basilica cum reliquiis Felicitatis continebantur. Vide notas præcedentis concilii, verbis; *In basilica Perpetua Restituta.*

h *Ordinandis episcopis vel clericis.*] Hunc canonem ex suggestione sancti Augustini editum fuisse, testatur Possidius in vita ejusdem, cap. 8. his verbis: *Vnde etiam sategit, ut conciliis constitueretur episcoporum, ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda.* Idque ideo solicite curasse

curasse videtur, ne accideret aliis, quod sibi contra Nicænum canonem ignoranter ordinato accidisse dolebat. Baron. 395. numero 33.

i *Sacramentum, & nisi solitum sal*, &c.] Sicut paschalibus diebus de eulogiis aut fermentato pane communicate can. 14. concil Laodiceni fidelibus interdictum; contra vero, sacramenta in baptismate suscepta usurpare, permissum fuit; ita constituitur hic, ne intra paschales dies catechumeni inferioris ordinis ad participandas eulogias publicas, quæ alias sacramentum & fermentum appellantur, admittantur: salis autem sacramentum, quo exordio sui catechismi ad salutem conditi erant, accipere liceat. Unde per sacramentum hoc loco, non eucharistia sacra, de qua expresso nomine sequenti canone agitur, sed quidquid mysticum est sacrum signum, accipi debet. Vide notas can. 14 conc. Laod. item in vitam Melchiadis.

k *Cum omnibus clericis extranea femina non cohabitent.*] Hunc canonem de continentia clericorum, eo tempore ab aliquo Carthaginensi concilio editum fuisse, probabile est, quo Siricius papa ea de re Africanam ecclesiam per literas supra positas admonuerat, post consulatum Arcadii & Bautonis, anno nimirum Christi 386. atque adeo per hunc canonem ea, quæ supra de pluralitate & diversitate hujus concilii asseruimus, multum corroborantur.

l *Primæ sedis episcopus.*] Cum hoc concilium nationale fuerit, non universæ, sed tantum Africanæ ecclesiæ leges tulisse potuit. Itaque hoc canone non prohibuit, neque potuit prohibere, ne Romanus pontifex diceretur sacerdotum princeps, vel summus sacerdos; sed tantum ne ita appellaretur ullus metropolitanus Africæ. Ita Bellarm. lib. 2. de conc. cap 8. ad 9. Optima responsio est Baronii hæc; quod sicut Christus Matth. 20. his verbis: *Reges gentium dominantur eorum*, &c. *non sic erit inter vos*, &c. ecclesiasticam hierarchiam nequaquam confundere, sed mentis dumtaxat tumorem curare, & præsidum superbiam amputare voluit: ita Africana ecclesia inter communia episcoporum nomina ea respui mandavit, quæ superbiam & arrogantiam Christiana præfectura indignam præ se ferebant; qualia nomina erant, princeps sacerdotum, & summus sacerdos: nomen autem primatis, quo metropolitanus Carthaginensis, Mauritaniæ & Numidiæ appellabantur, quantumvis majus esset, retineri voluit, quia vox illa minus fastuosa videretur. His itaque nominibus interdictis, non potestatis aut decentis tituli quidquam sublatum voluit, sed nominum dumtaxat arrogantiam eliminatam optavit. Fuisse autem hoc tempore communi usu in ecclesia receptum, ut omnes episcopi summi pontifices & summi sacerdotes dicerentur, ideo quod episcopatus summum sacerdotium esset: item ut metropolitani multis episcopis præsidentes, principes episcoporum appellarentur, ex epistolis Ambrosii ad Felicem, Zosimi papæ ad Hesychium, Gelasii ad episcopos Lucaniæ; ex can. 3. concilii Aurel. I. & can. 6. concilii Agathensis probat Baronius in notis mart. die 19. April. Item anno 397. numero 50. Ea quæ distinct. 99. in decretis Gratiani subjiciuntur, his verbis: *Universalis autem, nec etiam Romanus pontifex appelletur*; sunt Gratiani. Quod schola imperitorum centuriatorum ignorans, canonem hunc magno præconio extulit; quasi Africana ecclesia inferior superiori Romanæ leges præscribere potuerit, & non potius eidem obtemperare debuerit. Siricium epistola ad Africanos scripta, sub pœna excommunicationis, decreta Romani concilii observari præcepisse certum est; Africanam Romanæ simile quid præscripsisse, hactenus nondum probatum fuit. Vide Baronium an. præd num. 48.

m *Nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur.* Agapes usus antiquissimus non simpliciter interdictus fuit: utilissime enim etiamnum in hodiernum usque diem apud fideles multis in locis frequentatur, ut ostendit Baronius anno 57. num. 132. sed hoc dumtaxat prohibitum fuit, quod ante in oriente vetuerant patres concilii Laodiceni, & in occidente S. Ambrosius, ne eædem in ecclesiis peragerentur. Idque ideo, quod sic fieri solitæ, imaginem quamdam parentalium repræsentarent, adeoque symbolo aliquo & affinitate gentilitiis ritibus conjunctæ esse viderentur. Cum itaque eædem in Africana ecclesia adhuc cum multis abusibus, quos recenset S. Augustinus epistola 4. ad Amelium, frequentarentur; anno Christi 391. presbyterio initiatus S. Augustinus per Aurelium episcopum pravos usus emendari petit, quos a sancto Ambrosio in transmarinis ecclesiis correctos esse viderat. Cum itaque sanctus Augustinus Aurelio episcopo ante decennium successerit, dignum est existimare, hunc canonem esse alterius cujusdam Carthaginensis concilii, eo tempore post acceptas Augustini literas celebrati. Verisimile non est, cum post acceptas Siricii & Augustini epistolas ab Aurelio episcopo Carthagin. in Africa alia concilia celebrata fuisse sciantur, hujus abusus correctionem post decennium esse dilatam. Vide notas can. 28. conc. Laodic. Baron. anno 57. num. 142. anno 367. num. 14. anno 388. num. 38. & 39. item anno 397. numero 47.

Anno Christi 397.

cilii esse verisimile videtur.

Can. 47. Hic canon est alterius concilii.

Hunc canonem alterius cujusdam concilii Carthaginensis, Bonifacii tempore habiti, esse, verba ipsius canonis infra in fine posita manifeste declarant. Verissimum itaque est id quod supra notavimus, hac synodo canones aliarum plurium synodorum coagmentatos fuisse, adeoque non simpliciter unum concilium esse. Quod auctoritate hujus canonis sacri libri Tobiæ, Iudith, Baruch, Sapientiæ &c. in numerum sacrorum librorum referantur, & apocryphorum numero eximantur, Laodiceni concilii canoni ultimo nihil obstat aut repugnat. Hoc enim eos dumtaxat, de quibus nulla in ecclesia dubitatio erat, in canonem retulit: ceteros vero, de quibus dubitabatur, omisit. Et sicut deinceps auctoritate Nicæni concilii liber Iudith in canonem receptus fuit, ut supra in notis Laod. & Nicæni concilii diximus: ita post aliquot tempora patres concilii Carthaginensis reliquos, de quibus antea dubitatum erat, re magis discussa, in numerum sacrorum librorum retulerunt, quodque hactenus de eorumdem auctoritate controversum fuerat, definiverunt. Bellarmin. lib. 2. de conc. cap. 8. ac 10.

An canon hic Laodiceni concilii canoni obstet.

Can. 48. Consuetudo mala differendi baptismi emendata.

In oriente simul & occidente temporis usu pessima illa consuetudo inoleverat, qua fideles quam plurimi usque ad provectiorem ætatem baptismum differrent, ut constat ex Ambrosio serm. de sanctis. Hanc in occidente Ambrosius, in oriente Basilius, Gregorius Nazianzenus & Nyssenus extirpare & evellere plurimum conati fuerunt, ut constat ex ipsorum orationibus de baptismo editis. Quapropter de baptizatis in infantia, de his quæ ambigua videbantur, ad Siricium pontificem Romanum, & Simplicianum Mediolanensem episcopum Ambrosii successorem hanc consultationem miserunt. Ad illum quidem, quod scirent eum ecclesiæ catholicæ præsidere episcopum atque doctorem: ad hunc autem ob egregiam totoque orbe spectatam scientiam. Ceterum Simplicianus bene conscius, quantus doctor esset in Africa Augustinus, datis ad eum literis, de quibusdam perdifficilibus divinæ scripturæ quæstionibus eumdem pulsat, & duorum librorum scriptionem ad se missorum ab eodem extorquet. Hinc probavimus supra, Ambrosium hujus concilii tempore defunctum, atque adeo præallegatis consulibus hanc synodum celebratam fuisse. Vide Baronium anno 397. numero 25. & 55.

Can. 49.

n *Placuit.*] Memoria dignum est, quod a patribus hoc canone sancitum fuit: nimirum, ut quæ episcopus aut clericus ex paupere ditior factus ex bonis ecclesiæ emisset, eadem ecclesiæ cederent, eidemque illa in quemlibet quovis titulo transferendi facultas non esset. Occasio sanciendi hujus canonis ista fuit. Cum reddita pace, ecclesia ubique bonis afflueret, complures ex iis qui eidem ministrabant, pietatem in quæstum convertentes, studio sanctitatis & cura pauperum abjectis, divitias colligendi ardore dumtaxat flagrabant. De quibus hæc Hier. epist. 2. ad Nepotianum: *Nonnulli sunt ditiores monachi, quam fuerant sæculares; & clerici qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerunt: ut suspiceret eos ecclesia divites, quos mundus tenuit ante mendicos.* Et paulo post: *Negotiatorem clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum quasi quamdam pestem fuge.* Cum itaque hæc, ut ait S. Hieron. *Ecclesia ingemisceret*, optime a sanctis patribus hujus canonis sanctione statutum est, ut ecclesia ipsa sibi vendicet, quæ clericus ex rebus ecclesiæ bona quæsivit. Baronius numero 53.

Occasio canonis.

In bonis ecclesiasticorum ecclesia succedere debet.

SYN. CARTHAGINENSIS AURELII.

*** Ex libello synodico.*

ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ γοῦν καὶ Νεκταρίου μεθαρμοσθέντων πρὸς τὰ οὐράνια· τὴν μὲν τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς Ἀρκάδιος διαδέχεται· Γερμανῶν δὲ, ὁ ἀδελφὸς Ἀρκαδίου Ὀνόριος. Ἐν οἷς χρόνοις ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος τοπικὴ καὶ ἱερὰ συναθροίζεται, πατέρων ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ συνέλευσιν φέρουσα· κατὰ τῶν [n] εἰδώλων Δονατιστῶν, καὶ ἄλλης ἑκάστης αἱρέσεως, καὶ τῶν ἐν τόποις ἐκείνοις ἀτόποις σφαλμάτων, τὰς πράξεις ποιήσασα. Ἧς ἡγεῖτο Αὐρήλιος ὁ Καρθαγένης ἐπίσκοπος.

[n] legisse videtur interpres εἰδωλολατρῶν.

ANNO CHRISTI 397.

Καὶ κανόνας ἱεροὺς ἐκθεμένη καὶ θείους, ἕως καιροῦ τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου διήρκεσε.

THEODOSIO igitur & Nectario ad cæleſtia tranſlatis: in illius quidem imperium filius Arcadius ſucceſſit, ut in Gratiani Honorius, Arcadii frater. Quo tempore Carthagine ſynodus provincialis & ſacra congregata fuit, patrum centum viginti & ſeptem conventum præ ſe ferens, quæ contra idololatras Donatiſtas, & aliam quamcumque hæreſin, & alia illorum locorum errata, actiones inſtituit: cui præfuit Aurelius Carthaginenſis epiſcopus. Canones ſacri & divini, quos illa edidit, ad Theodoſii uſque minoris tempora obtinuerunt.

Can. 48. conc. Carthagin. III. ſupra pag. 1177. C.

** NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AUR.

AD CANON. II. CONC. CARTH. III.

MINUSQUE *hoſpitibus ſumptuoſi exiſtant*, quacumque incedebant hoſpites habebantur ab aliis epiſcopis, qui ne in faciendis ſumptibus nimium gravarentur, cavetur hoc canone.

AD CANON. IV. EIUSDEM CONCILII.

VETUS ille mos invaluerat, ut non diaconi, ſed lectores epiſtolas & euangelia in ſolenni miſſæ ſacrificio pronuntiarent: id autem patet ex can. 8. Carth. 4. epiſt. 5. lib. 2. S. Cypriani, editionis antiquæ, *Ab officio lectionis incipiat, quia & nihil magis congruum voci, quæ dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, quam celebrandis divinis lectionibus perſonare poſt verba ſublimia, quæ Chriſti martyrium prolocuta ſunt: Euangelium Chriſti legere unde martyres fiunt.* Et ex conſtitutionibus quæ S. Clementis eſſe dicuntur, cap. 22. lib. 8. *Cui ſcripturæ ſancta ad legendas eas populo ſuo committuntur.* Item can. 2. Tolet. 1. *Vel inter lectores ita ut euangelia & apoſtolum non legat*, antequam autem euangelii pronuntiandi initium faceret olim lector, elata voce proferebat, *Pax vobis*, perinde atque hodierno die diaconus dicit, *Dominus vobiſcum.* Hoc idem epiſtola D. Cypriani iiſdem verbis probatur: *Interim vobis hoc die auſpicatus eſt pacem, dum dedicat lectionem*, quibus D. Cyprianus verbis alloquutum & ſalutatum populum ait ab Aurelio, cum primo ei euangelii recitandi poteſtas eſſet facta, & pacem & benedictionem Chriſti domini fidelibus condonaſſe: lingua autem Tertulliani & apud Cyprianum *dedicare* eſt adire, ſeu inchoare. Antiquos vero patres ceteroſque auctores de divinis officiis, hanc ceremoniam ſeu ſuum dicendi, *Pax vobis*, vocaſſe divinam ſalutationem, & ab eccleſia uſurpatam, ad pacem Chriſti populo impertiendam, nemini dubium eſſe poteſt, cum in patribus frequens ſit, & tota eccleſia pervulgatum; Innocentius epiſtola octogeſima ſexta in fine, *Non licet preſbyteris coram epiſcopo populum benedicere aut ſalutare*, & ab Optato id liquido etiam confirmatur lib. 1. Patribus ergo viſum eſt placere, iſto canone, ne amplius lectores populum ſalutent: hoc eſt ex pronuntiatione euangelii, *Pax vobis*, poſthac non uſurpent, nec offerant.

Ratio quæ movit patres ut illud mutarent, & lectoribus poteſtatem illam quam hactenus retinuerant, adimerent; hæc fuit, quod illa amplior & major eſſet, quam ut lectoribus concedi eam oporteret: Et vere poſt illud concilium tanti fuit, ea frui, ut eam a diaconis & preſbyteris eodem concilio poſtea eripuerint; quin experientia uſuſque docuit eos non poſſe nec ſolere dicere, *Pax vobis*, tantumque epiſcopum videri omnino dignum cui cum miſſæ ſacrificium offert pronunciare liceat. Optatus Milevitanus inter præcipua epiſcoporum officia & munia hanc poteſtatem ſalutandi populum adnumerat libro 1. circa finem.

Huc accedit quod antiquitus ſolus epiſcopus donorum Chriſti domini, eorumque quæ ab eo ad eccleſiam tranſmiſſa eſſent diſpenſator diceretur: Propterea voluerunt pacem illam quam Chriſtus dominus pronuntiavit: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, tribui & reſtaurari ab epiſcopo fidelibus, cujus legitimus eſſet, diſpenſator; non autem lector. Præterea id contingit, quod primis ſæculis perraro ab epiſcopo pax illa, niſi cum magni beneficii ac privilegii cauſa id fieret, dari conſuevit: ejus rei, credo, cauſa, benedictio

A illa auctoritaſque epiſcopo reſervata fuit: ſed addi poteſt, nomine pacis, aliud nihil portendi, quam Chriſti domini cum ſuo populo conſociationem, unitatem, & quamdam communitatem, eumque cui hæc impertitur pax, corporis Chriſti membrum eſſe quoddam cum eo quam conjunctiſſimum: adeo ut cum diceretur *Pax vobis*, id ita accipiendum, ut in quos conferretur pax & benedictio, ii eſſe in vera communione cenſerentur: id autem jus & poteſtas, in ſolum cadebat epiſcopum, ejuſque erat cura & negotium quam ſolertiſſime diſpiciendi, cui pacem illam tribueret: Qui igitur a communione atque cœtu ſejunctus eſſet, modo ab epiſcopo ſibi dici audiret *Pax tibi*, in gregem mox fidelium reſtituebatur, quod factum cum ſingularis eſſet poteſtatis, ad ſolum epiſcopum transferebatur, & lectori ipſi eripiebatur. Quod ſi ante illum editum canonem quis contendat id auctoritatis lectori permiſſum: idcircoque primis temporibus ritum illum, modumque uſurpandi *Pax vobis*, non tantam B vim auctoritatemque complecti ſolere: Ad id facilis reſponſio, lectores ipſos priuſquam in ſuggeſtum, aut pulpitum conſcenderent, ab epiſcopo id juris impetraſſe, tamen poſtea, quamvis de nutu arbitrioque epiſcopi penderet, aliquanto amplius atque majus quam ut lectoribus, ſubdiaconis, diaconis, ſacerdotibus concedi placeret, judicatum eſt: Omninoque mihi perſuadeo, non dicam lectorem, ſed ne epiſcopum quidem ullum auſum fuiſſe, neque excommunicato, neque pagano, neque catechumeno dicere, pax tibi, quod iis verbis ad Chriſti corpus aggregari dicerentur. Tædet me pigetque tam ſæpe explicationem Græcorum vellicare, qui hunc canonem in farragine Græca, ita explicant. *Prohibitum eſt autem lectoribus ne dum miniſterio ſuo funguntur ad populum convertantur & adorent, ut qui ſolos tunc debent ſacerdotes & antiſtites* C *adorare & non laicos qui in eccleſia congregantur: ipſi enim ſunt ſacrati: populus, vero procul eſt a ſacerdotio & conſecratione, ac ipſe potius lectores adorare deberet propter miniſterium eorum*, quæ quomodo poſſint ſenſui ſatisfacere judicabit lector.

AD CANON. V. EIUSDEM CONCILII.

NEMINI dubium eſſe poteſt catechumenis ſal fuiſſe datum, non in baptiſmo, & in baptiſmi ceremoniis, ſed & ex quadam conſuetudine in miſſa, feſtis quoque diebus: quo paulatim ad aliquod myſterium ineundum aſſuefacti non gravarentur euchariſtiam ſumere: Nam ex auctoribus de divinis officiis id perſpicuum eſt. Præterea audientibus qui longiſſime aberant a baptiſmi ceremoniis, propterea ſal non eo nomine tributum aut acceptum ab iis legimus, ut ritus baptiſmi explerent & perficerent, D videlicet ut hunc ritum explerent qui his verbis deſcribitur, *interrogat nomina eorum, & ponit de ipſo ſale in os ipſorũ*, qui ritus in fine ſeu exitu catechumenatus contingebat; ſed ut aliquam ſacramenti ſpeciem formamque quaſi exhiberent: ut hoc tamquam ſigno edocti atque inſtructi, reconditum aliquod in miſſa latere myſterium crederent. Item & illud exploratum, aut ſaltem ab omnibus admiſſum, catechumenis quandoque panem benedictione ipſa inſignitum, aut mel fuiſſe porrectum: quod ex his D. Auguſtini verbis quidam aſſerunt, lib. de peccatorum merit. & remiſſ. cap. 6. *Quod accipiunt, quamvis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen & ſanctius, quam cibi quibus alimur; quia eſt ſacramentum*, qui quamvis non dicat eſſe panem benedictum aut mel, tamen facile eſt conjicere de iis verba fieri, quod eam rem quam non nominant, cibis quibus ſuſtentamur comparat, & ſacramento, quod de pane conſecratur.

E Ex his quidam huic canoni hanc ſententiam tribuunt, diebus feſtis quos ordinarios & ſimplices vocamus, non niſi ſal catechumenis tamquam ſymbolum pignuſque ſacramenti, atque adeo unionis & conſociationis quæ cum eccleſia eſſe poterat, præbeatur: diebus autem celeberrimis ac religioſiſſimis, ut puta paſchatis, natalis domini, aliiſque ejuſdem generis porrigatur offeraturque panis benedictus aut mel: quo illis quam proxime ad euchariſtiam aſpirare liceret, & ſacramento quodam uti, quod vi & efficacia plus quam quod ſale contineretur, polleret.

Quia feſtis non extraordinariis, ſed ſimplicibus, cum non ſit eccleſiæ mos ac conſilium, fideles euchariſtiam ſibi ſumendam intelligant: ſed tantum panem benedictum, ſacramenta non ſunt mutanda catechumenis, hoc eſt, mel aut panis benedictus loco ſalis non eſt eis dandus, quia fidelibus ſacramenta non mutantur.

Itaque per ſolenniſſimos paſchales dies, non ipſe paſchatis dies ſubintelligendus: neque octo dies illi qui immediate & conſequenter ſuccedunt: Sed illi dies qui inter paſchatis & pentecoſtes tempus interjecti ſunt & interpoſiti. Nonnulli igitur per manus tranſmiſſam hanc con-

ſuetudinem

suetudinem pertinaciter retinebant, ut illis diebus catechumenis panem benedictum dividerent: quod quidem canone isto emendatum, & additum, ut non nisi *solitum sal* daretur: quia per illos dies eucharistia fidelibus non tribueretur.

Sed vereor ne satis firma sit explicatio, nam quamvis olim ab ea non longe abfuerim opinione, me tamen semper incessit quædam suspicio fidelibus & catechumenis nihil unquam commune fuisse, neque veterem illam disciplinam pati potuisse, ut ex eodem pane benedicto utrique sumerent, eumdemque pro sacramento haberent. Præterea verisimile est eos solemnes illos quinquaginta dies inter pascha & pentecostes eucharistiæ sumptione celebrasse, eucharistiaque festos eos fecisse & consecrasse.

Nonnulli illius canonis hanc esse sententiam credunt, non debere catechumenos propria ordinis sui ac status sacramenta mutare, neque aliquid præter sal accipere. Quia fideles sua non mutant sacramenta, & diebus omnibus eucharistiam usurpant, sed si bona fide hunc canonem ejusque mentem & sententiam velimus accipere, & interpretari: hæc explicatio non minus erit submovenda quam proxima. Verba enim canonis innuere videntur fidelibus & catechumenis hæc sacramenta pro tempore mutari potuisse. Quid enim aliud hæc sonant verba, *Quia si fideles per illos dies?* Per alios igitur fideles mutare poterant sacramenta? Item, *per solennissimos paschales dies*, aliis igitur diebus alia non vetantur catechumenis dari mysteria.

Quapropter si cuipiam hæ explicationes, non ita vero affines esse videantur, aliam substituam, sed ita conditam quæ hanc nauseam possit adimere. Oblationes fidelium, panis puta, vini, olei, mellis, lactis & similes, sacramenta a patribus vocantur. D. Innocentius, *non longe portanda sunt sacramenta.* D. Augustinus, *quod accipiunt catechumeni sacramentum est*, quod scilicet, ex iis oblationibus panis præsertim & vini, partes quædam benedictæ circumferrentur, ut a singulis delibatæ, speciem aliquam communionis & mysterii repræsentarent. Ex iis igitur desumebantur minuta illa sacramenta, quibus catechumeni initiabantur; mel puta, lac, sal, & similia, quæ eorum essent sacramenta, quibusve refecti ad eucharistiæ fidem paulatim erigerentur: Nefas quippe erat quicquam illis sacrum aut religiosum porrigere quod ex fidelium oblationibus non esset desumptum: Itaque sal, quod eorum esset præcipuum sacramentum, ex ejusmodi fidelium oblationibus consecrabatur, neque ex privato, aut a fidelibus non oblato sale catechumenorum sacramenta recte conficiebantur: Cetera quoque (ut ex canone Carthaginensi 24. licet colligere) mellis & lactis sacramenta, quibus donabantur catechumeni ex iisdem fidelium oblationibus sumebantur: *Primitiæ autem sive mel, sive lac offerantur uno die consueto ad infantium mysterium. Et si maxime ad altare offerantur, propriam tamen habeant suam benedictionem, ut a dominici corporis sacramento sejungantur.*

Volunt igitur patres, præter salis solitum sacramentum, nihil aliud per illos octo solennissimos paschales dies catechumenis, quod scilicet illis diebus mel aut lac non offerretur a fidelibus, ex quibus consecratio sacramentorum mellis & lactis posset fieri: id enim *fideles sacramenta non mutant*, intelligo; fideles illis diebus non mutasse oblationes suas, nihilque aliud præter panem & vinum obtulisse: Neque huic obstat explicationi quod iisdem ipsis diebus fideles, non magis sal, quam mel offerrent. quia cum esset solitum catechumenorum sacramentum, quemadmodum docet canon, oblatum alias a fidelibus, & consecratum in missæ sacris, in eum usum poterat reservari. Mel autem & lac cum non essent solita eorum sacramenta, neque possent reservari ex iis quæ eodem die offerrentur, debebant desumi & consecrari. Sacramenta igitur non sunt mandata catechumenis, hoc est mel & lac illis diebus non sunt eis danda, quod a fidelibus non offerrentur, ex quorum oblationibus sacramenta catechumenorum essent accipienda. Vt hæc explicatio sensui omnino satisfaceret duo essent probanda. Per illos solennissimos octo dies, præter panem & vinum nihil obtulisse fideles: mellis denique & lactis concordiam alio tempore, quam in ipso baptismo, festis videlicet diebus pro sacramento catechumenis oblatam fuisse; sed ea Observationum lib. 2. observatione ultima explanantur.

AD CANON. XXXII. EIVSDEM CONCILII.

ANNO CHRISTI 397.

CANON hic, in illa rhapsodia & farragine Græca conciliorum Carthaginensium reperitur: in quem Zonaras & Balsamon commentario edito, multa afferunt: sed tantis implicata offusaque tenebris, ut cum inter se pugnent & dissentiant, germanum, & genuinum sensum non attingant; imo inter se discrepantes, potius illum obscurent & pervertant. Nam quod ad primam partem attinet, qua sacerdotibus non licet, sine consensu, imperioque episcopi, pœnitentes in gratiam recipere, non liquido satis, qua de reconciliatione agatur, interpretantur: neque quam ad rem, canon iste revocetur, aut quorsum scriptus sit, aperiunt. In illo autem pœnitentiæ quasi cursu, duplex absolutionis & reconciliationis genus reperiebatur, prima & ultima, seu minor & major (ita enim a Clemente distinguuntur & vocantur libro tertio capite decimo) minor, in fine tertii gradus, altera in calce quarti concedebatur: hanc sacerdotes nunquam, vel si pœnitenti imminentis interitus dies instaret, inconsulto episcopo, ejusque injussu largiebantur, id confirmante 13. canone concilii Nicæni & quarto concilii Carthaginensis tertii. In remotissimis disjunctissimisque ab episcopo locis ac regionibus, in quibus deesse pœnitentium copia non poterat, quarto gradu exacto, cogebantur, aut ad episcopi sedem propriam se conferre, aut curiones, hanc ab episcopo potestatem acceperant, aut chorepiscopi reconciliationem redintegrabant, aut ad extremum episcopatus modicis finibus ac terminis circumscribebatur. Quod si quis, in loco qui ab episcopo procul distaret, in morbum incidisset, suæ pœnitentiæ tempore satis erat ei ad salutem reconciliatio simplex: non igitur de reconciliatione sacramentis, & altario, in illo canone verba sunt. Nam cum necessitatis ratio urgeret, vel sacerdotibus illa potestas non concedebatur: sed de minori & prima illa sermo institutus est, quam ne presbyteri quidem ipsi, nisi cum necessitas ipsa vim afferret, & absente episcopo, conferre poterant: cujus facti atque actionis hæc est ratio. Omnium peccatorum lethalium indicta quædam & imposita pœnitentia (quorsum enim tot exarati canones, in quibus, singulis peccatis pœnam constituunt, tot annorum & cruciatuum? Canones illi significarunt, an vero usquam declararunt, de peccatis se solum loqui, quę essent publica; non vero de his quæ cognitione remota fuissent ac secreta?) quare eorum absolutio & relaxatio in ecclesia fiebat, neque enim cuiquam obscurum, aut inauditum esse potest, omnia quę in ecclesia gererentur, quæque tandem hodie sunt presbyterorum munia, nihil inquam horum, reluctante episcopo, potuisse administrari: pleni sunt harum rerum canones, qui hoc ipsum quod dico, corroborant, ne baptismum quidem sine episcopi permissu, presbyterum conferre potuisse. Sed neque existimandum est eam fuisse canonis illius vim, atque sensum, ut presbyteris non licuerit, cum Deo in gratiam eos revocare ac reducere, qui levissimis quibusdam peccatis, quæ venia digna vocamus, se contaminassent: non autem si in gravissimas, quæ per canones severius castigantur, noxas, incurrissent. Nam ejusmodi peccata, quibus venia tribui facile soleret, presbyteri sine episcopi consensu imperioque absolutione data, delere poterant.

Quod ad ultimam canonis partem pertinet, interpretes inter se aperte diffident, atque pugnant. Zonaras enim videtur eam manuum impositionem cogitare ac præscribere, qua pœnitentiæ copia faciendæ fieret, ait enim *extra ecclesiam manus imponi, & in ordine pœnitentium, ut extra sacros ambitus in statione flentium consistant, collocari canon jubet:* ea enim impositione pœnitentes redigebantur in ordinem *flentium*, primoque in gradu versari, aut hærere primum dicebantur, in quo positi ad ecclesiæ januam, seu portam lamentari, & plorare visebantur. Balsamon aliam quandam hujus canonis intelligentiam esse ratus, ait gravia atrociaque peccata extra ecclesiam clam omnino remittenda, ne si palam, coramque ecclesia in conspectu & oculis omnium defigerentur & condonarentur, fideles quasi quodam injecto scandalo commoti perturbarentur. Ceterum videtur in ea esse sententia, ea mediocri quadam pœnitentia esse vindicanda Canonis tamen hujus veram hanc sententiam esse censeo, si unde omnium fidelium exulcerantur animi, quod quidem omnium oculis pateat, peccatum, crimenque atrocissimum patratum sit, omnino esse præstandum, ut a quo id admissum est, is præter com-

ANNO CHRISTI 397.

munem aliorum conſuetudinem atque morem, ſupplicio quodam exquiſito, quod pro exemplo ſit, pœnas luat: ſed ita, ut ne tranſverſum quidem unguem diſcedat a præſcripto ceremoniarum, aut aſperitatum, quæ tertio gradu comprehenduntur, in terram ſeſe abjiciat, crebra illa manuum impoſitione ante abſidem purgetur, ceteraque precum ac purgationum genera non negligat, idque non illo protrito, aut uſitato, aut aliis tertii gradus pœnitentibus deſtinato, retro ambonem loco fiat, ſed ante abſidem: hoc eſt in patenti eccleſia, & in loco unde ejuſmodi pœnitentes, eorumque purgationes ab omnibus conſpici poſſent. Omnibus quidem pœnitentibus tertii gradus manus crebro imponebantur, & purgabantur retro ambonem, qui locus eſt extra: ſed juxta chorum, ut vocant: an vero ante abſidem idem ſit, ac retro ambonem, & hoc canone nihil aliud ſibi velint patres, niſi ut retro ambonem, purgentur ejuſmodi gravia crimina (alibi enim ſi ita viſum fuiſſet epiſcopo poterant purgari,) an vero ante abſidem, ſit extra eccleſiam, ut aiunt Græci, lectoris erit judicium.

Quæcumque tandem ſit hujuſce vocis *ante abſidem*, notio & ſignificatio, certum eſt hujuſce canonis mentem eſſe, ut eorum graviſſimorum criminum pœnitentia & purgatio, in omnium oculis conſtituatur, exemplique cujuſdam vim, rationemque propoſiti ſubeat. Nec video cur non ea ratione explicandus ſit canon ille, omiſſa illa poſthabita tot diſſimilium explicationum mole ſupervacanea.

De impoſitione manuum non agi, aut tractari, qua pœnitentia permittebatur, quemadmodum Zonaras ſentit, notius eſt, quam ut explicationis majoris indigeat, quod paſſim atque vulgo imponebatur extra eccleſiæ ſepta; & quidem excommunicatis, quibus ingredi templum non liceret. Plane neceſſitas poſtulabat, ut epiſcopus pœnitentiæ copiam illis impoſitione manuum faceret, non in ipſo templo: ſed in ipſius aditu introituque, aut ſane domi ſuæ. Ceterum quis non hoc concedat, ut veriſſimum, quod in eo canone decernebatur, id præter modum, moremque communem excogitatum ad cauſam ſceleratorum maximorumque peccatorum hominum diſtinguendam, eorumque pœnitentiam diverſam ab aliis. Præterea neque in primo, neque in ſecundo gradu, proprie pœnitentiæ aliquis erat uſus, neque complectebatur ſatisfactionis admittendæ pœnas, ideoque probabile eſt, & id rationi conſentaneum de tertio gradu diſceptari: ſed & de impoſitione manuum, quæ adhibeatur; non autem de ea quæ in ipſo limine eccleſiæ, qualis erat impoſitio manuum, qua dabatur, *jus pœnitendi*.

Quod ab Balſamonis explicationem ſpectat, eam ipſam canonis ipſius per ſe lectio refutat, ac repellit: qui tantum abeſt, ut extra eccleſiam abſolutionem dandam præcipiat, ipſoſque pœnitentes lenius tractandos, ut eos novo quodam modo, qui gravioris ſupplicii exemplum præbeat, excruciandos decernat. Sed & unica ratio ſatis momenti ac ponderis, ad id quod volumus probandum haberet: videlicet ſi privatim, & non palam abſolverentur, leviſſimaque pœnitentia irrogaretur: ea re in eccleſiam gravius damnum, & detrimentum potius importari poſſe; quam ſi, publice omnibus ſpectantibus, abſolutionis gratia donarentur, divulgato quippe flagitio, & ante oculos omnium conſtituto, qui fieri potuiſſet, ut cum criminis artifex, auctorque ad ſacram ſynaxim ſe compararet, non omnium fidelium animi commoverentur, & magnopere conturbarentur; ſi conſtaret, publicam illum pœnitentiam effugiſſe, ejuſque ſceleris tam brevi tempore veniam impetraſſe? Neque aliter eſt de ſententia canonis, ac diximus ſentiendum, idemque eſto de pœnis, ceremoniiſque tertii gradus judicium, ut quo teſtatior & illuſtrior illorum pœnitentia, in excelſo & edito quodam loco, qui ante abſidem ducebatur, pœnas impoſitas ſuſtinere.

AD CANON. XXXIV. EIVSDEM CONCILII.

Hoc eſt, ſi, ut quandoque fit pœnitentiæ tempore, pœnitens aliquis gravi morbo conflictari cœpit, ſic ut adverſa ei valetudo vocis uſum adimat, abſolvendus omnino videtur, eique reconciliationis gratia impertienda, ex epiſtola D. Leonis 89. cap. 76. I. Carthaginenſis 20. Arauſiaci 1. primi Vaſenſis 2. At eſt diſcrimen aliquod inter pœnitentes, & eos quos violentia morbi, ante baptiſmum oppreſſos, interceperit: enimvero ſolum abſolvebantur pœnitentes, quibus ex improviſo morbi gravitas vocem intercluſerat: modo conſtaret, ut a peccatis relaxarentur, ante contendiſſe: propterea quod cum ſe pœnitentiam peracturos voviſſent, credibile eſt eos, mentem illam atque voluntatem non immutaſſe, ſed in ea perſtitiſſe. Id colligitur ex duodecimo ſecundi concilii Arelatenſis, ex ſecundo primi Vaſenſis, & ultimo Epaunenſi. Quod ſi fors e vita deceſſiſſent, antequam eis frui abſolutione licuiſſet, non eſt recuſandum, quin per eoſdem canones poſt eorum mortem in eccleſiæ communionem vocarentur. De baptiſmo autem aliud ſentias: neceſſe plane erat, ut ſi Gentili daretur, is ante baptiſmi deſiderio ſe quodam ejus percipiendi teneri præ ſe tuliſſet: Catechumenum quidem non crediderim in id diſcrimen vocatum, ut de ejus baptiſmo dubitaretur, quamvis morbus loquendi facultatem ei præripuiſſet; quod ejus animus, voluntas & cupiditas toto catechumenatu nemini non cognita, dubitationem omnem de dando baptiſmo tolleret: ſecus in alio qui catechumenus non eſſet, exploranda ejus erat voluntas atque ſententia. Vno verbo idem erat de catechumenis & pœnitentibus judicium. Nam quamvis obmutuiſſent, & tam præcipiti valetudine, ut ne quidem baptiſmi aut abſolutionis petendæ ſpatium habuiſſent, abſolvebantur tamen, & baptizabantur. Gentilibus, aut excommunicatis & apoſtatis non eadem gratia: nam neque adjuvabantur ab eccleſia, neque his ſacramentis, niſi ea petiiſſent, aut nutu, aut ſigno, ſe ea petere oſtenderent, donabantur.



VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA ANASTASII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

[a] ANASTASIVS natione Romanus ex patre Maximo, [b] ſedit annos tres, dies decem. [c] Hic conſtituit ut quotieſcumque ſancta euangelia recitarentur, ſacerdotes non ſederent, " ſed curvi ſtarent. Hic fecit conſtitutum de eccleſia. Hic fecit baſilicam, quæ dicitur Creſcentiana, in regione ſecunda, in via Mamertina in urbe Roma. Et hoc conſtituit, nulla ratione tranſmarinum hominem in clericatus honorem ſuſcipi, niſi quinque epiſcoporum deſignaret chirographos, quia & eodem tempore Manichæi inventi ſunt in urbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Decembrem, preſbyteros " octo, diacones quinque, epiſcopos per diverſa loca decem. Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio ſuo ad urſum pileatum, quinto Kalendas Maii. Et ceſſavit epiſcopatus dies viginti unum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Anaſtaſius.*] Poſt obitum Siricii & interregnum viginti dierum, pridie Idus Martias, anno domini 398. qui eſt Arcadii & Honorii quartus, Anaſtaſius, teſte Hier. vir inſignis, ditiſſimæ paupertatis & apoſtolicæ ſolicitudinis, apoſtolicam ſedem Origeniſtarum turbinibus agitatam occupat, *ſtatimque*, inquit Hier. *noxium caput percutit, & ſibilantia hydra ora compeſcuit.* Ioannes cognomento Chryſoſtomus Antiochia abductus, poſt obitum Nectarii, Conſtantinopolitanus epiſcopus eligitur: ejuſque auctoritate Africanæ eccleſiæ pax & concordia reddita fuit. Gainæ pro Arianis templum petenti negavit. Arianos in contumeliam conſubſtantialis cantilenas cantantes, cantilenis catholicis oppreſſit; ac demum tumultuantes, prohibitis eorum cantilenis, urbe expellit. Ob patrociniam miſerabilium viduarum adverſus Eudoxiam imperatricem, avaritia inſatiabili laborantem, ſuſceptum, ejus offenſionem graviter incurrit. Hoc tempore præclarum illud de euchariſtia miraculum contigit: quo buccella profana, pro ſacra euchariſtia dentibus admota, in lapidem converſa fuit. De quo Sozom. lib. 8. c. 5. Origenis hæreſes jam ante concilio Alexandrino damnatas, Anaſtaſius auctoritate apoſtolica condemnat, & per encyclicas totum orbem terrarum hac de re certiorem reddit. Hieron. epiſt. 78. & Apol. lib. 1.

Quibus

Quibus damnatis, Rufinum, qui ea de causa S. Hieronymum scriptis suis graviter exagitarat, per literas Romam evocat. Cum scriptis apologiis ad rem parum spectantibus se defenderet, & venire contemneret, in absentem sæpe vocatum damnationis sententiam intorquet. Hieron. apologia ad Rufinum, & epist. Anast. ad Ioannem Hierosolymitanum.

b *Sedit annos tres.*] Verius annos quatuor, mensem unum & dies tredecim. Omnium enim consensu, obiit in fine mensis Aprilis; non quidem anni 401 sed 402. Nam ex concilio Africano 3. Idibus Septembris, Vincentio & Flavita consulibus, sub Anastasio celebrato constat, eum tunc adhuc in vivis superstitem fuisse. Quare cum auctoritate Marcellini comitis, & Prosperi in suis chronicis, initium Innocentii referatur ad Arcadii & Honorii consulatum v. qui est Christi 402. ejusdem anni mense Aprili Anastasium e vita migrasse, atque adeo facta computatione annorum ab initio & sedis ingressu, tempore supradicto pontificatum tenuisse oportuit. Baron. anno 401 num. 42.

c *Constituit ut quotiès euangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curvi starent.*] Occasio hujus decreti sanciendi hinc fluxisse videtur. Tempore Anastasii Romæ inter presbyteros & diacones gravis contentio oborta fuit. Hi enim administrantes res ecclesiæ, supercilio elati, presbyteros spernebant. Presbyteri autem in eosdem insurrexere, atque ex consuetudinis Romanæ ecclesiæ præscripto, ipsis sedentibus eos stare debere contendebant. Sed eo usque contentio pertinax progressa est, ut etiam cum stantes diaconi coram populo legerent euãgelium, presbyteri tamen minime a sessione exurgerent. Anastasius itaque hoc factum merito detestatus, hujusmodi decreto emendandum esse putavit. Hæc ex Augustino & Hieronymo Baronius anno 402. num. 45. Quod autem diaconi Romanæ ecclesiæ majori fastu tumescerent, testimonio sancti Augustini, accidit partim propter magnificentiam urbis Romanæ, quæ omnium civitatum caput esse videretur: partim etiam quod ordinandis presbyteris astarent, causas diversorum ad summum pontificem referrent, acceptaque ab eo responsa petentibus redderent. Ex bonorum vero administratione, non Romæ tantum, sed ubique majore obsequio diaconi quam sacerdotes frequentabantur; eaque occasione adversus presbyteros cervicem erigebant. Apud S. Gregorium libro secundo epistola 14. 15. & 16. Honoratus archidiaconus Salonitanus conquestus est degradari se potius, quam provehi, cum ab eo in presbyterum ordinari tentaretur, non aliam sane ob causam, quam quod diaconi majore honore propter bonorum administrationem sibi commissam a populo observarentur. Quid vero ad hujusmodi procaciam retundendam contra eos statutum sit, vide can. 18. concilii Nicæni, & Arelat. 1. supra.

EPIST. I. ANASTASII PAPÆ I.

AD OMNES GERMANIÆ AC BURGUNDIÆ episcopos.

I. *Ut sanctum euangelium universi, non sedentes, sed stantes audiant.*

II. *Transmarini quomodo ad clerum recipi debeant.*

III. *De Manichæis in urbe Romana repertis.*

Anastasius episcopus cunctis Germaniæ & " Burgundiæ regionis episcopis in domino salutem.

Exigit dilectio vestra ", carissimi, ut ex auctoritate sedis apostolicę vestris deberemus respondere consultis. Et quamvis non prolixe, sed succincte hoc agere, propter quasdam alias occupationes festinaremus, denuo tamen, si necesse fuerit, ob has vel alias necessitates, quasi ad caput, mittere caritative non dubiteris, quia vestras preces & nunc & tunc acceptas habemus.

I.

Significastis enim quosdam sacerdotes in ecclesia, quando leguntur euangelia, sedere, & domini salvatoris verba non stantes ", sed sedentes audire, & hoc ex majorum traditione se accepisse narrant: quod ut nullatenus deinceps fieri sinatis, apostolica auctoritate mandamus. Sed dum SS. euangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes & ceteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curvi, in conspectu sancti euangelii stantes, dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

II.

Similiter & transmarinos homines, de quibus nos consuluistis, in clericatus honore nolite suscipere, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati; quia multa per subreptionem " solent evenire. Ideo & hæc summopere sunt cavenda.

Distin. 98. Transmarinos. & in decret. Ivo. lib. 3.
" Can apostol. 34. interpr. Dionysio.

III.

Manichæos " vero, quos in urbe Roma invenimus, & sequaces eorum nolite recipere, neque eis communicare, aut ullam cum eis participationem habere, priusquam ad rectam convertantur fidem; ne eorum male " pullulãtia semina, quæ a nobis in urbe extinguuntur, pessimis vobiscum radicibus seminentur vel germinent. Plurimos vero eorum, & suæ sequaces impietatis, atque illorum doctores investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas & censura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus: & ut damnarent Manichæum cum prædicatione & disciplinis suis, publica in ecclesia professione & manus suæ subscriptione compulimus: & ita de voragine impietatis suæ confessos, pœnitentiam concedendo, levavimus. Aliquanti vero, qui ita se demerserunt, ut nullum his auxiliantis remedium posset subvenire, subditi legibus, secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo sunt exilio relegati, & omnia quæ tam in scriptis, quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid fugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione * probavimus, adeo ut ipse qui eorum dicebatur episcopus, a nobis tentus, proderet flagitiosa in suis * mysteriis, quæ teneret, sicut gestorum vos series poterit edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus: quibus lectis, omnia quæ a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne absolverentur, * arctior reatus involverat: cognovimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus, ut effecta certior sanctitas vestra, solicitius agere dignetur & cautius, nec ubi Manichææ perversitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, & hujus sacrilegii possint invenire doctores ". Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt perversi * doctores & perditi, zelo fidei dominicæ persequamur, & a sanis mentibus (ne pestis hæc latius divulgetur) severitate, qua possumus, abscindamus. Unde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis, solicitudine vigiletis ad investigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Hi fratres, valde cavendi sunt, ne dominicum gregem perversitatibus, quibus possunt, contaminare valeant. Sunt " ergo quidam eorum veste sua oves significantes; interius vero lupi rapaces existunt: *Quos* (juxta veritatis vocem) *ex fructibus eorum debemus agnoscere.* Quando autem cœperint assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inveniuntur quoque infirmæ fidei homines, & qui divinas lectiones sitiunt, secum eos

" Videndus liber pontificalis in vita hujus pontificis.
" S. Leo 1. c. 2. & epist. 2. quam consule ut fucum deprehendas
* propalavimus,
* mysticis
* atrocior
" ex S. Leone Hadr. II. ep. 17.
* proditores al. perditores, ita ms. Iustell.
" Flavianus ep. CP. c. 2. ep. 1. ad S. Leonem.
Matth. 7.

in perditionem præcipitant. Diſſipant enim & vituperant patrum diſciplinas, & relinquunt ſanctas ſcripturas ad ſuam perditionem. Quos, ut prædictum eſt, debemus prævidere, & ab his multum cavere, ne in malitia ſua aliqui occupati, concidant de ſua firmitate. Saluto " itaque vos, fratres, & omnes quæ vobiſcum bene ſentiunt, eccleſias. Nos quoque, ut modo facitis, & alloquamini, peto, crebrius literis, & frequentius de fide & bona intentione veſtra atque ſoſpitate, lætificate, ut & gaudium commune habeamus, & domino pari voto fideliter ſerviamus. Data Nonis Octobris, " Arcadio & Bautone viris clariſſimis conſulibus.

"Innoc. ep. 15. & 14.

"anno 385. quo vivebat Siricius.

Nota Severini Binii.

Epiſtolæ Anaſtaſii quę & quot. An prima epiſtola ſubreptitia ſit.

a *Epiſtola.*] Anaſtaſius plures ſcripſit epiſtolas in cauſa Origeniſtarum & Donatiſtarum, & inter alias ad Vrſinum de incarnatione filii Dei, cujus tria extant fragmenta in appendice ad breviarium Liberati diaconi. Hæc ſi, quod reperitur in fine illius, ſcripta fuit Arcadio atque Bautone conſulibus, anno domini 385. atque adeo quatuordecim annis ante ingreſſum Anaſtaſii exaratam fuiſſe oportet. Vnde ſi eam legitimam & non potius ſuppoſititiam eſſe velimus, apparet, eam vel aliis pontificibus quam Anaſtaſio adſcribendam eſſe, vel in notam conſularem mendum irrepſiſſe. Impoſturæ ſuſpicionem auget, quod maxima pars epiſtolæ, qua agitur de Manichæis, reperiatur apud ſanctum Leonem magnum Romanum pontificem, in epiſtola illius ſecunda ad univerſos Italiæ epiſcopos ſcripta. Hæc poſt Surium Baronius anno 402. num 48.

EPISTOLA II. ANASTASII PAPÆ I. AD NERIANUM.

Nerianum religioſum virum ob parentum amiſſionem ſolatur.

Dilectiſſimo fratri Neriano Anaſtaſius.

"S. Leo ep. 59.

MULTA mihi in omnibus " fidei & bonitatis tuæ literis cauſa gaudii eſt, quod tantum ſtudium circa religionis cultum exhibes, & domini ſacerdotes tuis in partibus adjuvare ſtudes. Vnde & Deo gratias ago, qui te ad hoc inſtigat, & ut perſeverabilem in bonis operibus te faciat, exoro. Vos tamen & in proſperis & in adverſis Deum laudare magnifice oportet, ejus ſub potenti humiliari manu: *Vt in tempore vos tribulationis* (juxta Petrum apoſtolum) *confortet & exaltet.* Fraternitatis ergo veſtræ " afflictio, quam de amiſſione parentum veſtrorum vos habuiſſe audivimus, tantam nobis cauſam mœroris injecit, ut quia nos de duobus caritas unum fecit, cor noſtrum in veſtris ſpecialiter uri tribulationibus ſentiremus. Sed in hoc dolore multum me conſolata eſt ſanctitatis tuæ ad animum res deducta, quia * & patiēter ferre triſtitiam decet, & de morte plebis tuæ ulterius longam non habere mœſtitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in veſtra mente reſideat, hortor * quieſcere a dolore: quia indecens eſt, te illis tædio affectionis addici, quos credendum eſt ad veram moriendo vitam pervenire. Habent forſitan illi juſtam longi doloris excuſationem, qui vitam alteram neſciunt, qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem qui novimus, qui credimus & docemus, contriſtari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc nobis magis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt; contra " quod quiſque prædicator queritur, juſtitiam amans, dicente apoſtolo: *Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent.* Hac itaque, frater cariſſime, ratione perſpecta, ſtudendum nobis eſt, ne (ſicut diximus) de mortuis affligamur, ſed affectum viventibus impendamus, quibus & pietas ad utilitatem, & ſit ad fructum dilectio. Depone ergo, cariſſime, mœrorem, & aſſume ſpiritualem fructum lætitiæ ad utilitatem ſanctæ Dei eccleſiæ, ſervorumque ejus profectum: & vitæ " hujus quæcumque ſunt ſpatia æternis divinisque officiis illuſtrare contende, ut qui inſignem te præſtitit, reddat per ſæcula clariorem. b Data ſeptimo Idus Iunii, Theodoſio Auguſto VII. & Palladio " viris clariſſimis ' conſulibus.

1. *Pet.* 5.

" S. Greg. ep. 113. lib. VII. quam lege

* qua

* quieſce

13 q 2. Habent forſitan.

" hoc quod quiſque prædicat torqueri mœſtitia mentis, dicente, &c. ita mſ. Iuſt.

2. *Theſſ.* 4.

Notæ Severini Binii.

a *Epiſtola II.*] Eadem fere ſuſpicione impoſturæ hæc, ſicut etiam præcedens epiſtola, laboraret, ſi non in manuſcriptis codicibus nota conſularis hic circa finem addita abeſſet. Septimus enim conſulatus Theodoſii, habens collegam Palladium, incidit in annum domini 416. qui eſt 15. poſt obitum Anaſtaſii. Qua ratione iſto tempore Anaſtaſius epiſtolam ſcripſiſſe dicatur, non video. Ne igitur totius epiſtolæ fides & auctoritas periclitetur, ob manuſcriptos codices, unde hæc Anaſtaſii in tomum primum epiſtolarum pontificiarum relata eſt; notam conſularem in fine ſuperadditam, hac virgula cenſoria perſtringendam eſſe judicavimus.

b *Data ſeptimo Idus Iunii.*] Hæc eſt illa conſularis nota, de fide integre ſuſpecta, quæque tomo primo epiſtolarum pontificiarum ab hac epiſtola ex manuſcriptis codicibus ſcripta, abeſt.

"EPISTOLA III. ANASTASII PAPÆ I. AD IOANNEM HIEROSOLYM. EPISCOPUM.

A Ioanne Hieroſolymorum epiſcopo Anaſtaſius pontifex de Rufino, qui Origenis librum e Græco in Latinum ſermonem verterat, conſultus, reſpondet ſe hominem approbare, ſi Origenis errores tamquam execrandos prodat; ſecus autem, ſi illis fidem habeat.

PROBATÆ quidem affectionis " eſt hoc, ut laudabiliter de ſacerdote ſacerdos loquaris. Pro tanto igitur præconio, quod in merita mea effuſiſſime contuliſti, ut amori tuo gratias ago, ita ſplendorem tuæ ſanctitatis & eas, quas in domino habes virtutes ſubinde quodammodo parvitatis noſtræ favorabilis ſermo proſequitur; tam eminenter vir omnium præſtantiſſime, laudum tuarum fulges nitore conſpicuus, ut par eſſe meritis ſermo non poſſit. Porro autem tanto titulorum tuorum rapior incitamento, ut etiam quod impetrare nequeo, audere non deſinam. Iam hoc de laudibus eſt tuis, quod me tantum de cæleſtis animi iſtius ſerenitate laudaſti. Tui enim epiſcopatus ordo perſpicuus per diverſum orbem velut radians, etiam ad nos ſplendoris ſui detulit claritatem. In me quippe totum amicitiæ tribuis, examini nihil relinquis. Aut ſi jure me laudas, tu quoque ſimiliter relaudandus non es? obſecro igitur ob utrumque, ut memetipſum laudare jam deſinas. Duplex enim cauſa me hoc poſcere conſtringit, ne conſacerdotis tui ſenſibus aut dolorem falſa laus ingerat, aut pudorem vera ſuccendat. ſed ad cauſam revertar. Rufinus de quo me conſulere dignatus es, conſcientiæ ſuæ habet arbitrum divinam majeſtatem, apud quam ſe integro devotionis officio ipſe viderit qualiter debeat approbare. Origenes autem, cujus in noſtram linguam compoſita derivavit, ante quis fuerit, in quæ proceſſerit verba, noſtrum

ſtrum propoſitum neſcivit. Quod vero ſit animi mei ſtudium, cum tua paulisper hoc conferam ſanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod qui urbis noſtræ populis de tranſlata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus velut nebulam excitans injectam, fidem apoſtolorum, majorum traditione firmatam, velut deviis aufractibus illum voluiſſe diſſolvere. Diſcere hoc loco libet, quid agat in Romanam linguam iſta tranſlatio. Approbo, ſi accuſat auctorem, & execrandum factum populis prodit: ut juſtis tamdem odiis teneatur, quem jamdudum fama conſtrinxerat. Si vero interpres tantorum malorum erroribus conſenſum præſtat, & legenda impia dogmata prodit in populos; nihil aliud ſui opera laboris extruxit, niſi ut propriæ velut mentis arbitrio, hanc quæ ſola, & quæ prima apud catholicos Chriſtianos vera fides jam ab apoſtolis exinde uſque ad tempus præſens tenetur, inopinatæ titulo aſſertionis everteret. Abſit hæc ab eccleſia Romana nequaquam catholica diſciplina. Numquam profecto eveniet, ut aliqua hoc admittamus ratione, quod jure meritoque damnamus. Quapropter in toto orbe Chriſti Dei noſtri diffuſa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non poſſe, quæ eccleſiam maculent, probatos mores evertant, aures circumſtantium vulnerent, jurgia, iras, diſſenſioneſque diſponant. Quare noſce qualem epiſtolam ad fratrem & coepiſcopum noſtrum * Venerium diligentiori cura perſcriptam parvitas noſtra tranſmiſerit, ſibique hanc conſcientiam fecerim, quod non ſuperflua laborem formidine, neque vano timore ſoliciter: mihi certe cura non deerit euangelii fidem circa meos cuſtodire populos, parteſque populi mei per quæque ſpatia diverſa terrarum diffuſas, quantum poſſim, literis convenire: ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ devotas mentes immiſſa ſui caligine labefactare conetur. Illud quoque quod eveniſſe gaudeo, tacere non potui, beatiſſimorum principum manaſſe reſponſa, quibus unuſquiſque Deo ſerviens, ab Origenis lectione revocetur: damnandumque ſententia principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus ſententiæ meæ forma proceſſerit. Quod te vero vulgi de Rufino querela ſolicitat, ut quoſdam malis ſuſpicionibus perſequaris; hanc etiam opinionem conſtringam divinæ lectionis exemplo, ſicut ſcriptum eſt: *Non ſicut videt homo, ita & Deus. Nam Deus videt in corde, homo in facie.* Itaque, frater cariſſime, omni ſuſpicione ſepoſita, Rufinum ſcito, quod propria mente Origenis dicta in Latinum tranſtulit ac probavit: nec diſſimilis ab eo eſt, qui alienis vitiis præſtat aſſenſum. Illud tamen ſcire cupio, ita haberi a noſtris partibus alienum, ut quid agat, ubi ſit, neſcire cupiamus. Ipſe denique viderit ubi poſſit abſolvi.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum.*] Hic aliquando Origenis errores ſectatus, per ſanctum Hieronymum meliori frugi redditus, fide deinceps catholica his temporibus ſaltem exterius nituit. De ipſius ſede, ut catholicæ fidei egregii profeſſoris, hæc Auguſtinus contra Petilia. lib. 2. c. 51. *Cathedra tibi quid fecit Romanæ eccleſiæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet: vel eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet, quibus nos in catholica unitate connectimur, & a quibus vos nefario furore ſeparatis?* Sed in ſententia uſque ad finem minime perſtitiſſe refert Baron. anno 415. Anaſtaſius hanc epiſtolam ſcripſit adverſus Rufinum. Hieronymus in apologia ſua contra Rufinum ejuſdem Ioannis frequentiſſime meminit. Baron. anno 397. num. 38. Item anno 401. num. 26. & 30.

ANNO CHRISTI 398.

a CONCIL. CARTHAGINENSE

b NOMINE ET TEMPORIS ORDINE QVARTVM, habitum ab epiſcopis 214. c æra 436. ſub Anaſtaſio, qui hoc anno pontificatum inivit; & eſt provinciale, probatum a Leone III.

TITVLI CAPITVLORVM.

ANNO CHRISTI 398.

teri ministret.

XXXIX. *Vt diaconus, jubente presbytero, sedeat.*

XL. *Vt diaconus coram presbyteris interrogatus, respondeat.*

XLI. *Vt diaconus tempore tantum officii, albam induat.*

XLII. *De clericis, qui pro fide tentati sunt.*

XLIII. *De his qui pro fide ab infidelibus persecutiones passi sunt.*

XLIV. *De tonsura clericorum.*

XLV. *De habitu clericorum.*

XLVI. *De continentia clericorum.*

XLVII. *De incessu clericorum.*

XLVIII. *De clericis, qui extra necessitatem ad nundinas vadunt.*

XLIX. *De vigiliis clericorum.*

L. *De clericis ab officio continentibus.*

LI. *De clericis, ut artificio victum quaerant.*

LII. *De clericis, qualiter sibi victum & vestitum quaerant.*

LIII. *Vt artificiolum & literas discant clerici, qui operari possunt.*

LIV. *De clericis invidis.*

LV. *De clericis accusatoribus.*

LVI. *De clericis adulatoribus & proditoribus.*

LVII. *De clericis maledicis.*

LVIII. *De clericis frequenter litigantibus.*

LIX. *De clericis discordantibus.*

LX. *De clericis turpiloquis sive vagis.*

LXI. *De clericis per creaturas jurantibus.*

LXII. *De clericis inter epulas cantantibus.*

LXIII. *De clericis sanis, jejunia polluentibus.*

LXIV. *De his qui studiose dominico die jejunant.*

LXV. *De pascha suo tempore celebrando.*

LXVI. *Vt clericus ab episcopo injuste damnatus, recurrat ad synodum.*

LXVII. *De seditionariis aut usurariis, ne clerici fiant.*

LXVIII. *Vt ex poenitentibus ordinatus clericus deponatur.*

LXIX. *Vt episcopus, viduae vel repudiatae maritum ad clerum promovens, deponatur.*

LXX. *Vt clericus haereticorum convivia vel consortia fugiat.*

LXXI. *Quod haereticorum coetus, non ecclesia, sed conciliabulum sit.*

LXXII. *Quod cum haereticis nec orandum sit, nec psallendum.*

LXXIII. *Vt cum excommunicatis communicans vel orans, excommunicetur.*

LXXIV. *De poenitentium lege.*

LXXV. *De negligentioribus poenitentibus.*

LXXVI. *De poscentibus poenitentiam, si postea obmutescant.*

LXXVII. *De poenitentibus, ut in morte viaticum accipiant.*

LXXVIII. *De poenitentibus, si post viaticum supervivant.*

LXXIX. *De poenitentibus, si casu aliquo moriantur.*

LXXX. *De manus impositione super poenitentes.*

LXXXI. *Vt poenitentes mortuos efferant & sepeliant.*

LXXXII. *Vt poenitentes semper genua flectant.*

LXXXIII. *De senibus honorandis.*

LXXXIV. *Vsque ad missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur.*

LXXXV. *Vt qui baptizandi sunt, nomen dent, & a vino & a carne abstineant.*

LXXXVI. *Vt nuper baptizati caste & continenter vivant.*

A LXXXVII. *De catholicis, qui causam apud infideles proponunt.*

LXXXVIII. *De his qui ecclesia praetermissa ad spectacula pergunt.*

LXXXIX. *De his qui auguriis, vel incantationibus, vel Iudaicis superstitionibus serviunt.*

XC. *De energumenis.*

XCI. *Item de energumenis.*

XCII. *De victu energumenorum.*

XCIII. *Vt oblationes discordantium non recipiantur.*

XCIV. *Vt oppressorum pauperum oblationes non suscipiantur.*

XCV. *De his qui oblationes defunctorum ecclesiis fraudant.*

XCVI. *De accusatore & accusato.*

B XCVII. *De eo qui religiosis feminis praeficitur, ut probetur.*

XCVIII. *Vt laicus praesentibus clericis non doceat.*

XCIX. *Vt mulieres publice docere non praesumant.*

C. *Vt mulieres baptizare non praesumant.*

CI. *De viduis, adolescentibus & infirmis.*

CII. *Ne clerici viduarum familiaritati associentur.*

CIII. *De viduis quae ecclesiae stipendiis sustentantur.*

CIV. *De viduis quae professae continentiam, praevaricatae sunt.*

Pro universorum capitulorum sequentium titulo universali ponebatur, tam in Gemblacensis coenobii codice,
C quam S. Bavonis in Gandavo, solum istud. *Ex eodem Crabbo.*

STATVTA ' ECCLESIÆ ANTIQVA.

AVGVSTO Honorio quarto & Eutychiano consulibus, sexto Idus Novembris, cum Aurelius episcopus in concilio universali, Carthagine in secretario cum omnibus consacerdotibus suis consedisset, placuit cum eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta synodo, constituere haec, quae ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplinis. Ibi in principio constitutum est, qualis ordinari debeat episcopus.

D

CAPITVLA.

I.'

Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis * cavens, si ' humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est Patrē &
E Filium & Spiritū sanctum, unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coaeternalem, & coomnipotentem praedicans: si singularem quamque in Trinitate personam plenum Deum: si incarnationem divinam non in Patre neq; in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantū credat, ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris

ANNO CHRISTI 398.

matris Filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simul in eo ambæ naturæ, id est, Deus & homo, una persona, unus Filius, unus Christus, unus dominus creator omnium quæ sunt, & auctor, & dominus, & rector, cum Patre & Spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte; resurrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet judicare vivos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si novi & veteris testamenti, id est, legis & prophetarum, & apostolorum unum eumdemque credat auctorem & Deum. si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat hujus quam gestamus, & non alterius, carnis resurrectionem: si credat judicium futurum, & recepturos singulos pro his quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel gloriam: si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non damnet, si carnium perceptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quam illa quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur: si extra ecclesiam catholicam nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatus, inventus fuerit plene instructus, tunc cum consensu clericorum & laicorum, & conventu totius provinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel præsentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his patrum diffinitionibus acquiescat. In cujus ordinatione etiam ætas requiratur, quam sancti patres in præeligendis episcopis constituerunt. Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur.

II. 90.

Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant & teneant evangeliorum codicem super caput & * cervicem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant.

* * *In codice Barberino ante canonem 90. tamquam hujus atque sequentium canonum titulus præfigitur:* Recapitulatio ordinationis officialium ecclesiæ.

III. 91.

Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes sunt, manus suas juxta manum episcopi super caput illius teneant.

* * *In eodem cod. Barb. num. 13. hic habetur canon:* Sacerdotibus ordinandis etiam & alii requirantur.

IV. 92.

Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. — Ibi. Diaconus dum ordi.

V. 93.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu vero archidiaconi, urceolum cum ' aqua, & mantile, & manutergium. — Ibid. Subdiaconus. — ' aquimanile ac manitergium * aquamanilem,

VI. 94.

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & urceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. — Ibid. Acolythus.

VII. 95.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive ' baptizatum, sive catechumenum. — Ibi. Exorci — 'baptizandum *& desunt cetera.*

VIII. 96.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, & esto * lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverint. — Ibi. Lector; — * relator

IX. 97.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claves ecclesiæ de altario, dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur. — Ibi Ostiarius.

X. 98.

Psalmista, id est, cantor potest absque scientia episcopi, sola jussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, ut quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes. — Ibid. Psalmist.

XII. 99.

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni & sanctimoniæ aptis. — Ibid. Sanctimonialis.

XII. 100. A

Viduæ vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, ut possint * apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori ' interrogatæ respond ant, & qualiter, accepto baptismate, ..vant.

* aperto

' ad interrogata

XIII. 101.

Dist. 23. & 30. quæst. 5. Sponsus & sponsa.

ᵉ Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel paranymphis offerantur. Qui cum benedi- B ctionem acceperint, ead m nocte pro reverentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant.

XIV. 1.

Dist. 41. Episcopus vilem.

Vt episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat.

XV. 4.

Ibidem.

Vt episcopus vi'em supellectilem, & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat.

XVI. 5. C

Dist. 37. Episcopus gent. lib.

ᶠ temporis

Vt episc.pus gentilium libros non legat, hære: corum autem pro necessitate ' & tempore.

XVII. 7.

Dist. 88. Episcopus.

Vt episcopus gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

XVIII. 6.

Ibidem.

Vt episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

XIX. 8.

14. qu. 1. Episcopus.

Vt episcopu· pro rebus transitoriis non litiget provocatus. D

Gratianus & quidam vetusti codices sic legunt hunc canonem. Vt episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis * litiget. Expositionem canonis lege apud Gratianum loco hic citato.

* *Barberinus insuper addit negationem*, non litiget.

XX. 3.

Distin. 88. Episcopus nullam rei.

Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, s d lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

XXI. 9.

Distinct. 18. Episcopus ad synod.

Vt episcopus ad synodum ire non sine satis gravi necessitate inhibeatur: sic tamen, ut in sua persona legatum mittat, E suscepturus, salva fidei veritate, quidquid synodus statuerit.

XXII. 10.

Dist. 24. Episcopus sine consilio.

ᵈ presbyterorum.

Vt episcopus sine consilio ' clericorum suorum, cleri os non ordinet, ita ut civium conniventiam & testimonium quærat.

Admodum antiqui codices hic addunt: Quod si præcepta ordinatione in fraude inventus fuerit, ipsi qui cum testimoniant, quamdiu episcopo visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceantur.

XXIII. 14.

Vt episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum: alioquin irrita erit sent..tia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

15. q. ... Nullam causam. De ... dist. 1. ... sacerdote ...

XXIV. 31.

Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

XXV. 47.

Dist. 9... Dissidentes.

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

XXVI. 54.

Dist. 9... Statuendum est episcopis.

ᶠ studendum est ... ᵍ cohortentur

'Statuendum est episcopis, ut dissidentes fratres, sive clericos, sive laicos, ad pacem magis quam ad judicium ' cohortentur.

XXVII. 11.

7. q... episcopus ... loco ignobili. ' ambitionem

Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem per ' ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si id utilitas ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum episcopis porrecto, * in præsentia synodi transferatur, nihilominus alio in ' loco ejus episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

* per ... tentiam ... *ita &* ... ' locum

XXVIII. 51.

11. q. ... Irritam esse injustam.

Irritam esse injustam episcoporum damnationem: & idcirco a synodo retractandam.

XXIX. 89.

6. q. ... Episcopus si clerico.

Episcopus, si clerico vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in synodum.

XXX. 53.

3. qu. 9. Caveant.

Caveant judices ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo & causam in synodo profecto dabunt.

XXXI. 15.

12. q. 2. except. ne.

Vt episcopus rebus ecclesiæ, tamquam commendatis, non tamquam propriis, utatur.

ᵃ * * *In codice Barberino hæc subjiciuntur:* Diacones & presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare; quia res sacratæ Deo esse noscuntur. similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissis, ut superius dictum est, immutilare præsumant. quod si facere voluerint convicti in concilio, de suo proprio aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse. Sane si quis per quamlibet conditionem de rebus ecclesiæ aliquid alienare voluerit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse, tunc demum illum stare licebit. Ita tamen libertos, quos sacerdotes, presbyteri vel diacones de ecclesia sibi commissa facere voluerint actis ecclesiæ prosequi jubemus: quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

XXXII. 50.

Ibidem.

Irrita erit donatio episcoporum, vel venditio,

vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque conniventia & subscriptione clericorum. A

XXXIII. 56.

Episcopi vel presbyteri si causa visitandæ ecclesiæ ad alterius ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur.

XXXIV. 12.

Ut [f] episcopus quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur. B

XXXV. 2.

[g] Ut episcopus in ecclesia, & in consessu presbyterorum, sublimior sedeat. Intra domum vero, collegam se presbyterorum esse cognoscat.

XXXVI. 87.

Presbyteri, qui per diœceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis; nec per juniorem clericum, sed aut per ipsos, aut per illum qui sacrarium tenet, ante paschæ solennitatem chrisma petant.

XXXVII. 57. C

Diaconus ita se presbyteri, ut episcopi ministrum noverit.

XXXVIII. 58.

Ut diaconus, præsente presbytero, eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.

XXXIX. 50.

Ut diaconus quolibet loco, jubente presbytero, sedeat.

XL. 61.

Ut diaconus in conventu presbyterorum interrogatus loquatur.

XLI. 60. D

Ut diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis, alba utatur.

XLII. 71.

Clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum.

XLIII. 70.

Christianum catholicum, qui pro catholica fide, & pro ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni a sacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus administretur. E

Hunc canonem pervetusti codices ita habent: Christianum catholicum, qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore a sacerdotibus honorandum, etiam in quotidiani victus ministerio.

XLIV.

Clericus nec comam nutriat, nec *barbam.

Alias,* barbam tondeat: ita in lib. Gemblacensi. Alias ', barbam radat, additur in libro Gandensi S. Bavonis, titulo: Statuta ecclesiæ antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent, Radat, vel tondeat: ut sit sensus, clerico nec comam nec barbam nutriendam. *Crabbus.*

XLV. 26.

Clericus professionem suam ' & in habitu & in incessu probet: & ' nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

Anno Christi 398. Dist. 41. clericus professionem. ' etiam habitu. ' ideo

XLVI. 27.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

XLVII. 28.

Clericus per plateas & andronas, nisi certa & maxima officii sui necessitate, non ambulet.

XLVIII. 34.

Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur. — Dist. 91. clericus quilibet.

XLIX. 35.

Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis privetur. — Ibid. cler. vict.

L.

Clericum inter tentationes ob officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo removendum. — Ibid. cler. quilibet.

LI. 79

Clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, * [i] artificio victum quærat. — Ibidem. * artificio honesto victum & vestitum.

LII. 29.

Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura, absque officii sui ' detrimento, paret. — Ibidem. ' dumtaxat

LIII. 45.

Omnes clerici, qui ad operandum ' validiores sũt, & artificiola & literas discãt. — ' validi

LIV. 42.

Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur. — Dist. 46. clericus invidens.

LV. 17.

Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. — Ibid. accusatores fratrum.

LVI. 43.

Clericus, qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur. — Ibid. cler. qui adul.

LVII. 44.

Clericus maledicus, maxime in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur. — Ibid. cler. mal.

LVIII. 46.

Ejus qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absque grandi ' examine recipiat. — ' examinatione

LIX. 48.

Discordantes clericos episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes synodus * per audientiam damnet. — Dist. 90. dist. * audaciam

LX. 73.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio retrahendum. — Dist. 46. cleri.

ANNO CHRISTI 398.

LXI. 74. A

21. q. 1. Clericum per crea. — Clericum per creaturas jurantem, acerrime objurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum.

LXII. 75.

Ibidem. — Clericum inter epulas cantantem, supradictæ sententiæ severitate coercendum.

LXIII. 76.

[i] indicti — Clericum, qui tempore [i] jejunii absque inevitabili necessitate jejunium rumpit, minorem habendum.

LXIV. 77. B

26. quæst. 7. Sacerdos pœniten. — [k] Qui dominico die studiose jejunat, non credatur catholicus.

LXV. 78.

De consec. dist. 3. Paschæ. so. — Paschæ solennitas uno die & tempore celebranda.

LXVI. 88.

11. q. 3. Cle. qui. — Clericus, qui episcopi circa se districtionem injustam putat, recurrat ad synodum.

LXVII. 55.

Dist. 46. Sed. — Seditionarios numquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec injuriarum suarum ultores. C

LXVIII. 84.

Dist. 50. Ex pœniten. — Ex pœnitentibus (quamvis sit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens episcopus ordinaverit talem, etiam ab episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur.

LXIX. 85.

Simili sententiæ subjacebit episcopus, si sciens ordinaverit clericum eum qui viduam aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam. D

LXX. 80.

24. qu. 3. Clericus hæreticorum. — Clericus hæreticorum & schismaticorum tam convivia, quam sodalitates evitet æqualiter.

LXXI. 81.

[l] concilia diaboli appellanda — Conventicula hæreticorum non ecclesia, sed [l] conciliabula appellantur.

LXXII. 82.

Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

LXXIII. 40.

11. q. 3 Qui communicaverit. — Qui communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, sive clericus, sive laicus, excommunicetur. E

LXXIV. 18.

26. q. 7. Sacerdos pœnitentiam. — Vt sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione, pœnitentiæ leges injungat.

LXXV. 19.

Vt negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

LXXVI. 20.

26. qu. 6. Is qui in infirmitate. — Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum; & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.

LXXVII.

Pœnitentes qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

LXXVIII. 21.

Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, [m] non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint. — Ibidem.

LXXIX. 22.

Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur. — 26. q. [6]. Sacerdos pœnitentiam.

LXXX. 65.

Omni tempore jejunii, manus pœnitentibus a sacerdotibus imponatur. — Ibidem.

LXXXI. 67.

Mortuos pœnitentes ecclesiæ * afferant & sepeliant. — * for. ferant.

LXXXII. 66.

Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

LXXXIII. 32.

Pauperes & senes ecclesiæ, plus ceteris honorandi sint.

LXXXIV. 16.

[n] Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Iudæum, usq; ad missam catechumenorum. — De co[nsec.] dist. 1. [Epi]scop. n[ullum].

LXXXV. 23.

Baptizandi nomen suum dent, & diu abstinentia vini & carnium, ac [o] manus impositione crebra examinati, baptismum percipiant. — De co[nsec.] dist. 4.

LXXXVI. 24.

Neophyti aliquamdiu a lautioribus epulis & spectaculis & conjugibus abstineant. — De c[onsec.] dist. 5. [Neo]phyti qu. 6. c.

LXXXVII. 30.

Catholicus qui causam suam sive justam sive jnjustam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur.

LXXXVIII. 33.

Qui die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conventu, ad spectacula vadit, excommunicetur. — De co[nsec.] dist. 1. [Qui] die s[olenni].

LXXXIX. 83.

Auguriis vel incantationibus servientem, — 26. q. [5]. [Au]gur.

tem, a conventu ecclesiæ separandum. Similiter & superstitionibus Iudaicis vel feriis inhærentem.

XC. 62.

Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

XCI. 63.

Pavimenta domorum Dei energumeni verrant.

XCII. 64.

Energumenis, in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

XCIX. 49.

q Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur.

XCIV. 69.

Eorum qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus refutanda.

XCV. 86.

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur.

XCVI. 52.

Quærendum in judicio, cujus sit conversationis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur.

XCVII. 39.

* Qui religiosis feminis præponendus est, ab episcopo loci probetur.

XCVIII. 38.

Laicus, præsentibus clericis, nisi ipsis jubentibus, docere non audeat.

XCIX. 37.

Mulier, quamvis docta & sancta, viros in conventu docere non præsumat.

C. 41.

r Mulier baptizare non præsumat.

CI. 36.

Viduæ adolescentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesiæ, cujus viduæ sunt, sustententur.

CII. 68.

Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa, adolescentiores viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subjiciantur.

CIII. 102.

Viduæ, quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tam assiduæ in Dei opere esse debent, ut & meritis & orationibus suis ecclesiam adjuvent.

CIV. 103.

Sicut bonum est castitatis præmium, ita & majori observantia & præceptione custodiendum est. Vt si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate a viro relictæ, se devoverunt domino, & veste laicali abjecta, sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias sæculares transierunt, secundum apostolum, *damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam domino voverunt, irritam facere * ausæ sunt.* 1. Tim. 5. * nisæ Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ conjuges reatu sunt viris suis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam Deo sponte, non coactæ, obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, atque ad * secundas nuptias transitum fecerint? Quæ & si violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis, permanere in conjugio, raptori vel violento viro consenserint, damnationi superius comprehensæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait apostolus: *Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* 1. Tim. 5.

Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ subscripsi.

Donatianus Talabricensis primæ sedis, subscripsi.

Augustinus Hipponæ Regiensis, subscripsi.

Similiter omnes episcopi subscripserunt.

Capitulum quod subjungitur, *inquit Crabbus*, scriptum erat in quodam vetusto codice sancti Bavonis, cui præscriptus fuerat talis titulus: *Statuta ecclesiæ antiqua.* in quo quidem codice etiam præscripta capitula Carthaginensis concilii habebantur.

Falsus accusator deprehensus, absque ecclesia fiat, donec pœnitendo emendetur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Carthaginense.*] Occasio concilii. Gildone tyranno, qui Africam turbabat, sublato, cunctisque jam pacatis, copioso episcoporum numero ad sacra comitia Carthagine celebranda, facultas concessa fuit. Acta concilii. In his summa diligentia de ecclesiastica disciplina in integrum restituenda laborarunt. Primo ea quæ episcopos, deinde quæ inferioris ordinis clericos concernunt, consilio saluberrimo instituerunt, vel potius restituerunt: adeo ut hoc concilium ecclesiasticæ disciplinæ ad pristinam consuetudinem revocatæ, quasi promptuarium semper meritoque apud posteros habitum fuerit. Canones quot editi sint in hoc concilio. Centum & quatuor canones edidit; horum pauci contra novas Origenistarum hæreses emergentes, noviter constituti fuerunt: potissima pars disciplinam ecclesiasticam antiquitus traditam, receptam & observatam, Africanis motibus paulipser laxatam, in pristinam consuetudinem revocat. In titulo can. 17. dist. 93 apud Anselmum additum fuisse reperitur, quod Zosimus papa huic per vicarios interfuerit. An Zosimus papa huic per legatos interfuerit. Verum acta concilii Carthaginensis sexti huic sententiæ omnino repugnant. Nam cap. 2. & 3. ejusdem concilii constat, quod Zosimus papa Faustinum Potentinæ ecclesiæ episcopum, Philippum & Asellum legatos miserit. Cum itaque inter hanc & illam sextam, viginti circiter annorum intervallum sit, Zosimus vero in sede pontificia biennio non sederit, nequaquam id quod apud Anselmum in titulo

præ-

ANNO CHRISTI 398.

prædicti canonis ſuperadditum eſt, ſuſtineri poteſt. Hæc ex Baronio anno 398. numero 67. Item ex notis prædicti canonis.

Hoc concilium Carthaginenſe quotum ſit.

b *Nomine & temporis ordine quartum.*] Si, quod diximus in notis concilii Carthaginenſis II. idipſum Theodoſio XI. & Valentiniano juniore coſſ. anno nimirum Chriſti 424. habitum fuerit; quæ de ordine Carthaginenſium conciliorum conſtituimus nequaquam fallere poſſunt.

Tempus concilii celebrati.

c *Æra 436.*] A qua ſi triginta octo annos ſuſtuleris, manent trecenti nonaginta octo anni: in quem conſulatus 4. Honorii & Eutychiani coincidit. Veriſſima itaque eſt computatio Baronii aſſerentis, hanc ſynodum celebratam eſſe anno Chriſti 398. Arcadii & Honorii imperatorum quarto, Anaſtaſii primo. Prædictis conſulibus hoc concilium coactum fuiſſe, ipſa acta ſynodalia in principio manifeſte indicant. Menſe Novembri, adeoque poſt illud quod appellatur Carthaginenſe V. hanc ſynodum celebratam fuiſſe, eorumdem B actorum initium teſtatur. Ita enim exordiuntur: *Auguſto Honorio IV. & Eutychiano conſulibus, ſexto Idus Novembris*, &c. Cum igitur ſynodus Carthaginenſis quinta nomine, iiſdem conſulibus in Maio jam ante vere congregata fuerit, dubium eſſe nequit, hanc illa temporis ordine poſteriorem, atque adeo illam tertio, hanc quarto temporis ordine celebratam eſſe.

Cap. 1. Epiſcopi ordinandi prævio examine fidē profiteri jubentur.

d *Epiſcopus ordinandus antea examinetur.*] Origeniſtarum, Cæleſtii, aliorumque hæreticorum novæ aut ſaltem reſuſcitatæ hæreſes huic conſtitutioni, qua epiſcopi recens ordinandi prævio examine fidem profiteri jubentur, cauſam dederunt; ideo quod qui ad alios docendos deliguntur, probatæ ſpectatæque ſcientiæ eſſe deberent. Hunc priſtinum morem a Clemente octavo in eccleſia C reſtitutum eſſe, eoſque qui ordinandi ſunt epiſcopi, una cum aliquot delectis ad hoc cardinalibus, adhibitis ſimul qui in urbe ſunt, doctiſſimis theologis, & canonici juris conſultiſſimis, diligenti atque improviſo examine probari, atque ita nunc non niſi bene diſerto ad epiſcopatum aditum patere, ſcribit Baronius anno 398. numero 69.

Can. 13. In domino nubere, quid ſit. Ritus in contrahendo matrimonio obſervandi.

e *Sponſus & ſponſa.*] Quod inquit apoſt. 1. ad Corinth. cap. 7. *Cui vult nubat, tantum in domino*; hoc idem hac ſanctione conſtituitur: In domino enim nubere nihil aliud eſt, quam ſecundum leges & ritus eccleſiæ ab ipſis apoſtolis traditos matrimonium contrahere. Ritus ab apoſtolis inſtituti, ab univerſa eccleſia recepti, hi ſunt potiſſimi. 1. ut contrahatur in præſentia ſacerdotis. *Decet vero*, inquit Ignatius epiſt. 11. ad Polycarpum, *ut & ducentes uxores, & nubentes, cum epiſcopi arbitrio conjungantur; ut nuptiæ juxta præceptum domini, non autem ob concupiſcentiam coiiſſe videantur* 2. Vt per ſacerdotes in D eccleſia proclamentur. 3. Vt in confœderatione matrimonii ſacrificium miſſæ offeratur. 4. Vt a paranymphis ad eccleſiam ducantur. 5. Vt contrahentes matrimonium euchariſtiam percipiant, eorumdemque manus interventu, oſculi & velationis, conjungantur. De quibus poſt Euariſtum in epiſtola ſua, hæc Tertullianus ad uxorem libro 2. in fine. *Vnde ſufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod eccleſia conciliat, & confirmat oblatio* (Miſſæ ſacrificium) *& obſignatum angeli* (id eſt ſacerdotes) *renuntiant.* Item de veland. virg. capite 11 in fine: *Ad deſponſationem velantur; quia & corpore & ſpiritu maſculo mixtæ ſunt, per oſculum & dexteras, per quæ primum reſignarunt pudorem ſpiritu*, &c. Quo autem loco a Chriſtianis occultæ nuptiæ haberentur, idem Tertull. lib. de pudicit. declarat his verbis: *Penes nos occultæ quoque conjunctiones, id eſt, non prius apud eccleſiam profeſſæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur.* E Ex his videas non eſſe novum, quod a S. Trid. concil. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1. eſt nuper potius reſtitutum, quam inſtitutum, ut nec ſine explorato per parochum partium conſenſu, nec clandeſtine, ſed in facie eccleſiæ ſacra nuptiarum fœdera contrahantur. Vide Baron. tom. 1 anno 57. num. 47. 48. 49. & 50.

Can. 34. Preſbyter ſtare præſente epiſcopo prohibetur. Diluitur objectio.

f *Epiſcopus ſtare preſbyterum non patiatur.*] In Romana eccleſia, teſte Hieron. epiſt 58. ad Euagrium, receptum fuit, ut coram epiſcopis diaconi ſtent, preſbyteri ſedeant. Verba Hieronymi hæc ſunt: *Ceterum etiam in eccleſia Romæ preſbyteri ſedent, & ſtant diaconi. Licet paulatim increbeſcentibus vitiis inter preſbyteros abſente epiſcopo ſedere diaconum viderim.* Itaque Romanæ eccleſiæ conſuetudini convenientiſſime ſtatutum fuit hac ſanctione, ne epiſcopus preſbyterum apud ſe ſtare patiatur. Quod can. 1. concil. Romani II. ſub Silveſtro celebrati, preſbyteri cum diaconis a tergo ſedentium epiſcoporum ſtetiſſe narrantur, id modeſtiæ cauſa, iſta dumtaxat vice contigiſſe, diximus ſupra in notis ejuſdem capituli. Vide Baronium anno 324. num. 125.

Can. 35.

g *Epiſcopus collegam ſe preſbyterorum eſſe cognoſcat.*] A Africani epiſcopi omnes miniſterii ſui conſortes, quantumvis hierarchico eccleſiaſtico ordine ſuperiores aut inferiores eſſent, collegas appellare conſueverunt. Cyprianus epiſt. 4. ad clerum Romanum, Fabianum pontificem collegam nominat. Concilii Africani can. 20. 22 & 31 Primates Africanæ eccleſiæ, epiſcopos ſibi ſubjectos collegas appellant. Vnde quod hic conſtituitur, ſublimiori epiſcoporum poteſtati hierarchicæ nihil præjudicat. Vide quæ hac de re ex Baronii annalibus anno 58. num. 3. & ſeqq. item anno 253. num. 27. diximus in notis can. 1. apoſt. & epiſt. 2. Anacleti.

ANNO CHRISTI 398. Quomo[cut off] epiſcop[cut off] preſbyt[cut off] collega[cut off] pellarin[cut off]

Can. 4[cut off] 43. Occaſio[cut off] nonum[cut off]

h *Clericum inter tentationes officio ſuo incubantem*, &c. Iugis illa Africanæ eccleſiæ perſecutio, Donatiſtis auctoribus concitata, qua plures catholici ab iiſdem graviſſima paterentur, hiſce canonibus occaſionem dediſſe videtur.

Can. 4[cut off] Clerici[cut off] trire[cut off] aut bar[cut off] inter[cut off] tur. Euchai[cut off] rum & [cut off] ſaliano[cut off] hære[cut off] mores.

i *Clericus nec comam nutriat, nec barbam.*] Quædam exemplaria habent additamentum hoc, *ſed radant, vel tondeant.* B Nutriendam non eſſe communi codicum omnium lectioni concordat. Hic canon cum quibuſdam aliis ſequentibus a ſancta ſynodo editus eſſe videtur, propter Euchaitarum & Maſſalianorum hæreticorum ſectarios. Hi enim manibus operandum eſſe negantes, intonſi prolixam comam ac barbam alebant. Muliebrem comam circumferentes vagari conſueviſſe, teſtatur Epiphanius hæreſi 80. S. Auguſtin. de opere monach. cap. 31. eos facere depingens, inter alia hæc ſcribit: *Et hoc quo pertinet quæſo, tam aperte contra præcepta apoſtoli conari? an ita vacandum eſt, ut nec tonſores operentur? An quia euangelicas volucres imitari ſe dicunt, quaſi depilari timent, ne volare non poſſint?* Ex his ſatis evidenter convinci poteſt, S. Auguſtinum reliquoſque Africanæ C eccleſiæ non tantum clericos, ſed etiam monachos prolixam barbam geſtare non conſueviſſe. Nam in Africana eccleſia monachiſmus in clerum tunc adſcitus erat, nomenque cum clericis commune habebat, ut ex l. 32. cod. de epiſc. & clericis probat Baron. anno 398. num. 74. De modo & cauſis tonſuræ clericalis, vide quæ diximus ſupra in notis epiſt. Aniceti. Ex Baronii annalibus anno 58. num. 122. uſque ad 141.

Monac[cut off] Africa[cut off] eccleſi[cut off] barbā [cut off] miſſam[cut off] aleban[cut off]

Can. [cut off] 53. Labor[cut off] pificia[cut off] nuum [cut off] ſunt e[cut off] prohib[cut off]

i *Artificio victum quærat.*] Maſſaliani in Africa hoc tempore docebant, non licere religioſis operari, & pro victu laborare; ſed debere eos in Dei providentia confidere, & ex alienis laboribus vivere. Ita Epiph. hæreſi 80. Auguſt. lib. 2. retract. cap. 21. Quod dogma cum exemplo & doctrinæ apoſtolorum omnino repugnet, ad errorem illum verbo & opere refellendum, convenienter conſtitutum fuit, ut ad imitationem apoſtolorum victum & veſtitum labore manuum ſuarum ſibi acquirerent. De cauſa editæ ſanctionis hæc Auguſt. *Cum apud D Carthaginem monaſteria eſſe cœpiſſent, alii ſe ſuis manibus tranſigebant obtemperantes apoſtolo: alii vero ita ex oblationibus religioſorum vivere volebant, ut nihil operantes, unde neceſſaria vel haberent vel ſupplerent, ſe potius implere præceptum euangelicum exiſtimarent, atque imitarentur, ubi dominus ait Matth. 16. Reſpicite volatilia cæli & lilia agri. Vnde etiam inter laicos inferioris propoſiti, ſed tamen ſtudio ferventes, exiſtere cœperant tumultuoſa certamina, quibus eccleſia turbaretur, aliis hoc, aliis aliud defendentibus. Huc accedebat, quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non eſſe dicebant. Vnde contentiones hinc reprehendentium, inde quaſi pugnantium partium ſtudiis augebantur. Propter hoc venerabilis ſenex Aurelius, eccleſiæ ipſius civitatis epiſcopus, ut hinc aliquid deſcriberem, juſſit, & feci.*

Apoſt[cut off] bore m[cut off] nuum [cut off] ctum [cut off] ſiveru[cut off]

Paulum apoſtolum opificio manuum ſuarum, cum locus & tempus id permitteret, ſibi victum quæſiviſſe, conſtat act. 18 & 20 1. ad Corinth. E cap. 4. & 9. 1. ad Theſſal. cap. 2. Item 2 ad Theſſal. c 3. Ceteros apoſtolos quandoque pro commoditate loci ac temporis opificia exercuiſſe, alioſque ad eadem exercenda admonuiſſe, teſtatur Clemens libro 2. Conſt. capite 67. his verbis: *Qui in eccleſia juvenes eſtis, curate in omnibus rebus neceſſariis ſedulo miniſtrare, cum omni ſanctitate operi veſtro vacare; ut omni tempore & vobis & egentibus ſuppeditare poſſitis, ne eccleſiam Dei oneretis. Etenim nos quoque vacantes verbo euangelii, ſubciſivas operas non negligimus: alii enim ex nobis piſcatores ſunt, alii ſcenarum artifices, alii agricolæ; nec unquam otioſi ſumus.* Huc ſpectare videtur, quod ait Ignatius epiſtola ſeptima ad Tarſenſes: *Nemo inter vos otioſus ſit.* Iuſtinus martyr de vita Chriſtiana: *Pudor*, inquit, *ille in vitio eſt, ut vereamur, ſi ipſi manibus noſtris opus fecerimus, ne quis nos miſeros & auxilio deſtitutos ſuſpicetur.* Epiphanius hæreſi 80. hæc in eamdem ſententiam: *Ex ipſis Dei ſacerdotibus quidam una cum prædicatione verbi imitantes ſanctum ipſorum poſt Deum in Chriſto patrem, Paulum, inquam, ſanctum apoſtolum, etiam ipſi pro viribus, tametſi non omnes, attamen plures propriis manibus operantur, qualemcumque tandem juxta proportionem dignitatis & eccleſia-*

ſtica

stica cura assiduitati convenientem repererint artem: quo cum verbo & prædicatione conscientia ipsa gaudeat, dum etiam per manus proprias fructum affert, sibiipsi suppeditat, fratribusque ac indigentibus impertit ministerii fructum, ex primitiis inquam & oblationibus, & ex manuum labore partis, &c. *Quamquam ipsi ad hoc non cogantur neque deputati sint, sed justitia labores & operationem ecclesiasticam habeant, & secundum justitiam alantur; verum propter excellentem voluntatis promptitudinem ipsi hoc faciant.* Hæc Epiphanius. Hæc eadem illo commentariolo, quem contra vagos ac desides monachos, opera manuum prætermittentes, scripsit, & de opere monachorum inscripsit S. Augustinus. Vnde clericis & monachis opera & exercitia manuum non tantum non interdicta, sed etiam ad fugandum otium & carnis tentationes, ad vitam, si aliter non possit, sustentandam, aliisve quibusdam casibus imperata fuerunt. De quibus vide Bellarm. lib. 2. de clericis cap. 41. & 42. Baronium anno 52. num. 15 16. &c. anno 398. num. 70.

k *Qui dominico die.*] Vide notas can 65. apost.

l *Qui communicaverit cum excommunicato.*] Vide quæ notavimus ad can. apost.

m *Non se credant absolutos sine manus impositione.*] Sententia canonis hæc est: Qui ob vitæ periculum privatim a sacerdotibus absolvũtur, nondum completa actione publicæ pœnitentiæ, ii si supervixerint, redeant ad ordinem pœnitentium, & cum illis manus impositionem suis temporibus percipiant: & nisi id fecerint, non existiment se absolutos a vinculo excommunicationis, vel a pœna temporali, quæ ipsis a sacerdote præscripta fuerit. Hos a culpa absolutos fuisse dubitari non potest, cum viaticum eucharistiæ perceperint, quod ecclesia numquam distribuere solet, nisi illis dumtaxat, quos a culpa lethali liberos esse credit. Vnde per manus impositionem patres concilii hoc & sequente canone 80. accipiunt illam actionem pœnitentiæ, qua pœnitentibus frequenter reconciliativa manus imponebatur, quæque olim inter alios publicæ pœnitentiæ ritus in ecclesia frequentata fuit. Vide Bellarm. lib. 1. de pœnit. cap. 15. Item notas ep. Melchia. verbo *manus impositio.*

n *Vt episcopus, &c.*] Hoc canone confirmantu ea, quæ supra in notis concilii Ancyrani diximus de catechumenis usque ad prædicationem euangelii inclusive in ecclesiam admissis, postea vero exclusis, dum missa fidelium & publicæ orationes incipiebantur. Vnde factum, quod sanctus Augustinus ad populum concionatus, pro diversa audientium conditione hæc monens suos aptare consueverat: Interdum Manichæos, Arianos & Donatistas: interdum gentiles, sæpe etiam Iudæos exagitaverit. Quod ad dubiorum quorumdam locorum sancti Augustini interpretationem, notatu dignum esse putavi.

o *Ac manus impositione.*] Intellige de manus impositione ceremoniali ad baptismum, quæ ad quamdam catechumeni sanctificationem in baptismo adhiberi solet. De qua S. August. lib. 2. de peccat. merit. & remiss. cap. 26. hæc: *Catechumenos secundum modum suum per signum Christi & orationem, manus impositione sanctificari.* Vide quæ diximus supra in notis epist. Melch. verb. *manus impositio.*

p *In gazophylacio.*] Quid sit gazophylacium, diximus supra in notis can. 4. apost.

q *Oblationes defunctorum aut negant.*] Cum ut supra diximus in notis concil. Carthag. 3. comessationes istas in ecclesiis, in sepulcris sanctorum martyrum, & in memoriis defunctorum cum quodam abusu exhiberi solitas, ex Augustini consilio, ut patet ex ejus epist. 64. Aurelius Carthaginensis episcopus sustulisse, & ut oblationibus piis consuleretur animabus defunctorum, oblationes quæ ad sepulcra ferebantur, in pauperes erogari jussisset, atque ex eo accidisset, ut populus ab omni frequentatione piorum officiorum pro defunctis cessaret; ad pręstandas oblationes, quæ statim pro defunctis in pauperes erogarentur, hac lege ecclesiastica populum compellere, patres hujus concilii necessarium ac religiosum esse judicarunt. Vnde manifestum est, quam injuste atque impie recentiores hæretici calumnientur, qui oblationes a populo pro defunctorum animabus pręstandas, a majoribus ob lucrum clericorum ecclesiis ministrantium excogitatas esse trahunt. Vide Baron. ann. 391. num 43.

r *Mulier baptizare non præsumat.*] Intellige sacerdotibus aut clericis præsentibus, ut patet can. præced. vel etiam extra casum necessitatis, ut citant & exponunt hunc canonem Petrus Lombardus 4. lib. sent. dist. 6. Gratianus can mulier. dist. 4. de consecrat. Sicut enim apost. Paulus 1. ad Corinth. cap. 14. & 1. Timoth. cap 2. prohibet, ne mulieres extra casum necessitatis loquantur & doceant, in casu necessitatis autem docere & loqui permittit; ita patres hujus concilii permittentes mulieres in casu necessitatis baptizare, ne extra casum necessitatis, aliisve clericis præsentibus, id facere pręsumant, recte prohibent. Ita Bellarm. libro primo de baptismo, capite septimo. Cum itaque mulieribus extra casum necessitatis baptizandi potestas hac constitutione patrum sit interdicta, optimo jure id quod concil. Florentino definitum est, contra Calvinum etiam hinc inferimus, non clericis dumtaxat, sed etiam laicis: non viris tantum, sed etiam feminis concessum esse, ut in casu necessitatis citra solennitates ab ecclesia pręscriptas, baptismatis sacramentum licite & valide administrare possint. Vide Thom. 3. p. q. 67. art. 4. ad 1. Suarez ibidem.

VARIÆ LECT. FRONTONIS DVCÆI. SOCIETATIS IESV.

Can. 1. *non sua delectationi.*] *non sua dignationi, nec suis motibus.*

Can. 5. *cum aqua & mantile.*] *cum aqua & aquamanile.*

Can. 22. *sine concilio clericorum.*] *sine concilio presbyterorum suorum clericos non ordinet, ita ut civium conniventiam & testimonium.* utitur tamen eadem voce Can. 32. *absque conniventia & subscriptione clericorum.*

Can. 27. *utilitas ecclesia fiendum.*] *utilitas ecclesia poposcerit.* M.S. omittit barbarum illud, *fiendum.*

Can. 32. *donatio episcoporum.*] *donatio episcopi, &c. absque conniventia & subscriptione clericorum, vel comprovincialium episcoporum.*

Can. 43. *honorandum. Etiam & per.*] *honorandum etiam quotidiani victus ministerio.*

Can. 44. *nec comam nutriat.*] *nec comam nutriat, nec barbam radat.*

Can. 45. *& nec vestibus.*] *& ideo nec vestibus.*

Can. 47. *plateas & andronas*] *plateas aut andronas.*

Can. 98. *nisi ipsis jubentibus.*] *nisi ipsis provocantibus.*

** NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AVR. AD CAN. LXXVIII. CONC. CARTH. IV.

QVo canon iste enucleatius illustretur, duo maxime in memoriam redigenda, quæ ex usu & consuetudine antiquæ ecclesiæ gerebantur: quorum primum erat complures canones reperiri, quibus sacerdotes monebantur, numquam ut pœnitentibus, qui tempore pœnitentiæ morte opprimerentur, absolutionem non impertirent, tametsi non eam, ad eum quem sibi proposuerunt exitum protulissent; ea tamen conditione, ut cum pristinam valetudinem recuperaverint, seque e morbo recrearint, illico intermissam pœnitentiam repetant, in eoque gradu, in quo eos vis gravitasque morbi afflixerat, consistant: Alterum est ecclesiam ipsam ægre admodum eo perductam, ut pœnitentibus, cum abeundum illis esset e vita, eucharistiam ipsam sumendam exhiberet: cum tamen æque se propensam ac proclivem ad absolutionem communicandam demonstraret. Concilio namque Nicæno & 2. Carthagin. sacerdotes prohibentur eucharistiam pœnitentibus, qui dum pœnitentia exercentur, ex hac vita exeunt, condonare, ejusque rei perficiendæ facultatem ad episcopum revocant, ea conditione, ut perdiligenter pœnitentis vitam, atque facta, quamdiu in pœnitentia fuerat, explorarent, & expenderent; Ita natura comparatum erat, ut qui pœnitentes extra fines, terminosque regionis illius, quæ episcopi subjecta potestati imperioque non esset extremum vitæ spiritum effunderent, hujus gratiæ beneficio carere cogerentur: causæ rationesque hujus disciplinæ alibi commemorantur.

In illo igitur canone agitur de pœnitentibus qui non modo peccatorum suorum veniam antequam pręstitutæ pœnitentiæ tempus percurrissent, atque adeo tertium gradum attigissent, obtinuerant: verum etiam, qui hoc uno singulari episcopi beneficio affecti eucharistiam sumpserant: qui morbo post recreati relevatique gravate adducebantur, ut pœnitentiam prosequerentur; & ad tertium gradum reverterentur: qui probro sibi futurum ducerent, atque etiam laboriosum, ut quotidie se ad terram prosternerent, palamque intuente populo ac frequenti concursu illas manuum impositiones subirent. Visum est igitur patribus in eo concilio, ut pœnitentes, sacro etiamnum pabulo refecti ac recuperata pristina valetudine, non declinandas sibi esse putent manus illas in tertio gradu impositiones.

Atque hic canon aliquanto aliquid amplius complectitur, quam ceteri canones, qui ea de re disputant, & quod æquum est definiunt; statuunt quippe, ut postquam absolutionis viaticum essent adepti pœnitentes, ad eumdem sibi gradum revertendum arbitrarentur, in quo morbi gravitate vexari cœpissent, non autem quod facto opus

A esset, decreverant, si una cum absolutione ad sacram eucharistiam accessissent; quod hoc canone abunde explicatum & declaratum. Rationes pœnitentium qui pœnitentiam accepta eucharistia resumere nollent, non erunt, ni fallor, injucundæ: Primum exemplum catechumenorum ad eam rem maximum pondus habere poterat: non enim desunt canones, qui si forte, aut ex improviso, quis catechumenus tempore mysteriorum in templum ingrediatur, eucharistiæque, & sacrificii aliquam hauriat notionem, vel catechumenatus nondum absoluto tempore, ablui posse eum confirmant, & asseverant: quod non esset dubitandum, quin a Deo ad tantum bonum, beneficiumque accipiendum vocaretur, cum ei liber ad sanctuarium aditus patuisset, sacramenta illa, aliaque ab oculis catechumenorum remota mysteria aspexisset: quanto magis pœnitentes qui non solum eucharistiam viderant, sed sumpserant, pœnitentiæ molestiis levari deberent. Ad hæc B non est diffitendum eucharistiam fuisse pœnitentiæ quasi, ac catechumenatus finem, omniaq; pœnarum, ac ceremoniarum genera, quæ alio atque alio gradu suscipiebantur, non nisi eo spectasse, ut quam Christiani dignissimi eucharistia redderentur: Id enim nisi sibi proposuissent, nō quartus illi pœnitentiæ gradus constitutus esset: pœnitentesque tertio gradu exacto, cum reliquo grege fidelium consociati conjunctique sublato quovis discrimine vixissent. Par ergo videbatur, ut qui pœnitentes eucharistia potiri primum cœpissent, ii pœnitentiam repetere non amplius cogerentur: sed ea dimissa conquiescerent, cum id tandem essent adepti cujus causa pœnitentiam subissent.

Canonem istum de impositione manuum explicandum esse, quam tertii gradus pœnitentes quotidie suscipiebant, dubitandum non est: quia non de illa impositione manuum, qua dabatur pœnitentia intelligi potest, cum ea semper initio ingressus ad pœnitentiam daretur: ii autem de quibus in illo canone agitur, eam suscepisse dicantur, pœnitentesque nominentur: neque vero de duplici manuū C impositione tractatur, per quam duplex reconciliatio maxima & minor concederetur, cum quo tempore morbis vexarentur, utramque recepissent: quandoquidem eucharistia se paverant, quæ pœnitentibus non porrigebatur, nisi ante reconciliati altario, & mysteriis, ut vocant, absolutique fuissent: quater autem impositio manuum est facta in omni pœnitentia: quare non nisi tertii gradus pœnitentiæ manus impositio relinquitur; quæ sumi possit ad istius canonis interpretationem, cum aliæ tres non in ejus explicationem cadere aut quadrare possint.

Viaticum eucharistiæ, quia aliud viaticum erat, quod pœnitentibus in ipso mortis articulo dari soleret, atque id absolutio, vel simplex reconciliatio dicebatur: quo viatico, ubi convaluerant, accepto, dubio procul illis erat ad eum pœnitentiæ gradum remigrandum, in quo ante morbum resederant: quare hoc canone addiderunt patres, *eucharistiæ*, hoc est etiam si eucharistiæ viaticum (de alio enim non erat dubium) acceperint.

Non se credant absolutos, hæc non ita explicanda *non se* D *putent recepisse absolutionem a peccatis*, vere enim eam erant adepti, quandoquidem eucharistiam sumpserant: sed ita id interpretor, non se putent suæ pœnitentiæ satisfecisse, non se putent Deo satisfecisse, & peccatis debitas pœnas expunxisse: quamvis ab iis se absolutos, & ad sacram accessisse mensam clamitent: Ad tertium enim pœnitentiæ gradum resilire atque redire oportet eos, ut manuum impositionibus purgentur: satisfactionem debitam exolvant, & expleant; iisdem asperitatibus forti animo exhauriendis perficiendisque, quæ in tertio gradu præscribebantur, gratos se charosque Deo præbeant, omnemque peccati labem, quam contraxerant, eluant.

AD CANON. LXXX. EIUSDEM CONCILII.

PERSPICUUM est in eo canone de pœnitentibus tertii gradus sermonem institui, deque impositione ma- E nuum, quæ eorum gratia in solenni & publico missæ sacrificio parabatur: non autem de aliis pœnitentibus, aut aliis manuum impositionibus, quarum beneficio, aut absolutio, aut major reconciliatio, aut pœnitentia denique tribueretur: quia alio quodam canone videre est pœnitentium ordinarias ac usitatas reconciliationes circa paschales, non autem jejuniorum dies constitutas. Pœnitentiam quoque nemo potuit dubitare, quovis tempore, quotidieque suscipi posse: noxasque suas confitentibus, adeoque sibi eam concedi postulantibus, quodvis tempus fuisse obvium Sed quia olim apud majores nostros in more atque instituto positum fuit, toto illo tempore, quod interjectum erat, inter catechumenorum missam, & fidelium, pœnitentibus tertii gradus manus imponere, eorumque causa, aut gratia, certas precationum formulas concipere, diebusque jejuniorum integrorum, nullum omnino missæ sacrificium institueret. Verisimile est ideo aliquos pœnitentibus manum non admovisse, quod illa temporis ordinisque ratio, quæ illam manuum impositionem postulabat, omisso illis diebus missæ sacrificio, non occurreret; Vel forsan (id affirmare non ausim) quod catechumeni & pœnitentes primi & secundi gradus, diebus illis jejuniorum, quæ integra dicebantur, ecclesiam non adirent, cum nulla catechumenorum missa diceretur. Idcirco non compertum erat, utrum tertii gradus pœnitentes iis absentibus, adesse cogerentur; quod fieri jubet canon.

Omni tempore jejunii, quia erant semijejunia & jejunia integra: jejuniorum dies pleni: quidam non pleni, quales essent stationum dies: in his nulla erat dubitandi ratio, quin manus imponerentur pœnitentibus, & purgarentur, quod in illis jejuniis, quæ non ad noctem usque proferebantur, missa fieret, paulo antequam jejunium terminaretur. Et ita ordo qui servandus erat, tempusque imponendi manus tertii gradus pœnitentibus, non mutabatur, nec cuiquam ea res incerta erat, aut dubia, sed si quæ dubitatio fuit, ea ad dies jejuniorum integros revocabatur, quod in iis nulla missæ celebrandæ mentio esset.

AD CANON. LXXXII. EIUSDEM CONCILII.

DIES *remissionis*, festi dies sunt, & dominicæ omnes, quinquagintaque illi dies a paschate ad pentecosten, ita dicti, vocatique quod publicæ lætitiæ addicti essent, partim ut memoria resurrectionis domini nostri celebraretur & repeteretur, partim ut debito cultu ac religione prosequerentur diem illum, quo sacro se eucharistiæ participes fuisse lætabundi gestirent. Iam vero ita pii cum essent, religione se ea obstringi putabant, ut communem illam publicamque lætitiam, non dicam imminuerent, aut infringerent: sed nec iisdem diebus, quod ita ferret consuetudo, solerent abstinere a cibis, seu jejunare, Deo genibus nixi supplicare, aut ullum mœroris, aut asperitatis signum edere. Propterea Tertullianus libro de corona militis, immunes vocat, *Eadem immunitate a die pascha in pentecosten usque gaudemus*, & sanctus Hilarius hymno illo, qui ejus esse dicitur, quique die pentecostes decantari consuevit, *Quo lege fit remissio*. Concilium Nicænum can. 20. eidem rei consentit; hujus vero gaudii publici & lætitiæ gestientis, quæ omnium animos occupavit, luculentum testimonium affert Tertullianus, cum ait, paganos, id de Christianis judicasse ac confirmasse ab iis divinos honores esse soli decretos, ac persolutos, quod diebus dominicis Christianos omnem luctum mœroremque posuisse dicerent, incredibilique lætitia perfusos viderent. *Æque si diem solis lætitiæ indulgemus, alia longe a ratione, quam religione solis.*

In eo igitur canone decernitur, ut pœnitentes diebus festis non aliter orent quam in aliis, & quamvis fideles stantes iisdem orent diebus, eos tamen genibus flexis orare oportere; quod tempus pœnitentiæ traducendum esset cum continentia, & non interrupta corporis animique afflictatione, neque pari immunitate æquum esse gaudere, qua fideles qui illis diebus omnem tristitiam, remitterent. Reliquum illud est, dubitationem, aut admirationem cuiquam moveri posse, quid causæ sit, cur supplicii, aut pœnæ nomine constitueretur olim in veteri ecclesia, preces fundere projectis ad terram genibus cum Deo supplicarent, cum debitus supremo illi numini cultus & honos, qui a creatura expectandus sit, aut decernendus, non alius major esse possit, quam aliquem genibus nixum orare. Tamen id memoriæ proditum est, cum ecclesia *in attonito esset*; ita loquitur Tertullianus, aut turbulentissimæ quædam persecutionum tempestates, ac turbines ecclesiam conquassarent, aut vero etiam durissimo illo tempore Dei ipsius benevolentiam gratiamque conciliare cuperent Christiani, portentumque aliquod, aut miraculum a Deo extorquere, ut puta in summa & formidanda siccitate pluviam: quod in exercitu castrisque imperatoris Antonini, contigit, cum milites siti prope confecti enectique in Germania extinguerentur: memoriæ inquam proditum ac consignatum monimentis historiarum, Christianos in genua procumbentes, Deum Optimum, Maximum exorasse, ut quem sibi animo proposuerant, precum ac supplicationum sortirentur exitum. Tertullianus ad Scapulam, *quando non geniculationibus ac jejunationibus nostris siccitates sunt depulsæ*, atque hæc est ratio, cur cum dare se hilaritati Christiani vellent, geniculationes omitterent, quibus tamen utebantur, cum a se pœnas reposcerent.

a CONCILIUM CARTHAGINENSE, b nomine quintum, ordine temporis vero III. c ab episcopis septuaginta tribus, d circa tempora Anastasii papæ, e post consulatum Cæsarii & Attici, sexto Kalendas Iunii habitum f (æra 438.) Estque provinciale.

Probatum a Leone quarto, d. 20. c. de libellis.

TITULI CAPITULORUM.

POST consulatum g placuit, ut die sexta Kalendarum Iunii Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ subter inserta statuerentur. Cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, constituta sunt hæc, quæ in sequenti concilio definita sunt.

CAPITULA.

I.

In principio statuendum est, ut qui forte in ecclesia quamlibet causam jure apostolico ecclesiis imposito agere voluerit, & fortasse decisio clericorum uni parti displicuerit, non liceat clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor vel præsens fuit; & nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

II.

Et illud statuendum, ut si quis cujuslibet honoris clericus, judicio episcoporum pro quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, sive ab ecclesiis quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipimus.

III.

Præterea cum de quorumdam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur, placuit episcopos & presbyteros & diaconos, q secundum * propria statuta, etiam ab uxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuscujusque ecclesiæ consuetudinem observari debere.

Anno Christi 398. Dist. 84. Cum de quorumdã: Dist. 32. Placuit episcopis, presbyt. diac. * priora vel priorum

IV.

Placuit etiam, ut rem ecclesiæ nemo vendat. Quod si aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati provinciæ ipsius, ut cum statuto numero episcoporum, utrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta urget necessitas ecclesiæ, ut non possit ante primatem consulere, saltem * post factum curiositatem habeat & vicinis episcopis hoc ante indicare, & ad concilium referre eat suæ ecclesiæ necessitates. Quod si non fecerit, reus * concilii venditor teneatur.

Cod. can. c. 26. supra 17. q. 4. Nullus res ecclesiæ.
* vicinos testes convocet episcopos, curans &
* Deo & concilio venditor

V.

Placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet, constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Conc. Afr. c. 38. 7. q. 1. Placuit ut nemini.

VI.

Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt. Similiter & de ecclesiis (quoties super earum consecratione hæsitatur) agendum est, id est, ut sine ulla trepidatione consecrentur.

Conc. Afr. c. 39. De consecr. dist. 4. Placuit de infantibus.

VII.

Placuit, ut dies venerabilis paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur: dies vero concilii, undecimo Kalendarum Novembris servetur: & scribendum ad singularum quarumcumque provinciarum primates, ut quando apud se concilium congregant, istum diem non impediant.

Conc. Afr. c. 40. De consecr. dist. 3. Placuit ut dies venerabilis.

VIII.

Item constitutum est, ut nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem episcopum provideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interventor alius tribuatur.

Conc. Afr. c. 41. 7. q. 1. Constitutum est ut nulli.

ANNO CHRISTI 398.

Conc. Afr. c 42. 21. q. 3. Ab imperatoribus universis.

IX.

Ab imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, [b] ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione delegentur.

Conc. Afr. c. 43. Dist. 18. Placuit; ut quotiescumque.

X.

Item placuit, ut quotiescumque congregandum est concilium, episcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant, primatibusque suarum quarumcumque provinciarum intimetur, ut de universis episcopis vel duæ, vel tres fiant turmæ, ac de singulis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in [a] tractatoria subscribant: vel si post adventum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, * ab ecclesiæ communione debere esse contemptos.

[a] tractoria

*Ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

Dist. 50. confirmandum est.

XI.

Item confirmatum est, ut si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse fuerit removeri, non eis manus, tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus laicis, imponatur, neque unquam permittendum, ut rebaptizati, ad clericatus gradum promoveantur.

God. can. 27. Conc Afr. c.46 11.q 3. Rursus constitutum est.

XII.

Rursus constitutum est, ut quoties clericis convictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

Conc. Afr. c. 47. Dist 58. Si quis de alterius.

XIII.

Item placuit, ut si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio majorem monasterii constituere; episcopus qui hoc fecerit, a ceterorum communione sejunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit: & ille neque clericus, neque præpositus perseveret.

Conc. Afr. c. 50.

XIV.

Item placuit, ut altaria quæ passim per agros aut vias, tamquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non [illegible]itur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi a[illegible]t ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut ubi origo alicujus habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somni[illegible] & per inanes quasi revelationes quor[illegible]libet hominum ubique constituuntur altaria, omnimode reprobentur.

XV.

Item placuit, ab imperatoribus gloriosissimis peti, [i] ut reliquiæ idololatriæ non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimode deleantur. Aurelius episcopus ecclesię Carthaginis, supra comprehensis in nostro concilio statutis subscripsi. Similiter septuaginta duo episcopi subscripserunt.

* * " Græcolatina editio horum canonum in codice canonum ecclesiæ Africanæ extat supra ante concilium Hipponense a pag. 1041. C. ad pag. 1149. D. uno ac non interrupto tenore excuso.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Carthaginense.*] Celebratum est ad disciplinam Africanæ ecclesiæ restaurandam, & mores ejusdem corruptos reformandos; ut singulorum canonum titulus intuenti patet.

b *Nomine quintum, &c.*] Concilium Carthaginense nomine secundum, vere inter omnia alia postremum esse, adeoque post illam synodum sub consulatu Cæsarii & Attici Carthagine habitam, hanc tertio ordine celebratam fuisse, temporis ratio utrobique superaddita demonstrat. Utraque quidem habita est anno eodem, sed diversis mensibus. Illa mense Novembri, hæc sexto Kalendas Iunii. Ne concilia apud auctores hoc nomine & ordine antiquo allegata lectori confusionem afferant, nomen ordinemque antiquum retinere voluimus, satis fore judicantes. si collectoris errorem in notis ostenderimus.

c *Ab episcopis 72.*] Non septuaginta tantum, sed septuaginta tres episcopos concilio interfuisse & subscripsisse, infra canone ultimo patet,

d *Circa tempora Anastasii.*] Anno pontificatus Anastasii primo, qui est Arcadii & Honorii imperatorum, quartus, & Christi nati 398. Annus enim ille, qui post consulatum Cæsarii & Attici inscribitur, cum prædictis temporibus coincidit. Baron anno 398.

e *Post consulatum Cæsarii & Attici,*] Hæc ex scripto codice addidit Baron. ann. 398. num. 33: & merito: ante enim quam Honorius imperator edictum de reliquiis idololatriæ tollendis promulgasset, hanc synodum celebratam fuisse constat. Nam ad petitionem legatorum, quos inter alias causas patres concilii ad imperatorem ablegaverant, de reliquiis idololatriæ extirpandis, edictum imperatoris extorserunt.

f *Æra* 438] Sicut aliis plerisque in locis, ita hic etiam mendosus numerus æræ trigesimæ octavæ inhæret. Nam si triginta octo, quibus æræ computatio chronologiam nati Christi excedit, ab ea demas, remanebunt anni 400. Unde sequeretur hanc synodum anno 400. habitam fuisse, quam 398. celebratam esse, ex præcedentibus patet.

g *Secundum propria statuta.*] Id est, secundum legem in prioribus Carthaginensibus conciliis conditam. Quædam alia lectio melior habet: *Secundum priora statuta.* Græci hæc verba male intelligentes verterunt κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. Hac translatione nostri temporis hæretici

cælibatum

cælibatum, clericorum impugnant, quasi hujus canonis auctoritate clerici ab uxoribus in ordine tantum vicis suæ abstinere deberent, reliquis vero temporibus iisdem maritali consortio cohabitare liceret. Quam inepte, nemo non videt. Siquidem præter hoc, quod major sit auctoritas Latinæ editionis, quam Græcæ translationis, prædicta verba exponi possent, *secundum proprias regulas ac leges.* ὅρος enim non tantum significat terminum, sed etiam regulam ac præceptum. Hoc concilio omnem usum uxorum sacris hominibus prohiberi, ex sancto Augustino lib. 2. de adulterinis conjugiis, qui huic concilio interfuit, liquidissime patet. Vide Bellarm. lib. 1. de clericis, cap 21. &c.

h *Vt defensores.*] Defensores pauperum ad petitionem patrum hac synodo congregatorum, rescripto imperatorum in Africa aliisve ecclesiis constitutos fuisse, eosque in posterum perseverasse, Possidius in vita sancti Augustini cap. 12. sanctus Gregorius per multas epistolas testantur. Baronius anno 398 num 13.

i *Vt reliquia idololatria,*&c] Hic canon a patribus hujus concilii editus fuit hac occasione: Gentiles ut cultores idolorum suorum in officio continerent, ex divinis oraculis & responsis acceptis jactitabant fore, ut in fine anni 365. a passione Christi, qui est nati salvatoris 398. Christiana religio plane extirparetur, finemque ultimum acciperet. Qua de re hæc August. lib. 18 de civ. c. ult. *Cum enim viderent* (gentiles) *nec tot tantisque persecutionibus eam* (Christianam religionem) *potuisse consumi, sed his potius mira incrementa sumpsisse, excogitaverunt nescio quos versus Græcos, tamquam consulenti cuidam divino oraculo effusos, ubi Christum quidem ab hujus tamquam sacrilegii crimine faciunt innocentem, Petrum autem maleficia fecisse subjungunt, ut coleretur Christi nomen per annos trecentos sexaginta quinque; deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem.* Vt ergo vanitas & stultitia ethnicorum, falsitas oraculorum gentilium toti mundo innotesceret, atque adeo ipsi radicitus evellerentur, qui Christianam religionem extinctam exoptabant, per deputatam ad comitatum legationem petiverunt, reliquias idololatriæ extirpari. Arcadius & Honorius petitionem æquam esse judicantes, promulgatis edictis per orientem & occidentem, Manlio Theodoro consule, anno nimirum Christi 399. omnes idololatriæ reliquias sustulerunt, simulacra fregerunt, sacrificia gentilium prohibuerunt, eorumque templa funditus everterunt: verum cum clarissima ædificia omnino eversa, urbibus immensam deformitatem adderent, posterioribus edictis rescripsere, ut omni gentilitate sublata publicorum operum ornamenta servarentur. Vide Baronium ann. 399. num. 18. 20. & 21. Item anno 399. n. 54 & sequentibus.

[a] ALEXANDRINA SYNODVS SVB ANASTASIO.

in qua Origenistæ damnantur.

a *Alexandrina.*] Causam habiti concilii exponam a primo initio. Melania Romanarum nobilissima, quæ tempore persecutionis Valentis quinque millia monachorum occultarat, triduoque panibus suis sustentaverat, relegatos magno fidei ardore prosecuta est, ut de suis facultatibus iisdem vitæ subsidia ministraret. Quibus ab exilio revocatis, ipsa monasterium Hierosolymis sibi construxit, in quo præter 50. virgines secum habitantes, 27. annis sanctos & peregrinos episcopos, monachos & virgines ex voto suscepit & fovit. Qua occasione accidit, ut ipsa cum Rufino a cæco, sed erudito & magni nominis viro, Didymo Alexandrino, operum Origenis nimio admiratore, erroribus ejusdem Origenis imbuti fuerint, ejusque Periarchon, (verum multarum hæreseon promptuarium) tamquam magnum thesaurum non modo ipsi reciperent, verumetiam toto terrarum orbe vulgari desiderarent. Post 25. igitur annos absentiæ, in Ægypto & Palæstina exactos, magna sanctitatis fama, Romam revertentes, particulamque crucis secum afferentes, Origenis errores, magna fraude vulgatis Periarchon libris circumtectos, Romanæ ecclesiæ obtrudere moliuntur. Sed fraudem Melaniæ feminæ Deus per

A feminam Marcellam detexit. Detecta fraude, ipsum Periarchon sua opera in Latinum conversum esse, seque cum Origene sentire negarunt: & ut se catholicos esse simularent; communicatorias literas a Siricio pontifice impetrarunt, & ab urbe vicissim recesserunt. Interim Pammachius & Oceanus viri clarissimi atque doctissimi multa improbantes in eo libro Periarchon, quem Latine versum & quasi emendatum Romæ Melania & Rufinus vulgaverant, Hieronymum Hierosolymis agentem per ep. 64. rogant, ut Periarchon Origenis Latine integre edat, auctoris etiam errores simul & interpretis in eo notet. Quod cum vir sanctus doctissime præstitisset, o-

ANNO CHRISTI 399.

B pus a se absolutum anno Christi 399. ad eosdem Romam misit præfatione apposita, qua omnes qui in eo libro sunt errores Origenis, omnibus manifestos redderet, ac dolum pariter prioris interpretis aperiret; demum etiam a suspicione hæreseos Origenistarum, quam per laudes Rufini interpretis incurrisse potuerat, sese expurgaret. Hac occasione, Rufini, & Melaniæ sectatores in S. Hieronymum commoti, turbasque ac rumores excitantes, Theophilo Alexandrinæ sedis episcopo causam dederunt, ut indicta synodo Alexandriæ celebranda, errores Origenis cognoscerentur. Anno itaque Christi 399. qui est Anastasii 2. Arcadii & Honorii 5. hac occasione in unum

Hieronymus Periarchon Origenis transtulit.

Tempus & acta concilii.

C Alexandrinæ ecclesiæ episcopi convenientes, Origenem ejusque sectatores condemnant, atque synodicam epistolam ad Anastasium Romanum pontificem, Constantinopolitanum, Epiphanium Cypri, aliosve episcopos ac monachos transmiserunt. interea Theophilus per se suosque legatos, Origenis sectatores ex Ægypto & Palæstina expulit. Expulsi Constantinopolim ad Chrysostomum profecti, ibidem de injuriis sibi velut hominibus catholicis & innocentibus a Theophilo illatis conquesti fuerunt, ejusque auxilium implorarunt: ille benigne exceptos communione tantum peregrina, id est, orationis, non sacramentorum, dignatus, reconciliandi eos Theophilo negotium suscepit. Epiphanius Constantinopolim secutus, a Chrysostomo eos damnari & expelli volebat. Chrysostomus contra, qui se calumniam passos esse dicebant, & speciem pietatis præ se ferebant, absque synodo damnare & expellere non audebat. Qua ex causa Epiphanius Chrysostomo infensus, communionem ejus vitavit. Hæc Sozomenus, Socrates & Palladius Origenistarum fautores prolixe. Hier. ep. 67. 73. 78. Baron. anno 399. num. 36 & sequentibus. Errores Origenis qui fuerint, Hier. apol. 1. adversus Rufinum insinuat his verbis: *Quæ cum legissem, contulissemque cum Græco, illico animadverti, quæ Origenes de Patre, Filio, & Spiritu sancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cetera autem dogmata de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, ut in Græco invenerat; vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse, ut qui in Trinitate catholicũ legerat, in aliis hæreticum non curaret.* " ** Plura in eamdem rem exhibebit Severus cognomento Sulpitius dial. 1. n. 3. *Prospero cursu septimo die Alexandriam pervenimus ubi fœda inter episcopos atq; monachos certamina gerebantur ex ea occasione;*

Origenistæ ad Chrysost. profecti.

Epiphanius cur Chrysostomo infensus fuerit.

Origenis errores qui.

ANNO CHRISTI 399.

quia congregati in unum sæpius sacerdotes frequentibus decrevisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet, &c. quæ lector per ocium consulet.

[a]CONCILIUM AFRICANUM I. SUB ANASTASIO.

Extat infra sub nomine concilii Africani his verbis.

POST consulatum gloriosissimi imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani V. consulum, quinto Kalendas Maias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem susceperunt Epigonius & Vincentius episcopi, ut pro confugientibus ad ecclesiam quocumque reatu involutis, legem de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere.

NOTA SEVERINI BINII.

Gildo tyrannus quomodo a Mascezil occisus. Mascezil sacrilegii pœnas luit. Occasio tempus & acta concilii.

a *Concilium,*] Cum Gildonem tyrannum potentissimum, septuaginta millibus militum Africam devastantem, Mascezil parva militari manu, quinque millium scilicet, in somno admonente eum Ambrosio, Deoque auxiliante felicissime fudisset & profugasset, fratremque germanus frater pro suo merito strangulari mandasset, rei prosperæ insolentia Mascezil victor elatus, posthabito sanctorum consortio, quorum ope ac monitu Deo militans vicerat, ecclesiæ immunitatem violare ausus, fugientes ad ecclesiam ab ea extraxit, atque paulo post pœnas sacrilego dignas Deo vindici persolvit, ut testantur Orosius & Zosimus lib. 5. Hac occasione Africanæ ecclesiæ episcopi, anno 399. quinto Kalendas Maias Carthagine synodo convocata ac celebrata, legatos deputarunt, qui ad imperatorem profecti edictum exorarent & impetrarent, ne quis quocumque reatu involutos ab ecclesia abstrahere auderet, si ad eam confugissent. Et dubium non est, quin hæc legatio ab imperatore obtinuerit, quod Honorius imperator ad Sapidianum vicarium Africæ pro Africana ecclesia rescripsit, his verbis.

Extat l. 34. de episc. & clericis. C. Theod. Baron. ann. 399. nu. ult.

Si ecclesiæ venerabilis privilegia cujusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta; commissum quinque librarum auri (sicut etiam prius constitutum est) condemnatione plectatur. Si quid igitur contra ecclesias vel clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab hujuscemodi hominibus fuerit contra leges impetratum, hujus sanctionis auctoritate vacuamus. Data VII. Kalendas Iulii Brixiæ, Theodoro V. C. consule.

Anno Chr. 399.

ANNO CHRISTI 400.

[a]CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM SUB ANASTASIO.

Tempus & locus concilii. Numerus episcoporum.

a *Concilium Constantinopolitanum.*] Anno domini 400. Anastasii 3. Arcadii & Honorii 6. Constantinopoli ecclesiasticarum necessitatum gratia viginti duo Asiæ episcopi convenerunt, & hanc synodum ibidem celebrarunt, in qua ab Eusebio Valentinianopolitano episcopo accusatus est Antoninus Ephesi episcopus de septem criminibus, & maxime de simoniacis ordinationibus; de quibus hæc Palladius in vita Chrysost. *Tertiadecima distributione* (id est, indictione) *venerunt Constantinopolim Asiæ episcopi, necessitatum ecclesiasticarum gratia: nobiscum remorati sunt præsentibus & aliis episcopis, ex Scythia quidem Theotimo, ex Thracia vero Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, metropolitis omnibus ac senibus, qui viginti duorum implebant numerum. Convenientibus autem omnibus & communicantibus, observato Eusebius quidam Valentinianopolitanus episcopus congregato concilio, una sabbati astitit, libellosque tradidit synodo, præposito (ut decuit) Ioannis nomine, contra Antoninum episcopum Ephesi septem capitula continentes: unum quidem, quod fusis sacris vasis, argentum in nomine filii deposuerat. Secundum, quod sumptum de ingressu baptisterii marmor in suo balneo posuit. Deinde columnas ecclesiæ plures annos jacentes intra suum erexit triclinium. Quartum, quod puer ejus homicidium perpetravit, quem habet in ministerio irreprehensum. Quintum, quod prædia relicta ecclesiæ a Basilissa imperatoris Iuliani matre vendidit, sibique detinuit precium. Sextum, quod cum uxori propriæ abrenuntiasset, rursus illi congressus est, filiosque ex ea procreavit. Septimum vero accusationis caput, quod pro lege atque decreto habet, ordinationes episcoporum vendere pro modo redditusum: adsuntque & qui dederunt & ordinati sunt, & ipse qui accepit. Eorumque omnium probationes se habere asserebat.* Hoc judicium cum ob testium absentiam agi non potuisset, mortuo interim Ephesi episcopo, ad petitionem cleri Ephesini cum Ioanne Chrysostomo 70. episcopi Asiæ Ephesum convenerunt, ibique in locum demortui episcopi Ephesini Heraclidem diaconum elegerunt, & judicium defuncti Constantinopoli inchoatum hic absolverunt, sexque episcopos per simoniam ab ipso ordinatos deposuerunt. Hæc Palladius in vita Chrysost. Socrates lib. 6. cap. 10. Sozom. lib. 8. cap. 6. Vide Baron. anno 400. numero 73. & sequentibus.

Causa & acta concilii.

ANNO CHRISTI 400. Ephesi synodo 70. episcoporum.

[a]CONCILIUM TOLETANUM [b]I.

[c] Novemdecim episcoporum, tempore Anastasii, Honorii & Arcadii, [d] Stilicone consule habitum, æra 438. anno domini 400. Patrono episcopo præsidente, sub die septimo Idus Septembris.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De presbyteris & diaconibus, si post ordinationem filios genuerint.*

II. *Ut pœnitentes, si necessitas cogat, lectores aut ostiarii fiant.*

III. *De his qui viduas acceperint, ne diacones efficiantur.*

IV. *Ut subdiaconus, si defuncta uxore aliam duxerit, ostiarius fiat.*

V. *Ut cujuslibet ordinis clericus, si ad ecclesiam non venerit, deponatur.*

VI. *Ut religiosa puella virorum familiaritatem non habeat.* ' in do[...]

VII. *Ut clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem, potestatem habeat distringendi eam, & cum ea cibum non sumat.*

VIII. *De eo qui post baptismum militaverit, ut ad * diaconum non promoveatur.* * diac[...]tum.

IX. *Ut nulla professa vel vidua, absente sacerdote, in domo sua sacerdotale officium vel lucernale impleat.*

X. *Ut nullus obligatum cuiquam, absque consensu domini vel patroni, clericum faciat.*

XI. *Ut si quis potentium quemlibet spoliaverit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.*

XII. *Ut nullus clericus de episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.*

XIII. *De his qui in ecclesiam intrant, & non communicant, ut excommunicentur.*

XIV. *De eo qui acceperit eucharistiam, & non *sumpserit, ut sacrilegus repellatur.* * con[...]pserit.

XV. *De his qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.*

XVI. *Devota si adulteraverit, decem annos pœniteat: si maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, nisi maritus decesserit.*

XVII.

xvii. De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, ut non communicet.
xviii. ' Si sacerdotis vidua, vel Levitæ, maritum acceperit, in finem tantum ' communionem accipiat.
xix. Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa peccaverit, in fine tantum ' communionem accipiat.
xx. Ut præter episcopum, nullus chrisma conficiat.
xxi. De regulis fidei catholicæ contra Priscillianos.

PRÆFATIO.

CONVENIENTIBUS episcopis in ecclesia, Toleto, id est, * Patruinus, Marcellus, Aphrodisius, * Licianus ', Iucundus, Severus, Leonas, Hilarius, [e] Olympius, Ortizius '; Asturius, * Lampidius, Serenus, Florius, Leporius, Statius ', Aurelianus, Lampadius, Exuperantius de Gallicia, Lucensis conventus, municipii [f] Celenis, omnes decem & novem isti sunt, qui & in aliis gestis adversus Priscilliani sectatores, & hæresim quam adstruxerat, libellarem* direxere sententiam. Considentibus presbyteris; adstantibus diaconibus, & ceteris qui intererant concilio, congregatis, *Patruinus episcopus dixit: [g] Quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diversa, & inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perveniunt, si placet, communi concilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet [h] constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placuit: ita ut si quis cognitis gestis concilii Nicæni, aliud quam statutum est, facere præsumpserit, & non in eo perseverandum putaverit,* tunc excommunicatus habeatur, nisi per correptionem fratrum emendaverit errorem.

CAPITULA.

I.

Placuit, ut diacones, si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiamsi uxores habeant, in ministerio constituantur: ita tamen, ut si qui etiam ante interdictum, quod per * Lusitanos episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus suis vixerint, presbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios susceperit, de presbyterio ad episcopatum non * permittatur.

II.

Item placuit, ut * de pœnitente non admittatur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit, * inter ostiarios deputetur, vel inter lectores: ita ut euangelia & apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur: ita ut manum non imponant, aut sacra non contingant. *Pœnitente vero dicimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccati publicam pœnitentiam gerens, sub * judicio, divino fuerit reconciliatus altario.

III.

Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis, si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil fit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

IV.

Subdiaconus autem, defuncta uxore, si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, removeatur, & habeatur inter ostiarios, vel inter lectores; ita ut euangelium & * apostolum non legat; propterea, ne qui ecclesiæ servierit, publicis officiis servire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum aut audiendum est, acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

V.

Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non accesserit, clericus non habeatur, si * castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo * noluerit promereri.

VI.

Item neque puella Dei aut familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico, sibi sanguinis alieni: aut convivium sola adeat, nisi ubi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum honestarumque; ubi honeste confessor quilibet, cum plurimorum testimonio, convivio interesse poterit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas; nisi forte consanguinea soror sit, vel uterina.

VII.

Placuit, ut si quorumcumque clericorum uxores peccaverint (ne forte licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi ac ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria non mortifera cogentes: ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia forte non habeant. Cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, nec cibum sumant; nisi forte ad timorem Dei acta pœnitentia, revertantur.

VIII.

Si quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumpserit, aut * cingulum; etiamsi graviora non admiserit, si ad clerum admissus fuit, diaconii non accipiat dignitatem.

Margin: ANNO CHRISTI 400. | pœnitentē dicimus qui | * concilio; | * epistolam | Burc. lib. 2. c. 152. Decret. Ivon. part. 6. cap. 243. | *castigatus non emendaverit; | * noluit | 33. q. 2. Placuit, ut si quocumque. Decr. Ivo. p. 8. c. 283. | Dist. 51 Si quis post baptism. | * cingulum ad necandos fideles, etiam

ANNO CHRISTI 400.

IX.

Nulla professa, vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore, vel servo suo faciat: lucernarium vero, nisi in ecclesia, non legatur; aut si legitur in villa, præsente episcopo vel presbytero vel diacono, legatur.

X.

Dist. 53. c. Si quis obligatus est. Et habetur inter canones a Martino Braca. I. episcopo collectos c. 46.

Clericos, si qui obligati sunt, vel * pro æquatione, vel * genere alicujus domus non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, & patronorum consensus accesserit.

* per æquationem, * de genere

XI.

24. qu. 3. Si quis de potent.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet * pauperiorem, aut religiosum expoliaverit, & mandaverit ad ipsum episcopus, ut eum audiat; & si contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos, & quoscumque adire potuerint; ut excommunicatus * habeatur, donec audiatur, ut reddat aliena.

* pauperem,
* habeatur ipse, donec obediat, & reddat

XII.

Item, ut liberum ulli clerico non sit, discedere de episcopo suo, & alteri episcopo communicare: nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam revertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communione eorum vel palam, vel occulte, * qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati, fuerint inventi, habeant illorum ad quos ire voluerunt, etiam in * damnationem consortium.

* cum eis qui
* damnatione

XIII.

De conf. d. 2. Hi qui intrant.

De his qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, * ut si non communicant, ad pœnitentiam accedant; si communicant, non * superabstineantur; si non fecerint, abstineantur.

* quod si
* semper abstineant,

XIV.

Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV.

11. qu. 3. Si quis laicus abst. Adducitur ex concilio Toletano hic canon II. vocaturque ibi concilium primum Toletan. Dec. Ivo. p. 13. c. 30. 27. q. 1. Devotam peccantem nō. Et in cap. Mart. c. 31.

* Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum ejus, clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, a clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui ejus sint episcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, sive laico, sive clerico.

XVI.

Devotam peccantem non recipiendam * in ecclesiam, nisi peccare desierit, & desinens egerit * aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullum convivium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam recepit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc vivente ipso viro, caste vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

* in ecclesia censemus
* veram

XVII.

Si quis habens uxorem fidelem, * si concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet uxorem, & [l] pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus; alias vero vivens abjiciatur, donec desinat, & per pœnitentiam revertatur.

Dist. 34. Is qui ... habet. Ivo p. 8. 64. ... decreti G... gorii ... ponitur ... decretum de justa concubina sententia. B. [l] Aug. lib. de bono conjugali, quæ est uxor non solenniter ducta. * fidelis

XVIII.

Si qua vidua episcopi, sive presbyteri, aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat, numquam communicet; morienti tantum ei sacramentum subveniat.

XIX.

Episcopi, sive presbyteri, sive diaconi filia, si Deo devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit; si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero causas in concilio se noverit præstaturum: mulier vero non amittatur ad communionem, nisi marito defuncto, egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo, secesserit, & pœnituerit, vel petierit communionem, * in ultimo vitæ deficiens, accipiat communionem.

* nullo modo nisi deficiens acc.

XX.

Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis vel provinciis, presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum chrisma facere, & per diœcesim destinare: ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi; * ut confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem paschæ * possit occurrere. Episcopo sane certum est omni tempore licere chrisma conficere: sine conscientia autem episcopi, nihil penitus * faciendum. [m] Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo; præsente vero, * si ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus,

* ut confestim * possit tempus ferre.
* presbyteri agere præsente
* non

ANNO CHRISTI 400.

chidiaconus, vel præsentibus, vel absentibus episcopis suggerendam; ut eam episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

* Patruinus episcopus subscripsi.
Aphrodisius episcopus subscripsi.
Severus episcopus subscripsi.
Hilarius episcopus subscripsi.
* Ortizius episcopus subscripsi.
* Asterius episcopus subscripsi.
Serenus episcopus subscripsi.
Leporius episcopus subscripsi.
Aurelianus episcopus subscripsi.
Lampadius * episcopus subscripsi.
Marcellus episcopus subscripsi.
* Licianus episcopus subscripsi.
Leonas episcopus subscripsi.
Olympius episcopus subscripsi.
Iocundus episcopus subscripsi.
Lampadius episcopus subscripsi.
Florus episcopus subscripsi.
* Statius episcopus subscripsi.
Exuperantius episcopus subscripsi.

n INCIPIT regula fidei catholicæ contra omnes hæreses, & quam maxime contra * Priscillianos, quam episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani & Bætici fecerunt, & cum præcepto papæ urbis Romæ Leonis, ad C Balconium episcopum Galliciæ transmiserunt. o Ipsi etiam & supra scripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

CREDIMUS in * unum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, visibilium & invisibilium factorem, per quem * creata sunt omnia in cælo & in terra: hunc unum Deum, & hanc unam esse divinæ substantiæ Trinitatem: Patrem autem non esse ipsum Filium, sed habere Filium, qui Pater non sit: Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura: Spiritum quoque paracletum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pater, ge- D nitus Filius, non genitus Paracletus, sed a Patre Filioque procedens. Pater est, cujus vox hæc est audita de cælis: *Hic est filius * meus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite.* Filius est, qui ait: *Ego a Patre exivi, & a Deo veni in hunc mundum.* Paracletus spiritus est, de quo Filius ait: *Nisi abiero ego ad Patrem, Paracletus non veniet ad vos.* Hanc Trinitatem personis distinctam, substantia unitam, virtute & potestate & majestate indivisibilem, indifferentem; præter hanc nullam credimus divinam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicujus, quæ Deus esse credatur. Hunc igitur Filium Dei, Deum natum a Patre ante omne E omnino principium, sanctificasse uterum Mariæ virginis, atque ex ea verum hominem, sine virili generatum semine suscepisse, duabus dumtaxat naturis, id est deitatis & carnis, in unam convenientibus omnino personam, id est dominum nostrum Iesum Christum: nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicujus in eo fuisse, sed solidum, atque verum: hunc & esurisse, & sitisse, & doluisse, & flevisse, & omnes corporis injurias pertulisse; postremo a Iudæis crucifixum, & sepultum tertia die resurrexisse;

A conversatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectionem die ad cælum ascendisse. Hunc Filium hominis etiam Dei Filium dici; Filium autem Dei dominum Filium hominis appellamus. Resurrectionem vero futuram humanæ credimus carnis, animam autem hominis non * divinam esse substantiam aut dei parem, sed creaturam dicimus divina voluntate creatam.

*divinæ esse substantiæ aut Dei Patris.

I. Si quis autem dixerit, aut crediderit, a Deo omnipotenti mundum hunc factum non fuisse, atque ejus omnia instrumenta, anathema sit.

II. Si qu[i]s dixerit, atque crediderit, Deum Patrem eu[n]dem esse Filium atque Paracletum, anathema sit.

B III. Si quis dixerit, vel crediderit, Dei Filium eumdem esse Patrem vel Paracletum, anathema sit.

IV. Si quis dixerit, vel crediderit, Paracletum vel Patrem esse, vel Filium, anathema sit.

V. Si quis dixerit, vel crediderit, carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

VI. Si quis dixerit, vel crediderit Christum innascibilem esse, anathema sit.

VII. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Christi * convertibilem esse, vel passibilem anathema sit.

* nascibilem

VIII. Si quis dixerit, vel crediderit, alterum Deum esse priscæ legis, alterum euangeliorum, anathema sit.

IX. Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit Deus cælum & terram: anathema sit.

X. Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

XI. Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam, anathema sit.

XII. Si quis dixerit, vel crediderit, alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit.

XIII. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatis & carnis unam esse in Christo naturam, anathema sit.

XIV. Si quis dixerit, vel crediderit, esse aliquid, quod se extra divinam Trinitatem possit extendere, anathema sit.

XV. Si quis astrol[o]giæ, vel mathesi existimat esse credendum, a[n]athema sit.

XVI. Si quis dixerit, vel crediderit, conjugia hominum, quæ secu[n]dum legem divinam * licita habentur, execr[a]bilia esse, anathema sit.

* licet habere

XVII. Si quis dixerit, car[n]es avium vel pecorum, quæ ad escam datæ [s]unt, non tantum pro castigati[o]ne * corporis abstinendas, sed execrandas ess[e], anathema sit.

* hominis

XVIII. Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, aut aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

Incipiunt exemplaria professionum in concilio Toletano, contra sectam Priscilliani Æra 438.

POST habitum jam concilium Kalend. Septembr. tertio nonas Septembris, post diversas cognitiones tunc habitas, sub die octavo Iduum

ANNO CHRISTI 400.

Iduum Septembrium excerptæ sunt de plenariis gestis professiones domini Symphosii, & domini Dictinii, sanctæ memoriæ episcoporum, & domini sanctæ memoriæ Comasii, tunc presbyteri, quas inter reliquos habuerunt in concilio Toletano, de damnatione Priscilliani, vel sectæ ejus, in hunc modum: Post aliquanta, & inter aliquanta eodem tempore acta, Dictinius episcopus dixit: Audite me, optimi sacerdotes, corrigite omnia: quia vobis correctio data est. Scriptum est enim: Vobis datæ sunt claves regni cælorum. Sed peto a vobis, ut claves nobis regni, non portæ aperiantur inferni. Hæc, si dignamini, omnia ante oculos pono Hoc enim in me reprehendo, quod dixerim unam Dei & hominis esse naturam. Item dixit: Ego non solum correctionem vestram rogo, sed & omnem præsumptionem meam de scriptis meis arguo, atque condemno. Item dixit: Sic sensi, testis est Deus. Si erravi, corrigite. Item dixit: Et paulo ante dixi, & nunc iterum repeto: In priori comprehensione mea, & in principiis conversionis meæ, quæcumque conscripsi, omnia me toto corde respuere. Item dixit: Excepto nomine Dei, omnia anathematizo. Item dixit: Omnia quæ inveniuntur contra fidem, cum ipso auctore condemno. Symphosius episcopus dixit: Iuxta id quod paulo ante lectum est in membrana nescio qua, in qua dicebatur filius innascibilis, hanc ego doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut filium innascibilem, cum ipso auctore damno, qui scripsit. Item dixit: Ego sectam quæ recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Date mihi chartulam; ipsis verbis condemno. Et cum accepisset chartulam, de scripto recitavit: Omnes libros hæreticos, & maxime Priscilliani doctrinam, juxta quod hodie lectum est, ubi innascibilem filium scripsisse dicitur, cum ipso auctore damno. Comasius presbyter dixit: Nemo dubitet, me cum domino meo episcopo sentire, & omnia damnare quæ damnavit, & nihil ejus præferre sapientiæ, nisi solum Deum. Atque ideo nolo me dubitetis aliud esse facturum, aliterve sensurum quam quod professus est: ac proinde quomodo dixit episcopus meus, quem sequor; quidquid ille damnavit, & ego damno.

Matth. 16.

Æra, qua supra, sub diem tertium Iduum Septembrium, professiones sanctæ memoriæ episcoporum domini Symphosii, & domini Dictinii, & sanctæ memoriæ Comasii tunc presbyteri. Comasius presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere, quod semel dixissem, ut gaudeam. Sequor auctoritatem episcopi mei Symphosii; sequor sapientiam senis. Sentio quod dixi; si jubetis, ex chartula relegam. Omnes id sequantur, qui voluerint vestro hærere consortio. Et Comasius presbyter ex chartula legit: Cum catholicam & Nicænam fidem sequamur omnes, & scriptura recitata sit, quam Donatus presbyter, ut legitur, ingessit, ubi Priscillianus innascibilem esse filium dixit, constat hoc contra Nicænam fidem esse dictum: atque ideo Priscillianum hujus dicti auctorem, cum ipsius dicti perversitate, & quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno.[q] Symphosius episcopus dixit: Si quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno.[r] Dictinius episcopus dixit: Sequor sententiam domini mei & patris mei, & genitoris & doctoris mei, Symphosii: Quæcumque locutus est, loquor. Nam scriptum legimus: Si quis vobis aliter euangelizaverit præterquam quod euangelizatum est vobis, anathema sit: & idcirco omnia quæ Priscillianus aut male docuit, aut male scripsit, cum ipso auctore condemno.

1. Thess. 6.

Exemplar diffinitivæ sententiæ translatæ de gestis.

Die qua supra, episcopi dixerunt: Legatur scriptura sententiæ. Et legit: Etsi diu deliberantibus verum, post Cæsaraugustanum concilium, in quo sententia in certos quosque dicta fuerat, sola tamen una die, præsente Symphosio, qui postmodum declinando sententiam, præsens audire contempserat, arduum nobis esset audire jam dictos, literis tamen sanctæ memoriæ Ambrosii, quas post illud concilium ad nos miserat; ut si condemnassent quæ perperam egerant, & implessent conditiones quas præscriptas literæ continebant, reverterentur ad pacem (adde quæ sanctæ memoriæ Siricius papa suasisset) magnam nos constat præstitisse patientiam: & si prius indictum in Toletana urbe concilium declinarant, ad quod illos evocaveramus, & audissemus, cur non implessent conditiones, quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsente & audiente, posuissent, patuit respondisse Symphosium, se a recitatione eorum quæ dicebant martyres, recessisse, ac dehinc deceptum tentumque, per plurimos secus aliqua gessisse reperimus, nullis libris apocryphis, aut novis scientiis, quas Priscillianus composuerat, involutum: Dictinium epistolis aliquantis pene lapsum, quas omnes sua professione condemnans, correctionem petens, veniam postularet. Quem constat, ut Symphosius fecit, quæcumque contra fidem catholicam Priscillianus scripserat, cum ipso auctore damnasse. Ceterum extortum sibi de multitudine plebis probaret Symphosium, ut ordinaret Dictinium episcopum, quem sanctus Ambrosius decrevisset, bonæ pacis locum tenere presbyterii, non accipere honoris augmentum. Confitentur etiam illud, quod alios per diversas ecclesias ordinassent, quibus deerant sacerdotes; habentes hanc fiduciam, quod cum illis propemodum totius Gallicæ sentiret plebium multitudo. Ex quibus ordinatus est Paternus Bracarensis ecclesiæ episcopus. In hanc vocem confessionis primus erupit, & sectam Priscilliani se scisse, sed factum episcopum liberatum se ab ea, lectione librorum S. Ambrosii, esse, juraret.

Paternus Bracar.

Item Isonius nuper baptizatum se a Symphosio, & episcopum factum, hoc se tenere, quod in præsenti concilio Symphosius professus est, respondit.

Isonius episcop.

Vegetinus vero olim ante Cæsaraugustanum concilium episcopus factus, similiter libros Priscilliani cum auctore damnaverat; ut de ceteris acta testantur. De quibus qui consuluntur episcopi, judicabunt.

Veget.

Herenas clericos suos sequi maluerat; qui sponte, nec interrogati, Priscillianum catholicum, sanctumque martyrem clamassent; atque ipse usque ad finem, catholicum hunc esse dixisset, persecutionem ab episcopis passum. Quo dicto omnes sanctos, jam plurimos quiescentes, aliquos in hac luce durantes, suo judicio deduxerit in reatum. Hunc cum his omnibus, tam suis clericis, quam diversis episcopis,

Herenas

ſcopis, hoc eſt, Donato, Acurio, Emilio, qui ab eorum profeſſione recentes, maluiſſent ſequi conſortium perditorum, decernimus ab ſacerdotio ſubmovendum, quem conſtaret etiam de reliquis verbis ſuis convictum per tres epiſcopos, multos quoque presbyteros, ſive diaconos, cum perjurio eſſe mentitum. Vegetinum autem, in quem nulla ſpecialiter dicta fuerat ante ſententia, data profeſſione, quam ſynodus accepit, ſtatuimus communioni noſtræ eſſe reddendum. Paternum, licet pro catholica fidei veritate, & publicatæ hæreſis errore, libenter amplexus eccleſiam, in qua epiſcopus fuerat conſtitutus, tenere permiſimus; recepturi etiam in noſtram communionem cum ſedes apoſtolica reſcripſerit. Reliqui, qui ex provincia Gallæciæ ad concilium convenerant, & in Symphoſii ſemper communione duraverant; accepta forma a concilio miſſa, ſi ſubſcripſerint, etiam ipſi in cæleſtis pacis contemplatione conſiſtant; expectantes pari exemplo, quid papa qui nunc eſt, quid ſanctus Simplicianus Mediolanenſis epiſcopus, reliquique eccleſiarum reſcribant ſacerdotes. Si autem ſubſcriptionem formæ quam miſimus, non dederint, eccleſias quas detinent, non retineant; neque his communicent qui reverſi de ſynodo, datis profeſſionibus ad ſuas eccleſias reverterunt. Sane Vegetinum ſolum cum Paterno communicare decrevimus. Symphoſius autem ſenex religioſus, qui quod egerit ſupra ſcripſimus, in eccleſia ſua conſiſtat, circumſpectior circa eos quos ei reddemus, futurus, inde expectabit communionem, unde prius ſpem futuræ pacis acceperat. Quod obſervandum etiam Dictinio & Anterio eſſe decrevimus. Conſtituimus autem, priuſquam illis per papam, vel per ſ ſanctum Simplicianum communio redditur, non epiſcopos, non presbyteros, non diaconos ab illis ordinandos; ut ſciamus ſi vel nunc ſciant, ſub conditione remiſſi, tandem ſynodicæ ſententiæ præſtare reverentiam. Meminerint autem fratres & coepiſcopi noſtri enixe excubandum, ne quis communione depulſus, collectiones faciat per mulierum domos, & apocrypha quæ damnata ſunt, legant; ne communicantes his, pari ſocietate teneantur. Quoniam quicumque has ſuſceperint, certum eſt, eos etiam graviori ſententia retinendos eſſe. Fratri autem noſtro Ortygio eccleſias, de quibus pulſus fuerat, pronuntiamus eſſe reddendas.

NOTA SEVERINI BINII.

Epiſtola Innocentii ad ſynodum Toletanam ſcripta, quam hic Garſias ſubjungit, infra inter epiſtolas ejuſdem Innocentii vigeſima tertia extat. Vide quæ ibi notabimus.

FRAGMENTA SUB TITULO CONCILIORUM TOLETANORUM,

Vel corrupte, vel falſo citata, cum in his conciliis non inveniantur; per eumdem Garſiam Loaiſam collecta.

Ex concilio quarto Toletano cap. 8.

De viduis & puellis, quæ habitum religionis in domibus propriis, tam a parentibus, quam per ſe mutaverunt, ſi poſtea contra inſtituta patrum, vel præcepta canonum, conjugia crediderint copulanda, tamdiu utræque habeantur a communione ſuſpenſæ, quouſque

A quod illicite perpetraverunt, emendent: quod ſi emendare neglexerint, a communione & omnium Chriſtianorum convivio perpetuo ſint ſequeſtratæ.

ANNO CHRISTI 400.

Ex concilio Toletano.

* Relata eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quod ſint quidam epiſcopi, nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum ſuas per annum parœcias circumire; qui tamen exigunt, ut manſiones, quibus in profectione uti debuerunt, aliquo precio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia negligentiæ & avaritiæ, ſanctæ ſynodo magno fuit horrori. B Statuerunt itaque ne quis ultra exerceat illud cupiditatis ingenium, & ut ſolicitiores ſint epiſcopi de ſuis gregibus viſitandis.

a Cōc. Triburienſe c. 27.

* 10. quæſt. 1. Relata. Burc. lib. 1. cap. 229. Ivo p. 5. cap 341. In lib MS. privilegiorum eccleſ. Toletanæ citatur hoc cap. tamquam quarti concilii Toletani. Verum Burc. & Ivo citant ex concilio Triburienſi, tempore Arnulphi regis.

Ex concilio Toletano.

Sancimus omnibus epiſcopis curam laicorum inſtare; ut ſi quos in fide Chriſti invenerint, nimio affectu diligant. Et inſuper informamus, ut ſi aliqua ab ipſis accipiant dona, ſtatim in quatuor dividant partes; ita ut prima pars ſecundum apoſtolorum præcepta, titulorum, C necnon cœmeteriorum reſtaurationibus diligenter attribuatur; ſecunda clericis; tertia cunctis pauperibus; quarta vero advenis.

12. q. 2. Sancimus. In collectione canonum incerti auctoris, quæ eſt in bibliotheca Vaticana, attribuitur Silveſtro P.

Ex concilio Toletano.

Plures baptiſmales eccleſiæ in una terminatione eſſe non poſſunt, ſed una tantum non capellis ſuis. Et ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes utrarumque decernant: & ſi non convenerint, lis Dei judicio decernatur.

16. q. 1. Plures baptiſ. Burc. lib 3. c. 22. Ivo p. 3 ca. 27. qui illud ex concil. Aquiſgranēſ. citat.

Ex concilio Toletano.

Congregatio debet ſibi eligere abbatem, D poſt abbati ſui mortem; vel eo vivente, ſi ipſe deceſſerit, vel peccaverit. Epiſcopus enim non debet abbatem violenter retinere in loco ſuo. Ipſe autem non poteſt aliquem ordinare de ſuis propinquis, vel amicis, ſine voluntate fratrum.

16. q. 7. Cōgregatio. Burc. lib 8. c. 86. Ivo p. 7. c. 104.

Ex concilio Toletano.

Statutum eſt a ſacro conventu, ut ſi quis ſponſam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe conjugii maneat. Et ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quod ſi poſt hæc conjungere ſe præſumpſerint, uterque uſque ad ſatisfactionem anathematizetur.

27 quæſt. 2. Statutum. Burc. lib. 9. c. 36. Ivo p. 8. c. 175.

Ex concilio Toletano.

Officium vero archidiaconi eſt, evangelium, quando voluerit, legere, vel alicui E de diaconis præcipere. Et quando epiſcopus miſſam canit, ad juſſionem illius induant ſe Levitæ veſtimentis ſacris, qualiter cum pontifice ad miſſam procedant. Omnem querimoniam, ſeu cauſam, vel juſtitiam presbyterorum, vel diaconorum, vel ſubdiaconorum ipſe debet deliberare, ordinare, & facere. Ideo vero ſtrenuus, providus, cautus, vicem ſui epiſcopi agens, epiſcopii totius curam habeat, & omne eccleſiaſticum officium providendo, lectiones, aut reſponſoria in matrice eccleſia dare debet, & auſcultare: in tantum, ut nullus evangelium, aut epiſtolam, reſponſoria, vel quamlibet in eccleſia lectionem legat,

Decretal. lib. 1. ca. 23. Bernardus præpoſitus Papienſis, in collectione decreta. lib. 1. tit. 15. c. 3.

ANNO CHRISTI 400.

gat, vel cantet, donec auscultetur ab ipso. Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in ecclesia aliqua officia agere debeat.

Ex concilio Toletano.

Decr. lib 1. tit. 24. ca. 1. Bern. præpofit. Pap. lib. 1. titul 16. cap. 1. Burc. lib. 3. ca. 50. Ivo p. 6. c. 20.

Vt archipresbyter sciat se subesse archidiacono, & ejus præceptis sicut sui episcopi obedire; & quod specialiter pertinet ad ejus ministerium, super omnes presbyteros in ordine presbyterali positos curam agere animarum, & assidue in ecclesia stare. Et in episcopi sui absentia, ad vicem ejus, missarum solennia celebret, & collectam, dicat aut cui ipse injunxerit.

Ex concilio Toletano.

Decr lib. 1. tit. 26. ca. 1. Ivo p. 6. ca. 20. Bernar. præpositus Pap. lib. 2. tit. 18. cap. vnico.

Vt sciat se sacrista subjectum archidiacono, & ad ejus curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria pertinent, sive in cera, sive in oleo.

Ex concilio Toletano.

Decr. lib 1. tit 27. ca. 2. Bern. præpofit. Papa lib. 1. tit. 19. c. 2.

Custos solicitus esse debet de omni ornamento ecclesiæ, & luminariis, sive incenso; necnon & panem, & vinum omni tempore præparatum ad missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum ex consensu archidiaconi sonare; ut oblationes omnes, seu eleemosynas, seu decimas (cum ejusdem tamen consensu, absente episcopo) inter fratres dividat. In his tribus ecclesiæ columnis (ut sanxit sancta synodus) consistere debet alma mater ecclesia; ut ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores esse viderint, ut nulla negligentia in sancta Dei ecclesia videatur. Hi tres, archidiaconus, archipresbyter, custos, simul juncti, uno animo provide peragant & perfecte, & non sit invidia neque zelus inter illos.

Ex concilio Toletano.

Burc. li. 2. cap. 23. Ivo Decret. p. 6. c. 38. " Lib. 1. capitul. c. 88.

De rebus vero illorum, vel peculiari, qui a dominis propriis libertate donantur, ut ad gradus ecclesiasticos promoveri debeant, statutum est, ut in potestate dominorum consistat, quidquid ante libertatem habuerunt, utrum illis concedere, an sibi retinere voluerint.

Ex concilio Toletano.

Burc. lib. 2. c. 72. Ivo p. 6. c. 128.

Debent autem supra scriptæ ingenuitatis chartæ, non solum nomen illius qui has fieri rogat, sed etiam nomina sacerdotum & nobilium laicorum, qui ibi fuerint, in ordine digesta, cum signis propria manu impressis continere. Nam sine horum adstipulatione, pagina auctoritate testium nudata, pro nihilo deputatur. Oportet etiam ut locum, diem, annum, & principem, & indictiones in fine vel in margine annotatas habeat, in hunc modum: Actum in illa civitate, in domo sancti Petri, Calendis illis, anno dominicæ incarnationis illo, regnante illo rege, & præsidente in cathedra supradictæ civitatis episcopo illo, indictione illa, in Dei nomine feliciter. Amen. Ait enim Romana auctoritas: Quæcumque leges sine die & consule fuerint prolatæ, non valeant.

Ex eodem concilio.

Burc. lib. 2. cap. 28. Ivo p. 6. ca. 129. Bern. præp. Pap. lib. 1. tit. 10. c. 1.

Instruendi sunt præterea laici, ut sciant, quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt servos, quos dominicis castris aggregari decreverunt, nisi in sacrosancta ecclesia, ordine supra notato. Quomodo enim clerici extra ecclesiã libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt? Et quibus interdicitur, ne ad sæculare judicium procedant, quomodo sæculari judicio a jugo servitutis absolvuntur? Sed fortasse dicit aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante susceptum clericatus officium, ingenuitatis dignitate potiatur. Revera verum dicit: & ideo quod infirmari vel vituperari potest, præcaveri debet.

Ex eodem.

Burc. li. 2. ca. 29. Ivo p. 6. c. 130. " Non ex ad conc. hoc I. a 400. pertinet.

Non solum autem qui ad clericatus ordinem promovendi sunt, in ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi quos quisque pro remedio animæ suæ emancipari vult: quia sic scriptum quippe est in pacto" Francorum.

Ex eodem concilio.

Burc. lib. 2. c. 30. Ivo p. 6. c. 131.

Qui debitum sibi nexum, atque competens relaxat servitium, præmium in futuro apud dominum sibi provenire non dubitet. Quapropter ego in Dei nomine ill. pro remedio animæ meæ, vel æterna retributione, in ecclesia sancti Petri, vel illius sancti, sub præsentia episcopi vel sacerdotum ibi consistentium, ac nobilium laicorum, ante cornu altaris istius ecclesiæ, absolvo servum meum Ill. per hanc chartam absolutionis & ingenuitatis, ab omni vinculo servitutis; ita ut ab hac die & deinceps ingenuus sit, & ingenuus permaneat, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus. Eam pergat partem, quam maluerit, vel quam ei auctoritas canonica permittit; & sicut alii ingenui, vitam ducat ingenuam. Nulli autem heredum meorum, ac proheredum, nec cuicumque personæ alii quidquam debeat servitutis vel libertatis obsequium, nisi soli Deo cui omnia subjecta sunt, vel pro cujus amore ipsum devotus ad ejus servitium obtuli. Peculiare vero suum, quod ei dominus dederit, vel deinceps Deo auxiliante laborare potuerit, concessum in perpetuum habeat; ut inde faciat quidquid illi placuerit, secundum ecclesiasticas sanctiones. Si quis vero, quod futurum esse non credo, sive ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quælibet opposita persona contra hanc ingenuitatis chartam venire tentaverit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, & a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ extraneus efficiatur, & insuper cui litem intulit, sexaginta solidos persolvat, & quod repetit, evindicare non valeat; sed præsens ingenuitas, mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata, aut adstipulatione subnixa, omni tempore maneat inconvulsa.

Ex eodem. cap. 82.

Burc. li. c. 31. Ivo p. 6 c. 13. Bernard. posit. l. 1. tit c. 2. " Lib. capitul.

De servorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promoventur, placuit omnibus, cum sacris canonibus concordare debere: & statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere præsumat, nisi prius a dominicis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum suum fugiens aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat. Si vero avus aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus,

educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & utrum servus sit, ignotum sit; & postea veniens dominus illius, legibus eum acquisierit, sancitum est, ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat: si vero eum catena servitutis a castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat: quia juxta sacros canones, vilis persona manens, sacerdotii dignitate fungi non potest.

Ex eodem concilio. cap. 33.

De ecclesiarum vero servis, communi sententia est decretum, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti, nostram auctoritatem sequantur; suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant: & quandocumque de familia ecclesiæ utilis inventus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, & coram sacerdotibus & omni clero, ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur; & tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur.

Ex concilio Toletano. cap. 6.

Si quis presbyter ab episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab episcopo suo correptus, in certa præsumptione perduraverit; hic omnimodis excommunicetur, & ab ecclesia expellatur: & quicumque cum eo communicaverit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel feminis excommunicatis observatum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & episcopus emendare potuerit minime, regis judicio exilio damnetur.

Ex concilio Toletano.

Ceterum presbyter si post ordinationem aliquid acquisierit, illud observandum est, quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

Ex concilio Toletano.

De his quæ ad parochianas ecclesias offeruntur, in terris, vineis, mancipiis, peculiis, antiquorum canonum instituta serventur; ut omnia in episcopi potestate consistant. De his autem, quæ altaribus offeruntur, tertia pars fideliter episcopis deferatur, duæ clericis, decimæ autem secundum quosdam, singulis annis, tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto totam episcopi recipiant.

Ex concilio Toletano.

Fugitivos etiam servos ecclesiasticos, domos suas aut familias deserentes, qui etiam si revocati fuerint, teneri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

Ex concilio Toletano cap. 5.

Ut clerici qui se fingunt habitu & nomine monachos esse, & non sunt, omnimodis corrigantur, atque emendentur; ut vel veri monachi sint, vel veri canonici.

Ex concilio Toletano.

Si aliquis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non præstetur. Et si intra tres annos, aut servus, aut libertus, vel colonus quæratur a domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit; fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium requisitus non fuerit, postea quæri non potest; nisi sit tam longe, quod inveniri non possit: sed tantum ea quæ in monasterium adduxit, dominus servi recipiat.

ANNO CHRISTI 400.

Ex concilio Toletano.

Quicumque in quadragesimæ diebus esum carnium præsumpserit attentare, non solum reus erit resurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta communione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, ut in ipsius anni curriculo ab omni esu carnium abstineat, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Burc. lib. 19. c. 76.

Ex concilio Toletano.

De viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti, pro peccatis suis confessionem episcopo, sive presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur, ut secundum id quod sibi decretum fuerit ab episcopo, sive presbytero, pœnitentiam agant, non trepide nec tarde, sed ferventer & solicite; ac sic se veniam peccatorum a domino percepturos, & gradum se retenturos confidant. Burc. l. 19. c. 151. Ivo p. 15. c. 160.

Ex eodem. cap. 17.

De his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina, quæ menstruum suum sanguinem immiscuit cibo vel potui, & dedit viro suo ut comederet; & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ: ut nobis videtur, tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli; quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur, & qui auguria attendunt, & divinationes observant; Theodori[a] archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis, uno anno pœniteat; qui vero in magnis, decem annis pœniteat. Burc. l. 19. c. 152. Ivo p. 15. c. 163.

[a] Is vixit sæculo septimo, anno Christi 680.

Ex concilio Toletano.

Ea quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti & sententia condemnantur. Burc l. 19. c. 158. Ivo p. 15. c. 66.

Ex concilio Toletano.

Custos ecclesiæ, cui ea quæ ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet ut sui archidiaconi jussioni in cunctis obediat. In canonicis horis signa tintinnabulorum pulsanda ipso archidiacono jubente, ab eo pulsentur: pallia vero, vel linteamina, altaria, seu cuncta utensilia ecclesiæ indesinenter custodiat: lampades & laternas in accendendo, seu in extinguendo pervigil existat; ut ne supra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior fit ecclesia; sed omnia cum discretione agantur, quæ noscitur mater omnium virtutum. Si vero is cui ecclesia custodienda traditur, minus idoneus ad hoc peragendum extiterit, ab archidiacono coerceatur, ut se emendet. Si autem indomitus permanserit, archidiaconus episcopo nuntiando provideat, ut indecente ejecto, aptus domui Dei constituatur minister; ut omnia in laudem & nomen domini fiant, qualiter possit Deus in ecclesia placari ab observientibus sibi. Bernardus præpositus Pap. lib. 1. tit. 19. c. 1.

ANNO CHRISTI 400.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Toletanæ urbis descriptio. Concilium nationale fuit.

a *Toletanum.*] Toletanæ urbis Hispaniæ metropolis meminere Ptolemæus lib. 1. capite 6 Plinius libro 3. capite 3. Antoninus in itinerario Concilium secundum Toletanum can. 2. vocat hoc primum: *Relatus est*, inquit, *canon concilii primi Toletani, in quo præceptum est*, &c. Canon 14. Hæc urbs multis nominibus, divitiis, religione præclara est. Concilia fidem, & bonos mores concernentia, in ea plurima habita fuerunt Hujus archiepiscopus primatus titulo insignitur. Vide plurima in theatro Braunii.

Tempus concilii Toletani I.

b *Primum.*] Inter ea quæ nunc extant, primum sub Anastasio pontifice celebratum fuit anno domini 400. Anastasii pontificatus tertio, Arcadii & Honorii septimo. Cum enim supra in actis Toletani concilii sancti Simpliciani Mediolanensis episcopi adhuc viventis expressa mentio habeatur, post annum domini 400. non potuit hæc synodus celebrata fuisse. Nam anno 401. Venerium Simpliciani successorem eidem Mediolanensi ecclesiæ suffectum fuisse constat ex legatione illa Afrorum, quæ Vincentio & Fravitta consulibus contigit prędicto anno domini 401. de qua agemus paulo post infra in notis concilii Africani secundi. Toletana synodus secunda habita est circa tempora Ioannis secundi: posteriores posterioribus temporibus. Vnde Ambrosius Morales, qui ex antiquo scripto codice edidit acta synodi Toletanæ, vir cum primis doctus & de ecclesiasticis antiquitatibus rerum Hispanicarum optime meritus, & post eum Garsias Loaisa opinantur hanc, quam sub Anastasio celebratam esse confitentur, eamdem esse cum ea Toletana, ad quam Innocentius scripsit epistolam 23. infra extantem: idque senserunt ideo, quod putarint eodem anno primi consulatus Stiliconis Toletanum concilium celebratum, defunctoque Anastasio Innocentium subrogatum fuisse. Sed cum verius sit, Anastasium ut supra diximus in notis ad ejus vitam, biennio post consulatum primum Stiliconis, obitumque Simpliciani Mediolanensis, usque ad annum salutis 402. supervixisse; dubium non est illam synodum, ad quam Innocentius Anastasii successor epistolam decretalem dedit, non sub Anastasio, sed Innocentio habitam, adeoque ab hac Toletana diversam fuisse: nisi dicas, quod insolitum est, hoc provinciale concilium in annum sequentem propagatum esse Hæc sententia magis confirmatur, quod Innocentius exordio epistolæ suæ fateatur, se frequenter nimiumque de schismate Hispaniæ componendo solicitum fuisse, atque adeo non initio, sed post aliquot annos sedis suæ hanc epistolam scripsisse. Quod si ita est, has duas Toletanas diversas synodos esse, concedere oportet. Licet in utraque de perperam factis ordinationibus actum foret, non tamen inde bene inferretur, easdem synodos fuisse. Nam & longe ante primum Toletanum concilium de iisdem tractatum est a Siricio papa in literis ab eo datis ad Himerium Tarraconensem episcopum: diu enim multumque corrupta ordinationum disciplina Hispaniarum ecclesias exagitavit; adeo ut hujus concilii tempore ulcus in schisma eruperit, ut constat ex præfatione Patroni supra in initio. Hæc Baronius anno 405. num. 43. & 44.

An hæc synodus eadem sit cum illa, ad quam Innocentius scripsit.

SubAnastasio & Innocentio Toleti diversa concilia habita fuerunt.

Concilium nationale fuit.

c *Novendecim episcoporum.*] Hinc colligo nationale fuisse concilium, cum eo tempore sedes Toletana tot suffraganeos non haberet episcopos. Similiter de Eliberitano statuo, cum eodem episcoporum numero fuerit celebratum. Et in regula fidei, in calce hujus concilii posita, adversus Priscillianistas, dicitur: *Ipsi etiam & supra scripta viginti canonū capitula statuerunt in concilio Toletano.* Qui sunt ipsi, nisi præsules Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani, Bætici, ut supra dicitur? Adde etiam quod in subscriptionibus Marcellus subscribit, qui fuit Hispalensis episcopus. Unde his argumentis liquet fuisse nationale. *Garsias.*

Quo consule habitum sit.

d *Stilicone consule.*] Intellige consulatum Stiliconis primum, qui cum Anastasii pontificis Romani tertio pontificatus, Arcadii & Honorii sexto imperii, atque cum anno Christi nati 400. æra Hispanica 438. coincidit

Olympius quis & qualis.

e *Olympius.*] Hic est ille episcopus fama celebris, inter scriptores hujus temporis clarissimus, de quo hæc Gennadius de viris illustribus, cap. 14. *Olympius natione Hispanus episcopus, scripsit librum fidei adversus eos qui naturam & non arbitrium in culpam vocant:* (ita Manichæi dicentes carnem a malo tenebrarum principe esse productam) *ostendens non creatione, sed* obedientia insertum naturæ malum.* Ejusdem scripta S. Augustinus contra Iul. lib. 1. c. 3. & 7. citat, magno hoc præconio: *Olympius Hispanus episcopus, vir magnæ in ecclesia & in Christo gloria, in quodam sermone ecclesiastico: Si fides,*

* inobedientia.

A *inquit:* Et paulo infra. *Sanctus Olympius dicit.* Bar. anno 465. num. 58.

f *Celenis*] Locus in provincia Gallæciæ. Ptolemæus, Plinius & alii.

Disciplina ecclesiastica in Hispania corrupta.

g *Quoniam singuli.*] Hinc patet quod supra dixi, corruptelam disciplinæ ecclesiasticæ in sacris ordinibus conferendis, diu multumque Hispaniarum ecclesias exagitasse; adeo ut tempore hujus concilii ulcus in schisma eruperit. Ex quibus etiam potest intelligi, longe post primum concilium Toletanum, aliud esse celebratum sub Innocentio, cum jam longe lateque tunc obortum schisma diffusum, magis magisque Hispaniarum ecclesias infestaret Baron. num 44.

Nicæni concilii auctoritas.

h *Constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, neque ab iis esse recedendum.*] D. Ambrosius in epistola trigesima secunda ad Valentinianum juniorem B scribens: *Sequor*, inquit, *tractatum Nicæni concilii, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare.* Idem Basilius epist. 78. & Leo pontifex sanctissimus & doctissimus in epist. 78. ad Leonem imperatorem: *Non sunt* (inquit) *omnino inter catholicos computandi, quia diffinitiones venerabilis synodi Nicæna, vel sancti Calchedonensis concilii regulas non sequuntur.* Quod illi sancti patres de Nicæna synodo, & aliis universalibus & œcumenicis conciliis dixerunt, idem nobis dicere licet & credere de sancto, & venerabili concilio Tridentino, in quo Spiritus sanctus, sicuti in Nicæno, lucem & veritatem patribus ad revincendas hæreses contulit *Garsias.*

Tridentini concilii auctoritas.

Cap. 9. Lucernarium quid.

i *Lucernarium vero.*] Lucernarium antiquis dicebatur pars prima vespertini officii, quæ nunc vesperæ dicuntur. Id constat ex Isidoro in regula monachorum, cap. 6 *In vespertinis*, inquit, *officiis, primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsorius unus, & laudes, hymnus atque oratio dicenda est.* Hæc Isidorus. Continebat vero vespertinum officium quatuor psalmos, ut ex regula D. C Benedicti liquet, cap. 17. *Vespertina autem synaxis* (inquit) *quatuor psalmis, cum antiphonis, terminatur.* Quia vero duo priores in lucernarum accensione, & gratiarum actione vespertini luminis legebantur, inde illa prima pars vespertini officii lucernarium appellabatur. Post vespertinum autem officium, completorium Isidorus ibidem ponit, & libro primo de ecclesiasticis officiis. Ex his itaque patet, lucernarium ad nostras vesperas pertinere, ut etiam probatur ex concilio Emeritensi, cap. 2 his verbis. *Vespertino tempore, post lumen oblatum, prius dicitur vespertinum, quam * sonum in diebus festis.* Lucernarium itaque dicitur a lucernis accensis. Nam vespertinum officium eo tempore antiquitus fieri consuevit, ut esset diurni officii finis, & diei; ut testatur idem Isidorus libro de ecclesiasticis officiis, capite de vespertinis: *Vespertinum divini officii diurna & alterna lucis occasus est.* Et infra. *Vespertinum enim nominatur a sidere quod vesper vocatur, & decedente sole exoritur.* Et lib. etymol. capite D ultim. *Vespertinum officium est in noctis initio; vocatum a stella vespero, quæ surgit oriente nocte.* Divus etiam Hieronymus in explicatione psalmi 119. *Hora tertia oramus, hora sexta oramus, nona lucernarium facimus:* ubi nonam pro ultima posuit. Idem Augustinus in regula secunda Divus autem Benedictus in regul. cap. 41. totum ecclesiasticum officium luce diei concludendum præscripsit. *Vespera*, inquit, *sic agatur, ut lumine lucerna reficientes non indigean: sed luce adhuc diei omnia consummentur.* Basilius lucernarium fieri lib de Spiritu sancto c. 29 in exortu Luciferi docet: *Visum*, ait, *est patribus nostru, vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio arripere, sed mox ut apparuit, gratias agere. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus: populus tamen antiquam profert vocem: neque quiquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt: Laudemus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.* Hactenus Basilius. Ex quibus sanctorum patrum E testimoniis efficitur quod quærebamus; nempe lucernarium ad nostras vesperas pertinere, atque ita dictum a lucernarum accensione. Quare vero prohibeatur lucernarium in villa legi, nisi præsente episcopo, presbytero vel diacono, colligi licet ex Isidoro in regul. cap. 6. *Post vespertinum, congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus divinæ lectionis quæstionibus disputare, conferendo pie, ac salubriter tamquam meditando disputandoque immorari; quousque completorii tempus possit occurrere.* Eumdem morem in Cypro & Cæsarea Cappadociæ observatum tradit Nicephorus lib. 12. c 34. ecclesiasticæ historiæ. *Cum similiter*, inquit, *in Cypro & Cæsarea Cappadocum, in sabbato & in dominico die, vesperi, post lucernarum accensionem, episcopi & presbyteri sacras scripturas populo exponunt.* Cum igitur post lucernarium statim scripturæ interpretatio subjungi solita sit, & id munus episcopo in primis, atque presbytero, vel iis deficientibus.

Cur [illegible] ctum.

Lucernarium cur in villa prohibeatur.

cientibus, diacono incumbat, merito a patribus cautum est, non nisi aliquo eorum præsente, lucernarium fieri oportere. *Garsias.*

k *Si quis autem acceptam.*] Antiquus ecclesiæ mos fuit, dari fidelibus eucharistiam in manus Nicephorus lib. 12. cap. 41. miraculum de muliere, quæ accepta communione, panem supponit, tradit. Est etiam apud Eusebium lib. 7. cap. 33. & 34. ecclesiast. histor. & in concilio Antisiodorensi, cap. 36 & apud Balsamonem super canones sextæ synodi cap. 36. Idem Dionysius Alexandrinus epistola 5. ad Sixtum papam, quæ extat apud Nicephorum lib. 6. cap. 19. Idem Cyprianus in serm. de lapsis. Quomodo vero in manu accipiebant, explicat Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mystagogica 5. *Sinistram*, inquit, *veluti sedem quamdam subjiciens dexteræ, quæ tantum regem susceptura est, & concava manu suscipiebat corpus Christi.* Postea vero, propter fraudes impiorum hominum cautum est, ut in os mittatur. Id constat ex concilio Rothomagensi, cap 2. Et hoc tempore, non ante, qui accedebat ad communionem, manus in formam crucis figurabat; ex synodo sexta in Trullo, cap. 102. Idem Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei, cap. 14. *Garsias.*

l *Pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur.*] Per concubinam hoc loco intellige uxorem sine dote & externa solennitate, interventu consensus mutui perpetuo convivendi, ductam. Hoc modo Genes. 25. Agar & Cethura dicuntur concubinæ Abrahæ, quæ tamen veræ uxores fuerunt, ut patet Genes. 16. de Agar, & Genes. 25. de Cethura Iustinian Novel. 18. cap 5. quasdam concubinas comparat uxoribus quæ sine dotalium tabularum solennitate ductæ fuerant. Ad quod genus concubinarum referendum est, quod scribit beatus Augustinus de bono conjugali, & refertur canone, Solet. 32. qu. 2. in quibus hæc tria erant necessaria. Primum, ut uterque esset solutus. Secundum, ut daretur mutua fides, quod alteri non jungerentur, neque a procreatione prolis abhorrerent. Tertium, ut usque ad mortem in ea vitæ conjunctione manere proponerent Hunc contractum nuptias & connubium dici posse sanctus Augustinus concedit: hoc connubio alicui junctam, uxorem appellare non audet, quia non intervenerunt dotalia instrumenta, de jure civili & canonico requisita ad hoc, ut sit legitima uxor. Can. Aliter. 30. qu. 5. Item prædicta novella 18. Hujusmodi igitur mulieres cum non essent uxores, vocabantur concubinæ: ob prædicta tria, ac præcipue quod in affectu maritali permanere statuerent, permittebatur ipsis communicare, habebanturque tamquam uxores minus solenniter ductæ. Hoc est quod Gratianus ad finem canonis, Omnibus, dist. 34. ait: *Concubina hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis unita est, & conjugali affectu asciscitur. Hanc conjugem facit affectus, concubinam vero lex nominat.* Vide Bellarm. lib. 3. de concil. cap. 8. ad 11. objectionem. Baron anno 305. num. 59 Item notas cap. 4. distinct. 34. jussu Gregorii duodecimi, decreto Gratiani editas.

m *Statutum est diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo: præsente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum.*] Hæc verba canonis intelligenda sunt, non de sacramentali unctione chrismatis in fronte, sed de unctione ceremoniali, quæ in solenni baptismo in vertice baptizandi adhibetur. Hanc ceremonialem unctionem olim presbyteris interdictam, non nisi cum licentia episcopi ab iisdem usurpatam fuisse, expressis verbisque supra in notis ad vitam Silvestri litera k recensuimus, testatur Hugo Victorinus lib. 2. de sacramentis, p. 7. cap. 3. Idem sanctus Leo epistola 86. alias 88. Innocentius primus epistola 1. cap. 3. hunc canonem ampliare videtur, ut liceat presbyteris, tam præsente quam absente episcopo hanc unctionem ceremonialem usurpare. Verba illius hæc sunt: *Sive extra episcopum, sive præsente episcopo, baptizent.* Quamquam quod dicit, *Præsente episcopo*, recte etiam de ejus licentia intelligi possit. Vide Suarez tom. 3. de sacramento confirmationis, disput 34. sect 2.

n *Incipit regula.*] Quid de regula fidei hoc loco posita sentiam, a multis viris doctis dubitatum, in medium proferam. Serpente in Hispania hæresi Priscilliana, a Marco Ægyptio intra Hispanias illata, Leo papa sanctissimus, qui a Petro non quadragesimus, sed quadragesimus quintus, ut annales Romani tradunt, extitit, Turibium notarium cum epistola ad synodum Gallæciæ misit, in qua beatus pontifex dogmatis impietate commotus, multa adversus impiam sectam sancte & docte decrevit: quam concilium suscipiens, Priscilliani figmenta ex auctoritate beatissimi Leonis damnavit. Eodem tempore idem pontifex alterum concilium in Hispania fere nationale, ex Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, & Bæticis episcopis indixit, in quo hæc regula fidei adversus Priscillianum est edita, transmissaque Balconio metropolitano Gallæciæ, qui tunc etiam concilium, Turibio instante, agebat. Quam regulam, ut orthodoxam, & a Romano pontifice approbatam, concilium Gallæciæ suscepit, quod & Celense " appellatur: forte quia usitatum est C. pro G. poni, ut Gaspar Caspar, Gaius Caius, Galba Calba: sic Celense pro Galense. Hæc vero duo concilia a nostris celebrata ad hujus hæresis extirpationem, non extant; tantum regula fidei servata est, in multis aliis conciliis, cum ageretur de hac hæresi revincenda, iterum acclamata & proposita, ut in hoc primo Toletano, & primo Bracarensi. Epistola Leonis scripta est ad Turibium notarium: vel forte fuit instructio data Turibio, ut in Hispania hæresim Priscilliani jugularet. Ex ipsius auctoritate postea creatus episcopus Asturicensis, libros edidit Leoni dicatos adversus Priscillianum, ut ex epistola Montani ad Turibium episcopum Paletinum patet. Neque hæc synodus secunda Toletana est appellanda, cum illa prima nationalis synodus potius Tarraconensis, quam Toletana fuerit. Verum pullulante iterum hæresi Priscilliana, in hac prima synodo Toletana, æra 435. iterum eadem regula fidei veluti gladio probatissimo confoditur, reprimitur & extirpatur, sicut in Bracar. primo, æra 568. Hæc de regula fidei adversus Priscillianum a patribus Hispaniæ ex auctoritate Romani pontificis Leonis edita. *Et alia Garsias.*

Anno Christi 400.

" *quid vero si Celenense?*

Baronius anno 447. numero 15 & sequentibus, jussu sancti Leonis duo concilia habita fuisse existimat. Unum Toleti, in quo Carthaginensis, Lusitaniæ & Bæticæ episcopi convenerunt, quinque de rebus in synodo gestis (teste Lucretio) ad Balconium ejus provinciæ primatem Bracarensem episcopum literas dederunt, quæque constituerant iisdem communicarunt. Alterum in Gallæcia sub Balconio in municipio Celenensi apud Lucensem urbem, cui una cum Balconio, Gallæciæ provinciæ episcopi interfuerunt, idque ideo, quod Gallæci sub Suevorum rege Rechila tunc regnante, reliquæ autem Hispaniarum provinciæ Theodorico ejusque filio Thorismundo Gothorum regibus parerent. Quia tamen una conveniendi causa & auctoritas extitit, in unam eamdemque sententiam convenerunt: duo hæc concilia uno eodemque tempore celebrata: in unum postea conflata fuerunt. Regula autem fidei utrobique approbata, cum Toletano primo collectoris errore conjuncta fuit. Hæc Baronius prædicto anno 447. Bellarm. lib. 2. de concil. cap. 8. ad 11. idem de hac regula huic concilio subreptitie superaddita sentit ac scribit.

Baronii sententia de regula fidei.

Quis fuerit Priscillianus accipe: Hispanus, familia nobilis, dives, acer, facundus, multa lectione eruditus, pravo studio corrupit optimum ingenium: ex laico & hæresi infecto Abelæ episcopus clam factus, ex omnium hæreticorum sentina hæresim hausit, præsertim Gnosticorum: contra quem Leo papa in epistola ad Asturicensem episcopum, & Augustinus lib. de hæresibus ad Quodvult-Deum scripsit. Cæsaraugustana etiam synodus adversus eum est habita, demum gladio sæculari interiit. Severus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ in fine *Garsias.*

Quis fuerit Priscillianus.

o *Ipsi etiam & suprascripta viginti canonum capitula.*] Hæc verba ab aliquo vel perperam addita, vel non suo loco reposita sunt; quia canones viginti non alterius concilii quam hujus esse noscuntur. Episcopi etiam subscripti non alii quam huic interfuisse leguntur. Regulam autem fidei loco canonis 21. superadditam, a prædictis duobus Hispaniæ conciliis, Leonis tempore celebratis, editam fuisse supra diximus. Baron. ann 447. num. 17.

Error collectoris.

p *Incipiunt exemplaria professionum in concilio.*] Hæc acta synodi Toletanæ ex antiquo scripto codice, qui asservatur in regia bibliotheca S. Laurentii, Ambrosius Morales vir cum primis doctus & de ecclesiasticis antiquitatibus rerum Hispanicarum optime meritus, edidit. Baron. anno 405. num. 43. & 54.

q *Symphosius episcopus.*] Pater Dictinii, qui una cum catholicis episcopis adversus Priscillianistas hæreticos tempore concilii Cæsaraugustani convenit, ut ea quæ extant ejusdem synodi fragmenta declarant.

r *Dictinius episcopus dixit.*] Dictinius qui hic palinodiam recantavit, fuit episcopus Asturicensis: claruit egregia sanctitate, cujus memoria anniversario natali die in Hispania colitur.

Dictinius quis.

s *Per sanctum Simplicianum communio redditur.*] In causa Ioviniani & Priscillianistarum, aliorumque hæreticorum, Mediolanensis ecclesiæ episcopi Ambrosius & Simplicianus, mandato pontificis, pontificia vice & legatione fungebantur. Unde accidit, quod Hispaniarum episcopi hic profiteantur, se lapsis pœnitentibus ad ecclesias suas revocatis non communicaturos, nisi id Romanus pontifex vel sanctus Simplicianus Mediolanensis episcopus rescriberent. In eadem Priscillianistarum causa eamdem loquendi formulam usurpatam habes in concilio Tauri-

An Mediolanensis episcopi & Romani pontificis æqualis jurisdictio fuerit.

ANNO CHRISTI 400.

Taurinensi, can. v. Quisquis igitur hinc arguit, parem fuisse potestatem Mediolanensis episcopi atque Romani pontificis, graviter errat. Baron. anno 405. num. 55. & sequentibus.

Quis Patruinus.

ᶠ *Patruinus episcopus subscripsi.*] An is fuerit episcopus ᵍ Toletanus, an vero Asterius, qui sexto loco subscribit, docti immerito dubitarunt, ut constat ex Ioanne Vasæo, in chronico. Sanctus Ildefonsus in catalogo virorum illustrium de Asturio sic inquit: *Asturius post Audentium in Toletana urbe sedis metropolis provinciæ Carthaginis pontifex successor, vir egregius*, &c. Vnde de alio Asturio qui Audentio successit, loquitur Ildefonsus, de quo sic inquit: *Et in Toleto sacerdos nonus, & in Compluto agnoscitur primus. Patruinus vero in hoc ordine secundus fuit, qui anno domini 393. ecclesiæ Toletanæ præerat: Asturius vero, circa annum domini 455* Garsias.

ᵍ Episcopus fuit Emeritensis, cui successit Gregorius. Vide paullo post epistolam 23. Innocentii I. papæ ad episcopos synodi Toletanæ numero seu capite 5.

B

ʰ ** NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CAN. II. CONC. TOLETANI PRIMI.

VEL *inter lectores ita tamen ut euangelia & apostolum non legat.* Liquido ex his constat lectores non euangelium tantum, sed & lectiones pronunciasse.

Ita ut manum non imponant, quod alias attulimus, & documus impositis ab episcopo manibus, ut ad sacros ordines presbyteri promoverentur, omnes ecclesiasticos saltem presbyteros, hanc manuum impositionem esse prosecutos, sic ut manus imponerent secundum episcopum illi, cujus capiti primum episcopus intendisset: in aliis rebus hoc canone cernimus usurpatum fuisse. Neque solum cum ordinibus sacris initiarentur (cujus rei perficiendæ consuetudo ad nos usque translata est;) sed etiam cum absolverentur, aut cum reconciliarentur, aut denique cum pœnitentia, ni fallor, imponeretur, aut baptizarentur. Nam quæ tandem res esse potest, aut tempus aliud quo subdiaconi ad alium finem manus imponerent, aut alterius rei perficiendæ causa pro potestate sua, ac non potius delegato aut transmisso alias imperio eas imponerent: neque vero difficile fuerit fortassis, reperisse aliquos diaconos & subdiaconos, qui impositione manuum, gravi morbo correptos, imo & energumenos levassent & curassent: Sed & aliquos item clericos, imo lectores & acolythos, qui eamdem sibi potestatem vindicarent: quæ potestas non clericorum tantum; sed & Christianorum laicorum primis illis temporibus diceretur. Verum hoc loco de impositione manuum, quæ in ecclesia publice fieret, quæque ex subdiaconi ministerio dependeret, agitur. Iam vero nec illud admitti, nec extare potest, potuisse diacones & subdiacones in ecclesia, nisi post episcopum, manuum uti impositione.

ANNO CHRISTI 401.

ᵃ CONCILIVM AFRICANVM II. SVB ANASTASIO,

anno Christi 401. post consulatum Stiliconis 14. Kal. Iulias celebratum.

In quo ad Anastasium Romanum pontificem, & Venerium Mediolanensem episcopum legatio decreta fuit.

Extat Græce & Latine infra post epistolas Cælestini sub nomine concilii Africani. Initium ejus hoc est.

E

POST consulatum Flavii Stiliconis viri clarissimi, decimo quarto Kalendas Iulias, &c. *cum sequentibus 32. capitulis usque ad 32. inclusive. Vide infra loco allegato.*

NOTA SEVERINI BINII.

Tempus concilii.

ᵃ *Concilium.*] Hæc synodus celebrata post primum consulatum Stiliconis, quando adhuc Anastasius pontifex in vivis superesset, ad annum dom. 401. qui est Anastasii 4. Arcadii & Honorii 7. est referenda. Posteriore enim consulatu Stiliconis, qui in annum domini 405. incidit, Anastasius, cujus hic fit mentio, e vita migrarat. Causa habiti concilii fuit, ut decernerentur legati, qui ab Anastasio Romanæ, a Venerio Mediolanensis ecclesiæ episcopo peterent, ut Africanæ ecclesiæ clericorum inopia laboranti succurrerent. Vtrumque Africanæ ecclesiæ petitioni acquievisse, ex conjecturis colligit Bar. an. præd. num. 7. His peractis, triginta duo canones de ecclesiastica disciplina, hoc aliisque præcedentibus con-

Causa concilii.

A ciliis Africanis constituti, in hac synodo confirmati, vel saltem iterum promulgati fuerunt.

ᵃ CONCILIVM AFRICANVM III. SVB ANASTASIO,

anno Christi 401. Vincentio & ᵇ Flavito consulibus, Idibus Septembris habitum de Donatistis ecclesiæ reconciliandis.

ᵇ Fra[...]

Extat Græce & Latine infra post epistolas Cælestini sub nomine concilii Africani. Incipit sic.

VINCENTIO & Flavito viris clarissimis consulibus, Idibus Septembris, &c. *cum subsequentibus viginti canonibus usque ad 52. inclusive. Vide infra loco allegato.*

NOTA SEVERINI BINII.

Cau[sa con]cilii.

ᵃ *Concilium.*] Causa habiti concilii hæc est. Anastasius pontifex de universali ecclesia ex officio jure meritoque solicitus, sciens Africanam ecclesiam ex Donatistarum schismate magnopere laceratam, de unitate ardentiore studio procuranda ad Aurelium Carthaginensem, aliosque aliarum provinciarum in Africa episcopos literas dederat. Cujus admonitionem iidem plurimi facientes, generale concilium Idibus Septembris anno 401. Carthagine celebrandum indixerunt. Statuto tempore convenientes, ne qui seposita severitate leviter cum ipsis agere decreverant, rationibus, si foret necessarium, destituti viderentur, illud in primis excogitarunt, ut ab C Africanarum provinciarum præfectis & judicibus, Primianistarum contra Maximianistas res gestas, in publica monumenta relatas, consequerentur, eo fine, ut ex propriis actis manifesti erroris convinci possent: utque etiam quæ ipsi contra Maximianistas sæpius perpetrassent, frustra catholicis objici intelligerent. Secundo decretum est, ut quo facilius ad pacem & unitatem ecclesiæ schismatici redeant, ab Anastasio pontifice aliisve transmarinæ ecclesiæ episcopis pro bono pacis indulgeri ac permitti petatur, ut Donatistæ ad ecclesiam catholicam redire volentes, in iisdem ordinibus apud suos ante susceptis (si hoc recipiens episcopus conducere existimat,) perseverare possint. Hoc ipsum Anastasium pontificem indulsisse, certum illud est argumentum, quod constet ex August. contra Crescon. lib. 2. c. 11. & 12. Africanos episcopos ea potestate sibi procul dubio concessa usos fuisse. D Tertio ex suggestione S. Augustini decretum, ut ad facilius conciliandos Donatistas legati mittantur, qui literas a Carthaginensi episcopo omnium nomine scriptas secum asportarent eo fine, ut qui ad bonum pacis cum Maximianistis conjunctionem ineundam esse decreto universalis concilii decreverant, scirent, id propter totius orbis Christiani pacem & concordiam ineundam magis solicite a se præstari ac fieri debere. His peractis, XIV. canones ad disciplinam ecclesiasticam recte instituendam, & ex antiquioribus regulis reformandam, partim hoc, partim aliis præcedentibus conciliis constituti, in hac synodo promulgati reperiuntur. Baron. anno 401. num. 9 & seqq.

Act[a con]cilii

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA INNOCENTII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

ᵃ INNOCENTIUS natione Albanensis, ex patre Innocentio, ᵇ sedit annis quindecim, mensibus duobus, diebus viginti uno. ᶜ Hic constitutum fecit de omni ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudæis, & de paganis. Et multos Cataphrygas invenit, quos in exilio monasterii relegavit. Hic invenit ᵈ Pelagium & Cælestium hæreticos, & damnavit eos. Et hoc constituit, ut qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum, hoc est, ᵉ baptizari,

[e]baptizari, quod Pelagius damnabat. Eodem tempore dedicavit basilicam sanctorum Gervasii & Protasii ex devotione testamenti cujusdam illustris feminæ Vestinæ, laborantibus presbyteris Vrsicino & Lopardo, ac diacono Libyano. Quæ femina suprascripta testamenti paginam sic ordinavit, ut basilica sanctorum martyrum, ex ornamentis & margaritis, venditis justis existimationibus, construeretur. Et constructa est usque ad perfectum. In quo loco beatissimus Innocentius ex delegatione illustris feminæ Vestinæ, titulum Romanum constituit. Et in * eadem domo obtulit patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 20. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras 20. Coronas argenteas 12. pensantes singulas libras 14. Pharum cantharum unum, pensans libras 22. Cerostrota argentea 4. pensantia singula libras 25. Turrim argenteam cum patena, & columbam deauratam, pensantem libras 30. Ad ornatum baptisterii, cervum argenteum, fundentem aquam, pensantem libras 15. Vas ad oleum chrismatis argenteum, pensans libras quinque. Vas aliud ad oleum exorcizatum, pensans libras quinque. Patenas duas ad chrisma, pensantes singulas libras tres. Scyphum argenteum anaglyphum, pensantem libras decem. Scyphum alium argenteum, pensantem libras decem. Calices argenteos quinque, pensantes libras tres. Calices argenteos baptismi numero tres, pensantes singulos l. 2. Aquamaniles argenteos, pensantes libras 16. Phara canthara ærea 16. pensantia singula libras decem. Phara canthara ærea cerostrota in gremio basilicæ numero 20. pensantia singula libras 40. Domos juxta basilicam Libyanam, præstantes solidos octogintaquinque & tremissem. Balneum in eodem juxta templum Mamuri, præstans solidos 32. Domos in clivum salutis balneatæ, præstantes solidos septem & tremissem. Possessionem Sarras in Clusino territorio, præstantem solidos 71. & tremissem. Possessionem Corbianam in territorio Clusino, præstantem solidos 79. Possessionem Fundanensem in territorio Fundano cum adjacentibus attiguis 15. præstantem solidos 181. & tremissem. Possessionem Figlinam in territorio Casinate, præstantem solidos 58. & tremissem. Possessionem Amandini, quam donavit * illustris femina Vestina consobrinæ suæ in territorio Veientano, præstantem solidos 46. & tremissem. Possessionem Antonianam in territorio Clodiano, præstantem solidos 62. Domos Emeriti in clivo * Mamuri, inter urbem Romam juxta basilicam, præstantes solidos 62. Domos in clivum Patricii * arbitrata. Domos juxta basilicam in vico longo, qui cognominatur ad lacum, præstantes solidos 82. Domos ad cathedram lapideam Florianam, præstantes solidos 58. Pistrinum in vico longo, qui cognominatur Castoriani, præstans solidos * 61. Balneum in vico longo, qui cognominatur Templum, præstans solidos 40. * Siliquas * 3. * uncias * portæ Nomentanæ, præstans solidos 22. & tremissem. Hic constituit sabbato jejunium celebrari, quia sabbato dominus in sepulcro positus est, & discipuli jejunarunt. Hic constituit basilicam sanctæ Agnetis martyris, a presbyteris Leopardo & Paulino, solicite ac digne gubernari & tegi & ornari. Et ex dispositione Vestinæ, tituli supradicti presbyteris est concessa potestas. Hic fecit ordinationes quatuor in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros triginta, diacones quindecim, episcopos per diversa loca 54. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ, ad ursum pileatum. 5. Kalendas " Augusti. Et cessavit episcopatus die 22.

ANNO CHRISTI 402.

" Iulii ex c. H.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Innocentius.*] Cum post obitum Anastasii sedes pontificia dies viginti & unum vacasset, Innocentius Albanus creatus est Romanus pontifex 15. Kalend. Iunii, anno Christi 402. Arcadii & Honorii 8. Cujus initio Martinus Turonensium episcopus ex hac vita " migravit in cælum: Chrysostomus a conciliabulo apud Quercum habito, opera & conatu Theophili relegatus, ab imperatore Arcadio vix revocatus, secundo exulare jubetur, ideo quod contra ludos sæculares permissu Honorii imperatoris editos, ritusque gentilitios in dedicatione statuæ argenteæ Eudoxiæ imperatricis declamasset. Hanc enim ob rem Eudoxia rursum acerrime irritata, per Theophilum Alexandrinum procurat, ut restitutus sedi, per imperatorem Arcadium denuo deponatur & relegetur; utpote qui a synodo depositus, synodali dumtaxat sententia, juxta canonem Antiocheni conciliabuli duodecimum, restitui debuisset. Tertio anno exilii jussu Arcadii ad votum adversariorum longius ablegatus, febri correptus, migravit ad dominum anno 407. qui est Innocentii 6. Arcadius imperator, & Eudoxia imperatrix, aliive Chrysostomi persecutores, indignationem offensi numinis experti, paucis mensibus post obitum Chrysostomi præmature e vita tolluntur. Quando contigit magna illa urbis irruptio, indignatione Dei per Alaricum facta, pontifex tamquam justus Lot e Sodomis subtractus, occulta Dei providentia Ravennæ detinebatur, *ne vir beatissimus*, inquit Orosius lib. 7. c. 39. *peccatoris populi excidium videret.* Hujus tempore in Africa celebrata est famosissima illa collatio inter catholicos & Donatistas diu expetita, sæpe tentata, nunquam autem, resilientibus illis, effectu consummata, quam ad longum describit sanctus Augustinus in Brevi. Pelagius & Vigilantius hæresiarchæ sub hoc pontifice exorti, ejusdem judicio justam damnationis sententiam retulerunt. Filios parentibus fidelibus prognatos, non minore salutis necessitate baptizandos esse, quam ii qui infidelibus parentibus procreati sunt, contra dictum Pelagium recte quidem sustinuit, verum illud argumento eucharistiæ ab infantibus omnibus pari salutis necessitate sumendæ, non satis bene probavit. Vide notas epist. 25. infra.

Innocētius quando pontifex factus sit.
" S. Martini obitus collocari debuit anno 400. aut 397. sub Anastasio aut Siricio.
Chrysostomi persecutio.
Chrysostomus in exilio moritur.
Persecutores Chrysostomi a Deo puniuntur.
Gratia Dei Innocentius ab excidio urbis liberatus fuit.
Collatio cum Donatistis habita.
Pelagii & Vigilantii hæreses exortæ.

b *Sedit annis quindecim, mensibus duobus.*] Annis quindecim, mense uno & diebus decem pontificatum tenuisse, initium & finis ejusdem demonstrant. Anno 417. qui est Honorii 23. & Theodosii decimus, cum ex hac vita migrasse, ex vigesima sexta Innocentii, & quibusdam Zosimi epistolis, consulatu Honorii 11. & Constantii secundo consignatis, evidenter colligitur. Cum ergo præfati anno Christi 417. consules fuerint, natalis autem dies Innocentii 5. Kalend. Augusti notatus esse reperiatur, ab exordio sedis hucusque computatione facta, prædictorum annorum mensium & dierum tempora invenientur. Baron. an. 417. num 4.

Innocētius quamdiu sederit.

c *Hic constitutum de omni ecclesia.*] Id est decretum ad universalem ecclesiam pertinens: illudque esse puto, quod Gennadius de viris illustribus cap. 43. describit his verbis: *Innocentius urbis Romanæ episcopus, scripsit decretum occidentalium ecclesiarum & orientalium adversus Pelagianos datum: quod postea successor ejus papa Zosimus Latinis promulgavit.* Cetera ejus decreta, de regulis monachorum, Iudæis atque Paganis desiderantur. Baronius numero 5.

Decretum Innocentii.

d *Pelagium & Cælestium*, &c.] De qua condemnatione S. Prosper adversus Collatorem, ex verbis Zosimi papæ, hæc refert: *Constituimus in Pelagium & Cælestium per venerabilem Innocentium de beatissimi apostoli sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei*, &c.

Pelagii & Cælestii condemnatio.

e *Baptizari, quod Pelagius damnabat.*] Pelagius epistola sua ad Innocentium scripta, ut habet August. de peccato orig. cap. 17. conquestus est, se calumniose hac in re infamari. *Dicit*, inquit Augustinus prædicto loco, *se ab hominibus infamari, quod negaret parvulis baptismi sacramentum, & absque redemptione Christi aliquibus regna cælorum promittat.* Vnde quod hic dicitur, Pelagium baptismum infantulorum negasse, sic accipiendum est, quod si non verbis, reipsa tamen damnasse videri poterat, dum peccatum originale, cujus gratia baptismus necessarius est infantibus, negaret. Hoc est quod ibidem subdit S. Augustinus: *Sed non sic illis hæc objiciuntur, ut posuit;*

An & quomodo Pelagius infantulorum baptismum negarit.

nam

nam neque parvulis, negant baptismi sacramentum, neque A *absque redemptione Christi aliquibus regna cælorum promittunt. Itaque unde se queritur infamari, eo modo proposuit, ut facile possit crimini objecto, salvo suo dogmate, respondere. Objicitur autem illis, quod non baptizatos parvulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri, & in eos transisse originale peccatum regeneratione purgandum.* Baron. an. 417. num. 5.

An jejunium sabbati Innocentius instituerit? — [f] *Constituit sabbato jejunium celebrari.*] Hæc sic intellige, non quod Innocentius auctoritate hujus decreti primus jejunium sabbati instituerit, sed quod de his ad Decentium episcopum Eugubinum rescripserit, qui datis ad eum literis causam hujus jejunii edoceri expetierat. Baron. ann. 417. num. 6. Vide notas can. apost. 65.

EPISTOLA I. INNOCENTII PAPÆ I.

DECENTII CONSVLTATIONIBVS RESPONDENS,

Nonnullas Romanæ ecclesiæ traditiones explicat B quas observandas esse demonstrat.

I. *De* [a] *pacis osculo dando post confecta mysteria.* — [a] pace danda

II. *De nominibus ante precem sacerdotis non recitandis.*

III. *Quod non debeant baptizati nisi ab episcopo consignari.*

IV. *Quod rite omni sabbato jejunetur.*

V. *De fermento* [b], *quod civitatis tantum presbyteris dirigatur.* — [b] die dominica mittendo

VI. *De energumenis baptizatis.*

VII. *De pœnitentibus.*

VIII. *De epistola sancti Iacobi apostoli, in qua pro infirmis orari præcipitur.*

Innocentius Decentio episcopo Eugubino salutem.

SI instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent servare domi- C ni sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut teneri, aut celebrari videntur: ac fit scandalum populis: qui dum nesciunt traditiones antiquas, humana præsumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non convenire, aut ab apostolis vel ab apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat, aut non advertat, id quod a principe apostolorum Petro Romanæ D ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interjacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis apostolus Petrus aut ejus successores constituerint sacerdotes? Aut legant, si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse, non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in ecclesia convenisse, & quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognovisse dubium non est. Quod sufficere ad informationem ecclesiæ tuæ vel reformationem, (si prædecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt) satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. Quibus idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut majori auctoritate vel tuos instituas, vel, si qui a Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas; ut scire valeamus, qui sint, qui aut novitates inducunt, aut alterius ecclesiæ quam Romanæ existimant consuetudinem esse servandam.

Dist. 11. Quis enim nesciat.

I.

Pacem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet, populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur. — De co[ns]. dist. … cem i[gitur]

II.

De nominibus vero recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, ut, cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus. — De c[ons]. dist. … nomi[nibus] recita[ndis]

III.

De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem pontificibus solis deberi, ut vel consignent, vel paracletum [c] Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit, Petrum & Ioannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. [a] Nam presbyteris, seu extra episcopum, seu præsente episcopo baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere. — [c] san[ctum] — Act. — De c[ons]. dist. … [pre]sbyt[eri]

IV.

[b] Sabbato vero jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem dominicum, ob venerabilem resurrectionem domini nostri Iesu Christi, non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem domini jejunamus, sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat, apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluisse. Quod utique non dubium est, intantum eos jejunasse biduo memorato, ut traditio ecclesiæ habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrari: quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant, semel atque uno sabbato jejunandum, ergo & dominica, & sexta feria semel in pascha erit utique celebranda. Si autem dominici diei & sextæ feriæ per singulas — De … dist. … bato … Et in … cret. lib. … — Ioan[n.]

gulas hebdomadas reparanda imago eſt, dementis eſt; bidui agere conſuetudinem ſabbato prætermiſſo, cum non diſparem habeat cauſam, a ſexta videlicet feria, in qua dominus paſſus eſt, quando & ad inferos fuit, ut tertia die reſurgens, redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergo nos negamus ſexta feria jejunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſequuti ſunt, induxerunt. qui die dominico exhilarati. non ſolum ipſum feſtiviſſimum eſſe voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.

V.

c De fermento vero, quod die dominica per titulos mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti, d cum omnes eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ. Quarum presbyteri, quia die ipſa propter plebem tibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut ſe a noſtra communione, maxime illa die, non judicent ſeparatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia e nec longe portanda ſunt ſacramenta: nec nos per cœmeteria diverſa conſtitutis presbyteris deſtinamus, * & presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam.

VI.

De his vero baptizatis, qui poſtea a dæmonio, vitio aliquo aut peccato interveniente, corripiuntur, quæſivit dilectio tua, ſi a presbytero vel diacono poſſint aut debeant conſignari: quod hoc niſi epiſcopis præcipere non licet. Nam ei manus imponenda omnino non eſt, niſi epiſcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Vt autem fiat, epiſcopi eſt imperare, ut manus ei vel a presbytero, vel a ceteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri ſine magno labore poterit, ut longe conſtitutus energumenus ad epiſcopum deducatur, cum, ſi talis caſus ei in itinere acciderit, nec perferri ad epiſcopum, nec referri ad ſua facile poſſit?

VII.

De pœnitentibus vero, qui ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante paſcha eis remittendum Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Ceterum de pondere æſtimando delictorum, ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sane ſi quis in ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat.

VIII.

Sane quoniam de hoc, ſicuti de ceteris, conſulere voluit dilectio tua, adjecit etiam filius meus Cæleſtinus diaconus in epiſtola ſua, eſſe a tua dilectione poſitum illud, quod in beati apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt: *Si infirmus aliquis in vobis eſt, vocet preſbyteros, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſalvabit laborantem, & ſuſcitabit illum dominus: & ſi peccata fecit, re-*

A *mittet ei.* Quod non eſt dubium, de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt: a quo ab epiſcopo confecto, non ſolum ſacerdotibus, ſed omnibus uti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſſitate * inungendo. Ceterum illud ſuperfluum videmus adjectum, ut de epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcirco de presbyteris dictum eſt, quia epiſcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Ceterum, ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit, aliquem a ſe viſitandum, & benedicere & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt, cujus eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœniten-

B tibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo unum genus putatur poſſe concedi? His ergo, frater cariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curavimus, ut eccleſia tua Romanam conſuetudinem, a qua originem ducit, ſervare valeat atque cuſtodire. Reliqua vero quæ ſcribi fas non erat, cum adfueris, interrogati, poterimus edicere. Erit autem domini potentiæ, etiam id procurare,

C ut & tuam eccleſiam, & clericos noſtros, qui ſub tuo pontificio divinis famulantur officiis, bene inſtituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Data 14. Kalendas Aprilis, Theodoſio auguſto ſepties, & Palladio viris clariſſimis conſulibus. "

* ad ungendum.

* fundi

Ann. dom. 416. qui fuit Innocentii ultimus.

" deeſt hæc ſubſcr. in mſ. Iuſtelli.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Nam preſbyteris.*] Non ſacramentalis, quæ adhibetur in confirmatione, ſed tantum ceremonialis unctio ſacerdotibus conceſſa fuit. De qua vide notas in vitam Silveſtri, & can. 20. concilii Toletani.

b *Sabbato vero jejunandum.*] Vide quæ diximus in notis ad can. apoſt. 65. ſupra.

c *De fermento.*] Quid ſit fermentum, quibus nominibus

D appellatum, quis illius uſus, vide quæ diximus in notis ad vitam Melchiadis & concilii Laodiceni, &c.

d *Cum omnes eccleſiæ intra civitatem ſint conſtitutæ.*] De titulis tantum intelligit, ad quos, ut ait, fermentum mitti ſoleret: non quidem, quod non eſſent in ſuburbiis aliæ complures eccleſiæ, atque ſanctorum memoriæ, ſed quod nulla prorſus titularis eſſet, in qua populus colligi conſueverit. Cujus rei cauſa ait ſe non mittere fermentum ad preſbyteros per diverſa cœmeteria conſtitutos, quod illi plebem ſibi ſubditam, quam colligerent, non haberent: ac proinde nullus poſſet eſſe uſus fermenti, quod ob catholicæ communicationis ſymbolum confectum eſſet. Quod itaque non ipſe faceret pontifex, ut ad preſbyteros extra urbem in cœmeteriis conſtitutos fermentum mitteret, ſignificat id minus facere debere preſbyteros titulares, ut ad poſitos extra mœnia fermentum mitterent. Hoc eſt quod ſubdit:

E *Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda ſunt ſacramenta.* Erant enim inſtituta, ut ſinguli fideles in ſuas ipſorum eccleſias, diverſis licet in locis poſitas, convenientes, eo communicationis ſymbolo catholici eſſe cenſerentur, ac proinde nequaquam abſentibus impertienda erant, qui eo ipſo quod cum ceteris præſtituto die non conveniſſent, ſe illis indignos reddiderant, neque facile, niſi legitime probata cauſa, vel non ſine pœnitentia, in communicationem fidelium in poſterum juxta canones admitti deberent. Vnde id quod Innocentius Decentio reſpondit, facile intelligi poteſt. Interrogabat Decentius, an exemplo Romani pontificis, ad abſentes fermentum mittentis, liceret etiam epiſcopo ad rurales eccleſias idem fermentum mittere? Reſpondit Innocentius id exemplo Romanæ eccleſiæ ſuperflue quæri, cum illæ omnes eccleſiæ, ad quas papa fermentum mittit, intra urbem ſint conſtitutæ: foras efferri non permittat, quod ſacramenta non ſint longe portanda, ac proinde Romanæ eccleſiæ exemplo, fermentum extra mœnia ab aliis eccleſiis non recte mittatur.

Sacramentalis non ceremonialis unctio chriſmatis ſacerdotibus illicita eſt.

Fermentum quid & quare.

An extra urbem titularis eccleſia fuerit?

Vſus fermenti.

Innocentii epiſtolæ interpretatio.

An & quomodo fermentum appelletur sacramentum.

c *Nec longe portanda sunt sacramenta*] Fermentum hoc loco sacramenta appellat, ideo quod sit sacræ rei, catholicæ nimirum unionis signum sacerdotali benedictione consignatum, ut supradictis locis diximus. Per sacramentum hoc loco nequaquam eucharistiam intellexisse, satis superque sufficiet notissimum illud adducere, Romanam ac simul occidentalem omnem ecclesiam, non nisi in azymo pane eucharistiam conficere consuevisse, " Baron. ann. 313. num. 54. & 55.

" Sirmundus aliter sentit in disp. de azymo, quã vide

II. a AD VICTRICIUM EPISCOPUM ROTHOMAGENSEM.

I. *Quod extra conscientiam metropolitani non ordinandus sit episcopus.*

II. *Qui cingulum militiæ post baptismum ' accipiunt, clerici fieri non debent.* (' militiam repetiverunt.)

III. *De causis clericorum ab episcopis provinciæ terminandis, vel ad sedem apostolicam referendis.*

IV. *Ut clericus uxorem, nisi virginem, non ducat.*

V. *Ut qui non virginem duxerit, clericus non fiat.*

VI. *Ut clericus non ordinetur, qui secundam habuit uxorem.*

VII. *Ut alterius clericum nullus ordinet, neque ab alio ejectum recipiat.*

VIII. *Venientes a Novatianis vel Montensibus quomodo suscipiendi.*

IX. *Quod ' sacerdotes & Levitæ ab uxoribus suis abstinere debeant.* (" de continentia sacerd. & Levitarum)

X. *Monachi si clerici fiant, continentiæ propositum servare debent.*

XI. *Ut ' curiales clerici non ordinentur.* (" de curialibus vel publicis functionibus occupatis.)

XII. *De virginibus sacris si nupserint, aut lapsæ fuerint.*

XIII. *De virginibus non velatis, si neglecto proposito nubant.*

Innocentius Victricio episcopo Rothomagensi.

Etsi tibi, frater carissime, pro merito & honore sacerdotii, quo plurimum polles, vivendi & docendi ecclesiasticæ regulæ nota sunt omnia, neque est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur: tamen quia Romanæ ecclesiæ normam '"ad auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas annexas literis meis misi: per quas advertant ecclesiarum regionis vestræ populi,.quibus rebus ac regulis Christianorum vita in sua cujusque professione debeat contineri, qualisque servetur in urbis Romæ ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ, per ' plebes finitimas, & consacerdotes nostros, qui in illis regionibus propriis ecclesiis præsident, regularem hunc librum, quasi ' didascalicum atque ' monitorem sedulo insinuare, ut & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facile poterunt ex bona imitatione supplere. Incipiam igitur adjuvante ' sancto apostolo Petro, " per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, ut quoniam plures sæpe emerserunt causæ, quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, ut de cetero solicitudo sit unicuique sacerdoti in sua ecclesia curam hujusmodi habere, sicut prædicat Paulus apostolus, talem ecclesiam Deo exhibendam, *non habentem maculam aut rugam*, ne alicujus morbidæ ovis afflatu conscientia nostra contaminata ' violetur. Propter eos igitur, qui vel ignorantia vel desidia non tenent

(' atque; ' urbes; ' didascalum c. H.; ' admonitorium ex conjectura.; ' domino & sancto Dei; "Hæc usque ad caput 10. habentur supra in ep. Siricii papæ ordine quarta pluribus idem tidem recisis aut mutatis.; Ephes. 5.; ' maculata)

A ecclesiasticam disciplinam, & multa nonpræsumenda præsumunt, recte postulasti, ut in illis partibus istiusmodi quam tenet ecclesia Romana forma servetur. non quo nova præcepta aliqua imperentur, sed ea quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupiamus; quæ tamen b apostolica & patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque ad Thessalonicenses Paulo monente: *State ac tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis, sive per verbum, sive per epistolam.* Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare, ut ab omni labe sæculi istius immunis ante Dei conspectum securus inveniaris. Cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur usura B pœnarum. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi cogimur præstare rationem ', disciplina deifica populum erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta majorum " non tenentes, castitatem ecclesiæ sua præsumptione violarent, populi favorem sequentes, & Dei judicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente domino: *Videbas furem, & currebas cum eo:* hæc sunt quæ deinceps intuitu divini judicii omnem catholicum episcopum expedit custodire.

(2. Thess.; ' icirco disciplina sanctificata populum e. d. quidam asseris tisse; ' violarent; Psal.)

I.

C Primum, ut extra conscientiam metropolitani episcopum nullus audeat ordinare. Integrum enim est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim & in synodo Nicæna constitutum est, atque definitum.

(Dist. Extra conscient.; Can.)

II.

Item, " si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

(" Dist. Siquis)

III.

Si quæ autem causæ vel contentiones inter clericos, tam superioris ordinis, quam etiam inferioris, fuerint exortæ, ut secundum syno- D dum Nicænam congregatis ejusdem provinciæ episcopis ' jurgium terminetur. Nec alicui liceat, " sine præjudicio tamen Romanæ ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod si quis forte præsumpserit, ab officio clericatus submotus, velut injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, sicut " synodus statuit, ' post episcopale judicium referantur.

(11. q. quæ; Can. ' jud; 3. q. liceat; Vide lai I. & 4; Sueß; Leon & H; c. 28; " ' can; 3. 4; apud c. 2.)

IV.

Ut mulierem ' clericus non ducat uxorem, quia scriptum est, *Sacerdos uxorem virginem accipiat*, non viduam, nec " ejectam. Utique qui E ad sacerdotium labore suo & vitæ probitate contendit, cavere debet ne hoc præjudicio impeditus pervenire non possit.

(' & sive rata fuet exig; ' vi; Lev.)

V.

Ut si quis mulierem, licet laicus, duxit uxorem, sive ante baptismum, sive post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non accepta uxoris consortium relaxatur.

(' rel; ' vid; Dist. quis)

VI.

VI.

Ne is qui secun[d]am duxit uxorem clericus fiat, quia scriptum [es]t: *Unius uxoris virum:* & iterum: *Sacerdotes mei semel nubant:* & alibi: " *Sacerdotes mei non nubent amplius.* Ac ne ab aliquibus existimetur, ante baptismum" si forte quis accepit uxorem, & ea de sæculo recedente alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errat a regula: quia in baptismo peccata remittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur. cum utique uxor ex legis præcepto ducatur, in tantum ut & in paradiso cum parentes humani generis conjungerentur, ab ipso domino sint benedicti, & Salomon dicit: *A Deo præparabitur viro uxor.* Quam formam" etiam sacerdotes omnes servare usus ipse demonstrat ecclesiæ. Satis enim absurdum est, aliquem credere uxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari: cum benedictio quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur uxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis' habentur.

VII.

Ut de aliena ecclesia clericum ordinare' nullus usurpet, nisi ejus episcopus precibus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam synodus statuit Nicæna, ut' abjectum ab altero clericum altera ecclesia non recipiat.

VIII.

Ut venientes a Novatianis vel Montensibus, per manus tantum [i]mpositionem [s]uscipiantur: quia quamvis ab hæreticis, tame[n] in Christi nomine sunt baptizati: præter eos, si qui forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hi si resipiscentes & ruinam suam cogitantes redire' voluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.

IX.

Præterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere ecclesia omnino debet, ut sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dominus Deus vester.* Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter" sobolis successionem uxorius usus fuerat relaxatus; quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi sacerdotes vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus Paulus ad Corinthios scribit: *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi;* & hoc utique laicis præcepit: multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere. Quod si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri posse se credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Sed fortasse licere hoc credit, quia scriptum est: *Unius uxoris virum.* Non' permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait: *Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego.* Quod apertius declarat, sic dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt: vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu.*

1. Tim. 3. ' propter manendum

1. Cor. 7.

Rom. 8.

X.

De monachis, qui diu morantes in monasteriis postea ad clericatus ordinem pervenerint, " non debere eos a priore proposito deviare. Aut enim' sicut in monasterio fuit, & quod diu servavit, id in meliore gradu positus amittere non debet: aut si corruptus, postea baptizatus, in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit: quia nec benedici cum sponsa potest jam' corruptus. Quæ forma servatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisquis corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

16. q. 1. De monachis. " Vide Zachariæ papæ ep. 7. " Quatuor postrema capitula non leguntur in ep. 4. Siricii. ' si ' ante

XI.

Præterea frequenter quidam e fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, cleric[o]s facere contendunt: quibus postea major tristitia, cum de revocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia de adscito nascitur. Constat enim eos in ipsis muniis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse non [d]ubium est, & ludorum vel munerum apparatibus aut præesse, aut' interesse. Sit certe in exemplum solicitudo & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus, imperatore præsente, cum pro his sæpius rogaremus. quam ipse nobiscum positus cognovisti. quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam jam in sacerdotio constituti, ingens molestia ut redderentur' imminebat.

Dist. 51. Præterea frequenter.

' forsitan

' instabat

XII.

Item quæ Christo spiritaliter nupserunt, & velari a sacerdote meruerunt, " si postea vel publice nupserint, vel' se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se junxerant, de' sæculo recesserit. Si enim" de omnibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex eis fuerit defunctus: quanto & illa magis tenenda est, quæ ante immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias' transmigravit?

27. qu. 1. Quæ Christo spiritaliter. " Idem Zach. cit. ' occulte corruptæ fuerint ' hac vita discesserit " Conc. Tur. II. c. 21. ' transire elegit.

XIII.

Hæ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper' manere promiserant, " licet velatæ non sint, si forte nupserint, his agenda al[i]quanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum a Deo tenebatur. Nam si inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, qu[a]m cum Deo pepigerit virgo, solvi sine vindicta non debet? Nam si apostolus Paulus quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto magis virgines, quæ prioris' promissionis fidem frangere sunt visæ?

27. qu. 1. Hæ vero quæ nondum. ' se simulaverunt permanere " Idem Zach. cit.

1. Tim. 5.

' propositionis fidem minime servaverunt.

Hæc itaque regula, frater carissime, si plena vigilantia

vigilantia fuerit ab omnibus Dei sacerdotibus ' observata, cessabit " ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæviendi: manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur, veritas spiritali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animæ concordabit: implebitur ' & dictum apostoli, *ut unanimes, unum sentientes permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes*, non hominibus sed Deo nostro salvatori placentes ", cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Datum 15. Kalendas Martias, Honorio Augusto VI. & Aristæneto viris clarissimis consulibus".

' custodita " Hæc apud Siricium ferme eadem. ' edictum *Philip. 2.* "Plura suggerit Siricius. " abest hæc subscr. a ms. Iust.

Notæ Severini Binii.

Quo tempore quave occasione hæc epistola sit scripta. Victricius quis?

a *Epistola.*] Hanc decretalem epistolam Innocentius anno pontificatus sui tertio, qui est Christi 404. Victricio Rothomagensi episcopo, normam ecclesiasticæ disciplinæ ab apostolica sede expetenti scripsit. Est autem Victricius, qui teste Paulino epist. 26. tempore Iuliani militans, ideo quod pro Christo cingulum militiæ abjecisset, multis tormentis affectus & capitis pœna damnatus, carnifice, qui ad eum cædendum missus fuerat, cæcitate percusso, ipse vinculis solutus liber evasit, & post Rothomagensis episcopus factus Morinorum & Nerviorum gentes indomitas verbi prædicatione ad fidem Christi perduxit, & demum confessor in pace quievit. Vnde constat pios & doctrina spectatos sanctissimos episcopos, quantumvis ad informandam plebem ecclesiasticis institutis ipsi sibi sufficere videri possent, ex fonte tamen originario aquas haurire solitos esse, quod nimirum scirent majoris roboris & auctoritatis esse id quod ab apostolica sede petitum constaret. Idem epistola sequente sanctus Exuperius episcopus Tolosanus, aliisve temporibus alii: ut appareat sanctos quosque Dei amicitia conjunctos, gratiaque miraculorum pollentes, ad sedis apostolicæ doctrinam, tamquam ad divinum semper in Petro loquens oraculum, convenire solitos esse: illud firmum solidumque existimantes, quod tantæ sedis auctoritate comprobatum intelligerent. Novatores hujus temporis, hanc epistolam Innocentii suggillant, ideo quod lapsam virginem sacram, non prius ad pœnitentiam recipiendam esse decernat, quam vir ille, cui se titulo nuptiarum conjunxerat, defunctus sit: inique enim constitutum esse judicabant, pœnitentiam lapsæ in obitum adulteri differre. Sed nihil æquius atque sanctius valuit decreto Romani pontificis definiri, quam ut rejiciatur prætensa lapsæ virginis pœnitentia, quæ titulo nuptiarum cum adultero, tamquam cum legitimo viro; ad mortem usque cohabitare delegit, quæque non prius, quam post mortem adulteri, ab eo separari voluit. Cum itaque justissimum sit, ne in ecclesia absolvantur ii qui in peccato perseverare volunt, hanc de repudianda ejus pœnitentia constitutionem pontificis, hæretici nostri temporis immerito reprehendunt. Vide Baronium anno 404. num. 130. & 131. Bellarm. lib. 4. de Rom. pont. c. 10.

Romanæ ecclesiæ auctoritas quæ & quanta? Hæretici hanc epistolam quare calumnientur? Calumnia hæreticorum diluitur.

b *Apostolica & patrum traditione.*] Insinuat hæc duodecim capitula quæ sequuntur non esse nova aliqua præcepta, sed quæ apostolica & patrum traditione constituta, & ex ipsis apostolorum canonibus tamquam primævis fontibus derivata essent. Et recte quidem. Nam quæ capitulo primo continentur, constituta sunt canone 1. apostolorum. Qua de causa cum conjunctione &, dixit capite 1. *Hoc enim & synodus Nicana constituit*, ut significaret præter traditionem apostolorum etiam hoc in Nicæno concilio constitutum esse, ut scilicet congruat cum præcedentibus, quibus dixerat non imperari his capitulis aliqua nova præcepta, sed quæ apostolica & patrum traditione essent constituta. Capitulum secundum ex traditione apostolica quæ est in canone apostolorum 60. manavit. Sæcularis enim militia clericis est interdicta. Capitulum tertium Innocentii ex canone apostolorum 35. & 58. Innocentii 4. 5. & 6. ex canone apostolorum 17. & 18. Innocentii cap. 7. ex canon. 12. 34. & 36. Innocentii cap. 8. ex canone 47. & sequentibus, Innocentii 9. ex Ap. 6. cap. 10. ex 17. cap. 11. ex 81. cap. 12. ex 48. sumpta sunt.

III. AD EXVPERIVM [a] EPISCOPVM TOLOSANVM.

I. *De incontinentia sacerdotum vel Levitarum.*
II. *De iis qui in extremo vitæ pœnitentiam & ' communionem petunt.*
III. *' Quod fidelibus administrationes & judicia exercere liceat.*
IV. *Quod viri cum adulteris uxoribus non conveniant.*
V. *Quod qui preces vel criminales dictant, habeantur immunes.*
VI. *Adulteros esse, qui divortio interveniente aliud ineunt conjugium.*
VII. *Qui libri in canone recipiantur.'*

Innocentius episcopus Exuperio episcopo Tolosano.

CONSVLENTI tibi, frater carissime, quid de proposita specie unaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ quæ sunt visa respondi, quid sequendum vel ' docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum secuta ' prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quam usurpatione præsumpta quæ sibi viderentur de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid, quam omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus ad proposita respondere compellor. Eoque fit ut aliquid semper addiscat, qui postulatur ut doceat. Proponam igitur singula, subjiciamque responsum.

I.

Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in officio presbyterii positos incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricii episcopi " monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico priventur, nec admittantur accedere ad ' ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas jam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos sibi vindicent divina mysteria: nec [...]e eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercer[...] vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum est: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus Deus vester.* Quibus utique propter " sobolis successionem propterea uxorius usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. quanto magis hi sacerdotes & Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium, sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus Paulus ad Corinthios scribit, dicens: *Absti[n]ete vos ad tempus ut vacetis orationi*: & hoc utiq[u]e laicis præcepit: multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare usurpabit, aut qua conscientia, quove

merito

merito exaudiri se credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum?* Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: *Unius uxoris virum.* Non ' de permanente in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit qui ait: *Vellem autem omnes sic esse sicut & ego.* Quod & apertius declarat, dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu.* Et habentem filios, non generantem, dixit. Sed ea plane dispar & diversa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ ab episcopo Siricio ad provincias " commeavit, non probabitur pervenisse, his ignorationis ' venia remittetur, ita ut de cetero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retentent, ut eis non liceat ad potiora conscendere. quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittunt. Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio detegentur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse illi sunt modis omnibus submovendi: quia post admotionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

II.

Et hoc quæsitum est ", quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postea quam dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, jam terrore depulso communionem dari abeuntibus placuit, & propter domini misericordiam quasi viaticum profecturis, & ne Novatiani hæretici negantis veniam asperitatem & duritiam sequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis pœnitentes, miserante salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur.

III.

Quæsitum est etiam super his qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem sententiam protulerunt. De his nihil legimus a majoribus definitum. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum vindicem in hujusmodi datum. Quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita ut hactenus servatum est sic ' habemus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur.

IV.

Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum ' contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc, Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam: viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur: virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par sit causa, interdum, probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit. (' e contra)

V.

Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu: quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut causa cognita vindicentur. Quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio, pro negotii qualitate profertur, & dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis. (23. qu. 4. Illud etiam sciscitari,)

VI.

De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt: quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui " vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ' ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur; secundum illud quod legimus in euangelio: *Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur: similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Et ideo tales omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi si incentores illiciti consortii fuisse detegantur. (" ergo, vel quæ, viro, vel ' tamen) (Matth. 19.)

VII.

[b] Qui vero libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, brevis adnexus ostendit. Hæc sunt ergo quæ desiderata moneri voce voluisti. Moysis libri 5. id est Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii: & Iesu Nave unus, Iudicum unus. Regnorum libri 4. simul & Ruth. Prophetarum libri 16. Salomonis libri 5. Psalterium. ' Historiarum, Iob liber unus, Tobiæ unus, Esther unus, Iudith unus, Machabæorum duo, Esdræ duo, Paralipomenon duo. Item novi Testamenti, Evangeliorum libri 4. Apostoli Pauli epistolæ 14. Epistolæ Ioannis 3. Epistolæ Petri duæ. Epistola Iudæ, Epistola Iacobi, Actus apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Cetera autem, quæ vel sub nomine Matthiæ, sive Iacobi minoris, vel sub nomine Petri & Ioannis, quæ a quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreæ, quæ a Xenocharide & Leonida philosophis, vel sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda. Datum 10. Kalendas Martias ", Stilicone II. & Anthemio viris clarissimis consulibus." (' item) (" Quidam codices habent Theodosio II. & Stilicone II.) (" Anno Christi 405.)

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Ad Exuperium.*] Exuperius is est, quem Ausonius Burdigalensem dicit, & inter ejus temporis claros oratores adnumerat.

numerat. Poſt præfecturam Hiſpaniarum, auctore Auſonio, ad portum tranquillitatis ſeceſſit: in eccleſia Burdigalenſi presbyterium meruiſſe, ex Paulini epiſt. 20. ad Amantium ſcripta, intelligi poteſt. Qualis quantuſve extiterit egregia vitæ ſanctitate conſpicuus, ex S. Hieronymo audi, dum hæc de ipſo ſcribit epiſt. 4. ad Ruſticum. *S. Exuperius Toloſæ epiſcopus, viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente jejuniis fame torquetur aliena, omnemque ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui corpus domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro, qui avaritiam ejecit e templo: qui abſque funiculo & increpatione cathedras vendentium columbas, id eſt, dona ſancti Spiritus, menſaſque ſubvertit Mammonæ, & nummulariorum æra diſperſit, ut domus* Dei *domus vocetur orationis, & non latronum ſpelunca*, &c. Epiſtola 2. *Non poſſum*, inquit, *abſque lacrymis Toloſæ mentionem facere, quæ ut huc uſque non rueret, ſancti epiſcopi Exuperii merita præſtiterunt. Hic divini ſpiritus afflatu venturum Galliæ excidium, Toloſamque barbaris paulo poſt dedendam prænoſcens, magna celeritate omnem ſubſtantiam in pauperes erogavit: cumque ejus liberalitati maxima Gallia nimis anguſta videretur, Siſinnium monachum, integerrimis vitæ moribus præditum, in orientem cum ingenti pecunia ablegavit, ut monachis Palæſtinæ & Ægypti ſubſidia vitæ miniſtraret.* Hac occaſione S. Hieronymus ex Siſinnio cognoſcens qualis quantuſque eſſet vir eximius Exuperius, ob ejus egregiam ſanctitatem eidem libros in Zachariam prophetam, quos elucubrabat, dedicandos exiſtimavit[a]. Hæc ex Hieron. præfat. in 3. Amos, & 1. Zachar. Baron. anno 405. num. 62. & 406. num. 35.

Hæc Innocentii epiſtola ad Exuperium, ſicut præcedens ad Victricium Rothomagenſem epiſcopum, reſponſoria eſt ad eorum literas, quibus adverſus novam hæreſim Vigilantii in Gallia emergentem pugnaturi, primum apoſtolicam ſedem conſulendam eſſe putarunt: ea nimirum ex cauſa, quod ſcirent, abſque aliqua dubitatione in univerſa eccleſia catholica obſervandum eſſe quod ab apoſtolica ſede ſervatum & cuſtoditum eſſe noſceretur, quodque ad caſtra hæreticorum & ſchiſmaticorum tranſirent, qui ſe ab ejuſdem communione ſejungerent, & decreta illius obſervare nollent. Vnde licet uterque ſanctiſſimus & doctiſſimus Galliarum epiſcopus, optime noſſet ea quæ Romanum Pontificem rogabant, tamen quod certo ſcirent ipſam apoſtolicam ſedem eſſe turrim David, in qua ſunt *mille clypei & omnis armatura fortium*, ab ipſo præcipuo catholicæ eccleſiæ vertice ſibi arma comparanda duxerunt, quorum vel uno ictu reptantem ventre beſtiam conficerent. Omnes enim nefas eſſe intelligebant, apoſtolicæ ſedis decretis obniti, adeoque recentia Romani pontificis decreta, fidem & eccleſiaſticam diſciplinam a majoribus & veteribus traditionibus acceptam, in Gallia ſartam rectamque conſervabant. Baron. ann. 406. num. 47.

[a] Arcadio VI. & Anicio Probo Coſſ. hoc eſt anno Chriſti 406. Hæc epiſtola qua occaſione ſcripta.

u** NOTÆ GABR. ALBASPINEI AVR. EP.

AD CAP. II. EIVSDEM EPISTOLÆ.

CANON iſte multorum interpretum ingenium exercuit, & ſolicitum habuit, quod ingenue fateri videatur S. Innocentius euchariſtiæ non ſolum, ſed etiam reconciliationis ac pacis (quæ apud nos abſolutio vocatur) gratiam moribundis olim denegatam fuiſſe, priorumque ſæculorum diſciplinam & conſuetudinem obtinuiſſe, ut excommunicati ex hac vita ad Dei miſericordiam abſque ullo eccleſiæ auxilio præterquam pœnitentiæ remitterentur: Quæ res non mediocriter eos conturbat, quod moribus noſtris ac diſciplinis, quæ tunc obſervantur, repugnet; ac in Novatianorum hæreſim inclinare videatur, quo factum eſt ut varias huic canoni ſententias affingerent: ita nonnulli per communionem, de qua hic eſt mentio, euchariſtiam, ac per pœnitentiam, abſolutionem intelligunt, ut horum verborum explicationem & ſenſum a Novatianorum hæreſi procul rejiciant, qui graviorum criminum reis pacem, vel in exitu vitæ, non concedebant Ceteri de lapſis, hic agi exiſtimant, verbaque illa, *prior conſtitutio durior*, ad Eliberini concilii patres pertinere, eorumque leges & decreta ab Innocentio, tanquam ſevera & acerba, damnari. Ego hos omnes a vero hujuſce canonis ſenſu aberrare cenſeo, ut ex ſequentibus manifeſtum fiet.

Nam quamobrem quæſo tam varias & tam diverſas ei excogitant explicationes? Cum nihil tam planum ſit quam id unum hoc ipſo canone agitari, & quæri, quonam modo animadvertendum ſit, vel potius an recipiendi ſint, in fidelium communionem, qui ob noxas ſuas (quæcumque tandem illæ fuerint) ſacris interdicti, ad mortem uſque nullo ſalutis, aut cenſuræ metu, remanerent, pœnitentiamque niſi morientes non poſtularent. Hæc eſt Exuperii quæſtio, quæ cum perſpicua & clara ſit admodum, quorſum quæſo de aliis peccatis reſpondiſſet Innocentius? Hi ergo hallucinantur egregie, qui ad alia peccata hoc reſponſum pertinere putant: De lapſis vero, quamvis Exuperius de his nihil percunctetur, mentionem merito feciſſe videtur: cum enim priorum temporum conſuetudinem in memoriam revocet: & quid olim eccleſia in ejuſmodi homines excommunicatos ſtatuerit (quod ad ea tempora quæ inter Cornelium & Nicænum concilium fluxerunt, referendum puto) non potuit quin de lapſis ageret: quandoquidem plerique omnes qui ea ætate exomologeſim in mortem differebant, ii omnes fere eſſent lapſi: nam cum omnibus aliis peccatis venia longe facilius quam idololatriæ indulgeretur, leviuſque multo, breviorique pœnitentia caſtigarentur; veriſimile eſt multos ex lapſis a pœnitentia his malis deterritos, eam in mortem diſtuliſſe; quod inſinuat Cyprianus his verbis. *Et idcirco vir cariſſime pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum, toto corde, & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communionis & pacis: ſi in infirmitate atque periculo cœperint deprecari, quia rogare eos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus eſt accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum*, & concilium Arelatenſe primum, cum de his hominibus qui tardiores eſſent ad quærendam pœnitentiam loquitur, eos apoſtatas vocat, quod pro conjectura eſt, lapſos, quod vulneris curationem formidarent, pœnitentiam, non niſi mortalitatis metu, deſideraſſe; atque ea eſt cauſa cur de lapſis verba fecerit; & de libidinoſis rogatus de idololatris reſponderit Innocentius, quod ſcilicet ex his multi prioribus illis ſæculis nec Dei, nec ſalutis metuentes, non criminum dolore, ſed timore mortis, ad ultimum illud remedium confugerent. Ex quibus liquet neque hypotheſim ad theſim, ut quidam volunt, tranſtuliſſe Innocentium: neque alia criminum genera, aut quidquam aliud, ſuo complexum eſſe reſponſo, quam de quo rogatus erat: nam eadem erat cauſa lapſorum qui in extremum vitæ tempus pœnitentiam diſtulerant, & eorum libidinoſorum & libertinorum, de quibus interrogat Exuperius: iiſdemque omnino judiciis utrique coercendi eſſe videbantur: quapropter apposite & accommodate ad quæſtionem propoſitam, antiqua eccleſiæ ſtatuta, & conſuetudinem de traditoribus lapſis recipiendis, repetit.

Quod ad eorum conjecturam attinet, qui ad decreta concil. Eliberini Innocentium reſpexiſſe ſuſpicantur, cum priorem diſciplinam duram & acerbam fuiſſe dicit, non magis ea probabilis eſt, quam illorum explicatio. Nam in eos de quibus interrogatur & reſpondet Innocentius, nil gravius quidquam ceteris conciliis ſtatuerunt: immo ſi de ea quæſtione interrogati fuiſſent patres Eliberini neſcio ſi non mitius reſpondiſſent, quam concilium Arelatenſe, cum can. 46. & 47. catechumenos & apoſtatas, qui per infinita tempora ad eccleſiam non acceſſerant, ad baptiſmum & ad communionem poſt aliquam pœnitentiam admittant: & quamvis in eo can. 46. non agatur de apoſtatis aut lapſis qui mortis metu ad pœnitentiam recurrere adigebantur: ſed de iis qui paulo ante mortem reſipuerant: tamen cum hæc verba in eodem canone habeantur, *per infinita tempora ad eccleſiam non acceſſerit*, patres hujuſce concilii ſatis oſtendunt, quo animo fuiſſent in eos, ſi eorum cauſa agitata fuiſſet.

Sunt & alio in illo Innocentii decreta ſatis obſcura, quæ aliud ſignificant quam quod oſtendunt; aut ab interpretibus perſpiciatur, quapropter ſingula quæque a nobis ſunt breviſſime & minutatim evolvenda: ac primum notandum eſt de fidelibus excommunicatis & a communione non ſolum euchariſtiæ, ſed fidelium pulſis mentionem eſſe: nam pœnitentia ab iis ſolis peti poterat.

Omni tempore, qui nunquam aut epiſcopum, aut eccleſiam obtinendæ pœnitentiæ cauſa adierant: eadem fere loquendi formula utuntur patres Eliberini & Arelatenſis concil. *per infinita tempora*, item, *antequam ad eccleſiam ſeſe repræſentet.*

Pœnitentiam ſimul & reconciliationem, in ipſa morte vel etiam cum vi morbi vox interclusa eſſet, pœnitentiam ſibi impertiri cupiebant; nulluſque olim communioni & paci eccleſiæ reſtitutus fuit, quamvis animam pœne efflaret, quin ei pœnitentia ante abſolutionem impertiretur: quid autem fuerit illa pœnitentia, aut quomodo a noſtra differat, aut qua ratione eis potuerit dari, quibus ob morbum nullus eſſet vocis aut rationis uſus, in obſervatione de pœnitentia fidelium dicemus.

Reconciliationem, hoc eſt minimam reconciliationem, eamque quæ jus ad corpus fidelium redderet, non autem maximam, quæ daret jus ad euchariſtiam & ad oblationes: propterea quod, utrum digni cenſerentur aliqua reconcilia-

reconciliatione cum dubitarent, perfacile est conjicere minimam fuisse, quæ illis concederetur.

Observatio prior: quam ad observationem, aut ad quod concilium aut sæculum, aut tempus verba ista supra allata revocanda censeantur? Ad ea opinor tempora, quæ concilium Nicænum antecedunt. Nam in concilio Arelatensi primo, ultimo in canone legimus absolutionem apostatis, quorum causa ab his, de quibus in hoc capite agitur separata non fuit, negari: ideoque verbum illud, *prior*, mea sententia ad ea tempora, & ad ea concilia rejiciendum videtur, quæ proxime a Nicæno absunt.

Posterior: nulla ni fallor ante Innocentium de his recipiendis lex sancita reperitur: sed verisimile est restituta ecclesiæ pace, & post concilium Nicænum severitatem illam qua ejusmodi homines ultimo canone Arelatensi puniuntur, paululum mitigatam, & in communionem morte instante eos receptos fuisse.

Concederetur pœnitentia: cum quibusdam peccatoribus pœnitentia concederetur sine absolutione, anathemate eosdem liberatos & absolutos ni fallor volebant. Præterea eis donum pœnitentiæ concedebant: ad extremum eis pollicebantur, & adpromittebant, & quasi cum eis transigebant (nam poterant ligare & solvere) si perpetua pœnitentia Deo facerent satis, illumque placarent, Deum ipsum peccata penitus ex animo, quæ alte insederant, ut ita loquar, deleturum: atque hoc modo pœnitentiam, sine absolutione largiebantur: & ea est causa cur pœnitentiam, sæpenumero expeterent, sive absolutiones. Vide observationem de fidelium pœnitentia.

Sed communio negaretur: quibus pœnitentiam sine communione concederent, eis a Deo expectandam absolutionem affirmabant, & satis eis videbatur graviorum criminum reos, eo in statu quasi constituere, quo per se divinum placare numen poterant: quod autem ad absolutionem & communionem, eam omnino non laxabant, veteris disciplinæ retinendæ causa, & quodam quasi metu salutari eos coercendi.

Ne communionis concessa facilitas: communio hoc loco absolutionis, non autem eucharistiæ vim notioremque habet: verba namque quæ sequuntur declarant hoc canone communionem, reconciliationem, & remissionem pro eadem re sumi.

Non revocaret à lapsu. Hoc est si iis lapsis qui idololatriæ suæ medelam per pœnitentiam, ante obitum non quæsierant, pax olim & communio in morte relaxata fuisset. ceteri hac spe veniæ quasi securi, tardiores fuissent ad eamdem pœnitentiam obeundam, & in mortem ejus labores & lacrymas distulissent, & ita numerus apostatarum immensum crevisset, nullusque plane persecutionum temporibus fuisset, qui idololatriæ suæ scelus, lacrymis & exomologesi confiteri voluisset. Quibus de causis ecclesia consulto ejusmodi lapsis, qui ad pœnitentiæ remedium ante obitum confugerent, absolutionem & communionem licet morientibus, denegabat. Hæc verba si ita accipiantur, quæ in hoc canone explicando difficultas sese statim ostendit, evanescet: Nam ex iis potissimum oriebatur, cum interpretes satis conjicere aut divinare non possent, quamobrem de libidinosis interrogatus, de lapsis respondeat Innocentius.

Ne totum penitus rogaretur: cum sola pœnitentia vel sine absolutione moribundo concedebatur aliquid quod ad salutem multum prodesset, consequebatur Nam benedictione pœnitentiæ, donum primum pœnitendi infundebatur, anathematis peccatum tollebatur, denique pœnitentia vel citra spem absolutionis peccata quasi æstimabantur, & hoc pretio, si plene & fideliter illud persolverent, venia & divina misericordia adpromittebatur: quocirca recte ait Innocentius, *ne totum penitus negaretur*.

Communionem dari obeuntibus, ex his verbis intelligi potest, quamvis ecclesia decrevisset contra quam Novatiani opinantur, pœnitentiæ asylum non esse subtrahendum, lapsisque demum ignosci oportere, aliisque gravissimis peccatis, tamen id ea lege concessum, ut longior pœnitentia protraheretur.

Quasi viaticum perfectum, hoc loco perspici potest verbum *viaticum*, pro absolutione tantum, non autem pro eucharistia sumi; neque enim in hoc canone nisi de absolutione, non autem de eucharistia disseritur; & *viaticum*, id est quod *communio, reconciliatio & remissio*, quæ cum ad significandam absolutionem & simplicem communionem usurpentur, *viaticum* ejusdem notionis & significationis esse videtur.

Et ne Novatiani: & quamquam sanctus Innocentius dicat, si in morte absolutio negetur, id videri propius accedere ad Novatianorum errorem & sententiam, non propterea quispiam inde ratiocinari jure poterit, nunquam ab ecclesia eam fuisse negatam, cum dubium non sit, idque probari possit vel ex ipso Innocentio hoc loco post Novatianos errore convictos, eam ab ecclesia interdum denegatam.

Verum id ita accipiendum est, quod si absolute & præcise in perpetuum, atrocissimis illis flagitiis negaretur, hoc facto eoque nomine videri nos in errorem Novatianorum incurrere: Sed nec illud dici potest, quin Innocentii tempore alicui moribundo absolutio gravissima de causa retineri potuerit, nullo tamen Novatianorum exemplo. Novatiani namque juris & facti duplici errore tenebantur: eripiebant enim eam ecclesiæ potestatem; ideoque atrocissimo cuique peccato jus absolutionis adimebant, neque ipsa, quod profitebantur, præstabant. Ecclesia autem ea se potestate præditam, sciebat, & pro arbitrio sibi licere mysteria dispensare, & veniam moribundis & petentibus denegare posse, sed justissimis de causis raro hac animadversione utebatur.

A perpetuo exitio: id autem dicit quia revera, eorum quibus absolutio dabatur, in periculum non ita salus vocaretur, ut illorum quibus tantum pœnitentia tribuebatur; sed tamen non propterea eos in damnatorum numerum rejiciebat ecclesia.

IV. AD FELICEM NUCERIANUM EPISCOPUM.

I. *Si quis volens, partem sui corporis amputaverit, clericus esse non potest: nolens autem, potest.*

II. *Quod bigami ad clerum admitti non possint.*

III. *Qui de laicis ad clerum non debeant promoveri.*

IV. *Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic aperte concubina prohibetur.*

V. *De temporibus in clero immorandi.*

Innocentius Felici episcopo Nuceriano.

MIRARI non possumus, dilectionem tuam ' sequi instituta majorum, omniaque, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, ut consulta videlicet sedes apostolica, ex ipsis rebus dubiis, certum aliquid faciendum pronuntiet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum approbamus. Scripsisti ergo, quod fervore fidei quo polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaveris ecclesias Dei, vel novas quasque construxeris: sed in his clericos, quos constituas non habere: aliquos vero * mutilos, aliquos bigamos esse. Ad quod stupuimus, prudentem virum de his voluisse consulere quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus, sed in aliis forsitan occupatos, istud oblitos vos esse ' dicimus.

' secundum

* mancos; *vel* murcos, ' minutos

' conjicimus

I.

Qui igitur partem cujuslibet digiti sibiipsi volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos canones præcipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abjici. In illis enim voluntas * judicata est, quæ sibi ausa fuerit ferrum injicere, quod scilicet & alii id facere * dubitari non possit: in istis vero casus veniam meruit.

Dist. 55. Qui parte, Can. 1. conc. Niceni.

* vindicata

* dubitare non possunt.

II.

De ' bigamis autem nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit apostoli, *unius uxoris virum*, ad sacerdotium sive ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non poterit: quia in lege cautum est, *non viduam, non abjectam* habere posse conjugem sacerdotem.

' digamis

1. Tim. 3. Tit. 1.

Levit. 21.

III.

III.

Dist. 51. Designata sunt.

De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, * & non fieri possunt: sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est, propter tribulationem, quæ sæpe de his ecclesiæ provenit.

for. * sed fieri

IV.

Dist. 33. Laici qui habentes.

Laici vero, qui habentes uxores, baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt hæserint, & si non concubinam, non pellicem noverint, si in ' bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus sortem assumi.

' omnibus

V.

Ita sane, ut in eos tempora a majoribus constituta, serventur. Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat: quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium posthac, emensis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa ' diffinitione monstratum est, qui debeant admitti, quive reprobari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare velimus, tales invenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scandalum, nec erubescere videamur.

' definitione

V. Ut hi, qui in presbyterio filios genuerunt, ab officio removeantur.

*Innocentius Maximo & Severo episcopo ' per * Britios.*

' episcopis * Brutios.

Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri hæc a pontifice, satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosis viris & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus hujusmodi, qualem querelam detulerit, libelli ejus series annexa declarat. Qui zelo fidei & disciplinæ ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres carissimi, libelli, qui subjectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrasse dicuntur, jubebitis in medio collocari; discussisque objectionibus quæ ipsis presbyteris impinguntur, si convicti fuerint, a sacerdotali removeantur officio: quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt: atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt. Miramur autem hæc eorum dissimulare episcopos, ut aut connivere, aut nescire esse illicita judicentur.

Dist. 18. Maximilianus.

VI. Quod pœnitentium nullus ad clerum possit admitti.

Innocentius Agapito, Macedonio, & ' Mauriano episcopis ' Apulis.

' Mariano ' Apulis

Multa in provincia contra canones ecclesiasticos decretaque majorum usurpari a plurimis, & relationes diversorum, & suggestiones fidissimæ retulerunt: quæ quidem possent facile resecari, si episcopi in his non invenirentur auctores. Qui dum aut amicis aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Ac sic evenit, ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur: sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est, Modestum quemdam, multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem eum tendere: cum canones apud Nicæam constituti, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres carissimi, perspecto tenore libelli, eum jubete præsentari: ac si vere constiterit talem, qualem libellus affirmat, non solum ab episcopatus ambitione, sed etiam a clericatus removeatur officio.

Dist. Canon apud Nicæam. Can. Conc.

VII. De Bubalio & Tauriano damnatis a provincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractare curavit.

Innocentius Rufo, Gerontio, Sophronio, Flaviano, Macedonio, Prosdotio & Oristeo episcopis per Macedoniam constitutis.

Mora coepiscoporum nostrorum Maximiani & Eumenii, vel potius importunitas temporum fecit, ut vos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed, ut possum, paucioribus verbis tantorum malorum imitabor compendium, & strictim quæ in volumine literarum vestrarum conspexerim, retractabo. Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris, cujuscumque retractari judicium: quia veritas exagitata sæpius, magis splendescit in luce: & pernicies revocata in judicium, gravius & sine * pœnitentia condemnatur. Nam fructus divinus est, justitiam sæpius recenseri, fratres carissimi. Verum illud video movisse animos vestros, quod in multis Bubalius sæpe fallaciis deprehensus, objecerit exemplaria fictarum quasi a nobis literarum, cum pro consuetudine hominis nihil, quod proferret, jam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne jam de tali negotio murmur, & convicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subjunximus autem his priores literas, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum sententia designata est, ut dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac causa, de cetero repetatis. Hanc autem paginulam nostram solicitius, credentibus sibi episcopis relegendam mittite, ut sciant plenissime, quid sit de Bubalio & Tauriano, ceterisque pronuntiatum, ut servent, qui

35. q. 9. ve nc

* illi prim dicav pœni

qui digni admonitione sunt, cavere a talibus, A ne* talibus socientur.

*** Eidem Rufo Thessalonicensi archiepiscopo, ejusque decessori Anysio literas alias scripsit Innocentius, quarum fragmenta proferemus suo tempore in actis synodi Romanæ a Bonifacio II. papa habitæ anno 531.

VIII. De invasione parochiæ alterius, vel de terminis minime transferendis.

Innocentius Florentio episcopo Tiburtinensi.

NON semel, sed aliquoties clamat scriptura divina, transferri non oportere terminos, a patribus constitutos: quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter B invadat: quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Ursus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam sive Felicientem ' parochiam, ad suam diœcesim a majoribus pertinentem, invasisse te, atque illic divina celebrasse mysteria, inconsulto eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus sit. Quod si verum est, non leviter te culpam incurrisse cognoscas. Unde si declinare cupis tantæ usurpationis invidiam, nostris literis admonitum te convenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis justitiæ suffragari, integris omnibus, & in pristino statu manentibus, post dies venerabiles paschæ adesse debebis, ut memoratis possis in- C tentionibus respondere: partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat, inquiramus.

IX. De eo, cujus de captivitate reversa est uxor, ut eam recipiat: altera, quam duxerat, repudiata.

Innocentius Probo.

CONTURBATIO procellæ Barbaricæ, facultati * legis intulit casum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium & Ursam, captivitatis incursus fecerat nævum, nisi sancta religionis statuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum Restituta Fortunius me- D moratus inisse cognoscitur. Sed favore domini, reversa Ursa nos adiit, & nullo diffitente, uxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re, domine fili merito illustris, statuimus, fide catholica suffragante, illud esse conjugium, quod primitus erat gratia divina fundatum: conventumque secundæ mulieris, priore superstite, nec divortio ejecta, nullo pacto posse esse legitimum.

X. Familiariter salutat sanctos Dei sacerdotes, Aurelium Carthaginensem & Augustinum Hipponensem.

Innocentius Aurelio & Augustino episcopis. E

ACCEPTISSIMI mihi Germani compresbyteri illo recursus vacuus officio vestro esse non debuit. Percaros enim salutare carissimos, naturale quodammodo ' videtur & consequens. Gaudere igitur in domino vestram germanitatem, amantissimi, cupimus, & pro nobis paria ad Deum vota rependere precamur: quia (ut bene nostis) communibus & alternis plus agimus orationibus, quam singularibus aut privatis.

XI. De ratione paschali ad eumdem Aurelium.

Innocentius Aurelio.

CARITATIS nostræ officium nullo intervallo dirimitur, etiam si charta nullos apices ferat. Vivit enim spiritualis gratia alternis in cordibus, & amorem nostrum confovet sacerdotalis ipsa societas. Cur ergo indignum est unitatem ecclesiæ * custodiri? Idemque omnes pariter & sentiamus & pronuntiemus, frater carissime. Has ergo literas de ratione paschali alterius (dico futuri) anni præscripsi. Nam cum ante diem undecimum Kalendarum Aprilium pene luna 16. colligatur, (nam quidpiam minus est) itemque cum in ante diem quartum Kalendarum earumdem veniat 23. existimavi 11. Kalendarum memoratarum die, festa paschalia celebranda: quoniam in vigesimatertia luna, nullum pascha unquam, ante hoc pascha, factum esse cognoscimus. Sententiæ meæ exposui atque edixi tenorem. Iam prudentiæ tuæ erit, consors mihi frater, cum unanimis & consacerdotibus nostris hanc ipsam rem in synodo religiosissima tractare ' ut si nihil dispositioni nostræ resultat, nobis plenissime aperteque rescribas, quo deliberatam paschalem diem, jam literis ante (ut moris est) servandam, suo tempore præscribamus. Compresbyterum autem Archidamum, quamvis noverim, quod libentissime ac more suscipias consueto, tamen ex abundanti postulo, ut eum inter tuos habere digneris.

* custodire.

' retractare

XII. Ut nullus[a] contra ordinationem canonum fiat episcopus, ad eumdem.

Dilectissimo fratri Aurelio, Innocentius.

QUA indignitate, qua molestia male tractetur ecclesia, præcipueque episcopus, relegam vel audiam, & tua fraternitas bene novit, & ego idonea tanto dolori verba invenire non possum, dum facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur. Ecce facta est querela publica, quæ fecit semper ut communis omnibus tremenda sit reverentia. Sic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaria Christi, respuuntur: sic prætereunter promoventur, quasi nefas sit ad primatum per ordinem pervenire. Nam cum involuti mundanis nexibus, actibus vel moribus, abrupte adsciscuntur ad tanti collegium sacerdotii, & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti, qui præter ordinem irrumpunt potius quam eliguntur. Quam enim miserum est, eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit: eum summum fieri sacerdotem; qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit sacerdoti? Relege præfectorum literas, & vide, quæ vel falso, vel pro certo sublimium potestatum annotentur scriptis. Perdimus ' profecto nosipsi, nos inquam, sanctimoniæ reverentiam, qui, quasi vilissimum aliquid, summos efficimus sacerdotes, ut jam incipiat, quasi noxium aliquid publicis interlocutionibus condemnari. Frater carissime, hæc velim cuncta, recitanda per omnes Africanas ecclesias, scripta dirigas, & istis connectas quas adjunximus literas præfectorum, ut consilium

Dist. 61. Miserum est enim.

' perdidimus

silium de his quæ inique laudantur, judiciumque, si quid tale probari poterit, fiat, ut præterita mala, si doceantur admissa, digna severitate coerceantur: & de cetero caveatur, ne ecclesiæ sanctitas, per nostram fatigata negligentiam, perdat privilegia quæ est per viros venerabiles consecuta. Deus te incolumem custodiat. Data 4. Nonas Iunii, Iulio quarto & Palladio viris clarissimis consulibus.

Nota Severini Binii.

Occasio scriptæ epistolæ.

a *Epistola.*] Cum magna esset penuria clericorum in Africa, ut supra diximus, fiebat, quod in Africa ab episcopis quibusdam immeriti ordinarentur. Pontifex his occurrens, apud primatem totius Africæ Aurelium, hac de re merito conquestus fuit, eoque facto curam suam erga omnes ecclesias ostendit, cum & erga transmarinas ecclesias pastorali solicitudine vigilaret. In alterius consulum nomine, dum alius quam Theodosius Palladii collega ponitur, hæc epistola emendanda est. Baron. anno 416. num. 30.

Epistola hæc mendosa est.

XIII. " AD IVLIANAM a NOBILEM FEMINAM.

"Vide epist. ad Sabinam Felici IV. adscriptam a personato Isidoro.

SINGVLARE membrum ecclesiæ, tuæ religionis amplitudinem existere, & a nobis reverentissime coli, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis, multo nobiliorem ecclesiæ devotionem impendis, & magis læta Christi agnitione, præceptis ejus obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore jactaris. Summæ virtutis est, vicisse gloriam carnis: & magnæ est Christi gratiæ, nobilitatem moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, hujus vitæ (quæcumque sunt) spatia æternis divinisque officiis illustrare contende, ut qui insignem te præstitit, reddat sibi per sæcula clariorem.

Nota Severini Binii.

Pelagius huic epistolæ scribendæ occasionem dedit.

a *Epistola.*] Occasionem huic epistolæ scribendæ dedit Pelagius, qui ut virus suum disseminaret, viduis & nobilibus blanditus est. Ad Demetriadem scripserat teste Augustino epistolam virulentissimam, qua ait: *Spiritales vero divitias nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergo jure laudanda, in his merito ceteris præferenda es, quæ nisi ex te & in te esse possunt.* Hæc Pelagius. Cum itaque Innocentio pontifici vulgata illa Pelagii ad Demetriadem epistola innotuisset, parato antidoto occurrit, effecitque ut sancta familia ab irrepente clanculo hæresiarcha custodita, atque in omnibus illæsa servata fuerit. Ille docebat: *spiritales divitias nemo tibi præter te conferre poterit; ex te sunt,* &c. Innocentius ut lupum sub ovina pelle insilientem conficeret, verborum antithesi eum oppugnans ait: *Magnæ est Christi gratiæ nobilitatem moribus superasse.* Et propter hanc fidei doctrinam S. Hieron. ad Demetriadem scribens, ait: *Illud te pro caritatis affectu præmonendum puto, ut S. Innocentii, qui apostolica cathedra & supradicti viri successor & filius est, teneas fidem, ne peregrinam (quamvis tibi prudens & callida videaris) doctrinam recipias,* &c. Vide Baronium anno 413. num. 24. & 25.

XIV. De Antiochena ecclesia.

Innocentius Bonifacio presbytero.

ECCLESIA Antiochena, quam priusquam ad urbem perveniret Romam beatus apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana ecclesiæ Romanæ diu ab eodem ' alienam esse non passa est. Nam missis legatis, ita pacem postulavit & meruit, ut & Euagrianos suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione, quam acceperant a Memorato, susciperet: & Ioannis sanctæ memoriæ vel clericos vel laicos in unum colligeret atque congregaret, * promittens ipsius civitatis episcopus, frater meus Alexander, etiam si quis forte vel a nobis, vel aliunde, posterioris ordinationis ad eosdem venerit, se sine controversia recepturum, ac nomen episcopi Memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noveris tradidisse manus, frater carissime, & eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra, quæ requisierant sanitatem, ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia vero, quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus, harum scilicet portitor literarum, dilectioni tuæ poterat enarrare, ut & gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus intervenire consueverunt.

' se

* for. mitter ipsius tatis scopo tte m lexan

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*] Bonifacius legatione fungebatur apud Theodosium Constantinopoli: eratque Romanæ ecclesiæ presbyter, qui post Innocentium & Zosimum factus est Romanæ ecclesiæ pontifex. Hac epistola illi nuntiat, qua occasione Alexander Antiochenus episcopus in catholicam communionem ecclesiæ receptus fuerit; si nimirum primo ab Euagrio Paulini successore ordinatos ipse cum ordinibus & honoribus reciperet; ac præterea Ioannis episcopi Constantinopolitani, e tabulis sacris expunctum cum honore, ut par erat, restitueret. De quibus plura sequente epist. 17. Baron. ann. 408. n. 33. & 34.

Boni quis. Qua ditio lexan Anti nus e pus c comm ni re tus fi

XV. AD ALEXANDRVM ANTIOCHEN. EPISCOPVM.

De pace.

Innocentius Alexandro episcopo.

QVAM grata mihi, quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater carissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ conscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene sentit, ecclesiam. Nosque, ut facitis, & alloquamini (peto) crebrius literis, & frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim, ut confido, dominus, totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo literarum colloquio recompensare.

XVI. AD MAXIMIANVM.

De Attico episcopo Constantinopolitano.

Innocentius Maximiano episcopo.

MIRAMVR, prudentiam tuam scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ urbis a nobis, & prosecutione propria, & dato libello, qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas ullas saltem epistolas ad nos, vel ad vestram synodum utique pertulisti. Idque non petenti tribuendum existimes, quos vides deprecantibus, discussa ratione, concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, jam esse detersas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut prædixi) Atticus, missis aliquibus suorum, vel dicere voluit vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochenæ ecclesiæ frater & coepiscopus noster Alexander,

xander, digna legatione & prosecutus est, & probavit. Quibus omnibus utique interesse dignatus, cognovisti, quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum ' antehac de causa beatissimi Ioannis quondam episcopi nostri discusserim, ut quæ illi in omnibus satis evidenter ostenderint, universa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, utique fidem fecimus, & magno tramite omnibus eamdem ' postulaturis ostendimus, si modo quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complesse, aliquando monstraverint, communionemque, ut isti, legatione solenniter destinata, sibi rogaverint redhiberi. Expectamus ergo & professionem Memorati de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, ut recte & petenti, & probanti se eamdem mereri, reddamus, frater carissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum fratrum synodum dudum literas percepisti.

Nota Severini Binii.

a *Epistola ad Maximianum de Attico.*] Cum Maximianus episcopus Macedoniæ, is ad quem inter alios S Chrysostomus exulans perscripsit, cujusve alibi in epistolis suis Innocentius honeste meminit, vir pacis & concordiæ studiosissimus, apud Innocentium papam literis egisset, ut communicatorias literas Attico Constantinopolitano episcopo daret: redditis ad eum his literis significat, se non prius id facturum, quam Atticus cum Theophilo Alexandrino, Ioannem Chrysostomum viventem & defunctum hostili odio prosecutus, nomen sanctissimi confessoris in catalogum episcoporum Constantinopolitanæ ecclesiæ retulisset, adeoque easdem conditiones adimplesset, quas Alexander Antiochenus episcopus implere jussus erat. Ex quibus intelligis, lector Romanum pontificem non solere eos, qui vel communione suspensi sunt, vel omnino excommunicati, ad communionem ecclesiæ recipere, nisi emendatis ante erroribus illis, quorum causa communione interdici meruerant. Baron. ann. 408. num. 40. & 41.

XVII. AD a ALEXANDRVM ANTIOCH. EPISCOPVM.

Alexandrum commendat, quod omnes ad ecclesiæ unitatem reduxerit. Helpidium & Pappum suas recuperasse ecclesias lætatur, summaque animi alacritate ecclesiam Antiochenam ad apostolicam communionem recipit.

Apostolici favoris gratia, magno pacis usque ad nos decore resplenduit: tantumque lucis gaudiorumque infulsit fidelibus, ut dicentes Deo maximas laudes, majores debere nos fateamur. Plusque a Deo jucundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognovimus, ut in omnibus dominum laudaremus: successumque ipsum ideo præstitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute, pacis amator existens, eam requisitam inveneris, & repertam summa caritate tenueris, cum erga omnes, tum præcipue circa illos, qui quondam Paulini atque Euagrii episcoporum censiti fuerant nomine,* habeam summam votorum meorum, quod antiqui nævi purgatio, tuis temporibus tuisque meritis prorogatur. Quorum etiam illos ejusdem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperant, censui bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum * duxit tuæ fore di- A gnationi, si meo consilio in civitate vestra clericatus ordinem ducere censerentur, statui propter benevolentiam tuam, promissaque Memorati, ut inter ceteros sacerdotes ministrosque qui in civitate sunt, annumerentur, frater carissime. Libenter præterea de episcopis Helpidio atque* Papo cognovi, quod sine quæstione suas ecclesias recuperaverint, & multum in gestis (ut subscripta ' testantur) solicitus inquisivi, utrum omnibus esset conditionibus satisfactum, in causa beati & vere Deo digni sacerdotis Ioannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens domino, communionem ecclesiæ vestræ ita recepi, ut præ me feram, apostolicæ B sedis condiscipulos primos dedisse ceteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, ut nullo de cetero titillamento, vel levi cujusquam contentionis pudore pulsetur. Scripta autem * Attici episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus, ne per vestram injuriam ille, qui olim a nobis suspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen satis abunde quæ in actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri, ut si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse com- C munem, præstetur * seni favore vestro nostroque judicio, communionis atque literarum a nobis gratia prorogata. Subscripserunt episcopi * Italiæ 24.

* Pappo ' Pappolo
' subjecta
* Acacii
* sane
* 20. Italiæ.

Nota Severini Binii.

a *Epistola ad Alexandrum.*] Alexander post Porphyrium illum scelestum Flaviani in Antiochena sede successorem, anno Christi 408. defunctum, communi omnium consensu episcopus Antiochenus eligitur: postulatam Romanæ ecclesiæ communionem impetravit sub duabus conditionibus: quarum altera est, si Antiochenam ecclesiam a tempore Iuliani apostatæ huc usque per 46. annos schismate divisam, uno vinculo communicationis in unum conjungeret, eosque qui ab Euagrio Paulini successore ordinati erant, cum ordinibus & honori- D bus reciperet: altera est, si nomen Ioannis episcopi Constantinopolitani a Porphyrio Flaviani successore e sacris tabulis expunctum, cum honore, ut par erat, restitueret, idque ex epistola ad Bonifacium scripta evidentius constat. Cum itaque hoc tempore Alexander episcopus prædictas conditiones adimplesset, idque per literas Innocentio pontifici significasset, Innocentius hanc ob rem plurimum gavisus, has literas gratulatorias eidem rescripsit. Baron. ann. 408. num. 35. & præcedentibus quibusdam.

Alexander Antiochenus schisma ejusdem ecclesiæ sustulit, & nomẽ S. Chrysostomi in sacras tabulas retulit.

XVIII. AD ' ALEXANDRVM a EPISCOP. ' EVMDEM

i. *Quod prima sedes beati Petri apud Antiochiam esse memoretur.*
ii. *Quod non oportet secundum constituta imperatorum, duos esse metropolitanos episcopos.* E
iii. *Quod Arianorum clerici non sunt recipiendi in suis officiis, quamvis eorum baptismum, qui catholicus constat, confirmet ecclesia.*

Innocentius Alexandro episcopo.

I.

Et onus & honor nobis a tua fraternitate impositus, necessarii tractatus causas induxit, quo literis vel commonitorio vestro, ut dat sancti Spiritus gratia, respondere possimus. Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ synodi, quæ una omnium per orbem terrarum explicat mentem sacerdotum, quæ censuit de Antiochena ecclesia, cunctis fidelibus,

libus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super diœcesim suam prædictam ecclesiam, non super aliquam provinciam, recognoscimus constitutam. Unde advertimus, non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod prima primi apostoli sedes esse monstretur, ubi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conventum apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque ' gaudet? Itaque arbitramur, frater carissime, ut sicut metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic & ceteros, non sine permissu conscientiaque tua, sinas episcopos procreari. In quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos, literis datis, ordinari censeas ab his qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipue tuum debent mereri judicium.

[Margin: Act. 11. — ' gauderet]

II.

Nam quod sciscitaris, utrum divisis imperiali judicio provinciis, ut duo metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari: non vere visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator. Ergo secundum pristinum provinciarum morem, metropolitanos episcopos convenit ' nominari. Cyprios sane asseris, olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi episcopis, & usque adhuc habere præsumptum, ut suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, ut curent, juxta canonum fidem, fidem catholicam sapere, atque unum cum ceteris sentire provinciis, ut appareat sancti Spiritus gratia ipsos quoque, ut omnes ecclesias, gubernari.

[Margin: ' numerari — Nic. concil. Can. 4. & 9.]

III.

Arianos præterea, ceterasque hujusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad dominum, sub imagine pœnitentiæ ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur, clericos eorum cum sacerdotii aut ministerii cujuspiam suscipi debere dignitate: quoniam quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate illisque mysteriis arbitramur: quoniam cum a catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem spiritus quam acceperant, amiserunt. Nec dare ejus plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quam per fidem, dixerim, perdiderunt. Quomodo fieri potest, ut eorum profanos sacerdotes, dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Gravitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat pervenire, ut ea quæ ipse tam necessario percontatus es, & nos tam elimate respondimus, communi omnium consensu studioque serventur.

[Margin: 1. q. 1 Arianos præterea, ceteros. — 1. qu. Qui perfectionem.]

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Ex hac epistola hæretici nostri temporis calumniantur Innocentium, quasi docuerit valorem & efficaciam baptismi, aliorumve sacramentorum, a bonitate ministri dependere; ideo quod infra dicat, ratum quidem esse Arianorum baptismum, sed non conferri per eos Spiritum sanctum: quia se ab ecclesia separaverunt. Verum suo modo nugantur. Innocentius enim eo loco de hæreticis loquitur, qui a ministris eadem hæresi pollutis baptizantur vel ordinantur. Qui licet vere sacramentum baptismi vel ordinationis recipiant, non tamen recipiunt gratiam Spiritus sancti, quæ in hæreticis esse nequit. Et in ordinatione ab hæreticis ordinati non modo gratiam non recipiunt, sed neque jus legitime exercendi ordines consequuntur. Nam id jus ordinator per hæresim perdidit, nec tribuere potuit, quod ipse non habet. Ita Glossa 1. q. 1. can. Arianos. Bellarm. lib. 4. de Roman. pont. cap. 10.

[Margin: Hæretic[o]rum cal[um]nia dir[ui]tur.]

XIX. a AD ' ACACIUM BEROEÆ EPISCOPUM.

[Margin: ' Atti[cum]]

De sancto Ioanne Chrysostomo Constantinopolitano episcopo.

ADGAUDERE literis fraternitatem tuam de receptis Paulini vel Euagrii episcoporum clericis populisque, & de restitutis Helpidio atque * Papo coepiscopis percensuimus, & vel sero receptæ pacis gratiam te fovere, postposita omni contentione, pervidimus. Unde has ad præstantissimum fratrem & coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus unanimitati, videlicet ut si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio, tam de nomine sancti Ioannis mirandi episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias literas, frater carissime: modo, ut omnia quæ * his actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum ore proprio, ut his communicantem convenit, fatearis. Ut enim nobis hæc unanimitatis caritatisque causa venerabilis est, sic inhæret solicita, ne quid obliquum aut succisivum in quoquam residere cognoscat.

[Margin: * Papp[o] — * Papp[o] — * hic, his]

NOTA SEVERINI BINII.

a *Ad Acacium.*] Hic est ille Acacius Berœensis episcopus, de sancto Chrysostomo pessime meritus; qui quod deinceps Innocentio in omnibus paruisset, apud Atticum Constantinopolitanum, nomen Chrysostomi ann. 412. in diptycha referri impetrasset, post obitum Theophili in catholicæ ecclesiæ communionem sæpe expetitam recipi promeruit. Sed infelix, oborta postea hæresi Nestoriana, adversus Cyrillum & alios orthodoxos fortiter dimicans, labem abolitam, quam ex persecutione in Ioannem agitata fœde contraxerat, duplo auxit. Baron. ann. prædicto num. 37. & 38.

[Margin: Acaci[us Be]rœen[sis epi]scopu[s]]

XX. AD LAURENTIUM EPISCOPUM ' SENIENSEM.

[Margin: ' Si[rmien]sem]

Photini hæresis sectatores omni diligentia expelli præcipit.

Innocentius Laurentio episcopo Seniensi.

DIU mirati sumus, dilectionis tuæ literis lectis, hæreticos Photini venena sectantes, in territorio dilectionis tuæ non solum esse, sed & publice sibi conventicula in aliquorum possessionibus præparare, cum de toto pene orbe nusquam tam multi, quam apud vos, delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ auctor Marcus, dudum de urbe pulsus, temeritatis tantæ ductus est audacia, ut primum sibi inter

inter eos vendicet locum. Sed ne ulterius debacchandi habeant facultatem, & animas simplicium ac rusticanorum secum in gehennam, cui destinati sunt, trahant, actum est adversus eos a defensoribus ecclesiæ nostræ, quod eos possint expellere, ut qui Christum Deum ex patris substantia ante sæcula negant genitum, hi cum Iudæis, qui ejus deitatem negaverunt, & nunc usque negant, participium habeant damnationis. Tuum est, frater carissime, quæ præcepta sunt, non segnius agere, ne plebem tibi credita dissimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

XXI. AD MARTIANUM EPISCOPUM *NARESITANUM.

De suscipiendis clericis, quos Bonosus, antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur.

*Innocentius Martiano episcopo * Naresitano.*

SUPERIORI tempore, si tamen recte recordor, memini me tam ad dilectionem tuam quam ad fratres & coepiscopos nostros, Rufum & ceteros hujusmodi, literas de clericis * Naresiensibus transmisisse, his videlicet, qui se ante damnationem Bonosi asserebant, ab eodem tam presbyteros quam diaconos ordinatos, ut si relicto atque damnato ejus errore, vellent ecclesiæ copulari, libenter reciperentur: ne forte qui essent digni recuperandæ salutis, in eodem errore deperirent. Verum nunc in Ravennati urbe mihi constituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, * Germanio, qui asserit se esse presbyterum, atque * Lupentinus, qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa, dolores proprios exprimere gestiverunt, se quidem ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parochiis retinere, sed tuam communionem non potuisse se mereri, ea videlicet ratione, quia Rusticius quidam nomine, iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non levi impedimento fit, dum aut illi dolent hujusmodi hominem in ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quamvis de eadem re plenius literæ meæ contineant, quas superius memoravi, tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, ut si vere constat, aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse vel nunc velle reverti, eos recipiendos esse censemus, maxime cum memorati asserant, se intantum anteriori tempore ordinatos, ut sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Sirmiensis urbis, nec non & fratrem nostrum Nicetam, aliosque nonnullos fuisse præsentes cum honoribus, quos se habere commemorant, faterentur. Unde (frater carissime (si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiendos esse ambigere non debes, quos tamdiu ecclesias sibi creditas passus es retinere.

XXII. AD [a] EPISCOPOS MACEDONIÆ.

I. *Ut si sacerdos, vel quilibet ex clero, viduam uxorem duxerit, vel ejectam, suum perdat officium.*

II. *Ut si quis catechumenus habuerit uxorem, & defuncta ea post baptismum acceperit alteram, clericus esse non possit.*

A III. *Quod non admittantur clerici ab hæreticis ordinati.*

IV. *Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri.*

V. *Quod hi qui a Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret ecclesiæ.*

VI. *Quod in ecclesia peccatum populi multum soleat remanere.*

VII. *Quod surreptum fuerit apostolicæ sedi, & suam in melius sententiam commutarit, quando damnationem Photini rescidit.*

B *Innocentius Rufo, Eusebio, Eustathio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerontio, Ioanni, Polychronio, Sophronio, Flaviano, Hilario, Macedonio, Calitrati, Zosimo, ' Profuto, Nicetæ, Hermogeni, Vincentio, Asiologo, Terentiano, Herodiano, & Martiano, & ceteris episcopis Macedonibus, & diaconibus, in domino salutem.* ' Profuturo.

MAGNA me gratulatio habuit, cum post tot discrimina totius (ut ita dixerim) mundi, Vitalis archidiaconus vestrarum portitor literarum, ex illis partibus ad nos usque directus advenit. Quem cum vidissemus, illico, (ut oportebat) percontati de vestro statu sumus. Verum ubi reperimus, vos ex sententia degere, C domino Deo nostro uberes gratias retulimus, quod vos famulos suos, suisque altaribus servientes, & in adversis tuetur, & in prosperis gubernare dignatur. Qui cum tradidisset epistolas, eas præcepi illico recenseri, in quibus multa posita esse pervidi, quæ stuporem mentibus nostris ' inducerent, facerentque nos non modicum dubitare, utrum aliter putaremus, an ita illa essent posita, quemadmodum personabant. Quæ cum sæpius repeti fecissem, adverti, sedi apostolicæ, ad quam relatio, quasi ad caput ecclesiarum, missa currebat, aliquam fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum sententia duceretur. Unde, de D quibus jamdudum scripsisse me memini, nunc iterare formam argumentis evidentioribus relationis vestræ geminata percontatio compellit. ' indicerent

I.

Eos qui viduas accepisse suggeruntur uxores, non solum clericos effectos agnovi, verum etiam usque ad infulas summi sacerdotii pervenisse: quod contra legis esse præcepta, nullus ignorat.[b] Nam cum Moses legislator clamitet: *Sacerdos uxorem virginem accipiat:* ac ne in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum, addidit: *Non viduam, neque ejectam:* contra quod præceptum, divina auctoritate subnixum, nulla de- E fensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra. Quæ (ut ipsi fatemini) ex ignorantia, & ut verecundius dicam, non ex apostolica traditione & ratione integra constituta est. Nos autem, omnesque per orientem occidentemque ecclesias, noverit vestra dilectio, hæc penitus non admittere, nec ad ultimum ecclesiastici ordinis locum tales assumere, & si reperti fuerint, submovere. Levit. 21.

II.

Deinde ponitur, non dici oportere bigamum, eum qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata sit: quia illud conjugium, per baptismi sacramentum, cum ceteris criminibus sit ablutum. Quod cum de una utique dicitur, certe si tres Dist. 26. Deinde opponit non.

tres habuerit, in vetere positus homine, uxores, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima: virginis æque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videat contra apostoli esse præceptum,
1. Tim. 3. Tit. 1. qui ait: *Unius uxoris virum oportere fieri sacerdotem?* Sed objicitur, quod in baptismo totum, quidquid in vetere homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi, cum pace vestra loquor, crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa quæ secundum legis præcepta ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere, crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa, qui ut crimina
' committerentur, ' committerent, in paradiso, cum ipse eos jungeret, benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus junxit, nefas sit crimen appellari, &
Prov. 19. Salomon addidit: *Etenim a Deo præparatur viro uxor:* quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consumma-
28 quæst. 1. Numquid non erunt. & in decr. Ivo lib. 6. tum? Quid de talium filiis percensetur? Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortio, quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit uxor? Eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut vobis videtur) quod post baptismum assumitur. Ipse dominus cum interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit:
Math. 19. *Quod ergo Deus junxit, homo non separet.* Ac ne de his locutus esse credatur, qui post baptismum sortiuntur, meminerint hoc & a Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quæro, & sollicitus quæro, si una eademque sit uxor ejus, qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esset catechumenus, susceperit, ac postea alios, cum fidelis: utrum sint appellandi fratres, an non habeant postea, defuncto patre, erciscundæ hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire atque judicare absurdum est, quæ (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione jactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus
' & lex junxit? junxit '? Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit; quæro, si hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, pu-
Act. 10. tatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium, orationibus atque eleemosynis vacantem, per revelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse. Numquid per baptismum hæc illi
* abluta * ablata sunt, propter quæ baptismus ei videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene gestum fuerit, & secundum legis præcepta custoditum,
' facientibus non potest agenti ' deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum. Et quod peccatum non est, solvi inter peccata, credi omnino non debet. Eritque integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen uxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

III.

1. quæst. 1. Ventum est ad tertiam. Ventum est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorem exigit disputationem. Cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impositionem habere caput: ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, ' ut possit recipere sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta, sine cicatrice esse non poterit: atque ubi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. *Nam si* (ut legitur) *quod tetigerit immundus, immundum erit:* quomodo id ei tribuetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere? Sed econtrario asseritur, eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse: nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est. Certe qui quod non habuit dare non potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit: & qui particeps effectus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum.

IV.

At dicitur vera ac justa legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioso fuerat injectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. Nullus sit pœnitentiæ locus, quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit. Nostræ vero lex est ecclesiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sint, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem, in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

V.

At vero hi qui a catholica fide ad hæresim transierunt, quos non aliter oportet nisi per pœnitentiam suscipi, apud vos non solum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur. Sed ' Anisii quondam fratris nostri, aliorumque consacerdotum summa deliberatio hæc fuit, ut quos Bonosus ordinaverat, ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre scandalum, ordinati reciperentur. Vicimus (ut opinor) ambigua. Iam ergo, quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse: ac fuisse regulas veteres, quas ab apostolis vel apostolicis viris traditas ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat his qui eam audire consueverunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio invenit, cessante necessitate, debet utique cessare pariter quod urgebat: quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Sed canones apud Nicæam constituti, de Novatianis fieri permiserunt. Prius ille canon, a patribus institutus, ponendus est, ut possimus advertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum fit vel præceptum. De his, inquit, qui nominant seipsos catharos, id est, mundos & aliquando veniunt ad catholicam ecclesiam, placuit sanctæ & magnæ synodo, ut accepta manus impositione, sic maneant in clero. Possum vero dicere, de solis hoc Novatianis esse præceptum, nec ad aliarum hæresum clericos pertinere. Nam si utique de omnibus ita definirent, addidissent, a Novatianis, aliisque hæreticis revertentes, debere in suum ordinem recipi. Quod ita esse, etiam illud maxime, quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmare, a quibus venientes, etiam baptizari præcipiunt. Numquidnam, cum de

de Paulianistis jubent, omnes qui ab hæreticis revertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse præceptum, ratio ipsa demonstrat. Denique, baptizatos rite ab euangelista Philippo, Petrus & Ioannes sola manus impositione consummant. Illos vero, quos apostolus Paulus Ioannis baptismate baptizatos reperit, interrogavitque an Spiritum sanctum accepissent, fatentibus se, ne illud quidem nomen audisse; jussit eos baptizari. Videtis ergo, rite baptizatos, illo dono iterati non posse: & aliter, sola aqua lotos, baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, necessarium pervideri. Ita & de Novatianis tantum jussum esse, lucida manifestatione perlegitur. Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus hæresibus, ratio manifesta declarat: quia Paulianistæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti minime baptizabant: & Novatiani iisdem tremendis venerandisque nominibus baptizant: nec apud istos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quæstio aliquando mota est: & ideo omnibus segregatis, hæc sola electa est, cui istud crederent concedendum, quia nihil in Patris & Filii & Spiritus sancti sacramento peccarent. Si quis vero de catholica ad hæresim transiens, aut fidelis, ab apostasia revertens, & resipiscens redire voluerit; numquid eadem ratione poterit ad clerum admitti, cujus commissum non, nisi longa pœnitentia, poterit aboleri? nec post pœnitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt. Vnde constat, qui de catholica ad Bonosum transierunt damnatum, atque se passi sunt, aut cupierunt, ab eodem ordinari; non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui commune omnium ecclesiarum judicium deserentes, suam peculiariter in Bonoso vanitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos constat vim passos, atque invitos, attractos, repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit: si non post ordinationem Bonosi interfuit, cum conficeret sacramenta, si communioni ejus participatus non est, si statim discedens de ejus pessimo conciliabulo, ad ecclesiam rediit, iste talis potest habere excusationis aliquem colorem. Ceterum alii qui vel post annum vel mensem ad ecclesiam redierunt, intelligimus eos qui in catholica noverant se, propter vitia sua, non posse suscipere ordinationem, idcirco ad illum perrexisse, qui passim & sine ulla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem, in ecclesia catholica invenire locum, de quo antea desperaverant. Nunc illud quod superest, interrogo: qui post mensem aut eo amplius rediit, cum se presbyterum a Bonoso confideret ordinatum, si non sacramenta confecit, si non populis distribuit, si non missas secundum consuetudinem complevit, quid de his censeatis quæso, promatis apertius. Ad summam certe, qui nihil a Bonoso acceperunt, rei sunt usurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacramentorum sibi vendicaverunt auctoritatem, atque id se putaverunt esse, quod' de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

VI.

Pervideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse, & advertite, quod ('ut dicitis) necessitas imperavit in pace jam ecclesias constitutas, non posse præsumere: sed ut sæpe accidit, quoties a populis aut turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solet transire, priora dimittenda dico Dei judicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcavendum. *Quoties a populis. ' utique*

VII.

Veniam nunc ad maximum quasi quoddam thema Photinum, & quod mihi arduum est ac difficillimum, majorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto (ut etiam ipsi commeministis) aliquid utique gravius constitutum. Verum quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi & elicitum per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit, veniam nos hanc intantum, vobis annitentibus, post condemnationem more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam caris non dare consensum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres carissimi, & sententia ac postulatione, episcopum Photinum habetote licitum ita constituere, ut deprecamini, & nostram in melius conversam sententiam, labore vel testimonio vestro, compotes voti suscipite, atque Eustathium, a me sæpissime comprobatum, nolite expectare, ut diaconii gratia expolietur. Solicitos enim vos pro salute, libenter audio: contra caput etiam si faciendum sit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo: cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios apostolica est declarata benignitas, ut in uno spiritu ductam ac reductam sententiam, boni semper indifferenter sequantur. Nam fateor, hæc me primum res bene habet erga Eustathium diaconum, quod nec contra fidem unquam quidquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen aliquod commisisse, vel jactatum unquam vel fictum de eo recognoverim. Et qui in his salvus est, si quo pacto conversationes amabiles non habet, habendus est, ut minus pro tempore dilectus, non ut inimicus existimatus, diabolo in perpetuum mancipandus. Cognosco illum, inter illas simultates ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diversa sensisse, & hinc cum res ac calamitates ipsæ emendatæ sint, adhuc Dizoniani & Cyriaci subdiaconorum non potuisse apud vos' commendationem reviviscere. Compescite, quæso, ab illo prædictisque, quorumcumque videtis animos ac non justas æmulationes, ut ipse apud nos integer, apud vos, cum suis reparatus, mereatur pacem, non fictam pervidens caritatem. Omnibus igitur vobis ac singulatim occurrat caritas, & vinculis, quæ nullis modis a Christo solvuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexa, lætetur in domino. Datum Idibus Decembris, Constantio viro clarissimo consule."

35. q. 9. Veniam nunc ad maximum.

' emendationem

Anno Chri. 414.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Locus epistolæ explicatur.

a *Epistola ad episcopos.*] Hæc est illa epistola quam Innocentius reddidit ad synodum Macedoniæ provincialem, ex qua pro confirmatione rerum gestarum, missa est legatio ad Innocentium papam, per Vitalem archidiaconum. De qua synodo infra.

b *Nam cum Moses legislator clamet.*] His verbis non vult dicere Innocentius nos legibus Iudaicis teneri, sed vult argumentari a simili, vel potius a minori ad majus, hoc

hoc modo: Tenebantur ſacerdotes veteris teſtamenti, non ducere uxorem viduam: ergo multo magis convenit, ut in ſacerdotibus novæ legis eccleſia requirat, ne propter excellentiam ſacerdotii Chriſtiani, viduarum mariti fuerint. Bellarminus lib. 4. de Romanis pontif. cap. 10.

c *Bonoſus ordinaverat.*] De Bonoſo ejuſque hæreſi vide notas concil. Capuani ſupra.

XXIII. AD SYNODUM IN [a] TOLETANA CIVITATE CONSTITUTAM.

[a] Tholosanam ſ.c. Iuſtelli: mendoſe, ut plerique alii codices & antiquæ collectiones

I. *De Hiſpanorum reprehenſione, qui inordinate conſtituunt clericos.*
II. *Ut cauſidici, vel curiales, vel ſæculari militia dediti, ad clerum non admittantur.*
III. *Ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur.*
IV. *De commemoratione Nicæni concilii, in quo ſupradicta prohibentur.*
V. *Quales eligendi ſunt in ordine clericorum.*
VI. *De eo qui ante baptiſmum uxorem habuit, & poſt baptiſmum etiam, ut clericus non fiat.*

Innocentius univerſis epiſcopis in Toletana ſynodo conſtitutis, dulciſſimis fratribus, in domino ſalutem.

I.

Sæpe me & nimium cum teneret cura ſolicitum, ſuper diſſenſionis [b] ſchiſmate eccleſiarum, quod malum per Hiſpanias latius in dies ſeparationis gradu incedere fama proloquitur, neceſſarium tempus emerſit, quo non poſſit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus, quas pravæ conſuetudinis vitio, Hiſpanienſes epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundum majorum traditionem ſtatuendum, niſi perpenderemus, ne perturbationes quamplurimas eccleſiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta ſunt, non in dubium vocemus, ſed Dei potius dimittamus judicio.

[b] diſſenſiones & ſchiſmata

II.

Dist. 51. Aliquantos c.x.

Quantos enim ex eis, qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, accitos ad ſacerdotium eſſe comperimus; e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur? Quantos ex militia, qui cum poteſtatibus obedierunt, ſevera neceſſario præcepta ſunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata, fecerunt? Quantos, qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem ſummi ſacerdotii perveniſſe: quorum omnium neminem, ne ad ſocietatem quidem ordinis clericorum, oportuerat perveniſſe? Quæ ſi ſingula diſcutienda mandemus, non modicos motus aut ſcandala Hiſpanienſibus provinciis, quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas providere debebit, ut tantæ uſurpationi, ſaltem nunc, finis neceſſarius imponatur, eo videlicet conſtituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinationibus ſuis deponantur.

III.

Poſthæc, ſi quis adverſus formas canonum, vel ad eccleſiaſticum ordinem, vel ad ipſum ſacerdotium venire tentaverit, una cum ordinatoribus ſuis, ipſo in quo inventi fuerint ordine & honore priventur. Et quamvis dilectioni veſtræ, fratres cariſſimi, regulæ Nicænæ ſint cognitæ, ſecundum quas ordines eſſe faciendos per ſententiam [c] decernitis: tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus eſt proviſa, inſerendam putavi, ut ſecundum eam ordinationes in poſterum celebrandas eſſe ſciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum, quæ ſunt prohibita, digerantur.

[c] decernimus

IV.

Ne quiſpiam, qui poſt baptiſmum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui cauſas poſt acceptum baptiſmum egerint, aut qui poſt acceptam Dei gratiam adminiſtraverint; neque de curialibus aliquem ad eccleſiaſticum ordinem venire poſſe, qui poſt baptiſmum vel coronati fuerint, vel ſacerdotium (quod dicitur) ſuſtinuerint, & editiones publicas celebraverint. Nam & hoc de curialibus eſt cavendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a ſuis curiis, quod frequenter videmus accidere, poſcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus cuſtodiri.

V.

Quales vero eligendi ſunt in [d] ordine clericorum, evidens forma declarat, id eſt, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio ſociati, vel ſi majores ſunt, cum fuerint Dei gratiam conſecuti, ſtatim ſe eccleſiaſticis ordinibus mancipaverint. Et ſi uxores habuerint, quærendum, ſi uxorem virginem habuerint: quia ſcriptum eſt in veteri teſtamento: *Uxorem virginem accipiat ſacerdos.* Et alibi: *Sacerdotes mei ſemel nubant.* Neque qui duas uxores habuerit, quia Paulus apoſtolus ait: *Unius uxoris virum.*

VI.

Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defenſione pravi erroris opponunt & aſſerunt, quod [e] ante baptiſmum omnia dimittuntur, non intelligentes hujuſmodi, quod ſola in baptiſmo peccata dimittuntur, non uxorum numerus abolетur. Nam ſi *a Deo*, ut ſcriptum eſt, *præparatur viro uxor*, & *quod Deus junxit, homo non ſeparet*, & ipſi auctores generis humani in origine a Deo benedicuntur; quomodo inter peccata iſta creduntur poſſe dimitti? Quod ſi ſecundum illos, qui ita credunt, verum eſt: ergo omnis juſtitia, quæ a catechumenis ante baptiſmum fuerit operata, per baptiſmum aufertur. Nullus ergo contra apoſtolum tale aliquid ſentiat, nec admittat, ſed fideliter intelligat, unius uxoris virum, ſive ante baptiſma eſſe nominatum, ſive poſt baptiſmum. Si enim uxor ante baptiſmum accepta, non ducitur in numerum; nec filii ex eadem ſuſcepti, inter filios poterunt nominari. Quod quam abſurdum ſit atque alienum, prudentia veſtra melius æſtimabit. Unde [f] neminem liceat interpretari aliter divinas ſcripturas, niſi quod recta ratio permittit, nedum quidam remedia ſibi iniqua ad excuſationem præparant, ex eo rupiſſe legem & regulas evertiſſe judicentur: ſed ea tenenda ſunt, quæ divinarum ſcripturarum ſeries continet, & a ſacerdotibus utili ratione ſunt conſtituta. Bene valeatis, fratres cariſſimi.

NOTA

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc est illa Innocentii epistola, quam de factis perperam ordinationibus in Hispania ad synodum Toletanam scripsit. Ad primum Toletanum concilium sub Anastasio celebratum referri non posse, ibidem "ostendimus. Lector ea consulat quæ in notis ejusdem concilii Toletani primi diximus.

ADMONITIO SIRMONDI AD LECTOrem de eadem epistola.

Sequentis epistolæ pars jam antea edita fuit titulo Innocentii ad episcopos synodi Toletanæ. In veteribus autem libris, non Toletanæ scriptum est, sed Tolosanæ: atque hoc etiam modo citari hæc epistola solet in antiquis collectionibus. Qua de re, etsi ambigi non injuria possit, merito tamen illam, cum mutila præsertim hactenus fuerit, integram hoc loco reponendam esse censuimus.

" * * In antiqua collectione canonum citantur c. 1. hujus epistolæ verba: *Quæro enim quare doluerint*, &c. ex epistola Innocentii papæ Exuperio Tolosanæ civitatis episcopo: *De eo quod non degradandi sunt principes a Deo uncti, etiam maligni.*

XXIII. 1 AD EPISCOPOS SYNODI "TOLOSANÆ,

Ex restitutione Iacobi Sirmondi societatis Iesu.

De dissensione, corruptaque disciplina ecclesiarum Hispaniæ.

I. *Quod episcopi nonnulli ab aliis ob receptos ab hæresi conversos perperam dissideant.*
II. *De episcopis a Rufino & Minicio in alienis ecclesiis contra canones ordinatis.*
III. *Vt Ioannis episcopi causa examinetur, aliorumque qui communionis consortium refugiebant.*
IV. *De vitiosis multorum ordinationibus, ita dissimulari quæ hactenus usurpata sunt, ut in posterum prohibeantur.*
V. *Vt Gregorii Emeritensis episcopi querela discutiatur.*
VI. *Quosnam ad clericatus ordinem admittere liceat: qualesque eligendi sint. Et quod bigamum faciat etiam illa quæ ante baptismum uxor fuit.*

Innocentius universis episcopis in" Tolosana synodo constitutis, dilectissimis fratribus, in domino salutem.

SÆPE me & nimia cum teneret cura solicitum super dissensione & schismate ecclesiarum, quod per Hispanias latius in dies serpere, & citatiore gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non posset emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam fratres nostri coepiscopus " Hilarius, & Elpidius presbyter, partim unitatis amore permoti, partim qua laborat provincia pernicie, ut oportuit, excitati, ad sedem apostolicam commearunt, & in ipso sinu fidei violatam intra provinciam pacem, disciplinæ rationem esse confusam, & multa contra canones patrum, contempto ordine, regulisque neglectis, in usurpatione ecclesiarum fuisse commissa, nec concordiam, in qua fidei nostræ stabilitas tota consistit, posse retineri, cum dolore & gemitu prosecuti sunt: quæ in consessu presbyterii actorum confectione retinentur, & possunt vobis lectione monstrari.

I.

Iam primum, quod ad ipsam fidem attinet, A quod Bætici vel Carthaginenses episcopi 2 propter Galliciorum communionem a pace omnium dissederunt, orta dissensio est: quæ non solum non minuitur, verum etiam per dies singulos studio contentionis augetur, cum obtinendi proposito unusquisque quod voluit, æternum orbem mali, & circulum quemdam de tali animositate fecerunt, cum utique bono cuique in rebus talibus vinci melius sit, quam malo more pravū propositum quod semel placuit obtinere. Nam quæ alia causa & superioribus temporibus 3 illius Luciferi præter pertinaciam fuit, quæ eum retraxit a concordia illorum, qui Arianorum hæresim prudenti conversione damnaverant? Eodem studio post Priscilliani detestabilem B sectam omnium merito detestatione damnatam, receptos in catholicam fidem eos qui consilio saniore conversi sunt, ægerrime aliquos tulisse cognovimus. quibus factum utile, & ipsam ecclesiarum pacem displicuisse detegitur. Nam cum unitatis proposito atque concordiæ, ipsi quoque Symphosius atque Dictinius damnantes pravam hæresim sint recepti, ut personis talibus amputatis extingueretur penitus innata dissensio, inventi sunt quibus recte facta ipsa correctio displiceret. Et nunc ecclesiæ dissident, quæ non C modica a se animositate dissimulant. Quod si saniore consilio a sacerdotibus fuisset custodita correctio, & status catholicæ fidei integer permaneret, & nullum scandalum concordiam rebus omnibus utilem corrupisset. Quæro enim, quare doluerint Symphosium atque Dictinium, aliosque qui detestabilem hæresim damnaverunt, receptos in fidem catholicam tunc fuisse? 4 Num quid " nam aliquid de honoribus amiserint quos habebant? Quod si quos hoc pungit aut stimulat, legant Petrum apostolum post lacrymas hoc fuisse quod fuerat. considerent Thomam post dubitationem illam nihil de prioribus meritis amisisse. denique David prophetam egregium D post manifestam confessionem suam prophetiæ suæ meritis non fuisse privatum. Quod si emendatio conversionis & errores ipsos amputat, & retinet dignitates; quæ malum ratio est, viam recti, & iter quod dirigat ad salutem, proposito " pertinaciæ nolle retinere? Quare incumbendum est dilectioni vestræ, & bonis sacerdotibus adnitendum, quatenus præeunte doctrina in unitatem catholicæ fidei omnes qui dispersi sunt congregentur, & esse inexpugnabile unum corpus incipiat, quod si separetur in partes, ad omnes patebit lacerationis injurias, & ex sese pestem patietur internam, quando secum compago E ipsa confligit. Sed hæc generaliter de unitatis reformatione omnes, tamquam singulis scripta sint, accipiant sacerdotes. Dehinc in partes animum super omnibus dilectio vestra quæ proponentur intendat.

"Nam quod non

"pertinaci

II.

Non enim latere potuit, quod 5 Rufinus atque Minicius episcopi in alienis ecclesiis, " contra Nicænos canones, episcopos usurpaverunt ordinare. Hæc ne quis sibi audeat vendicare, saltem nunc a nobis est salubriter providendum, ne improba usurpatione dissimulatio in deterius convalescat, & fiat de consuetudine regula, quæ non veniat ab ipsa quæ literis mandata est disciplina. Qua in re Hilari fratris & consacerdotis nostri querela primitus audiatur, qui asseruit Rufinum contra ecclesiarum pacem omni oppugnatione fuisse versatum

"Nic. can. 4.

ſatum & dudum in concilio Toletano erroris ſui veniam poſtulaſſe, & nunc, cum metropolitano epiſcopo ordinandi ſacerdotis pontificium deberetur, contra populi voluntatem & diſciplinæ rationem, epiſcopum loci abditis ordinaſſe, eccleſias ſcandalis miſcuiſſe. Dehinc Tarraconenſium epiſcoporum eſt cauſa tractanda, qui pari modo Minicium in Gerundenſi eccleſia epiſcopum ordinaſſe conqueſti ſunt; & juxta " Nicænos canones ferenda eſt de tali uſurpatione ſententia. Illorum etiam epiſcoporum, qui a Rufino vel a Minicio contra regulas ordinati ſunt, habeatur plena diſcuſſio; ut quia perperam facti ſunt, intelligant id quod vitioſo initio adepti ſunt ſe diutius obtinere non poſſe.

"Nic.can.6.

III.

[6] De Ioanne quoque epiſcopo, cujus in ſynodo Toletana ſuper receptis Symphoſio atque Dictinio per legatos conſenſus acceſſit, & cui probabilis viſa illa correctio, examinentur quæ poſtea ſunt ſecuta; & prorſus ſuper omnibus, quorum in dubium venit de ceſſatione communio, plena inquiſitio veſtigetur: ut ſecundum decretum ſynodi Toletanæ, vel communionis conſortio propter abolendam ſuſpicionem ſchiſmatis miſceantur, vel ſi qui fuerint deprehenſi qui abnuant concordiam & conſtituta placitorum, a communione catholicæ fidei per dilectionis veſtræ ſententias abdicentur: ut jam non internum malum, quod tacitum non deſinit ſerpere, ſed ſchiſmaticorum manifeſta profeſſio contagioque vitetur.

IV.

Nam [7] de ordinationibus, quas pravæ conſuetudinis vitio Hiſpanienſes epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundum majorum traditionem ſtatuendum, niſi perpenderemus ne perturbationes quamplurimis eccleſiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta ſunt in dubium non vocemus, ſed Dei potius judicio dimittamus " Quantos enim ex his qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, adſcitos ad ſacerdotium eſſe comperimus, e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur? Quantos ex aliqua militia, qui cum poteſtatibus obedirent, ſevera neceſſario præcepta ſunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata fecerunt? Quantos qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem ſummi ſacerdotii perveniſſe: quorum omnium neminem ne ad ſocietatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenire? Quæ ſi ſingula diſcutienda mandemus, non modicos motus aut ſcandala Hiſpanienſibus provinciis, quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas providere debebit, ut tantæ uſurpationi ſaltem nunc finis neceſſarius imponatur: eo videlicet conſtituto, ut ſi qui poſt hæc adverſus formas canonum, vel ad eccleſiaſticum ordinem, vel ad ipſum ſacerdotium venire tentaverint, una cum creatoribus ſuis ipſo, in quo inventi fuerint, ordine & honore priventur.

"c Aliquantos D. LI.

V.

Gregorii etiam Emeritenſis epiſcopi, qui [8] in locum Patruini venerabilis recordationis eſt ordinatus, querela, ſi qua eſt, audiatur: & ſi contra meritum ſuum paſſus eſt injuriam, in invidos honoris alterius vindicetur: ne poſthac in quemquam bonorum ſpiritus factionis inſurgat.

VI.

Et quamvis dilectioni veſtræ, fratres cariſſimi, regulæ Nicænæ ſint cognitæ, ſecundum quas ordinationes faciendas eſſe [9] per ſententiã decernitis: tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus eſt proviſa, inſerendam putavi, ut ſecundum hanc ordinationes in poſterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum quæ ſunt prohibita digeruntur. " Ne quiſpiam qui poſt baptiſmum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti: neque qui cauſas poſt acceptum baptiſmum egerint; aut qui poſt acceptam Dei gratiam adminiſtraverint: neque de curialibus aliquem venire ad eccleſiaſticum ordinem poſſe, qui poſt baptiſmum vel coronati fuerint, vel ſacerdotium quod dicitur ſuſtinuerint, & editiones publicas celebraverint. Nam & hoc de curialibus eſt cavendum, ne iidem qui ex curialibus fuerint, aliquando a ſuis " curiis, quod frequenter videmus accidere, repoſcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus cuſtodiri. Quales vero eligendi ſint in ordine clericorum, evidens forma declarat. Id eſt, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & electorum officio ſociati: vel ſi majores ſint, cum fuerint Dei gratiam conſecuti, ſtatim ſe eccleſiaſticis ordinibus mancipaverint. Et ſi uxores habuerint, quærendum ſi uxorem virginem acceperint: quia ſcriptum eſt in veteri teſtamento: *Vxorem virginem accipiat ſacerdos.* & alibi: *Sacerdotes mei ſemel nubant.* Neque qui duas uxores habuerit, quia Paulus apoſtolus ait: *Vnius uxoris virum.* Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defenſione pravi erroris opponunt & aſſerunt, quod ante baptiſmum uxor accepta non debeat imputari, quia in baptiſmo omnia dimittuntur. Non intelligentes hujuſmodi, quod ſola in baptiſmo peccata dimittuntur, nec uxorum numerus aboletur. Nam ſi *a Deo*, ut ſcriptum eſt, *præparatur viro uxor, & quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*, & ipſi auctores generis humani in origine a domino benedicuntur, quomodo inter peccata iſta creduntur poſſe dimitti? Quod ſi ſecundum illos qui ita credunt verum eſt, ergo omnis juſtitia, quæ a catechumenis ante baptiſmum fuerit operata, per baptiſmum auferetur. Nullus ergo contra apoſtolum tale aliquid ſentiat, nec admittat: ſed fideliter intelligat, unius uxoris virum, ſive ante baptiſmum, ſive poſt baptiſmum, eſſe nominatum. Si enim uxor ante baptiſmum accepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem ſuſcepti inter filios poterunt numerari. Quod quam abſurdum ſit, atque alienum, prudentia veſtra melius æſtimabit. Vnde nemini liceat interpretari aliter divinas ſcripturas, niſi quod recta ratio permittit: ne dum remedia ſibi iniqua ad excuſationem præparant, & corrupiſſe legem, & regulas evertiſſe judicentur. Sed ea tenenda ſunt, quæ & divinarum ſcripturarum ſeries continet, & a ſacerdotibus utili ratione ſunt inſtituta. *Et alia manu.* Bene valete, fratres cariſſimi.

"Ma ſerm. tat ve canon Tauri ſena

Amb Theo ſyna incert

Levi

1. Ti Tit.

Pro Ma

NOTÆ

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Ad episcopos synodi Tolosanæ.*] Etsi ambigui esse tituli epistolam monuimus, dubium tamen non videtur, quin scripta sit ad episcopos Hispaniæ, post synodum quidem Toletanam, sed de rebus in ea gestis, vel postea consecutis. idque ut mihi persuadeam ducor argumento non levi, quod cap. 6. exponetur. Quare antiquam inscriptionem epistolæ restituendam censeo, ut *in Toletana synodo* legatur.

2. *Propter Galliciorum communionem.*] In synodo Toletana Symphosius & Dictinius cum aliis, ut Idacius in chronico refert, e Gallæcia episcopis, damnata Priscilliani hæresi, recepti fuerant in communionem, retentis honoribus quos habebant. Quod non probantes Bætici & Carthaginenses, a ceteris episcopis, qui eos receperant, desciverunt. Dari ergo vult operam pontifex, ut qui desciverunt ad communem pacem revocentur.

3 *Illius Luciferi.*] Calaritani apud Sardos episcopi, qui schismatis in ecclesia auctor fuit, cum episcopos in synodo Ariminensi lapsos, quamvis resipiscentes, recipi nollet, abiisque se qui eos receperant segregaret. Sulpitius Severus: *Lucifer intantum eos qui Arimini fuerant condemnavit, ut se etiam ab eorum communione secreverit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent.*

4 *Numquid nam aliquid.*] Lege, *Nam quod non aliquid*, ex codice Bonævallis.

5 *Rufinus atque Minicius.*] Synodus Nicæna can. 4. episcopum ab episcopis provinciæ cum metropolitani auctoritate fieri jubet. Contra hunc canonem commiserant Rufinus & Minicius; quorum uterque sine conscientia metropolitani, alter etiam in aliena provincia, episcopos ordinarant. Quare & in usurpatores animadverti oportere ait, & ab his temere ordinatos honore carere quem adepti sunt, juxta canonem 6. synodi ejusdem, quo cautum est, eum qui præter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus, episcopum esse non debere.

6 *De Ioanne episcopo.*] Ioannes hic synodo Toletanæ, redeuntes ab hæresi recipienti, per vicarios consenserat: postea subduxisse se, & contra sententiam suam venisse ferebatur. In hunc ergo, atque in alios, qui a communionis consortio cessasse videbantur, plenius inquiri, deprehensosque, si ad concordiam redire abnuant, excommunicari jubet.

7 *De ordinationibus*] De iis qui prava consuetudine in Hispania ex diversis generibus hominum, quos canones a cleri gradibus excludunt, creati hactenus fuerant episcopi, sic indulget, ut pœna vitiose deinceps ordinatis ordinantibusque proposita, in posterum abstineri præcipiat.

8 *In locum Patruini.*] Discrepant inter se rerum Hispanicarum scriptores, cujus sedis episcopus fuerit Patruinus, qui concilio primo Toletano præfuit. Alii enim Toletanum antistitem fuisse conjiciunt, alii Bracarensem, alii neutram illorum sententiam satis firmam ducunt. Ex hoc loco apparet, quod in mentem illis non venerat, Emeritensem episcopum fuisse, cui jam defuncto Gregorius hoc tempore successerat.

9 *Per sententiam decernitis.*] Manifestum est alludi ad decretum synodi Toletanæ, quod in ejus actis primo loco positum est his verbis: *Patruinus episcopus dixit: Si placet, communi consilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit observandum. Mihi autem placet constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placet.* Quæ cum ita sint, liquet profecto, Innocentium hoc loco alloqui episcopos qui Toletano concilio adfuerant, ac proinde synodo Toletanæ inscribi epistolam debere, ut dictum est.

Epistola concilii Carthaginensis ad Innocentium papam, sic incipiens: *Cum ex more*, &c. extat infra post dictum concilium.

XXIV. RESCRIPTUM [a] AD CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Innocentius Aurelio, & omnibus sanctis episcopis vel ceteris, qui in concilio Carthaginensis ecclesiæ adfuerunt, dilectissimis fratribus, in domino salutem.

INQUIRENDO de his rebus [b], quas omni cum solicitudine decet a sacerdotibus, maxime a vero justoque & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla servantes, & A ecclesiasticæ memores disciplinæ, vestræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid apostolicæ sedi (cum omnes, hoc loco positi, ipsum sequi desideremus apostolum) debeatur, a quo ipse episcopatus & tota auctoritas nominis hujus emersit. Quem sequentes, tam mala jam damnare novimus, quam probare laudanda: vel id vero, quod patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censetis esse calcanda: quod illi non humana, sed divina decrevere sententia: ut quidquid, B quamvis de disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate (justa quæ fuerit) pronuntiatio firmaretur: indeque sumerent ceteræ ecclesiæ (velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manarent) quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda vitaret. Gratulor igitur, carissimi fratres, quod per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, literas ad nos destinastis: & cum pro illis curam geritis, quibus præsidetis, ecclesiis, solicitudinem vestram pro omnium utilitate monstratis: & per C cunctas totius orbis ecclesias, quod omnibus prosit, decernendum esse una deposcitis: ut suis constabilita regulis ecclesia, ex hoc quod illos caveat, pronuntiationis justæ firmata decretalibus pavere non possit, qui perversis instructi, imo destructi verborum argutiis, sub imagine catholicæ fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, (ut hominum recte sentientium in deteriorem partem corda corrumpant) totam veri dogmatis quærunt evertere disciplinam. Sanandum ergo celerius, ne longius execrandus animis morbus inserpat. Ut si medicus (cum viderit hujus terreni corporis aliquem esse languo- D rem) magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interventu, desperatus, evadat. Vel cum putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta, vel cetera quibus illud possit, quod natum fuerat, vulnus obduci. Ac, si id manens, sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrum servet & intactum. Præcidendum ergo id est, quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepsit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis pene visceribus hujus mali non exhaurienda post sentina confidat. Nam E quid nos post hæc rectum de eorum mentibus æstimemus, qui sibi se putant deberi. quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur? Sed jam isti, qui tales sunt, nullam Dei gratiam consequuntur: quia sine illo tantum assequi se posse confidunt, quantum vix illi, qui ab illo postulant & accipiunt, promerentur. Quid enim tam iniquum esse potest, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quam huic te negare debere, quidquid in quotidiana gratia consequeris. cui te ipse confiteris debere, quod natus es? Ergo eris tibi in providendo præstantior, quam potest is esse, qui te, ut esses, effecit? Et cum te putes ei debere, quod vivis, quomodo te non putas illi debere, quod (quotidianam ejus consequendo gratiam) taliter vivis? Et qui nos adjutorio negas indigere divino, quasi ex

Dei rebus at in c Iust. In requirẽdod. h. r.

unde id vere

totum

(juxta quod f p

& quo

decreto, talibus parere

exhalant virus & ut

Istud allegatur infra 5. cap. primæ decr. adscriptæ Cælestino papæ.

ut accipiant

denegari

in te

' ex toto

ex nostra in totum ' possibilitate perfectos, quomodo non adjutorium in nos, cum tales a nobis etiam esse possumus, provocamus? Qui enim adjutorium Dei negat, vellem interrogare quid dicat: Nos non mereri, an illum hoc non posse præstare, an nihil esse, propter quod unusquisque hoc debeat postulare? Posse hoc Deum, opera ista ' testantur: & adjutorio quotidiano nos egere, negare non possumus. Hoc enim, seu bene vivimus, ' precamur, ut melius sanctiusque vivamus: seu prave sentientes, a bonis avertimur, ut ad rectam redeamus viam, ejus auxilio plus egemus. Nam quid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitrium (cum nasceremur, accepimus, ultra jam a domino nihil quæramus: id est, auctoris nostri obliti, ejus potentiam, ut nos ostendamus liberos, abjuremus: quasi jam amplius, quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit: nescientes, quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis vincere conemur errores; cum pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solum facere possit auxilium. Nam si ille clamat adjutorio sibi opus esse divino, qui digne hoc non quæreret, si cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum vir beatus, & jam electus a domino, nihil egeret, tamen ita Deum deprecatur postulans: *Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus:* nos nobis liberum arbitrium, ille Deum postulat adjutorem: quod nati sumus, posse sufficere nobis, dicimus; ille Deum, ne derelinquatur, exorat. Non (rogo) manifeste discimus quid oremus, cum ille tantopere beatus (ut supra diximus) vir, ne despiciatur, exoptat? Illi enim necesse est ista arguant, qui illa confirmant. David enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius, accusetur, qui cum sciat tantum in sua natura esse, adjutorem sibi Deum, & assiduum adjutorem, neo illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterii hoc & prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnum scit, ut assidue diceret; ita necessarium confessus est, ut doceret: quemadmodum Pelagius Cælestiusque sepofita omni responsione psalmorum, talique abdicata doctrina, suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adjutorium Dei nec debere quærere, nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur? Liberum enim arbitrium ' olim ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis; cadens in prævaricationis profunda demersus est: & nihil, quemadmodum exinde surgere posset, invenit: suaque in æternum libertate deceptus huic ruinæ suæ jacuisset oppressus, nisi eum postea Christi, per suam gratiam, relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium sui baptismatis lavacro purgavit: & ejus confirmans statum, quo rectius stabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegavit. Nam quamvis hominem redemisset a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa servavit, quotidiana præstans illi remedia: quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse

' ipsa

' provocamur

Psal. 26.

Verba hæc Innocentii refricantur in cap. 4. decr. primæ adscriptæ Celestino papæ.

' Libero enim arbitrio olim ille perversus,

A est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ, ' quod dicat, adjutorio nobis non opus esse divino, inimicum se catholicæ fidei, & Dei beneficiis profitetur ingratum. Nec nostra communione sunt digni, quam, prædicando taliter, polluerunt. Sic enim sua sponte, dum sequuntur illa quæ dicunt, longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisque precibus nihil agamus, nisi quemadmodum Dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possumus ista jactantes? Quis, rogo, tantus illorum pectora error obcæcat, ut si ipsi nullam Dei gratiam

B sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de aliis considerent, quid quotidie singulis gratia divina largiatur? Sunt quidem isti omnes cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, ut se auxilio credant revocari ab erroribus posse divino. Negantes enim Dei adjutorium, non aliis, sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui avellendi sunt longius, & ab ecclesiæ procul removendi visceribus, ne diutius multa occupans, insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint ' sub hac impunitate versati, necesse est multos ' in hanc suæ ' pravitatem mentis ' inducant, decipiantque innocentes, vel potius imprudentes, qui fidem catholicam non sequuntur. Putabunt enim eos recte sentire, quos adhuc vident in ecclesia perdurare. Se-

C paretur ergo a sano corpore vulnus insanum, remotoque morbi sævientis afflatu, cautius, quæ sunt sincera, perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi & tenere, hac in illos pronuntiatione cognovimus, & una vobiscum pari assensione ' servamus. Qui si tamen aliquando in se Dei adjutorium, quod hucusque negaverunt, provocaverint, & opus sibi ejus auxilium esse cognoverint, ut de hac labe (in qua ' sui cordis incurvatione corruerant) liberentur, & quasi in lucem de fœda tracti caligine, (re-

D motis abdicatisque omnibus; quibus totus, ne verum aspiceret, fœdabatur & caligabat aspectus) damnent hæc, quæ hucusque senserunt: & aliquando animum rectis disputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos consiliis tribuant atque submittant: quod si fecerint, erit in potestate pontificum, istis aliquatenus subvenire, & talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis (cum resipuerint) ecclesia non negare: ut a suis ' remoti præcipitiis, intra ovile domini redigantur: ne foris positi, & tanto præsidio a fide munitionis exclusi, periculis omnibus exponantur, devorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obsistere, hac, qua illos in se irritaverant, doctrinæ perversitate non possunt. Sed satis vestris monitis, & ' sic satis abundantibus nostræ legis exemplis probatur esse responsum. Nec quidquam superesse duximus, quod dicamus, cum nihil prætermissum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi ' refutati & penitus cognoscantur esse convicti. Ideoque a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat, ut doctissimos sacerdotes cuncta dixisse. Nec decet credere,

' qua

' in

' mult

" suam

' ment

' firma

' quan

' revo

' super

' mint
futati
minus
c.

credere, vos aliquid, quod ad causam possit proficere, præterisse. *Et alia manu.* Bene valete, fratres. " ** *In cod. ms. S. Remigii Remensis annus diesque adscripti*: Datum VI. Kalendas Februarias" post consulatum Theodosii Aug. II. & Iuni Quarti V. C. *An Palladius ita dictus qui anno 416. Theodosii in consulatu fuit collega?*

Epistola concilii Milevitani ad Innocentium papam, sic incipiens: *Quia te dominus gratiæ*, &c. subditur infra eidem concilio.

XXV. RESCRIPTVM [a] AD MILEVITAN. CONCILIVM.

Concilii acta adversus Pelagium & Cælestium confirmans, illos eorumque sectatores anathemate notat.

Innocentius Silvano seni, Valentino, & ceteris qui in Milevitana synodo interfuerunt dilectissimis fratribus, in domino salutem.

INTER ceteras ecclesiæ Romanæ curas, & apostolicæ sedis occupationes, quibus diversorum consulta fideli ac medica disceptatione tractamus, frater & coepiscopus noster Iulius dilectionis vestræ literas, quas ex Milevitano ' concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi querelæ parilis scripta subjungens. Nimirum exultat ecclesia, tantam solicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, ut non solum neminem ex his patiantur errare, sed si quas ovium magis ' obscœnæ delectationis herba seduxit, ac si in errore permanserint, aut segregari penitus velint, aut illicite vel inlicenter dudum petita vitantes, custodiæ pristinæ circumspectione tutari: in utraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales, simili ceteræ ducantur exemplo, vel spernendo redeuntes, luporum morsibus videantur ingestæ. Prudens admodum & catholicæ fidei plena consultationis voluntas. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam ut durum arbitror, conniventiam præbere peccantibus: ita impium judico, manum negare conversis. Diligenter ergo & congrue apostolici consulitis honoris arcana: honoris (inquam) illius, quem præter illa quæ sunt ' extrinsecus, solicitudo manet omnium ecclesiarum, super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia: antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper orbe mecum nostis esse servatam. Verum hæc missa facio. Neque enim hoc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, scientes quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent. Præsertim quoties fidei ratio ' ventilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cum inventores malorum ad duplicis relationem synodi, sententiæ nostræ statutis viderint ab ecclesiastica communione sejunctos. Gemino igitur bono caritas vestra fungetur. Nam & canonum potiemini gratia servatorum, & beneficio vestro totus orbis * tutabitur. Quis enim catholicorum virorum cum adversariis Christi velit ulterius misce-

A re sermonem? Quis saltem ipsam lucem vitæ communione partiri? Novæ hæreseos nimirum fugiantur auctores. Quid enim acerbius in dominum fingere potuerunt, quam cum adjutoria divina cassarent, causamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere: Quo ' mihi opus Deo? Merito in hos dicat ' hymnidicus: *Ecce homines, qui non posuerunt Deum adjutorem sibi.* Negantes ergo auxilium Dei, inquiunt hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere divina; qua privatus, necesse est, diaboli laqueis irretitus, occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata, sola tantummodo libertate contendat. O pravissimarum mentium perversa doctrina! adverte tandem, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, in prævaricationem præsumptione conciderit. Neque ex hac potuit erui, nisi providentia ei regenerationis statum pristinæ libertatis Christi domini reformasset adventus. Audiat David dicentem: *Adjutorium nostrum in nomine domini.* Et, *Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.* Quæ incassum dixerit, si tantum in ejus erat positum voluntate, quod a domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cumque in omnibus divinis paginis voluntati liberæ non nisi adjutorium Dei legamus esse nectendum, eamque nihil posse cælestibus præsidiis destitutam: quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter (ut asseritis) defendentes, sibimet, imo (quod est dignius dolore communi) plurimis Pelagius Cælestiusque persuadent? Multifariis equidem ad destruendum tale magisterium uti possemus exemplis, nisi sciremus & sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes callere divinas, præsertim cum vestra relatio tantis ac talibus testimoniis sit referta, ut his solis valeat præsens dogma rescindi, opusque non esse reconditis, cum his (quæ facile vobis occurrentia posuistis) nec audeant obviare, nec possint. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam necesse est, etiam restituta nobis status pristini libertate, quæramus: quippe qui nec alias diaboli machinas, nisi eadem juvante, possumus vitare. [b] Illud vero, quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmiis, absque baptismatis gratia, posse donari, perfatuum est. [c] *Nisi enim manducaverint carnem filii hominis, & biberint sanguinem ejus, non habebunt vitam in semetipsis.* Qui autem hanc in eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant, hos habere, quod in eos creditur ' non nisi baptismate conferendum. Si ergo nihil volunt officere, non renasci: fateantur necesse est, nec regenerationis sacra fluenta prodesse. Verum ut superfluorum hominum prava doctrina celeri veritatis possit ratione ' discindi, proclamat dominus in euangelio, dicens: *Sinite infantes, & nolite eos prohibere venire ad me: talium est enim regnum cælorum.* Quare Pelagium Cælestiumque, id est, inventores vocum novarum, quæ (sicut dixit apostolus) ædificationis nihilum, sed magis vanissimas consueverunt ' parare quæstiones, ecclesiastica communione privari, apostolici vigoris auctoritate censemus, donec resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur, secundum ipsius voluntatem: eosque interim dominico ovili non recipi, quoad ipsi perversæ viæ quem

Marginalia (right column): ' Cur — ' David hymnum dicens. Psal. 51. — Psal. 123. — Psal. 126. — Ioan. 6. — Legendum contendit Maldonatus in illum locum Ioannis n. 54. Qui autem hanc eis sine regeneratione deferunt. — ' non sine ' distingui, f. distringi — Matth. 19. — 1. Tim. 1. — ' parere

 secuti

secuti sunt tramitem desere ' voluerint. *Abscindendi sunt enim qui nos conturbant. & volunt convertere evangelium Christi.* Simul ' autem præcipimus, ut quicumque ' id pertinacia simili defensare nituntur, par eos vindicta constringat: *non solum enim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus* ': quia non multum interesse arbitror, inter committentis animum, & consentientis favorem. Addo & amplius: Plerumque dediscit errare, cui nemo consentit. Hæc igitur, fratres carissimi, ' in supradictos maneat fixa sententia: absint atriis domini: careant dumtaxat custodia pastorali, ne " duarum ovium dira contagia serpant forsitan per vulgus incautum, rapacique lupus corde lætetur intra ovile dominicum tantas ovium fusas catervas, dum a custodibus dissimulanter habetur vulnus duarum. Prospiciendum est ergo, ne permittendo lupos, mercenarii magis videamur esse quam pastores. Iubemus sane, quia Christus, dominus noster propria voce signavit, *nolle se mortem morientis, sed tantum, ut revertatur & vivat*: ut si unquam ad sanum (deposito pravi dogmatis errore) resipuerint, damnaverintque ea, quorum se ipsi prævaricatione damnarunt, eis medicinam solitam, id est, receptaculum suum, ab ecclesia non negari: ne, dum eos redeuntes forsitan prohibemus, vere extra ovile remanentes ', expectantis hostis rapidis faucibus glutiantur, quas in semetipsos spiculis malæ disputationis armarunt. Bene valete fratres. Datum sexto Kalendas Februarii, Honorio " & Constantio viris clarissimis consulibus.

' noluerint
' similiter
' ad id pertinentia similiter
Rom. 1.
' *digni sunt morte.*
' in supradicta maneant
" Pelagii & Cælestii
Ezech. 33.
' & expectantes,
" Augusto & Constantio v.c. cōsulibus. Anno Christi 417.
" sufficienter

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc epistola, ob consularem notam ad finem adjectam, a censore quodam non catholico, velut supposititia rejicitur, auctoritate Mariani Scoti & Onuphrii, qui anno Christi 416. Theodosio videlicet & Palladio consulibus, Innocentium obiisse scribunt. Sed cum Marcellini comitis, cujus major auctoritas est, testimonio constet, Zosimum papam Innocentio subrogatum, anno Christi 417. eodem quo Honorius XI. & Constantius II. consulatum agebant, iniqui censoris calumniam " sustinenter detectam opinor.

b *Illud vero quod*, &c.] Hinc constat Innocentii I. sententia (quæ sexcentos circiter annos viguit in ecclesia, quamque S. Augustinus sectatus est) eucharistiam etiam infantibus necessariam fuisse. Verum cum præceptum de eucharistia sumēda eos, qui eamdem sumere non possunt, non obliget: impotentes autem ad sumendum censeantur ii, qui eam reverenter sumere nequeunt, ecclesia multorum sæculorum usu, & concilii Tridentini (sess. 21. cap. & can. 4.) decreto informata recte decrevit, eucharistiæ sumptionem infantibus non solum non esse necessariam, sed ne quidem decere, ut iisdem ea communicetur & distribuatur.

c *Nisi enim manducaverint*, &c.] Per hæc verba viri quidam non vulgariter docti existimarunt Innocentium hunc locum S. Ioannis evangelistæ, non de eucharistiæ, sed de baptismi sumptione interpretari. Decepti sunt, quod vim argumenti, quo pontifex utitur, non fuerunt assecuti. Ille enim ut Pelagium (qui docebat baptismum infantulis patre fideli prognatis, ideoque originale peccatum non contrahentibus, necessarium non esse) convinceret, hac ratiocinatione hic utitur: Quibus necessaria est eucharistiæ sumptio, iisdem baptismi sumptio magis est necessaria: siquidem ad sanctissimam eucharistiam reverenter sumendam, nemo, nisi ante rite & legitime baptizatus admittatur: at infantulis omnibus est necessaria eucharistiæ sumptio, ergo infantulis omnibus etiam est necessaria susceptio baptismi. Minorem, quam ille tunc temporis sustinebat, probabat per prædicta verba S. Ioannis, juxta eam expositionem accepta, quæ praxi ecclesiæ non repugnat.

Epistola familiaris quinque episcoporum ad supradictum papam, quæ sic incipit: *De conciliis duobus provincia*, extat infra post concilium Milevitanum.

XXVI. AD AURELIUM, [a] ALYPIUM, AUGUSTINUM, EVODIUM, POSSIDIUM, EPISCOPOS.

95. inter ep. D. Augustini.

De Pelagio hæretico.

Innocentius Aurelio, Alypio, Augustino, Evodio, Possidio, episcopis, salutem.

FRATERNITATIS vestræ literas, plenas fidei, totoque religionis catholicæ vigore firmatas, a duobus missas conciliis ', per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, pergrato suscepimus animo, quod earum tenor, omnisque contextio in consideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione, qui contra sentiunt, integra ratione consistit, ut & illis omnem tollere possit errorem, & idoneo dato ' cuivis nostræ legis exemplo, quem sequi debeant, dignum possint præbere doctorem. Sed de his jam satis, ut opinor, supra diximus, cum vestris relationibus respondentes, rescripsimus, quid vel de illorum perfidia, vel de vestra sententia sentiremus. Sed subinde contra eos subvenit & suppeditat quod dicatur: nec potest aliquando esse quod vincat, cum tam miserum impiumque sit, quod nostræ virtute fidei & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atque contempsit, inimica damnabilique cor suum disputatione confundens, credit nihil esse, quod a Deo accipiat, nec aliquid superesse, quod petat ad sanandum se ', qui sibi hoc abstulit, ulterius quid reliquit? Si ergo sunt aliqui, quos in sui defensionem perversitas tanta ' devinxit, (quod huic se dogmati dedant atque conjungant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod ' oberrans longius, & penitus approbatur adversum) infecti illorum & monitis, & verbis, ut laberentur, inducti: quatenus ad rectum viæ tramitem redeant, festinabunt, ne diutius mentem obsidens, velut eorum sensus ' vastus error invadat. Nam si Pelagius, quocumque restitit loco, eorum animos (qui facile vel simpliciter crederent disputanti) hac affirmatione decepit, (seu hac illi in urbe sint, quod nescientes, nec manifestare possumus, nec negare, cum etsi sunt, lateant: nec aliquando audeant vel illum prædicantem ista defendere, vel talia aliquo nostrorum præsente jactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi possit agnosci, sive in quovis terrarum loco degant) Dei nostri misericordia gratiaque credimus, quod facile corrigantur, audita ejus damnatione, qui fuerit pertinax, & resistens hujus dogmatis auctor inventus.

Nec interest, ubi isti fuerint, dum, ubicumque inveniri potuerint, sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest, eum esse purgatum, quamvis ad nos (a nescio quibus laicis) sint gesta perlata, quibus ille & auditum se crederet, & absolutum. Quæ, utrum vera sint, dubitamus, quod sub nulla illius concilii prosecutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re literas, apud quos istius rei iste præstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere, hoc magis credimus, quod egisset, quod multo verius esse poterat, ut illos cogeret epistolis suis ', qui judicaverant, indicare. Verum cum sint aliqua in ipsis posita gestis, quæ objecta partim ille vitando suppressit, partim, multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confudit,

' vestris
' quovis
' . Sed
' defixit
' abho[...]
' pasti[...]
' qui j[...]

confidit, aliqua magis falſis argumentis, quam vera ratione (ut ad tempus videri poterat) purgavit, alia negando, alia falſa interpretatione vertendo. Sed utinam (quod magis optandum eſt) etiam ille ſe ad veram catholicæ fidei viam, ab illo ſui tramitis errore convertat, ut cupiat velitque purgari, conſiderans quotidianam Dei gratiam, adjutoriumque cognoſcens, ut videatur vere, & approbetur ab omnibus manifeſta ratione correctus; non geſtorum indicio, ſed ad catholicam fidem corde converſo. Vnde non poſſumus illorum nec approbare nec culpare judicium, cum neſciamus, utrum vera ſint geſta: aut ſi vera ſunt, illum conſtet magis ſubterfugiſſe, quam ſe tota veritate purgaſſe. Qui ſi confidit, novitque, non noſtra dignum eſſe damnatione, quod dicat: aut jam hoc totum ſe refutaſſe, quod dixerat: non a nobis accerſiri, ſed ipſe debet potius feſtinare, ut poſſit abſolvi. Nam ſi adhuc taliter ſentit, quando ſe noſtro judicio, quibuſvis acceptis literis, cum ſciat damnandum ſe eſſe, committet? Quod ſi accerſendus eſſet, ab his melius fieret, qui magis proximi, & non longo terrarum ſpatio videntur eſſe disjuncti. Sed non deerit cura, ſi medicinæ præbeat ille materiam. Poteſt enim damnare quæ ſenſerat, ac datis literis, erroris ſui, ut regreſſum ad nos decet, veniam poſtulare, fratres cariſſimi.

Librum ſane, qui ejus eſſe diceretur, nobis a veſtra caritate tranſmiſſum, evolvimus: in quo multa blaſphemia, nihil quod placeret, nihil quod non penitus diſpliceret, a quovis damnandum atque calcandum, cujus ſimilia (niſi qui iſta ſcripſerat) nemo alter in mentem reciperet, atque ſentiret. Nam hoc loco de lege latius diſputare, velut coram poſito repugnanteque Pelagio, neceſſarium eſſe non duximus, cum vobiſcum, totam rem ſcientibus, parique nobiſcum aſſenſione gaudentibus, colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum his, quos harum conſtat rerum prudentes eſſe, tractamus. Nam de naturæ poſſibilitate, de libero arbitrio, & de omni Dei gratia, & quotidiana gratia, cui non ſit recte ſentienti uberrimum diſputare? Anathematizet ergo iſta quæ ſenſit, ut illi, qui ejus ſermonibus fuerint præceptiſque collapſi, quid tandem habeat fides vera cognoſcant. Facilius enim revocari poterunt, cum iſta a ſuo ſenſerint auctore damnari. Quod ſi ille pertinaciter in hac voluerit impietate perſiſtere, agendum eſt, quatenus vel his poſſit ſubveniri, quos non ſuus, ſed hujus magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat, cujus iſte talem non admittit nec poſtulat curam. Deus vos cuſtodiat incolumes, fratres cariſſimi. Data 6. Kalendas Februarii.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſtola XXVI.*] Cum quinque epiſcopi Africani privatis & familiaribus literis, ne verenda patris ſui retegere viderentur, Innocentium de occultis quibuſdam rumoribus, de ipſo ſparſis, quaſi nimirum Pelagianæ hæreſeos fautor eſſet & protector, ipſumque Pelagium in communionem catholicam recepiſſet, certiorem reddidiſſent, ut omnem ſuſpicionem e cordibus Africanorum eximeret publicis publicas, privatis privatas epiſtolas reddidit, quibus, quid de Pelagio & Palæſtino concilio ſentiret, reſcripſit. Vide Baron. anno 416. num 12. & 14. — Occaſio ſcriptæ epiſtolæ.

XXVII. AD AVRELIVM CARTHAGIN. EPISCOPVM.

Eum familiariter ſalutat.

Innocentius Aurelio epiſcopo Carthaginenſi.

IN familiaribus ſcriptis dilectio vera conſiſtit. Etenim * firmius caritatis officia melius ſe orſa mercantur. Quamobrem per fratrem noſtrum Julium epiſtolæ extrinſecus miſſæ reſpondere geſtivi, ne apud me forſitan remaneret peculiaris negatæ ſalutationis offenſa, frater cariſſime. Supradictum igitur fratrem noſtrum tuæ dilectioni reſtituo, cum apoſtolicæ ſedis * ad relationem duplicis ſynodi " judicatis. Supereſt, ut oratus a nobis dominus, præſtare dignetur, quatenus omnis eccleſiæ ſuæ macula, continuis laboribus noſtris poſſit abſtergi. Dominus cuſtodiat te incolumem, frater cariſſime. Data 6. Kalendas Februarii.

* jus firmius. ita mſ. Iuſt. ſ. tunc

* dignum ad

" id eſt reſponſis; nè quis nodum in ſcirpo quæras.

"** ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ Χρυσοστόμου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Ιννοκέντιον Ῥώμης ἀρχιερέα ἁγιώτατον.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ αἰδεσιμωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ιννοκεντίῳ Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑΙ πρὸ τῶν γραμμάτων οἶμαι τῶν ἡμετέρων ἀκηκοέναι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν τὴν παρανομίαν τὴν ἐνταῦθα τολμηθεῖσαν· τὸ γὰρ μέγεθος τῶν δεινῶν οὐδὲ ἓν μέρος σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἀφῆκεν ἀνήκοον εἶναι τῆς χαλεπῆς ταύτης τραγῳδίας· καὶ γὰρ εἰς αὐτὰς τῆς γῆς τὰς ἐσχατιὰς φέρουσα ἡ φήμη τὰ γενόμενα, πολὺν πανταχοῦ θρῆνον καὶ ὀλοφυρμὸν εἰργάσατο. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ θρηνεῖν δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν καὶ σκοπεῖν, ὅπως ἂν ὁ χαλεπώτατος οὗτος τῆς ἐκκλησίας σταίη χειμών· ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν τοὺς κυρίους μου τοὺς τιμιωτάτους, καὶ εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους Δημήτριον, Πανσόφιον, Πάππον, καὶ Εὐγένιον πεῖσαι τάς τε ἑαυτῶν ἀφεῖναι, καὶ πελά-

EPIST. S. IOANNIS CHRYSOST. AD INNOCENTIVM PAPAM.

Rogat pontificem ut ſuos perſecutores cenſuræ eccleſiaſticæ ſubjiciat, ſe vero juſtum judicium ſubire paratum, inſontem judicet, & eccleſiæ ſuæ reſtituat.

Innocentio epiſcopo Romæ, domino meo reverendiſſimo, pientiſſimoque, a Ioannes in domino ſalutem.

matis: in æterna tamen sæcula sempiternarum deliciarum & immortalis vitæ hereditatem est consecutus. Nova autem Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris seu seductionis novacula totondit, execrationem ex multorum ore sibiipsi induxit, grave, & quod gestari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni apostoli Petri creditus est, segrego te & illam a perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri. Episcopum etiam omnem aut clericum ordinis sanctæ Dei ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora, qua præsentes vinculi mei legeritis literas, dignitate sua excidisse decerno. Quod si, ut homines potentes, quemquam ad id vi adegeritis, & canones vobis a servatore per sanctos apostolos traditos transgressi fueritis, scitote non parvum id vobis peccatum fore in horrenda illa judicii die, cum neminem hujus vitæ honor & dignitas adjuvare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Ioanne in thronum episcopalem produxistis, etiam post obitum exauctoramus, una cum omnibus qui consulto cum eo communicarunt episcopis: cujus etiam nomen sacro episcoporum albo non inscribatur. Indignus enim eo honore est, ut qui episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plantatio, quæ a patre nostro in cælis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam a Christianismo alienationem.

ἀλήκτους αἰῶνας τὴν ἀδαπάνητον τρυφὴν καὶ ἀθάνατον ζωὴν ἐκληρονόμησεν. ἡ δὲ νέα Δαλιλὰ Εὐδοξία ἡ κατὰ μικρὸν τῷ ξυρῷ τῆς πλάνης ξυρήσασά σε, ἐπήγαγεν ἑαυτῇ κατάραν ἐκ πολλῶν στομάτων, δεσμεύσασα φορτίον ἁμαρτημάτων βαρὺ καὶ δυσβάστακτον προσθεῖσα τοῦτο τοῖς πρώην αὐτῆς ἁμαρτήμασι. διὸ ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος, καὶ ἁμαρτωλὸς ὡς πιστευθεὶς τὸν θρόνον τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Πέτρου, ἀφορίζω σέ τε, κἀκείνην τῆς μεταλήψεως τῶν ἀχράντων μυστηρίων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παντοῖον ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν ὄντα τοῦ τάγματος τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τολμῶντας ἐπιχειρῆσαι καὶ μεταδοῦναι ὑμῖν, ἀφ᾽ ἧς ὥρας ἀναγνῶτέ μου τὸν πεμφθέντα σύνδεσμον, ὑπὸ καθαίρεσιν εἶναι. Εἰ δὲ βιάσησθέ τινα ὡς ἐξουσιασταὶ καὶ παρεξέλθητε τοὺς δοθέντας ὑμῖν κανόνας παρὰ τοῦ σωτῆρος διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔσεσθε ἐπιστάμενοι, ὡς πρῶτον μὲν οὐ μικρὸν ὑμῖν τὸ ἁμάρτημα γενήσεται ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, οὔτε οὐ δυνήσεται ἀξίωμα βιωτικόν τινα ὠφελῆσαι. ἐκείνων δὲ τὰ ἐντὸς ἐκχυθήσονται πρὸς ὑπόδειγμα πάντων. Ἀρσάκιον δὲ, ὃν εἰσηνάγετε εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς ἀντὶ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου, καὶ μετὰ θάνατον καθαιροῦμεν σὺν πᾶσι τοῖς συγκοινωνήσασιν αὐτῷ προθέσει ἐπισκόποις. οὗ τινος μηδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐγγραφήτω τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις. ἀνάξιος γάρ ἐστιν, ὡς μοιχεύσας τὴν ἐπισκοπήν. πᾶσα γὰρ φυτεία μὴ φυτευθεῖσα παρὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἐκριζωθήσεται. προστιθέμεθα δὲ τῇ καθαιρέσει Θεοφίλου ἀφορισμὸν, καὶ τελείαν ἀλλοτρίωσιν τοῦ Χριστιανισμοῦ.

EPISTOLA ARCADII IMPERATORIS AD INNOCENTIUM.

Respondet præcedenti.

Ex Glyca annal. part. 4.

NORUNT omnes homines mentis compotes, commissa per ignorationem nec divinitus nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium luere. Quod quidem propterea scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem, nos nihil eorum cognitum habuisse, quæ a nostris antistitibus & clericis acciderunt: cujus rei testem benignum illum Deum imploramus. Nimirum purus & innocens sum, quod ad ipsorum condemnationem attinet: quippe cum eorum communione sim usus, causæ nihil erat, quamobrem eos affligeremus. Quod autem attinet ad filiam tuam Eudoxiam; scito me illi parum moderate pro ratione delicti mercedem retulisse: quo sane factum est, ut ex eo mœrore & angustia, difficili gravissimaque correpta ægritudine decumbat. Igitur quod superest, enixe te obsecro, ut nos a segregatione liberes, nec multipliciter punias: non enim ipse dominus idem ob delictum bis hominem percutit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑΡΚΑΔΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑτορος πρὸς Ἰννοκέντιον Ῥώμης ἀρχιερέα.

ΠΑΝΤΕΣ ἄνθρωποι ἴσασιν οἱ εὐφρονοῦντες ὅτιπερ τὰ κατ᾽ ἄγνοιαν γινόμενα οὔτε Θεὸς, οὔτε νόμοι κολάζουσιν. ἀλλ᾽ οὐδέ τις ὑπὲρ ἑτέρου δίκην εἰσπράττεται. ὅθεν ταῦτα γέγραφα πληροφορῶν τὴν ἡμετέραν πραότητα, ὡς ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, οὐκ ἔγνων τι τῶν συμβάντων τοῖς ἡμετέροις ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς. ἀλλ᾽ ἀθῷός εἰμι τοῦ κρίματος αὐτῶν. εἰ γὰρ ἤμην συμμέτοχος αὐτῶν εἰς τοῦτο οὐκ εἶχον τούτοις κακῶσαι. περὶ δὲ τῆς σῆς θυγατρὸς Εὐδοξίας, γνῶθι ὅτι καὶ αὐτῇ ἀνταπέδωκα κατὰ τὸ σφάλμα αὐτῆς οὐ μετρίως, ὡς ἐκ τῆς τοιαύτης λύπης καὶ θλίψεως ἐν ἀρρωστίᾳ βαρυτάτῃ κατακεῖσθαι αὐτήν. παρακαλῶ λοιπὸν, ἵνα τοῦ ἀφορισμοῦ λύσῃς ἡμᾶς, καὶ μὴ ἐκδικήσῃς πολλαχῶς. οὐ γὰρ πατάξει κύριος δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.

** Omiserunt Binius, regius collector, aliique, Innocentii papæ ad Arcadium responsum breve, quod apud eundem Glycam extat his verbis: Ἀπεδεξάμην ὑμῶν τὴν κατὰ Θεὸν σπουδὴν, ὥσπερ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνεδείξασθε. ὅθεν τῶν ἱερῶν δεσμῶν ἀνεθέντες, ἐν τοῖς δεσποτικοῖς συμβόλοις προσέλθετε ἐρρωμένοι. Studium diligentiamque vestram Dei præscripto & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarastis, accepimus & probavimus. Quapropter sacris a vinculis soluti ad sacra symbola confirmatis animis accedite.

XXXI. AD THEOPHILUM ALEXANDRINUM EPISCOPUM.

Theophilo scribit neque ipsum neque S. Ioannem Chrysostomum a sua communione alienos esse; quod si ipse contra Chrysostomum acta justa esse confidat, ad synodum occidentalium & orientaliu episcoporum, ubi illius causa agetur, accedat.

FRATER Theophile nos & te & fratrem nostrum Ioannem communionis nostræ esse decrevimus, sicuti & in prioribus literis aperte satis expressimus, & nunc in sententia nostra, & voluntate perdurantes, rursus eadem scribimus. Et quotiescumque scripseris, nisi debitum sequatur, conveniensq; judicium, propter ea, quæ magno cum dedecore sunt gesta, possibile non est, nos a Ioannis communione discedere. Itaque si conscientiæ confidis, tu quoque judicio accurre ad synodum proxime in Christo celebrandam, & illic juxta Nicæni concilii canones & decreta contende. Alios quippe canones Romana non admittit ecclesia. Quod si obtinueris, evidens & irrefragabilis erit ratio tua.

EXEMPLUM SACRÆ HONORII AUGUSTI MISSÆ AD PRINCIPEM orientis Arcadium.

Cum Honorius S. Ioannem Chrysostomum injuste in exilium pulsum, facinora ob id in ecclesia perpetrata & templi Constantinopolitani incendium non sine magno animi dolore cognovisset; Arcadium fratrem hortatur, ut hæc corrigat atque emendet, asserens episcoporum causas non principum jussu, sed episcoporum concilio, ac Romani pontificis auctoritate tractandas & definiendas esse.

QVAMVIS super imagine muliebri novo exemplo per provincias circumlata & diffusa per universum mundum obtrectantium fama literis aliis commonuerim, ut talis facti pœnitentia, & intermissione propositi, rumor æmulus consenescat, & quod in moribus temporum carpat, publica lingua non habeat. Quamvis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodiderimus affectu esse nobis dolori, cur ista vos detrimenta reipublicæ nolueritis agnoscere, & aliis potius indicibus, quam pietatis vestræ literis fuerint nuntiata: tamen ne illud quidem apud serenitatem vestram dissimulare nos fas est, quod in rebus divinis non sine publici discriminis metu, nuperrime contigisse, cita semper malorum enuntiatrix fama non tacuit: &, ut natura fert hominum, quæ ad obtrectandum novis semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi, malitiam suam in tempora, studio sævæ loquacitatis, exercet. Est enim nuper proditum apud Constantinopolim, sacratissimo paschæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum urbium populos religio castigatiore sub præsentia principum ritu celebranda collegerat, clausas subito catholicas ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, scilicet, ut eo potissimum tempore, quo indulgentia principali tristia noxiorum claustra reserantur, piæ legis, & pacis ministros, sævus carcer includeret, omniaque bellicum in modum turbata mysteria nonnullos in ipsis ecclesiæ sacrariis interemptos, tantamque circa altaria vim sævisse, ut & venerabiles episcopi in exilium truderentur, & sanguis humanus (quod dictu nefas est) cælestia sacramenta perfunderet. His repente compertis, turbatos esse nos fateor. Quis enim in facinore tam cruento Dei omnipotentis non timeret offensam? Aut quo pacto extra summum Romani orbis

A omniumque mortalium putaret esse discrimen? cum ipse auctor nostri imperii, & reipublicæ, quam nobis credidit gubernator omnipotens, Deus, funestis admodum execrabilibusque commissis crederetur irasci, domini sancti, frater nepos que, augusti venerabiles, cum si quid de causa religionis inter antistites ageretur, episcopale oportuerit esse judicium. Ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. Sed esto sibi de mysticis, & catholicis quæstionibus amplius aliquid principalis cura præsumpserit, itane usque ad exilia sacerdotum, usque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere, ut ubi castæ preces, ubi vota sincera, ubi sacrificia illibata solvuntur, illic se gladius haud facile etiam in jugulum noxiorum distringedus " exerceret. Rebus denique ipsis docetur, quid super his senserit divina Majestas. Primum quidem hoc præsentis commotionis judicium fuit: atque utinam solum: facit enim humana trepidatio tanti sibi conscia perpetrati, ut gravius aliquid (quod avertat omnipotens Deus) post terribilis ultionis experimenta metuamus. Audio ecclesiam sacrosanctam tot imperatorum opibus expositam, preciosis cultibus nobilem, tanta supplicantium principum oratione augustissimam flagrasse, & illud Constantinopolitanæ urbis unicum lumen in favillas dilapsum, Deo non vetante fumasse, (execrari enim videtur inquinata mysteria) & avertisse oculos ab eo loco, quem jam sanguis infecerat, ne obsecrare quis pietatem cælestem sub cruentis posset altaribus, ædificia quoque divina non minore splendore nobilia ex concitatione sævientis incendii, flamma se latius effundente, consumpta, & quæ publicam faciem elaborata majoribus nostris ornamenta decorabant, velut quodam urbis funere concremata. Hæc ego quamvis crebris injuriis lacessitus tacere debuerim, ne conjunctissimum fratrem, regnique consortes tam fideliter admonere; tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens, hortor, atque suadeo, ut hæc, si fieri potest, emendatis in posterum moribus corrigantur, ac divina iracundia, quantum re proditur excitata: votorum sedulitate placetur. Accipite a me summum simplicitatis indicium. Idcirco hoc clementiæ vestræ insinuandum putavi, ne me velut gratulatione occulta faceret apud quemquam taciturnitas ipsa suspectum, neve quis crederet me talibus factis præbere consensum, & qui sæpe ne acciderent commonuerim, posteaquam commissa sunt, non dolerem. Nam quis esse posset expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, ut omnem catholicæ fidei statum necesse sit fluctuare? Erat inter episcopos causa, quæ collato tractatoque consilio deberet absolvi: missi ad sacerdotes urbis æternæ atque Italiæ utraque ex parte legati, expectabatur ex omnium auctoritate sententia, informatura regulam disciplinæ: integrum nempe esse debuerat, neque quidquam novari, dum definitio deliberata procederet, cum interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, ut non expectatis literis sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus, in exilium truderentur antistites; animadversioni prius addicti, quam sententiam judicii episcopalis experti. Denique quam immatura illa damnatio fuerit, res probabit. Namque hi, quorum expectabatur auctoritas, pacifica Ioanni episcopo commu-

Episcoporum est religionis causas terminare: imperatoris vero religioni obsequium præstare.

" exerceret.

Pallad. in vita S. Ioan. Chrysost. ante medium. Sozom. l. 8. cap. 22.

A sede apostolica in episcoporum causis sententia fertur.

nione permissa, sanciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putarunt ante judicium consortio repellendum. Quid nunc aliud superest, quam ut catholicam fidem schismata in diversum dissociata dilacerent, quam ut hæreses communioni semper inimicæ ex tanta gestarum rerum varietate nascantur, ut jam populo pene non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum diversitate discedat, cum ex auctoritate publica discordiarum materies sit præmissa, & fomes quidam nutriendæ seditionis animatus.

Nullus indicta causa damnandus.

A Quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudescat, vota facienda sunt, ut ad humanas prolapsiones patiens Deus rem male gestam prosperet ac secundet. Nam quantum in nobis est, possumus timere quod gestum est, quantum ad pietatem semper placabilis Dei non erit meriti impunitas indulta, sed veniæ.

"** Iuverit quoque ex jure Græco-Romano a Ioanne Leunclavio Latine reddito duas sequentes epistolas mutuari.

HONORII AVGVSTI AD ARCADIVM fratrem epistola.

HAVD scio quænam perduellis & diabolica potestas tibi suaserit, frater, ut mulieri te committeres, eaq; faceres quæ nullus alius Christianorum pius imperator fecit. Nam hic quoque religiosissimi episcopi adversus imperium vestrū clamant, qui magnū illum Dei pontificem Ioannem, nullo interveniente judicio, & contra canones ab episcopatus solio remotum, & acerbissimis exiliis, ac intolerabilibus injuriis subjectū, vita per vim spoliaveritis: ac vicarios ecclesiæ Romanæ, ad honorem vestrum, & justi judicii confirmationem missos, quique literas hinc ad utilitatem omnium perferebant, nulla humanitate exhibita, diversis custodiis incluseritis, ac fame enecaveritis, atque etiam nummos, quos secum viatici nomine ad usum corporis ferebant, eis adimi præceperitis: nulla ipsorum habita ratione, Deum contra vos implorantium atque gementium. Præterea spretis apostolicis præceptis, religiosos episcopos irreligiose removêtes ab officio, ac infinitis inique multantes afflictionibus & exiliis, alios pro eis indignos indignum in modum in solia collocastis. Quamobrem, enitere, mi frater, ut non verbis sed factis, tam Deo quam hominibus correctione non recte perpetratorum satisfacias: atq; etiam ipse certo statuas, sacerdotū precibus imperium nostrū fulciri ac dirigi. Vale.

ΟΝΩΡΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ἐπιστολὴ πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἀδελφόν.

ΟΥΚ οἶδα ποία ἀνταρτικὴ καὶ δαιμονιώδης ἐνέργεια παρέπεισέ σε, ἀδελφὲ, γυναικὶ καταπιστεῦσαι σαυτὸν, καὶ διαπράξασθαι τοιαῦτα, οἷα οὐδεὶς ἄλλος εὐσεβὴς Χριστιανῶν διεπράξατο βασιλεύς. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἐνταῦθα ὁσιώτατοι τῶν ἐπισκόπων τῆς ὑμῶν καταβοῶσι βασιλείας, ὅτι τε τὸν μέγαν τοῦ Θεοῦ ἀρχιερέα Ἰωάννην ἀκρίτως καὶ ἀκανονίστως τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς θρόνου κατενεγκόντες, καὶ πικροτάταις ἐξορίαις, καὶ ἀφορήτοις αἰκίαις ὑποβαλόντες, βιαίως τοῦ ζῆν ἐστερήσατε. καὶ ὅτι τοὺς τοποτηρητὰς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τοὺς εἰς ὑμετέραν τιμὴν καὶ τῆς δικαιοκρισίας βεβαίωσιν σταλέντας, καὶ ἐπιστολὰς ἐντεῦθεν ἐπὶ λυσιτελείᾳ τῶν πάντων ἐπιφερομένους, ἐφ' οἷς οὐδὲν ἐφιλανθρωπεύσασθε, ἔτι καὶ * φρουρίοις διαφόροις ἐγκατακλείοντες, καὶ λιμῷ διαφθείροντες, καὶ ἃ μεθ' ἑαυτῶν ἐπεφέροντο ἀργύρια εἰς ἐφόδιον χρείας σωματικῆς, καὶ ταῦτα ἀφελεῖν αὐτῶν διετάξασθε, καταβοῶντας ὑμῶν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ κατασκευάζοντας παρ' οὐδὲν ἡγησάμενοι. πρὸς δὴ τούτοις, τῶν ἀποστολικῶν ἐνταλμάτων λόγον οὐδένα ποιούμενοι, ἐπισκόπους ὁσίους ἀνοσίως καθαιροῦντες, καὶ μυρίαις κακώσεσι καὶ ὑπερορίαις ἀδίκως καταδικάζοντες, ἄλλους ἀντ' αὐτῶν ἀναξίους ἀναξίως ἐγκαθιδρύσατε. σπεῦσον οὖν, ἀδελφὲ, μὴ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις καὶ Θεὸν καὶ ἀνθρώπους τὴν διόρθωσιν τῶν οὐκ ὀρθῶς πραχθέντων ἤδη πληροφορεῖν. πληροφορούμενος καὶ αὐτὸς, ὡς αἱ τῶν ἱερέων προσευχαὶ τὴν ἡμετέραν στερεοῦσι βασιλείαν, καὶ κατευθύνουσιν. ἔρρωσο.

*al. φ...ραῖς.

ARCADII AVGVSTI EPISTOLA.

NIHIL omnino, Dei pontifex, eorum mihi notum fuit, quæ in legatos admissa fuerunt, idque manifestum ex eo est, quod auctores facinoris non negligenter ultus sum: nec ob latā de magni illius Ioannis abdicatione sententiam culpandus venio, sed viles illi episcopi, qui canones ecclesiasticos prætexendo, judicium de ipso diris devovendo in prophana capita sua receperunt. quorum sane rationibus & ipse, nescio quomodo, per surreptionem circumventus, ipsorum (quod minime factum oportuit) impiissimæ sententiæ sum adsensus. Quo fit, ut illi magis, quam nos, rei sint; ex quibus illos etiam, qui adhuc apud nos hærebant, Acacium & Severianum, & illius improbi Theophili cognatos, ad sanctitatem tuam misi. Scribam & Theophilo ut huc summa cum celeritate se conferat, pœnas ausis suis competentes luiturus. Nostro autem nomine paterna humanitas tua sit exorata, nec inviolabilium mysteriorum nos exsortes relinquas. Nam ecce de filia quoque tua Eudoxia ratione admissorum vindictam sumpsi, quę propterea gravissimas in ægritudines lapsa, decumbit in lecto. Non igitur ultiones plures sumas, carissime pater. Quippe nec ipse quidem dominus bis unum facinus vindicat, uti perscriptū legimus. Et quo tandem pœnitentię bonū, si venia resipiscentibus non impetratur?

ΑΡΚΑΔΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΣΤ.

ΟΛΩΣ οὐδὲν, ἀρχιερεῦ τοῦ Θεοῦ, οὔτε τῶν εἰς τοὺς πρέσβεις τετολμημένων διέγνωκα, καὶ δῆλον ἐξ ὧν τοὺς αἰτίους οὐ κατὰ πάρεργον ἠμυνάμην, οὔτε τῆς κατὰ τὸν μέγαν Ἰωάννην καθαιρέσεως κατέστην ὑπαίτιος, ἀλλ' ἐπίσκοποι δείλαιοι, οἳ κανόνας δῆθεν ἐκκλησιαστικοὺς προτεινάμενοι, τὸ κρίμα τῆς ἐκείνου καθοσιώσεως ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν βεβήλους κεφαλὰς ἀνεδέξαντο. ὧν τοῖς λόγοις οὐκ οἶδ' ὅπως ὑποσυρεὶς καὶ αὐτὸς, τῇ αὐτῶν ὡς οὐκ ὤφελον ἀθεωτάτῃ ἐπένευσα ψήφῳ. ἀνθ' ὧν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἡμῶν ὑπεύθυνοι, ὧν καὶ τοὺς ἔτι πρὸς ἡμᾶς ἐνδημοῦντας Ἀκάκιόν τε καὶ Σευηριανὸν, καὶ τοὺς πρὸς γένους τοῦ πονηροῦ Θεοφίλου τυγχάνοντας, πέπομφά σου τῇ ὁσιότητι. γράφω δὲ καὶ Θεοφίλῳ, βιαίῳ τάχει καταλαβεῖν τὰ αὐτόθι, τοῦ δοῦναι δίκην τοῖς τολμηθεῖσιν ἁρμόδιον. ἐφ' ἡμῖν δὲ ἡ σὴ πατρικὴ φιλανθρωπία παρακληθείη, καὶ μὴ ἀμοίρους τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἐάσῃς. ἰδοὺ γὰρ καὶ τὸ τέκνον σου Εὐδοξίαν ἀνθ' ὧν ἥμαρτεν, ἠμυνάμην. ἡ καὶ βαρυτάταις ἐντεῦθεν ἀρρωστίαις περιπεσοῦσα, κλινήρης κατάκειται. μὴ οὖν πολλαχῶς ἐκδικήσῃς, ὦ τιμιώτατε πάτερ. οὐδὲ γὰρ κύριος* ἐκδικῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καθὰ γέγραπται. ποῦ δὲ καὶ τὸ τῆς μετανοίας καλὸν, εἰ μὴ συγγνώμη τοῖς μεταμελομένοις ἐπιβραβεύεται;

* δὶς ...

εἰ μὲν οὖν τῶν μετανοούντων οὐκ ἦμεν, εἰκότως ἡμῖν καὶ τὰ τῆς συγγνώμης ἐναπεκλείετο. εἰ δὲ φθάσαντες ἐφ' οἷς κακῶς ἐπράξαμεν ἑαυτῶν κατέγνωμεν, μηδὲ τοῦ τῆς μετανοίας καλοῦ, τῆς συγχωρήσεως ἀποτύχωμεν.

XXXII. AD IOANNEM HIEROSOLYMITANVM EPISCOPVM.

Cum Ioannes Hierosolymorum episcopus Origenis errores sequeretur, Hieronymus ad Bethlehem degens, aliique permulti ab ejus communione abstinebant. Quamobrem Ioannis opera multis affecti sunt malis, de quibus Eustochium & Paula apud Innocentium pontificem conquestæ sunt, malorum auctorem & causam reticentes: propterea Ioanni Innocentius scribit, ut diligenter ecclesiæ suæ prospiciat, & istiusmodi mala corrigat.

DIREPTIONES, cædes, incendia, omne facinus extremæ dementiæ, generosissimæ sanctæ virgines Eustochium & Paula deploraverunt in locis ecclesiæ tuæ perpetrasse diabolum: nomen enim hominis, causamque reticuerunt. Quod etsi ambiguum non sit a quo commissum, oportuit tamen custodire germanitatem tuam, & gregi illius solicitius providere, ne quid hujusmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua lacessit negligentia amittere gregem domini, & tales agnas incendio, armis & persecutionibus nudas, debiles, post suorum cædes & mortes vix vivere audivimus: nihil movet pietatem illam sacerdotii tui de tanta diaboli in te atque in tuos potestate admissa: in te, inquam: prorsus enim sacerdotis gravitatem condemnat tantum nefas in ecclesia fuisse completum. Vbi provisiones tuæ? ubi certe, si casus evenerant, auxilia vel consolationes? cum plus se adhuc metuere dicant, quam conqueruntur esse perpessas: altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius collocutæ. Vide, frater, antiqui hostis insidias, & spiritu boni rectoris pervigila, ut hæc, quæ ad nos opinione magis quam accusatione manifesta delata sunt, vel corrigantur, vel retundantur; ne jus ecclesiasticum de labefactatis causis eum qui non defenderit, præstare compellat.

XXXIII. HIERONYMVM CONSOLATVR ob mala quæ perpessus fuerat, ac Ioanni Hierosolymorum episcopo ait se scripsisse, ut provideat, ne deinceps in sua ecclesia hæc contingant.

Dilectissimo filio Hieronymo presbytero, Innocentius.

NVMQVAM boni aliquid contentionem fecisse in ecclesia testatur apostolus, & ideo hæreticorum correptiones primum fieri jubet, magisque diuturna duci collatione. Quæ regula dum negligenter aspicitur, malum non vitatur, quod cavendum est, sed augetur. Tamen quoniam dolor gemitusque tuus ita quatit viscera nostra, ut ratio non tractandi consulendique sit: primum constantiæ tuæ alloquor fidem. pro veritate quisque injuria, aut (ut dicis) periculo percelletur, qui expectat beatitudinem, multis sæpe narrastis, & tuæ verbis prædicationis bene memorem commonemus. Itaque excitati tanta malorum scena, arripere auctoritatem sedis apostolicæ ad omne comprimendum nefas festinavimus; sed in quem insurgeremus, nec nomine appellatum legimus, nec criminis aliqua ratione taxatum. Quod ergo possumus, condolemus. Quod si de numero pœnitentiam agentium essemus, haud abs re nobis etiam veniæ spes clausa foret: sin ipsi primi nosmet damnavimus ob ea, quæ nequiter admisimus; non etiam bono pœnitentiæ, nimirum remissione, frustremur.

Si deposueris autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem, aut judices competentes tribuam, aut si aliquid urgentius solicitiusque nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime: tamen episcopo fratri meo Ioanni scripsi, ut circumspectius agat, ne quid circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale prævidere, & propellere ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit & postea molestissimum.

XXXIV. QVOD FACERE POTVIT, se Hieronymi causa fecisse dicit.

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius episcopus.

PIISSIMAM etiam ad nos perveniendi tuam affectionem bene compresbyter noster credidit Hieronymus: compatimur gregis nostri membro, & quod faciendum duximus, vel facere potuimus, sumus velociter executi. Germanitas tua, frater carissime, citius literas memorato reddere festinet.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

** Sequentes canones a synodo quapiam Romana ad Gallos episcopos jampridem missos ex aliquot manuscriptis codicibus primum in lucem extulit R. P. Sirmondus in appendice ad I. tomum conciliorum; Galliæ eosdemque Regius collector conjecit non suo loco in calcem XXXVII. voluminis post indices cum tractatu de antiquis episcoporum promotionibus. Nos vero ejusdem clarissimi editoris conjecturam non improbabilem secuti Innocentii primi epistolis subjecimus, cum ab eis nec decretorum, nec scriptionis forma abhorreat. Quo autem anno editi sint, plane non constat, esto maximam, ut nemo non videt, antiquitatem præ se ferant.

[1] CANONES SYNODI ROMANORVM AD GALLOS EPISCOPOS juxta quæstiones ab illis propositas.

TITVLI CANONVM.

I. *De virginibus velatis propositū non servantibus.*
II. *De puellis nondum velatis, si contra propositum suum nupserint.*
III. *De castitate & munditia sacerdotum.*
IV. *De eo qui militat jam fidelis.*
V. *Quod Romana ecclesia ad clerum non admittit eos qui post baptismum casti non fuerint.*
VI. *Quod per omnes ecclesias una debet esse traditio & disciplina.*
VII. *Quod diaconi extra tempus paschæ non baptizent.*
VIII *De oleo exorcizato semel dando.*
IX. *Quod uxoris sororem ducere non liceat.*
X. *De iis qui sæcularem potestatem gesserunt ad episcopatum non promovendis.*
XI. *De eo qui avunculi sui uxorem duxerit.*
XII. *Quod episcopi ex laicis assumi non debent.*
XIII. *De eo qui ab ecclesia ad ecclesiam transit.*
XIV. *Quod abjecti ab episcopo suo clerici ab aliis recipi vel provomeri non debeant.*
XV. *Quod episcopo fines suos transgredi, & alienos invadere non liceat.*
XVI. *De iis qui ab episcopis suis excommunicati, & ab aliis postea clerici facti sunt.*

PRÆFATIO.

DOMINVS inter cetera salutaria mandata, quibus discipulos suos apostolos ad spem vitæ hortatur & commonet, sicut & nos euangelica verba docuerunt, hoc etiam mandat, ut soliciti ad veritatis scientiam pervenire laboremus. Et primo ut cognoscamus incogni-

ta, non inani profectu, sed labore & solicitudine, quæ nota necdum sunt precibus investiganda, quæ vero difficiliora sunt instanter quærenda præcepit, quæ clausa sunt, fidei virtute pulsando precibus petere sibi debere reserari. Sic enim scriptum est: *Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis.* Nemo certe qui non petit accipit, & qui non quærit invenit, & qui non pulsaverit eidem poterit aperiri. Qua de re quoniam quod ex fide petitur & præstatur. & quod erat obscurum, manifestum in sensum dum investigatur acquiritur, & quod erat clausum nobis frequentius pulsando, id est rogando, revelatur; *Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur:* inde eadem repetere mihi quidem non est molestum, vobis autem necessarium. Scimus, fratres carissimi, multos episcopos per diversas ecclesias ad famam pessimam nominis sui humana præsumptione patrum traditionem mutare properasse, atque per hanc causam in hæresis tenebras cecidisse, dum gloriam hominum delectantur potius, quam Dei præmia habere, perquirere. Nunc igitur, quia non explorandi causa, sed fidei confirmandæ gratia, sanctitudo vestra ex sedis apostolicæ auctoritate sciscitari dignata est, seu legis scientiam, seu traditiones, volens a nobis manifestari liberius quæstionum propositarum expositionem, quam sincere quæritis & desideranter audire, quantum supplebit divina dignatio, licet mediocri sermone, valido tamen sensu eloquar obtinenda, ad emendandas omnes quippe diversitates, quas discordare arrogantia sola præsumpsit, scriptura divina dicente: *Rejecistis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.* Si ergo integra cupitis fide veras observationes agnoscere, dignamini quæ dico libenter advertere. Primo in loco pudoris mihi, & pudicitiæ causa proponitur, deinde congestæ quam multæ quæstiones edentur. Singulis itaque propositionibus suo ordine reddendæ sunt traditiones.

Matth. 7.

Marc. 7.

CANONES.

I.

Quæritur de virginibus velatis, & mutato proposito, quid exinde judicatum sit. Si virgo velata jam Christo, quæ integritatem publico testimonio professa a sacerdote prece ' effusa benedictionis velamen accepit, sive incestum commiserit, seu " furtum, seu volens crimen protegere adultero mariti nomen imposuit, tollens membra Christi, faciens membra meretricis, ut quæ sponsa Christi fuerat conjunx hominis diceretur. In ejusmodi muliere quot sunt causæ, tot reatus, integritatis propositum mutatum, velamen amissum, fides prima depravata, atque in irritum devocata. Quali hic & quanta satisfactione opus est? quam magna pœnitentia ejus quæ interitum carnis incurrit? Non est parva culpa reliquisse Deum, & ivisse post hominem. Unde annis quamplurimis deflendum ei peccatum est, quo dignæ fructu pœnitentiæ facto possit aliquando ad veniam pervenire, si tamen pœnitens pœnitenda * faciat.

' fusa

" hoc verbum expungendum videtur

* add. non

II.

Puella quæ nondum velata est, sed proposuerat sic manere, licet non sit in Christo velata, tamen quia proposuit, & in conjugio velata non est, furtivæ nuptiæ appellantur, ex eo quod matrimonii cælestis præceptum non servaverit, amore properante ad libidinis cæcitatem. Et his pœnitentiæ agendæ tempus constituendum est, quoniam seu rapta, seu volens, ad virum ire perverso ordine consensit. nec propinquorum, nec sacerdotum testimonio conrogato, tales ad velamen solennitatis ordinem casto pudore tenuerunt, sed contra veteris testamenti præceptum fecerunt. quas lex lapidari præcepit, & nunc cessante illa vindicta spiritaliter feriuntur, ut ecclesiam tamquam mortui introire non possint. Habent tamen pœnitentiæ agendæ locum, sed cito non habent veniam. Quoniam si secundum legem proclamasset puella, & diu contestata se continuisset, utique fuisset immunis a culpa. Utrisque ergo expedit sub eadem temporis constitutione a communione suspendi, dignamque agere pœnitentiam: ietu, humilitate, jejunio, misericordia redimere crimen admissum.

III.

Et jam quidem frequenter de talibus sermo noster per plures manavit ecclesias, maxime de sacerdotibus, quorum meritum exigit, ut bonorum operum suorum sint plebibus forma. sed quantum intelligo, cum scriptura dicat: *Loquere ad aures audientium,* instruendo aures infundemus. Dum sæpe eadem repetuntur quæ neglectui habentur a singulis, vere hoc illud est quod dictum est, adulter sexus, *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Quando enim non servatur quod admonetur utiliter, tunc apostolica mandata quasi ignota contemnuntur: judicium tamen de his quæ commiserunt non potest immutari. Id de sacerdotibus primo in loco statutum est: de episcopis, presbyteris & diaconibus, quos sacrificiis divinis necesse est interesse, per quorum manus & gratia baptismatis traditur, & corpus Christi conficitur, quos non solum nos, sed & scriptura divina compellit esse castissimos; & patres quoque jusserunt continentiam eos corporalem servare debere. Qua de re non prætereamus, sed dicamus & causam. Quo enim pudore viduæ, aut virgini, ausus est episcopus, vel presbyter, integritatem vel continentiam prædicare, vel suadere castum cubile servare, si ipse sæculo magis instistit filios generare, quam Deo? Adam, qui præceptum non servavit, ejectus foras paradisum caruit regno, & prævaricatorem putas posse ad regna cælorum pervenire? Ob quam rem Paulus dicit: *Vos jam non estis in carne, sed in spiritu.* Et item: *Et qui habent uxores ita sint quasi non habeant.* An qui populum hortatur, Levitis & sacerdotibus blandiens licentiam præberet opus exhibere carnale? Idem ipse dicens: *Et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* Et alibi: *Vellem autem omnes sic esse sicut meipsum.* Qui militat Christo, qui in sede residet magistri, qui militiæ disciplinam non potest custodire? De his itaq; tribus gradibus, quos legimus in scripturis, a ministris Dei munditia præcepta est observari, quibus necessitas semper in promptu est. Aut enim baptisma tradendum est, aut offerenda sunt sacrificia. Numquid immundus ausus erit contaminare quod sanctum est, quando quæ sancta sunt sanctis sancta sunt? Denique illi qui in templo sacrificia offerebant, ut mundi essent, toto anno in templo solo observationis merito permanebant, domos suas penitus nescientes. Certe idololatræ, ut impietates exerceant, & dæmonibus immolent, imperant sibi

2. Tim.

Genes.

Rom.

1. Cor.

Rom. 1.

1. Cor.

sibi

continentiam muliebrem, & ab escis quoque se A purgari volunt: & me interrogas si sacerdos Dei veri, spiritalia oblaturus sacrificia, purgatus perpetuo debeat esse, an totus in carne carnis curam debeat facere? Si commixtio pollutio est, utique sacerdos stare debet ad officium cæleste præparatus, qui pro alienis peccatis est postulaturus, ne ipse inveniatur indignus. Nam si ad laicos dicitur: *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi*, & illi creaturæ utique generationi deserviunt, sacerdotes tale possunt habere nomen, meritum habere non possunt. Quod si ita est, & permanet præsumptio, oportet jam episcopis, vel presbyteris, aut diaconis dici, ne B cum publicanorum vita socientur. Quamobrem mihi contra hujusmodi homines coinquinatos & infideles, in quibus sanctitudo corporis per illuviem & incontinentiam videtur esse polluta, negotium est, talibus mysterium Dei credi non oportere, veneratione religionis ipsa suadente moneo, hos enim & ratio justa secernit. Audiant certe: *Quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptelam.* Et audet presbyter, aut diaconus, animalium more subjacere contentioni?

IV.

De eo qui militaverit jam fidelis militiæ sæculari, notitia est quod utatur publica libertate. Quis enim potest illum custodire? quis negare C vel spectaculis interfuisse, vel pecuniæ utilitate impulsum a violentia & injustitia immunem esse non potuisse?

V.

Romana ecclesia hoc specialiter custodit, ut si quis parvulus baptizatus integritatem corporis servaverit, admitti potest ad clerum: vel si quis major fuerit baptizatus, & manserit pudicus, unius uxoris vir, potest clericus fieri, si nullis aliis criminum vinculis alligetur. Ceterum qui corruperit carnalibus vitiis aquæ sacramenta, post fornicationem etiamsi ducat uxorem, quomodo poterit ad dimittenda peccata ministerio D assistere, qui prioris vitæ repetierit cæcitatem? Quomodo illud intelligitur: *Neque fornicarii, neque idololatræ*, & ceteri tales, *regnum Dei possidebunt*, si nihil inter bonum & malum, inter justum & impium, inter luxuriosum & pudicum, inter observantem legem & publicanum interfit? Fient tales ministri, vel sacerdotes, non Christi, sed potius antichristi. Et ubi est illud quod sanctus apostolus Paulus, qui formam tulit episcopi, qualis esset ordinandus, ante præcepit dicens: *Irreprehensibilem, sobrium, & pudicum*, &c. quomodo hic irreprehensibilis est, qui baptismi sacramentum non potuit custodire? O nova præsumptio! Huic sacerdotium creditum, cui pœnitentia sola debetur, ut sordidata longa satisfactione veniæ beneficia E possit abluere.

VII.

Catholicorum episcoporum unam confessionem esse debere apostolica disciplina composuit. Si ergo una fides est, manere debet & una traditio: si una traditio est, una debet disciplina per omnes ecclesias custodiri. Diversis in regionibus quidem ecclesiæ sunt conditæ, sed per omnem mundum unitate fidei catholicæ una est appellata. Nam & sic legimus: *Una est columba mea, una est perfecta mea, una est genitrix mea.* Non ergo nunc de baptismi ratione, sed de tradentium persona rescribo.

VII.

Paschæ tempore presbyter & diaconus per parochias dare repromissionem peccatorum, & ministerium implere consueverunt, etiam præsente episcopo: in fontem quoque ipsi descendunt, illi in officio sunt. sed illius [a] nomen facti summa conceditur. Reliquis vero temporibus, ubi ægritudinis necessitas consequi unumquemque compellit, specialiter presbytero licentia est per salutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum, quoniam & munus ipsi licet causa mundationis offerre: diaconis vero nulla licentia invenitur esse concessa: sed quod semel forte contigit usurpare, per necessitatem dicuntur excusati, nec postea in securitate commissum.

[a] nomini

VIII.

De oleo sane exorcizato capiendusne brevis numerus dierum, multus in hoc proficit sermo. Fide enim quis sua plena purgatur. Si enim chrisma infusum capiti gratiam suam toto corpori impertit, nihilo minus & tertio scrutinio scrutatus si oleo fuerit contactus, non sæpe, sed semel, virtute sua Deus operatur in tempore.

IX.

De eo qui sororem uxoris suæ duxerit uxorem in lege veteris testamenti scriptum est, ad suscitandum semen defuncti fratris oportere ducere uxorem, ita tamen si liberos ex eodem minime reliquisset. Inde est enim quod Ioannes Baptista contradixit Herodi, quoniam non licebat ei accipere uxorem, quia de fratre reliquerat filios. Tamen propter virilem generationem legis constitutio imperabat hoc fieri a viro: de feminis nusquam est lectum, sed forte præsumptum. Nam lex dicit: *Maledictus qui cum uxoris suæ sorore dormierit.* Numquid duas habuit uxores Iacob uno in tempore sorores causa mysterii, & concubinas, & omnes qui nati sunt patriarchæ sunt appellati? Nunc jam Christianis habere non permittitur. Numquid uxores & concubinas habuerunt? Sed nunc quid hoc non patitur fieri testamentum, ubi amplius de integritate tractatur, & castitas Christo docente laudatur, cum dicit: *Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus datur.*

Deut. 25. *Matth. 14.* *Levit. 18.* *Gen. 29.* *Matth. 19.*

X.

Eos præterea, qui sæcularem adepti potestatom jus sæculi exercuerunt, immunes a peccato esse non posse manifestum est. Dum enim & gladius exeritur, aut judicium confertur injustum, aut tormenta exercentur pro necessitate causarum, aut parandis exhibent voluptatibus curam, aut præparatis intersunt, in his se, quibus renuntiaverunt, denuo sociantes, disciplinam observationis traditam mutaverunt. Multum sibi præstant, si non episcopatum affectent, sed propter hæc omnia agentes pœnitentiam, certo tempore impleto, mereantur altaribus sociari. Nicænum concilium, divino Spiritu annuente, dum fidei confessio fuisset jure firmata, etiam apostolicas traditiones episcopi in unum congregati ad omnium notitiam pervenire voluerunt, definientes inter cetera, neque abscissum clericum fieri, quoniam abscissus & mollis non introibūt sanctuarium Dei. Deinde post baptismi gratiam, post indulgentiam peccatorum, cum quis sęculi militia fuerit gloriatus, vel illum qui purpura & fascibus fuerit delectatus, ad sacerdotium aliqua irruptione minime admitti jusserunt. Meritis enim & observatione legis ad istiusmodi dignitatis

Conc. Nic. can. 1.

tatis culmen accedunt, non Simonis pecunia vel gratia quis poterit pervenire, aut favore populari: non enim quid populus velit, ſed quid euangelica diſciplina, perquiritur. Plebs tunc habet teſtimonium, quoties ad digni alicujus meritum reprehendens auram favoris impertit.

XI.

De eo qui avunculi ſui uxorem duxerit. Avunculi filium ducere non licet. quoniam ſimilis cauſa generando per gradus patris extranei ſeparatur atque purgatur: retro autem redire fas non eſt. Nam qui torum patris vel matris violare præſumpſerit, non hoc conjugium, ſed fornicatio nominatur. Quique tamen contra canones apoſtolicos facere uſurpaverit, privandus eſt ſacerdotio, ſi pertinax fuerit: ſin vero ſe correxerit, aboleatur quod præſumptum eſt, ut poſſit reconciliatus noſtrum habere conſortium.

XII.

De ordinationibus maxime obſervandum eſt, ut ſemper clerici fiant epiſcopi. Sic enim ſcriptum eſt: *Et hi primo probentur, & ſic miniſtrent.* Qui non probatur tempore præcedenti in minori officio miniſtraſſe, quomodo præponitur clero? Non eſt auditum, necdum tironem militum imperium ſuſcepiſſe. Is ergo debet fieri, quem ætas, tempus, meritum commendat, & vita. Aut quare apoſtolus neophytum prohibet, & cito manus alicui imponi non permittit?

1.Tim. 3.
1.Tim. 6.

XIII.

De his qui ab eccleſia ad eccleſiam tranſierunt, juſſi ſunt haberi quaſi relicta uxore ad alienam acceſſerint, quod impunitum eſſe non poſſit. Talem epiſcopum invaſorem pudoris alieni epiſcopatu privari juſſerunt.

XIV.

De clericis alienis a ſynodo frequenter eſt pertractatum atque firmatum, & ratio juſta conſtringit, clericos abjectos de eccleſia ab epiſcopo ſuo, nec laicam communionem accipere poſſe in aliena eccleſia. confirmatum manifeſtumque eſt, quando etiam innocens, ſine literis epiſcopi ſui, vel formata, in aliena eccleſia non poteſt miniſtrare. Si quis autem in injuriam ſacerdotis hoc facere præſumpſerit, & condemnatum clericum ſuſcipere vel promovere voluerit, ſciat ſe communicaſſe peccatis alienis, & incurriſſe ſententiam apoſtoli, qui ait reos eſſe non ſolum qui faciunt contra legem, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Unde dimittendum eſt conſcientiæ illius qui de ſuo clerico judicavit, ſciens quod de judicio ejus Deus ſit judicaturus in poſterum. Audi dominum dicentem: *Quæ enim vultis ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis.* Quid in injuriam fratris, & conſacerdotis armaris? Cum enim reus non ſolum ſuſcipitur clericus alienus, ſed etiam promovetur, injuſtus judicatur epiſcopus. Hoc quicumque facit, ſciat ſe a catholicorum ſocietate ſecluſum, & communionem ſedis apoſtolicæ non habere jam poſſe.

Rom. 1.
Matth. 7.

XV.

Illud præterea ſatis grave eſt, & contra epiſcopalem moderationem ſedis apoſtolicæ, ſuos fines excedere & ad alienam tendere regionem feſtinare, ordinationes celebrare præ ceteris, non metropolitanum epiſcopum permittere in ſua diœceſi, una cum vicinis epiſcopis, ſicut trecenti octodecim epiſcopi confirmarunt, tres vel eo amplius ſacerdotes, epiſcopum ordinare vel ſubrogare digniſſimum. Si quis certe fines alienæ poſſeſſionis invaſerit, reus violentiæ judicatur. Quid curritur? quid feſtinatur, ut regula eccleſiaſtica conculcetur? Leges humanæ tenentur, & divina præcepta contemnuntur: præſens gladius formidatur, & temporalis pœna; divina vero vindicta, quæ habet flammas gehennæ perpetuas, negligitur. Videritis quæ præſumptio fecerit. ex hoc ſi quis in aliena diœceſi auſus fuerit ordinationem facere, eamque præſumere, ſciat ſe de ſtatu ſuo poſſe periclitari, qui alienam eccleſiam invadere præſumpſerit. Non eſt ſæculare aliquid, non ſunt mundanæ promotiones: audiamus apoſtolum dicentem: *Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. teipſum caſtum cuſtodi.* Si legantur ſcripta, & timor divinus ſit in nobis, omnia ſcandala poterunt ſeparari, & unanimitas per omnes fratres placida plenaque caritate conſiſtere.

Conc. Nic. can. 4.
1. Tim

XVI.

Præterea etiam laici dicuntur a communione cognita cauſa ſecluſi, & ab alio epiſcopo clerici facti. Hoc jam ſuper omne malum eſt. Unde aut conventi corrigant, qui talia auſi ſunt facere, ita ut removeantur hi quibus indigne ordo collatus eſt, aut ad nos nomina eorum deferantur, ut ſciamus a quibus nos abſtinere debeamus.

Sciat ergo veſtra ſinceritas, quod ſi hæc omnia ſuo ordine prout certa ſunt obſerventur, nec Deus offenditur, nec ſchiſmata generantur, nec hæreſes exiſtunt, ſed dicent gentes, quoniam vere Deus in nobis eſt Chriſtus dominus noſter, qui vivit & regnat cum Patre, & cum Spiritu ſancto, in æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Canones.*] In codice Foſſatenſi dicitur, *Synodus Romanorum ad Gallos epiſcopos: & epiſtola ſynodi*, quia epiſtolæ in morem ſcripta eſt. In antiqua vero collectione codicis Pithœani, *Canones Romanorum* ſimpliciter appellantur. Hos ergo, quia quo tempore conditi fuerint exploratum non erat, in hunc interim locum rejiciẽdos cenſuimus. Antiquiſſimos prorſus eſſe tum exemplarium vetuſtas docet, tum ipſa maxime, quæ priſcis eccleſiæ ſæculis congruunt, decretorum argumenta confirmant. Et decretorum autem, & ſcriptionis forma non abhorret ab epiſtolis Innocentii papæ. Quare non inanis fortaſſe opinio fuerit, ſi quis horum auctorem illum fuiſſe conjiciat.

2 *Sed illius nomen facti.*] Legendum: *Sed epiſcopi nomini facti ſumma conceditur.* atque ita citatur hic locus in antiqua collectione Andegavenſi, quæ & paulo ante *remiſſionem peccatorum* legit, non *repromiſſionem.*

3 *Ius ſæculi exercuerunt, immunes.*] Eadem collectio: *Hujus ſæculi exercuerunt negotia, immunes*, &c. quod rectius videtur.

Sunt & alia in his canonibus non pauca, quæ emendatiorum codicum opem deſiderent. De his vero & illud admonendum, quod in capita ſexdecim diſtributi ſunt, noſtrum in ea re nos judicium ſecutos eſſe, cum in antiquis exemplaribus ſex tantum capitibus diſtinguantur, nec plures horum canonum æras, ſeu numeros, agnoſcant collectiones antiquæ. In Foſſatenſi ergo codice tituli ſex in hunc modum præfiguntur.

I. *De virgine quæ jam in Chriſto velata eſt, ſimiliter & quæ nondum velata eſt.* Primo in loco pudoris, &c.

II. *De eo quod ſacerdotes bonorum operum plebibus forma fiant: & de caſtitate, & continentia ſacerdotum: & eo qui ſæculo militaverit.* Maxime de ſacerdotibus, &c.

III. *De conſuetudine eccleſiæ Romanæ in clerum: & de eo quod catholicorum epiſcoporum una confeſſio, & una diſciplina eſſe debet.* Romana eccleſia hoc ſpecialiter cuſtodit, &c.

IV.

IV. *De sacramento baptismatis, & oleo exorcizato, & eo qui sororem uxoris suæ duxerit uxorem.* Paschæ tempore presbyter, *&c.*

V. *De his qui sæculi adepti sunt potestatem: de eo qui avunculi sui duxerit uxorem: de ordinatione clericorum: & de clericis alienis.* Eos præterea qui sæcularem adepti potestatem, *&c.*

VI. *Similiter de episcopo transgrediente proprios terminos: & de laicis excommunicatis, & ab alio episcopo clericis factis.* Illud præterea satis grave est.

[a] CONCIL. MILEVITANVM [b] I. GENERALE

SVB INNOCENTIO.

Kalendis Septembris [c] *anno Christi* 402. *habitum.*

ACTA illius Græce & Latine [a] extant infra in concilio Africano, quæ sic incipiunt: [d] *Gloriosissimis imperatoribus Arcadio & Honorio V. consulibus VI. Kalendas Septembris*; reliqua in dicto Africano concilio infra require.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Milevitanum.*] Sic dictum a Milevi, qui est Africæ propriæ locus, teste Abrahamo Ortelio in thesauro geographico. Milevitanæ regionis & civitatis meminit S. August. ep. 129. & 168. Unde liquide apparet errare eos, qui hoc concilium in Melita insula habitum scribunt.

In hac synodo post confirmata synodalia decreta, diversorum episcoporum causæ in medium adlatæ sunt. Cresconii Villaregiensis episcopi causam, ante omnes alias in judicium deductam esse, constat; sed quid in ea decretum ac constitutum fuerit, non apparet. Post hanc tractata fuit causa Quodvultdei Centuriensis episcopi, de qua illud a patribus definitum, quod canon hic, & sub titulo de judiciis in decretalium libro secundo editus habet. Tertio lectus est libellus Maximiani Vagiensis episcopi, qui cum ex Donatistarum schismate ad ecclesiam catholicam conversus non pacifice a populo reciperetur, bono pacis consulens, significabat se suæ sedi renuntiare; rogans etiam, ut ad bene consulendum paci ecclesiasticæ, alius in locum suum subrogetur. Causa igitur diligenter examinata, patres spontaneam & honorificam illius propter bonum pacis factam abdicationem admiserunt, atque fratrem ipsius Castorium, ad quem S. Augustini & Alypii literæ hoc anno cum laude Maximiani descriptæ extant, in ejus locum subrogarunt. Ad hanc synodum spectare videtur quod scribit S. Augustinus epist. 236. ad Xantippum de presbytero quodam, qui cum ob jejunii natalis domini violationem, officio suo per Augustinum merito privatus fuisset, ad synodum appellavit, suamque causam sex delegatis judicibus episcopis committi impetravit. Cum de primatu Numidiæ inter Xantippum Constantinæ, & Victorinum alterius civitatis in Numidia disceptatum esset, ut constat in præfatione concilii Carthaginensis VI. & 217. epist. Aug. ad Victorinum, in hoc concilio primatus Numidiæ Xantippo sedique Constantinæ adjudicatus fuit. Unde Justinianus imperator lib. 1. Cod. offic. præf. prætor. Afric. Constantinam civitatem primam sedem Numidiæ appellat. De hac synodo intelligendum est istud S. Aug. epist. 168. ad Eusebium, quanegat sui muneris esse, parricidium a filio quodam catholico ad Donatistas transfuga matri intentatum, ad Milevitanam synodum deferre: maxime cum res in aliena diœcesi gesta, ob imminens periculum, ad magistratum delata esset. Hæc ex Baron. ann. 402. num. 58. & sequentibus usque ad finem.

Anno Christi 402.

b *Primum.*] Sub Innocentio pontifice duo habita sunt concilia Milevi in Numidia: unum sub primatu Xantippi, Arcadio & Honorio V. consulibus, anno domini 402. qui est Innocentii I. primus: in quo post paucula decreta synodalia confirmata, Cresconii, Quodvultdei, Maximiani & Xantippi causæ tractatæ fuerunt. Alterum habitum est sub Silvano, Numidiæ primate, Theodosio VII. & Palladio consulibus, anno domini 416. qui est Innocentii 15. in quo unanimi consensu Pelagiana hæresis, tempore Milevitani primi necdum exorta, condemnata fuit. Librariorum vitio, vel potius collectorum incuria accidit, ut duo hæc Milevitana unum idemque concilium esse arbitrati, simul in unum conflaverint, & ex duobus unum fecerint. Causam erroris accepisse videntur; primum a loco ipso, quod scilicet utrumque Milevitanum diceretur. Secundo, quod utrumque generale concilium fuerit. Tertio, quod sub uno eodemque Romano pontifice Innocentio ambæ synodi collectæ esse noscantur. Denique quod utrique eadem præfatio, quæ hujus dumtaxat propria, & subreptitie in secundam translata est, præfixa habeatur. Baron. ann. 402. num. 54. & 55. Item 416. num. 2 & 3. &c.

Duo Milevitana cōcilia diverso tempore habita, librariorum vitio cōfusa fuerunt.

Qua ratione Milevitana concilia confundi contigerit?

c *Anno* 402.] Arcadio nimirum & Honorio V. consulibus, ut patet ex præfatiuncula concilii. Horum autem consulatus cum allegato anno Christi & primo Innocentii coincidit, ut ex fastis patet.

Quo tempore hoc concilium habitū sit.

d *Gloriosissimis imperatoribus.*] Hæc præfatiuncula hujus tantum concilii est. Eadem præfixa extat Milevitano II. sed usque ad illa verba, *Ideoque pariter*, &c. mendose, & librariorum aut collectorum errore, ut diximus. Nam tempore Milevitani secundi, Aurelius Carthaginensis eodem tempore celebrato præsidebat, ut infra dicemus.

Præfatiuncula huic concilio subreptitiè addita.

e *Arcadio & Honorio V. consulibus.*] In concilio Africano sub Cælestino, can. 52. omisso numero consulatus additur *viris clarissimis*: sed mendose & imperitorum librariorum errore. Nam ejusmodi nomenclatura ab imperatoribus abhorret, soletque tantum poni, ubi alii sub imperatore constituti nobilissimi viri, eadem consulatus dignitate donantur. Puto accidisse, quod loco harum duarum literarum V. C. quintum consulatum denotantes, illi *viris clarissimis* posuerint. Hoc concilium vere sub quinto consulatu Arcadii & Honorii celebratum esse, ex dicto Africano concilio exploratissime demonstratur. Nam cum quod præcedit superius concilium, Vincentio & Flabito consulibus, anno Christi 401. habitum fuisse reperiatur, quodque post hanc Milevitanam synodum ibidem subjungitur, sub consulibus ann. 403 celebratum fuerit, perspicue significatur concilium medio loco ibidem collocatum, hoc anno 402. sub V. consulatu Arcadii & Honorii coactum fuisse. Baronius anno prædicto num. 57.

[a] SYNODVS [b] AD QVERCVM HABITA, ANNO CCCCIII. IN CAVSA CHRYSOSTOMI.

Anno Christi 403.

ACTA [c] hujus synodi extant ex Photii bibliotheca apud Baronium, anno 403. num. 17. 18. 19. " ** Prætermissa a Binio levi admodum de causa, nos hic restituimus, ex editione GL. interprete R. P. Andrea Schotto S. I. num. seu codice 59.

ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ Ἰωάννου παρανόμως συστᾶσα.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ συνόδος τῆς παρανόμως κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου συγκροτηθείσης ἐν ᾗ ὑπῆρχον κατάρχοντες Θεόφιλός τε Ἀλεξανδρείας, Ἀκάκιος ὁ Βεῤῥοίας, Ἀντίοχος ὁ Πτολεμαΐδος, καὶ ὁ Σεβηριανὸς Γαβάλων, καὶ Κυρῖνος ὁ Καλχηδόνος· οἱ τὰ μάλιστα δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς τὸν ἄνδρα· οἱ ἅμα πάντα, καὶ κριταὶ καὶ

SYNODVS CONTRA S. IOANNEM CHRYSOSTOMVM ILLEGITIME congregata.

LECTVM est illigitime coactum adversus sanctum Ioannem Chrysostomum conciliabulum: cui præsides adfuerunt Theophilus Alexandriæ, Acacius Berrhœæ, Antiochus Ptolemaidis, Severianus Gabalorum & Cyrinus Calchedonis episcopi: qui infesto in illum animo cum essent, simul omnia & judices, & accusatores.

ANNO CHRISTI 403.

accusatores, & testes erant. Tredecim hæc actionibus peracta: duodecim quidem contra sanctum Chrysostomum, tertiadecima contra Heraclidem, quem Ephesiis ille ordinarat episcopum: hujus tamen depositionem validam reddere, aliis nonnullis prohibentibus, minime potuerunt. Heraclidæ accusator Macarius quidam nomine fuit, Magnetum episcopus; beati Ioannis vero palam hostis, primusque accusator, Ioannes ejus diaconus.

Accusat hic primo Chrysostomum actione illatæ sibi injuriæ; quod se ejecisset ob domesticum puerum Eulalium pulsatum. Alterum erat crimen, quod Ioannes quidam monachus, jubente Chrysostomo verberatus esset, ut ait, ac raptatus, ferreaque catena dæmoniacorum more adstrictus. Tertium quod pretiosarum rerum magnam vim divendidisset. Quartum crimen, quod marmora sanctæ Anastasiæ, quæ Nectarius illi ecclesiæ marmoribus ornandæ reliquerat, ipse vendidisset. Quintum, quod per contumeliam appellet clericos viles, corruptos, suis usibus sponte paratos, triobolaresque. Sextum, quod sanctum Epiphanium delirum & parvulum dæmonium appellarit. Septimum, quod Severiano calumniam struxisset incitatis contra eum decanis. Octavum, quod sycophantiis plenum librum in clerum conscripsit. Nonum, quod totius cleri habito conventu, tres diaconos citarit, Acacium, Edaphium, & Ioannem, & quasi humerale ipsius furati essent, accusarit, quærens, utrum & ad alium illud usum aliquem cepissent. Decimum, quod Antonium sepulcrorum violatorem convictum, episcopum ordinarit. Vndecimum, quod Ioannem comitem in tumultu militari ipse prodiderit. Duodecimum, quod neque incedens ad templum, neque ingrediens, Deum precatus sit. Decimumtertium, quod sine altari diaconorum & presbyterorum ordinationes fecerit. Decimumquartum, quod una ordinatione quatuor simul episcopos crearit. Decimumquintum, quod mulieres suscipiat, solus cum solis, aliis omnibus foras emissis. Decimumsextum, quod hereditatem a Thecla relictam, per Theodulum vendiderit. Decimumseptimnm, quod ecclesiæ reditus nemo noverit quo abeant. Decimumoctavum, quod Sarapionem accusatum, causamque etiam tum dicentem, presbyterum ordinarit. Decimumnonum, quod communicantes cum orbe universo, ipsius voluntate inclusos, & in custodia mortuos, contempserit, ut ne corpora quidem ipsorum sepulturæ mandanda curaret. Vicesimum, quod injuria sanctissimum Acacium affecerit, & ne ad colloquium quidem ipsum admiserit. Vicesimumprimum, quod Porphyrium presbyterum Eutropio, ut in exilium pelleret, tradiderit. Vicesimumsecundum, quod item Berenium sacerdotem contumeliis multis male acceptum dediderit. Vicesimumtertium, quod illi soli balneum succendatur, & ubi laverit, Sarapion claudat labrum, ita ut alius nemo lavet. Quartum & vicesimum, quod sine testibus multos ordinarit. Quintum & vicesimum, quod solus edat, intemperanter Cyclopum vitam degens. Vigesimumsextum, quod idem ipse accuset, idemque testis sit ac judex. Planum id esse ex illis, quæ cum Martyrio archidiacono, & cum Proæresio Lyciæ episcopo gesta referuntur, Vicesimumseptimum, quod pu-

A κατήγοροι καὶ μάρτυρες ἦσαν. ἐν ὑπομνήμασι δὲ αὐτὰ ἐπεράχθη δέκα πρὸς τοῖς τρισίν· ἀλλὰ τὰ μὲν δύο καὶ δέκα, κατὰ τοῦ ἁγίου, τὸ δὲ τρεῖς καὶ δέκατον περιέχει τὰ κατὰ Ἡρακλείδου, τοῦ εἰς Ἔφεσον ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντος, ὅπερ οὐδὲ τὴν καθαίρεσιν ἴσχυσαν τελειῶσαι ἑτέρων τινῶν κωλυσάντων· ὁ δὲ κατήγορος Ἡρακλείδου, τῆς Μαγνητῶν πόλεως ἐπίσκοπος ἦν ὀνόματι Μακάριος. ὁ δὲ τοῦ Μακαρίου Ἰωάννου προφανὴς ἐχθρὸς καὶ πρῶτος κατήγορος, Ἰωάννης ὁ διάκονος αὐτοῦ ἦν. Κατηγόρει δὲ τοῦ Χρυσοστόμου, ὅτι τε αὐτὸν ἠδίκησεν, ἀφορίσας αὐτὸν, διότι τὸν οἰκεῖον παῖδα Εὐλάλιον ἔτυψε. δεύτερον δὲ, ὅτι B Ἰωάννης τις μοναχὸς ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ Χρυσοστόμου ἐτυπτήθη, ὥς φησι, καὶ ἐσύρη, καὶ μετὰ τῶν δαιμονώντων ἐσιδηροφόρησε. τρίτον, ὅτι τῶν κειμηλίων πλῆθος πολὺ διέπρασε. τέταρτον, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς ἐκκλησίας ἀπέθετο, * οὗτος διέπραξε. πέμπτον, ὅτι τοὺς κληρικοὺς ἀτίμους καὶ διεφθαρμένους καὶ *αὐτοπροχείρους καὶ τριοβολιμαίους ὑβρίζει. ἕκτον, ὅτι τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, λῆρον * ἀπεκάλει καὶ δαιμονιάριον· ἕβδομον, ὅτι κατὰ Σευηριανοῦ συσκευὴν ἐποιήσατο κινήσας κατ' αὐτοῦ τοὺς δεκανούς. ὄγδοον, ὅτι καὶ κατὰ τοῦ κλήρου συκοφαντικὸν βι-C βλίον κατεσκεύασεν. ἔννατον, ὅτι συγκροτήσας συνέδριον παντὸς τοῦ κλήρου, ἔστησε τρεῖς διακόνους, Ἀκάκιον, Ἐδάφιον, Ἰωάννην, κατηγορήσας ὡς τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ κλέψαντας, λέγων, μὴ καὶ εἰς ἄλλο τι αὐτὸ ἔλαβον. δέκατον, ὅτι Ἀντώνιον ἐλεγχθέντα τυμβωρύχον ἐχειροτόνησεν ἐπίσκοπον. ἑνδέκατον, ὅτι Ἰωάννην τὸν κόμητα ἐν τῇ στάσει τῶν στρατιωτῶν αὐτὸς κατεμήνυσεν. δωδέκατον, ὅτι οὔτε προϊὼν ηὔξατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὔτε εἰσιών. τρισκαιδέκατον, ὅτι ἄνευ θυσιαστηρίου χειροτονίας διακόνων καὶ πρεσβυτέρων ἐποίησε. τεσσαρεσκαιδέκατον, ὅτι ἐν μιᾷ χειροτονίᾳ τέσσαρας ἐπισκό-D πους ἐποίησε. πεντεκαιδέκατον, ὅτι δέχεται γυναῖκας *μόνας πρὸς μόνας πάντας ἐκβαλὼν ἔξω. ἑξκαιδέκατον, ὅτι τὴν κληρονομίαν τὴν ἀπὸ Θέκλας καταλειφθεῖσαν, πέπρακε διὰ Θεοδούλου. ἑπτακαιδέκατον, ὅτι τὰ πρόσοδα τῆς ἐκκλησίας, οὐδεὶς οἶδε, ποῦ ἀπῆλθεν. ὀκτωκαιδέκατον, ὅτι Σαραπίωνα, ὑπὸ ἔγκλημα ὄντα, πρεσβύτερον ἐχειροτόνησεν. ἐννεακαιδέκατον, ὅτι τοὺς κοινωνικοὺς τῆς οἰκουμένης, κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἐγκλεισθέντας, καὶ τελευτήσαντας ἐν τῇ φυλακῇ ὑπερεῖδε, καὶ οὐδὲ τὰ σκηνώματα αὐτῶν προπέμψαι *ἠξίωσεν. εἰκοστὸν, ὅτι τὸν ἁγιώτατον Ἀκάκιον ὕβρισε, καὶ οὔτε λόγου μετέδωκεν E αὐτῷ. εἰκοστὸν πρῶτον, ὅτι Πορφύριον τὸν πρεσβύτερον παρέδωκεν Εὐτροπίῳ ἐξορισθῆναι. εἰκοστὸν δεύτερον, ὅτι καὶ *Βερένιον πρεσβύτερον παρέδωκε μεθ' ὕβρεως πολλῆς· εἰκοστὸν τρίτον, ὅτι αὐτῷ μόνῳ λουτρὸν ὑποκαίεται καὶ μετὰ τὸ λούσασθαι αὐτὸν Σαραπίων * ἀπολύει τὴν ἔμβασιν, ὥστε ἄλλον τινὰ μὴ λούεσθαι. εἰκοστὸν τέταρτον, ὅτι πολλοὺς ἀμαρτύρως ἐχειροτόνησεν. εἰκοστὸν πέμπτον, ὅτι μόνος ἐσθίει, ἀσώτως ζῶν Κυκλώπων βίον. εἰκοστὸν ἕκτον, ὅτι αὐτὸς κατηγορεῖ, αὐτὸς μαρτυρεῖ, αὐτὸς ἀποφαίνεται. καὶ δῆλον ἐκ τῶν περὶ Μαρτύριον τὸν πρωτοδιάκονον, καὶ ἐκ τῶν περὶ Προαιρέσιόν φασι, τὸν Λυκίας ἐπίσκοπον. εἰκοστὸν ἕβδομον, ὅτι γυμνὸν

ANNO CHRISTI 403.

* al. αὐ[...]
* al. αὐ[...] ἐκκλησ[...]
* al. [...]
* al. πρὸς μ[...]
* al. [...]ξίωσεν
* al. [...]ειον.
* al. ἀπ[...]γει.

θον ἔδωκε Μέμνονι ἐν τοῖς ἀποστόλοις· καὶ ῥέοντος τοῦ αἵματος ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, προσήνεγκε τὰ μυστήρια. εἰκοστὸν ὄγδοον, ὅτι ἐν θρόνῳ ἀποδύεται καὶ ἐνδύεται καὶ * παστίλλον τρώγει. εἰκοστὸν ἔννατον, ὅτι καὶ χρήματα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονουμένοις ἐπισκόποις δίδωσιν, ἵνα δι' αὐτῶν καταπονῇ τοῦ κλήρου.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τοῦ ἁγίου κεφάλαια, ταῦτα. ἐκεῖνος δὲ τέταρτον προσκληθεὶς, οὐ παρεγένετο· δηλοποιήσας τοῖς προσκαλουμένοις, ὅτι εἰς τοὺς προφανεῖς ἐχθροὺς ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν κρινόντων παραστέλλετε, ἕτοιμός εἰμι καὶ παραγενέσθαι καὶ ἀπολογεῖσθαι, εἴ τις τί μου κατηγορεῖ. εἰ δὲ τοῦτο ποιεῖν οὐ βούλεσθε, ὁσάκις ἂν ἀποστείλητε, οὐδὲν πλέον ἀνυσθήσεται. ἐζήτησαν δὲ, ὡς ἐνόμισαν, ἐκ τῶν κεφαλαίων τούτων τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον.

Εἶτα ἤρξαντο περὶ Ηρακλείδου καὶ Παλλαδίου τοῦ Ελενουπόλεως τῶν ἐπισκόπων ἐξετάζειν· καὶ ἀπέδωκε λίβελλον πάλιν ὁ μοναχὸς Ιωάννης. οὗ ὁ διάκονος Ιωάννης ἐν ταῖς κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου κατηγορίαις ἐμνήσθη, ἐγκαλῶν κατὰ Ηρακλείδου· ὅτι Ωριγενιαστής ἐστι, καὶ ὅτι κλέπτης ἐφωράθη ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, ἱμάτια τοῦ διακόνου Ακυλίνου κλέπτων· καὶ ὅτι αὐτόν, φησιν, ὁ ἐπίσκοπος Ιωάννης τοιοῦτον ὄντα, εἰς Εφεσον ἐχειροτόνησεν. * ἐγκαλεῖ δὲ καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Χρυσοστόμου, ὡς πολλὰ κακὰ παθὼν χάριν τῶν Ωριγενιαστῶν, διὰ Σαραπίωνος, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου ἀπέστειλεν. εἶτα τούτων ἐξετασθέντων, ἐξητάσθη πάλιν τὸ ἔννατον κεφάλαιον τῶν ἐγκλημάτων. εἶτα τὸ κζ'.

Εἶτα πάλιν κατηγόρησεν Ισαάκιος ἐπίσκοπος τοῦ Ηρακλείδου, ὡς Ωριγενιαστοῦ, καὶ ὡς μὴ * παραδεχθέντος Επιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ, μήτε εἰς εὐχὴν, μήτε εἰς συνεστίασιν. ἀπέδωκε δὲ ὁ αὐτὸς Ισαάκιος καὶ λίβελλον κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου, περιέχοντα ταῦτα. πρῶτον περὶ τοῦ πολλάκις μνημονευθέντος Ιωάννου τοῦ μοναχοῦ, ὅτι ἐδάρη διὰ τοὺς Ωριγενιαστὰς, καὶ ὅτι σιδηροφόρησε. δεύτερον, ὅτι ὁ μακάριος Επιφάνιος διὰ τοὺς Ωριγενιαστὰς, Αμμώνιον, Εὐθύμιον, Εὐσέβιον καὶ Ηρακλείδην, καὶ Παλλάδιον, οὐκ ἠθέλησε κοινωνῆσαι. τρίτον, ὅτι τὴν φιλοξενίαν ἀθετεῖ, μονοσιτίαν ἐπιτηδεύων. τέταρτον, ὅτι ἔσω ἐκκλησίας λέγει τράπεζαν ἐριννύων πεπληρωμένην. πέμπτον, ὅτι καυχᾶται ἐπ' * ἐκκλησίᾳ λέγων· ἐρῶ, μαίνομαι. ἕκτον, ὅτι ὀφείλει ἑρμηνεῦσαι, τίνες εἰσὶν ἐριννύες; καὶ τί ἐστι τὸ λέγειν· ἐρῶ, μαίνομαι. ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ οἶδε ταῦτα. ἕβδομον, ὅτι ἄδειαν παρέχει τοῖς ἁμαρτάνουσι, διδάσκων· ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃς, πάλιν μετανόησον, καὶ ὁσάκις ἂν ἁμαρτάνῃς, ἐλθὲ πρός με, καὶ ἐγώ σε θεραπεύσω. ὄγδοον, ὅτι βλασφημεῖ ἔσω ἐκκλησίας, λέγων· ὅτι ὁ Χριστὸς προσευξάμενος οὐκ εἰσηκούσθη, ἐπεὶ μὴ δεόντως προσηύξατο. ἔννατον, ὅτι τοῖς λαοῖς ὑποβάλλει στασιάζειν καὶ κατὰ τῆς συνόδου. δέκατον, ὅτι Ελληνας πολλὰ κακὰ τοῖς Χριστιανοῖς διαθεμένους ὑπεδέξατο, καὶ ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ προΐσταται αὐτῶν. ἑνδέκατον, ὅτι ἐπιβαίνει ἀλλοτρίαις ἐπαρχίαις. καὶ χειροτονεῖ ἐπισκόπους. δωδέκατον, ὅτι ὑβρίζει τοὺς ἐπισκόπους, καὶ ἐκπιστάτους κελεύει ἐκβληθῆναι τῆς οἰκίας αὐτοῦ. τεσσαρεσκαιδέκατον, ὅτι τοὺς κλη-

A gno contuderit Memnonem in apostolorum sacra æde, & sanguine ex ore ipsius manante, nihilominus eucharistiæ obtulerit mysteria. Vicesimumoctavum, quod in throno exuitur & induitur*, & pastillum edit. Vicesimumnonum, quod episcopis a se ordinatis pecunias largiatur, ut per illos laboribus clerum opprimat.

Hæc accusationis in sanctum virum capita sunt: qui quidem quartum appellatus non comparuit, citantibus respondens: Si apertos hostes judicum ordine submoveritis, præsto, inquit, sum, meque sistam; ut si quis me accusarit, causam dicam, sin id facere detrectaveritis, quoties citabitis nihil proficietis. B Examinarunt itaque, ut putabant, horum omnium caput primum ac secundum.

Hinc cœperunt in Heraclidem & Palladium Helenopolis, episcopos ambos, conquirere: & Ioannes monachus (cujus Ioannes diaconus in suis beati Chrysostomi accusationibus meminerat) libellum itidem porrexit, accusans Heraclidem quod Origenista esset, ut Cæsareæ Palæstinæ in furto deprehensus fuisset, Aquilini diaconi vestimenta furatus; & quamvis talis esset, inquit, Ioannes episcopus Ephesiorum eum episcopum C ordinavit. Accusat præterea ipsum Chrysostomum, quod multa Origenistarum causa adversa passus sit a Sarapione, quodque hunc ille a se miserit. Horum itaque cognitione peracta, inquisitum deinceps est, in caput nonum accusationum, mox in vicesimumseptimum.

Postea rursum Isaacius episcopus Heraclidem accusat ut Origenistam, minimeque susceptum a sanctissimo Epiphanio, neque in precationis, neque in ciborum communionem. Protulit & idem Isaacius libellum contra Chrysostomum, hæc fere continentem. Primum, de Ioanne monacho sæpius jam nominato, D quod propter Origenistas vapulasset & ferro vinctus fuisset. Secundum, quod beatus Epiphanius propter hos Origenistas, Ammonium, Euthymium, Eusebium, Heraclidem & Palladium, communicare cum illo noluisset. Tertium, quod hospitalitatem, solus quotidie cibum capiens, desereret. Quartum, quod in ecclesia dicat, mensam esse furiarum plenam. Quintum, quod in ecclesia se ita jactet; Depereo, insanio. Sextum, oportuisse illum interpretari, quænam illæ furiæ essent, & quid sit, depereo, insanio: has enim ecclesia voces ignorat. Septimum, quod licentiam peccantibus præbeat, sic docens: si iterum peccasti, pœniteat iterum: E & quoties peccaveris, veni ad me, ego te sanabo. Octavum, quod in ecclesia docens blasphemet, Christum orantem ideo non esse auditum, quod non ut oportet, orasset. Nonum, quod ad seditionem populum concitaret, etiam adversus synodum. Decimum, quod ex gentibus, quosdam, qui Christianos valde afflixissent, suscepisset & in ecclesia haberet, atque defenderet. Vndecimum, quod aliorum invadat provincias, ordinetque ibidem episcopos. Duodecimum, quod episcopos injuria afficiat, & ἐκπιστάτους domo sua pelli jubeat. Decimumtertium, quod cle-

ANNO CHRISTI 403.

ricos inuſitatis injuriis contumeliiſque affecerit. Decimumquartum, quod aliorum depoſita vi rapuerit. Decimumquintum, quod ſine conventu, præterque cleri mentem, ordinet. Decimumſextum, quod Origeniſtas receperit: communicantes vero cum eccleſia monachos, etſi commendatitias literas adferrent, in carcerem conjectos non dimiſerit: quin & in eo morientes, ne inviſerit quidem. Decimumſeptimum, quod aliena mancipia nondum manumiſſa, immo & accuſata, epiſcopos ordinarit. Decimumoctavum, quod ipſum hunc Iſaacium male ſæpe mulctarit.

Harum accuſationum primum caput, quod id antea (ut rebantur) examinatum eſſet, excutere noluerunt, at in ſecundum & ſeptimum inquiſitum. Mox tertium quoque accuſationis a Ioanne diacono factæ caput examinatur. In eo capite Arſacius archipresbyter qui ipſi Chryſoſtomo ſucceſſit, & Atticus presbyter, neſcio quomodo teſtes adhibiti contra beatum Chryſoſtomum, teſtimonium dixerunt, ut & Elpidius presbyter. Iidem, & cum ipſis etiam Acacius presbyter, in quartum criminationis caput teſtati ſunt. Poſtquam ita excuſſa fuere hæc, prædicti presbyteri, ac præter eos Eudæmon & Oneſimus, ſententiam accelerari poſtularunt. Itaque ſynodi præſes Paulus Heracleæ epiſcopus, omnes ſententiam dicere voluit, ſtatutumque ut ipſis viſum, beatum virum ſede pellendum, incipiente Gymnaſio epiſcopo, & finiente Theophilo Alexandrino, numero omnes quinque & quadraginta. Poſt miſſa eſt ad clerum Conſtantinopolitanum, tanquam e ſynodo, epiſtola de Chryſoſtomi e throno dejectione. Relatio quoque ad imperatores facta. Ad hæc tres oblati libelli a Gerontio, Fauſtino, & Eugnomonio, qui ſe injuſte a Ioanne epiſcopatu motos querebantur. Imperatorum viciſſim ad ſynodum miſſum eſt reſcriptum. Atque in his fere duodecima actio conſumitur. Nam decimatertia, uti diximus, ea continet quæ ad Heraclidem Epheſi epiſcopum pertinebant.

A ρικοὺς ξέναις ὕβρεσιν ὑβρίζει. τεσσαρεσκαιδέκατον ὅτι παραθήκας ἀλλοτρίας ἥρπασε βίᾳ· ιδʹ. ὅτι ἄνευ συνεδρίου καὶ παρὰ γνώμην τοῦ κλήρου ποιεῖ τὰς χειροτονίας. πέντε καὶ δέκατον, ὅτι τοὺς μὲν Ὠριγενιαστὰς *ἐδέξατο, τοὺς δὲ κοινωνικοὺς τῆς ἐκκλησίας, μετὰ συστατικῶν ἐλθόντας γραμμάτων, καὶ ἐν τῇ φυλακῇ βληθέντας οὐκ ἐξείλετο· ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντας ἐν αὐτῇ *οὐκ ἐπεσκέψατο· ἑκκαιδέκατον, ὅτι δούλους ἀλλοτρίους μήπω ἐλευθερωθέντας, ἀλλὰ καὶ διαβεβλημένους, ἐχειροτόνησεν ἐπισκόπους. ἑπτακαιδέκατον, ὅτι αὐτὸν τοῦτον Ἰσαάκιον, πολλὰ παρ' αὐτοῦ συνέβη κακωθῆναι.

Τούτων οὖν τῶν κατηγοριῶν τὸ μὲν πρῶτον, B ἅτε δὴ προεξετασθὲν, ὡς ἐνόμιζον, οὐκ ἔτι ἐξητάσθη· τὸ δὲ δεύτερον ἐξητάσθη καὶ τὸ ἕβδομον. εἶτα ἐξητάσθη πάλιν τὸ τρίτον ἐγκλημάτων ὑπὸ τοῦ διακόνου Ἰωάννου ἐπιδοθέντων. ἐν τούτῳ δὲ τῷ κεφαλαίῳ καὶ Ἀρσάκιος ὁ πρωτοπρεσβύτερος, ὁ αὐτὸν τὸν Χρυσόστομον διαδεξάμενος, καὶ Ἀττικὸς ὁ πρεσβύτερος, οὐκ οἶδ' ὅπως μάρτυρες ἔστησαν, καὶ τοῦ ἁγίου κατεμαρτύρησαν: καὶ Ἐλπίδιος δὲ ὁ πρεσβύτερος. οἱ αὐτοὶ δὲ κατεμαρτύρησαν, καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἀκάκιος ἐπὶ τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ. τούτων οὖν ἐξετασθέντων, αὐτοί τε οἱ προειρημένοι πρεσβύτεροι, καὶ Εὐ- C δαίμων ἔτι καὶ Ὀνήσιμος, ᾐτοῦντο ἐπιταχῦναι τῇ ἀποφάσει. καὶ πρῶτος τῆς συνόδου Παῦλος ὁ Ἡρακλείας, ἠξίωσεν ἅπαντας ἀποφήνασθαι. καὶ ἀπεφήναντο τὴν τοῦ ἁγίου, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, καθαίρεσιν, ἀρξαμένου Γυμνασίου ἐπισκόπου, καὶ τελευτήσαντος Θεοφίλου τοῦ Ἀλεξανδρείας. οἱ πάντες τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα πέντε. εἶτα ἐγράφη τῷ κλήρῳ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς δῆθεν ἀπὸ συνόδου, περὶ τῆς τοῦ ἁγίου καθαιρέσεως· ἀνηνέχθη καὶ τοῖς *βασιλεῦσι. ἐπεδόθησαν ἔτι καὶ λίβελλοι τρεῖς, παρὰ Γεροντίου, παρὰ Φαυστίνου, παρὰ Εὐγνωμονίου, οἳ ἔλεγον ἑαυτοὺς ἀδίκως ὑπὸ Ἰωάννου καθῃρῆσθαι. ἐγένετο καὶ ἀντιγραφὴ βασιλικὴ πρὸς τὴν σύνοδον· ἐν οἷς καὶ δωδεκάτη πρᾶξις. ἡ δὲ τρισκαιδεκάτη, ὡς ἐρρέθη, ἔχει τὰ περὶ Ἡρακλείδην τὸν Ἐφέσου ἐπίσκοπον.

* al. ὑ- ξάτο.

* al. οὐ- λας.

* al. -λεῦσι.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa concilii.

a *Synodus.*] Cauſa habitæ ſynodi hæc eſt: Theophilus ad dicendum cauſam de criminibus illi ab Origeniſtis impoſitis Conſtantinopolim evocatus cunctanter venit: verum in itinere collegit epiſcopos, quibus ad Chryſoſtomi depoſitionem abuteretur; propterea quod Chryſoſtomus Origeniſtarum fautor eſſe videretur. Cum igitur perveniſſet Conſtantinopolim in ſuburbio per tres hebdomadas ſubſiſtens, ex reo ſubito factus actor & judex, conſilio ſuo patefacto, omnes variis de cauſis Chryſoſtomo infenſos epiſcopos, clericos, monachos, viros, feminas, ipſam quoque imperatricem Eudoxiam excitat ad accuſationes in eum intendendas, quas ipſe in ſynodo dijudicandas ſuſcepit. Facta citatione Chryſoſtomi, quadraginta epiſcopi Conſtantinopoli congregati, ejus nomine reſponderunt: *Ne ſolvas*, inquiunt, *Nicæni concilii canones, cauſaſque citra tuos terminos ne cognoſcas, ipſe potius tranſi ad nos in bene inſtitutam civitatem, qui plures ſumus ex diverſis provinciis, in quibus & ſeptem metropolitæ; & vos triginta ſex tantum ex una provincia: habemus enim contra te libellos capitum 70. apertas & nefarias actiones continentes*, &c. Ipſe vero Ioannes Chryſoſtomus reſpondit: *Abjicite de medio veſtrum apertos inimicos meos, & de loco non contendam, in quo oportet me judicari.* Cum quarto citatus, quarto ſic reſpondiſſet, ad extremum ad ſynodum œcumenicam provocavit. At illi nulla habita ratione appellationis, ſententiam depoſitionis in eum tulerunt, relationemque ad imperatorem miſerunt. *Quoniam accuſatus*, inquiunt, *Ioannes quorumdam criminum, conſciuſque ad ea diluenda accurrere noluit: hu-* D *juſmodi vero deponunt leges, id quod & paſſus eſt. Continent autem libelli & læſæ majeſtatis crimen. Iubeat hunc pietas veſtra expelli, vel invitum, daturum tanti criminis pœnas: nobis enim iſta non licet inquirere.* Miſſo igitur tertio die poſt abdicationem cum militibus comite, circa veſperum, ne tumultus fieret, ſe ad navim perducendum præbuit. Abductione ejus cognita, magna populi ſeditio concitatur, ut etiam alieniores ab eo ad innocentis ejecti commiſerationem commoverentur. Qua cauſa, & quod terræmotus ea nocte factus terrorem imperatrici incuſſiſſet, pluribus nuntiis uno poſt alium miſſis imperator eum revocat, & magno populi applauſu excipitur. Reſtitutus petit ab imperatore ſuam cauſam in legitima ſynodo tractari; quam Theophilus futuram timens, cum ſuis fugam arripuit; per literas imperatoris vocatus, prætexens plebis furorem, ejuſque ti- E morem, venire contempſit. Hæc ex Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Palladio, & maxime ex epiſtola ipſiuſmet Chryſoſtomi ad Innocentium. Baronius ann. 403. num. 1. uſque ad 32. incluſive

Theophilus Chryſoſtomo litem movet.

Chryſoſt. citatur a Theophilo ad judiciũ.

Chryſoſt. declinat judicium ſuſpectum.

Chryſoſt. epiſcopatu abdicatur, & urbe expellitur.

b *Ad Quercum habita.*] Locus ſynodi ad Quercum dictus fuit ſuburbium Calchedonis, quod a Rufino conſulari jam cognomen habet, & dicitur Rufini ſuburbium, in quo & regia eſt & ampla eccleſia, quam ipſe Rufinus in honorem apoſtolorum Petri & Pauli extruxit, & apoſtolæum ex his appellavit. Hunc locum epiſcopi adverſarii conſulto delegerunt, ne ſcilicet vim populi ſuo paſtori addictiſſimi experirentur. Hæc ex Pall. & Sozom. Baronius, prædicto loco.

c *Acta*, &c.] Extant apud Photium in bibliotheca a Frederico Metio tranſlata". Sed cum in his deſiderentur qu[æ]- ca

ea quæ ipsemet Chrysostomus epistol. ad Cyriacum A episcopum sibi ab illis objecta scribit; nimirum quod non jejunis eucharistiam porrexisset, quodque cum muliere dormisset; eorumque etiam, quæ a Sozomeno libro octavo capite decimo octavo recensentur, nulla plane mentio fiat legitima sintne hæc acta, an potius post obitum Chrysostomi conficta, dubitari potest. Baronius num. 17. & 20.

EADEM CONSTANTINOPOLIT.

SYNODVS CONTRA S. IOANNEM CHRYS.

Ex libello synodico.

ΝΕΚΤΑΡΙΟΥ δὲ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς τὸν θρόνον θείῳ νεύματι ἐκληρώσατο πρεσβύτερος Ἀντιοχείας Συρίας, Ἰωάννης ὁ μέγας Χρυσόστομος· καθ᾽ οὗ διαβολαὶ παρὰ τῶν κρατούντων οὐχ ἥκιστα καὶ φθονούντων, οὐχ αἱ τυχοῦσαι γενόμεναι, συνέδριον πονηρὸν τριάκοντα καὶ τριῶν ἐπισκόπων συνέστησαν, καὶ ὑπόδικον ἐξορίᾳ κατέκριναν.

NECTARII autem archiepiscopalem thronum, divina voluntate sortitus est presbyter Antiochiæ Syriæ, Ioannes magnus ille Chrysostomus: contra quem calumniæ ab iis, qui haud parum poterant, eique invidebant, C nec vulgares exortæ, pravo conventiculo triginta & trium episcoporum occasionem dederunt: a quibus & exilio multatus est.

ADDITVR ET ALIA CP. PRO S. IOANNE CHRYSOSTOMO IBIDEM.

ΑΛΛ᾽ οὐ μετὰ πολὺ, τὴν βασιλίδα Κωνσταντινούπολιν τῆς ἀληθείας πρόμαχος ἑξήκοντα ἐπισκόπων κατέλαβε σύνοδος· καὶ τὸν ἅγιον συκοφαντηθέντα Χρυσόστομον, τῷ αὐτοῦ θρόνῳ ἀποκατέστησε. Καὶ πάλιν ἀδικηθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς Κομανικῆς ἐξορίας ἀναδραμόντα πρὸς τὰ οὐράνια, Ἀρσάκιος διαδέχεται· Ἀττικὸς, ἐκεῖνον· & τοῦτον, Σισίννιος. D

VERVM haud ita multo post, regiam Constantinopolim synodus alia veritatis patrona sexaginta patrum conveniens, beatum Chrysostomum, per fraudem dejectum, suo throno restituit. Cum autem iterum per injuriam expulsus, & a Comanico exilio in cælum remeasset, Arsenius ei successit: huic, Atticus: & huic, Sisinnius.

[a]CONCIL. AFRICANVM I. [b]GENERALE

SVB INNOCENTIO

De reconciliandis Donatistis,

Celebratum Carthagine, anno 403. VIII. Kalendas Septembris.

ACTA illius Græce & Latine extant" infra in concilio Africano, Incipiunt sic. *Gloriosissimis imperatore Theodosio Augusto & Rumorido viris clarissimis consulibus* VIII. *Kalendas Septembris*, &c.

pag.

NOTÆ SEVERINI BINII.

ANNO CHRISTI 403.

a *Concilium.*] Præcedente concilio Africano inter alia decreta fuit legatio ad Romanum pontificem pro assequenda indulgentia, qua Donatistis ad ecclesiam catholicam liceret retinere eamdem dignitatem, quam apud suos accepissent: legati itaque Roma reversi, in hoc concilio, coram omnibus Carthagine significarunt, quæ ab ipso Romano pontifice Anastasio obtinuissent: quod Aurelius in præfatione insinuare videtur his verbis. *Iamdudum enim*, &c. Pro reconciliandis Donatistis decretum, debere unumquemque in sua civitate Donatistarum præpositos convenire, unumque collegam sibi vicinum adjungere, propterea quod (teste Augustino contra Cresconium lib. 3. cap. 45.) Donatistæ laici ab episcopis catholicis conventi responderent, de fide cum episcopis suis B agi debere, seque nostram collationem vehementer optare. Forma conventionis certa præscripta est, & publicata canone 59. qua Donatistas catholici convenire deberent. Sed quæ hæc subsecuta fuerint, Augustinus prædicto loco subdit his verbis; *Factum est, conventi sunt, recusarunt: quibus verbis, quo dolo, maledictione, amaritudine plenis, nunc longum est demonstrare.* Extat conventio duorum, Augustini, Proculianum Hipponensem episcopum Donatistarum, & Possidii, Crispinum Calamensem convenientis. Sed quo illi supercilio & superbia responderint, dici non potest. Non contenti verbis, atrocibus & minacibus egisse, Crispinus quidem Possidio insidias per suos tetendit: post aperte insecutus, obsedit, lapidationem fecit, ignem domui injecit, expugnavit, episcopum contumeliis affecit. Ex his quid alii fecerint, conjici potest. Vide Baronium anno 403. num. 35. 37. & seqq.

Causa concilii.

Decretum concilii.

Forma collationis cũ hæreticis præscripta.

b *Generale.*] Sic dictum, quod ex omnibus Africæ provinciis legationes in eo adfuerint, nimirum ex provincia Byzacena, Mauritania Sitiphensi, & Mauritania Cæsariensi. Ex Numidia vero legati nequaquam mitti potuerunt, ob tumultuantes tirones; ut constat ex verbis Alypii eos excusantis. Baron. num. 35.

Cur generale concilium appelletur.

Tumultu tironum.] Tirones in Africa desertores militiæ facti, more prædonum longe lateque grassati sunt; adeo ut imperator quatuor rescriptis ad Hadrianum præfectum prætorii hoc anno datis, eos compescere debuerit.

Convenimus vos, &c.] Hæc est illa forma conventionis singulis præscripta, qua quid Donatistarum præfectos conventuri, principio conventionis dicere ac facere deberent, decernitur.

[a]CONCIL. AFRICANVM II.

ANNO CHRISTI 404.

SVB INNOCENTIO

Anno 404. VI. Kalendas Iulias habitum Carthagine, in quo contra Donatistas ad Honorium imperatorem legatio decreta fuit.

EXTAT Græce & Latine" infra in concilio Africano. Initium illius tale est: *Gloriosissimo imperatore Honorio Augusto sextum consule*, &c.

"supra pag. 1108. D.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Anno 404. Carthagine celebratum est concilium hanc ob causam: Donatistæ ad pacem & concordiam amice invitati, fraternam communio- E nem non tantum contempserunt: verum etiam convenientes se episcopos catholicos, ut supra dixi, armata manu exagitarunt. Vt huic itaque malo remedium quæreretur, decreta est legatio ad Honorium imperatorem, ut is sua auctoritate interposita Donatistarum furorem coerceat & compescat. Legatis in synodo designatis, in scriptis data est admonitio, quæ commonitorium dicitur, actisque insertum infra ponitur, unde quid agendum foret cognoscerent. Vt securitati catholicorum interea temporis consulerent, judices ad sui patrocinium per literas solicitarunt. Legatis commendatitias ad Romanos, aliosque episcopos illius loci, ubi imperator moraretur, scriptas, addiderunt. Baronius anno 404. numero centesimo vigesimo tertio.

Decreta legatio ad imperatorem curã

ANNO CHRISTI 405.

[a] CONCIL. AFRICANVM III.

SVB INNOCENTIO.

Anno 405.

"supra pag. 1111. B.

EXTAT Græce & Latine " infra in concilio Africano incipit sic: *Stilicone iterum & Anthemio viris clarissimis consulibus*, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

Donatistarum coercitio quæ, qualis, cujusve utilitatis.

a *Concilium.*] Antequam legati a præcedente Africano concilio deputati, imperatorem convenissent, privatæ episcoporum, & inter alias Maximiani Baiaiensis episcopi querelæ præcucurrerant. Vt ergo Donatistarum furor B & sævitia coerceretur, Honorius imperator diversas sanctiones adjecit, quibus mulctam aurariam decem librarum iisdem persolvendam imposuit: testamento aut donatione aliquid accipere prohibuit, emptionis & venditionis contractu interdixit, ac demum recusantes redire ad unitatem ecclesiæ relegari mandavit. Harum legum severitate & timore plurimi ad ecclesiam reversi fuerunt: idque magno totius Africanæ ecclesiæ gaudio. August. ep. 48. 50. & 68. Quam ob causam Stilicone secundum & Anthemio consulibus, anno nimirum Christi 405. Innocentii 4. Carthagine convenientes, nihil aliud decreverunt, quam ut per legationem ad comitatum ablegatam, imperatori de illis, qui relicto schismate ad catholicam ecclesiam rediissent, gratiæ agerentur. Vide Baron. anno 405. num. 34.

Decreta legatio, quæ imperatori gratias ageret.

TOLETANA SYNODVS

SVB INNOCENTIO.

C

HÆC est illa synodus Toletana, in qua de ordinationibus perperam factis actum, & ad quam Innocentius epist. 23. supra extantem scripsit. Hanc ab illa priore sub Anastasio habita diversam esse, supra in notis ejusdem synodi probavimus, quas consulere poteris.

ANNO CHRISTI 407.

[a] CONCIL. AFRICANVM IV.

SVB INNOCENTIO

Anno domini 407.

"supra pag. 1113. A.

EXTAT Græce & Latine" infra in concilio A- D fricano sub Cælestino: Incipit sic: *Gloriosissimis imperatoribus Honorio septimum, & Theodosio secundum, iterum Augustis consulibus, Idibus Iulii*, &c. cum sequentibus capitulis: quorum primum in Milevitano II. est num. 9. & in Africano, 62.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Locus & tempus concilii.

a *Concilium Africanum.* Hoc concilium, ut ex annotatis consulibus liquet, habitum fuit Carthagine anno salutis nostræ 407. qui est Innocentii 6. Arcadii & Honorii 13. inter alia statuta ibidem decreta est legatio ad Honorium imperatorem, pro defensione rerum ecclesiasticarum adversus Donatistas, atque paganos: sancitumque ut ad comitatum euntes formatas acciperent ad Roma- E num pontificem, a quo aliam quærerent formatam ad imperatorem: ideo sane ne hæretici catholico nomine velarentur. Nam illi tantum, teste Optato, manifesti catholici habebantur, quos cum Romano pontifice communicare, formatæ ab eo acceptæ testabantur. Præceptum est etiam, ut formatis dies paschæ illius anni apponatur: & si propter nondum divulgatam diem paschæ is definite non sciretur, decretum est apponi dies anni præteriti: ut evenire solet, cum in publicis scriptis, post consulatum, quid factum scribitur.

Can. 68. Romanus pontifex Chrysostomi injurias, vindicat.

Placuit etiam ut de dissensione.] Romanus pontifex in causa S. Ioannis Chrysostomi adversus Theophilum Alexandrinum, & in omnes alios episcopos, qui cum illo adversus eumdem Chrysostomum conspirarant, mirum in modum commotus fuit; adeo ut missas ab illis epistolas accipere noluerit. De hac dissensione Theodorus diaconus apud Palladium hæc ait: *Est autem Romana ecclesia* A *sententia, non communicare in finem usque orientalibus episcopis, maximeque Theophilo, donec dominus universalis synodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorum qui ista gesserunt.* Publico itaque decreto legatis Romam missis mandatum est, ut Africanam ecclesiam, per literas ad Innocentium scriptas, Romanæ ecclesiæ reconcilient. Baronius anno 407. num. 4. & 5.

ANNO CHRISTI 408.

[a] CONC. AFRICANVM V. ET VI.

SVB INNOCENTIO.

Anno domini 408.

"supra pag. 1120. C.

EXTAT Græce & Latine " infra in concilio Africano: suntque ambo hujus ex- B ordii: *Basso & Philippo viris clarissimis consulibus*, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

Causa conciliorum.

a *Concilium.*] Post Stiliconem occidentalis imperii perduellem ac proditorem, ab Heracliano anno Christi 408. interfectum, in Africa gentiles & Donatistæ falso rumore jactabant, nequaquam ex voluntate Honorii imperatoris, sed opera dumtaxat Stiliconis leges contra se latas extitisse, adeoque earumdem auctoritatem una cum ipso Stilicone extinctam esse. Vicissim itaque in catholicos insurrexerunt, plurimosque etiam episcopos necaverunt. Hac occasione Carthagine duobus conciliis duæ legationes ad imperatorem decretæ fuerunt: quæque per Stiliconem in hæreticos & gentiles statuta erant, Honorius per legatos & Augusti- C ni epistolam solicitatus, ex sua sententia multis rescriptis confirmavit & ampliavit. Baronius anno 408. numero 18.

Decreta acta conciliorum.

ANNO CHRISTI 409.

CONCIL. AFRICANVM VII.

SVB INNOCENTIO

Anno Christi 409. *habitum.*

"supra pag. 1120. E.

EXTAT " infra in concilio Africano: Incipit sic: *Gloriosissimis.* Quid in eo gestum sit, aliter quam ibi, non constat.

ANNO CHRISTI 410.

[a] CONCIL. AFRICANVM VIII.

CARTHAGINE

SVB INNOCENTIO

Habitum anno Christi 410.

"supra pag. 1121. A.

EXTAT Græce & Latine" infra in concilio Africano: Incipit sic: *Post consulatum gloriosissimorum imperatorum*, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

Causa concilii p[...] buerunt [...] rannis [...] tali & [...] scripto Honor[...]

a *Concilium.*] Cum Attalus tyrannus invasisset imperium, & jam Africam esset tentaturus, accidit anno Christi 410. Innocentii pontificis nono, ut Heracliani in Africa comitis, vel Macrobii in ea proconsulis consilio, leges adversus Donatistas datæ silerent: etenim E universa Africana provincia in discrimine posita videbatur; si tot legibus exagitati & exasperati Donatistæ pro partibus Attali dimicarent. Quamobrem elicitum fuit ab Honorio imperatore rescriptum, quo iidem sinerentur eam quam vellent religionem amplecti: sicque res transacta fuit. Cum autem Attalo exauctorato, periculum illud cessasset, episcopi Africani, quod viderent Honorii rescriptum in magnum Christianæ religionis dispendium vergere, collecto Carthagine episcoporum conventu, una omnium sententia decreverunt, mittendam esse ad imperatorem Honorium legationem, quam quatuor episcopi ad hoc munus electi ornarent, rogarentque imperatorem, ut edictum pro Donatistis latum revocaret. Et hoc est quod in hujus synodi præfatione sic habetur: *Lex data est ut libero cultu quis Christianitatem acciperet.* Hæc ex præscripto Honorii imperatoris, quod extat lib. 51. de hær. cod. Theod. manifeste colliguntur. Verba enim rescripti sic se habent: *Oraculo penitus remoto, quo*

Acta concilii.

ad

ad ritus suos hæretici superstitiones obrepserant: sciant omnes sanctæ legis inimici, plectendos se pœna proscriptionis & sanguinis, si ultra convenire per publicum execranda sceleris sui temeritate tentaverint. Datum 8. Kalendas Septembris Varane V. C. consule. Vnde patet, hac lege irritari præcedens edictum, quo hæreses legibus ante compressæ, ad ritus suos palam redierant. Datum est hoc rescriptum postridie ejus diei quo urbs capta fuit: adeoque merito imperatoris Honorii obtentum credo, quod Alaricus rex Gothorum, urbem nono Kalendas Septembris captam, post triduum quasi fugatus reliquerit, in sui interitum concitus festinarit, atque imminentem urbi extremam cladem, Deus propitiatus averterit. Baron. ann. 410. num. 47. 48 & 49.

[a] SYNODUS PTOLEMAIDENSIS in Libya, auctore Synesio Ptolemaidis episcopo congregata, sub Innocentio papa I.

[a] *Synodus.*] Anno salutis 411. Innocentii decimo, Honorio & Theodosio imperatoribus celebrata est synodus Ptolemaide in Pentapoli Ægypti. Causa habiti ibidem concilii hæc intercessit: Andronicus provinciæ præfectus multa crudelia in subditos, atque irreligiosa & impia adversus ecclesiam perpetrarat, quibus in synodo propositis atque probatis, communi omnium sententia diræ excommunicationis pœna mulctatur. Baron. ann. 411. num. 53.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

** Miror Binium tam levi brachio ista omnia perstrinxisse: neque vel obiter indicasse Synesii ipsius epistolas sive 57. κατάστασιν seu verius declamationem qua fuse invehitur in Andronicum provinciæ pestem atque exitium; sive 58. in qua quibusnam pœnis de concilii sententia in hujus Andronici furorem sit animadversum, εἰς τὸ σωμάτιον μετῆλθε τὴν Ἀνδρονίκου μανίαν, ad episcopos encyclicis veluti literis in regiones omnes dimissis fuse explicatur. Baronius sententiam illam excommunicationis integram refert, & subinde nonnulla decerpit ex epistolis 72. de pœnitentia Andronici, & 89. qua Theophilo Alexandrino patriarcha idem injuriam passus commendatur. Tu vero lector, si quid cultius politiusve desideras, consule Petavianam operum Synesii editionem anni 1633. & indicatos fontes adito cum ejusdem viri undequaque eruditissimi subjunctis notis.

GESTA COLLATIONIS CARTHAGINI HABITÆ

Honorii Cæsaris jussu inter catholicos & Donatistas coram Marcellino V. C. tribuno & notario post consulatum Varanis V. C.

Papyrii Massonis studio atque opera primum in lucem edita.

A P. PITHOEO V. C. cum manuscriptis collata & emendata.

Collationis codex manuscriptus in veteribus membranis sic inscriptus est: Liber oblatus ad altare sancti Stephani, voto Tulcherii canonici. *Deinde,* Acta collationis seu gesta continet.

PRÆFATIO OPERIS PAPYRIO E MASSONO AUCTORE.

ACTA collationis Carthaginensis, Innocentio primo pontifice Romano, Honorii clementissimi Cæsaris jussu habita sunt, anno post consulatum Varanis, cum nullus in occidente consul esset, propter nimiam rerum perturbationem, Roma ab Alarico Gothorum rege recens capta. Mandato igitur quo hæc disputatio fieri jubetur, locus quidem & dies appositus est; at consulem, qui nullus erat, curiosi frustra requirent. Catholicæ ecclesiæ episcopi collationem fieri petierant adversus Donati partem. id enim agnoscunt, septem ex eis delecti, Aurelius, Alypius, Augustinus, Vincentius, Fortunatus, Fortunatianus, & Possidius: totidem Donatistæ, Primianus, Petilianus, Emeritus, Montanus, Gaudentius, Adeodatus, & Protasius. atque hi inter absentes episcopos partis suæ, ut fucum facerent, Felicem quasi urbis Romæ episcopum nominant, licet catholici Innocentium tunc sedere testentur, ut verum erat, atque probatissimæ fidei annales tradunt, ad annum a partu virginis quadringentesimum undecimum. Disputatio dividitur in primam cognitionem, secundam, & tertiam. Tertia sexto Idus Iunias habita est: quo die profertur Marcellini cognitoris sententia, confutatos a catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione asserentis, ut D. Augustini verbis utar. Hanc sententiam, ut emptam a cognitore catholico, & noctu prolatam, calumniose postea Emeritus & quidam pertinaces Donatistæ arguebant, quos Augustinus acutissime refellit. cui sane laudi esse debet quod epitomen collationis brevissimam scripsit, ideo utiliorem futuram, quia tertiæ cognitionis magna pars, quæ hic deficit, necessario inde petenda est: ubi de Cæciliano & Mensurio, deque traditoribus sacrorum codicum & supellectilis ecclesiasticæ agitur, Diocletiano & Maximiano ecclesiam acerrime persequentibus; etsi ante Augustinum in libro de hæresibus id quoque ab Optato Milevitano copiose narratum est. Ac disputavit quidem Augustinus adversus Donatistas ante collationem, & libros de baptismo parvulorum edidit: simul disseruit adversus Petiliani literas ex forensi advocato episcopi, & Cresconium grammaticum dicendo pene obtrivit. Post collationem vero, [b] Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. ut ipsemet præfatur, quid egerit cum Emerito satis ostendit libro singulari sic inscripto: De gestis cum Emerito. Atque hunc quidem fuisse unum eorum septem, quos pro suæ causæ defensione Donatiani delegerant, & qui in eadem causa maxime laboraverat, libro secundo retractationum Augustinus tradit, eoque mortuo Possidius in ejus vita etiam refert. Denique adversus Gaudentium Thagmudensem episcopum, quem ex illo numero fuisse eodem quoque libro demonstrat, libros duos conscripsit. At summa utilitas ejus judicii fuit: nam licet Donatiani Cæsarem appellarunt, ab Honorio confirmatum est, nosque edictum ex cod. Theodosiano huic disputationi annexuimus. cui obediens plebs Donatistarum, desertis episcopis suis, ad ecclesiam catholicam statim rediit, & ex Optati antiquissimo & manuscripto codice interrogationes quasdam collationi intelligendæ necessarias adjici curavimus. cognitorem quidem Orosius libro septimo prudentem, industrium & studiorum bonorum appetentissimum fuisse testatur; ad eumque, non multo post Romam captam, scripti sunt ab Augustino libri viginti de civitate Dei, ut præfatio ad eos indicat. De morte autem Marcellini Hieronymus loquitur lib. 3. contra Pelagium: violentam eam fuisse necesse est. Percussorem enim ejus & sicarium idem Orosius nominat. Laudandus quoque est Marcellus, qui hoc volumen actorum collationis, quod copiosissimum atque diffusissimum erat, modulata, ut ipse ait, brevitate distinxit atque collegit, ut ex epistola ejus ad Severianum & Iulianum videri potest. Nec plura hoc loco dicenda existimamus, quia Balduinus præceptor meus in jure civili, qui acta commodato tantum in veteribus adhuc membranis ab antistite Meldorum filio habuerat, elegantem in ea commentarium edidit.

ANNO CHRISTI 411.

[b] Anno Chr. 4.8.

HI EPISCOPI CAUSAM susceperunt:

CATHOLICI.	
Aurelius	Carthaginensis.
Alypius	Tagastensis.
Augustinus	Hipporegiensis.
Vincentius	Colusitanus.
Fortunatus	Constantiniensis.
Fortunatianus	Siccensis.
Possidius	Calamensis.
DONATISTÆ.	
Primianus	Carthaginensis.
Petilianus	Constantiniensis.
Emeritus	Cæsariensis.
Protasius	
Montanus	
Gaudentius	Thagmudensis.
Adeodatus.	

DE SUPERIORIBUS EPISCOPIS ubinam loquitur Augustinus.

VENERABILIS Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ. *lib. 2. retractationum cap. 15.*

Alypius Tagastensis episcopus, *ex lib. de gestis cum Emerito.*

Alypius ex eodem, quo ego ortus eram, municipio, pa-

ANNO CHRISTI 411.

rentibus primatibus municipalibus, me minor natu, & ſtuduerat apud me, cum in noſtro docere cœpi oppido, & poſtea Carthagini, & diligebat me multum, quod ei bonus & doctus viderer, & ego illum propter magnam virtutis indolem, quæ non in magna ætate ſatis eminebat.

Cum eſſem in eccleſia Conſtantinienſi, Abſentio præſente & collega meo Fortunato ejus epiſcopo. *Auguſtinus lib. 1 contra literas Petiliani.*

Poſſidius Calamenſis. *Auguſtinus ex libr. de geſtis cum Emerito. Hic in vita beati Auguſtini ſcribit ſe annis quadraginta Dei dono abſque amara ulla diſſenſione familiariter ac dulciter vixiſſe.*

Petilianus epiſcopus Donatiſtarum Cõnſtantinienſis, *ex libr. 2. retractationum cap. 34. Et epiſtola contra Petiliani Conſtantinienſis Donatiſtæ epiſtolam*, Meminiſtis, *inquit*, fratres, Petiliani Donatiſtarum Conſtantinienſis epiſcopi perparvam epiſtolæ partem in manus noſtras aliquando veniſſe, eique particulæ quod reſponderimus, ſcripſiſſe me ad dilectionem veſtram.

Contra literas Petiliani Auguſtinus:

Eat nunc, & anhelis pulmonibus ac turgidis faucibus me tamquam dilectione dialecticum criminetur: imo non me, ſed ipſam dialecticam velut mentiendi artificem in populare judicium ream devocet, & in eam quamlibet fragoſiſſimo ſtrepitu advocati forenſis ora diſtendat. Dicat quidquid vult apud imperitos, unde ſtomachentur docti, illudantur indocti: me propter rhetoricam Tertulli oratoris, a quo accuſatus eſt Paulus, vocabulo denotet: ſibi propter advocationem, in qua potentiam quamdam ſuam jactat, paracleti nomen imponat, atque ob hoc ſe cognominalem Spiritus ſancti non eſſe, ſed fuiſſe deliret.

Emeritus civis Cæſarienſis & Donatiſtarum epiſcopus. *Retract. lib. 2. cap. 51.*

Gaudentius Thagmudenſis Donatiſtarum epiſcopus. *Retract. lib. 2. cap. 59.*

De Primiano loquitur Auguſtinus in libro poſt collationem ſic: Invidiam concitant, quod apud imperatorem cauſam agamus eccleſiæ. Hinc illa Primiani Donatiſtæ vox: Illi portant multorum imperatorum ſacra: nos ſola portamus euangelia.

De ceteris epiſcopis apud eumdem auctorem nihil reperi.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS & in Chriſti nomine venerandis, Severiano & Iuliano Marcellus Memorialis.

AMPLECTOR alacriter juſſionem qua mihi amanter atque in domino fiducialiter imperaſtis, ut totius membra negotii, & articulos actionis, quod per iſtud volumen actorum, proſecutiones partium per longos explicuere conflictus, modulata per me brevitas diſtinguat & colligat: atq; huic opera ſola caritate me ſentio fateorque ſufficere. Ad omnem quippe delegati muneris obſequelam, efficaciores vires habet qui præceptis amore jubentium, quam qui fiducia ſui paret. Ac jam quidem in hanc operationem qua in eccleſiæ negotio pro ſingulorum viribus laboratum eſt, quantum mea mediocritas potuit, officii mei ſymbolam dedi: quod a viro ſpectabili, & in quo plurimum inſigne probitatis eſt, tribuno & notario Marcellino curarum adſcitus in partem, non tam merito meo, quam dignatione cenſentis, communicavi cum judice liberandæ diſceptationis laborem. Sed hoc quoque quod me facere voluiſtis, peculiariter adhibere non piguit. Quandoquidem mihi non minor in eadem re voluptas & gloria eſt, ſolviſſe nunc fratribus votum, quam cognitori tunc præbuiſſe conſilium. Quidquid igitur laxius à partibus peroratum eſt, & quidquid interfatibus judicantis utrobique ſignatum eſt, ſedula breviatione ſuccinxi, conſequenter affigens etiam per ordinem notas calculantibus familiares, ut inquirentis intentio judicem ſecuta brevitatem, ad id quod deprehendere velit in paginis actionis, non abſque commoditate compendii, numeris du-

A cibus directa perveniat. Abuſi videamur fortaſſis otio, dum ad laborem ſuperflua revocamus. quod nos vere ſuperflue feciſſe fateremur, ſi in tota voluminum ſerie perlegenda, habiles eſſe vellent homines ad laborem. Sed periniquum eſt eos de iſtius diligentiæ velut quadam inanitate cauſari, a quibus ſi in perlegendis jugiter paginis diſputationis hujuſce non inanis diligentia flagitetur, eam non eſſe diligentiam, ſed moleſtiam confitentur. Vnde, quantum ego arbitror, non opus irritum luſimus, qui faſtidia lectionis remedio brevitatis excluſimus. Certe, ſi ex ipſius operationis atque utilitatis effectu, abſolutum eſſe non poterit, quod vanus labor iſte non fuerit: idB circo tamen non ineptum eſt quidquid hic egi, quia in hoc vobis jubentibus parui. Nunc oraverim, ut in viciſſitudinem meriti pro me orare dignemini. Ita enim fiet, ut quod ſponte facitis, mihi tamen cedat in remunerationem. Omnipotentia Trinitatis, id eſt, omnipotentia Dei noſtri, caritatem veſtram jugiter noſtri memorem perpetua pietate cuſtodiat, domini merito dilectiſſimi, & in Chriſti nomine venerabiles fratres.

CAPITULA GESTORUM primæ cognitionis.

C I. *De aſtante officio.*

II. *De ingreſſis epiſcopis.*

III. *Interlocutio de qualitate negotii, ubi jubet ſibi cognitor imperiale præceptum recitari.*

IV. *Recitatio imperialis præcepti de habenda collatione.*

V. *Recitatio edicti per quod congregari epiſcopis jubet.*

VI. *Interlocutio de alio judice eligendo.*

VII. *Reſponſio Donatiſtarum, de judice non poſtulato.*

VIII. *Interlocutio quod collatio fuerit poſtulata, non judex.*

IX. *Reſponſio Donatiſtarum, ut hi proponerent, qui collationem petiiſſent.*

D X. *Recitatio edicti, ubi dicit qui modus & locus collationi ſit aptus, & quoteni deberent eſſe ab utriſque partibus, qui cauſam peragerent.*

XI. *Vbi jubet cognitor recitari quæ ante collationem pars utraque peregerit.*

XII. *Proſecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.*

XIII. *Interlocutio quod ſuo ordine omnia peragi debent, & jubet recitari quæ dixerat.*

XIV. *Recitatio notariæ Donatiſtarum, in qua ſibi edictum aſſerunt diſplicere.*

XV. *Interlocutio ut catholicorum epiſtola legeretur.*

XVI. *Recitatio epiſtolæ catholicorum, in qua edicto conſentiunt, & conditiones Donatiſtis proponunt.*

XVII. *Recitatio edicti, in quo ſe omnia publicaturum populo pollicetur.*

E XVIII. *Vbi recitatur reſcriptum catholicorum reſpondentium notariæ Donatiſtarum.*

XIX. *Interlocutio catholicorum conſenſione, ubi & illi interrogantur, utrum conſentiant?*

XX. *Proſecutio Donatiſtarum de tempore & de perſonis.*

XXI. *Interlocutio ut certus numerus conſtituatur actorum ſecundum lectum edictum.*

XXII. *Donatiſtarum proſecutio de tempore exempto, ut jam nihil ageretur inſtantium.*

XXIII. *Interlocutio qua excluduntur de tempore conſtituto & certo numero conſtituendo Donatiſtæ.*

XXIV.

ANNO CHRISTI 411.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

GESTA PRIMÆ COGNITIONIS.

POST consulatum Varanis v. c. Kalendis Junii Carthagine in secratario thermarum Gargilianarum, præsentibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris devotissimis protectoribus domesticis, adstantibus Urso, Petronio & Liboso ducenariis, Bonifacio & Euasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustris comitivæ sedis, Exitioso adjutore corniculari, Possidio, Quodvultdeus & Colonico adjutoribus commentariorum officii domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Navigio adjutore numerorum officii domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiano scriba v. c. curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, & Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario, & Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Ursus ducenarius illustrium atque eminentium potestatum dixit:

Dudum vestra sublimitas secundum imperiale præceptum & nos, & ceteros, qui tam de sacratissimo comitatu, quam etiam de Africanis officiis sublimitatis tuæ sunt actibus deputati, ad singulas provincias destinavit, & edicta etiam per universam Africam direxit, ut tam catholici quam Donatistæ episcopi intra quartum mensem collationi cuncti adesse deberent: quæ tempora hodierna die videntur impleri. & quia præsto sunt universi, de omnibus scilicet provinciis Africanis, id est de provincia proconsulari, de provincia [a] Burcensi, de Numidia, de Mauritaniis, Sitiphensi & Cæsariensi, sed etiam & de Tripolitana provincia, si præcipit nobilitas tua, adsint iidem venerabiles viri, ut omnia suo ordine peragantur.

[a] Byzacensi

II.

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Adsint venerabiles viri, quos præsentes esse suggeritis. Et ingressis universis episcopis partis Donati, ingressis etiam Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano & Possidio episcopis ecclesiæ catholicæ, cum Novato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Sereniano & Scyllacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto, æque episcopis & custodibus gestorum.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Optarem quidem tantæ hujus multitudinis sanctitatem quæ sub unius Christi Dei reli-

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA. gione censetur, nulla a se dissensione sejungi: A sed quia id quod dudum error antiqui hostis immisit, Deum certum est velle nunc corrigi, ne diutius germana religio concertatione sua spectaculum gentibus faciat, licet supra meritum meum hoc cognoscam esse judicium, ut inter eos videar judicare a quibus me potius decuerat judicari: tamen quia certum est, hanc causam spectante Deo & angelis testibus agitandam, quæ sub fidei cælestis examine vel probata præmium afferat, vel læsa judicium, ut tandem præsentium disceptationibus episcoporum manifestius veritas elucescat, imperialis primitus sanctio recitetur, ut in quem mo- B dum atque formam sit suscipienda cognitio, ab omnibus possit adverti, licet eam cunctis innotuisse sat clarum sit. Martialis exceptor recitavit.

IV.

Imperatores Cæsares Flavius Honorius & Theodosius, Pii, Felices, Victores, ac Triumphatores, Augusti, Flavio Marcellino suo, salutem. Inter imperii nostri maximas curas, catholicæ legis reverentia, aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat, ut etiam Donatistas vel terrore vel C monitu olim implere convenerant, qui Africam, hoc est regni nostri maximam partem, & sæcularibus officiis fideliter servientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare, quæ omnium retro principum devota in Deum definivit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in injuriam legis catholicæ fuerit generatum, justo judicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sane latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæva Donatistarum interpretatio profitetur, qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, abo- D leri eum tamen etiam ante jussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus, illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium & manifesta sententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cælesti sententia comprobatam, studio pacis & gratiæ, venerabilium virorum episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis, ut electis etiam sacerdotibus, quos pars utraque E delegerit, habitis disputationibus superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, ut conversos animos populorum etiam clementia nostra, sicut desiderat, celerius possit cognoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum episcopi declinaverint convenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis, si provocati adesse contempserint, cedat cum ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognoverint superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis nostris, vel catholicæ legis veris imperiis serviendum. Cui quidem disputationi principe loco te judicem volumus residere. Quidquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi, omnemque, vel in congregandis episcopis, vel evocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere: ut & ea quæ ante mandata sunt & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia servaturus, ut ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione submota, integra & inviolata custodias. Ut sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles proconsulem atque vicarium serenitas nostra commonuit, ut si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis, quam ex omnium judicum apparitione, abunde necessarios faciant deputari. Erit jam solicitudinis tuæ, si quid ulla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correctio. Omnia sane quæ vel in unum episcopis congregatis disputatio completa firmaverit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet, ut quid ad confirmandam catholicam fidem præceptio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. & divina manu; Vale Marcelline carissime nobis. Data pridie Idus Octobris Ravennæ:

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitata venerabilis lex gestis præsentibus inseratur, cujus definitio evidenter apparuit, unde nunc edictorum meorum per ordinem forma recitetur.

V.

Martialis exceptor recitavit: Quid clementissimus princeps dominus noster Honorius pro catholicæ fidei confirmatione decreverit, antelatorum apicum tenore monstratur: legationem siquidem venerabilium episcoporum libenter accipiens, Africam suo devotam semper imperio vario religionum genere diutius inquietari decolorarique non passus est. Studio namque pacis & fidei tantorum dissidia populorum ex antiqua persuasione venientia veritatis voluit manifestatione sedari, ut quos sedare principalibus a se sanctionibus prorogatis, ac trahi ad unam fidei sententiam non posse pervidit, habita utrarumque partium disceptatione revocaret. Cunctos etenim tam catholicæ quam Donatianæ partis episcopos in unum voluit congregari, ut lectis ab utraque parte peritioribus viris, certæ fidei veritate discussa, superstitionem ratio manifesta convincat: quatenus quidquid illud est quod pro suis partibus æstimat unusquisque posse competere, proferatur in medium, & sic germanæ, vel sero, fidei lux clarescat. Consona siquidem utriusque partis petitio ad hanc principem sententiam provocavit. Nam sicut a catholicis nuper collatio postulata est; sic ante brevissimum tempus Donatistarum episcopos in judicio illustrium potestatum collationem postulasse non dubium est. Et quoniam libenter assensum tribuit clementia principalis, & concilium fieri intra Africam universale decrevit utriusque partis juxta poscentibus, huic me disputationi principe loco judicem voluit

ANNO CHRIST. 411.

voluit residere. Unde cunctos per Africam tam A catholicæ quam partis Donatianæ episcopos hujus edicti tenore commoneo, ut intra tempus lege præscriptum, id est, intra quatuor menses; qui dies intra diem Kalendarum Iuniarum sine dubio concludetur, ad civitatem splendidam Carthaginensem concilii faciendi gratia convenire non differant, ne eam partem de merito propriæ fidei appareat judicasse, quam defuisse constiterit. Universos etiam cunctarum provinciarum curatores, magistratus, & ordinis viros, nec non & actores, procuratores, vel seniores singulorum locorum, pari admonitione convenio, sub propriæ existimationis ac dignitatis reatu salutisque periculo, quatenus in civitatibus locisque in quibus consistunt, B utriusque partis episcopos convenire, vel sub gestorum confectione vel sub cujuslibet scripturæ documento extante, festinent; ita ut si ipso in tempore in civitatibus non potuerint inveniri, per rura etiam perquisitis tam imperialis præcepti forma, quam tenor hujus innotescat edicti; quatenus intra hos quatuor menses ordinum relatione cognoscam singularum partium voluntatem. Illud etiam scire Donatianæ partis episcopos volo, si quis eorum adfuturum se esse responderit, ecclesiam sibi primitus cum omni jure suo quæ forte a catholicis juxta præceptum imperiale retinetur, sine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam. Si vero omnes vel singuli in locis suis positi se adfuturos esse responderint, & ecclesias & ea loca quæ eorum fuisse vel eos te- C nuisse constiterit, per supradictorum ordinum instantiam eorum juri dominioque reddenda, ut reformato iisdem primitus statu, disputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti mihi negotii summam committere voluit augustissimus princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, ut si de mea persona aliquid cunctationis affertur, alium mecum judicem, quem ipsi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel superioris vel similis dignitatis residere non abnuam. Sive autem cum alio sive solus in hoc negotio judicaturus interero, nihil aliud me, D nisi quod allegationes partium examinatæ potuerint demonstrare, & quod veri invenerit fides, per admirabile mysterium trinitatis, per incarnationis dominicæ sacramentum, & per salutem supra memoratorum principum judicaturum me esse promitto. Nec illam sane partem potui reticere, quatenus noverint, sive pro Donatistis, sive pro catholicis fuerit lata sententia, in nullo se Donatistarum episcopos aliquam molestiam esse passuros, sed liberos & ab omni injuriæ genere alienos ad propria redituros. Quod me & per tremendum judicii E diem, & per sacramenta superius memorata, ita facturum esse polliceor. Omnes autem qui ad singulas provincias fuerant destinati, noverint in nullo se quemquam deinceps Donatistarum aliquatenus convenire debere, vel aliquam iisdem superioris executionis molestiam generare, ni malunt pro contemptu recentioris præcepti subjacere vindictæ. Erit autem omnibus Donatianæ partis hominibus de eorum qui missi sunt concussionibus & deprędationibus, si quas forte admissas esse noverunt, liberum conqueri, ut in eos probata criminum qualitate ultio digna procedat; & alia manu: Proponatur.

VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lectum edictum gestis præsentibus adhærebit, quo constat me evidentius obtulisse, ut si placeret electus a vestra parte mecum alius cognitor resideret: qui si præsto est, introire dignetur. PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

VII.

Petilianus episcopus dixit: Non decet nos cognitorem eligere alterum, qui non petivimus primum: & alia manu: Recognovi.

VIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Evidentissime præceptionis Augustæ tenore declaratum est collationem non cognitorem fuisse postulatum, & arbitrio suo meæ mediocritatis judicium delegisse: cui necesse est me omnibus modis inservire, cum & sanctitatem vestram ideo convenisse manifestum sit, ut satisfieret imperialibus constitutis.

IX.

Petilianus episcopus dixit: Salvis omnibus quæ competunt nobis, & de persona & in causa, proponant ii qui ista elicere meruerunt: & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Salvis atque incolumibus universis quæ legibus deferuntur, edictorum per ordinem, sicut & prius statui, formæ recitentur.

X.

Martialis exceptor recitavit: Magnitudo hujusce negotii, quod de veritatis ac religionis agnitione suscipitur, etiamsi parum momenti sui libraretur examine, convenerat tamen ipsa disceptantium gravitate atque auctoritate pensari. Nulli enim habetur ambiguum, quanti sit ponderis causa, quæ inter episcoporum est discutienda personas. Sed cum mihi cognitionem disceptationis hujusce crediderit augusta dignatio, eisque judicem dederit, quibus inferiorem me esse, pro tanti nominis veneratione cognosco, fidei solicitudinis meæ hac consideratione prospexi, ut de meo vellem judicio judicari. Hujus igitur auctoritate propositi omnes utriusque partis episcopos censui commonendos, ut ante cognoscant, non amplius quam septenos ambarum episcopos partium mutuæ inter se disceptationis habituros esse colloquium, quos in officium disputandi suarum partium subrogaret electio: siquidem certum deligi ex partibus numerum præceperit imperialis auctoritas. Aderunt alii quoque septeni, delecti judicio suæ cujusque partis episcopi: qui servata primitus per omne colloquium moderatione silentii, ad hoc se tantum intelligant interesse, ut si qui ex " disputationibus utrimque septenis conferre consilium cum suorum quoque voluerit, cum eodem illic secedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi, proprium revertatur ad locum, fidem servaturus officii, ut alter, cui id necesse est, tacendo audienda commendet; alter, cui id munus est, loquendo suscepta confirmet. Erit autem collationi aptissimus locus thermarum Gargilianarum; in quem die Kalendarum Iuniarum eosdem episcopos solos qui designati sunt oporteat convenire. Ex quo illud profecto perspicuum est, eo nullum penitus populi fieri debere conventum, quo nec ipsos universos confluere sinatur episcopos. Nam cum

" disputatoribus

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411.

patientia disputandi quæ soli amica silentio est, A omnem catervatim agminis strepitum perhorrescat, nihil interest, utrum eam congestio populorum, an episcoporum turba præpediat. Igitur episcopi memorati soli in prædictum locum tempusque conveniant: ita tamen ut reliqui omnes utriusque partis episcopi ante diem qui prædestinatus examini est, ratum se habituros quidquid a septenis utique coepiscopis suis fuerit actitatum, epistolis ad meam dicationem currentibus utrimque designent. Quibus epistolis tamen etiam testimonium omnes apud me propriæ subscriptionis adjungant. Æquissimum namque est, ut eorum universa collatio rata futura promittatur ab omnibus, qui eliguntur ab omnibus. Nullus ergo vel laicus B vel episcopus ultra numerum præstitutum in illum tranquillissimum concilii locum contra prohibitum molietur accedere, quin potius etiam plebes suas pia quietis ac modestiæ commonitione conveniant, hoc per ecclesias proprias ante tractantes, quatenus a die disputationis ac loco omnis se multitudo contineat, ut religioso patientiæ magisterio delinitum Christianæ paci populum parent. Non solum enim episcopi, verum etiam rationabilis in hanc sententiam populus ipse consentit, disputantibus supradictis: & ubi major occupatio mentium defixa consistit, de veritate quæren- C tibus, nihil turbidum, nihil tumultuosum, nihil denique intempestivum debere prorsus obstrepere: nam ut quod omnium saluti proficiat, fiat postea publicum, debet discutientibus veritatem præstare ante secretum, a me ita per omnia promulganda sententia est, ut in publicam dimissa notitiam, toto splendidæ Carthaginis populo judice ponderetur. Ita quippe oculis non solum urbis hujusce, verumetiam universæ provinciæ totus emensæ ordo disputationis pandetur, ut tam prosecutiones disputantium episcoporum, quam pronuntiationum mearum series subsecuta, digestis in publico voluminibus explicetur. Hæc enim in judice securitas fidei est, ut de se non timeat judicari. Ut igitur in eliciendæ verita- D tis examen non inserpat aliquatenus calumniosa suspicio, lucemque perspicuam, quam mentibus publicis probationum evidentium fides absoluta purgabit, nullis penitus nebulis causatio cujuslibet partis obducat; id etiam contra suspicionum fucos & commenta fallendi necessario provisum. Noverint omnes non solum oportere, verum etiam expedire servari, scilicet ut interfatibus meis me primitus per omnia subscribente, etiam omnes disputantes episcopi suis in scheda prosecutionibus universis absque ulla prorsus excusatione subscribant. Exigit enim meritum fidei, ut adversus eum qui assertionibus suis perfidum forte subducere tentarit assensum, & inficiari quæ dixerit, etiam testimonii sui consistat auctoritas; ubi soli proficiat victoria veritati. Hi au- E tem qui excipiendi funguntur officio, præter eos qui dicationi meæ de publicis præstolantur officiis, etiam quaterni de singulis partibus ecclesiastici alternis debebunt adstare notarii: quorum fides ne qua vacillet ambage, quaterni episcopi partium singularum delecti suorum judicio præponantur, ut eosdem exceptores ac notarios pervigili ac solicita observatione custodiant, quatenus cum eisdem exceptoribus ac notariis egressi per vices, subinde faciant perspicua digeri descriptione quæ dicta sunt, ut nihilominus adhuc episcopis supradictis in disceptatione versantibus, transeat in apices evidentes profligatæ pars aliqua quæstionis, ut confestim ea cum a septenis episcopis subnexa subscriptione, celerem expectationi publicæ tribuant notionem. Post primum autem collationis diem, descriptioni subscriptionique gestorum, locum diei subsequentis efficiet procrastinata cognitio: ita ut si quid forte præcedenti collationi supererit, in diem tertium recurrat examen. Omne igitur spatium conferendi vicissim diei unius intercapedo distinguet, quo possint in medio gesta subinde subscribenda describi, memoratorum præstolante custodia, qui hoc fine suum metiantur officium, non ut aliquid dicant, sed ut dicta custodiant. Donec autem emenso exitu quæstionum, omnes expedita veritas enodet ambages, schedas subinde scriptas pariter atque subscriptas, tam mei sigilli quam illorum octo custodum signabit impressio. Maximianistis etiam edicti hujus innotescat auctoritas, qua sibi ab illo concilio intelligant temperandum, quod inter catholicos Donatistasque distingui omnem dijudicarique conflictum clementium principum præceptio religiosa constituit. Nec eis opitulari aliquatenus potest, quod sibi Donatistarum nomine blandiuntur, cum a Donatistis dicantur esse damnati. Si quis ex istis quæ adversus omnes multifariæ suspicionis insidias provisa solicite, constituta fideliter, ordinata diligenter, tenor hujus propositionis amplectitur, quilibet observare noluerit, non solum quid de causa sua sentiat confitetur, verum etiam quid moliatur ostendit. Sufficit interim cognitori talis prærogativæ, justitia hujus commonitionis circa universos episcopos fecisse populum sibi plebis Carthaginensis testem, quem mox est habiturus judicem. Superest ut ante concilii diem universum hujusce ordinationis tenorem, utriusque partis episcopi, amputata penitus mora, missis ad dicationem meam literis suis impleturos se esse promittant, hoc præcipue maturato, ut eædem quibus ad omnia hujusce edicti se consensisse profitebuntur epistolæ primatium tantummodo episcoporum subscriptione signentur: sufficit enim illis epistolis universalem (ut ita dixerim) subscriptionem episcoporum omnium cohærere, quibus totum disputationis ordinem conferentium septenorum, ratum se habituros esse promiserint.

XI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quoque edictum suscipiet corpus actorum. Ne quid autem fidei plenorum videatur deesse gestorum, universa quæ a partibus medio tempore vel scripta sunt, vel intimata judiciis, percurrat officium.

XII.

Petilianus episcopus dixit: Egisti partes tuas, vir nobilis, ut & partibus te justum futurum promiseris esse, & auribus publicis popularem. Sed quia hæc omnia ante causam sunt, non de causa, id primum a tua petimus potestate, ut iis qui me acciri edictis, qui me de meis sedibus evocari, qui me laborem itineris pati inquietavit, petita ut voluit proponat, cur

cur meam desiderarit adesse præsentiam, ut noverim utrum, vel quid, debeam respondere: & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc suo loco & ordine rectius peragentur: interim quod statui percurrat officium.

XIV.

Romulus exceptor recitavit: Exemplum notariæ Donatistarum. Post consulatum Varanis viri clarissimi, octavo Kalendas Iunii Flavio Marcellino viro clarissimo & spectabili tribuno & notario, Ianuarianus, Primianus, & ceteri sinceræ Christianitatis episcopi & catholicæ veritatis. Notum facimus sinceritati tuæ; nos edicto tuo conventos, ex diversis partibus Africæ convolantes, ingressos fuisse Carthaginem xv. die Kalendarum Iuniarum, cujus nostri adventus & omnes quos Carthago continet testes sunt, & tua sinceritas non ignorat. Tanta enim vis jurisjurandi tui edicto tuo expressa est, ut exceptis his quos adversæ valetudines corporum in sedibus retinent, aut ægritudo in via comprehendit, nec gravissimos senes annositas, nec prolixi itineris labor valuerit prohibere. Quod cum solum edictum ante causam sufficeret, alterum quoque dignatus es edere, in quo cum multa nos moveant, tum præcipue magnam solicitudinem facit, quia nosipsos, edicto tuo, epistolis nostris adstipulari oportere censuisti, cum hoc nec mos publicus habeat, nec judicum consuetudo. Qua de re sinceritatem tuam plurimum exhortamur, ut prioris edicti fide servata, cunctos nos ad te venire præcipias, ut quamprimum de numero nostro constet, quos adversarii paucos esse sæpe mentiti sunt, ut rite omnibus ordinatis, quæ nostris partibus competunt, disceptatio subsequatur, ne aut edicta tuæ sinceritatis impugnent, aut nobis quidquam præjudicet, ut cum omnes venire præceperis, paucos nunc adesse velle videaris. Hoc enim decet & expedit, ut cunctis præsidentibus commune negotium pauci loquantur. Hujus notariæ parem apud nos retinuimus. & alia manu: Ianuarianus episcopus subscripsi. & alia manu: Primianus episcopus subscripsi.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alterius quoque partis recitetur epistola.

XVI.

Romulus exceptor recitavit: Honorabili ac dilectissimo filio, viro clarissimo & spectabili tribuno & notario Marcellino, Aurelius, Silvanus, & universi episcopi catholici. Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietique servandæ, & veritati manifestandæ muniendæque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has literas intimamus: hoc est de loco & tempore ipsius collationis, & de numero eorum, quos præsentes esse oportebit. Consentimus etiam, ut hi quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis. Inque illo scripto, quo eis hoc munus imponimus, ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solum habeas factas, verum etiam cum fiunt, ipse perspicias; admoniturí quoque, domino adjuvante, populum Christianum, ut a collationis loco, quietis & tranquillitatis gratia, suum abstineat omnino conventum, & ea quæ aguntur, non cum aguntur, audire festinet, sed conscripta ut cognoscat, expectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, ut si nobis ii cum quibus agimus demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi Christiani usquequaque crescendo jam magnam partē orbis implerent, & in cetera dilatarentur implenda, subito ecclesiam Christi, nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum perisse contagio, & in sola remansisse parte Donati: si hoc, ut dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur, pro sola æterna salute, consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere ecclesiam Christi, omnium non solum Africanarum, verumetiam transmarinarum provinciarum, multarumque gentium spatia feracissima populorum copia jam tenentem, &, sicut scriptum est toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse: si denique ipsorum, quos tunc accusare voluerunt, potius quam convincere valuerunt, quæstionem demonstraverimus esse finitam: quamvis non in eis ecclesiæ causa consistat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse judicatos ab eo imperatore, ad cujus examen criminationes suas ultro accusando miserunt; postremo si quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel divinis probaverimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus adpetitam, aut Christi ecclesiam, cujus communioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic ejus nobiscum teneant unitatem, ut non solum viam salutis inveniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis divinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris: quibus sublatis fraternum pectus amplectimur, Christiana nobis caritate conjunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit quippe unusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo juxta considente collega. Hoc cum alternis basilicis utrisque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo prævenitur: quia ubi præceptio caritatis dilataverit corda, possessio pacis non fit angusta, ut uno eorum defuncto, deinceps jam singulis singuli pristino more succedant, nec novum aliquid fiet: nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariæ discissionis errore unitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, catholica dilectio custodivit. aut si forte Christiani populi singulis delectantur episcopis, & duorum consortium, inusitata rerum facie tolerare non possunt, utrique de medio secedamus, & ecclesiis in singulis damnata schismatis causa, in unitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in ecclesiis singulis invenientur, unitati factæ per longa necessaria singuli constituantur episcopi. Quid enim dubitemus redemptori nostro sacrificiũ istius humilitatis offerre? An vero ille de cælis in membra humana descendit, ut membra ejus essemus & nos, ne ipsa ejus membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? propter nos

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

nos nihil sufficientius, quam Christiani fideles & obedientes simus? hoc ergo semper simus. Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si servi utiles sumus, cur domini æternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta dispersit. Nam qua fronte in futuro sæculo promissum a Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc sæculo noster honor impedit unitatem? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribenda curavimus, ut & per te innotescant omnibus: postulamus ut in adjutorio domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quo adjuvante nos implere posse confidimus, etiam ante collationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma, vel dura, pia caritas aut sanet, aut edomet. Ac sic jam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostram vel præcedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt, *Beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*, multo dignius & facilius eos velle, ut pars Donati universo orbi Christiano reconcilietur, quam universus orbis Christianus a parte Donati rebaptizetur: cum præsertim de Maximiani sacrilego & damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum jussionibus insectando emendare curarunt, tanta dilectione quæsierant, ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, & quosdam eorum damnatos, sine ulla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam vero in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent. Quorum inter se concordiæ non invidemus; sed eos certe oportet advertere, quam pie tanto studio ramum a se fractum radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter a se parvum fragmen incisum sic colligere laboravit. & alia manu: Optamus te fili in domino bene valere. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis, huic epistolæ subscripsi. Item alia manu: Silvanus senex ecclesiæ Summensis subscripsi. Item recitavit.

Matth. 5.

XVII.

Flavius Marcellinus v. c. & spectabilis tribunus & notarius: Quoniam justitia dictante, vel fide semel me spopondisse commemini, quidquid cum utrisque partis episcopis gessero, in publicam transmissurum me esse notitiam, caussa mihi repetendorum nascitur edictorum. Nam cum superioris forma programmatis ea digesta contineat, quibus ordinata cognitio inoffensum sequatur tramitem judicandi, necessarium esse censueram, quid super eodem pars utraque sentiret edicto ab universis episcopis flagitare: qui dicationi meæ partim per notoriam, partim per epistolam rescribentes, quid super conditionibus nuper propositis sentiant, intimarunt. Cujus vel epistola, vel notoriæ quemadmodum se forma contineat, offerendum publicis obtutibus judicavi, ut quid vel præcedentis edicti textus exegerit, vel singularum partium responsione relatum sit, ubi totius populi considerare agnitio, qualiter se habeat examinantis intentio perspicue possit advertere. Quo indito, item recitavit.

XVIII.

Honorabili ac dilectissimo filio v. c. & spectabili tribuno & notario Marcellino, Aurelius, Silvanus, & universi episcopi catholicæ. Multum nos solicitos reddidit notoria, vel literæ fratrum nostrorum, quos cupimus ad catholicam pacem a perniciosa dissensione converti; quod edicto nobilitatis tuæ, quo ipsius disputationis nostræ tranquillitati quietique providisti, consentire noluerunt: ne forte etiamsi non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum, collationem, quæ pacifica & pacata esse debet, impediant. Atque utinam ipsos non pertentet ista cogitatio, & nos potius fallat ista suspicio: & ideo si velint omnes esse præsentes, ut cum eis visum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, simul inde egrediamur concordes atque pacati, & schismatica divisione correcta, fraterno unitatis Christi vinculo obstricti, mirantibus & gaudentibus omnibus bonis, dolente autem solo diabolo & similibus ejus, pariter in ecclesiam ad gratiarum actionem, laudesque Deo reddendas ardentissima & lucidissima caritate pergamus. Quid enim magnum est, si oculus pacatus attendat, & cogitatio Christiana non deserat considerare & videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis literis ecclesiam esse quærendam, ubi Christus redemptor ejus innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus ejus de sepulcro furatum a discipulis, sic non debemus audire contra ejus ecclesiam eos qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris, & Afrorum paucissimis sociis. Apostolus quippe dicit, quoniam veraces Christiani membra sunt Christi. Sicut ergo non credimus furto cujusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cujusquam viva ejus membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, & corpus ecclesia, simul in euangelio commendatum videre, & caput contra calumnias Iudæorum, & corpus contra criminationes hæreticorum. Nam quod legitur: *Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die*, contra eos est qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum: quod autem sequitur: *Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem*, contra eos est qui dicunt non esse ecclesiam in orbe terrarum: ut uno brevi capitulo paucisque verbis, & inimicus capitis, & inimicus corporis repellatur, &, si fideliter attenderit, corrigatur. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem scripturas nobiscum tenere, quibus hæc apertissima testimonia continentur. Iudæi quippe qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt euangelium: isti autem fratres nostri, utriusque testamenti auctoritate devincti sunt; & tamen criminari nos volunt de euangelio tradito, & nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse hujus collationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt scripturas sacras, & quia in eis innumerabilia testimonia repererunt, quibus promissa est ecclesia futura in omnibus gentibus & toto orbe terrarum, sicut eam reddi & præsentari cœpisse in euangelio & epistolis apostolicis, & in actibus apostolorum videmus, ubi & ipsa loca, & civitates, & provinciæ leguntur per quas crevit, incipiens ab Ierusalem, ut inde se etiam in Africam non migrando, sed crescendo diffunderet.

Luc. 24.

Ibid.

ANNO CHRISTI 411.

deret. Non autem invenerunt aliquod testimonium divinorum eloquiorum, ubi dictum est eam perituram de ceteris partibus mundi, & in sola Africa Donati parte mansuram: & viderunt quam sit absurdum, pro illa, quæ fuerat peritura, tot testimonia divina recitari; pro ea vero quæ, sicut putant, fuerat domino placitura, nullum ejus testimonium reperiri. Hæc forte cogitantes, ad finiendas vanas & perniciosas, & saluti æternæ contrarias inimicitias, ad locum collationis nostræ omnes convenire voluerunt, non ut tumultus novus oriatur, sed ut vetusta discordia finiatur. Nam & illud quo in nos solent graviter irritari, quod reges terræ, quos tanto ante prædictum est Christo domino servituros, leges contra hæreticos & schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitaverint, non esse culpandum: quia & antiqui reges non solum gentis Hebraicæ, sed etiam alienigenæ; ne quisquam contra Deum Israel; hoc est, verum Deum non tantum faceret, sed vel diceret aliquid, omnes regni sui populos præceptis minacissimis terruerunt, & majores istorum ipsam Cæciliani causam, unde nata est ista dissensio, ad Constantinum imperatorem per Anolinum proconsulem accusando miserunt: quod utique non ob aliud videntur fecisse, nisi ut imperator Constantinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent aliquid regali auctoritate decerneret, totamque ipsam causam potuerunt, & forte fecerunt ipsius collationis necessitate, archivis publicis perscrutatis, invenire olim esse finitam, post ecclesiastica judicia, quibus absolutus est Cæcilianus, illo etiam imperatore judicante, ad cujus examen rem totam & primo miserunt, & postea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis ordinatoris Cæciliani, quem malorum omnium fontem in concilio suo dixerant, cognoscente " Æliano proconsule ex præcepto ejusdem imperatoris invenire purgatam. Quamquam & hoc si attenderunt, &, quod facile fuerat, adverterunt, in scripturis sanctis ecclesiam Christi permixtis zizaniis, & palea, & piscibus malis futuram esse promissam usque ad tempus messis, ventilationis, & * litoris, utique cogitare potuerunt, etiamsi malam causam Cæcilianus & coepiscopi ejus habuissent, nihil eos præjudicare potuisse orbi Christiano, quem Deus paucis credentibus tanto ante promisit, & nunc multis videntibus reddidit. Nisi forte plus contra ecclesiam valuit homo peccans, quam pro ecclesia Deus jurans; & iniquitas quod amisit, quam veritas quod promisit. Hæc sentire quam sit stultum & impium jam fortasse viderunt: cogitaverunt quoque damnatos a se Maximianistas Primiani damnatores per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos, & ibi certius exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum, si tale aliquid ecclesia contra rebelles suos ab hujusmodi potestatibus postulat, & quod aliquos ex damnatis postea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismatis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani sacrilegi surculi communione impollutos mansisse dixerunt, & baptismum vel a damnatis, vel a sociis eorum, quamvis foris in schismate datum, rescindere atque iterare non ausi sunt, satis utique judicarunt, ea quæ contra nos dicebant, exemplo suo esse damnata: & cre-

A dendum est quod jam intelligant quam sit indignum, quam intolerabile, ut cum sedeant in cathedris episcopalibus cum istis, & cum ipso simul Primiano damnatores ejus & damnati in causa ejus, ut sit pax in parte Donati, de Cæciliano infametur orbis Christianus, ne in pace vivat unitas Christi. Hæc omnia fortasse cogitantes, & Dei timore permoti omnes collationis loco adesse voluerunt, non tumultus dispositione, sed pacis. Quod enim præterea se universos adesse dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse adversarii sæpe sui mentiti sunt, hoc si aliquando a nostris dictum est, de his locis dici verissime potuit, ubi B nostrorum coepiscoporum & clericorum atque laicorum longe major est numerus, & maxime in proconsulari provincia: quamquam, excepta Numidia consulari, etiam in ceteris provinciis Africanis nostrorum numero facillime superentur, aut certe, in comparatione omnium gentium, per quas catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissime dicimus. Sed nunc si numerum suum innotescere voluissent, nonne ordinatius atque tranquillius innotesceret per eorum subscriptiones, quas ut mandato suo, te cernente subjungant, edicto admonuisti? Quid sibi ergo vult quod collationis loco omnes adesse desiderant? Si enim pacem non co- C gitant, quid non perturbabunt locuturi? aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi clamor non sit, solus susurrus ipse multorum, satis magnum strepitum faciet, quo impediatur illa collatio. Quid est autem quod in notoria sua ponendum putarunt, ideo se juste flagitasse, ut omnes adessent, quia omnes cōventi sunt ut venirent: quasi possent eligi pauci qui adesse deberent nisi ab omnibus qui venissent, ut eorum electioni te præsente subscriberent, ac sic in paucis omnes essent, cum ab omnibus pauci electi essent. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur, aut pax: quorum illud optamus, illud cavemus: & ideo ne forte, quod absit, hoc præparetur, potius quod cavemus, quam quod D optamus, consentimus adesse omnes illos, ut tamen a nobis tantus adsit numerus, quantus tuæ spectabilitati sufficere visus est: ut tumultuosum per turbas si quid emerserit, non nisi eis recte imputetur, in quorum parte præsens fuerit. Ad rem quæ a paucis agenda est, omnino superflua multitudo. Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter a domino deprecamur, causa unitatis faciendæ illa erit necessaria multitudo, cum voluerint, omnes aderimus, & ad tantum bonum, illo adjuvante qui hoc donat, alacriter convolabimus dicentes: Fratres nostri estis, E non jam eis qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen domini honorificetur, & appareat illis in jocunditate jam nobiscum experientibus, quam bonum sit & jucundum fratres habitantes in unum. & alia manu: Optamus te, fili, in Deo bene valere. Item alia manu: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis subscripsi. Item: Silvanus primæ sedis provinciæ Numidiæ subscripsi.

XIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Evidenter apparuit edicto dicationis meæ numero præstito, quem ex omnium voluntate susciperent, curam negotii peragendam, quoniam id etiam sacratissimam legem voluisse ejus recitatio

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

recitatio patefecit. Et quia catholicos episcopos A ad edicti tenorem consensisse monstratum est, utrum etiam episcopi partis alterius de hac re satisfecerint, vel utrum nunc satisfacere velint, intimare dignentur.

XX.

Emeritus episcopus dixit: Acta est, ut arbitror, causa, & adhuc confligantium non est statuta persona. Tibi enim, judicum verissime, nihil aliud incumbit quam tenere veritatem. Si enim omnium negotiorum advertamus instantiam, primo de tempore, de mandato, de persona, de causa, tunc demum ad merita negotii veniendum est. Quod si prætermissis istis, B secundum forenses fasces jactantiamque illius controversiæ, quam tribunalia sibi vindicant, semper legalis nobis ritus ac sermo servãdus est, judica vir sublimis in negotio Christiano: quia huic causæ judicat Deus, qui & nostra merita, & veri judicis sententiam æqua ponderans libra, ne immergat, attendit. Edictis enim propositis præsentiæ tuæ, quantum ad judicis voluntatem pertinet, nihil temere, nihil incongrue, nihil adversus aliquem videmus esse prolatum, quantum ad responsiones nostras: quoniam ante causam superflue & ante merita principalis negotii supervacua esse noscuntur, neque mihi nostra propositio, neque illorum C responsio officere potest, cum, salvis omnibus ante causam nunc limen ingressi judicii, quæ sint merita negotii definire valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat de causa nihil penitus mutilatum, cum ea tantum quæ ante scripta vel gesta sunt, præceperim recitari. Unde quoniam certus a partibus numerus constitui debere præceptus est, utrum edicto paritum sit, sicut superius interfatus sum, venerabilitas vestra intimare dignetur.

XXII.

Emeritus episcopus dixit: Admoniti quidem D integritatis tuæ edictis, omnia integra & illibata causa servabimus. Hanc causam, si tempus, si dies patitur, intimamus. Scimus enim & edicto spectabilitatis tuæ & sacri tenore rescripti, intra quatuor menses causam debere finiri. Si iste est dies, veniamus ad causam. Non possumus etenim quidquam de meritis disceptare, nisi primo de die fuerit judicatum. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex edicto secundo diem cognoscere potuisti, qui dies Kalendarum Iuniarum videtur esse constitutus, quoniam hunc esse hodiernum etiam suggestio patefecit officii, & recitatio monstravit edicti. Superest, utrum de ordinando E negotio a vestris partibus, eligendisque personis satisfactum sit, intimetur. Siquidem in confusa multitudine, certa non possit esse persona, cum hoc constet etiam legibus definitum.

XXIV.

Emeritus episcopus dixit: Diem negotii utrum terminus edictalis incluserit, an forma imperialis præcepti, nobilitatis tuæ debet judicio definiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXV.

ANNO CHRISTI 411.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Ex edicto dies est constitutus, secundum formam judicii principalis: & quoniam non est in his diutius immorandum, superest ut in electione satisfaciatis cælestibus constitutis.

XXVI.

Emeritus episcopus dixit: Forma præcepti talis est, ut intra quatuor menses causa dicatur si secundum hanc formam sublimitatis tuæ edictum est constitutum, superest ut suggerente officio, in medium causa mittatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Officium ad quæsita respondeat.

Nampius scriba dixit: Secundum diem edicti nobilitatis tuæ, quartus mensis conclusus est die 14. Kalendarum Iuniarum.

XXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cum partes Carthaginem utræque venissent, in hunc eas diem consensisse non dubium est. Si quidem nulla super hac parte videatur aut dilatio postulata, aut judicium flagitatum.

XXIX.

Petilianus episcopus dixit: Nos ad hanc urbem 15. Kalendarum die Iuniarum venisse, & notoria nostra signavimus, & omnem, non dico Carthaginem, sed Africam fecimus testem: qui si non adessemus, jam pars adversa sine dubio flagitaret in contumaces dicendam esse sententiam, tempusque jam fuisse definitum, quo nec post venientibus agere quidquam, aut respondere licuisset. Si igitur, vir nobilis, mediam semper libram judicii tui suspensam ita tenes ac regis, ut nullam in partem vergat aliquid gratiam illam, qua tibi conditionem atque præceptum imperiali auctoritate cognoscis esse permissum, ut ferre possis in contumaces sententiam: nunc te judiciali illo motu illa quæ pura censura animadvertere oportebit, contra hanc partem te ferre judicium, quæ destitit, quæ non adfuit, quæ delectata est laboribus meis, quæ in hoc quoque mihi insultavit, ut diu chorus iste sanctissimus senatus cælestis spectaret judicii tui auctoritatem, excubaret pene quotidie, ipsaque Dei, quæ sacra sunt, sine solicitudine non gessisset. Feras igitur, quæso, judicium, promasque sententiam, non dico acriorem, quam adversum me ferre potueras, sed quam tibi leges & imperiale præceptum intimant, quamque præcipiunt. Non enim fas est, ut qui contra nos posses ferre judicium, nunc contra adversarios meos sententiam valeas denegare. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius, dixit: Sanctitatem atque peritiam tuam latere non credo, id imperiali præceptione fuisse constitutum, ut ea pars, quæ trini edicti conventione adesse noluisset, sententiam contumacis incurreret. Perpensa enim clementissimus imperator moderatione constituit, ut si longinquitate itineris quarto mense partes ad constitutum locum venire minime potuissent, duum mensium induciæ præstarentur. Quam quidem rem, ne alicujus partis querela videretur existere, videor custodisse: Unde de tempore,

pore, quoniam magis forensis est quam episcopalis objectio, quæ quidem nec in publico judicio secundum formam imperialis præcepti prævalere potuisset, cum partes utrasque observasse sat clareat, sicut superius interfatus sum, utrum electi sint qui peragere possent ex omnium voluntate negotium, intimare dignamini.

XXXI.

Emeritus episcopus dixit: Causæ præscriptio est judicis sermo, servari forensem usum, consuetudinemque jurgandi inter episcopos, non oportere nutare illam versutiam legum, jurisque controversiam, ubi de fidei statu, & de totius sanctitatis disceptatione tractatur. quod quidem castis & bene credulis auribus accipimus, vir spectabilis. sed ne forte in perniciem nostram ista replicentur, jusque transeat ad adversarios iterum confligendi, afferaturque nobis hoc juris præcepto servato: in hanc formam legis consentire debes, hoc ipsum judiciaria auctoritate defige, episcopalis nos moris regula sanctitati adesse debere, ut non præstigiis juris, neque ligaminibus cujusque facundia, sed testamento novo ac veteri, quod instituit Deus, quod sacravit dominus Christus, causa possit audiri. & alia manu. Emeritus episcopus recognovi.

XXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ne quid inordinate fieri videatur, quoniam hoc & ipsum veritatis regula continetur, & legum dictat auctoritas, prius est, ut personarum numerus designetur: tunc demum ea quæ partibus competunt, per eos qui firmati fuerint, rectius peragentur: ne hæc inter incertas personas videantur infirma.

XXXIII.

Emeritus episcopus dixit: Cum omnes qui mandaturi sunt, adstare videantur, magisque persona præsentium quam sermo teneatur absentium, quid est quod potest movere judicia cum statutis omnibus, quę primo ex lege descendunt, quæque initium causæ facere consueverunt, tunc demum ad delectionem defensorum secundum edictum sublimitatis tuæ arbitrium veniamus? & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunquam habere potuit certam multitudo personam, cum hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus soleat custodiri, ut per ordinatas atque firmatas omnia peragantur.

XXXV.

Emeritus episcopus dixit: Teneo fidem tuam, vir sublimis, nihil mihi de juris lege præscribi, ubi agitur de fide. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius, dixit: Interlocutione mea non jus cessare debere, sed forensem contentionem, apertissime definivi. Neque enim possunt aliqua quæ competunt partibus denegari: sed si hoc utrarumque partium consensus habet, ut nihil de jure publico, sed omnia ecclesiasticis regulis, id est, novi & veteris testamenti testimoniis peragantur, pars utraque designet.

XXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Optimus moderator. & alia manu: Petilianus recognovi.

XXXVIII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quoniam secundum nobilitatis tuæ edictum non omnes nostri collegæ adsunt, illi obtemperantes edicto, & voluntas cunctorum mandato continetur, jube hoc idem mandatum ab officio suscipi & recitari. & alia manu: Recognovi.

XXXIX.

Emeritus episcopus dixit: Si jubes, competit causa, per integritatem tuam. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aliud constat esse quæ sit voluntas venerabilitatis tuæ, utrum a jure publico recedi velitis, & totum divinis legibus agitari, vestris professionibus demonstretis.

XLI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Inveniet hoc ipsum sublimitas tua, cum hoc mandatum fuerit recitatum. & alia manu: Recognovi.

XLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et hoc mandato evidentissime continetur, ut omissa juris publici controversia, omnia divinis legibus peragantur.

XLIII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Recitatio mandati sensus tuos poterit informare. & alia manu: Recognovi.

XLIV.

Petilianus episcopus dixit: Legem Dei repudiat, qui dubitavit quod debeat profiteri. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XLV.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Ego hæc partium volui responsione firmari: ceterum certum est me, quoniam imperiali præcepto omnia nunc aguntur, per quod jura constituta sunt omnino non posse.

XLVI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Legem Dei non repudiamus, cum hoc mandatum ingerimus legendum, in quo potest omnis nostra assertio perdoceri. Nec enim egredi possumus limitem istius mandati, quod nobis patres vel fratres nostri universalis concilii ecclesiæ catholicæ, hic apud Carthaginem constituti mandarunt. & alia manu: Recognovi.

XLVII.

Emeritus episcopus dixit: Fidei causa est, quæ & sine mandato ipso jure agi potest. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deseruit cælum, ne intendat causam suam: quid est quod de mandato, vel de obligatione mandati, de subscriptione, de nodo, de formulis, quæritur? quid est quod in hac causa quasi aut refragantis, aut non mandati judicialis sponsio arbitrium flagitat: cum singuli quique propriam causam, & salutis suæ negotium gerant, superfluumque sit ceterorum mandatum, cum in uno constet ecclesiæ tota persona? advertat, vir nobilis, integritas tua, quam in ista sede jam quodam lumine coruscare cognoscimus, veritatem ita præsidere debere, ut si forensis altercatio, jurisque *conflictio in medio mittitur, proponatur: sin autem simplex illa veritas

ANNO CHRISTI 411.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411.

veritas qua datur vita, qua renascitur sæcu- A lum, qua liberatus est mundus, in hoc judicio spiritali altercatione conquiritur, quæso, vir sublimis, utrumque proponant, & de utroque unum eligant. Aut enim merita juris omittere non possunt, perscriptionemque causarum; aut si de illis sacratissimis legibus, quibus communis reverentia est adhibenda, patientia ipsas magis amplectar & teneam, & quasi cælestis aræ pontificatum adorem semper ac venerer, ut & tibi integro cognitori secundum institutum mentis tuæ morisque ordinem, certa sit causa judicandi, nec fluctuet judicium tuum, de quo est Deus, & populus B judicaturus. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XLVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Catholica ecclesia quæ toto sicut terrarum orbe promissa est, diffunditur, cum adversæ parti semper de fide obtulisset, & de actione quam nobis criminose objiciunt, collationem, & scriptis publicis, & testimoniis multorum, & conventione magistratuum facilius edocebitur. Sed ut omni ex parte tuta sit ipsius collationis causa, confusa non facit multitudo. Deligant igitur præsentes fratres nostri, qui volunt ex adverso sistentes C aliquos sui ordinis primarios viros, quibus totam actionis summam committant, atque adstipulationem faciant præsentium gestorum; ut si forte in assertione ejusdem causæ defecerint, in eorum persona qui hujusmodi negotium susceperint, absque cunctatione victos eos esse & recitatio demonstret actorum. Et ideo quia non opus est multifaria dilatione causam peragere, deligant personas secundum propositi edicti tenorem, quæ collationis causam suscipiant, ut omnibus semper probata veritas luce clarius demonstretur. Nam mandatum nihil juris & cavillationis forensis habere, ejus lectione, si pars adversa D patiatur, facilius edocebitur. & alia manu: Recognovi.

XLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Prosecutionem tuam cum imperiali certum est concordare præcepto, quo constitutum est, ut certus a singulis partibus numerus deligatur. Nam sive juris, sive fidei causa tractatur, certæ debent adstare personæ, ut quidquid actum fuerit, integrum robur obtineat.

L.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ E dixit: Dignetur igitur spectabilitas tua mandatum susceptum officio tradere & recitari, ut ex eo tenore pars adversa, quia dignatur ab hoc, instructa valeat objectis omnibus respondere, unde possit etiam clarescere, nihil nos jure publico velle tergiversari. & alia manu: Recognovi.

LI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Professionem quam exspectabat sanctitas vestra evidenter accepit. Patiatur ergo nunc recitari mandatum, salvo eo, ut utraque pars me agnoscat imperialis præcepti formam custodire debere.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si jubet spectabilitas tua, recitabo.

LII.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Universa quæ partibus offeruntur, ut omnis amputetur ambago, ab officio recitentur.

LIII.

Petilianus episcopus dixit: Sine præjudicio nostro legat, salvo eo, quia hæc causatio forensis est, non legalis. Nam uti mandato, his formulis præsumere, non est ecclesiasticæ consuetudinis, sed forensis ludi atque certaminis, & illius exercitii, quod magis argumentis quam fide aliqua sæpe subsistit. Proinde nobilitatis tuæ spectabilitatisque censura, etiam atque etiam in hoc loco morari dignentur, ut edicant utrum lege divina causam agi velint, & ipsam disceptationem inter partes ventilari, an omnino legibus publicis uti velint: quoniam in utroque mihi plurima competunt. Ut si a lege discesserit, episcopum se non esse demonstret; si vero legem tenuerit, tunc ei, ut illi qui Christianus esse desiderat, debeam respondere. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si nullo potestatis sæcularis judice residente inter episcopos tantum hæc contentio tractaretur, tunc demum eorum erat arbitrii, & forsitan justi, ut nihil publico velint jure tractari: me autem, cum legumlatores ii sint qui me judicem delegerunt, a legibus certum est deviare non posse: quamvis professionem partis e diverso venientis apertissime susceperit sanctitas vestra, in qua id expressisse cognoscitur, quod vestra prosecutio postulavit. Unde mandatum per officium recitetur.

Petilianus episcopus dixit: legat. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

Romulus exceptor recitavit: Post consulatum Varanis v.c. 3. Kalendarum Iuniarum. Mandatum factum in ecclesia. & cum recitaret, Adeodatus episcopus dixit: Sine præjudicio nostro recitet.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sæpius interfatus sum: omnia integris responsionibus recitari.

LV.

Romulus exceptor recitavit: Mandatum in ecclesia Carthaginensi ab universo concilio episcoporum catholicorum, præsidente Aurelio episcopo ecclesiæ Carthaginensis, & Silvano primate Numidiæ. Quamvis causa ecclesiæ catholicæ adversus omnes falsas criminationes, quibus eam usquequaque diffusam schismatici & hæretici per suas quasque regiones vel provincias divisi atque separati, vaniloquis & sacrilegis insectantur erroribus, satis superque divinis testimoniis defendatur; in Africa vero adversus Donatistas etiam ecclesiastico atque imperiali judicio, sicut oportebat, vel necesse fuerat, terminata sit: tamen quia idipsum hominibus, qui ista nesciunt, quo eos ad æternam salutem Christianæ caritatis acquiramus, instantius manifestandum atque declarandum est; placuit nobis ex Dei domini voluntate in hanc Carthaginensis civitatis convenire ecclesiam, & eligere idoneos fratres collegasque nostros ad asserendam hujus causæ defensionem, qui crimina falsissima ecclesiæ catholicæ, quæ toto, sicut de illa divina testantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, a parte Donati objecta redarguant: eccle-

NO STI sia quippe Christi, sanctis patribus nostris A- A brahæ, Isaac & Iacob, & populis omnibus per imitationem fidei posteris & filiis eorum, ita divina & veridica voce promissa est, ut nulla humana & maledica possit voce convinci. Ad Abraham namque ita locutus est Deus: *Per me juravi, dicit dominus, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantissimo propter me: nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum, tamquam stellas cæli & tamquam arenam quæ secus oram maris est: & hereditatem possidebit semen tuum, civitates adversariorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obaudisti vocem meam.* Ad Isaac quoq; B
26. ista de hac re verba sunt domini: *Statuam jusjurandum meum, quod juravi Abraham patri tuo, & ampliabo semen tuum tamquam stellas cæli, & dabo tibi & semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ, pro his quæ obaudivit Abraham pater tuus meam vocem, & servavit præcepta mea, & justitias meas, & legitima mea.* Ad Iacob etiam loquens, hoc idem
8. attestatione præclarissima pollicetur: *Et erit semen tuum sicut arena terræ, & multiplicabitur supra mare, & in Africum, & in Aquilonem, & ad orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ & in semine tuo.* Vnde propheta Isaias his vocibus consonans, istam ecclesiam in Spiritu sancto futuram prævidens, sic loquitur: *Lætare sterilis quæ* C *non paris, incipe & exclama quæ non parturis: quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum. dixit enim dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aularum tuarum fige palos; noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma: adhuc in dexteram & sinistram extenderis, & semen tuum gentes possidebit, & civitates desertas inhabitabis: ne timeas, quoniam prævalebis: neq; verearis quod detestabilis fueris; confusionem enim in æternum oblivisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego dominus qui facio te, dominus nomen illi, & qui liberavit te Deus Israel, universæ terræ vocabitur.* Item alio loco: *Et patefaciet dominus brachium suum sanctum in conspectu* D *universarum gentium, & videbunt omnes gentes usque ad intima terræ salutem quæ a Deo est.* Item dicit: *Posui te in testamentum generis, in lucem gentibus, ut sit salus usque in fines terræ.* Malachias etiam propheta prævidens sacrificium primi populi cessaturum, & toto orbe terrarum, id est, a solis ortu usque ad occasum æternum sacrificium glorificato in gentibus nomine domini celebran-
.1. dum, ita loquitur ad Iudæos: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens; & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium mundum: quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit* E *dominus omnipotens.* Ieremias quoque gentes ab extremo terræ venturas ad dominum, damnatis simulacrorum superstitionibus, sic prædicit: *Do-*
6. *mine virtus mea, & adjutorium meum, & refugiũ meum, in die malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quam falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis utilitas!* Quia vero non in unum aliquem terræ locum ex aliis locis ad Deum gentes venturas esse prædictum est, sed in locis suis eum adoraturas, in quem damnatis simulacris fuerant crediluræ; sic Sophonias pro-
.2. pheta testatur: *Prævalebit dominus adversus eos, & disperdet omnes deos gentium terræ, & adora-*

A *bunt eum unusquisque de loco suo omnes insulæ gentium.* His atque aliis multo pluribus testimoniis legis & prophetarum asserentibus ecclesiam toto terrarum orbe diffundi, psalmi etiam divini ita concinunt: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Item in alio psalmo de domino Christo in figura Salomonis: *Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos finis terræ. Coram illo decident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient illi.* Item in alio psalmo: *Deus deorum dominus locutus est, & vocavit terram a solis ortu usque ad occasum: ex Sion species decoris ejus.* Propterea ipse quoque dominus Iesus, qui locutus fuerat ante per ora prophetarum, posteaquam resurrexit a mortuis, jam per os proprium sic promisit ecclesiam. *Oportebat*, inquit, *impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem*; tamquam illud testimonium psalmi, quod recentissimum posuimus, verbis aliis exponeret. Nam quod ibi positum est: *Vocavit terram a solis ortu usque ad occasum*, hoc dominus ait, *Per omnes gentes*: & quod ibi positum est: *Ex Sion species decoris ejus*, hoc dominus ait, *Incipientibus ab Ierusalem.* Quis enim nesciat Sion & Ierusalem unam esse civitatem, unde cœpit passio & resurrectio domini Iesu Christi per orbem terrarum populis mundandis atque salvandis illustrissimo præconio prædicari? Proinde & ascensurus in cælum, prævidens unde fuissent carnales homines pro suis divisionibus & separationibus litigaturi, cum quæsissent ab eo discipuli audire aliquid de fine sæculi: *Non est*, inquit, *vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in totam Iudæam & Samariam, & usque in totam terram.* Hanc auctoritatem magisterii cælestis secuti apostoli, ecclesiam commendant in toto mundo fructificantem atque crescentem, & ne se in partes membra Christi per hominum nomina dividant, ita carnales, qui jam hoc facere cœperant, apostolus alloquitur: *Obsecro vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Nuntiatum enim est mihi, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in vobis, & unusquisque vestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli estis baptizati?* Vnde & istos, quorum contra errorem, & pro quorum salute, nomine Christi elegimus, qui eorum criminationibus falsis vanisque respondeant, in sacramentis Christi fratres nostros agnoscimus, nec eorum detestamur perversitatem, sed ipsa Christi sacramenta,

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

Psal. 2. Psal. 71. Psal. 49. Luc. 24. Act. 1. 1. Cor. 1.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA. ANNO CHRISTI 411.

in eis probamus, & rescindere non audemus. Meminimus enim per prophetam esse præceptum: *Audite qui pavetis verbum domini: dicite, Fratres nostri estis, his qui vos oderunt, & qui vos detestantur, ut nomen domini honorificetur & appareat illis in jucunditate.* (Isa 66.) Iam quod sequitur, ipsi sibi salubriter dicant, vel a propheta potius quam a nobis hoc audiant; nos leniora dicimus, ut pacem potius cum correctis, quam litem cum perversis habeamus, fratres nostros esse dicimus, ut nomen domini honorificetur; quia ideo nos oderunt & detestantur, esse fratres nostros negant; quia nomen hominum ab eis magis quam domini honorificatur. Ac per hoc fratres & coepiscopi nostri, quos ad eorum criminationes redarguendas elegimus, in hac collatione quæ cum eis habenda est, ecclesiam sanctam adversus eorum objecta defendant. Dicunt enim quod hæc ecclesia, quam in lege, & prophetis, & psalmis accepimus prænuntiatam, opera salvatoris expressam, & sanguine redemptam, apostolorum laboribus disseminatam atque plantatam, incipientibus ab Ierusalem; ubi in centum viginti animas simul congregatas sanctus Spiritus venit, eosque in quos venit, linguis omnibus gentium loqui faciens, evidentissimo signo docuit ecclesiam per omnes gentes futuram, & linguis omnium gentium locuturam. Hanc ergo ecclesiam, quæ isto modo, ut prædictum & impletum est, ab Ierusalem sumpsit exordium, atque inde se in Iudæam & Samariam, aliasque orbis terræ partes apostolorum prædicatione diffudit; in quorum literis atque actibus civitates & provincias invenimus longe lateque distentas, in quas eam suis speciosis pedibus invexerunt, unde & in Africam cresceret: hanc ut diximus ecclesiam dicunt isti, contra quorum errorem collegis nostris collationem defensionemque mandamus, Cæciliani episcopi quondam Carthaginensis ecclesiæ & sociorum ejus, nescio quibus peccatis periisse pollutam, atque in parte Donati ejus reliquias remansisse. Hanc vanam & sacrilegam criminationem hi quibus mandamus, ita redarguant & refellant, ut primitus ecclesiæ causam a causa quorumdam hominum distinguant atque discernant: quoniam ecclesia permixtos malos habitura prædicta est, quousque messis tempore a tritico zizania segregentur, vel a frumentis palea ventilata discedat, vel oves ad dexteram, hœdi ad sinistram, qui nunc eisdem pascuis permixti sunt, segregentur: vel mali pisces a bonis, qui nunc intra eadem retia simul trahuntur ad litus, in eodem litore, hoc est, in fine sæculi, dirimantur. Homines autem quilibet in ecclesia, si boni sunt, triticum vel frumenta ejus sunt, oves ejus sunt, pisces boni ejus sunt: sin autem mali sunt, zizania, palea, hœdi, pisces mali ejus sunt. Non ergo propter eos tota messis, tota area, grex totus, piscatio tota damnata est, ne, cum ante tempus audemus quasi de malis temere judicare, & aliis aliorum objectare peccata, bonos propter malos sacrilega separatione deseramus: cum potius malos propter bonos pia unitate tolerare debeamus. Vrgendi ergo sunt ii harum euangelicarum similitudinum, & tam perspicuæ veritatis inimici, ut doceant quod intendunt, ac prius ostendant, si valuerint, quomodo ecclesia, quam incipientem ab Ierusalem in scripturis sanctis per propinqua & longinqua fructificantem atque crescentem accepimus & tenemus, quorumlibet, quos accusant, contagione perierit, & in Donati parte remanserit. Si enim hoc fieri potuisse monstraverint, tunc utique ad causam ecclesiæ pertinebit, aliam fortasse suscipere atque discutere quæstionem, utrum Cæcilianus ejusque collegæ vel tales fuerint, quales ab istis fuisse dicuntur, sic innotescere potuerint Christianæ, quæ jam tunc erat, unitati usquequaque diffusæ, ut eam usque ad ultimas terras ipsius notionis contagione macularent & perderent. Fatentur quippe etiam ipsi neminem peccatis alienis maculari posse quæ ignorat. Vnde si demonstrare potuerint tam latam per tantas terras communionem gentium Christianarum peccatis Cæciliani & sociorum ejus contaminari ac perire potuisse, non sufficit ut ostendant tales eos fuisse quales accusando criminantur, nisi etiam ostendant vera crimina eorum omnibus innotuisse, quos ipsa contagione periisse contendunt. Si autem non potuerint demonstrare catholicam ecclesiam per omnes gentes, in quibus eam divina commendant eloquia ullis alienis peccatis destrui potuisse, sequestrata paululum causa Cæciliani & eorum quos cum illo accusandos esse putaverunt, quæ ad ecclesiæ causam omnino non pertinet, quoniam & si mala fuisset, eam contaminari non posse, nos quod dicimus ad earum crimina repellenda, ab eis quibus officium defensionis hujus imponimus, evidentissime & exemplis cumulatius ostendatur, id est, ecclesiam Christi nullorum malorum usque in finem sibimet permixtorum, non solum ignotorum, verum etiam cognitorum, quasi corruptione pestifera posse inquinari atque deleri, primum exemplis propheticis, qui populum peccatorem, & Deum multis execrabilibus abominationibus offendentem tam severis vocibus arguebant, & flagellis correptionis duros atque indomitos animos usque ad inimicitias adversum se horribiles excitabant; nec tamen se ab eo populo, in quo utique etiam boni inter malos erant, corporali discrimine dividebant, melius judicantes per patientiam ferre malos, quam per calumniam relinquere bonos. Ipse dominus Iesus Christus exemplum singulare patientiæ, traditorem suum utique pessimum, non solum cognitum in discipulorum numero pertulit, verum etiam præcognitum in discipulorum numerum assumpsit: dixit etiam discipulis suis: *Et vos mundi estis, sed non omnes*, ut eo modo scirent munditiam suam aliena immunditia non posse sordescere. (Ioan. 13.) Apostolorum temporibus, testis est apostolus Paulus, inter falsos fratres gemens, & quosdam per invidiam, quod utique diabolicum vitium est, Christum annuntiantes in epistola sua notans, quemadmodum boni malos, propter unitatem Christi pietate solicita conservandam, sine ulla sua perditione in sacramentorum communione tolerabant, a quorum malitia longe abhorrebant. Post apostolos etiam episcopi boni, quemadmodum propter unitatem Christi, non solum quoslibet laicos, verum etiam coepiscopos toleraverunt malos: testes sunt literæ martyris Cypriani, ubi gemit avaritiam quorumdam collegarum usque ad crudelitatem fenoris,

fenoris, rapinasque fundorum; nec tamen malorum contagione factus est talis, sed bonorum dilectione pertulit tales, non tantum id exemplo admonens, verum etiam præcepto instruens. Nam in quadam epistola sua dicit: Etsi videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut caritas nostra, ut quoniam esse zizania in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Ipsorum etiam qui huic veritati adversantur, judicio probandum est quam sit hoc verum, qui cum Maximianum damnassent merito sacrilegi schismatis, sociis ejus qui cum illo ab istis foras exierant, seque ab eorum communione separaverant, dilationem ad redeundum dederunt, dicentes eos illius sacrilegi surculi plantariis non esse pollutos. Quod B quidem cum omnes unius schismatis societas connexos teneret, quemadmodum recte dici potuerit, non invenimus; sed tamen vel sero hinc intelligere cogantur, multo potius in unitate catholica malos bonis tamquam paleam frumentis obesse non posse; si in concisione schismatica, ubi palea sola est, putatus est Maximianus ejusdem concisionis suæ socios, tantum, quia ordinationi ejus præsentes non fuerunt, non potuisse maculare: & videant quam inconsiderate dicant, Cæcilianum, qualiscumque ille fuerit, & ejus quoscumque collegas, in tot longinquis gentibus unitatem Christianam perdere potuisse, cum Maximianum arbitrentur nec Afros participes sui schismatis perdidisse. C Sic apparebit, ad ecclesiæ causam, cujus injungimus defensionem, non pertinere Cæciliani causam, qualemlibet habeat quæstionem. Quod autem accusant baptismum nostrum vel potius baptismum Christi quem habemus & ministramus, eumque in eis quos deceperint ingemiscendo errore rescindunt, sic ferendum est, quemadmodum ipsa ecclesia, cujus donum est. Non enim audebunt amplius baptismum accusare quem damus, si ab eorum criminibus ecclesia purgabitur quam tenemus. Sed si illud, ut assolent, objiciendum putaverint, quod baptismum Christi etiam foris a nostra communione traditum agnoscimus potius quam improbamus, nec rescindere audemus; respondeatur eis, quantiscumque rationibus & testimoniis responderi potuerit, divina ecclesiæ dona & apud fures, vel usurpatores, vel etiam raptores inventa, agnoscenda esse potius quam neganda. Nam, sicut apostolus de quibusdam dicit; *quia veritatem in iniquitate detinent:* ita omnes qui extra ecclesiam Christi habent vel ministrant baptismum Christi, veritatem sacramenti divini in iniquitate detinent erroris humani. Vnde humana iniquitate correcta, non est veritas divina violanda. Qui autem putant negandum esse baptismum Christi: quia eum & hæretici tradunt, possunt putare negandum esse etiam ipsum Christum, quia eum & dæmones confitentur. Et ideo ad ecclesiam venire debent, qui extra ejus communionem baptismum ejus habent, non ut quod deerat, adsit, sed ut quod inerat, prosit. Neque putandum est illos hinc clam diuturnum habituros esse conflictum, quandoquidem etiam de hac re suo judicio & exemplo poterunt admoneri: baptismum quippe Christi extra suam communionem in Maximiani schismate datum, in eis quos inde cum illis, quos damnaverant susceperunt, agnoscere quam rescindere maluerunt.

A Proinde & illud quod non recte intelligentes solent dicere: *Ne communices peccatis alienis;* neque enim hoc corporum segregatione, sed morum dissimilitudine faciendum est: in eis coguntur attendere, quemadmodum intelligendum sit. quos cum Maximiano damnato sacramenta communicantes impollutos fuisse dixerunt, & quod de baptismo solent accipere quod dictum est: *Qui baptizatur a mortuo*, & cetera hujusmodi, in eis ipsis nosse coguntur quomodo accipienda sint, quando ab illis quos cum damnarent, mortuos esse dixerunt, baptismum in schismate datum improbare, atque iterare non ausi sunt. Et quod nobis objicere consueverunt, quod ad eos corrigendos pro unitate Christi apud terrenas potestates aliquid agere cogimur, in ipsis identidem Maximianistis compellendi sunt approbare, quos cum apud judices terrenos tamquam schismaticos suos vel hæreticos accusarent, ut de basilicis pellerent, etiam Bagaiense concilium quo eos damnaverunt, aliquoties allegaverunt. Quæ omnia ideo dicenda sunt, ut & suo judicio commoneantur dissensionem tandem deponere, & consumpta vel abjecta falsarum & vanarum animositate criminationum, diligere catholicam pacem, amplecti individuam caritatem, sine qua nullus hominum bonus esse poterit, quidquid boni aliud habere potuerit. Quibus peractis nec ipsam Cæciliani causam volumus deserant, sed eam non tamquam ecclesiæ matris, sed tamquam episcopi fratris suscipiant: ne sicut iterum discutiatur finienda, sed ut demonstretur jam olim esse finita ecclesiasticis & publicis documentis, quorum nonnulla sufficient, si eis, cum a nobis proferuntur, fidem habere voluerint: & si noluerint, poterunt archivis etiam contestantibus declarari: quibus appareat, & causam Cæciliani eos per Anolinum proconsulem ad imperatorem Constantinum accusando misisse, & eumdem imperatorem post ecclesiastica judicia, quibus Cæcilianus fuerat absolutus, causam totam D partibus præsentibus cognovisse, atque innocentem Cæcilianum, illos autem calumniosissimos judicasse. Felicis quoque Aptungensis ordinatoris Cæciliani innocentiam, Æliano proconsuli ex præcepto ejusdem imperatoris cognoscente claruisse, quem malorum fontem in concilio suo ipsi dixerunt. Quæcumque autem crimina quibuslibet collegis nostris, non jam more conferentium vel disputantium, sed maledicentium & litigantium objicienda putaverint, respondendum est eis, nec eorum causas ad ecclesiæ causam, quam nunc defendendam injungimus, pertinere; nec ipsas tamen ei discutiendas auferri, sed pro temporis, quod nunc instat, necessitate differri: ut cum ecclesiæ causam, quam nunc clementissimus imperator cognoscendam & demonstrandam recenti præce- E ptione curavit, fuerit terminata, quæcumque quibuscumque nostris objicienda arbitrantur, apud quos voluerint judices & nostros & suos, cum jam catholicæ unitati fuerint sociati, vel purgata monstrentur, vel convicta puniantur. Hæc eo modo quo conscripta sunt, & si quid uberius vel firmius eis dominus dederit, exequenda mandamus fratribus & coepiscopis nostris Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio. Quod mādatum se suscepisse testantur subscriptionibus, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris,

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

Eph. 5.

Eccl. 34.

PRIMAE COGNITIONIS GESTA.

nostris, ratum habituri quidquid, adjuvante A domino, in hac defensione peregerint. His autem adjungimus, cum quibus ubi opus fuerit consilium habeant, Novatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifacium, & Scillatium; ad custodiendam vero conscriptionem gestorum, Deuterium, Leonem, Asterium, & Restitutum. Quo recitato,

LVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ex recitatione mandati, quod gestis præsentibus adhærebit, claruit divina magis testimonia, quam forensia vincula esse prolata, & edicti pariter mei tenorem fuisse servatum, in numero scilicet deligendo, & imperialis consti- B tutionis formam nihilominus custoditam. Ideoque, quoniam justitiæ ordo hoc postulat, etiam subscriptiones omnium recitentur.

LVII.

Romulus exceptor recitavit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthagini constitutus, præsente viro clarissimo tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. Item alia manu, Silvanus primæ sedis provinciæ Numidiæ, præsente v. c. Marcellino tribuno & notario Carthagini constitutus, mandato a nobis facto consensi & subscripsi. Item alia manu: Valentius episcopus ecclesiæ Vaianensis Carthagini constitutus, præsente v. c. Marcellino tribuno & notario mandavi & subscripsi. & reliquæ subscriptiones, quorum nomina mandato continentur.

LVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Has quoque subscriptiones cum mandato gesta suscipient. & adjecit: Numerus etiam subscribentium designetur.

Martialis exceptor dixit: ducenti sexaginta-sex sunt.

LIX.

Petilianus episcopus dixit: Vbi sunt qui mandaverunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LX.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: D Opus est hoc, eligant de suis septem, & eant ubi constituti sunt in ecclesia, & videant illos. & alia manu: recognovi.

LXI.

Petilianus episcopus dixit: Subtilis argumenti res est, ut judicem facerent testem. Potuerunt etenim etiam quoscumque clericos minoris loci apponere nominibus suis, & fingere illum honorem esse, quem apud se summum existimant, cum hinc potissimum dubitetur. Proinde veniant in judicium notarii, ut a nobis singuli cognoscantur. Veremur etenim argumenta sæpe diutius requisita, quæ in perniciem sim- E plicitatis nostræ quotidie machinantur. Hæc igitur prima res est de qua per notoriam nostram sublimitati tuæ intimare curavimus, neque cessavimus, ut de numero primo nostro constaret, quem esse parvulum semper imperialibus auribus mentiuntur: quidquid enim contra nos semper elicitur, quasi contra paucissimos impetratur. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Falsi crimen nec objicere condecet sacerdotem, nec committere potuisse credendum est. Illud autem est, quod per vestram venerabilitatem scire desidero, utrum omnes episcopos, contra quos vestra pergit intentio, quorum etiam subscriptio recitata est, possitis agnoscere.

ANNO CHRISTI 411

LXIII.

Petilianus episcopus dixit: Singuli quique sedium nostrarum adversarios facile possumus agnoscere. Sane non falsum objecimus, sed diligentiæ maximæ est, quod volumus & probare. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc magis de vestra judico sanctitate, diligentiæ potius esse, quam ullius objecti criminis, quod in prosecutione dicendum esse credidit sanctitas tua. Sed illud quæro, utrum in omnibus locis & civitatibus utriusque partis bini esse possint episcopi: sic enim possunt se alterutrum plene cognoscere.

LXV.

Petilianus episcopus dixit: Sapientissime ac præscie omnia prævidisti, vir nobilis. nam in plebe mea, id est, civitate Constantinensi, adversarium habeo Fortunatum. In medio autem diœcesis meæ, nunc institutum habeo, imo ipsi habent, nomine Delphinum. pervidet jam hinc præstantia tua, duos in unius plebe fuisse imaginarie constitutos, ut & numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem sit, qui sit illarum scilicet personarum. Et hoc argumenti C est maximi, ut videantur nos hoc genere superare, si duo contra unum sint constituti vel tres. Nam etiam in plebe præsentis sanctissimi collegæ ac fratris mei Adeodati, id est, in civitate Milevitana, ita commissa res est, ut unum ibidem habeat adversarium, alterum in Tuncensi civitate, qui ad hujus scilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium esse videtur constitutus; tertius vero sit in loco, qui dicitur Ceramussa. Ergo cum unus sit civitatis Milevitanæ episcopus a partibus nostris, tres videntur ab his constituti fuisse, ut illorum numerus augeretur, aut fortassis excederet numerum veritatis. Requirendum est igitur, quando auctus sit illorum numerus, quam originem habuerit, utrum hoc novitas fecerit, an dederit antiquitas, utrum, ut ita dixerim, contra vetustatem canam, vitium hoc fuerit novitatis. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Multiloquio ecclesiæ causam agi non debere, perspicit mecum tuæ dignationis sensus, optime cognitorum. & cum diceret: & alia manu: Recognovi.

LXVII.

Petilianus episcopus dixit: Plus scripsisti quam dixi. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Verum vir gravissimus Petilianus, cum ante paululum ecclesiæ causam divinis scripturis firmandam esse professus fuerit, atque eam divinis testimoniis quæri debere constituerit, nunc eum per diversa vagari in personis ordinatorum, prosecutione ejus ostenditur. Atque ideo, ne illi similes videamur, decreti tenorem accepit sublimitas tua, & quid patrum statuta voluerint, ejus lectione monstratum est. Convenit

venit præsentes, oratoriis omnibus actionibus A repulsis atque prostratis, eligere nunc ex parte sua idoneos, qui possint institutæ causæ præstare rationem; omniumque consensum his actis depromere, ut, dilucescente veritate, nulli possit esse ambiguum. Siquidem confirmatis personis nulla pars audebit dicere, sententiam non posse debere consistere, quandoquidem eorum consensus actis fuerit depromptus: & ideo aut subscriptionibus quæ gerimus, se doceant confirmare, aut consensum suum singuli patefaciant, ut actio ecclesiæ possit suo ordine inchoari. & alia manu: Recognovi.

LXIX.

B Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: De incompetenter ordinatis, quos Petilianus vir scientissimus comprehendit, me certum est, qui ad aliam partem principali auctoritate non judex videor constitutus, non posse cognoscere. Superest, ut si numerum episcoporum, qui ab officio intra hanc splendidam Carthaginem constitutus est, verum esse credit venerabilitas tua, jam nunc intimare dignetur.

LXX.

Petilianus episcopus dixit: Non intellexit e diverso consistens, quid fuerim prosecutus. nam cum de numero mandantium nunc agatur, diligentiæ meæ maxime fuit requirere. ubi sunt illi C qui præsentibus mandaverunt: deinde constare non ab re est, quod sum in tuo judicio, vir nobilis, prosecutus. Quoniam igitur & jacturam fecerunt earum rerum, quas forensibus cancellis ac legibus uti potuerant, & recitaverunt mandatum, quod non magis forense sit, sed legale, hinc agnosco debere me illis lege divina competentium respondere. Sed, ut prius de mandatorum numero constet, & de patribus meis quanti mandaverint, vel quanti sint mandaturi, id primum peto de nobilitate tua, ut superfluum non sit, de numero utriusque partis ferre debere judicium celsitudinem tuam. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. D

LXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Evitandæ quidem multitudinis causa ad hunc locum, de quorum numero dubitatur, minime convenisse dicuntur, præsertim cum suffecerit eos præsentibus omne delegasse negotium: sed si quid super hac parte dubitationis affertur, judiciis intimetur.

LXXII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Nos evitamus tumultum; idcirco non venerunt: sed mandatum firmissimum est, quod lectum est nobilitati tuæ. Si de numero dubitatur, eant provinciales ad Mauros, E eant provinciales ad Numidas, eant provinciales ad Byzacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad provinciæ proconsularis, qui præsentes sunt ex numero ipsorum, & cognoscant nostros, qui huic mandato subscripserunt. & alia manu: Recognovi.

LXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non patiar rem superfluam longa partium obluctatione differri. unde, veniant universi.

LXXIV.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid opus est turbis? Et nos in civitate diversati sumus, & nostri collegæ. Ii quoque in civitate, ut dicunt, non hodie, sed aliquantis diebus demorati sunt. Legantur subscriptiones, &, de cujus nomine dubitant, ipse veniat. & alia manu: Recognovi.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

LXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In uno loco sunt omnes, aut id non potest liquido designari?

LXXVI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nescimus posteaquam mandaverunt quid opus erat ut concluderentur. & alia manu: Recognovi.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De quorum nomine dubitatur, ipsi veniant. & alia manu: Recognovi.

LXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Impugnat se actio, & ex una parte diversa contentio: unus prosequitur venire debere, alter nescire se utrum possint adesse. Concordent inter se sententiis suis, & arbitratu proprio atque secreto quid magis eligant, dicant. Operimur enim pro meritis tuis quidquid isti dixerint, quod magis putaverint eligendum. Non enim nos falsitatis crimen objecimus, sed hoc ipsum factum volumus judiciis approbari. Melior est enim astipulatio, quæ præsentibus actis inditur, & veritatis fides instrumentorum veritate firmatur. Agitur enim res, de qua quis negare poterit, Non mandavi, non interfui, nescio: non enim ex me istæ præcedunt, sed ex ipsis potius qui ista confingunt: habeant inter se consilium suum, arbitrioque suo definiant universa, ut si volunt in præsenti mandare, sicuti nos personas mandantium actis sublimitatis tuæ nunc in præsenti insinuamus, habeant in compendio, tulerint de medio falsitatem: donamus illis universa quæ potuerant de præscriptione depromi, ut sublimitatis tuæ judicio possit ex illorum, & ex nostris partibus apparere, quod possit esse mandatum. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

LXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tumultus ne fieret cavendum fuit, & hoc salubriter prudenterque providisti: & quoniam metuendum est, ne, cum fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potius tribuatur, incertumque sit hominibus, a quorum parte potius extiterit; nihil melius & tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam, nisi ut, recitatis omnibus nominibus, de quo dubitant, veniat. & alia manu: Recognovi.

LXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis professionem partis adversæ; quæ competunt, peragantur.

LXXX.

Emeritus episcopus dixit: Patientiam nobilitatis tuæ, intimumque secretum, quod omnibus monstrans cunctorum oculis patuit, teneo judicii tui fidem, teneo testimonium. Pene jam peracto solis curriculo totus est transactus dies, & nullus adhuc exortus tumultus, cum tanta sacerdotum Dei multitudo consistat. Quis enim præter eos quos judicii veritas adesse præcepit, vel mutiendo inter se, vel balbo sermone respondit? Tacito linguæ silentio expectant veridici cognitoris integram severamque sententiam, & acclinibus, ut dixi, pene cervicibus, in teipsum toto ore pendentes, quid de Dei causa judices

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

judices solicite rimantur. Nullus strepitus, sermo nullus, imo ad Deum continua oratio, & ad cælum privata vox. Vnde hic tumultus publicus de privatis scurrilibusque sermonibus, quibus aut facile strepere, ut ex ipso usu rixa quotidiana metus judiciorum non timens, possit exurgere? Ad hoc Dei sacerdotes tot antistites, animæ suæ causam & fidei suæ rationem audire cupientes, tumultu superfluo & quadam rixa turbantes, ad judicii veritatem nolentes descendere, quærunt immissam actionem turpissime perturbare. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

LXXXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad multa fratris mei videat nobilitas tua quam pauca respondeam. Quod si nobis voluerint respondere, causa tota cito forsitan peragetur. Metuendum est, ne ideo non fiat tumultus ab hac turba quæ præsens est, quia non hic est alia multitudo, in quam possit referri causatio. & alia manu: Recognovi.

LXXXII.

Petilianus episcopus dixit: Confiteris illos cum tumultu esse venturos. Nam hic tumultus nec fuit, nec erit a partibus nostris. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

LXXXIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non confiteor cum tumultu esse venturos, sed timeo ne ideo adhuc quiescat multitudo præsens, quia non est in quem referat, si quid forte turbulenter extiterit, dum utraque præsens fuerit multitudo. Petimus ut quod dictum est, fiat: de quocumque dubitatur, præsentetur. & alia manu: Recognovi.

LXXXIV.

Adeodatus episcopus dixit: Si in paucos tumultus fieri non potest, in plurimos fieri quemadmodum potest? & alia manu: Recognovi.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ, dixit: Iudica. & alia manu: Recognovi.

LXXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Potest quidem sacerdotalis multitudo divinam considerans utrobique sententiam, etiam in quavis populositate præstare silentium: sed illud certum est, & ambigi nullatenus potest, paucitatem magis silentio posse præbere consensum. Vnde, ne superfluis immoremur, si de subscriptionibus aliqua est dubitatio, eos, quos nec præsentes esse, nec subscribere potuisse credit sanctitas vestra, faciam ad judicium mox venire, ut tandem aliquando, confirmatis secundum imperiale præceptum ex utraque parte personis, ad negotii merita veniatur.

LXXXVI.

Emeritus episcopus dixit: Ex una parte diversæ sententiæ concordare debent. Aut enim hic esse suos dicunt, & adesse debebunt; aut si absentes esse profitentur, videat nobilitas tua quid de absentibus debeat judicare. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

LXXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quod præsentes præsentibus mandaverunt, prosecutione spectabilitatis vestræ tenetur expressum, eo quod omnes qui subscripserunt, a vobis & a vestris omnibus facile possint agnosci. Vnde cum subscriptiones per ordinem fuerint recitatæ, de quo dubitatur, poterit mox venire.

LXXXVIII.

Adeodatus episcopus dixit: Affero compendium diversæ parti, ne tumultus posse fieri utrisque partibus præsentibus putent. In uno loco coepiscopi nostri consistant, ad alterum item locum suos faciant venire. Et cum recitata fuerint quæcumque loca, bini mittantur, quo possit omnis causatio, omnis tumultus amputari. & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi.

LXXXIX.

Alypius episcopus catholicus dixit: Nova res nunc a diversa parte flagitatur. Nam nos obedientes edictalibus præceptis, tot venimus quot fuerant edicto definiti. Sed quia & hoc non est negandum solicitudini præsentium, quamquam de numero quærere non sit nostræ præsentis actionis, tamen qui modo præsentes fratres nostri reperiri potuerunt, jube ut ingrediantur; si qui forte absentes fuerint, crastino eorum præsentia tuis etiam obtutibus monstrabuntur, dum tamen ne ulla dilatio causæ nascatur, sicut nos certi numero adsumus electi universali catholico concilio, etiam ipsi ad asserendum confirmati, jam suscipiant omnem sarcinam causæ, ut nulla dilatio quæstioni possit apponi. & alia manu: Recognovi.

XC.

Adeodatus episcopus dixit: Præcipe nobis mandatum eorumdem ostendi ubi subscripserunt, quod nunc lectum est ab officio. & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi.

XCI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandatum quod nunc ab officio recitatum est, in quo omnium subscriptiones continentur, postulantibus ostendatur.

XCII.

Petilianus episcopus dixit: Magnam nobis solicitudinem facit ista varietas, aut hodie repræsentent numerum eorum, quos sibi dicunt mandasse quod agant, aut ipsi causam in crastinum distulerunt. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XCIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non est dilata causa; hodie agenda est. & alia manu: Recognovi.

Augustinus episcopus dixit: actis offeratur, cum quo ab officio offeratur.

XCIV.

Adeodatus episcopus dixit: Hoc expectavimus, hoc desideravimus, ut eadem gesta quibus subscripserunt, impræsentiarum sint, donec mandatores veniant. & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi.

XCV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc necesse est, ut fiat ita, ut si solicitudinis aliquid geritis, a vobis obsignata serventur.

XCVI.

Petilianus episcopus dixit: Illorum præsentia nobis necessaria est, non mandatum. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XCVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam postulavimus fratres & consacerdotes nostros intromitti debere, qui præsentes inveniri potuerunt: præcipiat nobilitas tua, superfluum nodum amputari quæstionis, ut intromissi saltem vel obtutibus eorum fidem debitam ferant. & alia manu: Recognovi.

Marcellinus

ANNO CHRISTI 411.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hi venerabiles sacerdotes, qui præsentes esse dicuntur, venire dignentur. & ingressis episcopis catholicis.

XCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In omni, petitioni vestræ satisfactum esse cognosco. & adjecit: præsentes sunt episcopi quos ingredi voluistis; qui secundum imperialis præcepti formam, & edicti tenorem, certum numerum ad peragendam causam elegisse noscuntur. Unde, ne qua ulterius possit esse dubitatio, vel forte confusio, singulis subscriptiones propriæ seligantur, ut agnitis iisdem exire dignentur.

XCIX.

Martialis exceptor ex mandato recitavit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi, & subscripsi. Hoc modo omnes reliqui subscripserunt. Item recitavit Silvanus episcopus Summensis ecclesiæ catholicæ. Idem dixit: Præsto sum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Silvanus qui non suscepit collationem exeat. Quo egresso, item recitavit. Valentinus episcopus ecclesiæ Vaienensis. Idem dixit: Præsto sum.

C.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Reddiderunt nos solicitos, diligentiam nobis primitus ipsi incusserunt: quomodo nominantur nostri, sic etiam de ipsorum numero dubitamus. & alia manu. Recognovi.

CI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ita fiet; consentit tamen pars diversa, ut simul agniti exeant.

CII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Sed primo mandare habent & ipsi, ut appareat quia hic sunt. & alia manu: Recognovi.

CIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo placet sanctitati vestræ, ut post impletum mandatum exeant, etiam partis vestræ venerabiles viri episcopi, & inter paucos causa peragatur, & ad quod quæsitum est, respondere dignemini.

CIV.

Primianus episcopus ecclesiæ Carthaginensis dixit: Cum & nos apud acta mandaverimus præsentes, eximus, damus locum actoribus: hic tamen in proximo erimus. & alia manu: Primianus episcopus recognovi.

CV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo vestræ quoque subscriptiones judiciis intimentur, ut illorum quoque professiones præsentium requiruntur.

CVI.

Petilianus episcopus dixit: Apud acta volunt mandare. & alia manu: Petilianus recognovi.

CVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Apud quæ acta sanctitas vestra se asserit mandaturam?

CVIII.

Emeritus episcopus dixit: In judicio pietatis tuæ voluntas est nostra, si jubes ut gestis A municipalibus hoc judicio nobilitatis tuæ finiatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

CIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Illud nunc est, quod a vestra sanctitate ad amputandas omnes ambages necessario postulatur, ut apertissime designetis, utrum vobis epistola mandati cum subscriptionibus recitata sufficiat, an etiam ipsos quæritis apud acta mandare.

CX.

Petilianus episcopus dixit: Non ut profiteantur volumus, sed ut recognoscantur a nobis, qui mandasse dicuntur. & alia manu: ut superius.

CXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo subscribentium nomina per ordinem recitentur.

CXII.

Honoratus exceptor recitavit: Numidius episcopus ecclesiæ catholicæ Maxulit. Idem dixit: Præsto sum.

Felix episcopus dixit: Agnosco illum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat utrumque esse præsentem.

CXIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Illorum etiam duorum qui jam exierunt compares prodeant.

CXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cujus civitatis est vir venerabilis episcopus? Adeodatus episcopus dixit: Felix episcopus Zumen. nostræ communionis, qui contra Silvanum aget, male habet.

CXV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ipsi hoc exegerunt. videantur ergo qui præsentes sunt, & qui absentes. hoc volumus constet.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Probabilis excusatio est, & alius recitetur. & recitavit: Marinus episcopus ecclesiæ catholicæ Taboren. Idem dixit: Præsto sum. Victor episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum.

CXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Utrorumque præsentiam gesta retinebunt. Item recitavit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ civitatis Magomazien. Idem dixit: Præsto sum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aurelius ejusdem episcopus veniat a parte diversa.

Salustius episcopus partis Donati civitatis superius dixit: Agnosco illum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam hos constat esse præsentes. Item recitavit: Victor episcopus ecclesiæ catholicæ Libertin. Idem dixit: Præsto sum.

Ianuarius episcopus loci superius dixit: Agnosco illum; diœcesis meæ est.

Victor episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Neminem illic habet.

Ianuarius episcopus partis Donati dixit: Diœcesis meæ est.

Victor episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum neminem illic habeat, neque ecclesiam, neque aliquem communicantem, frustra mentitur, quod sit ejus diœcesis.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

Ianuarius episcopus dixit: Communicaverunt tibi ante vim tuam.

A

CXVII.

Petilianus episcopus dixit: In una plebe Ianuarii collegæ nostri præsentis, in una diœcesi, quatuor sunt constituti contra ipsum; ut numerus scilicet augeretur.

CXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quæratur quot annorum episcopus sit.

CXIX.

Petilianus episcopus dixit: Quatuor estis contra unum.

CXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc ad præsentem omnino non pertinent actionem: quæ cœpta sunt perlegantur. Item recitavit: Optatus episcopus plebis Vescerit. Idem dixit: Præsto sum.

Fortunatus episcopus civitatis superius D. Agnosco illum. Item recitavit. Ianuarius episcopus plebis Tunudensis. Item dixit: Præsto sum.

Victorianus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Euangelus episcopus ecclesiæ Assuri. Idem dixit: Præsto sum.

Petilianus episcopus dixit: Noster ibi defunctus est, ipse dicat: Item recitavit: Latonius episcopus ecclesiæ plebis Tenit. Idem dixit: Præsto sum.

C

Securus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Aptus episcopus plebis Tigiensis. Idem dixit: Præsto sum. Nec habui, nec habemus episcopum Donatistam.

Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Non illic habemus. Item recitavit: Assellicus episcopus ecclesiæ Tusurit. Idem dixit: Præsto sum.

Aptus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Innocentius episcopus ecclesiæ Germaniensis. Idem dixit: Præsto sum, sed adversarium non habeo. Item recitavit: Honoratus episcopus Matharensis ecclesiæ. Idem dixit: Præsto sum, sed non contra me habeo episcopum. Item recitavit: Hilarus episcopus ecclesiæ Boset. Idem dixit: Præsto sum, sed non habeo mecum episcopum.

D

CXXI.

Petilianus episcopus dixit: Noster fuit. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Et hoc nos cupimus, ut illum imitemini. Item recitavit: Secundus episcopus ecclesiæ Ruspitensis. Idem dixit: Præsto sum, sed non habeo contra me episcopum. Item recitavit: Donatus episcopus ecclesiæ Anburensis. Idem dixit: Præsto sum. Servatus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Cresconius episcopus ecclesiæ Tubiniensis. Idem dixit: Præsto sum. Protasius episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Restitutus episcopus plebis Novasin. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Cresconius episcopus ecclesiæ Cuiculiten. Idem dixit: Præsto sum. Habui contra me episcopum; exivit de corpore. Item recitavit: Lucianus episcopus ecclesiæ Guiren. Idem dixit: Præsto sum, sed alium contra me non habeo. Item recitavit: Tutus episcopus plebis Melzit. Idem dixit: Præsto sum, sed alium contra me non habeo. Item recitavit: Donatianus episcopus ecclesiæ Telep. Idem dixit: Præsto sum, Bellicus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Potentius episcopus plebis Bladiensis. Idem dixit: Præsto sum. Adeodatus episcopus dixit: Quem ibi nos habemus, oculos dolet, venire non potest. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Utrum hic sit Carth. Item recitavit: Maximianus episcopus plebis Turensis. Idem dixit: Præsto sum, sed non contra me habeo episcopum. Adeodatus episcopus dixit: Noster fuit. Item recitavit: Datianus episcopus plebis Legensis, Idem dixit: Præsto sum, sed alium contra me non habeo. Item recitavit: Urbicus episcopus plebis Tebestinæ. Idem dixit: Præsto sum. Perseverantius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Aspidius episcopus plebis Tacaratensis. Idem dixit: Præsto sum. Verissimus episcopus dixit: Agnosco illum: quatuor sunt in plebe mea, Datianus, Aspidius, Fortunatus & Octavianus. Item recitavit: Terentius episcopus Seleucianensis. Idem dixit: Præsto sum. Mescianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Servus Dei episcopus plebis Tubursicen. Buræ. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Dialogus episcopus Zamensis. Item dixit: Præsto sum. Montanus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Urbicosus episcopus plebis Eguilguilitensis. Idem dixit: Præsto sum: sed catholica est omnis, ex vetustate. Item recitavit: Silvanus episcopus plebis Perdicensis. Idem dixit: Præsto sum. Rogatus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Navigius episcopus Dydritensis. Idem dixit: Præsto sum. Honoratus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Romanus episcopus plebis Leptiminensis. Idem dixit: Præsto sum. Victorinus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Rufinus episcopus plebis Drusilianensis. Idem dixit: Præsto sum. Restitutus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Donatus episcopus Tisilitensis. Idem dixit: Præsto sum; sed non habeo contra me etiam episcopum. Pestilianus episcopus Donatista dixit: Exivit de corpore. Item recitavit: Gallus episcopus Ticensis. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Non venit, literas misit. Item recitavit: Donatianus episcopus Montenus. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Ægrotat. Item recitavit: Victorianus episcopus plebis Mustitensis. Idem dixit: Præsto sum. habeo Felicianum Mustitensem, & Donatum Turensem contra me.

CXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De nomine Feliciani utrum in communione sit Primiani. & alia manu: Recognovi.

CXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Quis tibi hoc mandavit, aut ex cujus persona hoc exigis? an vis tibi imponere personam eorum qui foris sunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CXXIV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dictum sit, ad postulata respondeat. & alia manu: Recognovi.

CXXV.

CXXV.

Petilianus episcopus dixit: Hoc jam internæ actionis est. & alia manu: Ut superius.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunc cœptus ordo teneatur: de his, si visum fuerit rationabile, postea requiretur. Item recitavit: Victorianus episcopus plebis pro Paschasio episcopo plebis Anguiensium. Idem Paschasius dixit: Præsto sum; unitatem habeo. Item recitavit: Ferox episcopus plebis Macrinianensis Maius. Idem dixit: Præsto sum. Pomponius episcopus dixit, loci SS. Agnosco illum. Item recitavit: Sumnius episcopus Tigualensis. Idem dixit: Præsto sum: in diœcesi mea duo sunt, Gaianus & Privatus. Gaianus episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Animadvertit nobilitas tua etiam in nostrorum diœcesi eos ordinasse episcopos. & alia manu: Recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Talia ab utrisque partibus constat objecta. Si hæc vultis diligenter inquiri, ad hanc causam superfluo venisse noscemur. Item recitavit: Felix episcopus plebis Segermiten. Idem dixit: Præsto sum. Restitutus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Secundus episcopus plebis Magarmelitensis. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus loci SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Vincentianus episcopus plebis Feraditensis majoris. Idem dixit: Præsto sum, unitatem habeo. Item recitavit: Placentius episcopus plebis Madaurensis. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Rusticianus episcopus plebis Tabracensis. Idem dixit: Præsto sum. Clarentius episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Octavianus episcopus plebis Ressianensis. Idem dixit: Præsto sum, unitatem habeo. Item recitavit: Benenatus episcopus plebis Simittensis. Idem dixit: Præsto sum, nec habeo alium, nec hæreticos. Petilianus episcopus dixit: Exivit de corpore. Item recitavit: Timianus episcopus plebis Vtinensis. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Habet Felicem, sed absens est. Item recitavit: Filolocius episcopus plebis Adrumetinæ. Idem dixit: Præsto sum. Victorinus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Adeodatus episcopus plebis Belalitensis. Idem dixit: Præsto sum, non habeo nec episcopum, nec hæreticos, unitatem habeo. Item recitavit: Felix episcopus plebis Visicensis. Idem dixit: Præsto sum: episcopum contra me non habeo. Victor episcopus civitatis Taborenensis dixit: Proxime recessit. Ego tibi intervenio. Item recitavit: Victor episcopus plebis Insitensis. Idem dixit: Præsto sum, unitatem habemus. Item recitavit: Fuscinulus episcopus plebis Eliensis. Idem dixit: Præsto sum, non contra me habeo episcopum. Item recitavit: Honorius episcopus plebis Cellensis. Idem dixit: Præsto sum. Castus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Maximianus episcopus Aquen. Regiorum. Idem dixit: Præsto sum, in patria mea non habeo alium episcopum. Item recitavit: Antonius episcopus plebis Carpitensis. Idem dixit: Præsto sum. Veratianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Fortunatianus episcopus plebis Neapolitensis. Idem dixit: Præsto sum. Ampelius episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Pannonius episcopus plebis Puppitensis. Item dixit: Præsto sum. Victorianus episcopus dictæ civitatis superius: Agnosco illum. Item recitavit: Ianuarius episcopus plebis Tubulbacensis. Idem dixit: Præsto sum. unitas est catholica, non contra me habeo episcopum in civitate mea. Item recitavit: Gratianus episcopus plebis Metenensis. Idem dixit: Præsto sum. Fortunatianus episcopus partis Donati civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Victor episcopus plebis Bahannensis. Idem dixit: Præsto sum. unitatem habeo. Item recitavit: Quodvultdeus episcopus plebis Centurien. Idem dixit: Præsto sum. Cresconius episcopus partis Donati civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Fortunatus episcopus plebis Capsen. Idem dixit: Præsto sum. Cæser episcopus partis Donati civitatis superius: Agnosco illum. Item recitavit: Cresconius episcopus plebis Temonianensis. Idem dixit: Præsto sum. Ibi in eodem loco ubi ago, non contra me habeo episcopum. Montanus episcopus ecclesiæ Cathauguritensis. Idem dixit: Præsto sum. unitatem habeo. Item recitavit: Iocundus episcopus plebis Sufetulensis. Idem dixit: Præsto sum. Titianus episcopus partis Donati civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Victor episcopus plebis Bartanensis. Idem dixit: Præsto sum. Honorius episcopus partis Donati civitatis superius dixit: In mala quæ fecit mihi modo illum didici. Item recitavit: Victor episcopus Cullitensis. Idem dixit: Præsto sum. Fidentius episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Palatinus episcopus Bosetensis. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Quodvultdeus episcopus Givirtensis. Idem dixit: Præsto sum. Euasius episcopus civitatis superius: Agnosco illum. Item recitavit: Silvanus episcopus Carianensis. Idem dixit: Præsto sum. unitas est illic. Item recitavit: Æmilianus episcopus Aggeritensis. Idem dixit: Præsto sum. Candorius episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Privatus episcopus plebis Vsilensis. Idem dixit: Præsto sum. non contra me habeo episcopum: presbyterum illic habet. Item recitavit: Maius episcopus "Plenius Amudarsensis. Idem dixit: Præsto sum. patria mea catholica est. Item recitavit: Victor episcopus plebis Vuazensis. Idem dixit: Præsto sum. Secundinus episcopus plebis superius: Agnosco illum. Item recitavit: Cresconius episcopus plebis Tituli. Idem dixit: Præsto sum. Victor episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Milichus episcopus plebis Tagamutensis. Idem dixit: Præsto sum: omnes catholici sunt. Item recitavit: Speratus episcopus plebis Ammadoren. Idem dixit: Præsto sum. Crescentianus episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Aurelius episcopus plebis Namnulit. Idem dixit: Præsto sum, non habeo contra me episcopum. Habetdeum diaconus episcopi Primiani Carthaginensis dixit: Exivit de corpore. Item recitavit: Venustus episcopus plebis Turudensis. Idem dixit: Præsto sum. Adeodatus episcopus dixit: Non ibi habemus. Item recitavit:

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

" plebis

recitavit : Honoratus episcopus Abiddensis. Idem dixit : Præsto sum, episcopum contra me non habeo ibi. Item recitavit : Gududus episcopus Aniusensis. Idem dixit : Præsto sum. Donatus episcopus ejusdem loci dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Sabratius episcopus plebis Turretamallumensis. Idem dixit : Præsto sum. Iurata episcopus civitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit : Fortunatus episcopus ecclesiæ Vndesitensis. Idem dixit : Præsto sum. Cresconius episcopus dixit : Agnosco illum : Item recitavit : Severus episcopus plebis Vtimari. Idem dixit : Præsto sum, unitas est illic. Item recitavit : Pascasius episcopus plebis Tijucensis. Idem dixit: Præsto sum, sed unitas est illic. Item recitavit : Valerius episcopus plebis Vtinicensis. Idem dixit : Præsto sum, episcopum non habeo. Habetdeum diaconus dixit : Fuit illic, exivit de corpore. Item recitavit: Vrbanus episcopus plebis Theodalēsis. Idem dixit : Præsto sum, catholica est, unitas est. Item recitavit. Victor episcopus plebis Migirpensis Idem dixit: Præsto sum. Gloriosus episcopus loci superioris dixit : Agnosco illum.

CXXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Cum episcoporum sit petita collatio, miramur nescio qua impudentia præsentem diaconum episcopi personam velle suscipere, & collationem quam Deo favente cœpimus inchoare, studio contentionis perturbare. Vnde cohibeat se a tali actione: quia non decet rebus seriis non necessaria commiscere. & alia manu : Recognovi.

CXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Superflua prosequitur sanctitas tua, cum constet præsentem ad id fuisse delectum, ut cognosceret singulos, non studium disputationis arriperet. Item recitavit : Lucianus episcopus plebis Tuneyensis dixit : Præsto sum. unitas est illic. Item recitavit : Donatus episcopus plebis Sayensis. Idem dixit : Præsto sum. unitas est illic. Item recitavit : Rufinianus episcopus plebis Muzuensis. Idem dixit : Præsto sum : omnis catholica est. Item recitavit : Victor episcopus plebis Trisipensis. Idem dixit : Præsto sum. Felicianus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Adeodatus episcopus plebis Bencennensis. Idem dixit : Præsto sum. Catholica est ab origine. Item recitavit : Faustinus episcopus plebis Sillitensis. Idem dixit : Præsto sum. Possidonius episcopus loci superioris dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Felix episcopus plebis Aptungensis. Idem dixit : Præsto sum. Catholica est omnis. Item recitavit : Geta episcopus plebis Iubaltianensis. Idem dixit : Præsto sum. non habeo contra alium. Item recitavit : Ianuarius episcopus plebis Cenculianensis. Idem dixit : Præsto sum ; non est illic episcopus alius. catholica est. Item recitavit : Iulianus episcopus plebis Tasfaltensis. Idem dixit : Præsto sum : unitas est, catholica est omnis illic. Adeodatus episcopus dixit : Annus est ex quo mortuus est. Item recitavit : Crescentianus episcopus plebis Arenensis. Idem dixit : Præsto sum. unitas est apud me. Item recitavit : Licentius episcopus plebis Zattarensis. Idem dixit : Præsto sum. Catholica est ibi. Item recitavit : Malcus episcopus plebis Masculitensis. Idem dixit : Præsto sum. Vitalis episcopus loci superioris dixit. Agnosco illum. Item recitavit : Marianus episcopus plebis. ... Rufinianus. Idem dixit : Præsto sum : unitatem catholicæ habet. Item recitavit : Tertiolus episcopus plebis Cillitensis. Idem dixit : Præsto sum. Donatus episcopus loci superioris dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Sopater episcopus plebis Tambalensis. Idem dixit : Præsto sum. Faustinus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Paulus episcopus plebis Vzittarensis. Idem dixit : Præsto sum, non habeo ex illa parte. Habetdeum diaconus dixit : Exivit de corpore. Item recitavit : Ianuarius episcopus plebis Aptucensis. Domnicus episcopus ecclesiæ catholicę dixit : Hic est, commotus est corporis infirmitate. Item recitavit : Victor episcopus ecclesiæ Vticensis. Idem dixit : Pręsto sum. Gedudus episcopus civitatis superioris dixit : Agnosco illum. Item recitavit qui supra : Procericio episcopus plebis Vculensis. quo accedente, idem dixit : Præsto sum, omnis catholica est. Item recitavit : Basilius episcopus plebis Altiburitensis. Idem dixit : Præsto sum. Augustalis episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Victor episcopus plebis Vinensis. Idem dixit : Pręsto sum. Habetdeum diaconus dixit : Non ibi habemus, exivit de corpore, ante annos quinque. Item recitavit : Fructuosus episcopus plebis Abziritensis. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Hic est Carthagini. sensit sibi. Adeodatus episcopus dixit : diœcesis est Felicianiatensis, presbyterum ibi habet. Item recitavit : Publianus episcopus plebis Bazarididac. Idem dixit : Præsto sum, unitas est. Item recitavit : Cassianus episcopus plebis Vamaccorensis. Idem dixit. Præsto sum. Donatus episcopus civitatis superioris dixit : Agnosco illum : presbyter meus fuit. Item recitavit : Tresconius episcopus plebis Zaraitensis. Idem dixit : Præsto sum. Rogatus episcopus loci superioris dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Felix episcopus Villæ Regensis. Idem dixit : Præsto sum. non habeo contra me episcopum modo ; exivit de corpore. Victor episcopus dixit : Constat me modo fuisse ordinatum. Item recitavit : Primulus episcopus plebis Tamagristensis. Idem dixit : Præsto sum. Saturninus episcopus civitatis superioris dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Adeodatus episcopus plebis Satafensis. Idem dixit : Præsto sum. Vrbanus episcopus loci superius dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Faustinianus episcopus plebis Tamogadensis. Idem dixit : Præsto sum. Gaudentius episcopus loci superius dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Avitus episcopus plebis Lamasuensis. Idem dixit : Præsto sum. Ianuarius episcopus civitatis superioris dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Sextilius episcopus plebis Assabensis. Idem dixit : Præsto sum. Marcianus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Marcianus episcopus Idierensis. Idem dixit : Præsto sum. Martialis episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Crispulus episcopus ecclesiæ Voliten. Idem dixit : Præsto sum. Quodvultdeus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitavit : Germanus episcopus Gypsariensis. Idem dixit : Præsto sum. Fidentinus episcopus dixit : Agnosco illum. Rogatus episcopus Gaguaritensis. Idem dixit : Præsto sum. unitatem habet.

Adeo-

Adeodatus episcopus dixit: Noster fuit, a nobis illo transiit. Item recitavit: Quadratus episcopus plebis Gegitensis. Idem dixit: Præsto sum. numquam ibi fuit episcopus. Item recitavit: Gregorius episcopus Tamamallensis. Idem dixit: Præsto sum. Lucius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Lucius episcopus civitatis Tagaratensis. Idem dixit: Præsto sum. Quintus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Felicianus episcopus plebis Cufruten. Idem dixit: Præsto sum, episcopum alium non habeo.

CXXIX.

Primianus episcopus dixit: Ille qui fuit damnatus est & nobis, & ab illis, cum scirent illum reum; & ipsi confirmaverunt, adhuc alter non est ordinatus. & alia manu: Primianus episcopus recognovi. Item recitavit: Bonifacius episcopus Cenensis. Idem dixit: Præsto sum. Vindemius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Adeodatus episcopus plebis Bazaritanæ. Idem dixit: Præsto sum. est quidem in corpore constitutus Calipotius, sed cum videret universum populum ad ecclesiam catholicam fuisse conversum, discessit. Item recitavit: Niventius episcopus Tunugabensis. Idem dixit: Præsto sum. non ibi habeo contra me episcopum.

CXXX.

Primianus episcopus dixit: Damnatus est in causa adulterii, tamen illic fuit usque ad annum præsentem. Item recitavit: Sabinus episcopus Tuccensis. Idem dixit: Præsto sum. Adeodatus episcopus dixit: in diœcesi mea est ordinatus, ex presbyterio meo est. Sabinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum sæpe a civibus meis peteret ut eos in communionem ecclesiæ catholicæ susciperem, rogaverunt etiam ut eis episcopus daretur. Petierunt me, & ordinatus sum. Adeodatus episcopus dixit: Quem habuit decessorem, edicat in cujus locum successit.

CXXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat non ibi fuisse catholicam. Adeodatus episcopus dixit: Non. Item recitavit: Marianus episcopus Vtzippatitanor. Idem dixit: Præsto sum. nunquam ibi habui alium. Item recitavit: Victorinus episcopus plebis Larensis. Idem dixit: Præsto sum. Honoratus episcopus dixit: Agnosco illum.

CXXXII.

Hilarus exceptor dixit: Quoniam codices implevimus, & alii nobis subrogandi sunt exceptores, jubeat nobilitas tua, e corpore nostro alios subrogari nobis custodibus datis. Vitalis notarius ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc & ego suggero, quod & exceptor nobilitati tuæ. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Dentur nunc notariis, qui codices se implesse confirmant, & exceptoribus ab utraque parte custodes. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Iam nos delegisse custodes, mandato ipso narravimus, ex ipsis etiam duos offerimus custodes. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eorum nomina qui nunc offeruntur edicito. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Deuterium & Restitutum. Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Congruum est, ut sicuti & alii subrogati sunt exceptores, sic dentur & ab alia parte custodes. Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Damus custodes Victorem Hipponiensem, & Marianum Oensem collegas nostros.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

CXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ex utraque parte episcopi custodes videntur appositi, singulorum (sicut cœperat) officium nomina subscriptionesque recitare debebit, & ad susceptas tabulas ad majorem diligentiam alterutrum signet solicitudo custodum, ut iisdem præsentibus reseratæ, describi possint, atque ea quæ gesta sunt schedarum serie contineri. Cumque ab utrisque partibus tabulæ susciperentur atque signarentur, recitatum est: Innocentius episcopus Lamiggigensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi, & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: Præsto sum. Iunianus episcopus dixit: Nec ego illum novi, nec ipse me. & recitavit: Rufinianus episcopus Bonusten. coram v. c. tribuno & notario Marcellino, suprascripta mandavi, & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Nunquam illic fuerunt Donatistæ. Primianus episcopus Carthag. dixit: Ipse fuit noster, sed populos habemus quibus ordinare.. : Rufinianus episcopus ecclesiæ catholicæ Bonustensis dixit: Nunquam habuit. & recitatum est: Laodicus episcopus plebis Clypiensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: E parte adversa est Geminius. & recitavit: Donatus episcopus plebis Buritan. coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare cum recitavisset, idem dixit: Neminem illic habent Donatistæ. & recitavit: Candorius episcopus plebis Mullitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi, & subscripsi Carthagini. quare Marcellinus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitavit. Isaac episcopus plebis Vrinensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. Felicianus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitavit: Quintus pro Victore episcopo Tuburbitanorum minorum coram v c. tribuno & notario Marcellino subscripsi, eum superius mandasse præsentem Carthag. Maximinus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitavit: Felix episcopus Tubien. coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. Idem dixit: catholica est sola. & recitavit: Felix episcopus Abbirmaius, coram v.c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholica est sola. & recitavit: Augendus episcopus plebis Villæ Magnensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholica est tantum. Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Ipse est qui jamdudum ad illam partem transiit. & recitavit: Lucidus episcopus plebis Marcellianensis & Bazitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholica est, & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diverso est. Restitutus episcopus dixit: Agnosco illum & recitavit: Aufidius episcopus plebis Tignicensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

pſi Carthagini. quare idem dixit: E diverſo habeo Iulianum. Iulianus epiſcopus dixit: Agnoſco illum. & recitavit: Fortunatus epiſcopus plebis Abbenzenſis coram v. c. Marcellino tribuno & notario ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Optatus epiſcopus dixit: Non habemus epiſcopum, preſbyterum habemus. & recitavit: Trifolius epiſcopus plebis Aborenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Nomen ſi illic auditum fuerit Donatiſtarum, lapidatur. & recitavit: Quintus pro Paulino Zurenſe præſente literas neſciente coram v.c. Marcellino tribuno & notario ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini: quare & accedente epiſcopo Paulino catholico idem dixit. Catholica eſt. Habetdeum diaconus Primiani epiſcopi dixit: Preſbyter eſt illic noſter, diœceſis eſt noſtra. & recitavit: Lucrus epiſcopus plebis Nigrenſium majorum coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Vnitas eſt. Habetdeum diaconus dixit: Preſbyterum habet. & recitavit: Fidentius epiſcopus plebis Ceſalenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Valentinianus dixit: Modo exivit de corpore. Fidentius dicebatur. & recitavit. Creſconius epiſcopus plebis Ruſucenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus & recitavit: Ambibius epiſcopus plebis Piſitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino, ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Habeo Felicem e diverſo. Valentinianus diaconus dixit: Felix dicitur, literas miſit excuſationis, ſenectutis cauſa. & recitavit: Rogatianus epiſcopus Tigimma plebis Tigimmenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. Quare idem dixit: E diverſo mihi eſt Victorianus. & accedente Victoriano dixit: Agnoſco illum. & recitavit: Stephanus epiſcopus plebis Simuaritenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas eſt illic, eccleſia eſt illic. Habetdeum diaconus dixit: Diœceſis mea eſt Cypriani Aficcenni. Cyprianus dicitur epiſcopus qui illic intendit, Adſinar. & recitavit: Serotinus epiſcopus plebis Turuzitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthag. quare idem dixit: Nunquam habuit nec habet. Habetdeum diaconus dixit: Presbyter eſt illic Cattus. Serotinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Illic eſt. ſed ſuperfluo. & recitavit: Majorinus epiſcopus plebis Zemtenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Catholica eſt, nec habuit, nec habet. & recitavit: Thomas epiſcopus plebis Cubdenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E contra neminem habemus. & recitavit: Reſtitutus epiſcopus plebis Muzucenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E contra Idaxius nobis eſt. & accedente Idaxio epiſcopo, idem dixit: Agnoſco illum. & recitavit: Antonius epiſcopus plebis Mutugenenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E diverſo Splendonius eſt. & accedente Splendonio epiſcopo idem dixit: Agnoſco illum. & recitavit: Privatianus epiſcopus plebis Vigeſelitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: E diverſo eſt mihi Donatus Cillitenſis. & accedente Donato Cillitenſi epiſcopo idem dixit: diaconos illic habeo, vicina plebs agit: diœceſis mea eſt. Privatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Vbi conveniunt? Donatus epiſcopus dixit: Et loca & memorias martyrum tamen prohibuiſti, Candidum non habui presbyterum. Inde Privatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Et ubi agebatur? & recitavit: Æmilianus epiſcopus eccleſiæ Benneſenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Non habeo neminem e diverſo. Valentinianus diaconus dixit: Maximianus dictus eſt, hodie de corpore exiit. Æmilianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Triennium habeo ex illo quo ordinatus ſum, nullum illic ſcio. Valentinianus diaconus dixit: Mittatur, & videant illum. & recitavit: Litorius epiſcopus plebis Suavenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Vnitas eſt illis. omnis catholica eſt. Habetdeum diaconus partis Donati dixit: Non habemus. & recitavit: Benenatus epiſcopus plebis Hoſpitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: In loco meo alius non eſt epiſcopus. Lucullus epiſcopus dixit: Perſecutio ſemper me fugavit. & recitavit: Leontius epiſcopus plebis Muſertitenſis, coram v. c. tribuno & Notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagine. quare Habetdeum diaconus partis Donati dixit: Creſconius nunc ordinatus eſt contra. & recitavit: Silvanus epiſcopus plebis Macrianenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Neminem habet, catholica eſt. & recitavit: Eunomius epiſcopus plebis Marazanenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E diverſo eſt mihi Habetdeum. Habetdeum epiſcopus dixit: Prædeceſſor meus ad Marazanenſem locum ordinatus eſt. is poſtquam in cathedram ſedit, expulſus eſt. Eunomius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Nunquam ſedit. Habetdeum epiſcopus dixit: Ego etiam non admiſſus, in tertio milliario in civitate conquievi. Eunomius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Nunquam fuerunt Donatiſtæ, nec ſunt, nec aliquando ſederunt cathedram. Habetdeum epiſcopus dixit: Modo oppreſſi ſunt. & recitavit: Barbarus epiſcopus plebis Hierpiniacenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſubſcripſi Carthagine. idem: Non habeo neminem contrarium. Valentinianus diaconus dixit: Mœcopius dicebatur epiſcopus, exivit de corpore. & recitavit: Secundianus epiſcopus plebis Hermianenſis, coram v. c. tribuno notario Marcellino ſuperius mandavi & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Contra mihi eſt Maximianus epiſcopus.

ANNO CHRISTI 411.

episcopus. & accedente Maximiano episcopo A idem dixit: Agnosco illum. & recitavit. Postumianus episcopus plebis Tagorensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholicæ est unitatis. & recitavit: Barbarianus episcopus plebis Creperulensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est tantũ. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Felix episcopus Camiopitanorum, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi, & subscripsi Carthagine. quare Valentinianus diaconus dixit: Presbyterum habemus nomine Restitutum. & B recitavit: Victor episcopus plebis Tibaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi, & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est Victorianus episcopus. accedente Victoriano episcopo idem dixit: Agnosco eum. & recitavit: Gennadius episcopus plebis Membressitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi, & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso mihi est. Restitutus episcopus plebis Simingitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Octavius episcopus plebis Vtinensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E contrario mihi est Bonifacius. & accedente Bonifacio episcopo dixit idem: Agnosco illum. & recitavit: Victorinus episcopus plebis Tabudesenensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est Argutus. & accedente Arguto episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Maximinus episcopus plebis Enerensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est, unitatem habeo. Quovultdeus episcopus dixit: Habet episcopum; sed male habet. & recitavit: Reginus episcopus plebis Tigillavensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare Flavianus episcopus dixit: De itinere revertit Donatus, causa ægritudinis. & recitavit: Quintus pro Cresconio episcopo Centenariensi præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. eo quod infirmitatis causa præpediatur, mãdante ipso subscripsi Carthagine. quare Quodvultdeus episcopus dixit: Etiam ipse male habet. & recitavit: Felix episcopus plebis Izirianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est mihi Saturus. & E accedente Saturo episcopo, idem dixit: Presbyter meus erat. & recitavit: Felicianus episcopus plebis Feraditensis minoris: præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Romanus episcopus plebis Megapolitanæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso non habeo. Felix episcopus dixit: Presbyterum habemus Maximianum: Præsto est. & recitavit:

Restitutus episcopus plebis Cincaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso mihi est Campanus episcopus: & accedente Campano episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Nados episcopus plebis Sabratensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso habui, modo non habeo. & recitavit: Cultasius episcopus plebis Mataritanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. Habetdeum diaconus dixit: Habuimus Rusticianum; modo exivit de corpore. & recitavit: Octavianus episcopus plebis Vcimaius, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Salvianus episcopus dixit: Senis Victoriani diœcesis est, presbyterum habet Ianuarium: & recitavit: Safargius episcopus plebis Lampuensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. Valentinianus diaconus Primiani episcopi dixit: Senis Carteri est plebis; sed absens est, pedibus laborat: propterea venire non potuit. & recitavit: Victorinus episcopus plebis Tabudensis, pro Gorgonio C consacerdote meo, qui infirmitate detinetur, plebis Liberaliensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandante ipso subscripsi Carthagine. quare idem Gorgonius dixit: Basilicam mihi deposuerunt hæretici; solus sum. Protasius episcopus dixit: Habemus illic Victorem episcopum. & recitavit: Fortunatus episcopus loci Casensis, Calanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: solus sum. Verissimus dixit: presbyter est ibi Victorinus. & recitavit: Theasius episcopus plebis Memblositensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Sola unitas est illic ecclesiæ catholicæ. Salvianus episcopus dixit: Tempore persecutionis succubuit illic episcopus D qui illic fuit. & recitavit. Probantius episcopus plebis Trofimianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: solus sum. Valentinianus diaconus dixit: Presbyterum habet. & recitavit: Dulcitius episcopus plebis Tacapitensis, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Valentinianus diaconus dixit: Felix dicitur; hic est, sed male habet. Item recitavit. Catulinus episcopus plebis Gittensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Non habemus. & recitavit: Villaticus episcopus plebis Sinnipsensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. & recitavit: Hilarianus episcopus plebis Hiltensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare & accedente Victore episcopo idem dixit: Modo sum illic ordinatus, non me novit. Hilarianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non habet. & recitavit: Ianuarianus episcopus eccle-

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

PRIMAE COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411.

siæ. Gisipensis majus, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Non habemus. & recitavit: Severianus episcopus Ceramunensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est omnis. Habetdeum diaconus episcopi Primiani dixit: Habemus senem Adeodatum. Severianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ostendat illum. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est Milevitana, Ceramussa.

CXXXIV.

Severianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Omnis ab origine catholica est ibi, nunquam ibi fuerunt Donatistæ. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est; per violentiam inde exclusit omnes, & presbyteros. Severianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mentitur teste Deo. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Illud sanctitas tua simpliciter dignetur edicere, utrum in ea plebe episcopus nunc sit. Adeodatus epicopus dixit: In plebe mea est, circumcirca meum est totum, etiam mei terrore succubuerunt omnes, qui in eodem loco constituti erant. Severianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mentitur. & recitavit.

CXXXV.

Dominicus episcopus plebis Bullensis Regiorum, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini: quare idem dixit. E diverso mihi est Felix, sed unus est qui illic communicat. & accedente Felice episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Valentinianus episcopus Vaiensis, pro consacerdote meo Regino ecclesiæ Vegeselitensis, qui hic Carthagine in infirmitatis causa detinetur, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, subscripsi. quare Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Male habet. Habetdeum diaconus dixit: Gavinius præsto est. & recitavit. Reparatus episcopus plebis Susasaritensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Non habet, fuit ibi. Habetdeum diaconus dixit: Modo recessit. & recitavit: Proculus episcopus plebis loci Serrensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitavit. Publicius episcopus plebis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso Deuterius est, solus sine plebe. Deuterius episcopus dixit: Quia & domos dejecisti, & persecutionem mihi fecisti. & recitavit: Maximianus episcopus plebis Suboabburitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso habeo Germanum. & accedente Germano episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Pompeianus episcopus Sucardensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hic est, sed ægrotat. & recitavit: Fortunatus episcopus plebis Rusuccuritanæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diverso mihi est Optatus. & accedente Optato episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Victor episcopus plebis Bartimisiensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Restitutianus episcopus plebis Sululittensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Omnis catholica est, omnes catholicos habemus. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Helpidius episcopus plebis Aquensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine quare idem dixit: E diverso mihi est Reparatus episcopus. & accedente Reparato episcopo, idem dixit: Ipse est, agnosco illum & recitavit: Victor episcopus plebis Malianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso mihi est Nestorius. & accedente Nestorio episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Ego Restitutus episcopus petitum de me a Victore episcopo Mamillensi coram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi eum suprascripta me mandasse. quare idem dixit: E diverso est Serenianus. & accedente Sereniano episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Victor episcopus plebis Tabaicariensis, coram v. c tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est Marcianus & accedente Marciano episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Victor episcopus plebis Timicitensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Habeo Optatum e diverso. & accedente Optato idem dixit: Ipse est. & recitavit: Bonifacius episcopus plebis Vallitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit. Non habeo. Valentinianus diaconus dixit. Defunctus est ante annos septem; Restitutus dictus est. & recitavit: Quintus subscripsi, pro Limeniano episcopo plebis Traprurensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi eum præsentem Carthagine mandasse. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Contra non habemus. & recitavit: Proculus episcopus plebis Ginesitensis salariæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Habet presbyterum Lillybium. & recitavit: Auxilius episcopus plebis Nurconensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem possidemus, quod omnes sciunt Cæsarienses. hic est Severinus, dicat. Severinus episcopus dixit: Nunquam habuit. & recitavit. Mensurius episcopus plebis Medefessitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare Valentinianus diaconus dixit: Modo exivit de corpore. & recitavit: Honorius episcopus pro Ianuario fratre & coepiscopo meo plebis Casasmedianensis, Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino

cellino superius mandavi & pro eo subscripsi. quare & accedente Ianuario episcopo catholico, idem dixit: E diverso est mihi Æmilianus. Et recitavit: Adeodatus episcopus plebis Simidiccensis, coram v.c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Ego Restitutus episcopus pro Solemmio collega meo plebis Tigisitensis, præsente viro clarissimo tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est Paschasius. & accedente Paschasio idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Lampadius episcopus plebis Tiseditensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso... Agnosco illum. & recitavit: Cyprianus episcopus plebis Tuburbitanor. major. præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est Rufinus. & accedente Rufino, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Donatianus episcopus plebis Zellensis, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso habeo Natalicum. Et accedente Natalico episcopo, idem dixit: Agnosco illum.

CXXXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tagastenus Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi, & subscripsi. quare idem dixit: Vtinam quemadmodum Tagastis antiqua unitate gaudet, ita etiam de ceteris locis gaudeamus.

CXXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Mala est unitas innocentiæ & criminis, non posse utraque juxta misceri. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. & recitavit.

CXXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ Hipponiensis Regiorum dixit: Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare & accedente Macrobio episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Vincentius episcopus ecclesiæ Culusitensis Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Habuit; sed modo communicavit ipsis. & recitavit: Fortunatus episcopus ecclesiæ Constantiensis Carthagini constitutus, præsente viro clarissimo tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare idem dixit: E diverso habeo Petilianum.

CXXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Ipse est ecclesiæ persecutor, in eadem civitate ubi ego episcopus sum. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Et paulo ante jaculatus es injuriam, & non recepisti. Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: In eadem civitate ab hæreticis omnia altaria confracta sunt. Petilianus episcopus dixit: Persecutorem ea esse acta contineant. loco suo audies quæ mereris. Et recitavit. Fortunatianus episcopus ecclesiæ Siccensis, Carthagini con-

A stitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare idem dixit. Vnitatem ecclesiæ Siccensis novi, episcopum quidem tantum nomine audivi. & recitavit: Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ Calamensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. Petilianus episcopus dixit: Crispinus proximo tempore exivit de corpore. & recitavit: Florentinus episcopus ecclesiæ catholicæ "Hyppensis Zaritorensis, Carthagine constitutus coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diverso est Victor. Habetdeum diaconus dixit: Custos datus est codicum.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

" Hipponis Zaryti.

B

CXL.

Petilianus episcopus dixit: Iamdudum inter defensores quibus mandatum est, adverti nomen Fortunatiani & Fortunati retineri. nunc quoque ipsos mandatores esse recitari percipio. quæ est ista diversitas? Nemo unquam sibi mandavit.

CXLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrum eorum qui causam peragendam susceperunt, par atque similis sit subscriptio, recitetur.

C & recitavit. Fortunatus episcopus ecclesiæ Constantinensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare item recitavit: Fortunatianus episcopus ecclesiæ Siccensis, Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. Quo recitato,

CXLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Pervidet sanctitas vestra subscriptionibus suis eos de suscepto mandato fuisse professos. unde cetera per ordinem relegantur. & recitavit. Serenianus episcopus Miditensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. qua-

D re idem dixit: Catholica est. Peregrinus Sufetensis episcopus dixit: Presbyterum illic habeo Victorem; diœcesis mea est. Victor episcopus dixit: Adsum, scriptum sit, si ipse Florentius bene me agnoscit, qui me persecutus est innocentem, quem apprehendit, & in custodiam officii dedit necandum; ubi triennium temporis feci.

CXLIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista suo ordine cum putaveris peragentur. & recitavit: Novatus episcopus ecclesiæ Sitifensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diverso habeo Marcianum. & accedente Marciano episcopo idem di-

E xit: Agnosco persecutorem meum. & recitavit. Maurentius episcopus ecclesiæ Tubursicensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diverso Ianuarianum habeo. & accedente Ianuariano, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Bonifacius episcopus ecclesiæ Cataquensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diverso Speratus est mihi. & accedente Sperato, idem dixit:

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411.

A Agnosco illum. & recitavit: Squillacius episcopus ecclesiæ Scillitensis Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diverso Donatum habeo. & accedente Donato episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit. Priscus episcopus ecclesiæ Quidiensis Carthagine constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi & subscripsi. quare idem dixit: Non habeo Donatistas. qui illic fuit cum paucis parentibus suis, cum ipsis conversus est. Honoratus episcopus dixit: episcopus noster qui Zicensibus succubuit in persecutione: presbyteri nostri sunt illic. & recitavit. Deuterius episcopus Cæsariensis, Carthagine constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi. quare Fortunatius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Custos est tabularum. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Emeritus est illic. & accedente Emerito idem dixit: Agnosco eum. & recitavit. Restitutus episcopus Tagorensis Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi. quare Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Etiam ipse custos est tabularum. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Non habemus. & recitavit. Leo episcopus municipii Moptensis, Carthagine constitutus præsente viro clarissimo tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi & subscripsi. quare idem dixit: Habeo Felicem. & accedente Felice, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit. Asterius episcopus plebis Vicensis, Carthagine constitutus coram viro clarissimo tribuno & notario Marcellino mandavi & subscripsi. idem dixit: In ipso mecum alius episcopus non est. & accedente Vrbano episcopo, idem dixit: Deus videt, quia non illum novi

CXLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iamdudum me obtulisse sanctitati vestræ sat certum est, ut competenti reverentia sedentes omnia tractaretis: siquidem mihi onerosum esse non nescio, tot venerabilibus viris stantibus residere. unde vel nunc multitudine sequestrata, sedere dignamini.

CXLV.

Petilianus episcopus dixit: In itinere defecit. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Qui in itinere dicitur defecisse, quemadmodum invenitur subscripsisse doceatur. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Non de ipso dictum est, calumniose agis: de altero suggestum est. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De quo? Petilianus episcopus dixit: Qui decessit in via. & alia manu: Ut superius. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Recitentur nomina, ut eadem agnoscat. & alia manu: Recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si in via defecit, quomodo subscripsit? & alia manu: Recognovi. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit: Clericus pro mortuo subscripsit. & alia manu: Recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Eligat sibi, ut ostendam quomodo mentiatur. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Doceatur quomodo is qui in itinere dicitur defecisse, subscripserit. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Recitetur utrum clericus ex nomine suo subscripserit, an ex nomine defuncti. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitetur, cujus nomine subscripserit qui in itinere dicitur defecisse. & recitavit: Quodvultdeus episcopus Gessitensis æger subscripsi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Advertit nobilitas tua, nullius clerici nomen pro defuncti nomine subscripsisse, sed tamquam vivi mortui nobis qui in via juxta eorum professionem dicitur defecisse, subscriptionem obtulisse. & alia manu: Recognovi.

Petilianus

PRIMAE COGNITIONIS GESTA.

Petilianus episcopus dixit: Quid si & iste moriatur, qui æger subscripsit? quasi hodie non unus defecit. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit: Sed in itinere defecisse dixisti. & alia manu: Recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sufficiunt ista deprehensa, cetera subsequantur. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Nihil reprehendisti, argumentaris contra veritatem. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tu dixisti. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si verum est, ut asseritis, quod in itinere defecit: constat ejus subscriptionem falsissime recitatam: sin vero ipse subscripsit, non potuit in itinere deperire. Petilianus episcopus dixit: Non est humanum mori? non etiam morientes testamentis suis subscribunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Humanitatis est mori, sed inhumanitatis est fallere. & alia manu... Petilianus episcopus dixit: Non est hoc fallere, quia potuit revertens in itinere mori. mandatum adhuc modo accipio, dico quod moveat. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mandatorum dies prolatus a partibus recitetur, ut appareat de nomine defuncti, quæ pars in mendacium prosilierit. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandati diem pandat officium. Rufinianus scriba dixit: Recitato sicut præcepit sublimitas tua die mandati. & recitavit: Post consulatum Varanis viri clarissimi octavo Kalendas Iunias Carthagine. & cum recitasset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cetera perlegantur. Rufinianus scriba recitavit: Ianuarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Antonianus, Donatianus, Victorianus, Fortis, & ceteri; Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiscopis nostris præsentes præsentibus salutem. Et recitavit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iamdudum ipse subscripsit, modo dixit clericus subscripsit, modo episcopus. & cum diceret, alia manu: Recognovi: Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Advertitis, præsentes præsentibus peragendi negotii dedisse mandatum. Quomodo igitur hic qui præsens in hac urbe se inter ceteros sine dubio mandasse professus est, & in itinere dicitur defecisse, & in hac urbe subscripsisse mandato? Adeodatus episcopus dixit: Octo dies emensi sunt, ut mandatum confectum est. is qui mandavit, de cujus nomine nunc agitur, cum ægrotare cœpisset, ad propria remeans, in itinere defecit. & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dicat quo in loco defecit. & alia manu: Recognovi. Adeodatus episcopus dixit: Non novi locum. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam probabilis est vestræ sanctitatis prosecutio, qua cum hic fuisse & ægrum ad propria remeantem defecisse testaris, saltem hoc docere te convenit, ut utrum in hac urbe fuerit sub Dei testificatione designes. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si præcipit sublimitas tua, Petiliani viri gravissimi prosecutio recitetur, ut ex lectione cognoscant universi, quam non vere nunc dicatur eum repedantem de Carthagine in itinere defecisse, quia aliter eum ejus prosecutio demonstravit. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur prosecutio postulata: cumque ex codice legeretur, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil mihi videtur amplius de hac parte quærendum, nisi ut sub testificatione divina utrum hic præsens fuerit de quo agitur, simplici professione pandatur. Emeritus episcopus dixit: Quid si se alius pro eodem opposuit? & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: De hoc Dei erit, etiam sine sacramenti interpositione, circa fallentes omni ex parte judicium. unde reliqua subscribentium nomina relegantur. & recitavit: Quodvultdeus episcopus Voliten. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Atturren. Rutunda. idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Victorius episcopus Seledentensis. Crescentianus episcopus dixit: Hic est, ægrotat. item recitavit: Crescentianus episcopus Ammederensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Felix episcopus Bullensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Cresconius episcopus a Cibaliana. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: item recitavit: Iurata episcopus a Turre Tamallemen. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Liberalis episcopus Milidien. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Auzageren. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Victor episcopus Villaregensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Buzen. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Lucius episcopus Tamallensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Quintus episcopus Tagaratensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Datianus episcopus Teleptensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Megasius episcopus Tucaborensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Honoratus episcopus Immitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Vitalis episcopus Virensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Plutianus episcopus Masilianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Faustinus episcopus Naraggaritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Felicianus episcopus Viltensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Felix episcopus Boncarensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit. Felix episcopus Telensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi, item recitavit: Secundus episcopus Arensis.

PRIMÆ COGNITIONIS GESTA.

cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi; adversarium in plebe mea non habeo. item recitavit: Iulianus episcopus Tignicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: item recitavit: Splendonius episcopus Mutigennensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Serenianus episcopus Mammilensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Salvianus episcopus Leptit. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Reparatus episcopus Vindensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Leontius episcopus Præsidiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Titianus episcopus Sufetulensis, cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi item recitavit: Nestorius episcopus Malianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Ancusensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Flavosus episcopus Cilsitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Maximinus episcopus Turreblansis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Miggin episcopus Vagalitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatianus episcopus Capsensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Marcianus episcopus Gebarsussensis. cumque accessisset, idem dixit: Licet adversarium non habeam, tamen mandavi & subscripsi. item recitavit: Restitutus episcopus Laritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Victorianus episcopus Aquensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. Asellicus episcopus ecclesiæ catholicæ municipii Tusurritensis dixit: Sub testificatione omnipotentis Dei, & Iesu Christi salvatoris nostri, dico nos sic esse de Arzugibus profectos, die tertio Kalendarum Maiarum: presbyter fuit, non episcopus: in via ordinatus est, sed hac factione qua valet est illic episcopus, in adulterio detectus, adhuc pendet cognitio.

CCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Episcopum sufficit ordinatum. Hac parte transita, reliqua percurrat officium. & recitavit: Faustinus episcopus Nationensis. cumque accessisset, idem dixit: Adversarium non habeo, mandavi & subscripsi. item recitavit: Marcianus episcopus ..... Eminentius episcopus in itinere remansit: Felix Novasinnensis subscripsi pro eo. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quomodo præsentes præsentibus mandaverunt? Felix Novasinnensis episcopus dixit: Ipse me rogavit in itinere, & ego pro ipso subscripsi.

CCIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet hoc lectum atque dictum sit, quod præsentes præsentibus mandaverunt, tamen ne mora superflua conteratur, reliqua percurrat officium. & recitavit: Martialis episcopus Idicricensis pro Felice Garbensi & Iusto Formensi, qui in itinere causa infirmitatis detenti sunt, pro eis subscripsi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit. Etiam hoc superiori constat esse consimile: & adjecit: Aliud recitetur. Marcianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Felix episcopus Garbensis de domo sua non exivit. & recitavit: Cresconius episcopus Sigguitanæ dixit: Gaudentius collega noster, episcopus loci Tigitensis, infirmitatis causa in itinere remansit: pro eo subscripsi.

CCX.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Testatum sit actis sublimitatis tuæ, ideo hæc fieri ut major videatur eorum numerus episcoporum: quamvis nec sic catholicis possit æquari. & alia manu: Recognovi. Item recitavit: Donatus episcopus Sucardensis. Marinianus episcopus dixit: Hic est, in civitate, sed ægrotat.

CCXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ut statui, lecta in seriem referentur actorum. Quoteni autem sint utriusque partis episcopi, quorum subscriptio recitata est, canculatim pandat officium.

CCXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Adhuc sunt præsentes collegæ nostri, qui subscriptiones suas mandato non indiderunt; occupati enim fuerant, vel infirmitate vel necessitate, vel etiam postea supervenerunt. ii etiam jube ut cogniti accedant. & alia manu: Recognovi.

CCXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interim eorum numerus, qui subscripserunt, ab officio demonstretur. Rufinianus scriba dixit: Excepta ea pagina quæ errorem habet in subscriptione Donatistarum, invenimus nomina contineri. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ipsa autem pagina quot nominibus continetur? Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sed adnumeratis etiam absentibus. & cum diceret: & alia manu: Recognovi. Rufinianus scriba dixit: Sex, ac sic efficiuntur omnes ducenti septuaginta novem.

CCXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alterius quoque partis quot episcopi recitari sunt, intimetur. Rufinianus scriba dixit: Catholicæ partis episcopi secundum subscriptionem huic brevi insertam, efficiuntur ducenti sexaginta sex, exceptis his quos dicunt necdum subscripsisse.

CCXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunc quot ii, quos subscripsisse testantur, edicere non morentur. Alypius episcopus ecclesiæ dixit: Transeant, & cognoscantur, viginti sunt. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo si adsunt, suam debent singuli demonstrare præsentiam. Cumque Apronianus episcopus accessisset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cujus es civitatis episcopus? Apronianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mazacensis. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandato cui per absentiam non subscripsisti consentis? Apronianus episcopus ecclesiæ catholicæ Mazacensis dixit: Consentio. item & accedente Maximino

Maximino Suffeto episcopo, Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Consentis tu quoque mandato? idem dixit: Consentio & mando. Item accedente Victore episcopo Aiurensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo Ficense, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo Macrianensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Lucio episcopo Olivensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Tertulliano episcopo Hirenensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Ioanne Gummitensi episcopo, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Ampelio Vagense, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Primulio episcopo Vagense, idem dixit. Mando & consentio. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diu observavit Severus, sed nunc infirmitate discessit. Item accedente Regino episcopo Tigillabensi, idem dixit: Mando & consentio. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Delfinus episcopus hic est, sed infirmitate detinetur. Nam & Faustinianus episcopus Ruficcadensis hic est, in hac civitate, sed male habet, & Felix Sertirtensis pedem dolet. Item accedente Victore episcopo Abitinensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Ænea episcopo a Turburnit. idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Annibonio episcopo Abbiritensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo Novensi, idem dixit: Mando & consentio. item accedente Argyrio Sitipensi, idem dixit: Mando & consentio. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quot sunt isti quorum professio nunc processit, edicat officium. Nampius scriba dixit: Viginti sunt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Omnium episcoporum partis utriusque claruit & certa esse mandata, & firmas adstare personas. Et ideo debent egredientes reliqui eis jam præstare secretum, quibus omne negotium crediderunt. Alypius epicopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit ducentos viginti esse absentes, quos aut infirmitas, aut ætas, aut certe necessitas detinuit. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Scriptum. Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit multo plures absentes esse, & jam cathedras viduatas, quibus episcopi ordinandi sunt. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius, dixit: Hoc quoque gesta retinebunt. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit: Quia de viduatis cathedris dixit sanctissimus Petilianus, nos quoque sexaginta quatuor vacuas habere his gestis intimamus. Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Etiam hoc hæret publicis monumentis, & alii exeant. Quibus egressis,

CCXVIII.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Vtrum ii tantum adsint qui a partibus secundum imperiale præceptum electi esse noscuntur, edicat officium. Rufinianus scriba dixit: Partis ecclesiæ catholicæ secundum formam edicti tot stant, id est, decem & octo, id est, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas Etiam ex parte Donati adstant decem & octo, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas.

CCXIX.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Edicat officium, quantum diei jam videatur emensum. Rufinianus scriba dixit: Exemptæ sunt horæ undecim diei.

CCXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu negotium differri placeat, intimetur. Ab utrisque partibus dictum est, Placet: quoniam jam iste dies videtur emensus.

CCXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur pars utraque designet.

CCXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edictum nobilitatis tuæ præscripsit, crastino intermisso, propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observabimus. & alia manu: Recognovi. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus, ut perendino die negotium paragatur. & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi.

CCXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut partibus placuit, interjecto die negotium repetetur. illud autem utræque partes observare debebunt, ut designatos custodes exceptoribus atque codicibus in describendis schedis invigilare faciant, quatenus fideliter omnia conscribantur. Alios quoque binos, ut quaterni sint, sicut depositum est, his qui nuper exceperunt, adhibete custodes.

CCXXIV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Alii duo præsentes sunt, sicut jam & officium suggessit, id est, fratres nostri Leo & Asterius. & alia manu: Recognovi. Primianus episcopus dixit: Damus etiam nos custodes tabularum quatuor. Duos jam dedimus, duos nunc subrogamus, id est, Veratianum & Victorem, præsentes collegas nostros. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam istis advertantibus, id quod postea exceptum est, signatis nunc tabulis crastino describetur. & alia manu: Edantur. Item alia manu: Hilarius & Martialis exceptores edicimus.

CAPITVLA GESTORVM secundæ cognitionis.

I. *De astante officio.*
II. *De ingressu partium.*
III. *De consessu oblato.*
IV. *Vbi excusatur a parte Donati consessus.*
V. *Interlocutio, quod stans cognosceret.*
VI. *Responsio Donatistarum inde.*
VII. *Interlocutio inde.*
VIII. *Suggestio officii de notaria Donatistarum, ubi petunt sibi edi catholicorum mandatum.*
IX. *Iussio ut recitetur.*
X. *Prosecutio Donatistarum contra id quod ab officio dicti sunt partis esse Donati.*
XI. *Responsio catholicorum ad ea.*
XII. *Interlocutio, ut notaria recitetur: & recitat officium.*
XIII. *Interlocutio de subscriptionibus gestorum.*
XIV. *Responsio catholicorum de consensu ipso.*
XV. *Interlocutio cognitoris de ipso placito.*

Primæ cognitionis gesta.

SECVNDÆ COGNITIONI, GESTA.

XVI. Responsio Donatistarum recusantium supra scripta.

XVII. Vbi dicunt catholici illos non consentire edicto.

XVIII. Et respondent Donatistæ de basilicis non redditis.

XIX. Interrogatio cognitoris, si contenti essent fide gestorum.

XX. Vbi petunt Donatistæ sibi edi gesta, & propter hoc causam differri.

XXI Responsio catholicorum ad hoc.

XXII. Interlocutio ad hoc.

XXIII. Iterata petitio Donatistarum de hoc.

XXIV. Interlocutio, ut officium recitet eorum consensum.

XXV. Item, ubi gesta a se legenda postulant Donatistæ.

XXVI. Responsio catholicorum ad eam rem.

XXVII. Interlocutio, ut consensus partium legatur.

XXVIII. Vbi Donatistæ dilationem petunt.

XXIX. Responsio catholicorum in qua multiloquium accusant.

XXX. Vbi Donatistæ multiloquium excusant.

XXXI. Ad hoc responsio catholicorum.

XXXII. Recitatio gestorum de consensu partium.

XXXIII. Iterum, ubi petunt Donatistæ dilationem.

XXXIV. Interlocutio resistens petitioni dilationis.

XXXV. Iterum Donatistæ inde, quod sibi gesta edita non sint.

XXXVI. Interlocutio contra hæc.

XXXVII. Vbi excusant per exceptores Donatistæ.

XXXVIII. Interlocutio qua interrogantur exceptores de conscriptione gestorum, eorumque responsio.

XXXIX. Causatio Donatistarum, quod pars gestorum in codicibus habeatur.

XL. Prosecutio catholicorum ne causa differatur.

XLI. Interlocutio, ut iterum consensus partium legatur: recusatio Donatistarum.

XLII. Interlocutio iterum inde.

XLIII. Responsio inde Donatistarum.

XLIV. Recitatio iterum de consensu partium.

XLV. Iterum locutio non licere contra proprios venire consensus: &, ut notarii ecclesiæ recitent si de fide dubitant exceptorum.

XLVI. Prosecutio Donatistarum, ubi sibi gesta primitus edi volunt.

XLVII. Interlocutio, ut ab ecclesiasticis notariis sicut ab exceptoribus consensus partium recitetur.

XLVIII. Prosecutio Donatistarum de dilatione accipienda.

XLIX. Interlocutio quod priore judicio, id quod nunc flagitant petere debuerunt.

L. Prosecutio catholicorum qua demonstratur, quo die ad collationem pars quaque convenerit.

LI. Interlocutio confirmans superius judicatum.

LII. Prosecutio Donatistarum, ubi nuper actum de die refragant.

LIII. Professio partium pro susceptis tabulis: propria signa cognoscunt.

LIV. Vbi dicunt Donatistæ, sic solere testamenta aperiri.

LV. Interlocutio cohibens proprias professiones reprehendi.

LVI. Prosecutio catholicorum, ubi permittunt judici, petentibus Donatistis, inducias prorogare.

LVII. Interlocutio quærens ab exceptoribus ad quem articulum sit dilata cognitio, licet ad dilationem utriusque partis consensus accesserit.

LVIII. Responsio Donatistarum, ubi dicunt dilationem non suo vitio prorogari.

LIX. Interlocutio cognitoris, ubi præcipit recitari quod nuper exactum est: & recitatur.

LX. Post recitationem interlocutio, qua clarescit in præsentem diem consensu partium dilatum fuisse judicium.

LXI. Prosecutio Donatistarum, ubi agere velle dicunt, si exceptores habent gesta parata præ manibus.

LXII. Vbi Donatistæ promittunt se gestis subscripturos.

LXIII. De dilatione exceptoribus data.

LXIV. Responsio exceptorum de gestis edendis.

LXV. Interlocutio de die in diem signando.

LXVI. Responsio de hac re.

LXVII. Prosecutio Donatistarum, qua postulatur certos ad judicium se esse venturos.

LXVIII. Indicatio cognitoris qua futuri examinis die percepta gestorum editione definitur.

LXIX. Prosecutio catholicorum qua conditio ista proponitur, ut editis gestis de eorum susceptione & de tempore caveatur a partibus.

LXX. Prosecutio Donatistarum ubi ea se facturos esse promittunt.

LXXI. Interlocutio judicis, ubi etiam præsentia gesta una cum superioribus edere jubetur officium.

LXXII. Prosecutio catholicorum, ubi edictum a judice flagitant proponendum, ut Donatistæ dilationem petiisse noscantur.

LXXXIII. Decisio cognitoris, ubi prædictam gestorum propositionem se facturum esse promittit.

GESTA
SECVNDÆ COGNITIONIS CVM EDICTO.

FLAVIVS Marcellinus v. c. & spectabilis tribunus & notarius dixit: Omnium conscientia retinetur, id me dudum edicto proposito fuisse pollicitum, ut quidquid inter utriusque partis episcopos ageretur, subinde in publicam notitiam perveniret. Vnde ea quæ interim gesta sunt, sanctitati vestræ demonstrare curavi, quatenus habiti partem conflictus etiam oculis judicetis. & alia manu: Proponatur.

I.

Post consulatum Varanis v. c. tertio Nonas Iunias in secretario thermarum Gargilianarum Carthagini, astantibus, Sebastiano, Maximiano & Petro, viris devotissimis protectoribus domesticis, Vrso, Petronio & Liboso ducenariis, sed & Bonifacio & Evasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustris comitivæ sedis, Exitioso adjutore cornicularii, Possidio, Quodvultdeus & Colonico adjutoribus commentariorum officii domini nostri v.c.& spectabilis proconsulis, Navigio adjutore numerorum domini nostri v.c.& spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v.c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba v.c. curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus domini nostri v.c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini nostri v.c. & spectabilis vicarii, & Romulo exceptore v.c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Libosus ducenarius illustrium potestatum dixit: Quoniam in hodiernum diem comperendinata cognitio est, & pro

pro velo sunt utriusque partis episcopi, si jubet sublimitas tua, intromittentur.

II.

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Veniant, & ingressis Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, Possidio, Novato, Florentio, Maurentio, Prisco, Sereniano, Bonifacio, Scillacio, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto episcopis ecclesiæ catholicæ; ingressis etiam ex alio latere, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato episcopis partis Donati.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et superiore judicio sæpe me obtulisse certissimum est, & nunc deprecor ut sedere dignemini. Cumque catholici episcopi consedissent, Petilianus episcopus dixit: Quod priore judicio factum non est, facere non audemus. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet & superiore judicio me obtulisse meminerim, tamen illa arbitror tunc minime factum esse ratione, quia multis sacerdotibus convenientibus, locus considendi esse non poterat. Vnde quia nunc definitas video convenisse personas, deprecor ut vel nunc sedere dignemini.

IV.

Petilianus episcopus dixit: Patribus nostris absentibus non sedemus, maxime cum lege divina consessus prohibeatur; ne cum hujusmodi adversariis nostris considere velimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si petitionem meam sanctitas vestra audire neglexit, ut considere dignaretur, hoc mihi extorqueri non poterit, quominus stando cognoscam. Cumque episcopi catholici surrexissent, atque sessus judicis auferretur, ejusdem judicis jussione, & dominus v. c. tribunus & notarius stetisset.

VI.

Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit, hoc tuæ voluntatis esse, non nostræ. alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

VII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Decet me vobis stantibus habere hujusmodi voluntatem, quæ ad reverentiam tantorum pertinet sacerdotum. Petilianus episcopus dixit: Honorifice feceris. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

VIII.

Martialis exceptor dixit: Cujusmodi notoriam episcopi hesterno die nobilitati tuæ obtulerint, hanc in manibus habemus: si præcipit nobilitas tua, recitamus.

IX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ne quid celatum parti alteri videatur, recitetur.

X.

Petilianus episcopus dixit: Episcopos nos veritatis Christi domini nostri, & dicimus, & sæpe actis publicis dictum est. Donatum autem sanctæ memoriæ, martyrialis gloriæ virum, in præcessorem scilicet nostrum, ornamentum ecclesiæ istius civitatis, loco suo meritoque veneramur. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

SECVNDÆ COGNITIONIS GESTÆ.

XI.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Episcopos veritatis probare opus est, non jactare. & alia manu: Recognovi.

XII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrarumque partium prosecutiones gesta retinebunt, & adjecit. Quod præceptum est, recitetur. Martialis exceptor recitavit: Post consulatum Varanis v. c. quarto Nonas Iunii, Flavio Marcellino v. c. & spectabili tribuno & notario, Primianus, Petilianus, Emeritus, Protasius, Montanus, Gaudentius episcopi & defensores ecclesiæ veritatis, per notoriam hæc dicunt: Hesterna die Kalendis [a] Ianuariis inter nos & adversarios nostros spectabilitas tua audire dignata est. Et quoniam evoluto pene die partibus patientiam præbens, aliquanta, quæ principia negotii fuerant, audire dignatus es, opusque est ad causam, ut mandatum quod adversarii nostri obtulerunt, nobis in notitiam perferatur, quoniam series actorum propter sui prolixitatem non potest explicari, ne imparati ad judicium venire videamur, id mandatum quod adversarii nostri legendum dederunt, in exemplaribus nobis hodie, quod est quarto Nonarum die Iuniarum, dari præcipias, ut instructi negotio nobis injuncto adesse valeamus. & alia manu: Primianus episcopus huic notoriæ subscripsi, quarto Nonas Iunias Carthagini. Flavius Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Quoniam ea quæ instructionis gratia postulantur concedi debere perspicuum est, ut nulla cognitionem futuram moratum impedimenta suspendant, mandatum a catholicis episcopis datum, sub ea quæ cominus constituta est custodum asservatione descriptum, vobis tradere maturabit officium. cumque recitasset,

[a] imo legendum omnino Iunis.

XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lecta gestis indentur: & adjecit: Quoniam inter multas conditiones, de quibus superiore judicio definitum est, una illam constat fuisse dilatam, ut sicut ego interlocutionibus meis, ita prosecutionibus suis unusquisque subscriberet, quid de hoc videatur sanctitati vestræ debetis edicere.

XIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos in hoc consensisse, literis nostris expressimus. & alia manu: Recognovi.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid etiam voluntas partis alterius habeat, intimetur.

XVI.

Petilianus episcopus dixit: Multum nos solicitos facit, quod de nobis id quæritur, idque præcipimur facere, quod usus nunquam habere consuevit. & alia manu. Petilianus episcopus recognovi.

XVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Testatum sit partem adversam noluisse, quod edicto nobilitatis tuæ publicatum est. & alia manu: Recognovi.

XVIII.

SECVNDÆ COGNITIONIS GESTA.

XVIII.

Petilianus episcopus dixit : Testatum sit vos adhuc ecclesias plerasque non reddidisse , nec fecisse satis priori ejus edicto. & alia manu : Vt superius.

XIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Ergo ad integram gestorum fidem contenta est sanctitas vestra custodibus ab utraque parte delectis, qui notariis & exceptoribus videntur appositi.

XX.

Petilianus episcopus dixit : Edantur nobis primitus gesta, tunc respondebimus. & alia manu : Petilianus episcopus recognovi.

XXI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Dubitatur ergo vel de fide officii, vel de fide custodum. & alia manu : Recognovi.

XXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Ad hoc etiam consensisse sanctitatem vestram, superiorum gestorum fides evidenter ostendit.

XXIII.

Petilianus episcopus dixit: Legamus & recenseamus. & alia manu : Vt superius.

XXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Et de custodibus ab utraque parte delectis , & ad quam partem fuerit dilata cognitio ab officio recitetur.

XXV.

Emeritus episcopus dixit : Si jubes. Petilianus episcopus dixit : Edantur nobis primitus gesta, relegantur a nobis, recenseantur verba nostra , & adversariorum instructio. sic legibus semper concessa hæc est humanitas rerum. & alia manu : Emeritus episcopus Recognovi.

XXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quamvis recens actio nullum potuerit prætetire, tamen ex hoc sensus nobilitatis tuæ volumus esse edoctos, ut intelligantur jam dilatione quadam ad causæ negotium nolle venire. & alia manu : Recognovi.

XXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Legatur quod præcepi , ut noverim ad quem articulum sit delata cognitio : Emeritus episcopus dixit : Si jubes , ad hoc competit mihi. Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit : Age.

XXVIII.

Emeritus episcopus dixit : Sunt quidem humana ingenia ita velocitate sui prompta , ut vel visu , vel auditu facili cuncta capiant, quæ in eorum notitiam perferuntur : sed hoc doctis forte aut eruditis viris pro rei ipsius qualitate permixtum sit ; me autem ad hanc rem minus idoneum esse profiteor. Quis enim levem vocem & facilem sermonem ipso pene apice transeunte , aut sensu retinere aut concipere potest , vir nobilis ? cum ad tractatum omnem disceptationemque & verba & sensus, & interiora sunt negotii pertractanda. ergo cum de scheda legitur, & leves voces aura quodammodo ventilantur, sensus nostri capere & retinere non possunt. Vbi hoc, aut cui concessum est ? si hac felicitate ingenii gaudent, non se jactent de arrogantia memoriæ suæ. Mihi autem non competit nisi sæpius repetere, & diuturna lectione edoceri , ut fidem veri & quæ dixerim , relegam , & quæ adversarius objecit, advertam. Intelligis ita rem esse gestorum , adeo memoriæ scripturarum per literas digeruntur , ne sola memoria , quæ capax esse non potest , oblivione decepta quid gesserit, nesciat. Neque enim aliter sapientia providente scripturarum notitia monumentisque publicis provisa est, nisi ut ex lectione quæ per silentium forte, aut per longum tempus, aut per ipsorum actuum continuationem , minus capiam quod minus intelligi potest, & ex lectione , & ex ipso assiduo tractatu possit agnosci, quid sit judicio ventilatum. Vides ergo, vir nobilis, justa nos deposcere, nec per transitum causam debere ventilari , sed editis gestis in notitiam nostram datis, universis pertractatis , causam debere cognoscere. & alia manu : Vt superius.

XXIX.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Scriptum est: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* (Prov.) Hoc quoniam nos ante oculos habemus, Deo inspirante verbosi videri nolumus. Itaque, si placet, ad causam veniatur quæ proxime agi potuerit, & definiri. moratorias autem prosecutiones. & cum diceret. & alia manu : Recognovi.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit : Legatur quod præcepi.

XXX.

Emeritus episcopus dixit : Sicut de scriptura proposuit, scriptum est nobis : *Sapientia absconsdita , & thesaurus invisus, quæ utilitas in utroque?* (Eccl.) & alia manu : Emeritus episcopus recognovi.

XXXI.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : In multiloquio nunquam fuit sapientia. & alia manu : Recognovi.

XXXII.

Martialis exceptor ex codice recitavit : Nobilitas tua dixit : Quoniam diei pene omnem partem constat emensam , idcirco verum ex communi consensu differri negotium placeat, intimetur ab utrisque partibus. Dictum est : Placet ; quoniam jam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit : In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur , pars utraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Sicut edicto nobilitas tua perscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, observemus. Adeodatus episcopus dixit : Etiam nos consentimus ut perendino die negotium peragatur. Nobilitas tua dixit : Sicut partibus placuit, perendino die negotium peragatur. Nobilitas tua dixit : Sicut partibus placuit , perendino die negotium repetetur. Et cum recitasset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Videt sanctitas vestra contra proprios vos venire non posse consensus. Vnde , causa dicatur.

XXXIII.

Emeritus episcopus dixit : Non adeo immemores sumus ut contra nostra veniamus, nec ego hic incuriam officii , aut exceptorum negligentiam damno , ubi intelligo prolixitate gestorum diem minime occurrere potuisse. Quod

Quod si factum est, & explicitis omnibus gesta res est, cur non in notitiam nostram quæ acta sunt perferuntur? Cum enim nobilitas tua ea quæ recenseri jussit ab officio fuerint ventilata, necesse ut acceptis universis tractem discutiamque, quibus causis quibusve modis debeam respondere. Tantam etenim ex mandato illorum confusionem causæ esse cognovi, ut & de præteritis instrui debeam, & agnoscam de præsentibus, cui debeam respondere. & alia manu: Emeritus recognovi.

XXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet professio sanctitatis vestræ sola sufficiat, tamen quidquid vobis ad instructionem plenissimam credidistis posse sufficere, hesterna die & postulasse vos & accepisse non dubium est. unde, nunc ad causæ meritum veniatur.

XXXV.

Petilianus episcopus dixit: Advertit sublimitas tua exceptionem ex codicibus legisse quod nudiustertiana die vel promissum fuerit vel pronuntiatum. Ex qua re magis agnosco acta adhuc exposita non fuisse. Quod si exposita sunt & parata, idem exceptor respondeat; proferat gesta. Subscribe, tractamus, postea respondemus. & alia manu: Petilianus recognovi.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Studium dilationis agnosco, & mutatæ voluntatis judicium. Potuerat enim sanctitas vestra, ex magnitudine gestorum, ut hodie negotium differretur superiori judicio postulare. Huc additur, quod ea quæ vobis ad plenissimam instructionem sufficere credidistis, hesterno die edi vobis, data notoria, postulastis.

XXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Dicant exceptores, utrum exponere una die potuerint, quod una die videtur esse confectum. & alia manu? Vt superius.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Exceptores utrum hesterno die omnia potuerint in schedis gesta describi, apud acta designent. Martialis exceptor dixit: Adhuc partem in codicibus habemus: siquidem etiam ii episcopi qui nobis custodes dati sunt, non nesciunt.

XXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Accepit sublimitas tua ex responsione officii, acta adhuc digesta non esse in paginas, nec esse quod pars utraque legat atque recenseat, nec dari aut revocari memoriæ paululum possit. Proinde sublimitas tua, ut quoniam res honesta postulatur, largiri dignetur quod petimus, ut gesta ex more edantur, legamus ut respondere possimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XL.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Longitudo gestorum magis in numero & responsione utriusque partis episcoporum est, quam in aliqua commendatione negotii. nihil ergo est unde causetur pars diversa. aut hodie cognitio differatur, præcipue quia etiam ipsi professi sunt ad hodiernum diem differendum fuisse negotium. & alia manu: Recognovi.

XLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: A Vt iterum partibus evidenter appareat, venerabilium virorum denuo professio recitetur. Petilianus episcopus dixit: Vnde recitabitur? & alia manu: Vt superius. SECUNDAE COGNITIONIS GESTA.

XLII.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Ergo quæ codicibus tenentur inserta, cum tanti sacerdotes custodes appositi fuerint, in dubitationem aliquam existimas devocanda?

XLIII.

Petilianus episcopus dixit: Notas non novimus, neque ea natura rerum est, atque ipsarum, ut ita dixerim, literarum, ut quisquam B notas legat alienas. In codicibus legere non possumus, nisi edita fuerint gesta in paginis, non habeo quod tractem, non habeo quod legam. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius, dixit: Vt dictum est, iterum venerabilium virorum professio recitetur.

XLIV.

Martialis exceptor ex codice iterum dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur ab utrisque partibus. Dictum est: Placet; quoniam C jam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie si præcipis observemus. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus, ut perendie negotium peragatur. Sublimitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. & cum recitaret, Petilianus episcopus dixit: Vnde leget?

XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: D Quid super hac parte legum sit auctoritate definitum, sanctitatem vestram arbitror non latere; cum contra proprios non liceat venire consensus. Vnde ne qua forte de exceptoribus officii fraude suspecti sint, ex tabulis notariorum ecclesiasticorum hæc eadem conditio relegatur.

XLVI.

Emeritus episcopus dixit: Ingredientibus nobis, nobilitas tua interfari dignata est, si edictis propositis adhiberemus assensum, & utrum subscriptiones nostras accommodaremus propriis prosecutionibus: cui rei satisfa- E ciam non adverto. Tenet me enim propositum nobilitatis tuæ, quo me subscriptionem inderе gestis, & universa, quæ publice acta sunt, publice proponi promisisti. Nunc autem cogor agere, & ante agnitionem gestorum in negotium præcipitari. Quæ ista sunt, quid primum eligam nescio, quod votum judiciorum tuorum teneam non agnosco. Si subscribendum est paginæ, edatur pagina, ut subscribi possit. Si hujus rei est facienda jactura, edictum tuum omne vacillabit; quid quod proposuisti in publicam conscientiam destruetur. Dixisti enim, ex subscriptione nostra, & ex sublimitatis tuæ annotatione cuncta quæ gesta sunt in notitiam publicam debere differri. Prius est ergo ut ea quæ gesta sunt recitentur, & publicentur, & agnoscantur: ut ex judicio tuæ sublimitatis ad cetera,

SECUNDÆ COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411

cetera, quæ sunt negotii, veniatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut interlocutus sum, ab ecclesiasticis notariis ea, quæ ab exceptoribus officii recitata sunt, percurrantur.

XLVIII.

Petilianus episcopus dixit: Tene modum tuum, vir nobilis: tene promissam sæpe justitiam. Nam cum a parte nostra nudiustertiana die fuisset objectum, quod dies legitimus causæ jam videretur fuisse transactus, & a causa cecidisse eos qui nos in judicium vocaverunt, coacti sumus id velle, ut recedentes ab eadem conditione in tempus præsens consentire videremur. Nemo mihi sit hac in parte ingratus, vir nobilis: nam si ego concessi tantumdem temporis salvis his, tamen si illi adstipulationibus suis non fuerint refragati, cur mihi breve non conceditur tempus, ut scribantur gesta, ut subscribatur a sublimitate tua, videamque ac perlegam cui rei subscribere debeam, percipiamque ac recipiam meos scilicet sensus, adversariorum quoque calliditatem subtilemque argutiam, ut scilicet plenissime instructus, intentionibus eorum valeam respondere? Humanum esse arbitror atque justum, ne dederis, vir nobilis, huic rei atque huic justissimæ petitioni aliquid quod in solicitudinem habeam: siquidem te justissimum promiseris, & nos id credere sit necesse, si tamen justa nobis nullatenus denegentur. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

XLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc rectius & justius præterito judicio debuerant postulari, in quo ex consensu utriusque partis in hunc diem dilata cognitio est. Unde ab ecclesiasticis notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur. Petilianus episcopus dixit: Ergo circumventi sumus. & alia manu: Ut superius.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non est nostra causa factum, quod nobis volunt imputare fratres nostri, e diverso sistentes. & cum diceret. & alia manu: Recognovi.

L.

Petilianus episcopus dixit: Injuriam nobis facis. & alia manu? Ut superius.

Edictum nobilitatis tuæ sic se habet, quartum mensem concludi ad diem Kalendarum "Ianuarii. Ante autem nos venimus, & ipsi qui videntur nobis hinc facere invidiam, octavo Kalendas Iunias mandaverunt; cum utique, si ante diem venerant, ante ipsum diem mandare debuerunt. Legatur etiam ipsius Primiani professio, ad quem diem se pollicitus est occursurum, & solvatur ista quæstio, de qua nobis jam apud populum magna invidia concitata est. & alia manu: Recognovi.

" Iunii

LI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc superiore judicio determinata jam constat, præsertim cum personæ ab utraque parte videantur esse firmatæ: & tamen si, cum causa cœperit retractari, putaverit hæc sanctitas tua relegenda, tunc rectius relegentur. Quamvis superfluum sit, ut post confirmationem personarum hæc denuo retractentur. Unde, ut interfatus sum, ab ecclesiasticis notariis quod præceptum est recitetur.

LII.

Emeritus episcopus dixit: Scriptum sit tunc nos in diem consensisse, cum isti suam retinuerint voluntatem. & alia manu: Ut superius.

LIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Susceptæ tabulæ ab ecclesiasticis notariis recitentur. Cumque intra Sabanum volumen schedæ membranarum pro parte descriptum & codices tabularum pariter obsignati, judiciariis offerrentur aspectibus, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Custodes edicant utrum signa cognoverint. Leo episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Agnosco sigillum meum. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ab utraque parte impressionem signorum agnitam constat, ea quæ præcepi a notariis relegantur.

LIV.

Petilianus episcopus dixit: Sic solent testamenta, non gesta reserari. & alia manu: Ut superius.

LV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quod propter solicitudinem partis utriusque factum est, & ex communi consensu, non decet reprehendi. Petilianus episcopus dixit: Non reprehendo cautelam, sed peto consuetudinem rerum, ut gesta legitima exponantur, ut legi ac pertractari possint. Quæ res urget? quid festinatur? & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc solum constet, ipsos rem velle differre, ut concedat sublimitas tua, petimus te. Humanum est, considerare volunt, discutere volunt, paratiores volunt venire, ne nolentes differre prolixiora gesta faciamus, & ipsa gestorum prolixitas majores nobis moras incutiat. & alia manu: Recognovi.

LVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et ut in hunc diem cognitio differretur utriusque partis constat fuisse consensum, quod video hodie prodesse non posse. interim ut præcepi ab ecclesiasticis notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur.

LVIII.

Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit hoc non nostro vitio fieri, sed tantum quod notarii occurrere non potuerunt, vel exceptores. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

LIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recita. Ianuarius notarius ecclesiæ Sitifensis partis Donati, ex codice recitavit: Nobilitas tua dixit: Edicat officium quantum jam diei videatur emensum. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Exemptæ sunt horæ undecim diei. Nobilitas tua dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. Ab utraque parte dictum est; Placet: quoniam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter schedarum descriptionem,

ptionem, perendie si præcipis observamus. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus, ut perendino die negotium peragatur. Sublimitas tua dixit: Sicut patribus placuit, perendino die negotium repetetur. & cum recitaret,

L X.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrarumque partium professione monstratum est, in hunc diem cognitionem fuisse dilatam: item hodie negotium tractaretur. Petilianus episcopus dixit: Si perfecerunt gesta exceptores, agatur. & alia manu: Vt superius.

L XI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet apertissimis fuerit professionibus designatum in quem diem dilatum esset judicium; tamen ne quid ei parti quæ dilationem postulat negatum esse videatur, cognitio differetur, ita ut edicat in quem diem debeat judicium protelari.

L XII.

Petilianus episcopus dixit: Dicant exceptores quando edituri sunt gesta. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Exceptores, quando possunt in schedis gesta conscribi & edenda compleri, edicere non morentur. Hilarus exceptor dixit: Sicut consensus accessit utrarumque partium, dum in schedas prosecutiones suas subscripserint, tunc demum diem edendorum gestorum possumus edicere.

L XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Possunt hodie schedæ vel ab officio compleri, vel ab utraque parte subscribi. Hilarius exceptor dixit: Hodie schedas complemus.

L XIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam suggessit officium hodie se schedas posse complere, edicat sanctitas vestra, utrum hodie vel crastino die sit parata subscribere. Adeodatus episcopus dixit: Cum nobis scheda oblata fuerit, subscribemus. & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi.

L XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat nunc officium, post subscriptionem schedarum etiam in editione gestorum quot dierum sufficere possit sine ulla excusatione dilatio. Hilarus exceptor dixit: Si crastino die subscripserint, vel hodie, possumus die noctuque invigilantes, post tertium diem gesta edere, ita ut notarii eorum nobis de scheda subscripta dictent. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quis iste dies sit ab officio designetur. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Hodiernus dies est tertius nonas Iunias. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Diem quæro quo edi gesta promissum est. Hilarus exceptor dixit: Possumus gesta edere septimo Iduum Iunii die.

L XVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet jam de professionibus dubietas mihi magna nascatur tamen denuo utrum sexto Iduum Iuniarum die omnibus ambagibus amputatis negotium sit principale tractandum, pars utraque designet. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos & hodie volumus, &, A si fieri posset, vellemus: tamen quia humanum fuit hoc concedere fratribus nostris, quod nobis non injuste videntur postulasse, ad diem sextum Iduum Iuniarum, adjuvante domino Deo nostro, adfuturos nos ad peragendum principale negotium ecclesiæ pollicemur. & alia manu: Recognovi.

SECVNDÆ COGNITIONIS GESTA.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam pars alia quid voluntatis habeat dignetur edicere.

L XVII.

Emeritus episcopus dixit: De professionibus nostris nulla est ambiguitas. quantum autem ad B instructionem quam fieri debere in judicio flagitavimus, advertit nobilitas tua, nos justa & legitima postulasse. Diem autem statutum, hoc est sextum Iduum Iuniarum, si Deus jusserit, observabimus, ita tamen ut acceptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus judex, quo possit esse tractatus. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Septimo Iduum Iuniarum die matutinis horis vobis gesta tradentur. Edicite utrum alia die, id est sexto Iduum Iuniarum adesse dignemini, ut principale negotium peragatur. Emeritus episcopus dixit: Aderimus ad judicium, si quæ statuit nobilitas tua C habuerunt effectum. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

L XVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Memores periculi & professionis propriæ exceptores constituto die, matutinis horis, id est septimo Iduum Iuniarum, gesta edere festinabunt, ita ut notarii partis utriusque in dictando non desint. Sciat autem utraque pars officio se cavere debere de perceptione gestorum hora pariter designata. Sacerdotale vero est, ut amputatis ambagibus nulla morarum impedimenta nectantur.

L XIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Secundum præceptum nobilitatis tuæ, cum gesta D susceperimus, de subscriptione & de tempore consequenter cavebimus. & alia manu: Recognovi.

L XX.

Emeritus episcopus dixit: Cum oblata nobis fuerint gesta, satisfacimus judicatis. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

L XXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam istius diei gesta, ne qua possit denuo esse causatio, eadem die edere vobis festinabit officium.

L XXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Multa nudiustertiana die falsa jactata sunt. Ne hujusmodi illusionibus populus perturbetur, E petimus ut ipsos petisse dilationem nobilitatis tuæ edicto noscatur. & alia manu: Recognovi.

L XXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ populus loquitur sanctitatem vestram promovere non condecet. tamen sicut edicto meo definitum est, gesta proponentur. & infra: Hilarus & Martialis exceptores edidimus, & hæc similiter ut supra emendavi.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CAPITVLA GESTORVM tertiæ cognitionis.

I. *De astante officio.*
II. *De ingressis episcopis.*
III. *Interlocutio de die examinis constituto, qui dies etiam officii responsione signatur.*
IV. *Recitatio cautionis, ubi catholici gesta receperunt.*
V. *Recitatio similis cautionis partis alterius.*
VI. *Interlocutio qua statuitur ut principalis causa dicatur.*
VII. *Prosecutio catholicorum, ubi principale negotium olim se agere velle testantur.*
VIII. *Vbi Donatistæ a catholicis exigunt ut proponant.*
IX. *Vbi respondetur, propositionem ex mandato suo posse cognosci.*
X. *Prosecutio catholicorum qua prædicunt ne morarum impedimenta nectantur.*
XI. *Prosecutio, ut quod intenditur, proponatur.*
XII. *Responsio catholicorum qua dicunt propositionem Donatistarum ex ipsorum colligi posse mandato.*
XIII. *Interlocutio qua poscitur ut principalis causa dicatur.*
XIV. *Prosecutio catholicorum qua provocant ut ecclesiæ principale negotium peragatur.*
XV. *Prosecutio Donatistarum discutiendas esse personas.*
XVI. *Responsio catholicorum, jam confirmatas esse personas.*
XVII. *Interlocutio, quod prosecutionem Donatistarum catholici non diligenter adverterunt.*
XVIII. *Responsio catholicorum, qua dicunt utrumque recitandum esse mandatum.*
XIX. *Interlocutio qua Donatistarum prosecutio catholicis asseritur.*
XX. *Prosecutio catholicorum, quid ab imperatore petierint a se directa legatione, ex qua flagitant ut jam causa dicatur.*
XXI. *Interlocutio ut recitetur imperiale præceptum.*
XXII. *Prosecutio Donatistarum de catholici nominis quæstione, & inde contentio.*
XXIII. *Interlocutio de eadem re.*
XXIV. *Recitatio imperialis arbitrii.*
XXV. *Interruptio Donatistarum, interpretantur imperiale præceptum.*
XXVI. *Catholicorum ad ista responsio.*
XXVII. *Vbi Donatistæ a catholicis se dicunt esse laudatos.*
XXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*
XXIX. *Recitatio principalis jussionis superius inchoatæ.*
XXX. *Prosecutio Donatistarum de proprii ac paterni nominis ratione.*
XXXI. *Catholicorum ad ista responsio.*
XXXII. *Professio Donatistarum, sibi principem fuisse Donatum.*
XXXIII. *Vbi a catholicis ad condemnandum Donati vocabulum provocantur.*
XXXIV. *Vbi idipsum de Mensuri nomine a Donatistis in catholicos retorquetur.*
XXXV. *Catholicorum ad ista responsio.*
XXXVI. *Interlocutio de lege recitata, & discutienda totius erroris origine.*
XXXVII. *Vbi preces catholicorum legi sibi postulant Donatistæ.*
XXXVIII. *Interlocutio de rescripto pragmatico.*

A XXXIX. *Prosecutio Donatistarum de legatorum discutienda persona.*
XL. *Vbi catholici contestantur multa agendo nihil velle agere Donatistas.*
XLI. *Item catholicorum prosecutio de his quæ super legatorum persona Donatistæ fuerant prosecuti.*
XLII. *Interlocutio de superfluis amovendis & negotio proponendo.*
XLIII. *Prosecutio Donatistarum de imperiali rescripto catholicorum mandato inter se pariter conferendo.*
XLIV. *Vbi asserunt catholici, prosecutioni suæ Donatistarum minime respondisse.*
B XLV. *Interlocutio de lege qua datus est cognitor in qua parte sit superstitio constituta.*
XLVI. *Vbi asserunt Donatistæ, moras potius per catholicos fieri.*
XLVII. *Catholicorum ad ista contentio.*
XLVIII. *Interlocutio, quidnam petatur a partibus.*
XLIX. *Prosecutio Donatistarum debere catholicos aut mandati sui, aut imperialis præcepti scire jacturam.*
L. *Responsio catholicorum, quod mandatum suum universa contineat.*
LI. *Interlocutio qua exponitur a Donatistis & forma pragmatici, & catholicorum professio probabilis indicatur.*
C LII. *Vbi dicunt Donatistæ catholicos imperatori esse mentitos.*
LIII. *Vbi ad hæc catholici ex ipsa lege respondent.*
LIV. *Vbi Donatistæ dicunt actionem non se differre.*
LV. *Prosecutio catholicorum de ipso imperiali rescripto & de collatione sua, & de testimoniis scripturarum, quibus confirmatur ecclesia.*
LVI. *Prosecutio Donatistarum unde superius, id est, de legatorum suscipienda persona.*
LVII. *Responsio catholicorum, quod ideo aliud quæritur, ut causa fugiatur: & inde contentio.*
D LVIII. *Interlocutio, discutiendas legatorum personas non necessario postulari.*
LIX. *Prosecutio catholicorum, quid ab imperatore petitum sit, quidve concessum.*
LX. *Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum.*
LXI. *Catholicorum ad ista responsio.*
LXII *Iterum Donatistarum contentio de legatorum discutienda persona.*
LXIII. *Contestatio Donatistarum, quod moras catholici innectant qui personas nolunt prodere legatorum. Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum.*
LXIV. *Interlocutio, quod de his personis nihil quæri voluit imperator.*
LXV. *Iterum Donatistarum contentio de legatis.*
E LXVI. *Interlocutio, ut dicant Donatistæ, si ex præsentibus catholicis possunt eos agnoscere quos dicunt esse legatos: aut si absunt præsentari oportere.*
LXVII. *Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt præsentandos esse legatos.*
LXVIII. *Responsio catholicorum, ubi dicunt jam semel personam non ab illis esse firmatam.*
LXIX. *Iterum Donatistæ de legatorum discussione contendunt.*
LXX. *Interlocutio, ut de persona legatorum, contentione supplosa, ad interna negotii veniatur.*
LXXI. *Iterum Donatistæ de legatorum persona contendunt.*
LXXII. *Vbi exigunt catholici Donatistas causam oportere*

ANNO CHR. 41[1]

oportere propriæ separationis ostendere.

LXXIII. *Iterum Donatistarum contentio de legatis.*

LXXIV. *Vbi catholici respondent nihil ab imperatore præceptum de legatorum discutienda persona, sed de erroris initio disquirendo.*

LXXV. *Prosecutio Donatistarum apud se esse potius catholicam: & iterum de legatorum discussione contentio.*

LXXVI. *Prosecutio catholicorum, qua sibi testimoniis flagitant comprobari, quod apud se Donatistæ dixerunt esse catholicam.*

LXXVII. *Interlocutio, legatorum nomina superfluo flagitari, quibus omissis, jam ad propositionem negotii veniendum.*

LXXVIII. *Iterum Donatistarum contentio de legatis.*

LXXIX. *Interlocutio similis præcedenti.*

LXXX. *Prosecutio catholicorum, qua ad collationem se, sicut voluit imperator, venisse testantur.*

LXXXI. *Interlocutio, legatorum discutiendas fuisse personas, ubi officium exsecuta legatio est.*

LXXXII. *Vbi postulant catholici, ut a Donatistis causa separationis propriæ publicetur.*

LXXXIII. *Iterum Donatistæ flagitant edi sibi debere legatos.*

LXXXIV. *Interlocutio ubi cognitor dicit, a forma legis se deviare non posse: & omnes a legatorum inquisitione cessare debere, sed causam esse dicendam.*

LXXXV. *Prosecutio Donatistarum de edendo eo quod catholici ab imperatore petierint, & per quos petierunt.*

LXXXVI *Interlocutio, quod præceptum non sit inquirere quidnam catholici ab imperatore petierint, sed confirmatis utrisque personis negotium debere proponi.*

LXXXVII. *Iterum Donatistarum inde contentio.*

LXXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio, qua etiam contestantur, prolixa velle gesta facere Donatistas.*

LXXXIX. *Prosecutio. Donatistarum, ubi moras dicunt per catholicos, & ubi edi sibi postulant quid ab imperatore petierint: & ubi quærunt, utrum jure publico an divinis legibus velint actitare catholici.*

XC. *Interlocutio collationem tantummodo ab imperatore petiisse catholicos.*

XCI. *Interpellatio Donatistarum, qua se potius catholicos dici oportere testantur.*

XCII. *Interlocutio, eos catholicos esse vocitandos quos sic vocari voluit imperator.*

XCIII. *Prosecutio Donatistarum, catholicum nomen ei esse servandum quem victoria declaraverit Christianum.*

XCIV. *Interlocutio ad ista consentiens, & formam præcedentis præcepti observans.*

XCV. *Vbi Donatistæ sine præjudicio suo, hoc ipsum interfatum esse judicem volunt.*

XCVI. *Interlocutio, ut jam causæ proponatur initium, si volunt ostendere Donatistæ adversariis nomen non convenire catholicum.*

XCVII. *Prosecutio Donatistarum, ut catholici, qui nolunt satisfacere judicatis, hoc saltem respondeant, utrum nomen petitoris assumant.*

XCVIII. *Catholicorum ad ista responsio, & de ecclesia ubique diffusa.*

XCIX. *Prosecutio Donatistarum, nihil se habere cum ecclesiis peregrinis: sed catholicum nomen victori esse servandum: & profiteri catholicos oportere, utrum personam petitoris assumant.*

C. *Prosecutio catholicorum, quomodo Afri Christiani communionem habeant cum orbe terrarum.*

CI. *Item prosecutio catholicorum, ibi ecclesiam inquirendam ubi sponsus ecclesiæ idem Christus agnoscitur: & catholici nominis evidens expressio.* TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CII. *Prosecutio Donatistarum, ubi catholicum nomen interpretari aliter moliuntur, & conantur iterum ad transacta recurrere de nominibus legatorum.*

CIII. *Interlocutio judicis, ut omissis quæ transacta sunt, catholici nominis promissa ratio demonstretur.*

CIV. *Donatistarum contentio, ut proponere catholici compellantur.*

CV. *Item petitio Donatistarum, quod debeat judex pronuntiare de singulis.*

CVI. *Item ubi postulant Donatistæ, ut catholici edicant, utrum petitorum, an respondentium sibi velint vindicare personam.*

CVII. *Interlocutio ista confirmans.*

CVIII. *Vbi catholici profitentur, ad hoc se ingressos esse judicium, ut objectis eorum, criminationibusque respondeant.*

CIX. *Prosecutio Donatistarum, qua requirunt, a quibus fuerint ad judicium provocati.*

CX. *Prosecutio catholicorum, qua ideo se ad collationem convenisse asserunt Donatistarum, ut eorum objecta refellerent, & qua eosdem Donatistas conditionem in comitatu petiisse testantur.*

CXI. *Interlocutio, ut Donatistæ quæ solent crimina catholicis objicere, jam proponant.*

CXII. *Prosecutio Donatistarum, ut pronuntiet judex utrum recta sint quæ iidem postulant Donatistæ.*

CXIII. *Interlocutio quæ & illos recte petiisse, & a catholicis recte responsum esse pronuntiat.*

CXIV. *Prosecutio Donatistarum in qua conantur catholicos facere petitores.*

CXV. *Interlocutio judicis, si catholici aliquid objiciunt Donatistis.*

CXVI. *Prosecutio catholicorum qua dicunt nihil se objicere, sed objecta velle diluere: illos autem sæpius objecisse, & proprii tenore mandati & verbis episcopi Primiani posse monstrari.*

CXVII. *Interlocutio ut Donatistæ traditionis crimen, quod in mandatum suum contulerant adversus catholicos, probationibus fugiant.*

CXVIII. *Postulatio Donatistarum, ut ante judex pronuntiet de persona, & sic eatur in causam.*

CXIX. *Catholicorum ad ista contentio.*

CXX. *Interlocutio, eum esse petitorem qui crimen intendit.*

CXXI. *Donatistarum petitio, ut catholici doceant collationem ab utrisque partibus postulatam.*

CXXII. *Catholicorum ad ista promissio.*

CXXIII. *Interruptio Donatistarum, per quam sibi catholicum nomen assumunt: & de nominibus parentum utrimque contentio.*

CXXIV. *Vbi offerunt gesta catholici in judicio habita præfecturæ, quibus comprobant quod promissum est.*

CXXV. *Vbi ad transacta se referunt Donatistæ, ne gesta recitentur, & de persona pronuntiari desiderant.*

CXXVI. *Interlocutio, collationem solam petiisse catholicos, de hac tantummodo judicandum.*

CXXVII. *Vbi Donatistæ contendunt, ut judex de sua primum petitione pronuntiet.*

CXXVIII. *Prosecutio catholicorum, ut proferant Donatistæ si habent unde sua falsitas convincatur: & ubi gesta ingerunt præfecturæ.*

CXXIX. *Vbi ad transacta se conferunt Donatistæ, ne*

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

ne gesta apud praefecturam habita recitentur. A

CXXX. *Interlocutio, qua supplosis omnibus, recitari oportere eadem gesta pronuntiat.*

CXXXI. *Prosecutio Donatistarum de persona petitorum, & judicis pronuntiatione promenda.*

CXXXII. *Interlocutio, ubi omnibus quae offerunt, recitandi ordinem pollicetur.*

CXXXIII. *Interruptio Donatistarum, ne gesta recitentur.*

CXXXIV. *Interlocutio, personam petitoris hinc posse clarescere, si gesta fuerint recitata.*

CXXXV. *Contentio Donatistarum, ut pronuntiet cognitor de petitis.*

CXXXVI. *Petitio catholicorum, ut gesta recitentur.*

CXXXVII. *Interlocutio, non debere ad pronuntiationem adigi cognitorem, cum ex altera parte probationis volumen offerretur.* B

CXXXVIII. *Prosecutio Donatistarum, ubi, ne gesta recitentur, aliud prosequuntur, & pronuntiari de parte a cognitore desiderant.*

CXXXIX. *Interlocutio, ut gesta eadem recitentur.*

CXL. *Vbi multis prosecutionibus recitari gesta non sinunt Donatistae, & contra multas pronuntiationes judicis confligendo, personam fugiunt petitoris.*

CXLI. *Vbi eadem gesta incipiunt recitari, & volentes interrumpere Donatistae, proconsularia vel vicariana offerunt gesta, per quae sibi monstrant plurima objecisse catholicos.* C

CXLII. *Contestatio catholicorum de tumultuantibus Donatistis.*

CXLIII. *Petitio Donatistarum, ut secundum ordinem temporis, singularum partium volumina recitentur.*

CXLIV. *Catholicorum ad ista responsio.*

CXLV. *Interlocutio, utrum priora sint gesta quae legi desiderant Donatistae.*

CXLVI. *Donatistarum ad interrogata responsio.*

CXLVII. *Interlocutio, ea quae antiquiora sunt gesta primitus recitanda.*

CXLVIII. *Vbi catholici offerunt ea gesta quae priora sunt omnibus.* D

CXLIX. *Prosecutio Donatistarum, qua ne aliqua gesta recitarentur, catholicos dicunt ad forensia remeasse, cum divinis legibus elegerint universa destingui.*

CL. *Vbi catholici respondent se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulaverant, obtulisse.*

CLI. *Vbi Donatistae se in causam mirantur induci.*

CLII. *Vbi catholici respondent gesta se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulaverant, obtulisse.*

CLIII. *Prosecutio Donatistarum, ubi aliud quam quod a catholicis offertur, se petiisse respondent: & eos provocant, ut aut divinis tantum testimoniis, aut publico jure disceptent.* E

CLIV. *Interlocutio, ut gestorum dies inter se ab officio conferantur.*

CLV. *Prosecutio catholicorum, quando debeat divinis legibus, quando publicis causa tractari.*

CLVI. *Interlocutio qua catholicorum prosecutio probabilis judicatur.*

CLVII. *Prosecutio Donatistarum in qua redeunt ad priora, ut mandatum sibi & legatio publicetur.*

CLVIII. *Interlocutio, adversus Donatistarum prosecutionem.*

CLIX. *Prosecutio Donatistarum de mandato praesentibus defensoribus attributo, & de alio mandato prioribus legatis imposito.*

CLX. *Catholicorum ad ista responsio, qua dicitur illo mandato, quod legatis impositum est, aliena quoque negotia quae ab istis inquiri non debeant, contineri.*

CLXI. *Prosecutio Donatistarum, qua hoc ipsum criminantur quod catholici dixerunt, illud legatorum mandatum non esse prodendum.*

CLXII. *Catholicorum ad ista responsio, quae sensum praecedentis prosecutionis exponit.*

CLXIII. *Prosecutio Donatistarum similis praecedenti.*

CLXIV. *Interlocutio, mandatum catholicorum non debere disquiri: sed Donatistas potius oportere profiteri, utrum crimina velint traditionis ostendi, an fidei causam ecclesiaeque tractari.*

CLXV. *Donatistarum prosecutio, quod eis persona petitoris includenter imponitur.*

CLXVI. *Interlocutio, quod petitor gestorum poterit recitatione monstrari: & Donatistae respondent, ordinem in eorum recitatione servandum.*

CLXVII. *Interlocutio, ubi tempora gestorum proconsularium sive praefecturae inter se conferre jubetur officium.*

CLXVIII. *Vbi gesta illis antiquiora a catholicis offeruntur.*

CLXIX. *Vbi cognitor jubet, volentibus legere Donatistis, ab officio potius, quae legenda sunt, recitari.*

CLXX. *Vbi catholici ea quae ipsi offerunt gesta antiquiora esse respondent.*

CLXXI. *Vbi cognitor percontatur officium quae priora sint gesta.*

CLXXII. *Vbi respondet officium antiquiora esse gesta quae obtulerunt de codice Donatistae.*

CLXXIII. *Vbi respondent catholici se antiquiora proferre.*

CLXXIV. *Vbi cognitor jubet Donatistarum gesta quasi antiquiora recitari: & ab officio recitatur datus a catholicis libellus proconsule Septimino.*

CLXXV. *Vbi Donatistae petitores volunt esse catholicos.*

CLXXVI. *Prosecutio catholicorum, ubi petunt antiquiora potius recitari, quae apud* [a] *Avolinum proconsulem gesta sunt, agentibus Donatistis.*

CLXXVII. *Interlocutio quae jubet probare catholicos schismatis crimen quod objiciunt Donatistis.*

CLXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CLXXIX. *Interlocutio quae jubet universa per ordinem recitari.*

CLXXX. *Contendentibus de nomine petitoris, interloquitur judex, petitorem melius posse clarescere cum omnia fuerint recitata.*

CLXXXI. *Prosecutio Donatistarum, ut eligant catholici, utrum publicis agere velint legibus an divinis.*

CLXXXII. *Ad haec interlocutio cognitoris, ut gesta per ordinem recitentur, quo possit petitor agnosci.*

CLXXXIII. *Vbi Donatistae, ne gesta apud Avolinum proconsulem habita recitentur, praescriptionem de lapsu temporis moliuntur inducere.*

CLXXXIV. *Vbi ista contendentibus Donatistis, interloquitur judex praescriptionem de lapsu temporis submovendam, cum ad hunc diem partes examen communi voluntate distulerint.*

CLXXXV. *Vbi Donatistae dicunt, ideo se praescriptionem temporis intulisse, quoniam catholici, forensi more, chartis oblatis agere voluerunt.*

CLXXXVI. *Interlocutio, ut respondeant catholici objectis.*

CLXXXVII. *Catholicorum ad ista responsio, qua profitentur secundum scripturas se acturos esse divinas,*

[a] An... num

ANNO CHRISTI 411.

vinas, si a criminibus personarum & a legendis chartulis recedatur. A

CLXXXVIII. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt nihil certum de duobus elegisse catholicos: nec se esse petitores, qui ad judicium venerint provocati, sed ipsos potius de re proponere.*

CLXXXIX. *Vbi dicunt catholici eum non assistere loco petitoris cui crimen objicitur.*

XCX. *Interlocutio, approbans supradicta.*

XCXI. *Vbi dicunt Donatistæ, de oblata conditione forensis divinique tractatus nihil a catholicis esse responsum.*

CXCII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CXCIII. *Vbi dicunt Donatistæ, quod sensim inducantur in causam: & hoc sibi a patribus esse mandatum, ut nomine respondentis assistant.* B

CXCIV. *Interlocutio, ubi dicitur ad unam propositionem Donatistarum ipsum judicem, ad aliam vero respondisse catholicos.*

CXCV. *Vbi dicunt Donatistæ judicem absentium, non præsentium partes debere defendere.*

CXCVI. *Interlocutio, qua se hoc quod voluerant Donatistæ pronuntiasse respondent.*

CXCVII. *Prosecutio catholicorum, qua se etiam elegisse respondent, quo jure disceptent, & nihil pro se egisse judicem, sed egisse judicem se pro fratribus suis.* C

CXCVIII. *Prosecutio Donatistarum, non fuisse in sua potestate quod ad judicium convenerint.*

CXCIX. *Vbi catholici interrogant Donatistas, utrum a personarum criminatione discedant.*

CC. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt huic interrogationi catholicorum se respondere non posse: sed eos loco debere assistere petitoris.*

CCI. *Prosecutio catholicorum, qua se propositis Donatistarum conditionibus respondisse testantur.*

CCII. *Interlocutio approbans respondisse catholicos, dicens antiquiora gesta recitari, ut petitor possit ostendi.*

CCIII. *Prosecutio, qua Donatistæ negantes unum certum elegisse catholicos, ad præscriptionem de lapsu temporis revertuntur.* D

CCIV. *Catholicorum responsio, non occurrisse ad ultimum Donatistas qui postea mandaverint.*

CCV. *Donatistarum inde contentio.*

CCVI. *Prosecutio catholicorum de professione episcopi Primiani: & ubi legendum offerunt per quod comprobant Donatistas transacta repetere.*

CCVII. *Responsio Donatistarum, cur redeant ad peracta.*

CCVIII. *Prosecutio catholicorum, moratorie agere Donatistas, & gesta esse recitanda quæ detegant petitorem.*

CCIX. *Vbi, ne legantur gesta, volunt præscribere Donatistæ.* E

CCX. *Interlocutio, Donatistas contra suos velle venire consensus, & gesta esse recitanda.*

CCXI. *Defensio Donatistarum, cur nolint catholicis proprium servare consensum.*

CCXII. *Interlocutio, ut gesta recitentur, ea servans incolumia Donatistis, quæ possunt rationi competere.*

CCXIII. *Vbi dicunt Donatistæ consensus proprios servare debere catholicos, qui se divinis legibus acturos esse promiserint.*

CCXIV. *Catholicorum ad ista responsio, non Cæciliani, sed ecclesiæ causam promisisse divinis legibus peracturos.*

CCXV. *Interlocutio, ut gesta recitentur, quibus petitor possit ostendi.*

CCXVI. *Vbi lecto titulo relationis, quærunt Donatistæ, cur lectus est titulus: & cognitor jubet, ut actis neuter titulus inseratur.*

CCXVII. *Vbi, exceptore recitante, Donatistæ quærunt unde prolata sint.*

CCXVIII. *Vbi catholici dicunt, recitatis gestis debere a se exigi lectionis ipsius firmitatem.*

CCIX. *Interlocutio, ante lectionem præcipiens responderi unde gesta prolata sint.*

CCXX. *Vbi catholici respondent, ex archivo proconsulis hæc esse prolata: & recitantur ex ordine.*

CCXXI. *Vbi interrupta recitatione gestorum, interrogant Donatistæ, utrum Cæciliani sit filius is qui nunc agat.*

CCXXII. *Catholicorum ad ista responsio; scriptum esse, ne Christianus patrem sibi dicat in terra: nec in Cæciliano spem se ponere si innocens fuit, nec, si nocens ille fuit, ecclesiam deserendam.*

CCXXIII. *Vbi interloquente cognitore omnia debere recitari, Donatistæ postulant ut prosequi jubeantur.*

CCXXIV. *Vbi catholici dicunt, ex recitatione gestorum petitoris inveniri posse personam.*

CCXXV. *Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt non esse discutiendam Cæciliani personam, si & reus manifestissimus deprehensus, non potest obesse catholicis.*

CCXXVI. *Catholicorum responsio, ideo se Cæciliani in medium misisse personam, quoniam ipsa catholicæ ecclesiæ semper objecta est, de qua si nunc taceant Donatistæ, nihil esse jam causæ cur separatio teneatur.*

CCXXVII. *Vbi interrogant Donatistæ utrum qui agunt Cæciliani sint filii.*

CCXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCXXIX. *Iterum interrogatio Donatistarum super eadem re.*

CCXXX. *Catholicorum responsio, non patrem aut matrem Cæcilianum sibi fuisse, sed fratrem: ibi etiam profitentur fidei suæ Christum esse principium.*

CCXXXI. *Iterum Donatistæ, utrum pater fuerit Cæcilianus, interrogant.*

CCXXXII. *Catholicorum ad ista responsio, & inde contentio.*

CCXXXIII. *Interlocutio quæ designat ad interrogata respondisse catholicos.*

CCXXXIV. *Vbi jurantes objiciunt judici Donatistæ, quod satis defendat ipse catholicos.*

CCXXXV. *Prosecutio catholicorum continens de patris ac fratris nomine repetita: ubi etiam dicitur Cæciliani causam ad ecclesiam minime pertinere, sed tamquam frater innocens defendendus sit.*

CCXXXVI. *Prosecutio Donatistarum, Cæcilianum catholicis radicem fuisse vel caput, & necesse eam, ut si Cæcilianus nocens fuerit, etiam propaginem ejusdem qui in capite fuit reatus inficiat.*

CCXXXVII. *Vbi catholici respondent caput sibi esse Christum.*

CCXXXVIII. *Vbi Petilianus interrumpit, & quærit, quis ordinaverit Augustinum.*

CCXXXIX. *Item quæstio a Donatistis immissa, ab apostolo, in quo dictum est,* ego vos generavi per euangelium. 1. Cor. 4

CCXL. *Catholicorum contestatio de tumultu partis adversæ.*

CCXLI. *Interlocutio quæ jubet respondere catholicos ad propositam de apostolo quæstionem.*

CCXLII. *Catholicorum ad quæsita responsio, cum testimoniis*

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

testimoniis scripturarum, unum patrem esse ad A *salutem, dici autem alios honoris gratia, non salutis.*

CCXLIII. *Vbi interrogant Donatistæ, quomodo vocetur qui ordinaverit Augustinum.*

CCXLIV. *Prosecutio catholicorum, ad causam minime pertinere, ut ordinator ipsius inquiratur.*

CCXLV. *Vbi exprimentibus Donatistis de Augustini ordinatore se quærere, a catholicis respondetur non se defendendam Augustini causam, qualiscumque sit, suscepisse.*

CCXLVI. *Interlocutio, qua jubetur ut Augustinus de ordinatore suo ad quæsita respondeat.*

CCXLVII. *Vbi Augustinus causa ecclesiæ in tuto primitus constituta, de suo evidenter ordinatore* B *respondet, & ad objicienda quæcumque putarint, provocat Donatistas.*

CCXLVIII. *Interlocutio quæ Donatistas præcipit respondere quid competat quod interrogant, licet non differat causam quæstio personarum.*

CCXLIX. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt vitiis sacerdotum ecclesiam maculari: & volumen offerunt cum divinis testimoniis recitandum: quo recitato a catholicis in prima cognitione mandato, postea conceperunt.*

CCL. *Interlocutio, ubi dicit tunc demum quod a Donatistis offertur posse recitari, si velint a publicarum discussione chartarum discedere cognitorem.*

CCLI. *Vbi Donatistæ quod offerunt interim recitari* C *& ab officio recitetur.*

CCLII. *Interlocutio qua dicit scripturam illam non debuisse ab his penitus concipi, a quibus mandato semel effecto negotium omne transierat.*

CCLIII. *Vbi asserunt Donatistæ legalibus testimoniis velle se a catholicis prolata in mandato suo legalia testimonia refutare, & rogant ut sua audiatur epistola.*

CCLIV. *Interlocutio quæ concedit ut recitetur quod secundum jus publicum non recte conceptum est: & hoc ipsum quod indulget, enumerat, ne jus a judice videatur omissum.*

CCLV. *Exceptore recitante, dicunt Donatistæ sensus epistolæ non bene distingui.*

CCLVI. *Vbi catholici concedunt ipsos legere Dona-* D *tistas, cum ipsis catholicis, ut legerent, in superioribus denegarent.*

CCLVII. *Interlocutio quæ dicit nihil interesse quis legat.*

CCLVIII. *Vbi a Donatistarum episcopo recitatur epistola quam miserunt ad judicem Donatistæ. quæ testimoniis referta legalibus illa omnia testimonia, quasi contrariis nitatur excludere quæ in mandato suo catholici posuerunt.*

CCLIX. *Interlocutio, quæ omni epistola recitata, præbitam a catholicis pronuntiat esse patientiam: & adversus textum ejus jubet respondere catholicos.*

CCLX. *Prosecutio Donatistarum, qua petunt, ut te-* E *stimonia sua testimoniis revincantur.*

CCLXI. *Vbi a catholicis adversus Donatistarum epistolam respondetur.*

CCLXII. *Vbi volunt interrumpere Donatistæ negantes aream in scripturis esse nominatam.*

CCLXIII. *Item ubi asserunt Donatistæ, de occultis non evidentibus reis evangelium præcepisse, ut eorum permixtio toleretur.*

CCLXIV. *Vbi catholici postulant, ut sibi patientia non negetur, quam ipsi Donatistarum epistola præbuerunt.*

CCLXV. *Prosecutio catholicorum, ubi inter cetera de superioribus repetita, & illud infertur, mundi nomine ecclesiam contineri.*

ANNO CHRISTI 411.

CCLXVI. *Donatistarum contra ista contentio, mundi nomine ecclesiam non teneri.*

CCLXVII. *Vbi catholici postulant, ut admoneantur Donatistæ præstare patientiam, quorum epistolæ illico respondetur, nullo dilationis spatio postulato, quomodo ipsi petierunt cum catholicorum vellent respondere mandato.*

CCLXVIII. *Vbi Donatistæ respondent, ipsum sibi obstrepere qui longa prosequitur.*

CCLXIX. *Vbi catholici postulant, ut si volunt de singulis habere conflictum, removeatur epistola, aut patientiam præbeant, aut respondeatur epistolæ.*

CCLXX. *Vbi dicunt Donatistæ, ideo se non posse præstare patientiam, quod aliter volunt legem interpretari catholici.*

CCLXXI. *Interlocutio quæ patientiam dicit esse præbendam, quoniam totius epistolæ tenor a catholicis patienter auditus est.*

CCLXXII. *Prosecutio catholicorum, qua ideo scribi universa testantur, ut si quid in oblivionem venerit, de talibus repetatur: & ubi dicunt, & in malo & in bono, mundum scripturarum testimoniis nominatum.*

CCLXXIII. *Interlocutio quæ scriptum esse præcipit, perstrepere Donatistas.*

CCLXXIV. *Vbi asserunt Donatistæ, interpretari ecclesiam non posse per mundum: cum mundum agrum esse, non ecclesiam, ipse Christus expresserit.*

CCLXXV. *Interlocutio interrogans Donatistas, quis ille sit mundus qui salvandus est dictus.*

CCLXXVI. *Donatistarum ad ista responsio, mundum illum hominem dici.*

CCLXXVII. *Interlocutio, quæ requirit, utrum ex iisdem hominibus constet ecclesia.*

CCLXXVIII. *Donatistarum ad id contentio.*

CCLXXIX. *Vbi exceptores & notarii suggerunt, impletis codicibus, se debere discedere, & alios subrogari.*

CCLXXX. *Interlocutio id fieri oportere præcipiens.*

CCLXXXI. *Prosecutio catholicorum, qua prolatæ a Donatistis epistolæ plena assertione respondent.*

CCLXXXII. " *Prosecutio Donatistarum adversus prosecutionem catholicorum, quam contra epistolam retulerunt.* " Hoc sequentia capita desunt.

CCLXXXIII. *Prosecutio catholicorum, qua ostendunt malos in ecclesia seminatos, quod Donatistæ fieri posse negaverunt; qua defendunt quod se dixisse de duabus ecclesiis dixerunt Donatistæ.*

CCLXXXIV. *Interlocutio quæ præcipit ut ex codice recitetur, utrum duas ecclesias dixissent catholici prosequentes.*

CCLXXXV. *Vbi interpretari volunt Donatistæ, de duabus ecclesiis sensisse catholicos, quoniam duas eos ecclesias dixisse non constitit.*

CCLXXXVI. *Prosecutio catholicorum, qua defendunt quid dixerint de ecclesia præsentis temporis & futuri.*

CCLXXXVII. *Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt etiam mortalem ecclesiam dixisse catholicos, cum ecclesiæ immortalitas sit promissa.*

CCLXXXVIII. *Prosecutio catholicorum, ubi asserunt supradictis assertionibus suis, eam ecclesiam immortalem esse promissam, quæ nunc ex justis mortalibus constat in terra.*

CCLXXXIX. *Interlocutio quæ dicit de peracta quæstione in sententia se dicturum esse quod sentiat, & jubet ut causa pandatur erroris.*

CCXC.

CCXC. *Prosecutio Donatistarum, quæ petit ut de singulis articulis cognitio decursa pronuntiet: & ubi dicunt testimoniis legalibus suis non esse responsum.* A

CCXCI. *Catholicorum ad hæc secundum superiora responsio.*

CCXCII. *Interlocutio judicis, qua dicitur, legibus prohiberi, ne sententia pro parte negotii proferatur.*

CCXCIII. *Donatistarum ad ista contentio, qua etiam catholicis facit injuriam, dum illos falsos jactitat sacerdotes.*

CCXCIV. *Contestatio catholicorum, ubi se ab injuria dissimulare respondent.*

CCXCV. *Prosecutio Donatistarum, quæ dicit judici, si Christus non es, cur de sacerdotibus judicas? & quæ asserit hoc judicium Christo esse servandum: & a catholicis quærit, utrum eis præceperit Christus hominem judicem postulare.* B

CCXCVI. *Catholicorum ad ista responsio, quod primi Donatistæ in episcopali causa humana judicia flagitarunt, & quod persecutionem non patiantur ipsi, sed faciant.*

CCXCVII. *Ubi dicunt Donatistæ, quod Circumcelliones faciunt, ad sacerdotes minime pertinere.*

CCXCVIII. *Prosecutio catholicorum, quod Donatistæ oculos eruendo, diabolum superaverunt.*

CCXCIX. *Ubi dicunt Donatistæ, diabolum a catholicis esse defensum.*

CCC. *Prosecutio catholicorum, Maximianistas Donatistis esse meliores, a quibus persecutionem passi sunt, si tolerata prosecutio efficit meliores.* C

CCCI. *Prosecutio Donatistarum, ubi dicitur diabolus rem fecisse priorem, quod Iob oculos spectatores vulnerum non ademit.*

CCCII. *Prosecutio catholicorum, ubi consolarium fecisse Donatistas, & dominicos codices combussisse dicuntur.*

CCCIII. *Prosecutio Donatistarum, ecclesias suas cruentis adhuc plenas esse corporibus.*

CCCIV. *Interlocutio quærens, an ipsa fuerit causa dissidii.*

CCCV. *Donatistarum ad ista responsio.*

CCCVI. *Ubi a catholicis dicitur hoc posse Maximianistas objicere Donatistis.*

CCCVII. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCVIII. *Ubi catholici provocant Donatistas ut causam veteris dissidii fateantur.*

CCCIX. *Ubi dicunt Donatistæ Traditores, id est, malam arborem ex factis suis, id est, ex fructibus posse cognosci.*

CCCX. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCCXI. *Interlocutio quærens, quando mala arbor extiterit.*

CCCXII. *Prosecutio Donatistarum, non sibi ad omnia esse responsum, & ad singula.*

CCCXIII. *Iudicem debere ferre sententiam, & a primi hominis culpa hereditarium in omnes transisse delictum.* E

CCCXIV. *Interlocutio, de omnibus simul ferendam esse sententiam, ne motus judicis ante finem negotii publicetur.*

CCCXV. *Prosecutio catholicorum, postulans ut chartæ, quæ recitari cœperant, perlegantur.*

CCCXVI. *Interlocutio præcipiens recitari, & relationis ad Constantinum imperatorem ab Anulino proconsule destinatæ, qua Majorinus obstitisse Cæciliano chartas criminum ejus proconsulis ad principem dirigendas tradidisse, signatur.*

CCCXVII. *Ubi post recitationem, servari sibi quod contra competit, postulant Donatistæ.*

CCCXVIII. *Item recitatio relationis alterius ab eodem proconsule ad eumdem principem destinatæ, qua significat idem proconsul Cæcilianum cum decem clericis suis, & totidem adversarios ejus ad urbem pergere se fecisse, sicut præceperat imperator.* TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CCCXIX. *Item relatio epistolæ Constantini ad[a] Militiadem Romanum episcopum missæ, quæ & ceteris sacerdotibus inter Cæcilianum & adversarios ejus delegatur.*

[a] Miltiadem seu Melchiadem.

CCCXX. *Prosecutio catholicorum intimans quæ lecta sunt cognitori, & postulans ut Militiadis in Cæciliani causa judicium recitetur.*

CCCXXI. *Recitatio judicii Militiadis.*

CCCXXII. *Ubi Donatistæ volunt aliud contra Militiadis judicium recitari.*

CCCXXIII. *Ubi catholicis dicitur, non omne Militiadis judicium esse perlectum, quoniam triduo tunc actum est, & trina sunt gesta.*

CCCXXIV. *Interlocutio, ubi contra recitata volentibus prosequi Donatistis dicitur, ut patiantur primitus omnia per ordinem recitari.*

CCCXXV. *Ubi contendunt contra recitata prosequi Donatistæ.*

CCCXXVI. *Ubi a catholicis dicitur, adhuc superesse quod debeat recitari, siquidem non sit lecta sententia Militiadis.*

CCCXXVII. *Prosecutio Donatistarum, qua se dicunt, ideo de exiliis ad judicium remeasse, quia eis cognitor juraverat per edictum.*

CCCXXVIII. *Responsio catholicorum non fugisse in exilium Donatistas.*

CCCXXIX. *Prosecutio Donatistarum de petitoris persona, quæ peracta sunt repetentes, & dicens Cæciliani purgationem non debuisse recitari, qui adhuc ab ipsis non fuerat accusatus.*

CCCXXX. *Interlocutio, debere chartas quas Donatistæ offerunt recitari, ut omnibus recitatis petitoris persona valeat deprehendi.*

CCCXXXI. *Ubi contendunt catholici recitationem chartarum suarum interrumpi penitus non debere, sed omnia per ordinem esse recitanda.*

CCCXXXII. *Ubi Donatistæ respondent, recitationem de Cæciliano catholico non potuisse competere.*

D CCCXXXIII. *Interlocutio, ubi contendentibus de continenda recitatione catholicis, jubet cognitor illa potius recitari quæ offerunt Donatistæ.*

CCCXXXIV. *Prosecutio Donatistarum initium referens causæ, quid Mensurios Carthaginensis ecclesiæ episcopos unitatis tempore persecutio effecerit causa dissidii.*

CCCXXXV. *Interlocutio probationem exigens, si Mensurio crimen traditionis impingitur.*

CCCXXXVI. *Prosecutio catholicorum, qui, salva ecclesiæ causa, traditionem in Mensurio desiderant.*

CCCXXXVII. *Ubi a Donatistis familiaris epistola recitatur, a Mensurio ad Secundum episcopum destinata, qua quidquid circa se actum sit tempore persecutionis insinuat.*

CCCXXXVIII. *Prosecutio catholicorum, qua volunt esse testatum, familiares epistolas recitari quarum fides habeatur incerta.*

CCCXXXIX. *Item alia familiaris epistola recitatur Secundi ad Mensurium rescribentis.*

CCCXL. *Ubi catholici postulant exprimi, qui fuerit hic Secundus.*

CCCXLI. *Ubi qui Secundus fuerit exprimunt Donatistæ.*

CCCXLII. *Recitatio supradicti rescripti, quia vicissim quid circa se in Numidia gestum sit*

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

eo tempore Mensurio Secundus insinuat. A

CCCXLIII. Interlocutio præcipiens ut recitatis epistolis suis patienter audiant Donatistæ quæ legi a catholicis cœperant.

CCCXLIV. Prosecutio Donatistarum, quæ superesse sibi dicit quod Cæciliano legendum est.

CCCXLV. Interlocutio etiam de Cæciliano, quod superest præcipiens recitari.

CCCXLVI. Prosecutio catholicorum quæ patienter se habere asserit, ut legatur.

CCCXLVII. Ubi offerunt Donatistæ conditum a patribus suis de Cæciliani damnatione decretum, & hoc jubente judice recitatur.

CCCXLVIII. Recitatione conclusa, interloquitur judex, ut si quid est adhuc quod de Cæciliano recitari debeat, intimetur. B

CCCXLIX. Prosecutio Donatistarum, de ceteris quoque personis alia se habere documenta promittens.

CCCL. Interlocutio ut quæ a catholicis oblata fuerant perlegantur.

CCCLI. Prosecutio catholicorum testatum faciens & adversum Mensurium nihil publicis actum esse judiciis, & Cæcilianum absentem ab his esse damnatum in concilio sine consule & die, qui sibi invicem confessa traditionis crimina in alio inveniuntur ignovisse concilio. C

CCCLII. Interlocutio hoc ipsum exigens recitari.

CCCLIII. Ubi principio concilii recitato, interrumpunt Donatistæ, negantes consulem & diem ecclesiasticis adjici decretis.

CCCLIV. Catholicorum ad ista responsio.

CCCLV. Interlocutio similis præcedenti.

CCCLVI. Ubi exigunt catholici oportere disquiri, utrum Donatus, cujus modo vocabulum recitatum est, inter Cæciliani fuerit damnatores.

CCCLVII. Interlocutio quærens ista disquiri, & ita nomina singulorum.

CCCLVIII. Ubi Donatistæ testantur se præbuisse patientiam, vicem petentes, cum cœperint respondere.

CCCLIX. Interlocutio secundum voluntatem Donatistarum exigens de catholicis patientiæ professionem. D

CCCLX. Ubi de præbenda patientia catholici profitentur.

CCCLXI. Ubi lecta codicis parte totum legi flagitant Donatistæ.

CCCLXII. Catholicorum ad ista responsio.

CCCLXIII. Prosecutio catholicorum, ideo asserens se legisse quæ lecta sunt, ut Cæciliani possit valere purgatio.

CCCLXIV. Interlocutio adversus illa quæ a catholicis recitata sunt, Donatistas admonens respondere, ut cetera quæ interrupta sunt recitentur. E

CCCLXV. Prosecutio Donatistarum, asserens quod decretum sine consulis adscriptione protulerint, ex consuetudine se fecisse majorum.

CCCLXVI. Interlocutio quæ dicit, ex hoc ne catholicos fecisse aliquam quæstionem.

CCCLXVII. Prosecutio catholicorum, ideo hæc agere Donatistas ut tempora contrahantur.

CCCLXVIII. Ubi Donatistæ dicunt, si de sententiis dictis nemo dubitat, Cæcilianus jure damnatus est.

CCCLXIX. Prosecutio catholicorum asserens posse monstrari quid de Cæciliano sit gestum, si quæ interrupta fuerint recitentur.

CCCLXX Ubi exigunt a catholicis Donatistæ, utrum illud verum esse concilium, quo Cæcilianus damnatus est, fateantur.

CCCLXXI. Catholicorum responsio, & si verum sit illud concilium, Cæciliano absenti præjudicare non posse: quomodo Maximianistarum concilium damnantium Primianum præjudicium non attulit Primiano.

CCCLXXII. Donatistarum prosecutio, nec causam causæ, nec personam præjudicare personæ.

CCCLXXIII. Interlocutio de Cæciliano qui a septuaginta damnatus est, respondere catholicos oportere.

CCCLXXIV. Prosecutio catholicorum, inde se mentionem de Primiani damnatione fecisse, quia evangelica regula est, adversarios de suis operibus arguendos.

CCCLXXV. Prosecutio Donatistarum, a primordio repetens quid Cæcilianus admiserit, & promittens ex Optati episcopi catholici scriptis posse monstrari Cæcilianum fuisse confessum qui a traditoribus fuerit ordinatus.

CCCLXXVI. Prosecutio catholicorum, ut quæ interrupta fuerant recitentur, & ubi dicunt, ipsos illius temporis Donatistas de suo indicasse concilio, qui Cæcilianum quem damnaverant accusare apud Constantinum principem voluerunt.

CCCLXXVII. Interlocutio qua requiritur, utrum post hoc concilium accusationis Cæciliani, ad principem Donatistæ transmiserunt.

CCCLXXVIII. Ubi quærunt Donatistæ utrum Cæcilianus ab illo episcoporum judicio appellaverit.

CCCLXXIX. Catholicorum prosecutio, qua destruitur Donatistarum utroque modo concilium, sive ante factum est quam ad imperatorem Cæciliani crimina mitterentur, sive postea congregatum est.

CCCLXXX. Interlocutio, qua a Donatistis exigit responderi, utrum ante accusationem Cæciliani, an postea illud fuerit concilium celebratum.

CCCLXXXI. Donatistarum ad ista responsio.

CCCLXXXII. Catholicorum prosecutio, qua postulant quæ acta sunt postea recitari, ut Cæcilianus absolutus, & accusatores ejus doceantur fuisse damnati.

CCCLXXXIII. Prosecutio Donatistarum, qua volunt lectione monstrare consuetudinis esse majorum quod ecclesiastico judicio consul non sit adscriptus.

CCCLXXXIV. Ubi catholici dicunt ad causam non pertinere quod volunt Donatistæ.

CCCLXXXV. Interlocutio, quæ catholicos percontatur, utrum illud decretum, quod sine consule est, falsum esse non existiment.

CCCLXXXVI. Catholicorum ad ista responsio.

CCCLXXXVII. Interlocutio jubens ut quæ interrupta primitus fuerant, recitentur.

CCCLXXXVIII. Ubi Donatistæ illud concilium, quod Cæciliani damnatores invicem sua crimina donaverunt, ideo arguunt falsitatis, quia huic contra ecclesiasticum & apostolicum morem, consul adjectus est.

CCCLXXXIX. Prosecutio catholicorum postulans ut superfluis amputatis, ea gesta recitentur, quibus absolutus Cæcilianus possit ostendi.

CCCXC. Ubi contendunt Donatistæ ecclesiasticis conciliis adscribi consulem non solere, & hoc flagitant ex scriptis dominicis approbare.

CCCXCI. Ubi postulant catholici purgationis Cæciliani gesta debere recitari.

CCCXCII. Prosecutio Donatistarum catholicos cogens decreti illius subire jacturam, quod adversus damnatores Cæciliani recitaverunt.

CCCXCIII. Interlocutio ubi dicit, ex duobus decretis

cretis illud potius dicant posse nutare, cui nomen consulis deest: & præcipiens, ut quæ interrupta fuerant perlegantur. A

CCCXCIV. *Prosecutio catholicorum, asserens nec illis se decreti causationem aliquam facere, nec tamen alterius decreti se pati debere jacturam.*

CCCXCV. *Donatistarum ad ista responsio.*

CCCXCVI. *Interlocutio, ex majore diligentia consulis adjecti, fidem non perire decreto.*

CCCXCVII. *Donatistarum ad ista contentio.*

CCCXCVIII. *Prosecutio catholicorum, Cæciliani purgationem debere judicio recitari.*

CCCXCIX. *Ubi Donatistæ dicunt non valere catholicos solvere quod objectum est.*

CCCC. *Catholicorum ad ista responsio, cur in apostolicis conciliis non sit dies adjectus & consul; & quod in propheticis libris inveniantur singula tempora suis significationibus fuisse testata.* B

CCCCI. *Interlocutio, qua petentibus Donatistis ut judicet, dicit, judicari de negotii parte non posse.*

CCCCII. *Recitatio judicii Militiadis, & aliorum similiter sacerdotum, qua Cæcilianus ostenditur absolutus.*

CCCCIII. *Prosecutio Donatistarum, ubi secundum superiora contendunt, ut catholicos cogant decreti, quod adversus Cæciliani damnatores protulerunt, subire jacturam.*

CCCCIV. *Interlocutio quæ a Donatistis exigit, utrum habeant aliquid proferendum contra recitatum judicium Militiadis.* C

CCCCV. *Item interlocutio quæ Donatistas aliud agentes admonet, ut ad quæsita respondeant.*

CCCCVI. *Catholicorum responsio contra illud quod a Donatistis decreti a se prolati jacturam facere compellantur.*

CCCCVII. *Ubi Donatistæ contendunt, illud decretum adversus damnatores Cæciliani a catholicis recitatum ideo nulla veritate fulciri quia persecutionis tempore non posset concilium congregari.*

CCCCVIII. *Catholicorum similis ad ista responsio, persecutionis tempore fieri posse concilium: & hoc legalibus testimoniis edocetur.*

CCCCIX. *Prosecutio Donatistarum similis præcedenti.*

CCCCX. *Catholicorum ad ista responsio, posse concilium persecutionis tempore celebrari, si illo tempore, quamvis furtim, tamen etiam populus potuit congregari.* D

CCCCXI. *Prosecutio Donatistarum, nunquam persecutionem passos esse catholicos, qui quanta vis sit persecutionis ignorant.*

CCCCXII. *Catholicorum ad ista responsio, quæ interrogat Donatistas, utrum negent collecta Christianorum persecutionis fieri solere temporibus.*

CCCCXIII. *Interlocutio quæ definit a catholicis hoc probandum, utrum noverint persecutionis tempore concilium celebratum.*

CCCCXIV. *Catholicorum responsio, apostolos inter persecutiones Judæorum primum fecisse concilium.* E

CCCCXV. *Donatistarum ad ista contentio.*

CCCCXVI. *Interlocutio de catholicis exigens hoc doceri.*

CCCCXVII. *Ubi catholici de actibus apostolorum recitant lectionem, qua probare velint quod ab ipsis concilium requisitum est.*

CCCCXVIII. *Interlocutio quæ designat recitata a catholicis lectione, quod quæsitum est non probasse.*

CCCCXIX. *Prosecutio catholicorum, asserens persecutionis tempore ab episcopis colligi potuisse concilium, siquidem tunc etiam plebes congregatæ reperiuntur unde martyres facti sunt.*

CCCCXX. *Interlocutio id exigens comprobari, & sibi exceptores alii subrogantur.* TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CCCCXXI. *Prosecutio catholicorum, quæ interrogari desiderat Donatistas, utrum nulla habeant martyrum gesta persecutionis tempore in collectis se fuisse fatentium.*

CCCCXXII. *Interlocutio ad interrogata respondere commonens Donatistas.*

CCCCXXIII. *Donatistarum ad quæsita responsio, qua dicunt, nullam domum episcoporum capere potuisse concilium.*

CCCCXXIV. *Ubi respondent catholici, duodecim episcopis qui in concilio tunc fuerunt, domum sufficere potuisse.*

CCCCXXV. *Interlocutio quæ requirit quantus in illo concilio numerus episcoporum fuerit.*

CCCCXXVI. *Catholicorum prosecutio similis præcedenti.*

CCCCXXVII. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans.*

CCCCXXVIII. *Ubi catholici interrogant Donatistas, utrum tempore persecutionis negent fieri solere collecta.*

CCCCXXIX. *Donatistarum prosecutio, quæ dicit hoc decretum, quod a duodecim episcopis factum catholici protulerunt, vel hinc falsum esse, quod aliis non est temporibus factum, vel quod ob imperatorem in propinquis regionibus positum nemo illic auderet congregare concilium.*

CCCCXXX. *Ubi catholici dicunt, parvum episcoporum numerum facile tunc colligi potuisse.*

CCCCXXXI. *Donatistarum ad ista responsio.*

CCCCXXXII. *Ubi catholici contestantur non permitti suos exire quos ad gesta miserant perferenda de martyribus in collecta se fuisse fatentibus.*

CCCCXXXIII. *Ubi ultro gesta martyrum Donatistæ offerunt recitanda.*

CCCCXXXIV. *Interlocutio præcipiens eadem recitari.*

CCCCXXXV. *Ubi recitato de gestis consule & die, flagitant Donatistæ ut etiam decreti consul & dies cum eorumdem gestorum die vel consule conferatur.*

CCCCXXXVI. *Interlocutio quæ inter decreti gestorumque " temporali quantum intersit, inquirit.* " tempora

CCCCXXXVII. *Ubi aliter de intervallo temporis pronuntiatum catholicis quantum interfuerit scripta respondent.*

CCCCXXXVIII. *Ubi id de quo temporis intervallo aliter a catholicis renuntiatum fuerat, tolli de tabulis prohibent Donatistæ.*

CCCCXXXIX. *Ubi hoc ipsum catholici excusant, & remanere patiuntur in tabulis.*

CCCCXL. *Ubi de hoc falsi notant catholicos Donatistæ.*

CCCCXLI. *Catholicorum responsio, qua asserunt falsum illud dici non posse decretum, nisi probaverint Donatistæ persecutionis tempore collecta fieri non solere.*

CCCCXLII. *Prosecutio Donatistarum, non potuisse concilium eo tempore congregari, quo martyres in equuleo dependebant.*

CCCCXLIII. *Interlocutio catholicorum repetens ad ista responsum.*

CCCCXLIV. *Ubi catholici respondent etiam tempore persecutionis tantam fuisse Christianorum diligentiam, ut in carceribus baptizati martyres fuerint collecta plebis facta, ex gestorum posse recitatione clarescere.*

CCCCXLV. *Interlocutio, gesta præcipiens recitari.*

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CCCCXLVI. *Ubi Donatistæ dicunt, hæc ipsa se gesta nuper obtulisse recitanda, quæ nunc a catholicis prosequuntur.*

CCCCXLVII. *Item recitatio gestorum quibus passiones martyrum continentur.*

CCCCXLVIII. *Item offerunt alia martyrum gesta catholici, unde collecta plebis tunc facta doceantur, & recitatur.*

CCCCXLIX. *Interlocutio quæ definit ex recitatione gestorum collecta plebis persecutionis tempore celebrata.*

CCCCL. *Prosecutio Donatistarum qua contendunt catholicos decreti istius facere debere jacturam. quia non potuit tunc episcopale concilium congregari.*

CCCCLI. *Interlocutio qua definit, duodecim episcopos in unam domum tunc colligi potuisse, quando collecta a plebe publice fieri potuerunt.*

CCCCLII. *Prosecutio Donatistarum qua adhuc de decreti falsitate contendunt, & ipsius decreti sententias & verba discutiunt, & Cæcilianum contra damnatores suos illo se decreto dicunt se defendere potuisse, si constaret tunc factum hoc fuisse decretum.*

CCCCLIII. *Interlocutio contra Donatistarum prosecutionem, quæ dicit duodecim episcopos & congregari tunc & latere facile potuisse, Cæcilianum autem non illo duodecim episcoporum decreto, sed Militiadis potius absolutum esse judicio.*

CCCCLIV. *Ubi iterum Donatistæ catholicos cogunt jacturam ipsius subire decreti.*

CCCCLV. *Ubi alia documenta imperatorii judicati super absolutione Cæciliani volunt offerre catholici.*

CCCCLVI. *Interlocutio idipsum præcipiens recitari.*

CCCCLVII. *Ubi exigunt a judice Donatistæ, ut de decreti illius falsitate pronuntiet.*

CCCCLVIII. *Interlocutio, claruisse de gestis fieri tunc potuisse concilium.*

CCCCLIX. *Prosecutio catholicorum, qua tacentibus Donatistis, judicatum Constantini super absolutione Cæciliani offerunt recitandum.*

CCCCLX. *Prosecutio Donatistarum, qua contendunt fieri tunc non potuisse concilium, & debere catholicos ejusdem decreti dispendium sustinere.*

CCCCLXI. *Interlocutio, tunc de isto decreto enixius inquirendum fuisse, si in hoc Cæciliani absolutio teneretur, nunc Donatistas contra judicium Militiadis, aliud oportere vel dicere, vel proferre, quo Cæciliani absolutio destruatur.*

CCCCLXII. *Prosecutio Donatistarum qua promittunt responsuros se esse contra judicium Militiadis: fidem tamen illius inquirendam esse decreti.*

CCCCLXIII. *Interlocutio exigens intimari aliquid contra judicium Militiadis, & judicans in persecutione fieri potuisse concilium.*

CCCCLXIV. *Catholicorum prosecutio, necessariam fuisse causam, cur tunc congregarentur episcopi.*

CCCCLXV. *Interlocutio exigens contra Cæciliani absolutionem a Donatistis aliquid responderi.*

CCCCLXVI. *Prosecutio Donatistarum, quamvis collecta tunc facta sint plebis, tamen episcoporum contrahi tunc non potuisse concilium.*

CCCCLXVII. *Interlocutio exigens Donatistas legere aliquid contra judicium Militiadis.*

CCCCLXVIII. *Prosecutio Donatistarum, non potuisse episcopos suos in eo crimine alterum condemnare, si eo ipsi tenerentur obnoxii.*

CCCCLXIX. *Catholicorum de scripturis dominicis ad ista responsio.*

CCCCLXX. *Interlocutio exigens ut contra absolutionem Cæciliani quid proferatur.*

CCCCLXXI. *Prosecutio Donatistarum, Cæcilianum in Africa ubi damnatus fuerat, debuisse purgari: Militiadis autem pro eo sententiam non valere, quia simili etiam discrimine tenebatur.*

CCCCLXXII. *Prosecutio catholicorum exigens hoc probari quod de crimine Militiadis dixerant Donatistæ.*

CCCCLXXIII. *Interlocutio approbari præcipiens quod intenditur Militiadi.*

CCCCLXXIV. *Prosecutio Donatistarum quæ de Militiadis nomine quid sit actum probaturam se gestorum recitatione promittit.*

CCCCLXXV. *Ubi catholici petunt de nomine Militiadis res judicatas debere proferri.*

CCCCLXXVI. *Ubi Donatistæ dicunt de scriptis Optati catholici episcopi monstraturos Cæcilianum Brixiæ fuisse damnatum.*

CCCCLXXVII. *Interlocutio, Optati testimonio nunc amoto, illud potius quod super nomen Militiadis Donatistæ promiserant, proferendum.*

CCCCLXXVIII. *Ubi Donatistæ Optati volunt testimonium recitari.*

CCCCLXXIX. *Interlocutio quæ promittit & Optati testimonium recitandum, si primum quod contra Militiadem promissum fuerat, recitetur.*

CCCCLXXX. *Prosecutio catholicorum, contra eminentes episcoporum sententias unius Optati testimonium suscipi non debere.*

CCCCLXXXI. *Donatistarum prosecutio, nimium verum esse quod contra catholicos Optatus catholicus dixit.*

CCCCLXXXII. *Catholicorum prosecutio, Optati scripta pro scripturis canonicis non haberi.*

CCCCLXXXIII. *Prosecutio qua exigunt Donatistæ, ut aut damnent catholici Optatum, aut patiantur ejus testimonium recitari quo Cæcilianum Brixiæ dictum fuisse damnatum: & qua admonent judicem, ut promissam teneat æquitatem.*

CCCCLXXXIV. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCCLXXXV. *Catholicorum prosecutio, contra Militiadem debere Donatistas proferre aliquod judicatum.*

CCCCLXXXVI. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCCLXXXVII. *Ubi dicunt Donatistæ non esse prolixum quod de Optato desiderant recitari.*

CCCCLXXXVIII. *Interlocutio, ordinem servandum esse definiens, ut primo contra Militiadem aliquid, postea de Optato quantum voluerint recitetur.*

CCCCLXXXIX. *Ubi gesta in urbe habita offerunt Donatistæ.*

CCCCXC. *Ubi gesta eadem recitantur, quibus in urbe Roma a nonnullis aliis & a quodam Stratone rerum ecclesiasticarum traditio perpetrata est.*

CCCCXCI. *Interlocutio, in tam prolixis gestis nihil dictum de nomine Militiadis.*

CCCCXCII. *Ubi dicunt Donatistæ, adhuc se non finisse totum quod promiserant recitare.*

CCCCXCIII. *Catholicorum prosecutio, qua prolixis gestis se patientiam præbuisse testantur, & nihil ex iisdem adversum Militiadem esse prolatum: unde se debere de absolutione Cæciliani etiam Constantini principis legere judicatum.*

CCCCXCIV. *Prosecutio Donatistarum, qua testantur traditione se gestis prioribus recitasse, & adhuc se habere quod legant.*

CCCCXCV. *Interlocutio alia circa Militiadis personam*

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

sonam recitari gesta permittens, & catholicis servans, ut recitent postea si quid velint.

cccxcvi. *Hic catholici volunt esse testatum, quod non expresserint Donatistæ, ubi superiora gesta confecta sint.*

ccccxcvii. *Interlocutio confirmans quod a catholicis dictum est.*

ccccxcviii. *Item a Donatistis gesta alia recitantur, quibus post redditam agendi licentiam Christianis res ecclesiæ quæ traditæ fuerant recuperantur ab Stratone & ceteris, quos ad id negotium Militiadis episcopus destinarat.*

ccccxcix. *Interlocutio, quod etiam secunda gesta nihil de reatu contineant Militiadis.*

ccccc. *Vbi asserunt Donatistæ eum Stratonem quasi diaconum a Militiade directum ad res ecclesiæ repetendas, qui invenitur ante tradidisse.*

cccccI. *Interlocutio postulans id deberi.*

cccccII. *Vbi recitatur ex primis gestis Stratonis nomen.*

cccccIII. *Interlocutio postulans evidenter ostendi, utrum Straton in primis gestis diaconus fuerit nominatus.*

cccccIV. *Vbi Donatistæ ex hoc illud interpretari volunt ibi diaconum significatum, quod iisdem gestis hortator superstitionis fuerit nominatus.*

cccccV. *Vbi catholici ex Donatistarum prosecutione colligunt, fieri potuisse ut alter fuerit Straton superstitionis hortator.*

cccccVI. *Donatistarum contra ista contentio.*

cccccVII. *Interlocutio qua dicitur utraque gesta iisdem temporibus facta, & debuisse Stratonem eodem hortatoris nomine utrobique signari.*

cccccVIII. *Item interlocutio quæ requirit apertum crimen & manifestam damnationem Militiadis esse promendam.*

cccccIX. *Prosecutio Donatistarum, eumdem Stratonem esse qui primo tradidit, postea res suscepit ecclesiæ, nec obesse veritati, quod ibi hortator superstitionis est dictus, quia gentiles diaconum dicere noluerunt: tunc de Militiade oportere judicari Stratonis consortio maculatum.*

cccccX. *Interlocutio, probari oportere quod idem Straton etiam tunc a Militiade directus sit, quando dicitur tradidisse.*

cccccXI. *Donatistarum prosecutio, ideo ibi non teneri vocabulum Militiadis quod adhuc episcopus non fuisset: hinc autem Militiadem fuisse pollutum, quod traditorem Stratonem in numero habuit diaconorum.*

cccccXII. *Interlocutio pronuntians partes agere quæ competunt.*

cccccXIII. *Prosecutio catholicorum, duos Stratones tunc esse potuisse: nec abhorrere a consuetudine, ut duo uno nomine censeantur, Militiadem vero reum esse non posse, nisi traditionem Stratonis scisse doceatur.*

cccccXIV. *Interlocutio, inter episcopos nihil suspicionibus actitandum, & debere Constantini judicium recitari.*

cccccXV. *Recitatio judicii Constantini quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense concilium, significat imperator.*

cccccXVI. *Interlocutio quæ admonet Donatistas utrum contra hæc habeant aliquid recitandum.*

cccccXVII. *Vbi dicunt iterum Donatistæ Militiadem Stratonis societate pollutum.*

cccccXVIII. *Interlocutio similis præcedenti.*

cccccXIX. *Vbi dicunt Donatistæ, falsum esse judicium Constantini auribus intimatum.*

cccccXX *Interlocutio, quod inter partes sententiam tulerit imperator.*

cccccXXI. *Vbi hoc legi desiderant Donatistæ.*

cccccXXII. *Interlocutio, hoc ipsum significari, & ex rescripto principis superius recitato.*

cccccXXIII. *Vbi Donatistæ volunt esse testatum, ex rescripto principis nec diem esse nec consulem.*

cccccXXIV. *Vbi respondent catholici, & lectum esse ex rescripto diem, & iterum offerunt ut legatur.*

cccccXXV. *Prosecutio Donatistarum, lecto die non esse consulem lectum.*

cccccXXVI. *Catholicorum ad ista responsio, &, ut si de rescripto dubitatur, archivorum inspiciatur auctoritas.*

cccccXXVII. *Interlocutio, imperiale rescriptum cui desit consul & dies, in dubium revocari non posse.*

cccccXXVIII. *Vbi Donatistæ queruntur episcopale decretum superius a catholicis cum consule esse prolatum, & nunc imperatoris epistolam sine consule recitari.*

cccccXXIX. *Vbi catholici provocant Donatistas, ut dicant falsam esse imperatoris epistolam.*

cccccXXX. *Vbi postulant Donatistæ, ut quod sibi servatum fuerat, de Optato proferant lectionem.*

cccccXXXI. *Interlocutio, debere respondere primitus Donatistas, utrum falsa sit imperatoris epistola, & ita demum recitari de Optato quod velint.*

cccccXXXII. *Vbi asserunt Donatistæ Cæciliano nihil prodesse rescriptum, quia invenitur postea condemnatus: & hoc volunt recitata Optati lectione constare.*

cccccXXXIII. *Vbi catholici contestantur, quod sibi non obsit error Optati: legi tamen patiuntur Optatum.*

cccccXXXIV. *Vbi postea consul invenitur imperiali epistolæ.*

cccccXXXV. *Vbi de Optato lectio recitatur.*

cccccXXXVI. *Non inventa in Optato damnatione Cæciliani, sed retentione apud Bryzam temperantius ab Optato esse dictum asserunt Donatistæ.*

cccccXXXVII. *Interlocutio debere Donatistas qui hoc Optatum temperantius posuisse dixerunt, evidentius approbare Cæcilianum & imperatorem fuisse damnatum.*

cccccXXXVIII. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt alium Casæ non fuisse Donatum.*

cccccXXXIX. *Catholicorum ad ista responsio, quod in actis Militiadis Donatus Casensis evidenter expressus sit.*

cccccXL. *Vbi Petilianus episcopus partis Donati impedimento raucedinis agere se non posse testatur.*

cccccXLI. *Vbi catholici testantur, ideo se Petilianum excusationi subtrahere voluisse, quod ei Donatus Casensis ex gestis evidenter ostensus est.*

cccccXLII. *Interlocutio, cum septeni adstent, de unius defectu querelam esse posse.*

cccccXLIII. *Prosecutio Donatistarum, principi Constantino libellum asserunt proprios dedisse majores, & eo principem motum, agendi eis dedisse licentiam, & ibi Felicis Aptungitani*

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

ni episcopi, qui Caeciliani fuerat ordinator, causa narratur. A

CCCCCXLIV. *Interlocutio exigens ut quod competit Donatistis documentorum prolatione monstretur.*

CCCCCXLV. *Libelli recitatio, quem Constantino imperatori dederunt illo tempore Donatistae.*

CCCCCXLVI. *Prosecutio catholicorum, quae asserunt pro se facere libellum quem recitaverunt Donatistae.*

CCCCCXLVII. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans, & rescriptum Constantini praecipiens recitari.*

CCCCCXLVIII. *Ubi recitatur epistola Constantini ad vicarium destinata, quae libertatem agendi tribuit Donatistis.* B

CCCCCXLIX. *Prosecutio catholicorum quae dicit pro se magis epistolam facere Constantini, quia non de Caeciliano aliquid judicatum est, sed furori suo ipsi permissi sunt.*

CCCCCL. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans.*

CCCCCLI. *Ubi Donatistae petunt ut judex de permissa sibi a Constantino arbitrii libertate pronuntiet.*

CCCCCLII. *Interlocutio pronuntians quod petitum est, & asserens principem Honorium de absolutione Caeciliani hodie praecepisse disquiri.* C

CCCCCLIII. *Prosecutio Donatistarum, quae interpretantur ideo non videri Caecilianum fuisse purgatum, quia retractata causa Felicis ordinatoris ejusdem, Ingentius quidam ad comitatum praeceptus est destinari, & nihil actum ab Ingentio reperitur, quo Felix absolutus esse noscatur.*

CCCCCLIV. *Prosecuio catholicorum quae promittunt se Aeliani proconsulis recitata ratione monstrare, quid super Felicis absolutione fuerit actitatum.*

CCCCCLV. *Ubi Donatistae contendunt Constantini potius literas recitandas, quibus jussus est Ingentius ad palatium destinari.* D

CCCCCLVI. *Interlocutio quae hoc potius praeciperet recitari.*

CCCCCLVII. *Ubi hae ipsae literae recitantur.*

CCCCCLVIII. *Prosecutio catholicorum, ubi dicunt relationem Aeliani proconsulis recitandam, qua Felix ostenditur absolutus.*

CCCCCLIX. *Recitatio relationis ejusdem.*

CCCCCLX. *Interlocutio quae deposcit, ut ad pleniorem fidem etiam gesta ipsa, quibus Felix purgatus est, recitentur.*

CCCCCLXI. *Ubi Donatistae contendunt illud potius recitandum, si aut directus est, aut aliquid apud imperatorem egit Ingentius.*

CCCCCLXII. *Prosecutio catholicorum, acta potius recitari oportere, ut quemadmodum Caecilianum constitit absolutum, ita & Felix purgatus fuisse monstretur.* E

CCCCCLXIII. *Interlocutio gesta praecipiens recitari.*

CCCCCLXIV. *Gestorum recitatio pro Felice qui Caeciliani fuerat ordinator.*

CCCCCLXV. *Interlocutio exigens ut quod partibus competit, intimetur.*

CCCCCLXVI. *Prosecutio Donatistarum contra gesta pro Felice prolata.*

CCCCCLXVII. *Interlocutio, gesta quae roboravit antiquitas, non nisi aliorum prolatione gestorum posse rescindi.*

CCCCCLXVIII. *Prosecutio catholicorum, sufficere causae quidquid ab ipsis est recitatum, & si Caeciliani purgationem Ingentii persona rescindit, Donatistas hoc potius debere monstrare.*

ANNO CHRISTI 411.

CCCCCLXIX. *Interlocutio quae istud exigit recitari.*

CCCCCLXX. *Donatistarum prosecutio, qua dicunt praesentem Felicem debuisse purgari, & qua requirunt utrum aliquid apud imperatorem Ingentius pro Felice responderit.*

CCCCCLXXI. *Prosecutio catholicorum qua dicunt, quoniam omnia per ordinem recitata sunt, debere cognitorem, summotis tergiversationibus, ferre sententiam.*

CCCCCLXXII. *Interlocutio exigens ut contra gesta, quibus absolutus est Felix, aliquid recitetur.*

CCCCCLXXIII. *Prosecutio catholicorum, majoris esse innocentiae documentum quod absens purgatus est Felix.*

CCCCCLXXIV. *Prosecutio Donatistarum, qua omnes totius negotii recapitulantur articuli superiorum prosecutionum diversimode tractati.*

CCCCCLXXV. *Interlocutio, absoluta & consumpta repeti non debere, qua rursus exigitur, ut contra Felicis absolutionem aliquid recitetur.*

CCCCCLXXVI. *Prosecutio catholicorum postulans, ut quoniam discussis omnibus, superflua repetuntur, jam sententia proferatur.*

CCCCCLXXVII. *Interlocutio contra Felicis absolutionem aliquid recitandum.*

CCCCCLXXVIII. *Prosecutio Donatistarum debere judicem de his quae prolata sunt judicare, ut etiam cetera recitentur.*

CCCCCLXXIX. *Interlocutio, omnia debere judicari, ut de omnibus judicetur.*

CCCCCLXXX. *Prosecutio Donatistarum similis praecedenti.*

CCCCCLXXXI. *Interlocutio similis praecedenti.*

CCCCCLXXXII. *Prosecutio Donatistarum, pro arbitrio partis adversae falsatum esse & destructum quid a sua parte prolatum est.*

CCCCCLXXXIII. *Interlocutio, si nihil superest quod legatur, debere partes exire, ut scribi possit sententia plena.*

CCCCCLXXXIV. *Interlocutio convocans partes ut sententia recitetur.*

CCCCCLXXXV. *Sententia recitata quae totum complexa negotium, quid observari oporteat, pro catholica unitate decernit.*

GESTA
TERTIAE COGNITIONIS.

I.

POST consulatum Varanis v. c. sexto Idus Iunias Carthagini in secretario thermarum Gargilianarum, adstantibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris devotissimis protectoribus domesticis, adstantibus etiam Vincentio & Taurillo viris devotissimis agentibus in rebus, Urso, Petronio & Liboso ducenariis illustrium potestatum, Bonifacio & Euasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto & Octaviano apparitoribus illustris comitivae sedis, Restituto & Exitioso adjutoribus corniculariis, Possidio, Quodvultdeus & Colonico adjutoribus commentariorum officii domini v. c. & spectabilis proconsulis, Navigio adjutore numerorum, & Peregrino adjutore subadjuvarum officii domini v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. legati almae Carthaginis, Rufiniano scriba v. c. curatoris celsae Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Praetexta-

to

to exceptoribus domini v. c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini v. c. & spectabilis vicarii, Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Vrsus ducenarius illustrium potestatum dixit: Præterito judicio, Donatianæ partis episcopi in hodiernam diem, ut exinde instructi in judicio sublimitatis tuæ responderent, causa sibi edendorum gestorum inducias postularunt. Non utræque partes pro foribus sunt: si præcipis, intromittentur.

II.

Flavius Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Veniant. & ingressis episcopis catholicis Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio, cum Novato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Sereniano, & Scillacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto æque coepiscopis & custodibus gestorum: item e diverso ingressis episcopis Donatistarum, Primiano, Petiliano, Emerito, Montano, Gaudentio, Adeodato, & Habetdeum, cum Peregrino, Apto, Clarentio, & Habetdeum coepiscopis eorum.

III.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Certum est ob hoc dilatum fuisse negotium, ut hodierno die gestis editis principalis actio tractaretur. quod utrum factum sit, edicat officium. Martialis exceptor domini v. c. & spectabilis proconsulis dixit: Constat juxta præceptum nobilitatis tuæ gesta ante eum diem edita qua parvitas nostra fuerat professa. Quod si jubet nobilitas tua, ad plenam fidem ex cautionibus partis utriusque monstrabimus.

IV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Martialis exceptor recitavit: Post consulatum Varanis v. c. octavo Idus Iunias, Fortunatianus episcopus catholicus civitatis Siccensium, scripsi me gesta geminæ cognitionis pariter suscepisse, habita primum die Kalendarum Iuniarum: item habita die tertia Nonarum earumdem: & suscepi tradente Martiale exceptore sedis proconsularis, qui sit deputatus Flavio Marcellino v. c. tribuno & notario die octava Iduum Iuniarum, hora diei quinta, in ecclesia catholica Restituta. Et quamvis exceptores septimo Iduum Iuniarum gesta promiserint edituros, melius tamen eorum festinavit industria, ut nobis ante diem promissum acta cognitionum duarum pariter traderentur. Quibus perceptis, loco & tempore suprascripto instructos nos ad peragendum negotium, die qui actis expressus est, pollicemur esse venturos. Cumque recitaret, idem dixit: Lego aliam, si præcipit nobilitas tua.

V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lege. Martialis exceptor recitavit: Post consulatum Varanis v. c. octavo Idus Iunias, Montanus episcopus civitatis Zumensium Regiorum, scripsi vobis, Hilare & Prætextate exceptores, me accepisse a vobis gesta geminæ cognitionis: in quibus una cum traditoribus & persecutoribus nostris confliximus, habita primum die Kalendarum Iuniarum, & alia habita die tertia Nonarum earumdem. quæ vos exceptores superius proconsularis, tradidistis nobis coram patribus & coepiscopis nostris, die octava Iduum Iuniarum, hora diei tertia, in ecclesia Theoprepia. quibus perceptis, loco & tempore suprascripto profitemur nos ad agendum negotium die actis expressa ordine integro esse venturos.

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lectæ cautiones gestis præsentibus adhærebunt. & adjecit: Quoniam constat ante diem editionem factam esse gestorum, superest ut principale negotium proponatur.

VII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Principale negotium jam diu est ut cupimus terminari. Proinde, si vel sero conceditur, probet, quoniam ex parte adversa esse desiderant, totiens objecta ecclesiæ sanctæ catholicæ toto orbe diffusæ crimina, & nunquam probata. Et cum diceret: & alia manu: Recognovi.

VIII.

Adeodatus episcopus dixit: Proponant. sciamus quid agunt. & alia manu: Adeodatus episcopus salva appellatione recognovi.

IX.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Propositionem ex mandato non didicisti? & alia manu: Recognovi.

X.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Morarum tendiculas nullus interponat, si de causæ nostræ defensione aliquam habemus fiduciam. & cum diceret: & alia manu: Recognovi.

XI.

Marcellinus v. c. tribunus notarius dixit: Si quid intenditur proponatur.

XII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mandatum ipsorum legatur, & intentionem ipsorum inde agnoscet nobilitas tua. & alia manu: Recognovi.

XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Amotis omnibus moris, quoniam constat omnia quæ ad principium negotii pertinebant superiore judicio terminata, causa dicatur.

XIV.

Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Duo in mandato suo objecisse monstratur pars adversa, traditionem & persecutionem. Si igitur causam ecclesiæ volunt ut peragamus, jamjamque te judicante finiatur. Nefas est enim, ut exspectatione populus in errorem mittatur. Si agnoscenda est ecclesia toto terrarum, sicut promissum est, orbe diffusa, testimoniis scripturarum doceatur. Sin vero, solicitis præstigiis solitisque ambagibus, id intendit pars adversa ne ad veritatem veniamus, dicatur, ut omnibus innotescat. & alia manu: Recognovi.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid his refertur? XVI.

Emeritus episcopus dixit: Numquam memini

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

ni in judicio condamnatam esse patientiam. Quinimo semper id laudi est, ut secretum retinens lingua, objectis, si potest, dilucide respondeat. Ergo quoniam omnium actionum debent esse principia, totiusque negotii initia semper ex se sumere consueverunt, quid præteritorum dierum actus involvimus, & quasi non fuerint peracta, iterum refricamus, cum præsentis diei propositio suam debeat sumere accipereque personam? Vnde si propositio eorum & responsio nostra in judicium mittitur, personarum primum est discutienda qualitas, quis in judicium adduxit, quis conveniri fecit, quis principes sæculi convenit, quis legatos misit, quis supplicavit, quis legem meruit, quis judicium postulavit: ut cum eorum intentionibus docti fuerimus, respondere valeamus. & alia manu: Emeritus epicopus salva appellatione recognovi.

XVII.

Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diffidentia est causæ personas velle discutere, quas priore conflictu visus est confirmasse. Et ideo causam ecclesiæ peragamus, quæ sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur. & alia manu: Recognovi.

XVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sanctitas tua propositionem, quantum arbitror, non diligenter advertit: alia enim constat esse quæsita.

XIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad id ergo quod quæsierunt, jube recitari partis utriusque mandata, & instruentur, ad id quod desiderarunt. & alia manu: Recognovi.

XX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quæsitum est, per quos hæc sit postulata collatio, quive episcopos qui e diverso consistant, ad judicium postularit. Vnde ad hoc sanctitas vestra respondere debebit.

XXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si ad rem judicas pertinere, prudentiæ tuæ est considerare, catholicis episcopis, vel legatis catholicorum episcoporum, concessum esse habendam collationem. Tenor rescripti imperialis ostendit. Venimus utrique, hic sumus, & Deus nos disputatores & collatores magis quam litigatores esse præcepit, & nihil aliud voluit Deum timens & Deo serviens clementissimus imperator. Adstitisse legitimas personas, & confirmata esse mandata, primo die conflictus nostri judicavit sublimitas tua. Non interponantur quæ ad rem necessaria non sunt. Ecclesia est quam asserimus testimoniis scripturarum divinarum, nota omnibus, in monte, sicut scriptum est, constituta: ad quam veniunt omnes gentes. Si est aliquid contra istam ecclesiam quod dicatur, jam dicatur, & nullæ moræ interponantur, Si nihil est quod dicatur, cedat veritati, qui suam criminationem affirmare, & ostendere, & probare hominibus non potest. Quamdiu ista tanta populi expectatio suspensa est?

De anima sua omnes cogitant, & nos moratorias præscriptiones ad hoc interponimus, ut ad finem cognoscendæ veritatis nunquam veniatur? & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt adverti possit, in quem modum sit delegata cognitio, imperialis præcepti forma relegatur.

XXII.

Petilianus episcopus dixit: Catholicos se sine præjudicio nostro dixisse, hoc actis signatum est. Hujusce rei serva conflictum. Et alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod præceperas recitetur. Et alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Apud nos est enim vera catholica, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, salvo appellationis effectu. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc probare opus est, non jactare. & alia manu: Recognovi.

XXIII.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Hoc utrarumque partium conflictus inveniet. Et adjecit: Imperialis sanctio interim relegatur.

XXIV.

Martialis exceptor recitavit: Imperatores Cæsares Flavii, Honorius & Theodosius, pii, felices, victores ac triumphatores, semper Augusti, Flavio Marcellino suo salutem. Et cum recitaret,

XXV.

Petilianus episcopus dixit: Terreri me imperator voluit, non occidi, non persecutionem pati, non pertrahi, non spoliari. & alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

XXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod amplius est, nec territus es. & alia manu: Recognovi.

XXVII.

Petilianus episcopus dixit: Laudasti constantiam bonæ fidei, & vere catholicæ disciplinæ. & alia manu: Salva appellatione recognovi.

XXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nec territus, dictum est, non timuisti. & alia manu: Recognovi.

XXIX

Martialis exceptor recitavit: Inter imperii nostri maximas curas, catholicæ legis reverentia aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum orbis nostri plebs devota custodiat: ut etiam Donatistas vel terrore, vel monitu olim jam implere convenerat, qui Africam, hoc est, regni nostri maximam partem, & sæcularibus officiis fideliter servientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare, quæ omnium retro principum devota in Deum definivit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in injuriam legis catholicæ fuerit generatum justo judicio hoc nobis possit imputare posteritas.

Nec sane latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæva Donatistarum interpretatio profitetur. Qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, aboleri eum tamen ante jussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem

ANNO CHRISTI 411.

subreptionem simili auctoritate censemus. Illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submovere, ne in divinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamvis una sit omnium & manifesta sententia, catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cælesti sententia comprobatam, studio tamen pacis & gratiæ, venerabilium virorum episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis, ut lectis etiam sacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, ut conversos animos populorum, etiam nostra clementia, sicut desiderat, celerius possit agnoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum episcopi declinaverint convenire, trini edicti evocationem volumus custodiri: ita ut vicenis diebus in evocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis, si provocati adesse contempserint, cedat cum ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognoverit superatos, & victum se aliquando gratuletur: sciatque si non præceptis nostris, vel catholicæ legis veris imperiis serviendum. Cui quidem disputationi, principe loco te judicem volumus residere. Quidquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi, omnemque vel in congregandis episcopis, vel evocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere, ut ea quæ ante mandata sunt, & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia servaturus, ut ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione submota integra & inviolata custodias. Ut sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles proconsulem atque vicarium serenitas nostra commonuit, ut si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis quam ex omnium judicum apparitione abunde necessarios faciant deputari. Erit jam solicitudinis tuæ, si quid ulla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correptio. Omnia sane quæ vel in unum episcopis congregatis disputatio completa firmaverit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet, ut quid ad confirmandam catholicam fidem præceptio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. Et divina manu: Vale Marcelline, carissime nobis. Datum pridie Idus Octobris, Ravennæ.

XXX.

Petilianus episcopus dixit: Donatistas non appellandos esse credunt, cum, si nominum paternorum ratio vertitur, & ego eos dicere possum, imo palam aperteque designo Mensuristas & Cæcilianistas esse, eosdemque traditores & persecutores nostros. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, sine præjudicio appellationis nostræ.

XXXI.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Et hoc recusas quod in præfectorum judicio pro voto complexus es. & alia manu: Recognovi.

XXXII.

Petilianus episcopus dixit: Nec nunc abnuo esse mihi principem ac fuisse beatissimæ sanctæque memoriæ Donatum, hujus civitatis episcopum; ejusque tanta merita floruisse, ut & illius temporis gloriam vetustas ipsa. & cum diceret; & alia manu: Petilianus episcopus recognovi; salvo appellationis effectu;

XXXIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Damnent nomen Donati, & deinceps non appellabimus illos Donatistas. & alia manu: Recognovi.

XXXIV.

Petilianus episcopus dixit: Damna nomen Mensurii & Cæciliani, & non diceris Cæcilianista. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, sine præjudicio appellationis nostræ.

XXXV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Feci enim mentionem Mensurii. & alia manu: Recognovi.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc omnia utrisque partibus salva erunt, & adjecit: Evidenter apparuit episcopis postulantibus disputationem a venerando principe me disceptante fuisse mandatam, ut causa primi discutiatur erroris: quæ jam in medium proferatur.

XXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Lectum est rescriptum. legantur & preces, ut causa possit audiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Peritiam sanctitatis vestræ arbitror non latere, pragmaticis rescriptis preces inseri non solere. quas quidem ab episcopis qui collationem postulaverant, sicut ejusdem sanctionis textus ostendit, præcessisse non constat. Unde tandem aliquando negotium proponatur.

XXXIX.

Emeritus episcopus dixit: Si pragmatico rescripto preces inseri non solere prudentiæ tuæ interlocutione signatum est, eos quos legatos esse dixerunt, utrum ex omnium voluntate, utrum ex communi mandato perrexerint, doceant; ut si non in principibus, certe vel in legatis possit stare persona. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi, sine præjudicio appellationis meæ.

XL.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Advertat nobilitas tua quanta aguntur ut nihil agatur. & alia manu: Recognovi. Montanus episcopus dixit: Ordine integro causa peragenda est. & alia manu: Montanus episcopus recognovi, salva provocatione.

XLI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Præsentes sunt, utrique convenimus: locus iste episcopis pene refertus est, mandata recitata atque firmata sunt: non negatur a partibus nostris postulatam esse collationem, ut in

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411.

ut in ea collatione tandem aliquando vel probent, vel probare non potuisse monstrentur, quæ solent non nobis, non unicuique nostrum, sed universo orbi Christiano objicere crimina: qui Christianus orbis non opinione humana sed divinis testimoniis & promissus est & impletur. Quid adhuc nescio quæ tergiversationes moratoriæ ab eis interponuntur qui se episcopos Christi dici volunt? expectatio non dico hujus civitatis, sed universi pene generis humani suspensa est, aliquid de ecclesia cupit audire; & nos adhuc forenses formulas discutimus, & miserrime litigamus? Iam advertat nobilitas tua quid agatur: jam aliquando nos de hoc negotio amputatis omnibus morulis, adjuvante Deo, liberare dignare. & alia manu: Recognovi.

XLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad omnem confirmationem sufficere posse non ambigo universorum subscriptiones, superiore judicio mandato insertas atque digestas. Vnde quoniam omnium consensus expressus est, amotis superfluis aliquando negotium proponatur.

XLIII.

Emeritus episcopus dixit: Duo sunt in judicium missa, a quibus deviari nullo modo potest: unum, quod secundum imperiale præceptum: aliud, quod secundum mandati tenorem agere se judicio demonstrarunt. Igitur si utraque connexa sunt, debet edoceri: si autem separata atque sejuncta sunt, unius necesse est faciant jacturam, qui utrumque nolunt ad probationem in judicium mittere. Convenire enim debet cum rescripto mandatum, & ad formulam statuti imperialis mandatorum debet sensus astringi. quod si neutrum esse intelligit prudentia tua, neque moratoriis nos velle agere, neque nos a causæ actione suspendere, sed constitutis primitus fundamentis ecclesiasticum negotium velle definire, quid est quod nobis de mora præscribitur, & tamquam cavillatoribus, & a cognitione refugientibus, quasi moras quasdam per nos innecti causantur; cum utique, si advertant, magis his qui proponunt incumbere aut necessarium esse dicimus, ut omnibus moris amputatis ad negotii instrumenta arcemque veniatur, ut ostendatur, ex adversa parte quis petierit, quemadmodum petierit, vel quid petierit, ut cum de mandato vel de rescripto utraque concordantia complexus fuero, & ea quæ in rescripto sunt confirmata, & ea quæ ex ipsorum petitione suggesta sunt, possint judiciis approbari. & alia manu: Emeritus epicopus recognovi.

XLIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tuæ sunt partes, vir nobilis. si respondit ad ea quæ diximus, opus est ut respondeamus. Si autem pervidet prudentia tua, nihil eum respondisse ad id quod juste flagitamus, sed moris superfluis alias moras superfluas addidisse, judica ut videtur. & alia manu: Recognovi.

XLV.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Certum cognitionis tenorem principali constat auctoritate definitum. Hoc enim relictæ sanctionis series demonstravit, ut convocatis episcopis atque partibus delectis, superstitionem, ut ipsius legis verbis loquar, ratio manifesta confutet. unde dignabitur sanctitas vestra clarius demonstrare in qua sit parte superstitio constituta.

XLVI.

Petilianus episcopus dixit: Advertit sublimitas tua magnam diffidentiam eos habere, magnumque mendacium, si ea quæ petimus prodere noluerint. Etenim ante de sua conscientia judicat, qui petitionem suam timuerit publicare. Non igitur moram aliquam facimus; sed per ipsos moras fieri sublimitati tuæ. & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus, salvo appellationis nostræ merito recognovi.

XLVII.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non sufficit quod tibi respondit judex. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Aut legant quod petimus, aut negent. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, salva appellatione nostra. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid ad rem pertinet, quod pars diversa est prosecuta, & non propter moras quasdam? Et cum diceret. & alia manu: Recognovi: Petilianus episcopus partis Donati, Iudica. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, salvo nostræ appellationis effectu.

XLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Evidentius sanctitas vestra quid postulet designare debebit.

XLIX.

Emeritus episcopus dixit: Longo volumine præterito judicio quasi mandati tenorem pars adversa prodidit, cui rei si vera adstipulatur assertio, id in judicio publicare ac prodere debent, tantummodo se sequi hoc ipsum: jacturam autem facere imperialis rescripti, ad cujus promulgationem neque tenorem precum, neque mandatum legatorum monstrare voluerunt. Igitur quia nihil ab re est quod in judicio postulamus, petimus ut primitus aut rescripti jacturam, aut mandati sui faciant cessionem, ut ad causam venire valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi, sine præjudicio appellationis.

L.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legatur mandatum nostrum, & intelligent quam cuncta contineat. Et alia manu: Recognovi: Petilianus episcopus partis Donati dixit: Patere, præsta judici patientiam quam nobis præstat. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, sine præjudicio appellationis nostræ.

LI.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Nihil aliud præcipue principali sanctione adverti esse constitutum, nisi ut convenientibus episcopis, disputatione habita, causa primi inveniatur erroris. Cui disputationi me judicem voluit residere. Accepit autem sanctitas vestra prosecutionem partis e diverso sistentis; in qua evidenter ostensum est atque promissum, ut ecclesia toto orbe diffusa divinis testimoniis demonstretur, cum videatis ex mandati

mandati serie & ex præsenti professione id fuisse declaratum, ut legis exemplis atque documentis omnia comprobentur. Nec enim clementissimus princeps formam collationi dedisse monstratus est, sed tantum collationem debere fieri judicavit. Unde quoniam secundum desiderium vestrum divinis testimonis se agere eorum professio declaravit, quid amplius desideretis, ignoro.

LII.

Petilianus episcopus dixit: Apertissime intelligitur ea diffidentia vel sero pudore id agere, ne petitionem suam omnibus publicent, quoniam eos constat clementissimo imperatori mentitos. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

LIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Collatio petita est a legatis nostris, lex ipsa hoc continet, quæ ad tuam nobilitatem data est. & alia manu: Recognovi.

LIV.

Petilianus episcopus dixit: Non differimus agere. & alia manu: Salva appellatione nostra recognovi.

LV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Data est. Omnes fatemur nos petisse collationem, quoniam eam recusabatis; ut tandem sic saltem ad hunc locum, vel ad hoc tempus, collationis & disputationis & demonstrandæ veritatis gratia veniremus. Factum est, venimus; & nihil vultis prodesse quod venimus, confitemur nos collationem petisse: nihil aliud imperator quam nos collationem petisse suis verbis expressit. Iam fiat ipsa collatio. Videamus quid dicatur contra ecclesiam toto orbe diffusam, quam demonstramus divinis testimoniis & promissam esse, & nunc exhiberi, ut cæcorum oculos feriat, surdorum aures irrumpat. Ad hanc demonstrandam nolunt pervenire fratres nostri, ut demonstretur quod latere non potest. Edicant crimina: videamus quibus criminibus
22. perit quod promissum est Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. quæ crimina istam promissionem jurantis Dei delere potuerunt, audiamus, discamus, noverimus, sequamur. Si autem nihil est quod contra dici possit, aut pronuntia, aut tolle omnes moras, & aliquando negotium finiatur. & alia manu: Recognovi.

LVI.

Emeritus episcopus dixit: Magno argumento veritas occultatur, ut cum ad inquisitionem nostram modicum quid ex parte adversa prolatum sit, cetera sileantur. Dixit enim suos isse legatos, quorum neque nomina, neque ordinem, neque mandatum vult judicio publicare. Igitur aut hujus rei jacturam faciat, quia non potest approbare; aut si valet hoc legibus edocere, vel qui legati fuerint, vel quando missi sint, vel quid pertulerint, legati mandatum in judiciorum notitiam asserere debebunt. Videt prudentia tua, nihil nos abs te petere: quippe cum ipsorum sit causa, cur non ad interna negotii veniamus. Proposuerunt enim ex mandati sui tenore nescio quibus se allegationibus adversum nos stare debere. has ipsas allegationes & nos possumus legalibus testimoniis superare. Prius est ergo ut initio actionis exposito, personam suam sive suscipientis, sive mandantis in judicio approbare valeat; tunc demum ad negotii merita descendatur. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid est aliud causam dimittere, & personas quærere, nisi effugere velle? quare venisti? Et alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: A personis incipit omnis causa. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, salvo nostræ appellationis effectu.

Tertiæ cognitionis gesta.

LVII.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non tibi forum tuum designavit, quæ omissa sunt, repeti non posse? & alia manu: Recognovi.

LVIII.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Collationem fuisse postulatam, & collationem fuisse concessam, cælestis sanctionis forma declaravit; cur nunc legatorum personæ in medium veniant, nec dum diligenter adverti.

LIX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si negaremus non petisse collationem, imperatoris testimonio convinceremur. Habemus imperatorem testem, petisse nos confitemur. Venimus, ut fiat quod & nos petimus, & ille concessit; & adhuc nescio quæ dubitationes vel moræ interponuntur. & alia manu: Recognovi.

LX.

Emeritus episcopus dixit: Ecce jam professus es partem. Dic quando petisti, dic per quos petisti. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad demonstrandam veritatem, personarum non est necessaria inquisitio. & alia manu: Recognovi.

LXII.

Montanus episcopus dixit: Quoniam pars adversa ad clementissimum imperatorem confugit, oportet eamdem & mandatum edere & legationem, ut cum hæc potuerimus advertere, in judicio nobilitatis tuæ noverimus quid possimus respondere. Et alia manu: Montanus episcopus, salva appellatione. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Satis longum est a causa, & præter hanc causam illa velle repetere quæ hujus judicati tenor in statum inquisitionis suæ omnino non quæsivit. Et alia manu: Recognovi. Montanus episcopus dixit: Tuæ actionis est quod flagito. & alia manu: Montanus episcopus recognovi, salvo provocationis effectu. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Definitiva est judicis qui præsidet sententia, ad quid nos ad hodiernum diem distulit, satis pudoris esse debere. hoc si transimus, quid de causa judicamus nosipsi? Et cum diceret, & alia manu: Recognovi. Montanus episcopus dixit: Tuæ actionis est quod flagito, tu fundamentum causæ constituisti, tu ad imperatorem confugisti. Oportet ergo me, & mandatum

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

mandatum repetere & legationem, quibus usus A sis verbis; ut cum hæc omnia in judicio nobilitatis tuæ a nobis fuerint pertractata, tum demum quid utilitati nostræ conveniat, valeam respondere. & alia manu: Montanus episcopus salvo provocationis effectu recognovi. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Professionem tuam tu superare non potes. Unde recessisti cognosce, omissa repetere non potes. & alia manu: Recognovi. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid flagitas quando petierim, cum videas quando venerim? quid quæris utrum petierim, cum universum catholicum præsens in hac urbe concilium mandatum dederit, mandato subscripserit, subscriptiones præsens te instante cognoverit? Nihil hic aliud quam moræ inquiruntur, quia contra ecclesiam universam Dei testimoniis commendatam, nihil est quod dicatur. & alia manu: Recognovi.

LXIII.

Montanus episcopus dixit: Scriptum sit, partem adversam moratoria innectere, cum quod a nostris partibus flagitatur non produnt. Ac per hoc si volunt eamdem moram de medio tolli, prodant quod flagitamus, prodant mandatum, prodant & legationem; tum deinde ad merita negotii veniemus. & alia manu: Montanus episcopus, salvo provocationis effectu.

LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non hoc quæri voluit clementissimus imperator, causam dissidii, & erroris jussit inquiri.

LXV.

Montanus episcopus dixit: Sed clementissimus imperator rescripto suo eosdem publicavit, legationem inseruisse. Unde quia etiam ipse hanc facultatem nobis tribuere voluit pro clementia sua ut hoc in judicio requiramus, oportet eosdem & mandatum proferre & legationem, ut sciamus quid idem in eodem textu fortasse fuerint ementiti, ut tum demum his omnibus pertractatis, noverimus personarum meritum; an valeant honoribus suis integro ordine respondisse. & alia manu: Montanus episcopus, salvo provocationis effectu, recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legationi eos concessisse universi concilii & subscriptionis tenor ostendit evidenter. Denique integram confirmationem cum omnium subscribentium nomina legerentur, sanctitas vestra dixit, sibi hoc plene non posse sufficere, nisi etiam omnes advenissent, ut impræsentiarum positi, utrum ipsi subscripsissent atque mandassent, propriis professionibus judicarent.

Montanus episcopus dixit: Personas eorum qui mandatum dederunt ad clementissimum imperatorem, non eorumdem qui hodie ad hoc judicium pervenerunt. Unde vir sublimis, oportet istos quam refugiunt actionem in judicio nobilitatis tuæ prodere. Jam ergo prodant mandatum, prodant & legationem, ut cum his recensitis advertetimus qui iisdem commendarint, valeamus eorum objectionibus respondere. & alia manu: Montanus episcopus recognovi, salvo provocationis effectu.

LXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eos quos legationem peregisse dicis, si præsentes esse vel impræsentiarum mandato, subscripsisse cognoscis, evidenter ostende. Sin vero absentes, necesse est ut veniant, quatenus omne possit negotium pertractari.

LXVII.

Montanus episcopus dixit: Ergo, vir sublimis, eorum præsentia facienda est, qui ad clementissimum imperatorem per maria volaverunt. Ipsorum ergo & persona adstans doceat sibi aliquid ab istis esse mandatum, ut de B ipso mandato intelligam quid in sua causa voluerint innectere, quid deinde forsitan in eadem legatione contra nos ementiri. Est enim studium semper adversariorum, incerta de adversariis auribus sacratissimis innectere. Ergo unde probabo episcopalem quam sibi jactant esse personam, sub verecundia & textu aliquid imperatori suggerere potuisse, nisi eamdem legationem vel mandatum sibi creditum potuero perlegere, & de eodem judicare. & alia manu: Montanus episcopus, salvo appellationis effectu, recognovi.

LXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: C Eadem superfluo etiam repeti nobilitas tua nobiscum considerat. sufficit persona assertorum præsentis mandati auctoritate firmata. Jam nunc remotis superfluis ad negotium veniamus. Cujus firmamentum nullam poterit habere dubitationem; quando persona nostra quibus universale negotium mandavit, disputationem ab imperatore præceptam ita firmavit, ut ne ipsi quidem dubitare possint, in quorum aspectibus processerunt omnes qui mandaverunt. & alia manu: Recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Petisse nos collationem quis negare potuit, aut potest? & alia manu: Recognovi.

D LXIX.

Emeritus episcopus dixit: Quid petisti? quem misisti? Dic nomen? quæ mandasti? & alia manu: Emeritus episcopus salvo appellationis effectu recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De causa loquere, mandatum audisti, recitetur identidem: & responde, si habes quod dicas: superfluis immoraris. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Quem misisti, quid mandasti, quid egisti advertere debeo. non enim clanculo tibi licet suggerere, quod postea non debeat publicari. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio E appellationis nostræ recognovi.

LXX.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Qua ratione legatorum nomina postulantur ignoro, cum collationem tantum postulatam esse & collationem fuisse concessam, sicut superius interfatus sum, principalis sanctio diligenter ostenderit. Unde sanctitas vestra jam ad negotii interna venire dignetur, quatenus veritas elucescat.

LXXI.

Montanus episcopus dixit: Sed clementissimus imperator me magis instruere voluit, quid de adversariis nostris requiramus, dum utique eorum legationem publicat. & alia manu: Montanus episcopus recognovi, salvo provocationis effectu.

ANNO CHRISTI 411.

LXXII.

LXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Separationis & dissensionis tuæ ab ecclesia univerſali quæ toto orbe diffunditur causas expone. & alia manu: Recognovi.

LXXIII.

Montanus episcopus dixit: Legatur ad locum, si legationem eorum non publicavit clementissimus imperator. De hac re, de hac causa, me voluit disputare, eorum legationem in judicio voluit publicari. Ab statutis clementissimi imperatoris non est deviandum, faciendum est satis in hoc loco clementissimo imperatori. Siquidem de eorum legatione in judicio publicata, non voluit pertractare. & alia manu: Montanus episcopus, manente appellationis nostræ effectu, recognovi.

LXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc clementissimus non censuit imperator, sed id partibus dignatus est statuere, ut ab utrisque partibus electis episcopis, veternosum errorem tandem aliquando propter salutem populorum & animarum in medium prolata veritas monstret. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Lege utrum hoc petiveris. & alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione nostra recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ceterum superfluis immoramini, catholicam monstramus ecclesiam de lege, de prophetis, de euangeliis, de psalmis, de omnibus divinis testimoniis. Contra hoc a vobis profertur mandatum: publica. tecum ad ecclesiam demonstrandam euangelium proferamus. & alia manu: Recognovi.

LXXV.

Petilianus episcopus dixit: Ecclesiam catholicam penes me esse, & pura observatio nostra facit, & vitia vestra atque flagitia. nostra omnis ecclesia Dei pura, sancta, sine macula & ruga esse debebit. Quare igitur ut ad hujus disputationem rei possimus descendere, & congruo tempore testimoniis dominicis uti, prius est, quod de te flagito, si non diffidis; maxime cum id agat causa justissimus cognitor, ut quidquid agendum sit populo publicetur. Mentitum te igitur clementissimo imperatori sat constat, cum dubitas proferre quid dixeris, quid egeris, quid mandaveris, quid susceperit ille legatus, quod mandatum acceperit, quid peregerit. Noverit hæc conscientia populi, sciat universa provincia, hoc acta ista quæ controversia plene contineant, ... vos apertissime de mendacio vestro diffidere, morasque innectere actioni, ne ad veritatem aliquando vestris præstigiis nebulisque obstantibus veniatur. Et alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione nostra recognovi. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod nescis an petiverim quomodo in mendacio reprehendis? & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Petisse se confessus est. Et alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecclesiam catholicam apud se esse testatus est, hanc volumus residente nobilitate tua testimoniis edoceri. Publicet quod promittit, ut aut in ejus apertam veritatem noster consensus accedat, aut patiatur monstrari luce clarius veritatem, & tandem aliquando ab errore desciscens cedat veritati, congrue pro salute, qui cogitat in errore vincere contra salutem. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Ut possimus facere hæc, prius fac quod de te flagitamus. Et alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si ordo flagitat gestorum, publicamus. & alia manu: Recognovi.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

LXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cum legationis formam demonstrarit augusta præceptio, cur legatorum nomina postulentur, ignoro. An invictissimum principem aliquid contra rationem dixisse vestra sanctitas putat? Cum ad causam peragendam personæ videantur expressæ atque firmatæ, cur nunc legationis mentio fiat, nec dum potui diligenter advertere, vel cur legatorum nomina postulentur, ignoro. Unde tandem aliquando motis superfluis, negotium provocatur.

LXXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Mandatum quod in recenti negotio recitatum est, actis videtur insertum. Quid autem per legatos suos mandaverint, insinuare noluerunt. & alia manu: Emeritus episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

LXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem postulatam evidenter recitata principalis sanctio declaravit, hancque fuisse concessam restat. Et quoniam in unum sanctitas vestra, delectis ab utraque parte qui negotium possent actitare, convenit; quæso vos ut tandem proponere negotium, & peragere atque explanare dignemini. Emeritus episcopus dixit: Hoc ipsum dicat quod prudentia tua sua interlocutione signavit. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXX

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc olim clamamus ut fiat: Collatio postulata est, collatio concessa est, causa collationis utrique venimus. Iam tandem fiat quod & petitum fatemur, & concessum esse ipsa concessio declaravit. & alia manu: Recognovi. Emeritus episcopus dixit: Postulatam esse dixit, per quem petiit? Et alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Finem superfluis imponere noluit. & alia manu: Recognovi. Montanus episcopus dixit: Tu ad actionem moras innectis. & alia manu: Montanus episcopus recognovi, salvo provocationis effectu.

LXXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatorum personæ ibi fuerant exigendæ, ubi peracta legatio est. Cum autem de nominibus legatorum clementissimus tacere voluerit imperator, cur hic desiderentur ignoro. Emeritus episcopus dixit: Ipsi non taceant, si tacuit imperator. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Causam dicant, ut jam diximus, separationis & divisionis ab ecclesia toto terrarum orbe,

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

orbe, promissa lege, firmata testimoniis propheticarum, luce clarius demonstrata evangelio, usque hodie magna firmitate perducta: & discedant moratoriæ tergiversationes, & separationis crimen vel sero cognoscant. & alia manu: Recognovi.

LXXXIII.

Montanus episcopus dixit: Cum edideris ea quæ postulamus, assertionibus nostris non deerimus. & alia manu: Montanus episcopus prosecutiones meas, salvo appellationis effectu, recognovi.

LXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legationem a catholicis susceptam imperialis B sanctionis tenor ostendit, in qua collationem constat fuisse postulatam. Cui me judicem idem clementissimus princeps voluit residere. Unde quoniam de personis legatorum nihil inquirere præceptus sum, nec excedere me posse præcepti formam vestra sanctitas mecum melius recognoscit, dignamini tandem aliquando negotium proponere, ut & ipsi veritati & principali jussioni satisfactum esse in omnibus videatur.

LXXXV.

Emeritus episcopus dixit: Quid secreto agatur intelligis, vir spectabilis, dum rem in medio positam & pene ipsa luce clara volunt nebulis obligare. Collationem imperiale præceptum inter partes fieri, pro sua censuit volun- C tate: nos quoque secundum eorum petitionem ut dicunt, quam nunc in judicio negant, quam approbare nolunt. & alia manu: Emeritus episcopus, salva appellatione nostra, recognovi. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non negamus. & alia manu: Recognovi. Emeritus episcopus dixit: Quam publicare detrectant, provinciis nostris acciti, conflictum quod se proponere pollicentur, refugere nos non debere omnino profitemur. Igitur quoniam nihil de re, nihil de causa, nihil de persona actum est, cum primitus illud debeat ventilari, utrum petierint, per quos petierint, vel quid petierint, quare id sileant, quare non publicent, advertit sublimitas tua. Si concordant petitiones, D debent in judicio ventilari. Si neutrum volunt, unius debent facere cessionem. Si ad prioris mandati volunt nos tenere consensum, non negamus secundum imperiale præceptum adesse nos conflictationi debere. Si autem secundum præsens mandatum volunt agere, debent cognitionem ejusdem quoque rei: profiteantur adstipulationem. Si dubitant proponere, ut nos eorumdem propositionibus respondere valeamus, videat prudentia tua, non e nostris partibus nasci quominus negotium ventiletur. quippe cum hac ago & hac quodammodo janua ad negotii E merita descendendum sit, intelligit prudentia tua, vel negare saltim eos, vel reticere, vel contemnere respondere propositionibus nostris: ut cum hæc adverteris, judicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

LXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid petierint, vel quid pertulerint, inquirere me debere non jussit clementissimus imperator. quare autem petita collatio sit, apertissime demonstratum est, id est, ut superstitionem ratio manifesta confutet. Hoc hodie fieri posse non dubium est: siquidem delectas ab utraque parte A personas, convenisse agnosco. Unde jam, sicut sæpius interfatus sum, negotium proponatur.

ANNO CHRISTI 411.

LXXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Petierunt, aut non petierunt. Si petierunt, dicant per quos, vel quid petierunt. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

LXXXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sufficit jam rescripti recitatio. Agnoverunt quid voluerit inter nos discuti clementissimus imperator, removeantur superflua, ad causam veniamus. Considerandum est enim quid agat pars diversa, ut quemadmodum priore judicio longitudine præteritorum gestorum prætendit dilationem ita etiam hodie desiderat superfluis codices onerare, ut item causentur de mora describendorum vel edendorum gestorum. & alia manu: Recognovi. Montanus episcopus dixit: Tu moras innectis, cum non profers quod nos a te flagitamus. & alia manu: Montanus episcopus prosecutionem meam recognovi, salvo provocationis effectu.

LXXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Proxime præterita cognitione atque controversia, quamvis ante causæ principium ventilatum, non nostro vitio neque nostra petitione dilationem provenisse manifestum est, sed humanitate judiciorum tuorum, quam non poteras denegare: quippe cum exceptores onerati longitudine controversiæ ac prolixitate, id etiam professione sua responderint. Unde quoniam ista peracta sunt, sed fecit inde hodie mentionem, ideo hæc volui replicare. At nunc eosdem nunc moras innectere, eosdem in præsenti actione obtendere nebulas, ne ad eorum mendacia veniamus, ipsa eorum taciturnitas monstrat. Loquuntur enim, cum tacent, se vereri id proferre, quod clementissimo imperatori mentiti sunt. Si igitur freti sunt bonæ petitionis voluntate atque ordine, quid eam dubitant ventilare? Et quoniam potestas tua meminisse dignatur, id priore controversia agitatum, ut aut jure publico agerent, aut legis dominicæ auctoritate descenderent disputare, idque suo mihi promisere consensu, nobilitas autem tua id sibi exceperit a legibus tolli se minime oportere, tuarum partium est, vir nobilis, id tenere quod legum est: illorum autem est promissa necessitas, ut lege divina debeant experiri. Si igitur apud te legibus publicis agitur, quoniam tu iisdem præsidere te professus es, exige quod leges habent. Si autem disputatio legalis in medium mittitur, interrogo te his quid desideras disputare, quid petiveris, quid egeris, quid contra me dixeris. Quem si invenero vera dixisse, necesse habeo ejus legis disputationem committere. Si autem cognovero a perfidia atque mendacio te cœpisse, necesse est ut tuam personam longe prorsus evitem. Quid enim mihi prodest docere mendacem? Quid mihi prodest refragatori ac refragaturo reddere rationem? Et alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

XC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem a catholicis tantum postulatam fuisse relecta imperialis sanctio declaravit.

XCI.

Petilianus episcopus dixit: Catholicos nos esse acta

acta contineant. & alia manu : Petilianus episcopus recognovi.

XCII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Necesse est me eos nomine appellare, quo eos appellari voluit clementissimus imperator.

XCIII.

Petilianus episcopus dixit: Ante causam nomen inane est illis. Etiam de ipso nomine erit disputatio nobis, atque contentio: cum demum obtinebit hoc nomen, qui fuerit inventus esse Christianus. & alia manu : Petilianus episcopus recognovi.

XCIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum est post habitum conflictum eos catho- B licos nuncupandos, apud quos veritas fuerit deprehensa. Ego autem etiam in hac parte formam necesse habeo sequi præceptionis augustæ, in qua catholicos eos appellare dignata est.

XCV.

Petilianus episcopus dixit : Sine præjudicio nostro hoc interfari dignata fuerit prudentia tua. & alia manu : Petilianus episcopus recognovi, salvo nostræ appellationis effectu.

XCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sanctitas vestra, si eos falso hoc nomine asserit C nuncupandos, negotium proponere tandem aliquando dignetur, quatenus de præsumpto nomine, si potuerit comprobari, pars e diverso consistens, in omnibus confutetur.

XCVII.

Emeritus episcopus dixit: Magnis actum est voluminibus, & respondere noluerunt, tenentes apud se quodam præjudicio voluntatem, ne satisfacerent judicatis. & cum diceret, & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi : Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Quibus judicatis ? & alia manu: Emeritus episcopus dixit: Vel illud reverentiæ ac patientiæ judiciorum præstare dignentur, utrum petitoris loco adstant, utrum ipsi nos in D judicium vocent, ut cum ex eorumdem responsione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propositiones respondere valeamus. & alia manu : Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

XCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Respondeatur objectis. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Ecclesia, quod audire non vultis, & necesse est audiatis, quoniam tot testimoniis & divinis eloquiis proclamatur, toto terrarum orbe diffusa, cujus communionem videmur tenere, falsis criminationibus a vobis appetita est. unde extitit vestra separatio, quam dolemus. Istæ criminationes quibus insectari soletis ecclesiam toto, sicut promissa est, orbe dif- E fusam, hodie audire volumus utrum veræ sint. Si enim veræ sunt istæ criminationes, quas ecclesiæ memoratæ objicere consuestis, si eam pollutam, maculatam, eversam, destructam & extinctam, nescio quibus vestris criminibus demonstrare potueritis, supererit ut quæramus, utrum apud vos remanserit, quam ubique perisse clamatis. Si autem illa perire non potuit, superest ut eam vos agnoscatis, & litem tandem aliquando finiatis. & alia manu : Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Accepi- A stis prosecutionem partis adversæ : cui respondere dignemini.

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

XCIX.

Emeritus episcopus dixit : Puto importunum esse alienam causam velle defendere, & in medium negotium mittere, quod præter ruborem non potest unusquisque sine mandato in judicio ventilare : Possem enim nunc asserere & clamare adversus istos universum orbem reluctari, reniti. Non vobis mandavi, ab hujus cognitionis eventu longe mea posita est conscientia, ego agnosco victorem, quicumque justis legitimisque ex causis Christianus fuerit approbatus, ille meus est catholicus, illi hoc nomen imponitur, ille debet sibi hanc regulam vindicare, quamvis ipsa catholica quæ nunc pro præscriptione partis adversæ quasi in fronte quadam rite adversum nos temperari cognoscitur, medium esse debet, & in judicio ita constitui, ut hoc nomen victor accipiat. Intelligit prudentia tua nihil nobis de peregrinis, nihil nobis de longe positis præjudicari posse, cum inter Afros hoc negotium ventiletur ; sed magis hoc expectari, ut quicumque ex veridica cognitione fuerit superatus, is ab orbe videatur esse rejectus. Intelligant e diverso venientes, propositionibus nostris se respondere debere, ut adstantes aut non adstantes, quid personæ gerant, dicere non morentur, ut eorum intentionibus respondere valeamus. & alia manu : Emeritus salvo nostræ appellationis effectu.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Quid refertur ?

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Personas primo die judicii esse firmatas, & sequenti etiam die interlocutionis tuæ. & cum diceret, & alia manu : Recognovi :

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Aliud quæsitum est.

C.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Interlocutionis tuæ forma declaravit. Sed quia dicit cum peregrinis Christianis non se habere aliquam rationem, sed hoc totum quod agitur inter Afros agi ; Afrorum Christianorum catholicorum hæc vox est : Nos universo orbi Christiano communione cohæremus : hanc ecclesiam elegimus retinendam, quam in eis scripturis invenimus. & alia manu : Recognovi.

Emeritus episcopus dixit : Sic semper eligere & mutare consuesti. & alia manu : Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

CI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Nos eam ecclesiam retinemus, quam in illis scripturis invenimus, in quibus etiam cognovimus Christum. Scripturæ quippe nostræ, quarum auctoritati utrique subdimur, Christum & ecclesiam tamquam sanctum commendant conjugium, Christum sponsum, illam sponsam. Ubi illum cognoscimus, ibi & illam invenire debemus. Si itaque nunc exorti essemus, & cogitaremus in Africa cui communioni Christianorum sociari deberemus, procul dubio eam tenere debuimus, quam in scripturis inveniremus, & criminatrices opiniones hominum repudiare, ad sola eloquia divina, quæ mentiri nesciunt, nos tenere. Hoc fecerunt Christiani Afri, & appellantur & merito sunt catholici, ipsa sua communione nomen testantes : catholon enim, secundum totum, dicitur. Qui autem a toto separatus

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

ratus est, partemque defendit ab universo præcisam; non sibi usurpet hoc nomen, sed nobiscum teneat veritatem. & alia manu: Recognovi.

CII.

Gaudentius episcopus dixit: Catholicum nomen putant ad provincias vel ad gentes referendum, cum hoc sit catholicum nomen, quod sacramentis plenum est, quod perfectum, quod immaculatum, non ad gentes. Nam doceat sibi omnes gentes communicare, & plenus est catholicus. Sed prius est tamen, ut doceant quid petierint, quid meruerint. & alia manu: Gaudentius episcopus salva appellatione nostra recognovi.

Petilianus episcopus dixit: Utrum debeant edere quæ poposcimus necne, statuere dignare, ut scilicet. cum diceret: & alia manu: Petilianus episcopus sine appellationis nostræ præjudicio recognovi: Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Aut interloquere, aut jube nos satisfacere postulatis. & alia manu: Recognovi.

CIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad transacta recurritur. & adjecit: catholici nominis doceatur assertio, & illud quod pars e diverso sistens credidit prosequendum, utrum in omnibus gentibus eadem catholica esse ostendi possit ecclesia.

CIV.

Emeritus episcopus dixit: Si proponit, doceat. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi. Petilianus episcopus dixit: Dignare pronuntiare de supra comprehensis. & alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione nostra recognovi. Emeritus episcopus dixit: Si proponit, doceat. Nam si proponere noluerit, quemadmodum docebit? & alia manu: Emeritus episcopus salvo effectu appellationis interpositæ recognovi.

CV.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia de singulis. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod postulaverunt, doce me. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Hoc nobis debet tua persona. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CVI.

Emeritus episcopus dixit: Petimus ut nulla sit mora, ut aut proponentis aut respondentis possit esse persona. Igitur quoniam approbandum est, & de causa jam in judicio ventilandum, edicant utrum petunt, aut respondent, ut cum eorum intentionem in judicio videro, valeam respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

CVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta poscuntur, sanctitas vestra dignetur edicere, utrum petitoris loco in judicio adstare videatur.

CVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tuæ sublimitatis est judicare, nos ad eorum criminationes refellendas ingressi sumus. Solent ecclesiam quam tenemus crimine traditionis arguere. & alia manu: Recognovi.

ANNO CHRISTI 411.

CIX.

Emeritus episcopus dixit: Quis me in judicium vocavit? ad cujus suggestionem conflictum voluit fieri imperator? & alia manu: Emeritus episcopus salvo effectu appellationis recognovi.

CX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Solent ecclesiæ quam tenemus, crimina traditionis objicere, & nescio quorum peccatis eam contendere esse destructam & extinctam. & alia manu: Recognovi.

Emeritus episcopus dixit: Non hoc a te petii: fac satis judicatis. & alia manu: Emeritus episcopus salvo effectu appellationis recognovi. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Atque his criminationibus fallere corda simplicium, de quorum salute satagimus, his nos permoti, convenimus eos, ut nobiscum conferrent, & quod intendunt utrum probare possent in ecclesiam cui intendunt ostenderent. Quam conventionem nostram quoniam recusaverant; cum autem nuper in comitatum venissent quidam illorum apud acta etiam præfectoria dixerunt audiri se velle discuti velle amplectentes nos, aliquando eorum de collatione consensum, petendum ab imperatore credidimus. ut collatio ad hoc fieret, ut ea crimina quæ solent dicere in universam ecclesiam aut probarent, ut veritas appareret, aut non probarent, ut nihilominus veritas appareret. Hæc crimina si volunt aut possunt ostendere, proferantur & demonstrentur. Si autem non possunt aut nolunt, jam tuæ sublimitatis est de re tota, sicut ratio ipsa indicat, judicare. & alia manu: Recognovi.

CXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis prosecutionem partis adversæ. Si quid objicitis, jamjamque proponite.

CXII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiet prius nobilitas tua utrum recte petamus quæ petimus, necne. tum demum eis ad singula respondebimus. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recte vos petere prosecutionis vestræ textus ostendit: & recte respondisse partem e diverso sistentem, eorumdem similiter prosecutionibus declaratum est. Assertum est enim quod criminibus nescio quibus ecclesiam quam tenent a vobis hodieque asserant incestari. Quæ si qua sunt, debetis edicere. Si vero non sunt, est necesse ut ad hæc respondere dignentur.

CXIV.

Emeritus episcopus dixit: Sic igitur causa, hæc judicii forma est, sic veritas inquiritur, ut de persona taceatur. Dicit me nescio quo auctore crimina in ecclesiam ventilare, & quasi per famam quamdam honorem suum meritumque destruere: quidquid velit, quo nomine velit, quo potest argumento, huic ipsi causæ nomen imponat, necesse est, ut quia iterum provocat, petitor assistat. Utrum ego dixerim necne, utrum vere dixerim anne confinxerim, cum ipsius propositione cognovero; cum ea quæ mihi objicit vera esse, & ex me prolata constiterit, tunc demum necesse est eorumdem me intentionibus respondere. Videt ergo prudentia tua sine provocante respondentis esse superfluam personam, nec posse quemquam dici respon-

respondentem, nisi primo fuerit provocator. A Ergo si provocatoris loco, hoc est quod dicitur petitoris adsistit, instituat actionem, cui respondere debeam. Sæpisse enim dicunt, nos superfluis moratoriis uti, ne ad negotium veniatur. Ergo cum iste cardo sit causæ, ut is qui alterum in judicium vocat, instituere actionem debeat, & provocare ad responsionem, advertat prudentia tua, eos prosequi debere, utrum nobis vel quam instituant actionem, ut respondere possimus. & alia manu : Emeritus episcopus salvo effectu appellationis nostræ recognovi.

CXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat pars catholica utrum e diverso sistenti- B bus objiciendum aliquid credit.

CXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Nos collationem poposcimus, ubi objecta diluamus, non ubi objiciamus diluenda. Quandoquidem cum illi objecta probare non potuerint, quid sint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifestum erit omnibus, & a tua sublimitate judicabitur. Nunc ingressi sumus diluere criminationes eorum, quas solent ecclesiæ quam tenemus objicere : mandatum quoque ipsorum hoc continet : Adversus traditores & persecutores nostros. Quondam autem Primianus, si dignatur, frater noster, con- C ventus pro ipsa collatione respondit : Indignum est ut in unum conveniant filii martyrum & progenies traditorum. Hæc crimina diluenda suscepimus : ut hæc crimina diluantur istam collationem poposcimus. Concessa est : aut probentur aut purgentur. & alia manu : Recognovi.

CXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Mandati series traditorum partem e diverso sistentem esse profitetur. Collationem vero, si tamen prosecutio catholicæ partis veritate subnixa est, ab utrisque partibus constat esse postulatam. Unde nunc id quod mandato videtur expressum, sanctitas vestra probationibus fulcire dignetur. Accepistis enim ex eorum prosecutionibus magis a vobis aliqua objici, & ea objecta se velle diluere.

CXVIII.

Petilianus episcopus dixit : Pronuntiare dignare de persona, tunc itur in causam. & alia manu : Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Iam non est nostrarum partium, de hoc aliquid superfluo respondere. & alia manu : Recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Interlocutiones superiores sublimitatis tuæ recitentur, & agnoscant quid postulant. & alia manu : Recognovi.

CXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si collationem ab utriusque partibus constat esse postulatam, constat eum esse petitorem, qui crimen intendit.

CXXI.

Emeritus episcopus dixit : Doceat ab utriusque partibus collationem esse in judicio flagitatam. & alia manu : Emeritus episcopus recognovi.

CXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Docemus. & alia manu : Recognovi. — *Tertiae cognitionis gesta.*

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Hoc pars catholica docere debebit.

Adeodatus episcopus dixit : Catholicos nos esse scriptum sit. & alia manu : Adeodatus episcopus prosecutionem meam salvo appellationis effectu recognovi.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Donatistas vos esse ex Primiani mandato docemus. & alia manu : Recognovi.

CXXIII.

Adeodatus episcopus dixit : Cæcilianistas vos esse scriptum sit. & alia manu : Adeodatus episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Si præcipis, gesta recitamus, in judicio habita præfecturæ, ubi se pars adversa audiri tantopere flagitavit : Et ideo, si præcipis, recitentur. & alia manu : Recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Gesta habita in judicio illustrium potestatum, suscepta ab officio recitentur.

Petilianus episcopus dixit : Contra hæc serva quæ competunt. & alia manu : Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Salva erunt. Petilianus episcopus dixit : De persona pronuntia. Quid petierint, quid suggesserint clementissimo imperatori ; quidve mentiti sint, hoc prodatur. Hic pronuntia utrum id superflue flagitem, necne. tum demum itur in causam. & alia manu : Petilianus episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Collationem fuisse postulatam missis legatis sermo cælestis ostendit. Hanc fieri evidenti san- D ctione præcepit, qua judicem residere pariter constitutum est. Excedere me hujus præceptionis formam etiam sanctitas vestra omnino non posse, mecum melius recognoscit.

CXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiare te constanter convenit, vir nobilis, utrum proferri debeant illa quæ clanculo habentur, quæ rubore compressa sunt mentientium : aut certe si superflue petimus, hoc pronuntia. & alia manu : Sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Si quid est quod contra nos ubi mentitos esse pars adversa designat proferre poterit, E jam proferat, ne superfluis nos accusationibus agens, populus adhuc usque, cui consulere volumus, decipiatur. Et ideo si nobilitas tua præcipit, apud præfecturam gesta habita recitentur. & alia manu : Recognovi.

Petilianus episcopus dixit : Ordine suo cuncta legantur. Legantur primo quæ petimus. Et alia manu : Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXIX.

Emeritus episcopus dixit : Hoc est quod volebamus in judicio prodi, utrum imperialibus au-

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

ribus intimari nos in judicio præfecturæ, vel A voluntarios adstitisse, vel quæsisse conflictum. Si enim ista dixisses, possem te digestorum fide in judicio confutare. Si autem non dixisses, intelligat is qui cognitor datus est de omnibus se imperatoriæ notioni referre oportere. Igitur quoniam evidentissime comprobamus istos docere minime valuisse, vel ea quæ imperatoris auribus intimasse se dicunt, vel utrum ierint, vel quando ierint, vel cum quo mandato ierint, hoc ipsum potestas tua judicare dignetur: ut si putant personam nostram tamquam petitorum de actorum confectione quæ apud illustrissimas potestates in judicio habita sunt com- B probare, cum excitatione gestorum fuerit approbatum, judicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione nostra recognovi.

CXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad ea ex quibus constat esse transitum, regressum fieri minime oportere sat clarum est. Unde ut evidenter petitoris persona monstretur, illustrium potestatum gesta relegantur.

CXXXI.

Petilianus episcopus dixit: Nebula est ista quæ obtenditur. Nam ab initio ipsos esse petitores, certo loco monstrabimus, cum dignaberis de his quæ jamdudum petivimus atque C petimus pronuntiare. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis nostræ recognovi.

CXXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam sanctitas vestra quæ offert per ordinem relegentur. & adjecit: Patimini nunc interim quæ postulata sunt ab officio recitari.

CXXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia, & patior recitari. & alia manu: Petilianus episcopus salvo merito appellationis nostræ reco- D gnovi.

CXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Petitoris persona tunc aperte poterit demonstrari, cum hoc gestis evidentissimis fuerit approbatum.

CXXXV.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia me recte an non recte peusse, quod diutius flagitavi. Res enim nobis cum populo est, tecum: tu quoque cum populo voluisti habere rationem, qui de judicio tuo voluisti judicari. & alia manu: Petilianus episcopus sine præjudicio appellationis recognovi.

CXXXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legantur gesta. & alia manu: Recognovi.

CXXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Pronuntiare me postulat sanctitas tua, cum ab aliqua parte gesta necessaria probationibus publicentur. unde hoc fieri patiatur sanctitas tua: tum demum, utrum de parte negotii pronuntiari debeat, existimabo.

CXXXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Aliud ostendit, cum aliud postulem. Conscientia ipsa publica tenet, nec tacebo ulterius, nec differam, vir nobilis, teipsum populo fuisse edictis frequentibus pollicitum, quidquid auditurus esses inter disceptantes scilicet partes, te rursum edictis subsequentibus prolaturum. Tu hoc videris, tuæ existimationis est causa, utrum tam facile me cogere debeas de causæ meritis disputare, cum id mihi adversarius meus negaverit, quod ego magnopere postulo esse prodendum. Ipse videris, ipse hoc quomodo volueris existimes. Ego tamen tuam desidero providere pronuntiationem, quid hoc loco sentias. Mihi hoc expedit, nolo a populo denotari, quod prætermiserim id, & eumdem locum prætermiserim, ubi occulte video tegi mendacium, quod debeat publicari. Proinde tu, vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco personam, assume illam puram innocentemque constantiam, nec dubites pronuntiare quod licet. Neque enim fas est, ut, cum mihi satisfactum non fuerit, ego cogar ad intima causæ descendere. Unde quidem magnopere præsumo, sed ea quæ expeto non debeo præterire. & alia manu: Petilianus episcopus salvo merito appellationis nostræ recognovi.

CXXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ut diligentius adverti possit, quid debeat judicari, patimini gesta recitari.

CXL.

Petilianus episcopus dixit: Non is est ordo gestorum, ut hæc primitus recitentur. & alia manu: Petilianus episcopus, salva nostra appellatione recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil debet partibus denegari.

Adeodatus episcopus dixit: Si nihil partibus denegandum, tandem nobis cedendum est quod flagitavimus. Ostendant legationem. Neque enim nudis verbis hæc potuit concipi legatio; scripta sunt, demonstrentur, prodantur in publicum: videamus utrum hæc contra nos vera an falsa sint ficta. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem salva appellatione recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iam pronuntiavi atque judicavi, formam me excedere non posse imperialis oraculi. Nec enim in judicio meo legatorum certum est discuti debere personas. Unde gesta relegantur, ut quis petitoris loco assistat, clarius demonstretur.

Adeodatus episcopus dixit: Hoc imperator non præcepit ut gesta illustrium potestatum in judicio prodantur, & tamen datur adversæ parti licentia prodendi. Produnt ipsi quæ volunt, nobis non finitur accipere quod poscimus. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

E Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et sanctitas tua quæcumque gesta obtulerit, vel prolaturam se esse promittit, necesse est ut eadem relegantur.

Adeodatus episcopus dixit: Quæcumque causæ necessaria sunt, negari non debent. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Patere igitur, ut hoc quod causæ proprie necessarium dicit pars e diverso sistens, ab officio recitetur.

Adeodatus episcopus dixit: Concedere non possum, ut ea quæ volunt in judicio ventilent, nisi ea quæ de ipso flagitavi in judicio deprompserit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

Augustinus episc. ecclesiæ catholicæ dixit: Nos ista de archivis accepimus. Si quid est quod & tu

ANNO CHRISTI 411

tu accipere potuisti, si recitandum poposceris, & a nobis fuerit contradictum, iniquos deputa, & vicem redde. & alia manu: Recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Suspicionem judiciis facis, quod ea non pateris, cum & tibi fas sit universa quæ ingesseris publicare. Unde tandem aliquando ea quæ oblata sunt recitentur.

Petilianus episcopus dixit: Noluisse pronuntiare potestatem tuam quod petimus, acta contineant. Ulterius non possumus aliquid dicere, maxime cum videam potestatem tuam aliud velle, cum ego aliud flagitem. Pronuntia superflue me postulare quod peto, sit quod teneam, sit quod populus noverit: tum demum ad necessaria causæ descendam. & alia manu: Petilianus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non possum de eo judicare, quod necdum est approbatum.

Petilianus episcopus dixit: Utrum recte petam prodi oportere id quod clanculo imperatori suggesserint, hoc pronuntia. & alia manu: Petilianus episcopus hanc prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Clanculo imperatori nihil suggestum esse, ad universos judices datæ sanctionis, & ad meam quoque mediocritatem, ipsius recitatione monstratum est: unde cum ex lectione gestorum agnovero quid debeam judicare, sine dubio judicabo.

CXLI.

Martialis exceptor recitavit: Exemplum actorum habitorum sub die tertia Kalendas Februarias Ravennæ. Domino nostro Arcadio perpetuo Augusto, & Probo quartum consule. & cum recitaret, Petilianus episcopus dixit: Si jubes contra hoc advertit sublimitas tua, non adhuc satisfactum petitionibus nostris, ut exceptione eorum constaret ipsosque intendere oportere, quæ objicienda esse putaverunt. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iam nunc ex lectione gestorum, qui petitor assistat, evidenter aperteque monstrabitur.

Petilianus episcopus dixit: Sunt longe primitus gesta confecta, quibus spectabilis viri proconsulis. & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus recognovi, Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Prosecutiones suas formidat, ideo gesta recitari non permittit. Et cum diceret, & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Sunt gesta habita in judicio proconsulari, habita etiam in judicio vicariæ præfecturæ, quibus nobis plurima intendisse monstrat. Sunt etiam alia quæ de clementissimo imperatore idem scilicet mentientes longe ante petiverunt, assistentes ac supplicantes, scilicet Theodosio & Ennodio, illos scilicet quos præcursores ac navigatores semper habent, furiæque suos legatos, qui expetant sanguinem, expetant proscriptiones, incutiant metus, pericula ingerant, homines per provincias diversas occidant. Hæc omnia igitur principio præcipe recitari, tum demum eos invenies petitores. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CXLII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Qua impatientia & tumultu agant, sit testatum his gestis, interlocutione nobilitatis tuæ: causam enim satis timent, ad cujus meritum omnino descendere nolunt. Non sint vacua omnia quæ a partibus nostris in prosecutionibus tanta dicta sunt de ecclesiæ Dei promissionibus & exhibitionibus. Quid tergiversantur? Quid nescio quæ forensia rimantur? Iam dignetur nobilitas tua pronuntiare faciem defensionis eorum. & alia manu: Recognovi.

CXLIII.

Petilianus episcopus dixit: Ordine suo a principio cuncta recitentur: tum demum invenies petitorem. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CXLIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si a principio, ex quo causa ad imperatorem Constantinum miserunt criminum Cæciliani, jube recitari. & alia manu: Recognovi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quia voluistis de prioribus gestis mentionem facere. & alia manu: Recognovi.

CXLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc gesta quæ recitari postulat sanctitas vestra, posteriora sunt his gestis quæ obtulit pars catholica, an priora?

CXLVI.

Petilianus episcopus dixit: Non est equidem pars catholica, nisi quæ hujus conflictationis sumpserit palmam. Igitur cupimus recitari quæ in judicio proconsulari & vicariæ præfecturæ, ab ipsis sunt ante longius prompta atque petita. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si de causa præsumeres, ad causæ meritum venires. & alia manu: Recognovi.

CXLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sine præjudicio catholicos dico, sequens nuncupationem clementissimi principis. Unde ea gesta quæ antiquiora sunt, si placet, ab officio recitentur.

CXLVIII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Offerimus antiquissima, quæ petimus suscipi ab officio, præcipiat nobilitas tua ea recitari.

CXLIX.

Petilianus episcopus dixit: Si hoc potestati tuæ mandatum est, si non recesserunt ab his quæ jamdudum promiserant se legaliter agere oportere, redde nobis illam primam objectionem, cujus visi quodammodo sumus sub hujus exceptionis ratione fecisse jacturam. Si igitur ad legem se retinet, pervidet potestas tua nullatenus eos harum chartularum, quas proferunt, facere posse mentionem: & nunc etiam atque etiam flagito, ut promant quid eligant, utrum forensi actione mecum agant, an legali concertatione disceptent. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione, recognovi.

CL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit:

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

Suscipiat officium quæ ab utrisque partibus offeruntur, & conferat tempus, ut quæ priora esse constiterint, eadem recitentur.

CLI.

Petilianus episcopus dixit: Sensim in causam inducimur. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod petistis, offerimus, non vos pœniteat petiisse. Antiqua gesta voluistis recitari, hæc in manibus habemus, jubeat nobilitas tua quod offerimus recitari. & alia manu: Recognovi.

CLIII.

Petilianus episcopus dixit: Me id petisse adhuc recalent gesta, ut ea quæ imperatori mentiti sunt, proferant, legant quæ objecerunt, contra hæc hujusmodi nebulas, ut vellent acta relegere quæ sunt habita in judicio præfecturæ, his quæ ego longe prætuli, antiquiora. Igitur, vir nobilis, si tenor se ita habet causæ sicut ab initio videtur esse formatus, aut jacturam chartularum istarum publicarum faciant, & ad legalem disceptationem veniant; aut si his rebus uti desiderant, faciant legis divinæ jacturam. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Proconsularia gesta & habita in judicio illustrium potestatum, officium diligenter inspiciat, ut ea quæ priora sunt, primitus recitentur.

CLV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad ea quæ prosecuta est modo pars diversa, paucis advertat sublimitas tua: Nos ecclesiam catholicam retinere, ipsa nostræ communionis testificatione monstramus. quam ecclesiam probare discedimus, si permittant, non rumoribus humanis, neque errantibus opinionibus, sed divinis eloquiis declaratam. Vt autem leges, vel gesta, vel quæcumque de archivis prolata offeramus in hac collatione recitanda, ipsi cogunt, qui talibus agunt. Nam si remotis hujuscemodi omnibus chartis, nollent ecclesiam nisi in scripturis adverti, nihil aliud optaremus. Crimina dicunt traditionis: ea crimina traditionis, aut non probant archivis & nihil dicunt: aut probant, & archivis nos vicissim agere compellunt. Itaque provideat prudentia tua, distinguendas esse causas, quando cogamur publicis legibus agere; quando autem velimus & optemus negotium ecclesiæ, non nisi divinis eloquiis terminare. & alia manu: Recognovi.

Petilianus episcopus dixit: Quid elegerit dicat. Ambo enim tenere non poterunt. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Apertissimam prosecutionem partis adversæ fuisse sat clarum est: in qua id videtur ostensum, ut si traditionis crimen objicitur, quod sine dubio legibus divinis non potest approbari, sed gestorum fide diligentius inveniri, tum demum gestis publicis omnia peragantur. Sin vero causa fidei cœperit agi, tunc ad ea quæ veteris & novi testamenti exemplis docenda sunt, venietur. Vnde sanctitas vestra, si petitionem suam prosecutionemque adversæ partis vult professionibus roborari, evidenter ostendat, utrum traditionis crimen, quod probari nullatenus potest, nisi quibusdam evidentissimis documentis, agi in judicio desideret, an tantum fidei causam cupit in judicio mediocritatis meæ disquiri atque terminari.

CLVII.

Emeritus episcopus dixit: Quæ ad causam pertinent, sæpius me replicare non pudet: adeo enim & in prima fronte negotii postulavimus, ut mandatum legatorum suorum luce clarius demonstraret, ne, cum hæc in judicium mitterentur, forte renuerent. Possunt enim dicere: Alia mandavimus, non eadem censuimus, nec petenda ab imperiali præcepto consensimus. Sicut enim nunc. & cum diceret: & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

CLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc universorum subscriptionibus constat esse mandata.

CLIX.

Emeritus episcopus dixit: Quoniam duo sunt negotia duo debent esse mandata; mandatum quod in negotio præsenti recitatum actis insertum est; mandatum vero quod legatis videtur traditum, nullo modo recitatum est. Debemus ergo advertere, utrum & hoc ante, ut imperialibus auribus deferretur, ab iisdem videtur esse conscriptum, ut cum utraque mandata in judicio fuerint recitata, utrum unam habuerint voluntatem, judicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus salvo effectu appellationis recognovi.

CLX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam toties conclamavimus, mandatum quod injunctum est legatis episcoporum, ab episcopis flagitant sibi recitari. Hoc est aliena requirere, ad causam non pertinentia. Mandatum quod nobis propter collationem cum his faciendam injunctum est, hoc recitatum est, hoc eis sufficiat. Quid si enim aliqua legatis mandata sunt ad causam quidem istam non pertinentia, sed quæ ipsos scire nolumus? Sufficit quod imperator collationem nos petisse suo testimonio declaravit. Hæc concessa est, ad hanc venimus, hæc aliquando agatur, si veritati aures hominum patent. & alia manu: Recognovi.

CLXI.

Adeodatus episcopus dixit: Confessus es quæ olim tacuisti. Ostendisti te multa adversus nos mandasse, quæ scire non facile debeamus. Vnde advertit sublimitas tua, quid ex ejus prosecutione debeamus advertere, quid illud mandatum continet, quod contra nos mandatum scire non facile debeamus. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salva appellatione recognovi.

CLXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non hoc dixi, non advertisti, aut dissimulas te audisse quod dixi. Audi, planius hoc dicimus, ne forte culpa mea non intellexeris, dum id obscurius aliquantum dixi studio brevitatis,

brevitatis, quod percipere nequiveris. Notum A est omnibus multas causas habere ecclesiam, & suam & privatarum personarum sibimet commissarum: & potest fieri, ut ad episcoporum intercessionem multa pertineant. Secreta nobis committuntur negotiorum & causarum alienarum: in quibus nostra interventio sæpe postulatur, propter quæ auxilium ab ecclesia poscitur. Hæc prodenda non sunt, ne proditores inveniamur. Sufficit tibi, quod collationem me petisse in causa tua ipse testis est clementissimus imperator. nihil ultra quæras, si negotia aliena non quæris. Negotio tuo sufficit, quod de ipsa imperatoris lege recitatum est, quod nostro mandato subscriptionibusque firmatum est. & B alia manu: Recognovi.

CLXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Non possunt in uno mandato diversa mandari negotia. Sed si forsitan eadem quæ adversus nos mandastis, etiam adversus alias provincias mandasse te constat, bene facis non prodere. Non te cogo, in medium proferas. Quoniam me primum insequi desideras, servas hoc aliis provinciis. Ostendisti quid fecisti, ostendisti quid celes, teneo tuum mendacium, teneo falsitatem. & alia manu: Adeodatus episcopus salva appellatione C recognovi.

CLXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Prosecutione sua, vir venerabilis, si dignatur sanctitas tua, diligenter advertere, non adversum te aliquid se mandasse, sed ea quæ ad te non pertineant, propria prosecutione signavit. Illud tantum evidenter confessus est, collationem se omnimodis postulasse, & hanc fuisse concessam. Unde illius mandati, ne excedere videamur imperialis præcepti formam, mentionem fieri video non debere. Quapropter ad ea quæ quæsivit, sanctitas vestra respondere dignetur, utrum traditionis crimen, quod archi- D vis publicis poterit monstrari, agi in judicio velitis, an ecclesiæ & fidei tantum causam cupiatis inquiri.

CLXV.

Petilianus episcopus dixit: Urbane nobis eluditur, ut, cum ipsi sint petitores, semperque nostram pacem inquietaverint atque turbaverint, nos loco petitorum constituamur; cum pacis & ecclesiæ Dei possessores semper fuerimus ac simus. Peto igitur nobilitatem tuam ut hunc ordinem serves. Ostendant quid egerint, ibi invenies petitores. & alia manu: Petilianus episcopus salva appellationis recognovi.

CLXVI.

E Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Si sanctitas tua permitteret vel permisisset gesta recitari, jam olim qui petitoris loco assisteret, potuisset ostendi. Unde vel nunc antiquiora, ut interfatus sum, gesta recitentur. Petilianus episcopus dixit: Ordinem serva gestorum. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eorum gestorum quæ a partibus offeruntur, id est proconsularium & illustrissimæ sedis, tempora recitentur.

CLXVIII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Offerimus chartas antiquiores nostris definitionibus profuturas. & alia manu: Recognovi. Montanus episcopus dixit: Si jubes, de codice lego. & alia manu: Montanus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CLXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut statui, ab officio recitetur. Navigius adjutor numerorum recitavit: Post consulatum domini nostri Theodosii perpetuo Augusti, Idus Septembris Carthagini. & cum recitaret,

CLXX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Antiquiora proferimus. & alia manu: Recognovi.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interim ista quæ antiquiora sunt, gesta in sede illustrium habita potestatum, patimini relegantur. Navigius adjutor numerorum recitavit: Domino Arcadio Augusto & Probo v. c. consule. Et cum recitaret,

CLXXI.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Quæ priora sunt, ab officio suggerantur.

CLXXII.

Rufinus scriba v. c. curatoris, dixit, Ea sunt priora quæ in codice oblata continentur.

CLXXIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecce antiquiora proferimus. & alia manu: Recognovi. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Siquidem sicut suggessimus consulem contineant, Theodosii Augusti & Rumoridi v. c. alia vero consulatum contineant domini Arcadii Augusti & Probi v. c.

CLXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ antiquiora sunt, recitentur. Navigius adjutor numerorum officii v. c. & spectabilis vicarii recitavit: Æquitatem tuam petimus Septimine v. c. proconsulum summe subl. Multa contra divinas humanasque leges ab hæreticis de parte Donati ecclesia catholica sustinet. Quæ si vel anterioribus vel recentioribus imperialibus jussis prohibenda & tollenda, postulanda vellemus, nequaquam audere deberent de nostris actionibus conqueri, scientes se, cum nulla tali lege adjuvarentur, schismaticos tamen suos Maximianistas, per judicum jussa locis ac sedibus eorum pellendos exturbandosque curasse. Verumtamen nos saluti eorum & nostræ existimationi pacifice consulentes, propter caritatem qua Christiani sumus, leniter eos volumus admonere, ut errorem suum cogitando & agnoscendo, non negligant; aut si putant se habere aliquid veritatis, non eam furiosis Circumcellionum violentiis contra publicam quietem, sed tranquilla rationis redditione defendant. Unde petimus sublimitatem tuam: ut cum eos de hac re per magistratus, sive in civitatibus, sive in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiam nobis præberi gestorum, & eos ex allegatione nostra honeste convenire præcipias: quo consecuti, agamus excellentiæ tuæ apud Deum uberes gratias. Domino Theodosio perpetuo Augusto, & Rumorido v. c. consulibus,

TERTIAE COGNITIONI GESTA.

fulibus, Idus Septembres, Carthagine, Septiminus v. c. proconful dixit: In quolibet loco antiftitibus legis venerabilis ob quietis imperium geftorum conficiendorum tribuitur facultas; hoc etiam tenore hujus præceptionis limitato, ut intelligant fe deviæ plebis magiftris falubriter petentibus propriæ perfuafionis ratiocinia perfolvere, ut rebus in medio prolatis amica legis moderatio fervetur, fuperftitione fupplofa. Data ab univerfis epifcopis catholicis ex confilio Carthaginenfi. cum recitaret,

CLXXV.

Petilianus epifcopus dixit: Petitor eft qui petit, an quid vocabitur? & alia manu: Petilianus epifcopus profecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXXVI.

Auguftinus epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Hæc poftulavimus, fed præcedentibus veftris criminationibus & accufationibus. Nam proferimus antiquiffima gefta, quibus veftri majores, tunc in tempore ad Anulinum venerunt proconfulem, & illi chartas in quibus dicerent majorum noftrorum crimina effe confcripta, obtulerunt, & rogaverunt, ut eafdem ad Conftantinum imperatorem mififfet. Has offerimus, & petimus nobilitatem tuam ut eas fufcipi ex officio & ex ordine recitari præcipias. & alia manu: Recognovi.

CLXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Libellus datus a vobis, evidenter oftendit fchifmatis & hærefeos crimen objectum; quod probare vos convenit.

CLXXVIII.

Poffidius epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Omnia probabuntur, fi ea quæ obtulimus, & fufcipi, & ex officio recitari, præcipere fueris dignatus. & alia manu: Recognovi.

CLXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vniverfa per ordinem recitentur. Emeritus epifcopus dixit: Ergo loco eft petitoris. & alia manu: Emeritus epifcopus recognovi. Poffidius epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Cum chartæ fuerint recitatæ, petitor facilius invenietur. & alia manu: Recognovi.

CLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet ex his geftis petitorum loco adftare videantur, tamen melius & evidentius approbabitur, cum omnia fuerint recitata.

CLXXXI.

Petilianus epifcopus dixit: Si in forenfem conflictum revertimur, conftat eos legis divinæ feciffe jacturam. Refpondeant igitur etiam atque etiam quod exegi, utrum legibus publicis agant, an legis divinæ conflictum eligant, alterum de duobus: utrumque enim tenere non poffunt. & alia manu: Petilianus epifcopus falva appellatione recognovi.

CLXXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc quæ fanctitas veftra obtulit relegenda, non ambigitur, quia in judicio viri fpectabilis proconfulis acta funt, ad forenfem difceptationem abfque dubio pertinere. Vnde, ficut interfatus fum, ut diligentius oftendatur qui loco petitoris affiftat, etiam illa patimini recitari.

CLXXXIII.

Petilianus epifcopus dixit: Contra ifta præfcribo: Si forenfis eft actio, hujus temporis caufam audire præceptus es, vir nobilis: fi fimpliciter & ecclefiaftico more res geritur, acquiefcam in ea quæ lege divina proferuntur, vel a me, vel a parte diverfa: fi autem annofas antiquafque chartulas cupiunt recitare, habeo pro me validas præfcriptiones, recito illud tempus, cujus fub conteftatione prætermiffionem interim feci. Lapfum caufa incurrit, non poteft rurfus audiri. & alia manu: Petilianus epifcopus falva appellatione recognovi. Auguftinus epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Crimina traditionis objiciunt, & alia manu: Recognovi. Petilianus epifcopus dixit: Hoc caufæ eft. & alia manu: Petilianus epifcopus falva appellatione recognovi. Auguftinus epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Redde vicem, auditus es cum profequereris nobis patientibus. Crimina traditionis ecclefiæ quam tenemus, objicere confueverunt. & alia manu: Recognovi Petilianus epifcopus dixit: Legaliter agit, an more forenfi? & alia manu: Petilianus epifcopus recognovi. Poffidius epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Prior chartas obtulifti. Et alia manu: Recognovi. Petilianus epifcopus dixit: Redde mihi tempus; calculetur officium de temporibus, utrum hodierna die caufa dicenda fit, ad forenfes defcendimus actiones. & alia manu: Petilianus epifcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam veftra fanctitas in hac parte judicare deberet. Conftat enim ex confenfu utriufque partis judicium fuiffe dilatum. Cur nunc fuperfluo temporis præfcriptionem objiciendam effe crederis, cum eam conftet, ex confenfu partium fuiffe feclufam? Vnde nunc ea quæ ad caufam pertinent, peragi debere manifeftum eft.

CLXXXV.

Petilianus epifcopus dixit: Quia ipfi fe ad forenfia contulerunt, ideo forenfia poftulavi. Refpondeatur mihi ad ea quæ poftulo. Forenfi more agit, an ecclefiaftico? & alia manu: Petilianus epifcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Refpondeatur objectis. Auguftinus epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Si patiatur, ecclefiæ, quam tenemus, ficut omnes noverunt, quorum folent animos fuis folicitare criminationibus, etiam fui mandati tenore declararunt, ecclefiæ inquam quam tenemus, crimina folent traditionis objicere. & alia manu: Recognovi. Petilianus epifcopus partis Donati dixit: Profiteantur ad quæfita: profeffionem petivimus, non conflictum. & alia manu: Petilianus epifcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXVII.

Auguftinus epifcopus ecclefiæ catholicæ dixit: Si horum criminum jacturam faciunt, de chartis publicis nihil proferimus. Si autem in eadem criminatione perfiftunt, chartis publicis docemus hanc caufam olim effe finitam, nec tamen eos ab hujufmodi objiciendis criminibus ceffaviffe. Vnde nunc collationem iftam popofcimus, non ut illam caufam, quam traditionis Cæciliano & ejus collegis objiciebant, fufcipiamus denuo finiendam; fed demonftremus

ANNO CHRISTI 411.

mus olim esse finitam: ut hoc cognoscentes populi qui nesciunt, & istorum adhuc criminationibus commoventur, tandem aliquando cognoscant, in qua ecclesia Christianæ salutis viam requirant. Si ergo de ecclesia quæritur quæ sit, quanta sit, qualis sit, sola divina testimonia ad eam demonstrandam sufficiunt. Si homines appetunt, si hominibus crimina intendunt, quamquam ecclesiæ causa ab hominum causa distinguenda est, nec in hominibus spes ponenda est ecclesiæ, si boni sunt; neque si mali sunt, judicanda est ecclesia deperisse: sed tamen etiam ipsorum causam tanquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi potuerint criminosi, hodie illos anathematizamus: non tamen propter illos ecclesiam a Deo promissam & exhibitam deserimus aut relinquimus. Ipsi ergo eligant quod volunt. Non objiciant crimina hominibus, & chartæ cessabunt, sola divina loquetur auctoritas; sola Dei scriptura, cui utrique subdimur, in medium proferetur. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid his refertur?

CLXXXVIII.

Emeritus episcopus partis Donati dixit: Prolixæ orationi respondere non possum: tamen summatim, ut valeo, quæ superflue in judicium missa sunt, ventilabo, cum optationes a nostris partibus propositas ne vel relectione confundant, ut neque velit esse petitores, neque se dicant responsores adstare, intulerintque nostris partibus prosecutionem; ut si forensis regulæ ordinem teneat, conditionalis diei non omittam internis sensibus notionem. Si autem legalibus magis cupiunt in judicio colluctari, divinis scripturis nos eis necesse est respondere. Primum est autem, quod in judicio flagitamus, ut quoniam de mandatorum suorum allegatione in judicio vacillant; quippe cum unum legentes aliud negent, dicantque tamen se legatos ad imperiales aures destinasse antea, secutumque est idemtidem, ut ex responsione gestorum dilucide claruisset, utrum nos inquietatores essemus, an inquietati ad judicium veniremus, his tot propositionibus respondere nolentes; ad alia se nescio qua argumentatione dejiciunt. Quæso, vir nobilis, constituant gradum: dicant se quo ordine quave actione in judicio consistant. Nos enim qui adducti sumus ad disceptationem, petitoris loco adstare non possumus. ipsos necesse est proponere, ut eorum propositionibus pars nostra valeat respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

CLXXXIX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si petitoris loco assistunt qui crimina objecta defendunt, tuæ nobilitatis est pronuntiare. & alia manu: Recognovi.

CXC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam prosecutione viri venerabilis Petiliani id constat fuisse signatum, ut utrum pars catholica, quod nomen sine præjudicio dicere me multis interlocutionibus patefeci, jure publico agi vellet, an certe divinis testimoniis, evidenter ostenderet. Sed denuo ad quæsita responsum est, ita ut evidentissime monstraretur, si crimina non objicerentur, a documentis publicis discedendum, quæ probari non posse aliter nisi publicorum certum est attestatione gestorum; si vero causa ecclesiæ tractaretur, legalia tantum testimonia proferrentur. De quibus quid placeat, evidentius designetur.

CXCI.

Petilianus episcopus dixit: Duo sunt quæ præter cetera a diei hujus principio cœpimus ventilare. Unum, ut ipsi legissent quid imperatori clementi suggesserint: aliud, utrum disceptationem legis divinæ tenere cupiant, an publicas leges. De utroque nihil mihi aperte responsum est. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad omnia esse responsum superiora testantur gesta. & alia manu: Recognovi.

CXCIII.

Petilianus episcopus dixit: Pervidet igitur sublimitas tua, sensim nos ad causæ interna deduci: pervidet illa tua præstantia & vivacitas sensus, magis mihi interlocutionibus nobilitatis tuæ quam responsionibus adversariorum fuisse responsum. Igitur evidentius aliquid decernatur, evidentius constet: noverim quid debeam respondere. Mihi enim, sicut tua meminit nobilitas, idem a patribus meis mandatum est, ut objectis respondeam, non ut objiciam aliquid. Non enim loco petitoris assisto, sed responsuri. Qui sæpius apud imperatoris aures & coram omni populo sane apud se constituto, in crimen nos invidiamque deducunt, ut hæreticos nominent, ut schismaticos quoque appellent, hoc doceant, hoc diluo, huic rei responsurus sum, si modo se ad legalia convertant, ipsiusque legis quærant responsa atque judicia. Sin vero utraque miscent, evidentius designetur. Noverim genus actionis, nemo me reprehendat in publico, nemo causæ bonæ infirmum esse judicet defensorem, nemo judicet obliquum, nemo adversarium dolosum & licentiosum, cui omnia permittant, ut cum de his justa atque evidentia requirantur, libeat illis delicate, quomodo voluerint, nebulas ac tenebras obtendere, ut veniri non possit ad cardinem veritatis. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Duo sunt quæ sanctitas tua credidit postulanda: unum, ut mandatum in quo legati delecti sunt a parte e diverso sistente, relegeretur: aliud, utrum a divinis legibus recederent, evidentissime demonstrarent. Petilianus episcopus dixit: Respondeant breviter ad utrumque. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Uni rei, quoniam mea intererat, ipse respondi. Nec enim de his legatis poteram dubitare, de quorum legatione pronuntiaverat clementissimus imperator, ne in ejus injuriam refricari aliquid videretur. Aliud vero eorum constat prosecutionibus definitum, quibus id evidenter ostensum est, velle se a publico jure sub ea conditione discedere, si de personarum criminibus taceretis. Unde quoniam hinc conflictus tantum remansisse cognoscitur, ut qui petitoris loco assistat evidentissime demonstretur, quoniam gesta a vestra parte oblata recitata sint, patimini denuo etiam ea quæ a diversa parte offeruntur, ab officio recitari.

CXCV.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CXCV.

Petilianus episcopus dixit: Cujus gesta sunt quæ a partibus meis recitata sunt? si absentes essent e diverso sistentes, licuit tibi, vir nobilis, absentum partes judiciario animo defensare. Nunc præsentes sunt: ipsi mihi respondeant, ipsi edicant, ipsi ad utraque quæ proposui, respondere non differant. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nec respondere nos permittis. Petilianus episcopus dixit: Tuum est pronuntiare quid audias; illorum est agere causam, qui adversus me loco petitoris. & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CXCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc pronuntiavi ut ex gestorum lectione hæc omnia possint diligenter agnosci. Petilianus episcopus dixit: Ipsi dicant, ipsi profiteantur. & alia manu: Petilianus episcopus incolumi appellatione recognovi.

CXCVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Jam diximus unde agamus potius, id est, utrum publicis documentis an divinis testimoniis in vestra est positum potestate. Si enim a criminibus hominum cessatis, & nos cessabimus a publicis documentis, & solam ecclesiæ causam divinis testimoniis afferemus. Si autem ab hominum criminibus non desistitis, necesse est nos & a vobis publica documenta flagitare, & contra vos publica documenta proferre. Hoc autem cum cognitori insinuaremus, quia illi de corde non est excussum multiplicibus & superfluis prosecutionibus vestris, ideo vobis jam a nobis hæc acta esse ipse respondebat, non partes nostras agens, sed suas, cui jam insinuavimus, ejusque cordi penitus infiximus quid dicamus. & alia manu: Recognovi.

CXCVIII.

Adeodatus episcopus dixit: Quo ordine agere debeas, in nostra non est positum potestate, cum ipsum venire in nostra potestate non fuerit. & alia manu: Adeodatus episcopus salva appellatione recognovi.

CXCIX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ergo ad interrogata respondete. Receditis a criminibus traditionis? Respondeant ad breve interrogatum nostrum. Facitis jacturam criminum quæ soletis objicere Cæciliano & collegis ejus, an in eadem criminatione persistitis? & alia manu: Recognovi. Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Ad quæsita respondete.

CC.

Emeritus episcopus dixit: Breve suum dicit esse postulatum, breve nostrum debet esse responsum. Omnis actio duas solet suscipere personas; petitoris, & e diverso respondentis. Cum hæc causa suum ordinem teneat, conflictumque desideret, quid est quod ante principia negotii, quasi quædam mihi electio ex adversa parte proponitur, ut dicam, utrum criminibus intentatis Cæciliani refrager, atque ab iisdem quæ objeceram sileam, an objecta in judicio valeam confirmare? Memento, judicum summe, sicut assoles, qui sit ordo dicendi. Nemo enim adversum se adstanti dicit: Elige tibi utrum me accusas necne. Nemo dicit: Intentaturus es crimen, an nihil mihi in judicio oblaturus es, & intentionibus tuis mutum quoddam silentium imponens, inanis ac sine ratione de tam longinquis regionibus venisse dicaris, cum ad hoc ego assistam, ut si me ipse dixerit illa dixisse quæ graviter ferre aut imperialibus auribus, aut in suo mandato subscripsit, tum demum eligam atque respondeam, utrum velim intentionibus ejusdem secundum prosecutionis suæ tenorem legum confirmatione robustus accedere, an me ab hac actione removere. Videt prudentia tua me respondere non posse, cum incertum dixerit, cum nihil tale proposuerit cur debeam revocare responsum. Dico enim ad eum utrum petitor an responsor stet. Ille mihi dicit: Si Cæciliani causam intermiseris, tunc petitor sum; si autem non prætermiseris, necesse est me respondere ad ea quæ videntur objecta. Si times Cæciliani causam, metuisque tibi aliquid objectum, tu proponere, tu instituere actionem in judicio debebis. Attrahe me, & in publicum colloca. Dic me aliquod tibi crimen, quod ad aures imperatorias detulisti, per publicam conscientiam commendasse. Cum ego autem de te magis expetam quid audieris, quid me dixisse, quid me insinuasse judiciis intimes, cur metuis? cur vereris actionem istam in judicio firmare? Nimirum illud attendis, ne petitoris suscipiens personam, ea quæ in judicium mittis, aut accepta, aut dicta, aut ab aliquo promulgata docere in judicio compellaris. Attende, vir nobilis, in quo statu sit ista causa, cum ego, qui pulsor, petitionem illorum promi in judicium petam, eosque, qua possum postulatione, deprecer semper, ne moratoriis ad negotii cardinem venire minime permittamur. Non ergo ex nostra parte est quod adhuc usque nihil de negotio gestum est, cum, si personam suam judiciis adstruere voluissent, necesse nos erat objectis illico respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

CCI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: O breve responsum! Quam multum dicitur, ubi inveniri non potest quid dicatur! Breviter respondi ego postulationibus tuis. Voluisti ex me scire, utrum legalibus testimoniis divinis agam, an publicis gestis. Respondi: si recedis a criminibus quæ non possunt nisi gestis publicis declarari, recedo a publicis gestis, & solis divinis testimoniis afferam causam ecclesiæ quam defendo. Si autem tu ab illis criminationibus non vis recedere, nec ego recedam ab eis documentis quibus te ostendam falsa crimina, vel nobis vel ipsi ecclesiæ quam retinemus, objicere. & alia manu: Recognovi.

CCII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad hæc plene constat esse responsum. Quæ autem pars loco petitoris assistat, sciri omnino non poterit, nisi ex recitatione gestorum: quæ, ut statui, quoniam a parte vestra quæ oblata sunt, constat esse recitata, tandem aliquando perlegantur.

CCIII.

Petilianus episcopus dixit: Nemo duo eligit de duobus. Cum ergo proposuerim ut alterum elegisset, ille sibi ambo evidentius vindicavit. Non timeo, non recuso: si hoc potest esse retinendum, serva mihi primitus tempora legum, statuatur,

ANNO CHRISTI 411.

statuatur dies. Respondeat officium de die causæ, cognoscatur lapsus fuisse: hinc judica, hinc debes ferre sententiam. Siquidem contra me sententiam ferres, si forte debuissem. & alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione recognovi.

CCIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si die decimoquinto venerunt, ut ad quartumdecimum occurrerent, quare octavo Kalendas mandatum constituerunt? & alia manu: Recognovi.

CCV.

Petilianus episcopus dixit: Non inquietasti, scivi te lapsum, superflue ingressus sum judicium qui intrare non debui post diem lapsi negotii. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quare ad Kalendas se promisit adfuturum esse Primianus? & alia manu: Recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc jube recitari. Quamvis ista transacta sint; quamvis ad illusionem populorum has nebulas injiciat pars diversa, tamen etiam hoc petimus, præcipias recitari, ut sic saltim cognoscant, quam impudenter hæc iterum repetant quæ jam ante transmissa sunt. & alia manu: Recognovi.

CCVII.

Petilianus episcopus dixit: Dum non vis designare alterum de duobus, ambo tenens, facis me eadem repetere. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sciunt se in causa ecclesiæ nihil habere: ideo moratoriis agunt. Quapropter, quoniam illa jam transacta sunt, ut cognoscatur qui sit petitor, jube antiqua gesta recitari. & alia manu: Recognovi.

CCIX.

Petilianus episcopus dixit: Si legibus publicis uti vis, præscribo ne legas. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Contra consensus proprios, quos legibus inhibetur, venire desideras: & consensu enim partium constat primum dilatum fuisse judicium, ut alio die vel tertio, vel certe post editionem gestorum, negotium tractaretur. Unde, ut quis loco petitoris assistat diligentius declaretur, gesta recitentur.

CCXI.

Petilianus episcopus dixit: Servarem consensum, si & ipsi servarent. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur gesta. Adeodatus episcopus dixit: Contra hæc serva quæ competunt. & alia manu: Adeodatus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ rationi & æquitati competere potuerint, salva erunt.

CCXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Si enim consensus servandus est, & retinendi sumus ad consensum nostrum, debent etiam nobis ipsi fidem sui consensus, qui se legibus divinis acturos esse promiserunt. & alia manu: Adeodatus episcopus appellatione incolumi recognovi.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CCXIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sed causam ecclesiæ, non causam Cæciliani & collegarum ejus, quibus crimina intenditis; ecce pollicemur, & toties pollicemur quoties exactum fuerit a nobis, & cum non exigitur, offerimus. Ecclesiæ causam non nisi divinis testimoniis firmamus, docemus, ostendimus: Cæciliani autem & quorumlibet hominum, non nisi his documentis quibus solent ista vel demonstrari vel purgari. & alia manu: Recognovi.

CCXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista frequentius dicta sunt. Unde quoniam constat primitus petitoris personam debere disquiri, gesta recitentur. Martialis exceptor recitavit: Incipit relatio Anolini proconsulis, ubi ostendit Donatistas Cæciliani causam ad imperatorem Constantinum detulisse. & cum recitaret,

CCXVI.

Montanus episcopus dixit: Ut quid iste titulus legitur? & alia manu: Montanus episcopus salva appellatione recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Neuter titulus actis inseretur. Martialis exceptor recitavit. Augustis nostris Anolinus v. c. proconsul Africæ: Scripta cælestia majestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano, & his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio mea apud acta parvitatis meæ insinuare curavit. & cum recitaret,

CCXVII.

Petilianus episcopus dixit: Unde hoc profert: ex publico scrinio, an de suo? & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CCXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legat, & tunc de nobis exigat hujus lectionis firmitatem. & alia manu: Recognovi.

CCXIX.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Ante lectionem unde proferas, evidenter ostende.

CCXX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si inde dubitant, archiva proconsulis requirantur. & alia manu: Recognovi. Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Quoniam in archivis publicis ea quæ recitantur inesse dixisti, sicut cœperat officium, omnia relegere debebit: Martialis exceptor ex superioribus gestis recitavit: Eosdem hortata est, ut unitate consensu omnium facta munere majestatis vestræ liberati esse videantur, catholica custodita sanctitati legis debita reverentia, ac divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies extiterunt quidam, adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ, atque impendio postularunt, ut ad sacrum ac venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem. Quæ, manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorumdem actis, quo cuncta majestas vestra possit dignoscere, par-

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

vitas mea dirigere curavit. transmisi libellos duos. unus in aluta signatus ita : Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani, traditus a parte Majorini. Item alius sine sigillo cohærens eidem alutæ. Datum die decimoseptimo Kalendarum Maiarum Carthagini, domino Constantino Augusto III. consule*. Quo recitato,

* Anno Christi 313.

CCXXI.

Petilianus episcopus dixit : Quis est iste qui agit ? Cæciliani filius est, an non ? & alia manu : Petilianus episcopus salva appellatione recognovi.

CCXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Ne vobis dicatis patrem in terra : simul audivimus, simul legimus, simul populis prædicamus. Quid de me quæris utrum sim filius Cæciliani ? Cæcilianus, si innocens fuit, gaudeat de sua innocentia me congaudente, non in ejus innocentia me spem meam ponente. Si autem nocens fuit, quod fortasse discussa causa vel sic vel aliter declarabit, sustinuit eum ecclesia quam teneo, ut a similitudinibus dominicis, non recedam, sicut paleam in area, sicut in eisdem pascuis hœdos, sicut in eisdem retibus pisces malos : non tamen propter malos nos aut aream dominicam deserere debemus, aut retia dominica nefaria animositate dissensionis abrumpere, & in mare ante tempus litoris prosilire. & alia manu : Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Sicut statutum est, omnia relegantur.

CCXXIII.

Emeritus episcopus dixit : Iube nos prosequi. & alia manu : Emeritus episcopus recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Agite. Emeritus episcopus dixit : Recitata scriptura quam pars adversa protulit. & cum diceret, & alia manu : Emeritus episcopus recognovi.

CCXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Quis possit esse petitor, his gestis poterit inveniri. & alia manu : Recognovi.

CCXXV.

Emeritus episcopus dixit : Recitata scriptura quam pars adversa protulit, consors meus justa prosecutione signavit, nomen sibi imponere debere eum qui causam defendit in judicio Cæciliani. Sed artatus is nobis e diverso veniens, quasi quodam lubrico fugere atque elabi conatur, duas in judiciis inserens personas & geminas actiones. Dicit enim : Si Cæciliani persona pro objectis criminibus poterit destrui, Ecclesiæ, inquit, nihil oberit ; cum unius hominis persona destructa adstare videatur in fide. Quid ergo opus est, vir sublimis, Cæciliani causam in medium mittere, si nihil " obestis, si nihil adversus eos facit ? aut cur in judicio defenditur vel accusatur ? Cum enim dicat, neque sibi obesse ejusdem reatum, neque posse aliquam nebulam vel maculam ecclesiæ innectere : vides ergo superflue Cæciliani nomen in judicium missum, cum hac quasi peremptoria præscriptione excusatus esse videatur ; ut si reus sit, ab ecclesia videatur extraneus ; si innocens, quasi objectis criminibus purgatus atque liberatus, bene in ecclesia sua stetisse videatur. Iudica, vir sublimis, unum eos tenere debere. Si Cæciliani causam defendunt, superbire se & prosequi ea quæ in judicio adversus Cæcilianum de veritate promuntur : si autem dicunt obesse sibi omnino non posse quid fecerit Cæcilianus, quid opus est Cæciliani causam in medium mittere, cum eis obesse non possit si fuerit in judicio reus manifestissimus deprehensus. & alia manu : Emeritus episcopus salva appellatione recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit. Doceatur a parte diversa quod quæritur.

" obest iis

ANNO CHRISTI 411.

CCXXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Cæciliani causam vel collegarum ejus solent ipsi ecclesiæ catholicæ objicere, vel, ut sine controversia loquar, ipsi ecclesiæ quam tenemus. Proinde, ut video, magnum volunt afferre compendium. Si hanc causam non objiciunt ecclesiæ quam tenemus, dicant quid ei objiciant. Si enim nihil, quare separamur ? Si aliquid præter causam Cæciliani, id ipsum offerant, id ostendant. & alia manu : Recognovi.

CCXXVII.

Petilianus episcopus dixit : Tu quis es? filius es Cæciliani, an non ? tenet te crimen Cæciliani ? an non ? si fuerit ? & cum diceret. & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Ego in ecclesia sum, in qua Cæcilianus fuit, & alia manu : Recognovi.

CCXXIX.

Petilianus episcopus dixit : Vnde cœpisti ? quem habes patrem ? Alioquin si patrem tuum damnaveris, hæreticum te esse profiteris, qui nec originem vis habere, nec patrem. & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : In ecclesia sumus, in qua Cæcilianus episcopatum gessit, & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriæ communicamus, tamquam memoriæ fratris, non tamquam patris aut matris. Quæris autem a me unde communio mea sumat exordium. Dominus ipse Christus asserit exordium communionis meæ dicens : *Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem.* Cœpit ista prædicatio ab Ierusalem : inde se ab illustrissimo exordio diffudit, diffundens ecclesiam quam tenemus. Primo per vicina, deinde per longinqua, etiam in Africam venit. In hanc oculos aperuimus, hanc in divinis eloquiis & testimoniis, sicut ipsum dominum Christum & redemptorem nostrum comperimus : ab illo Deo patre, ab hac ecclesia matre, nullius me hominis crimina, nullius calumniæ separabunt. & alia manu : Recognovi.

Luc. 24.

CCXXXI.

Petilianus episcopus dixit : Cæcilianus tibi pater aut mater est, ut dixisti ? & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Iam audisti quia frater erat. & alia manu : Recognovi.

cognovi. Petilianus episcopus dixit: Frater non est, qui generat filios. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nec patrem nec matrem sibi esse Cæcilianum apertissima prosecutione signavit. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cæcilianus non est pater meus. Si bonus est, frater meus est bonus, si malus est, frater est malus. Tamen propter sacramenta frater est, sive bonus, sive malus. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ut nec patrem suum nec matrem Cæcilianum fuisse diligentius demonstretur, ejusdem prosecutio superior relegatur.

CCXXXIV.

Petilianus episcopus dixit: Satis illos defendis per Deum. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecce dico, quoties voluerint, dico: Cæcilianus non est pater meus, quia audio dominum meum dicentem: *Ne vobis patrem dicatis in terra: unus pater vester Deus.* Dico Cæcilianum fratrem; bonum fratrem, si bonus; malum fratrem, si malus est; quoniam propter communia sacramenta frater meus est. Si autem judicium de illo meum vis audire, etiam innocentem credo, appetitum falsis criminationibus existimo, sed tamquam homo de homine existimans, non tamquam certum aliquid credens. Tu si objicis ecclesiæ crimina Cæciliani, assisto, defendo tamquam fratris, ostendens non pertinere ad ecclesiam, nec ad ejus causam, nec ei præjudicare; & sic demonstro nihil te objicere ecclesiæ catholicæ, etiamsi vera fortasse, quod nullo modo poteris demonstrare, sint crimina Cæciliani. Si autem nec ipsa vera potueris demonstrare, etiam te judice vides ubi remanseris, & quid rejecta tandem animositate erroris eligere debeas, ut nobiscum teneas veritatem, nobiscum amplectaris, damnato errore, caritatem. & alia manu: Recognovi.

CCXXXVI.

Petilianus episcopus dixit: Ipsa illa sunt ambigua, quibus ab hodierni diei percurrit principio, nec tamen se alterum tenere aliquando professus est, cum utraque magno amplexu retineat, utrumque metuens dimittere vel tenere. Tandem aliquando expressius dicat, utrum patris loco habeant Cæcilianum, ex quo deducta est ista progenies. Non enim potest aliqua res sine generatore suo nasci, aut sine capite incipere, aut sine radice sua crescere. Videt igitur nobilitas tua se originem non habere sæpius protestatum. Si igitur originem non habet; ipse est magis hæreticus, qui non habet patrem, qui habitum patrem judicio suo damnavit. Adstipuletur igitur, ut si criminosum patrem ejus constiterit, eum crimina teneant; si autem innocentem, necesse habeat esse filius innocentis: ita quoque e diverso necesse habeat, ut sit filius criminosi, si constiterit criminosum. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Habeo caput, sed Christus est. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Diligentius demonstretur, utrum patrem vestrum Cæcilianum, aut matrem, sicut quæsitum est, esse dicatis. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Habeo caput, sed est per cujus apostolum audio. & cum diceret: & alia manu: Recognovi. TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

CCXXXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Quis te ordinavit, ut episcopus esses? & alia manu: Petilianus episcopus salvo appellationis effectu.

CCXXXIX.

Montanus episcopus dixit: Et quid est, quod dicit apostolus Paulus: *Si decem millia pædagogorum habueritis in Christo, sed non multos patres. per Christum enim ego vos generavi per evangelium.* Cumque strepetent, 1. Cor. 4.

CCXL.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De tumultu testatum sit. & alia manu: Recognovi.

CCXLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad quæsita responde.

CCXLII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Habeo caput; sed Christus est, cujus apostolum audio dicentem: *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus vero Dei.* Nam & ubi se patrem dixit apostolus, ne ipsius paternitatis velut basem humanam infirmitatem crederemus, addidit: *Per evangelium ego vos genui.* Semen ergo & vena seminis mei de evangelio ducitur. Honorificentiæ causa patres appellamus eos qui nos vel tempore vel meritis præcesserunt. Aliud est cum quærimus ad fidem, quem habeamus patrem; ad salutem æternam, quem habeamus patrem; ad retinendam ecclesiam & percipienda Dei promissa, quem habeamus patrem. Nam illud honoris est, ut quotidie senibus dicamus pater: quotidie etiam quibusdam non nobiscum in una ecclesia, nec in iisdem sacramentis constitutis, dicimus frater. Sodomitis etiam dixit Lot, fratres; utique ad leniendum eorum animositatem, non ad cognitam fraternitatem, & quasi unius hereditate consortium. Tollantur ergo ista, distinguamus vocabula, quæ hominibus propter honorem debentur, & vocabulum quod propter salutem requirimus. Pro salute æterna, pace apostoli dixerim, imo jubente apostolo dixerim, non pater meus apostolus est ad salutem æternam, qui mihi dicit: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* De hoc dominus dixit: *Nolite vobis dicere patrem in terra.* Utique scivit dicturum apostolum: *Per evangelium ego vos genui.* Non enim domino dicente: *Ne vobis dicatis patrem in terra,* contrarius futurus erat apostolus dicens: *Etsi multos habeatis patres, per evangelium ego vos genui.* Sed quia distinxit ad quam rem patrem nobis constituerit dominus, & pro qua honorificentia eum apostolum possemus patrem accipere, ideo sic locutus est, ut ejus oratio non esset contraria dominicæ veritati. Patres igitur quoscumque agnosco in terra, honorificentiæ causa agnosco. Patrem salutis meæ non teneo nisi Deum; de quo mihi dominus dixit: *Ne vobis patrem dicatis in terra;* & cui quotidie dicimus, *Pater noster qui es in cælis.* & alia manu: Recognovi.

1. Cor. 3. — 1. Cor. 4. — 1. Cor. 3. — Matth. 23. — 1. Cor. 4. — Matth. 23. — 1. Cor. 4. — Matth. 23. — Matth. 6.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CCXLIII.

Petilianus episcopus dixit: Quis dicitur qui eum ordinavit? dicat, quis eum ordinavit. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ordinator ejus inquiritur. Vnde quis eum ordinaverit evidentius designetur. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quem?

CCXLIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid ad causam pertineat veritatis uniuscujusque episcopi ordinator, non satis agnoscimus. Testimoniis divinis. Pater Deus est edoctus. & alia manu: Recognovi. Petilianus episcopus dixit: Qui vocatur, qui eum ordinavit edicat. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognovi. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ordinavit quem? multi adstamus: multi assertionem causæ secundum tenorem mandati suscepimus. cujus ordinatorem quærit, aut quare quærit, exponat pars diversa, ut videamus utrum dignum sit ad hæc respondere. & alia manu: Recognovi.

CCXLV.

Adeodatus episcopus dixit: Augustinus hæc dixit. Dicat, quis eum ordinavit. & alia manu: Adeodatus episcopus salva appellatione recognovi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non modo Augustini causam suscepimus defendendam, qualemcumque ipse habet. Et cum diceret: & alia manu: Recognovi. Adeodatus episcopus dixit: Hoc est in judicium causæ desperatæ, ut cum nos flagitemus alia, alia respondeatur; ut quoniam objectis respondere non possunt, quærant alia quibus nebulas innectant. Dicat igitur Augustinus, quis eum ordinaverit. & alia manu: Adeodatus episcopus salva appellatione recognovi. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Superflua quæri video. & cum diceret: & alia manu: Recognovi,

CCXLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad interrogata respondere dignare.

CCXLVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Superflua quæri video a fratribus nostris e diverso sistentibus, & ad ipsa superflua non denego responsionem; dum tamen ecclesiæ causa, cui responderi nihil potest, in fundamento tutissimo collocetur. Ego, cujus ordinatorem requiris, homo sum Christianus, fidelis, quod Deo teste loquor, catholicus. Vnde adhuc ambigimus quis dignus hoc nomine vocitetur? Ego illam ecclesiam defendo, hanc assero qualicumque voce; in qua quidquid fuero, illa ecclesia est. Video quo tendas. humanas calumnias consectaris: & quæ soleatis jactare & dicere, non alienum est ab auribus vel a cordibus nostris. Megalius me ordinavit, primatus ecclesiæ Numidiæ catholicæ, eo tempore quo ille me potuit ordinare. Ecce respondi. Prosequere, profer quæ præparas, ibi etiam calumniosus appareas. Ecce dixi ordinatorem meum; profer jam calumnias tuas. & alia manu: Recognovi.

CCXLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepisti prosecutionem. Vnde quid competat, respondere dignare; licet hæc, quæ de

A personis agantur, cognitionem differre non debeant.

CCXLIX.

Emeritus epicopus dixit: Si nulla est actio personarum, cur Cæciliani in judicio faciunt mentionem? Aut enim juste timent, quod enm desiderant excusare; aut si superflua actio adversus Cæcilianum intenta, liberant mores, vitam purgant, hoc ipsum debent legalibus testimoniis approbare. Dicimus etenim multis legalibus documentis, sacerdotum vitia, ac probrosos mores, & nefariam conversationem, maculam aut rugam inferre semper ecclesiæ. Vnde
B enim est, quod apostolus ait: *Non habentem maculam neque rugam*: & iterum: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse?* Multis etiam documentis lex divina diffunditur, quibus immaculata vita pastoris debeat cælestibus testimoniis approbari. Sed ne per longitudinem prosecutionis audientiæ fastidium faciam, aut forte prætereeam quæ competunt causæ, quoniam habemus in manibus divinorum sacramentorum collectam undique uniformitatem, idipsum potestas tua adversum eorum mandatum, quod legaliter se scripsisse dixerunt, jubeat recitari, ut post assertionem nostræ prosecutionis lectionemque libelli, sive literarum quas in judicio
C petimus recensendas, universa quæ nostris partibus competunt, specialiter peragamus. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

Ephes. 5. 1. Tim. 3.

CCL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constare quidem primitus volueram, ut quis loco petitoris adstaret, ex recitatione gestorum evidentissime monstraretur. Sed si vultis ab hac me parte discedere, evidenter ostendite, ut ea quæ offertis debeant recitari.

CCLI.

Montanus episcopus dixit: Interim jube recitari, & respondebimus. & alia manu: Monta-
D nus episcopus salva appellatione prosecutionem meam recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Romulus exceptor recitavit: Flavio Marcellino v. c. spectabili tribuno & notario Ianuarianus & ceteri episcopi veritatis catholicæ quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandavimus. & cum recitaret,

CCLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quantum ex istius epistolæ quæ profertur principiis demonstratur, denuo aliud video processisse mandatum, cum post confirmationem per-
E sonarum, ea omnia quæ partibus competitorum vestro nomine debuerant judiciis intimari, quoniam ab illis, post mandatum semel factum, constat transisse negotium.

CCLIII.

Emeritus episcopus dixit: In mandato suo legalia quæque se posuisse dixerunt. Hæc eadem legalia nos scripturis legalibus convincimus. nihil absque mandato est, imo, ut audientiam prudentia tua præbeat, hoc rogamus. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi. Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Non hæc proferri prohibui, sed rectius erat ut vestro nomine qui assistitis, proferrentur. Emeritus episcopus dixit: Cum actio nobis competat, scriptura mandati, nihil

ANNO CHRISTI 411.

hil interest, utrum ex nostra persona, an ex eorum qui mandaverunt, dummodo hoc ipsum jubeas recitari. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

CCLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Ego enim, ne quod juris esset omitterem, id videor interfatus. Romulus exceptor recitavit: Magnum justi cognitoris indicium est, quod uni parti concesserit. & cum recitaret,

CCLV.

Emeritus episcopus dixit: Non legit, non distinguit sensus. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

CCLVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ipsi legant; concedamus eis quod ipsi nobis concedere noluerunt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ecclesiastici notarii ea relegant, ut apertius designetur, quæ a venerabilibus viris constat oblata. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit ipsos petisse, ut a suis notariis gesta, quæ proferunt, recitentur. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil interest a quo relegantur. Petilianus episcopus dixit: Non de fide dubitatur officii, sed de pronuntiatione. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CCLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Superflua est ista causatio. Unde, ut diligentius omnia cognoscantur, ab ecclesiasticis notariis quod oblatum est recitetur. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legantur, concedentibus nobis, quod ipsi nobis concedere noluerunt. Habetdeum episcopus dixit: Ego lego. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lege.

CCLVIII.

Habetdeum episcopus dixit: Flavio Marcellino v. c. & spectabili tribuno & notario, Ianuarianus & ceteri episcopi veritatis catholicæ, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandavimus, magnum justi cognitoris indicium est, quod uni parti concesserit, alteri non negare, ne uni parti favere, alteram premere videatur. Quod te pro tua prudentia & longe prospicere, & longius concedet præcavere, maxime cum populos edictis invites de audientiæ tuæ libramine judicare. Adversarii igitur traditores persecutoresque nostri cum elucubratum volumen sui mandati, diuque cōceptum & expositum actis ingererent, sine præjudicio equidem nostro libenter audisti. Quod ut huic epistolæ nostræ concedas, impendio postulamus: non quo illorum prava perversaque doctrina nos terreat, sed ne labor sit defensoribus nostris, contra librum illorum prolixum, & contra prosecutiones eorum confligere, cum nec dies totus causæ sufficiat, nec vox aut latera defensioni, ut liber cum libro, & defensio cum defensione concertet. Quare igitur hanc epistolam nostram petimus accipi atque inseri jubeas; tunc deinde causam audire digneris. Adversarii enim nostri decursis testimoniis quibus ecclesia cum laude sui ubique diffunditur, id prius mandant suis defensoribus peragendum, ut contra nos, qui ecclesiæ de-

A fendimus puritatem, isto modo agant, ut eamdem ecclesiam, habituram in se permixtos simul bonos & malos usque in finem sæculi, dicant esse prædictam. Cujus rei causam nos magis ostendimus, ecclesiam domini in scripturis divinis sanctam & immaculatam fore ubique nuntiatam. Per Isaiam: *Exurge Sion, indue fortitudinem tuam Ierusalem civitas sancta: non adjiciet transire per te incircumcisus & immundus.* Et iterum: *Dic filiæ Sion: Ecce tibi salvator adveniet, habens mercedem & opus ante faciem suam, & vocabit illum populum sanctum, redemptum a domino. Tu autem vocaberis desiderata civitas, & non relicta.* Et iterum: *Confortamini* B *manus dissolutæ, & genua debilia confortamini. Qui estis pusillanimes, nolite timere, Deus noster judicium retribuet, & ipse veniet, & salvos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, plana erit lingua mutorum, & claudus saliet sicut cervus: quoniam rupta est in deserto aqua, & fons in terra sitienti. Et adjecit, illic via munda, & via sancta vocabitur, & non transibit illic immundus, neque erit illic via immunda. Etiam illic non erit leo, neque ex bestiis malis ascendet in illa, neque invenientur in illa, sed ambulabunt illic redempti & electi.* De qua in Canticis Canticorum ex persona domini scriptum est: *Tota speciosa es soror mea, & reprehensio non est in te.* Quod Paulus apostolus C apertissime demonstravit, dicens: *Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit propter eam, ut eam sanctificaret, purgans eam lavacro aquæ in verbo, & adjungens sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed sanctam & immaculatam.* Et iterum: *Desponsavi enim vos uni viro virginem sanctam assignare Christo.* His ergo tot & tantis documentis de ecclesiæ puritate, quæ per spiritum promittebatur, spretis atque contemptis, malos illa inter bonos esse mansuros per zizaniorum similitudinem incompetenter affirmant, cum ipsam similitudinem dominus interpretatus sit apostolis suis, dicens: *Qui seminat bonum semen, filius est hominis.* ager autem est hic D mundus: bonum autem semen, ii sunt filii regni: zizania autem, filii sunt maligni: inimicus autem, qui seminat ea, diabolus est: messis autem, consummatio sæculi: messores autem angeli sunt, & cetera. *Ager*, inquit, *est mundus*; non ergo ecclesia, sed mundus, in quo boni simul & mali usque ad messem, id est, usque ad divinum judicium reservantur. Quia nec potest a domino interpretata * imo corrumpere. Quoniam si apostoli, ipsius domini comites, in ecclesia zizania, id est, filios diaboli pullulantes, in sanctorum communione dimittendos esse didicissent, nunquam Simonem, Erastum, Philetum, Alexandrum, Deman, Hermogenem, ce- E terosque consimiles, ecclesiæ liminibus ejecissent. Imo, si ita esset, vacaret totum præconium scripturarum divinarum, quo jubentur polluti e medio sanctorum sacerdotum diligentia separari; dicente domino per Moysen: *Legitimum*, inquit, *æternum in progenies vestras, dividere inter sanctos & profanos, inter mundos & immundos.* Quod alibi neglectum in persona sacerdotum Spiritus increpat, dicens: *Sacerdotes ejus repulerunt legem meam, profanabant sancta mea, inter mundum & immundum non dividebant, & inter sanctum & pollutum non separabant.* Ad hanc parabolam illud quoque adversarii subjungunt,

Margin notes: TERTIÆ COGNITIONIS GESTA. — Isa. 52. — Isa. 62. — Isa. 35. — Cant. 4. — Ephes. 5. — 2. Cor. 11. — Matth. 13. — Lev. 10. — Ezech. 22.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

jungunt, paleas cum frumentis debere simul in ecclesia permanere. Quod Ieremias repercutit, dicens: *Quid paleis ad frumentum?* & Paulus apostolus: *Quæ particula est fideli cum infideli, aut quæ communio luci ad tenebras.* & Salomon: *Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo.* Pisces etiam bonos & malos uno retiaculo usque ad litus, idest, justos & injustos, usque in finem sæculi simul contineri & protrahi confirmant; non intuentes hoc de reis latentibus dictum, quoniam retiaculum in mari positum quid habeat, a piscatoribus, id est, a sacerdotibus, ignoratur, donec extractum ad litus ad purgationem boni seu mali prodantur. ita & latentes, & in ecclesia constituti, & a sacerdotibus ignorati, in divino judicio proditi, tamquam pisces mali, a sanctorum consortio separantur, sicut dominus in euangelio de latenti reo, qui per obreptionem sacerdotes fefellerat, per figuram loquitur, dicens: *Intrans,* inquit, *rex videre recumbentes, vidit illic hominem non habentem vestimentum nuptiale: & ait illi: Amice, quomodo huc venisti? ille autem obmutuit: & dixit rex ministris suis: Auferte illum manibus & pedibus, & mittite illum in tenebras exteriores: illic erit ploratio, & stridor dentium.* Secundum hanc igitur rationem, frustra dixerunt bonos propter malos sacrilega separatione non deseri; sed malos propter bonos pia unitate tolerari: cum propter hanc profanam percommixtionem commoveri, & sejunctionem maximam provocare, alio loco dominus indignatus ostendat. *Pro eo,* inquit, *quod facta est mihi omnis domus Israel permixtio, omnes æramentum, argentum, ferrum, stannum & plumbum, in medio camini ardentis permixtum. Propterea* (dicit) *hæc dicit dominus: Propter quod facti estis omnes in permixtione una, ideo ego recipio vos in medio Ierusalem, sicut recipitur æramentum, & argentum, & ferrum, & stannum & plumbum in medio camini, ad insufflandum in igni ut confletur. ita recipiam vos in ira mea, & concremabo, & insufflabo in vos insufflatione ignis iræ meæ; & conflabimini in medio ejus, & scietis quia ego sum dominus, qui effudi iram meam super vos.* Contra hæc & talia, quibus ecclesia Dei a contaminatione permixtorum immundorum defenditur, clarum est, adversarii qua conscientia patrocinantes erroribus malos nolint a bonorum communione discerni. Sequuntur enim apertissime blasphemantes, ut dicant, ecclesiam malorum delictis etiam manifestorum non posse maculari, adhibentes exempla prophetarum, qui licet eos increparent pro delictis, tamen se ab eis corporaliter non separarunt; cum ostendamus longe aliud fuisse illud tempus in quo frequentare baptismum, toties quoties peccabant, permittebantur. Tamen etiam sic inveniuntur eidem prophetæ a malorum communione se abstinuisse, quando Sophonias propheta, qui ad Ieroboam in schismate positum missus, nec panem nec aquam jubetur accipere; qui circumventus, violato præcepto, a leone consectus est: Elias autem & Elisæus altaribus schismatis Samariæ nunquam communicaverint, neque consenserint, qui magis in solitudine morabantur. Osee quoque propheta ostenditur non interfuisse mysteriis eorum quorum sacrificia detestatur & damnat, dicens: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnis qui tetigerit ex eis, inquinabitur.* Amos denique quando potuit Samariæ mysteriis misceri? de quo pseudopropheta ita regi invidiam facit, dicens: *Conglobationes facit adversum te Amos, in medio domus Israel. Non potest terra supportare sermones ejus,* & ob hoc insuper expellitur. Iam vero in ipsa Ierusalem quomodo poterant prophetæ sacrificiis peccantium hominum communicare, quæ ipsi divino spiritu pleni damnabant? Isaia dicente: *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? dicit dominus. plenus sum. Holocautomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo; nec sic veniatis in conspectu meo. Quis enim exquisivit ista de manibus vestris? calcare aulam meam non adjicietis. si attuleritis similaginem, vanum: incensum, abominatio est mihi. Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non sustineo. Iejunium, & ferias, & dies festos vestros odit anima mea. Facti enim estis mihi in abundantia multa. Iam non parcam peccatis vestris. Cum extenderitis manus, avertam oculos meos a vobis: & si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et iterum: *Facinorosus autem qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat; & qui similam offert, quasi sanguinem porcinum; & qui thus in memoriam, quasi blasphemus.* Aggæus etiam non modo sacrificia, sed ipsam gentem peccatricem penitus execratur, dicens: *Sic & populus iste, & sic gens ista: & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Et Malachias: *Vos o sacerdotes, qui profanatis nomen meum, & dixistis: In quo profanavimus nomen tuum? & ponentes in altario meo panes pollutos; & dixistis: In quo polluimus illos? in eo ut diceretis: Mensa domini benedicta est, & quæ superponebantur annullastis.* & ita in omnibus prophetis invenies: quoniam si communicassent eis quos tantis vocibus condemnabant, prævaricationis crimen incurrerent. Quod ergo inter eos erant, commorationis fuit, non communionis. In defensionem deinde sceleris sui auctoritatem sibi exemplo Iudæ traditoris assumunt, quo cum dicant a domino, & præcognitum assumptum, & cognitum toleratum: cum utique sine præjudicio præscientiæ suæ, dominus Christus Iudam in apostolorum numerum assumpserit: cognitum sibi, non hominibus, hac ratione pertulerit, qua & hodie perferre videtur occultos. Scriptum est enim: *Quæ occulta sunt mihi, quæ manifesta vobis & filiis vestris.* In psalmis: *Nonne Deus inquiret ista? ipse enim scit latentia cordis.* In Regnorum: *Homo videt in faciem, Deus autem videt in corde.* & Apocalypsi: *& scient omnes ecclesiæ quoniam ego sum scrutator renum & cordis.* Denique domino cum discipulis recumbente & dicente: *Vnus ex vobis me tradet:* atque respondente eodem Iuda: *Numquid ego sum domine:* & ab eodem domino audiret: *Tu dixisti,* detectum se protinus videns, confusus abscessit: sed cum ipsa postmodum turba ad tradendum dominum venit. Vacant ergo cum solo Iuda patrono inimici dominicæ veritatis, qui suo more defendere reos manifestissimos elaborant: item ad defensionem pollutæ permixtionis suæ verba apostoli objiciunt, quibus ait: *Sive per occasionem, sive per veritatem miserebor, quoniam filii fornicationis sunt, quia fornicata est mater ipsorum, dedecoravit eos quæ peperit eos.* & in Isaia: *Quomodo vestimentum conspersum in sanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti;*

2. Cor. 6. — Eccl. 13. — Matth. 22. — Ezech. 22. — Osee 9. — ANNO CHRISTI 411. — Amos 7. — Isa. 1. — Isa. 66 — Agg. 2. — Malach. 1 — Luc. 8 — Psal. 43 — 1. Reg. 16 — Apocal. 2 — Ioan. 13. — Matth. — Philipp. 1 — Osee 2. — Isai. 14.

cidisti: non manebis in æternum tempus, semen nequam. Para filios tuos interfici peccatis patris sui, ut non exurgant. Et in Regnorum libro tertio: *Et deposuit Salomon Abiathar de sacerdotio domini, ut impleatur verbum domini, quod locutus est de domo Heli in Selom.* Iam vero quod dicunt baptismum Christi ita defendi sicut defenditur ipsa catholica ubique & apud omnes esse, decretis patrum nostrorum martyrum beatissimorum compendio brevitatis excluditur. Illud autem quam incaute immemores sui inimici veritatis oppugnant, & apud fures & raptores quoslibet extraneos datum baptisma suscipi debere adhibito incompetenti ad hanc rem testimonio Pauli apostoli, quo scriptum est: *Qui veritatem Dei injustitiam detinent*, hoc in loco furtum furtivo voluerunt defendere testimonio: apostolus enim de gentilibus agens, & incredulos increpans, ita locutus est, dicens: *Revelabitur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei injustitiam detinent: quoniam quod cognoscibile est, Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Etenim quæ invisibilia sunt ejus a constitutione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus & divinitas; ita ut sint inexcusabiles: quia cum cognovissent Deum, non ut Deum honorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & intenebratum est insipiens cor illorum. Dicentes enim se esse sapientes, infatuati sunt, & immutaverunt claritatem Dei incorrupti, in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum: propter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum in immunditiam.* Unde secundum hunc sensum etiam gentilium inquinata mysteria se suscipere profitentur. Secuti autem sunt errorem suum evidentissimis accumulare blasphemiis, quo dicant eos qui hæreticorum baptisma reprobant, posse Christum reprobare, quod eum dæmonia confessa sunt. Hoc loco non solum sanctorum martyrum decretis insultant, sed magis parati sunt dæmoniorum, quia Christum confessi sunt, communioni misceri. Quod autem subtili brevitate ita dixerunt, eum qui foris baptizatus fuerit, suscipi debere, non ut quod deest, adsit, sed ut quod inest, prosit, in utroque seipsos circumvenisse monstrantur. Omnia enim hæc, ut supradictum est sanctorum martyrum sententiis evacuantur: unde enim fieri potest, si una est ecclesia, & indivisus est Christus, ut foris positus baptismum consequatur? Quod vero sibi a nobis objici dicunt, manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis; & quasi respondentes occurrunt, moribus potius debere homines quam corpore separari; ad hoc non modo moribus, sed etiam corpore malis debere disjungi, multis admodum testimoniis legalibus approbamus. In Numeris: *Discedite a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & ne tetigeritis ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis & vos in omnibus peccatis eorum.* Item Isaias: *Discedite, discedite: exite inde, & immundum nolite tangere: discedite de medio eorum qui fertis vasa domini.* Item apostolus: *Vos enim estis templum Dei vivi: dicit enim ipse: Quoniam habitabo in eis, & in eis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.* Illud vero quale est, ut cum nos eis objiciamus persecutiones & immanes crudelitates, quibus ipsi & majores eorum nos patresque nostros per annos centum vel amplius sine cessatione afflixerint atque vexaverint, illi isto non erubescant uti suffugio, quod dicant ab aliquibus nostrorum Maximianistis fuisse persecutiones illatas; cum utique longe aliud sit usurpata ecclesiastica & compauperum civiliter repetere voluisse, nec ullum ad communionem nostram nolentem invitumque coegisse, & aliud sit aperto furore per universum populum Christianum omnia mala crudeliter exercere. Quis enim nesciat istos traditores persecutoresque nostros, ab ipso exordio condemnatæ traditionis commentitiis precibus, cunctis in nostram necem hujus sæculi principibus supplicasse, atque ad suam communionem contra Dei præcepta minis & proscriptionibus coartasse? Nam, ut omittamus quantus sanguis Christianus effusus sit per Leontium, Ursacium, Macarium, Paulum, Taurinum, Romanum, ceterosque executores, quos in sanctorum necem a principibus sæculi meruerunt; quando plurimi venerabiles sacerdotes occisi, alii in exilium relegati, Christianitas late vexata, sacrata; stuprata virginitas, proscripti divites, spoliati pauperes, ablatæ basilicæ, atque acti in fugam profugi sacerdotes? Nostro nunc tempore quanta commiserint nullus ignorat. Episcopis ingesserunt exilia, Christianis fugientibus præcipitia, oppresserunt populos, prædati sunt clericos, invaserunt basilicas, intulerunt consentire nolentibus plagas: postremo in uno tantum oppido Bagaiensi, eorum causa, multorum Christianorum sanguis effusus est: & nec sic satiati in hodiernum cessare contenti sunt. Unde quia ad hoc tantæ immanitatis eorum acerbissimos titulos de scripturis divinis, quibus ista flagitia prohibentur, superfluum sit documenta subnectere, cum talia nec mundanis legibus permittantur, satis sit eorum nos errori respondisse, & quæ superfluo responderunt, divinis testimoniis eluisse. & alia manu: Dominus te incolumem conservet, quod optamus. Recognovi.

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

CCLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Id quod lectum est gestis præsentibus adhærebit; & adjecit: Quoniam in hoc præbitam patientiam constat, ea quæ dudum sunt oblata recitentur, & ad hæc omnia pars e diverso sistens respondere cogantur.

CCLX.

Emeritus episcopus dixit: Prius testimoniis testimonia revincant, tunc ad ea, quæ sublimitas tua judicaverit, veniendum est. & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

CCLXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Permitte nos, vir sublimis, pro causa ecclesiæ non diutius superfluis immorari. atque utinam fratres nostri e diverso sistentes hanc epistolam ante illos omnes moratorios sermones suos protulissent, ut jam de ecclesia, unde causa vertitur, aliquid ageremus. Animadvertit ergo nobilitas tua in hac epistola duo quædam genera vel objectionum vel rerum inserta, quibus respondere debeamus. Unum, de divinis scripturis, & sanctæ legis eloquiis: alterum, de crimi-

TERTIAE COGNITIONIS GESTA. criminationibus humanis, quæ objicienda nescio qui invidiosius potius quam verius putaverunt. Ad hæc duo paucis, si dominus adjuverit, respondebimus, ne prolixum sermonem tantæ prolixitati reddamus. Quæstio est de ecclesia, utrum permixtos malos usque in fine habitura prædicta est, an omnino omnes bonos, omnes sanctos atque immaculatos in hoc sæculo, isto etiam tempore usque in finem ultimum sæculi. Vtraque testimonia divina sunt, & utique repugnantia esse non debent, nec omnino possunt, si intellectorem inveniant. Aream esse ecclesiam non ego dixi, non quisquam nostrum, sed euangelium loquitur, ubi scriptum est: *Venturum qui ventilabrum ferat in manu sua, & mundaturum aream suam: frumenta recondet in horreo.* & cum diceret: & alia manu: Recognovi.

Luc. 3.

CCLXII.

Emeritus episcopus dixit: Non legit aream. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ioannes dixit: *Mundabit aream suam, frumenta recondet in horreo.* & cum diceret: & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quod postulat, relegatur.

Ibidem.

CCLXIII.

Petilianus episcopus dixit: De occultis reis hoc dixit euangelista, non de evidentibus, quos tu vis tecum esse permixtos. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CCLXIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Prosecutio nostra pro ipsorum epistola habeatur. legi cœpit, nullus a nobis relatus est strepitus, nulla interturbatio, nulla interruptio: permittat ut finiam quod cœpi eloqui, & sic respondeat. Quare non nobis rependitur quod prærogavimus? Animadvertit nobilitas tua patientiam nostram cum tam longa recitaretur epistola. & cum diceret: & alia manu: Recognovi, Emeritus episcopus dixit: Nos gravat cum se dicit esse patientem, & non debet de se referre sententiam de quo alius judicat. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

CCLXV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: O si esses & tu patiens donec finiam quod prosequor! Ergo, ut dicere cœperam, divina sunt testimonia de zizaniis & tritico, ea quæ intelligere conati: verumtamen de retibus aliquando confessi sunt, quod malos & bonos habitura est ecclesia, sed eos dixerunt esse sacerdotibus incognitos, & ideo non præjudicare bonis, quoniam ignorarentur. Ego autem possem qualibuscumque facultatulæ meæ assertionibus ostendere, illum esse veriorem intellectum, quod ecclesia habeat & bonos & malos, zizania scilicet & triticum, mundumque ipsum appellatum esse pro ecclesiæ nomine: quandoquidem dominus ipse dicit: *Non ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum*, cum sciamus dominum non salvare nisi ecclesiam. & alia manu: Recognovi.

Ioan. 3.

CCLXVI.

Ioan. 1. Emeritus episcopus dixit: *Mundus te non cognovit.* Ergo Deum ecclesia non agnovit, si mundus ecclesia est. & iterum dixit: *Vt reus fiat totus mundus Deo.* & iterum dixit: *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset amasset: sed nunc quoniam de mundo non estis, propterea odit & persequitur vos mundus.* Et iterum: *Ipsi de mundo sunt, & mundus obaudit eis.* Et iterum: *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo.* & alia manu: Emeritus episcopus salva appellatione recognovi.

Ioan. 15. Ioan. 8. ANNO CHRISTI 411. Ioan. 8. 1. Ioan.

CCLXVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Omnia ista possemus & nos dicere, & velut contraria primo proposita solvere. Itaque sine causa interrumpunt isto strepitu; quia epistolæ ipsorum possemus talia facere, ne recitaretur. patienter audiant: admoneantur" sublimitatem tuam facere, quod sponte facere debuerunt: patienter audiant, non est res levis quæ tractatur a nobis. Suscepimus hodie respondere, si Deus adjuverit, prolixæ epistolæ eorum, nec rogare ut edatur nobis, & consideremus, & postea respondeamus, sicut ipsi de mandato nostro fecerunt. Præbeant nobis aliquam patientiam, per incolumitatem tuam. & alia manu: Recognovi.

"per

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta postulantur. Patientiam ejusdem prosecutioni certum est debere commodari.

CCLXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Ipse sibi obstrepit, dum longa prosequitur. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi.

CCLXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si respondere volunt, removeatur epistola, & singuli respondeamus: sin autem, permittant responsionem.

CCLXX.

Adeodatus episcopus dixit: Possumus præbere patientiam. & cum diceret: & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi, Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quando legebatur epistola, sic habebamus tamquam ipsi prosequerentur: prosecutioni ipsorum præbuimus silentium: nolo enim dicere patientiam, quia id calumniantur. præbeant nobis & ipsi silentium. & alia manu: Recognovi. Adeodatus episcopus dixit: Possumus præbere patientiam: quam quidem præbemus, si ea quæ pars diversa asserit, habeant firmissimam rationem. Nam cum aliter lex interpretetur quam est, quis ferat, quis patiatur silentio afferri præjudicium? & alia manu: Adeodatus episcopus recognovi. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Serva tibi quod reprehendas si aliquid contradicitur. & alia manu: Recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Promissa patientia præbeatur. Montanus episcopus dixit: "Quando omnia in animo retinentur, si non ad singula respondeamus. & alia manu: Montanus episcopus recognovi.

"Quoniam

CCLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Tenorem universæ epistolæ patienter constat auditum. consequens est ut responsionem ad singula patienter audire dignemini.

CCLXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ideo & illa conscripta sunt, & hæc excipiuntur. si quid memoriam fallit, & ego possum petere, ut mihi de epistola recitetur, & ipsi possunt, ut illis ex codicibus recitetur. Præbeatur silentium, agamus aliquid. Vt ergo dicere cœperam, ipsis admonentibus, invenimus in scripturis mundi

mundi nomen in malo, mundi nomen in bono. Nam mundi nomen in malo, sicut ipsi dixerunt: *Et mundus eum non cognovit*: &, *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo*, & cetera. Mundi autem nomen in bono, *Vt credat mundus quoniam tu misisti*. non enim credere malorum est. Mundi nomen in bono: *Non venit ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum*. Non salvabitur nisi ecclesia in mundo. Cum ergo & in bono mundus, & in malo mundus; unde ista scripturarum rixa? si intellectore careat. Adhibe lumen intelligentiæ, vide mundum in malo, omnes dilectores temporalium per universas gentes: vide mundum in bono, omnes fideles & spem gerentes æternæ vitæ per universas gentes: *Deus erat in Christo*, inquit, *mundum reconcilians sibi*, si reconciliari potest Deo detestatus ille mundus, de quo dictum est: *Quia non est caritas Christi in eo qui dilexerit mundum*, judicent qui loquuntur. Audiat ergo patienter nobilitas tua, video scripturam sanctam commixtos bonos & malos, sicut ipsi de retibus jam confessi sunt, præsignasse ecclesiam. & cum diceret, cumque streperetur, Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit, quia perstrepunt.

CCLXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Vbi est promissa patientia, quæve vicissitudo rependitur? Nonne indicant, quemadmodum diffidant? & alia manu: Recognovi.

CCLXXIV.

Petilianus episcopus dixit: Quid sit mundus, quid sit ecclesia, apertissime definitum est ab ipso auctore mundi atque factore, *per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil est factum*. Ipse enim dominus dixit: *Mundus hic ager*. Posset dicere, mundus, ecclesia est. Quis igitur hominum audet definire quid mundus sit, cum ipse dominus hujus factor atque opifex jam dignatus fuerit definire? & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CCLXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Qui mundus sit, qui salvandus dicitur, evidenter ostendite.

CCLXXVI.

Petilianus episcopus dixit: Homo dictus est mundus, ubi dixit: *Mundum reconcilians sibi*. non enim sibi Deus belluas, sed homines voluit reconciliari. & alia manu: Petilianus episcopus recognovi.

CCLXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex his omnibus qui mundi nomine nuncupantur, dicis ecclesiam posse constare, postea declaratam; an certe renuis?

CCLXXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Tollis nos a manifesta præscriptione. Ait dominus Christus in evangelio: *Ager mundus est*. Et cum diceret. & alia manu: Emeritus episcopus recognovi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Patimini ergo, ut ad omnia quæ epistolæ textus continet, respondeant; & tunc plenissime de omnibus judicabo. TERTIAE COGNITIONIS GESTA.

CCLXXIX.

Hilarus exceptor dixit: Quoniam a diluculo partes egerunt, & codices binos implevimus, si jubet paternitas tua, alii nobis exceptores subrogentur, ut ad conferendum exeamus, datis nobis custodibus. Vitalis notarius ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc & ego suggero, quod & exceptor nobilitatis tuæ adstans suggessit.

CCLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut etiam superiore judicio factum est, hi qui se tabulas implesse commemorant, cum custodibus exeant, in eorum loco aliis subrogatis. cumque id fieret.

CCLXXXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mundus ergo, non enim aliter & nobis videri potuit, in hominibus intelligitur. non utique ita stulti sumus, ut belluas etiam & quæcumque irrationabilia animantia ad salutem, quam Christus promisit, pertinere dicamus. Prorsus hoc dicimus: *Mundus in maligno positus est*, homines sunt: *Vt credat mundus, quia tu misisti*, homines sunt: *Mundum reconcilians sibi*, homines sunt. & cetera quæ in malo dicta sunt, homines illi, homines illi: per totum enim mundum, utique mali mixti bonis. Sic & ecclesiam, quam confessi sunt, retium nomine declaratam habere malos, sed dixerunt latere piscatores, constat jam quod habeat bonos & malos: de latendo & de non latendo quæstio est, utrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolerare, ne desererent bonos, an propter malos totum deserere voluerint, quibus mali quid in ecclesia apparuerit, ipsa quæstio est. hoc probamus. Dicimus enim nos, non negligendam quidem ecclesiasticam disciplinam, & ubicumque fuerint proditi mali, coercendos eos esse ut corrigantur, non solum sermone correctionis, verum etiam excommunicationibus, degradationibus, ut humilem locum salutis in ecclesia quærant ad medicinam ipsorum fieri, non odio, sed studio salutis fraternæ: sicut quodam loco etiam ipse apostolus evidentissime declarat, dicens: *Si quis non obaudit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo*." . . . .

1. Ioan. 5. — Ioan. 17. — 2. Cor. 5. — 2. Thess. 3. — " cetera desiderantur

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vellem " quidem, quod & omni votorum intentione nunc cupio, ut quanta ex demonstratione veritatis & tandem proditi erroris orta lætitia est, tanta ex conversione superstitionis antiquæ, & in melius mutatæ sententiæ gratulatio nasceretur. Magna enim gaudia esse quis dubitet, cum inveteratæ ægritudini provenit insperata curatio, causamque exultationis in talibus majorem facit sanitas restituta, quam semper retenta? Sed quia obstinatio mentium perditarum, quas pravæ simul persuasionis vincula nexuerant, ad

" sententia cognitoris in gratiam catholicorum

TERTIÆ COGNITIONIS GESTA.

ANNO CHRISTI 411.

ad viam salutis ostensæ aut redire dissimulat, aut, quod est deterius, impudentia reformidat, exerenda jam legum est & exercenda sententia, ut quos ad bonam valetudinem leniora, post apertam cominus veritatem, medicamina non revocant, acrior restituat curationis intentio. Cui enim ratio proxima, sicut gestorum series subjecta demonstrat, sicut divinorum quoque voluminum indita exempla testantur, non liquido declaret, alieni, etiamsi probari potuisset, sceleris noxa, alium fieri reum omnino non posse: & universalis ecclesiæ statum Cæciliani insimulatione, de quo nihil reprehensibile potuit approbari, non debere subverti, nec absentiam eorum, qui se a corpore ecclesiæ separant, lata adversus eum præjudicare valuisse sententia: sicut nec a Maximianistis recenti tempore in absentem Primianum prolata damnatio eidem nocere prævaluit? Cui etiam illud ad correptionis causam non omni ex parte sufficiat, tot judiciis patefacta Donato auctore schismatis comprobatio, Cæciliani persolutio atque purgatio, ultimaque sententia triumphalis memoriæ Constantini, qua evidentius docetur expressa & Cæciliani innocentia, & Donati sociorumque ejus calumniosa criminatio? Felicis quoque Aptungensis ordinatoris ejus proconsularis sententiæ documentis ostensa purgatio? Vnde, si hæc tam perspicua & manifesta inveterato nequeunt mederi morbo, putris est vulneris sanies reprimenda, ut libertate præclusa, sibi tantum nocere, quia hoc potius elegit, incipiat. Per hæc enim fiet, ut velit aliquando sanari. Declaratæ igitur veritati detecta falsitas colla summittat. Vnde universos ordinis viros, dominos etiam fundorum, actores, conductores tam domus divinæ, quam etiam privatarum possessionum, senioresque omnium locorum, hujus edicti auctoritate commoneo, quatenus memores legum, dignitatum, æstimationis, salutisque propriæ, Donatistarum conventicula in omnibus civitatibus & locis prohibere contendant, ita ut ecclesias, quas eis humanitate mea absque imperiali præcepto usque ad diem sententiæ constat indultas, catholicis tradere sine ulla dilatione festinent, ni malunt tot sanctionum laqueis irretiri: quas quidem, si unitati catholicæ consentire voluerint, eorum esse sat certum est. Majore autem causa atque solertia post detectam modis omnibus unitatem superstitionemque convictam, a proprii debent facinoris intentione depelli. Hi autem qui post vetita legum eorum se cœtibus miscuerint, indubitanter intelligant, pœnam se imperiali arbitrio præstitutam ulterius vitare non posse, quos principe loco post agnitæ catholicæ reverentiam legis ad profanos eorum cœtus communionemque redisse sat clarum est. Quod ut ante non fieret, patientiæ tantum consideratione, & spe correptionis aliqua ex parte distuleram. Hactenus igitur inimicos fidei Christianis legibus insultasse sufficiat: maxime cum eorum notas certum sit esse personas, quid necesse est tot sanctionum, quem nulla emendatio subsecuta est, nexibus subdi? Ipsam vero catholicorum episcoporum, etiam post victoriam veritatis, noverint Donatistæ manere sententiam, ut completis collationibus, quas eis & ante oblatas publica conscientia retinetur, & nunc offerri sine dubitatione sat certum est, sese suscipi posse cognoscant. Superioris autem edicti fidem in omnibus certum est reservari. Vnde unusquisque Donati communionis episcopus ad loca propria sine ulla debet inquietudine ac molestia remeare, quatenus in propriis constitutus, aut ad unam veramque ecclesiam revertatur, aut satis legibus facere sine dissimulatione non differat. Ii autem qui in præsidiis suis circumcellionum turbas se habere cognoscunt, sciant, nisi eorum insolentiam omnimodis comprimere & refrenare gestierint, maxime ea loca fisco mox occupanda. Siquidem tam catholicæ legi, quam quieti publicæ, ut eorum conquiescat insania, in hac parte consulitur. Gestorum autem lectio quæ profertur, superius memoratum a Donatistis errorem schismatis extitisse, atque Cæcilianum & ceteros, quos improbe crediderant accusandos, fuisse purgatos, sanctitatem vestram plenissime poterit edocere.

PROPONATVR.

Ex libro XVI. codicis Theodosiani.

Imperatores Honorius & Theodosius Augusti, Iuliano proconsuli Africæ.

NOTIONE & solicitudine Marcellini spectabilis memoriæ viri, contra Donatistas gesta sunt ea, quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Datum III. Kalendas Septembris Romæ, Constantio & Constante consulibus.ª

ª Ann. C 414.

De hac collatione Carthaginensi vide Baronium anno domini 411.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Papyrius Massonus I.C. Collationis hujusce Carthaginensis editor primus celeberrimo imperatorum Honorii & Theodosii edicto tria subjecerat Augustini, Possidii, atque Orosii excerpta; quæ nescio quo consilio prætermissa sunt in editione Commeliniana anni 1596. nec deinde restituta a Severino Binio, Regio collectore, eoque qui Optato Milevitano episcopo observationibus Gabrielis Albaspinei episcopi Aurelianensis illustrato eamdem collationem cum ipsius historia, ex rerum ecclesiasticarum commentariis Francisci Balduinij I. C. desumpta, adjungendam curavit. Nos vero eadem hic tibi, lector reponimus, ut quæ plurimum lucis obscuris illorum temporum rebus sint allatura.

" ** *Sanctus Augustinus in libro de gestis an. 418. cum Emerito Donatistarum episcopo cujus crebra mentio in Collat.* Præsentibus vobis fratrem & coepiscopum meum Deuterium (Cæsariæ) obstringo, ut quemadmodum fit apud Carthaginem, apud Tagastam, apud Constantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes ecclesias, sic etiam deinceps facere non pigrescat, ut annis omnibus, per jejuniorum dies, id est quadragesimam ante pascha, quando vobis maxime jejunantibus plus vacat audire, eadem gesta collationis per annos singulos universa a capite in finem ex ordine recitentur.

" ** *Possidius*

"** *Possidius in vita sancti Augustini.* Et de his omnibus pro pace ecclesiæ gestis Augustino dominus & hic palmam dedit, & apud se justitiæ coronam reservavit. Iam jamque ac magis juvante Christo de die in diem augebatur & multiplicabatur pacis unitas & ecclesiæ Dei fraternitas. Et id maxime factum per collationem quæ ab universis episcopis catholicis apud Carthaginem cum eisdem Donatistarum episcopis postmodum facta est, id jubente gloriosissimo & religiosissimo imperatore Honorio. Propter quod perficiendum etiam a suo latere tribunum & notarium Marcellinum ad Africam judicem miserat. In qua controversia illi omnimodis confutati atque de errore a catholicis convicti, sententia cognitoris notati sunt, & post eorum appellationem, piissimi regis responso inusti, inter hæreticos condemnati sunt. Ex qua ratione solito amplius eorum episcopi cum suis clericis & plebibus communicaverunt, & qui pacem tenuerunt catholicam multas eorum persecutiones usque ad membrorum amputationem & internecionem pertulerunt. Verum totum illud bonum, ut dixi, per sanctum illum hominem consulentibus nostris episcopis & pariter satagentibus & cœptum & perfectum est.

"** *Orosius libro septimo.* In his diebus præcipiente Honorio & adjuvante Constantio Comite pax & veritas per universam Africam ecclesiæ catholicæ reddita est: & corpus Christi, quod nos sumus, redintegrata discessione sanatum est, imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno, viro imprimis prudenti & industrio, omniumque studiorum bonorum appetentissimo: quem Marinus apud Carthaginem, incertum, zelo stimulatus an auro corruptus occidit: qui continuo revocatus ab Africa, factusque privatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam, conscientiæ suæ dimissus est.

Neque vero omittendus foret Breviculus ejusdem collationis a sancto Augustino, ut in manibus omnium esset resectis minus utilibus narrationibus elaboratus, nisi prostaret cuivis per ocium percurrendus tomo VII. operum omnium ejusdem sanctissimi ecclesiæ doctoris. Porro hic necessarium videtur adscribere, quod de seipso ac Pelagio breviter narrat sanctus Augustinus cap. 22. libri de Gestis Palæstinis in causa Pelagii, his verbis: *Posteaquam Pelagius in Africam venit, me absente, nostro*, Hipponense intelligit, *littore, ubi omnino nihil ab illo hujusmodi auditum est: quia & citius quam putabatur, inde profectus est. Postmodum ejus faciem Carthagini, quantum recolo, semel vel iterum vidi, quando cura collationis quam cum Donatistis hæreticis habituri eramus, occupatissimus fui, ille vero etiam ad transmarina properavit*, id est in Palæstinam.

Ad eadem quoque tempora, ut arbitramur, referri debet antiquissimum Bracarense in Lusitania a pluribus episcopis celebratum concilium præside Pancratiano metropolita, quod merito dixerim primum: a Garsa Loaysa, Severino Binio, Regio collectore, aliisque deinceps præteritum, sed a Bernardo Brito parte altera Monarchiæ Lusitanæ Olysippone anno 16(.9. in folio editæ ex mss. codicibus studio F. Augustini de Castro archiepiscopi Bracarensis exhibitum Latine simul ac Lusitanice. unde illud tibi, lector, exscribendum curavimus, atque huicce loco inserendum.

"** BRACARENSE CONCILIUM I.

Præside Pancratio sive Pancratiano primæ sedis Bracarensis episcopo.

Ex capitulo II. libri sexti Monarchiæ Lusitanæ F. Bernardi de Brito Monachi ordinis sancti Bernardi & chronologi generalis nunc primum ceteris conciliis additum.

CONVENIENTIBUS episcopis Elipandus Colimb. Pamerius Egitaneus, Atisbertus Portugalensis, Deusdedit Lucensis, Gelasius Emeritensis, Pontamius Eminiensis, Tiburtius Lamacensis, Agathius Iriensis, Petrus Numantinus, in fano sanctæ Mariæ Bracarensis, *dominus Pancratianus episcopus primæ sedis dixit:*

Notum vobis est, fratres & socii mei, quomodo barbaræ gentes devastant universam Hispaniam, templa evertunt, servos Christi occidunt in ore gladii, & memorias sanctorum, ossa, sepulcra, cœmeteria profanant, vires imperii confringunt, modo commoventes omnia sicut stipulam ante faciem venti. Præter Celtiberiam & Carpetaniam jam reliqua omnia versus Pyreneos sub sua jacent potestate. Et quia malum hoc jam jam est supra capita nostra, volui vos advocare, ut unusquisque sua provideat, & omnes simul communem ecclesiæ calamitatem. Provideamus, socii, remedium animarum, ne multitudo laborum & afflictionum compellat eos abire in consilium impiorum, stare in via peccatorum, & sedere in cathedra pestilentiæ, aut apostatare a vera fide, & ad hoc exempla constantiæ nostræ ponamus ob oculos subditorum, patientes pro Christo aliquid ex multis tormentis, quæ ipse pertulit pro nobis.

Quia vero nonnulli Alanorum, Suevorum, Vvandalorumque sunt idololatræ, alii vero Arianam hæresim profitentur, visum mihi est vobis approbantibus ad majorem fidei firmitudinem contra similes errores sententiam proferre. Quid vobis videtur?

Omnes (*responderunt*) Iustum, pium, sanctum expediensque negotium.

Pancratianus: Credo in Deum, unum, verum, æternum, ingenitum, a nullo procedentem, qui condidit cœlum, terram, & quæ in eis sunt visibilia & invisibilia.

Omnes episcopi: Similiter & nos credimus.

Pancr. Credo in unum verbum genitum ab ipso patre ante tempora, Deum ex Deo vero, ex eadem substantia patris, sine quo factum est nihil & per quem omnia creata sunt.

Omnes episcopi: Similiter nos credimus.

Pancr. Credo in Spiritum sanctum procedentem a Patre & Verbo, unicum in Deitate cum ipsis, qui per ora prophetarum locutus est, supra apostolos sedit, Mariam Christi matrem replevit.

Omnes episcopi: Similiter & nos credimus.

Pancr. Credo quod in hac trinitate non sit majus aut minus, prius aut posterius, sed in tribus distinctis personis sit una æqualitas, una deitas, una divinitas.

Omnes episcopi: Similiter & nos credimus.

Pancr. Damno, excommunico, reprobo, anathematizo omnes contrarium sentientes, tenentes, & prædicantes.

Omnes episcopi: Similiter & nos damnamus.

Pancr. Credo quod Dei gentium sint dæmonia, os habent & non loquentur, oculos & non videbunt, aures & non audient, neque sit spiritus in ore ipsorum.

Omnes: Similiter & nos credimus.

Cælestium Constantinopoli debellatum. Hoc ad annum 423. referas licet, nō vero 419. Ex ep. Cœlestini c. 18. Part. I. concilii Ephesini pa. 361. A. III. tomi Ab Ephesiis quoque pulsos docet Prosper cap. 2. Carminis deingratis.
" Paulinus diac. in suo libello repetit verbū illud, *damna.*
" S. Aug. c. 3. & 4. l. 11. ad Bonifacium papā contra duas epistolas Pelagianorum & alibi.
" fuerat quoque ab Innocentio auctoritate vigoris apostolici eccl. comm privatus.
" S. Aug. eodē c. 3. lib. 11. ad Bonifacium papam: *Cum ejus præsentia &c. se subtraxit & negavit examini.*
" De hac tractatoria epistola plura paulo post
" S. Aug. ep. 157. ad Optatum: *Conciliorum episcopalium vigilantia a duobus vener. antistitibus apostolica sedis toto Christiano orbe damnati sunt.*
" Paucis mutatis eadem habentur in commentariolis in epist. ad Romanos, quæ extant Tom. VIII operum S. Hieron. Ea vel hinc Pelagio asseras; etsi alia deessent argumenta, præsertim petitum ex

& Thessalonicam, & Carthaginem ad episcopos missis: quarum exemplaria habentes proferre sumus parati.

Prædictus tamen Cælestius etiam hinc ejectus ad urbem Romam sub sanctæ memoriæ Zosimo episcopo tota festinatione perrexit: ubi actis, quorum exemplaria habemus, interrogatus, cum ab illo cognitore aliquatenus terreretur, crebris responsionibus, & prosecutionibus suis spem præseminavit, condemnare se illa capitula, de quibus apud Carthaginem fuerat accusatus, promittens. Id enim & instantius jubebatur, ab eoque vehementius" ut id faceret expectabatur; atque ob hoc ipsum nonnulla illius sancti sacerdotis "humanitate dignus est habitus: & sic epistolam quamdam benignitatis plenam ad Afros episcopos meruit: qua ille abusus est, vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem.

Episcopis vero ex Africa rescribentibus, omnemque causam, quæ apud eos facta fuerat exponentibus; missis etiam gestis exinde, quæ fuerant tunc cum illo, vel de illo confecta, vocatur ad audientiam pleniorem, ut quæ promiserat, festinaret implere id est, ut damnatis prædictis capitulis", sententia Afrorum pontificum qua fuerat communione privatus, absolveretur; non solum non adfuit, sed etiam ex memorata Romana urbe" profugit, atque ob hoc a beatæ memoriæ prædicto Zosimo episcopo" scriptis amplissimis, vel longissimis perdamnatus" est. In quibus & ipsa capitula de quibus accusatus fuerat continentur; & omnis causa tam de Cælestio suprascripto, quam de Pelagio magistro ejus praviore videtur esse narrata: quorum scriptorum & nos hic habemus exemplaria; & orientales ecclesias Ægypti diœcesin, & Constantinopolim & Thessalonicam, & Hierosolyma similia, eademque scripta ad episcopos transmissa esse suggerimus.

Ut autem Pelagius cum isto pariter damnaretur, istud in causa est. Ausus est memoratus ante vastationem urbis Romæ in apostolum Paulum commentarios condere, & his edere, de quorum amicitia præsumebat; explanare autem se putavit singula apostoli verba, vel sensus. In epistola igitur, quæ est ad Romanos, cum ad illa loca venisset, ubi vas electionis ita loquitur: *Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransivit.* Hactenus credidit exponendum: quem librum ejus habemus, & proferimus ad convincendum inimicum ejus errorem. Ita ergo idē ait": *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Exemplo*, inquit, *seu ' imagine usus est, quia sicut cum non esset peccatum per Adam subintravit, sic & cum non remansisset justitia apud aliquē, vita per Christum ' reparata est: & in omnes homines mors pertransiit, Cum sic*, inquit, *qui peccant, similiter & moriuntur. Neque enim aut in Abraham, aut Isaac, aut Iacob mors pertransiit, de quibus dominus ait, hi omnes vivunt. Hic autem*, inquit, *propterea dicit omnes mortuos, quoniam ' multitudine peccatorum non excipiuntur pauci, sicut & ibi inquit: Non est qui faciat bonitatem non est usque ad unum. Et iterum illud inquit: Omnis homo mendax. Aut certe in illos omnes pertransiit*, inquit, *qui humano ritu non cælesti sunt conversati.*

Et post pauca. *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos qui non prævaricaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ: sive cum non esset*, inquit, *qui inter justum, & injustum discerneret, putabat mors se omnium dominari, sive in eos qui mandatum tanquam Adam prævaricati sunt: hoc est de filiis Noe, quibus præceptum est, ut animam in sanguine non manducarent. Et de filiis Abraham, quibus circumcisio mandata est. Sed & in eos qui præter mandatum legem contempserant naturalem. Qui est forma futuri. Quoniam*, inquit, *sicut Adam præter coitum a Deo formatus est, sic & Christus ex Virgine fabricante Spiritu sancto processit, sive, sicut quidam dicunt, forma a contrario; hoc est, ut sicut ille caput peccati, sic iste caput justitiæ sit; sed non sicut delictum ita & donum: ne in forma*, inquit, *æqualitas putaretur. Si enim in unius prævaricatione multi mortui sunt, multo magis dono, & gratia Dei per unum hominem Christum in multos abundavit; plus valuit*, inquit apostolus, *gratia in vivificando, quam peccatum in occidendo: quia Adam se solum, & suos posteros interfecit, Christus vero & eos qui tunc erant in corpore, & hos qui postea futuri erant, liberavit.*

Hic sollicitus Catholicus lector notet, quod dicat, *Adam non sibi soli, sed & posteris suis nocuisse*. Tene superiorem definitionem ejus: posteros enim hic dicit, non omnes ubique, & omnino totos homines læsos illius peccato, sed illos tantum qui per imitationem similiter suis peccatis, & propriis facti sunt rei prævaricationis, sicut Adam: qui sine dubio ii ipsi pronepotes ejus, & posteri esse inveniuntur. *Hi autem*, inquit, *qui contra " traducem peccati sentiunt, aliter eos, qui defendunt traducem impugnare conantur. Si peccatum*, inquit, *Adæ etiam non peccantibus nocuit; ergo, & Christi justitia non credentibus prodest: quoniam similiter, imo plus dicit apostolus per unum liberari, quam per unum ante perierunt.*

Deinde dicunt, inquit, *si baptismus mundat antiquum illud, veternosumque peccatum, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato: non enim poterunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. In hoc addunt*, inquit, *quoniam si anima non est ex traduce, sicut nec est, sed sola caro habet traducem peccati, sola & pœnam meretur. Injustum est enim ut hodie nata anima non ex massa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum. Quin & rationabile est, ut Deus qui propria peccata dimittit, non imputet alienum.*

Et iterum in alio sermone suo idem Pelagius: *Si peccator genuit*, inquit, *peccatorem, ut parvulo ejus " peccatum originale in baptismi acceptione solvatur. Iustus ergo justum gignere debuit. Si parentes*, inquit, *post conversionem propria peccata non lædunt, multo magis filii eorum per eos noceri " non potuerunt. Si priori homini contigit causam mortis fecisse; ergo per Christi adventum mori jam non oportebat. Si per peccatum Adæ mors orta esset, nunquam post remissionem peccatorum, quam nobis liberator donavit, moreremur. Plus ergo valuit peccatum Adæ omnes omnino homines occidendo, quam Christi gratia in salvando, quæ non omnibus, sed tantum credentibus profuit: neque enim omnes qui nascuntur ex Adam, ii etiam renascuntur in Christo.* Et reliqua.

Quæ omnia suprascripta capitula, ut jam superius dictum est, continet illa beatæ memoriæ episcopi Zosimi epistola, quæ tractatoria dicitur",

c. 16. de ge[stis] Pelagi[i] *Sunt eni[m] quædam e[x]positiones [e]pistola Pa[u]li, quam scribit a[d] Romanos qua ipsi[us] esse Pela[gii] dicūt* & lib. 3. peccatoru[m] meritis a[d] Marcellin[um] ipso fere initio & libi.
' forma.
' futura n[on] præsens h[a]bent editi [li]bri.
' quia in
" Vide [lib.] 3. de Pec[ca]torum [me]ritis sive [e]pistolam Augusti[ni] ad Mar[cel]linum c. 1. 5. 12. [&] Pelag. i[n] 7. epist[.] Roman[os] *Insaniu[nt] qui de A[dam] per tra[du]cem asse[runt] ad nos v[eni]re pecca[tum].*
" [ve]rum [ori]ginalis [di]citur i[n] eodem [te]stimonio cit. a S. [Au]gust. c. 9 [li]bri 11. peccato[rum] meritis [&] remissio[ne].
" Ibide[m] cap. 17.

tur", qua Cælestius, Pelagiusque damnati sunt, A quæ & Constantinopolim, & per totum orbem missa, subscriptionibus sanctorum patrum est roborata. Cui Iulianus, & reliqui complices ejus subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes iisdem patribus facere, non solum imperialibus" legibus, sed & sacerdotalibus statutis depositi, atque exauctoritati, ex omni Italia deturbati "sunt.

...m, c. 21. l. de peccato originali &c. Auctor sententiarum post ... Cælestini papæ ad Gallos episcopos, vocat cap. 5. *regularem ...em scriptam ad totius orbis episcopos* Videndus quoque Prosper ...ico, & cap. 21. contra Cassianum: *Quando Africanorum con... decretis beatæ recordationis papa Zosimus sententiæ suæ robur ad... ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium B ...antistitum &c.* subscribentium ipsius decretoriæ epistolæ: nec ...us Possidius cap. 18. vitæ S. Augustini.

...acius papa piissimorum imperatorum catholica devotione ..., & contra inimicos gratiæ Christi non solum apostolicis, sed ...giis utebatur edictis &c. *Prosper loco cit.*

Ex quibus plurimi resipiscentes, & a prædicto errore correcti, regressi sunt supplices ad "sedem apostolicam, qui & suscepti suas ecclesias receperunt.

Prædicti sane Cælestius & Pelagius non tunc primo a sanctæ memoriæ Zosimo videntur esse damnati, sed "ab ejus decessore sanctæ recordationis Innocentio, a quo & Iulianus fuerat ordinatus, quique post illorum damnationem, usque ad prædicti Innocentii episcopi excessum C e vita, in ejus communione permanens & perseverans in sincera sententia, & communicans damnatori prædictorum, ipse quoque sine dubio Pelagium "Cælestiumque damnavit. Et quid nunc desiderat, aut de quo queritur, ignoramus.

... orientalium adversus pelagianos datum, quod postea suc...s papa Zosimus latius promulgavit.

...lib. 1. seu præfat. in Cantica Cant. ait Iulianum parvulum a ...nutritum, quasi regulum in caverna colubri: sed & hic errasse ...aut dicendum dissimulasse usque ad obitum Innocentii.

Vt autem a sanctæ recordationis Innocentio damnarentur, talis extitit causa. Post Romanæ urbis vastationem in Palæstina degebat Pelagius. Inventi sunt a quibusdam studiosis" episco- D pis libri ejus, in quibus multa, & varia adversus fidem catholicam conscripta esse videntur: hi cum litteris in Africam patribus, & episcopis missi sunt, ubi " tribus conciliis congregatis memorati lecti sunt libri. Exinde relationibus Romam missis, ipsis quoque libris pariter destinatis, apostolica" sententia rescribentis ad prædicta concilia emanavit, quæ eosdem ipsos Cælestium Pelagiumque ecclesiastica communione privavit, quorum scriptorum exemplaria habemus in manibus.

Adhuc etiam Hierosolymis constitutus Pelagius accusatus fuit apud" synodum, & primo quidem tergiversando ambiguis quibusdam se E professionibus tegens, & prosequens dubia, vel respondens, illam tunc videtur episcoporum audientiam delusisse: sed postmodum evidenter deprehensus insistentibus accusatoribus a posteriore synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præsedit episcopus, atque detectus, a sanctis quoque, ac venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus. Ejus denique sancti Theodoti ad reverentissimum urbis Romæ episcopum, & sanctæ recordationis Prayli" Hierosolymitani episcopi missa scripta testantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.

In ipsa autem accusatione capitulorum, quæ eidem tunc Pelagio objecta sunt, etiam hæc continentur cum aliis execrandis, quæ Cælestius ejus discipulus sentiebat.

Id est *infantes, etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam.*

Illud quoque, quod superius positum est capitulum sentiri a Cælestio, & esse consentaneum magistri sui doctrinæ memoravimus: id est, *Legem sic mittere ad regnum cælorum, sicut euangelium*, Pelagius quibusdam scriptis suis aperte confirmat, ac pronunciat.

Denique libellus est ejus, quem habemus in B manibus, ad quamdam Livaniam "Viduam" sermonem continens exhortatorium, in quo ita habetur: *Simplicitatem*, inquit, *sequi Christi famulam decet; non hanc, quæ stultitia magis est quam simplicitas, sed illam, de qua scriptura dicit*: Benedicta anima omnis simplex, *dicente alibi scriptura*: Maledictus omnis homo qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. *Hinc*, inquit, *ostenditur non esse simplicitatem veram, quæ Dei mandata in sensata securitate contemnit; sed eam quæ legis præcepta sapienti timore custodit. Dicente enim* maledictum esse eum, qui non permanet in his, quæ scripta sunt, *a contrario benedictum esse non vult, qui non omnia præcepta servaverit. Et si omnis simplex benedictus est; ergo simplex ille est, qui omnia præcepta legis impleverit.*

Adserere hunc illud (quod toties jam superius dictum est) ad regnum cælorum libros Moysis sicut euangelium mittere, nullus catholicorum, qui hoc capitulum legerit, dubitat: nec intelligendo difficultatem aliquam poterit sustinere; & quia indiscrete legem in eodem impiissimo capitulo nominavit, si Mosaicam, cujus testimonium maledicti posuit, aperte nos ad Iudaismum attrahere tentat. Quod si ad tegendum se per fallaciam, legis nomine euangelium appellat, non errat, sed in eo est impius, in quo sub simili, & æquali nos maledicto, constituere non pertimescit, exæquans legis " circumcisionem, & omni Iudaismo euangelicam gratiam.

Vnde etiam discipulus ejus Cælestius aperte ausus est pronunciare, *Legem sic mittere ad regnum cælorum, sicut euangelium.* Manifestum est enim secundum Pelagium, quia si sub eodem, vel simili adhuc sumus vinculo, etiam sub euangelii tempore, ut si quid tanquam homines erraverimus, aut unum de præceptis euangelii non impleverimus, esse nos maledictos. Quod si ita est, quod absit, tamen ut ille vult, sic dictum, exæquatum est legi veteri euangelium: & ubi erit dictum Pauli apostoli. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia sicut scriptum est, maledictus omnis homo, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.*

Quin etiam subdescendens hunc ipsum sensum latius in eodem sermone libelli hujus exequitur, & latius eum commendat. Post multa enim ibi ait: *Odisse, maledicere, & invidere: mentiri, detrahere, & detrahentibus credere, leve, aut nullum putatur esse peccatum: sed hi qui hoc putant, obliti sunt, quoniam & levis præcepti obnoxios gehennæ legimus esse mancipandos: dixisse enim*, inquit, *dominum manifestum est*: Quicumque dixerit fratri suo fatue, vel racha, reus erit gehennæ.

ep. 4. ad Afros: Ecce epistolam Hier. episc. Praylii qui in locum quondam S. Ioannis episcopus est ordinatus, accepimus; &c. sed ea tum tantum erat commendatoria non condemnatoria.

"Quid si Iulianam, aut certe ejus nomen anagrammatismo texerit?

" Quædam alia ad eandem viduam adulatorie scripta refert S. Aug. capp. 6. 7. 8. & 36. libri de gestis pelagii, & S. Hier. lib. 3. contra pelagianos. *Eidem adulans vidua* &c.

" circumcisioni.

Gal. 3.

Matth. 5.

Hos

Hos igitur in ejusmodi amplissimis erroribus deprehensos Pelagium scilicet, & Cælestium ad satisfactionem ecclesiæ Iulianus, & ceteri sui participes vel modo condemnent; & si quos confidunt adversus catholicam fidem non recte sentire nominatim designare non dubitent: & ecclesiastico ordine a nobis accipient pro nostra possibilitate responsum, aut ab eo certe, quem dicunt[a] a sensu catholico deviare.

Sicut enim superius præfati sumus, jam multi[b] qui Cælestium, & Pelagium cum eo fuerant secuti, Iuliani quoque participes, & socii facti derelicto eo, Pelagioque damnato, sedi se apostolicæ submittentes, & pœnitere super his, quæ male senserunt profitentes a sanctis patribus digni habiti miseratione suscepti sunt. *Hactenus Marius Mercator.*

[a] S. Aug hostem pelagianorum acerrimũ, ni fallor, intelligit. cui Iulianus præ ceteris infensus erat.

[b] Possidius c. 18. vitæ S. Aug. & Iulianus indignans teste S. Aug. cap. ult. lib. 4. ad Bonifacium querebatur, *de simplicibus episcopis sine congregatione synodi in locis suis sedentibus extortam subscriptionem.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. I.

Aureolum hocce commonitorium si venisset in manus eminentissimi annalium ecclesiæ scriptoris, aut diligentissimorum virorum Petavii, Vossii, atque Vsserii, qui post eum historiam Pelagianam texuerunt, cum ex eo quamvis brevibus spaciis circumscripto plurima illa veteris memoriæ monumenta, quæ magno studio pluribusque annis ex Augustino, Hieronymo, Orosio, Prospero, aliisque hinc inde conquisierunt, auctoritate coævi scriptoris firmare potuissent, tum incognita hactenus atque aliis indicta theologis historicisque protulissent in medium. Ex quibus nonnulla selegi, quæ tibi lector antiquitatis studiose libens volensque offero.

I. Cælestium eunuchum matris utero editum.

II. Ante urbem a Gothis captam auditorem Pelagii fuisse.

III. ex urbe Romana egressum Carthaginem venisse, & discipulos multos habuisse.

IV. Paulinum, qui libellum accusationis adversus Cælestium obtulit patribus Africanis, quemq; vulgo aiunt fuisse Carthaginensẽ diaconum, illum ipsum esse S. Ambrosii Mediolanensis episcopi diaconum, cujus & vitam scripsit.

V. Cælestium diversos conspirantes sibi misisse per provincias, qui sex capita doctrinæ ejus per populos disseminarent.

VI. Eumdem sæpius auditum ac resistentem, ab episcopis Afris Carthagine congregatis ecclesiastica communione privatum ad sententiam Romani episcopi appellasse.

VII. Ea vero appellatione mox neglecta Ephesum Asiæ urbem contendisse, ibique ausum esse per obreptionem locum presbyterii petere.

VIII. Post aliquot annos Constantinopolim petiisse, ibique detectum studio Attici episcopi ex illa urbe detrusum esse.

IX. Attici literas super ejus nomine Thessalonicam & Carthaginem, & in Asiam ad episcopos missas.

X. Ejectum Constantinopoli ad urbem Romam sub Zosimo (an. 417.) tota festinatione perrexisse.

XI. Promisisse Zosimo condemnaturum se capitula illa, de quibus apud Carthaginem fuerat accusatus, & ob hoc ipsum nonnulla papæ humanitate dignum fuisse habitum.

XII. Meruisse ab eo epistolam benignitatis plenam ad Afros episcopos, eaque abusum (etiam anno 419.) ad multorum ignorantium deceptionem.

XIII. Post accepta quæ Afri misissent acta ad pleniorem audientiam vocatum, ut damnatis
A capitulis quæ promiserat festinaret implere, & absolveretur a sententia, qua fuerat primum ab Afris episcopis communione privatus, Roma profugisse.

XIV. A Zosimo scriptis amplissimis longissimisque cum magistro suo Pelagio perdamnatum esse, & ad episcopos orientis, Ægypti, CP. Thessalonicæ, & Hierosolymorum transmissa fuisse exemplaria.

XV. Pelagium ante vastationem urbis Romæ commentarios in apostolum Paulum condidisse, & edidisse, hoc est dicasse, aut obtulisse his, de quorum amicitia præsumebat.

XVI. Tractatoriam Zosimi epistolam, in qua
B impia Pelagii Cælestiique dogmata continebantur, per totum orbem missam subscriptionibus sanctorum Patrum fuisse roboratam.

XVII. Iulianum ejusque complices subscribere detrectantes non solum imperialibus legibus, sed & sacerdotalibus statutis depositos atque exauctoratos ex omni Italia deturbatos fuisse.

XVIII. Plurimos ex iis resipiscentes supplices ad sedem apostolicam regressos, & susceptos, suas ecclesias recepisse.

XIX. Iulianum ab Innocentio ordinatum, post Pelagii Cęlestiique damnationem usque ad obitum ejusdem papæ perseverasse in sincera sententia, & sine dubio Pelagiumque Cælestium-
C damnasse.

XX. Post Diospolitanam synodum evidenter deprehensum insistentibus accusatoribus (Erotem puto Lazarumque intelligit) a posteriore synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præsedit episcopus, a sanctis Hierosolymorum locis deturbatum.

XXI. Theodotum missis scriptis ad papam ista fuisse testatum, pariterque Praylium Hierosolymitanum episcopum, quorum uterque anno 429. jam obierat.

XXII. Pelagium libellum seu sermonem exhortatorium scripsisse ad Livaniam (quid si Livianam aut ἀναγραμματικῶς Iulianam?).

XXIII. Multos Iuliani participes eo derelicto,
D Pelagioque damnato sedi se apostolicæ submisisse, profitentes se pœnitere super his quæ male senserunt.

[a] CIRTENSE CONCILIUM IN CAUSA DONATISTARUM SUB INNOCENTIO I.

Ann. Chri. 412.

Anno CCCCXII.

[a] *Cirtense.*] Hoc concilium habitum est Cirtæ in Numidia, mense Iunio, anno salutis 412. qui est Innocentii undecimus. Causa habiti con-
E cilii ista fuit, quod Donatistæ collatione victi & confutati atrocius grassarentur, & verbis simul ac scriptis plura mendacia spargerent, quasi nostri judicem corrupissent: suæ factionis hominibus autem ne quidem loqui permissum fuisset. Vt his ergo mendaciis occurrerent, hoc loco Silvanus Numidiæ primas, S. Augustinus, aliive plures ejus provinciæ episcopi convenerunt, acturi & consulturi de communi modo, quo Donatistis calumniantibus, suisque mendaciis collationem habitam irritare conantibus, resistendum foret. Quid vero inter eos transactum sit, & communi sententia decreverint, licet acta ipsa perierint, synodalis epistola inde ad Donatistas laicos scripta refert. Extat apud Augustinum

Locus, ... pus & ... sa con...

gustinum epist. 152. De qua illud admonendum putamus, quod in fine ipsius octavus, pro nono consulatu Honorii mendose positus sit, Baronius ann. 412. num. 9. & 14.

ANNO CHRISTI 412.

EPISTOLA SYNODALIS.

Silvanus senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & ceteri episcopi de concilio Cirtensi ad Donatistas.

Cum in auribus nostris fama crebresceret, hoc vobis vestros episcopos dicere cognitorem præmio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur; vos autem ista facile credere, ac propterea multos vestrum adhuc nolle acquiescere veritati: placuit nobis cogente domini caritate ex concilio nostro hæc ad vos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini, illos vobis victos atque convictos hæc mendacia jactare: qui etiam in suo mandato, quod pro illa collatione fecerunt, & suis nominibus atque subscriptionibus firmaverunt, nos illic traditores & persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti atque convicti sunt: ita ut volentes gloriari de multitudine coepiscoporum suorum, inter aliquorum absentium nomina, etiam mortui nomen insererent: & cum quæreretur ubi esset, subita perturbatione cæcati, ipsi eum confiterentur in itinere defecisse. Et cum interrogarentur, quomodo potuerit apud Carthaginem subscribere, qui in itinere jam defecerat, vehementius perturbati, alio mendacio se obligaverunt, respondentes eum Carthagine redeuntem fuisse defunctum. De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis vel de antiqua traditione, vel de cognitoris corruptione, qui mandatum suum, ubi nobis objecerunt, crimen traditionis non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Proinde quæ maxime necessaria credidimus, his literis tamquam breviario collecta inseruimus, ne forte ad magna gestorum volumina vel pervenire non facile possitis, vel ea legere laboriosum putetis. Carthaginem venimus & nos & episcopi vestri, & quod prius nolebant, & indignum esse dicebant, in unum convenimus: electi sunt ex nobis & ex ipsis, septem hinc, & septem inde, qui pro causa omnium loquerentur. Electi sunt alii septem hinc & septem inde, cum quibus, ubi opus erat, consilium pertractarent. Electi sunt quatuor hinc & quatuor inde, qui gestis conscribendis custodes essent, ne infalsatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiam a nobis & ab ipsis notarii quatuor hinc & quatuor inde, ut bini cum exceptoribus judicis alternarent, ne aliquis nostrûm se dixisse aliquid causaretur, quod non fuisset exceptum. Huic tantæ diligentiæ etiam illud est additum, ut & nos & ipsi, quemadmodum ipse judex, verbis nostris subscriberemus, ne quisquam diceret, in illis gestis aliquid vel postea fuisse corruptum. Cum enim adhuc viventibus eis qui subscripserunt, innotuerint eadem gesta omnibus locis, in quibus oportet ut innotescant, sic etiam ad posteros confirmata veritas perduravit. Nolite ergo esse ingrati tantæ misericordiæ Dei, quæ per istam diligentiam vobis ministrata est. Nulla excusatio jam remansit: nimium dura; nimium diabolica sunt hominum corda, quæ adhuc tantæ manifestationi veritatis obsistunt. Ecce episcopi partis vestræ, quos omnes elegerunt, ut pro omnibus loquerentur, conati sunt, quantum potuerunt, ut omnimo ipsa causa non ageretur, propter quam tantus numerus episcoporum utriusque partis de universa Africa, & de tam longinquis locis Carthaginem venerat. Et cum omnis anima suspensa expectaret in tanta collectione quid ageretur, illi vehementer instabant ut nihil ageretur. Quare hoc? nisi quia causam suam malam sciebant, & facillime se posse convinci, si ageretur, dubitare non poterant? Ipse ergo animus eorum, quo timebant ne causa ageretur, jam victos eos esse monstrabat. Si enim extorquerent quod volebant, ut jam collatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris veritas appareret, redeuntes a Carthagine, quid vobis erant responsuri, quid demonstraturi? Credo prolaturi erant gesta, & dicturi vobis: Nos instabamus ut causa non ageretur, illi instabant ut ageretur. Vos expectatis videre quid egerimus. Ecce legite, ubi eos vicimus, ut nihil ageremus. Forte & vos responderetis, si cor haberetis: Nihil ergo acturi, ut quid istis? vel potius, qui nihil egistis, ut quid redistis? Denique posteaquam non potuerunt efficere quod conati sunt, id est, ut causa non ageretur; ipsa actio demonstravit quid timuerint, quando in omnibus victi sunt. Confessi sunt enim contra ecclesiam catholicam, quæ toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere quod dicerent, quia divinis sanctarum scripturarum testimoniis oppressi sunt, quibus ecclesia designatur, incipiens ab Ierusalem crevisse per loca, in quibus apostoli prædicaverunt, & nomina eorumdem locorum in suis epistolis & actis conscripserunt, & inde diffundi per ceteras gentes: contra istam ecclesiam se non habere causam, manifesta voce professi sunt. ubi est evidentissima in nomine Dei nostri victoria. Cum enim confirmant ecclesiam, cui nos communicare, ipsos autem non communicare, manifestum est, olim se victos esse testantur; & vobis, si sapitis, apertissime indicant, quid dimittere, & quid tenere debeatis; non in ea falsitate, qua vobis non cessant adhuc usque mentiri, sed in illa veritate, quam victi coacti sunt confiteri. Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, *sed ira Dei manet super eum.* Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præjudicant aliena peccata: *Quia unusquisque in ea proprium onus portabit*, sicut apostolus dicit: *Et quicumque in ea corpus Christi manducaverit indigne, judicium sibi manducat & bibit.* Nam etiam hoc ipse apostolus scripsit. Cum autem dicit: *Iudicium sibi manducat*, satis ostendit, quia non alteri judicium manducat, sed *sibi*. Hoc nos egimus & ostendimus, & obtinuimus quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam & personam suam, nec præjudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis. Hoc enim

Nulla salus extra ecclesiam. 23. quæst. 4. Si quis a catholica. Gal. 6. Ibid. 1 Cor. 11.

ANNO CHRISTI 412.

enim ipsi voce apertissima coacti sunt confiteri, non tunc quando ista dicebamus, sed postea cum aliud ageretur. Nam cum ventum fuisset ad causam etiam Cæciliani, quam nos ab ecclesiæ causa distinguebamus, ut si forte malus esset inventus, ipsum anathematizaremus; non tamen propter ipsum ecclesiam Christi relinqueremus, cui per malam suam causam præjudicare non posset: cum ergo etiam ad ipsam Cæciliani causam ventum fuisset, & legissent illi concilium Carthaginense, ubi recitabant septuaginta plus minus episcoporum sententias contra Cæcilianum absentem latas; respondimus eis, sic non obesse illud episcoporum concilium absenti Cæciliano, quemadmodum non obfuit plurium episcoporum partis Donati concilium absenti Primiano, quando eum in Maximiani causa plus minus centum episcopi damnaverant. Tunc illi nominata causa Maximiani, unde sciunt se etiam quos damnaverant in honore integro suscepisse, & baptismum in sacrilego Maximiani schismate datum se confirmasse, & non destruxisse, & in sua Vagaitana sententia, qua eos damnaverunt, quibusdam, qui in ipso schismate fuerunt, dilationem dedisse, & dixisse quod eos non polluerint sacrilegi surculi Maximiani plantaria: ista ergo causa posteaquam eorum aures percussit, expavescentes & perturbati, & obliti unde superius contra nos contendebant, continuo dixerunt: nec causa causæ, nec persona personæ præjudicat: & confirmaverunt verbis suis quod nos antea de ecclesia dicebamus: quia non solum catholicæ transmarinæ, contra quam se confessi sunt non habere quod dicerent, verum etiam catholicæ Africanæ, quæ illi unitatis communione conjungitur, causa & persona Cæciliani, qualiscumque fuisset, præjudicare non posset: si Maximianus, qui cum ceteris sociis suis Primianum damnavit, si etiam Felicianus, qui simul Primianum damnavit, & postea in causa Primiani a Donati parte damnatus est, non præjudicat parti Donati, cui modo episcopus, sicut antea fuerat receptus, adjungitur: sic etiam ipsis sociis suis Maximianus non præjudicat, quibus isti dilationem dederunt, dicentes, eos ab illo, cum quo fuerunt, non fuisse pollutos, quia nec causa causæ præjudicat, nec persona personæ. Quid ergo quæritis amplius? Multis quidem verbis superfluis gesta oneraverunt, & quia non potuerunt efficere ut causa non ageretur, hoc fecerunt multum loquendo, ut quod actum est, difficile legeretur. Sed debent vobis etiam ista eorum pauca verba sufficere, ne propter nescio quæ nescio quorum hominum crimina oderitis unitatem catholicæ ecclesiæ: quia sicut dixerunt, relegerunt, subscripserunt, nec causa causæ præjudicat, nec persona personæ. Nam & in ipsa causa Cæciliani, quam licet ad ecclesiæ causam non pertinentem, tamen defendendam suscepimus, ut etiam ibi calumniæ manifestarentur ipsorum, apertissime victi sunt, nihilque eorum, quæ in Cæcilianum intendebant, probare potuerunt. Insuper etiam de criminibus traditionis nos episcopalia gesta protulimus, unde recitavimus aliquos eorum episcoporum, qui sententias in absentem dixerant Cæcilianum, manifestissimos fuisse traditores. Contra ipsa gesta illi, quia non habebant quod dicerent, falsa esse dixerunt, sed nullo modo probare potuerunt. Insuper etiam confessi sunt, vel potius pro magna gloria professi sunt, Cæcilianum apud Constantinum imperatorem a suis præcessoribus accusatum. Et addiderunt mendacium, quod illis accusantibus fuerit ab imperatore damnatus. Ecce & hinc victi sunt, unde vobis solent nebulas erroris offundere, concitantes nobis invidiam, & in odium vestrum nos adducentes, quia ecclesiæ causam apud imperatores agimus. Ecce majores eorum, de quorum nominibus gloriantur, ecclesiæ causam egerunt apud imperatorem, persecuti sunt accusando Cæcilianum, apud imperatorem damnatum dixerunt. Iam non vos inducant vanissimis & mendacissimis verbis: redite ad cor vestrum, timete dominum, cogitate veritatem, relinquite falsitatem. Quidquid enim jam passi fueritis imperialibus legibus, quod non pro justitia, sed pro iniquitate patimini, non poteritis dicere, ideo nos esse injustos, quia sic vobiscum agi non debuit, ut imperator vos ab ista iniquitate compesceret: episcopi enim vestri confessi sunt majores suos sic egisse cum Cæciliano, quomodo vobiscum agi non vultis; & tamen quod Cæcilianum apud imperatorem persecuti fuerint, etiam ipsis confitentibus & profitentibus satis constitit. Quod autem Cæcilianus fuerit ab imperatore damnatus, omnino non constitit: imo etiam constitit, eum accusantibus & persequentibus majoribus eorum, & bis numero prius ab episcopis, & ab ipso postea imperatore fuisse purgatum. Hoc etiam ipsi confirmaverunt, talia postea quasi pro causa sua proferendo, ut magis contra ipsos esse invenirentur, & pro causa Cæciliani etiam illa, quæ protulerunt, recitarentur. Quoscumque ergo accusare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt. Quidquid autem nos & pro ecclesiæ causa, & pro Cæciliani causa diximus, & verbis suis & lectionibus a se prolatis etiam ipsi confirmaverunt. Nam protulerunt primo codicem Optati, unde quasi probarent Cæcilianum ab imperatore damnatum: qui codex cum contra illos legeretur, & magis ostenderet Cæcilianum fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud acta risos se esse testati sunt. Iterum recitaverunt & protulerunt libellum imperatori Constantino a suis majoribus damnatum, ubi questi sunt, quod eos memoratus imperator graviter persequeretur, ac sic eodem libello manifestarunt se apud imperatorem a Cæciliano fuisse superatos, falsumque esse, quod dixerant, eum ab imperatore damnatum. Tertio protulerunt literas ejusdem Constantini ad vicarium Verinum datas, ubi eos graviter detestatur, & propterea dicit sic exilio relaxandos, & furori suo dimittendos, quia jam Deus cœperat in illos vindicare. Ac sic etiam istis imperatoris literis confirmaverunt se falsum dixisse, quod Cæcilianus ab imperatore damnatus sit, cum potius imperator ipsos a Cæciliano victos esse monstraverit, quando eos vehementer execratus, ideo jussit ut de exilio dimitterentur, ut, Deo judice, sicut etiam cœperant, punirentur. Postea Felicis Aptungensis ordinatoris Cæciliani causam in medium miserunt,

miserunt, dicentes eumdem Felicem fuisse traditorem, a quo Cæcilianus fuerat ordinatus: & ejusdem Constantini imperatoris pro Cæciliano contra seipsos literas protulerunt, ubi ad proconsulem scripsit, ut ad comitatum suum mitteretur Ingentius. Iste autem Ingentius confessus fuerat in cognitione Æliani proconsulis falsum se fecisse adversus Felicem Cæciliani ordinatorem. Dicebant ergo isti non sine causa voluisse imperatorem ut ad se mitteretur Ingentius, nisi quia Cæciliani adhuc causa pendebat: & conabantur immittere suspicionem vanissimam, quo posteaquam Ingentius ad comitatum directus est, tunc imperator contra Cæcilianum * protulerit judicare, & illud judicium suum quod nos recitaveramus, ubi inter partes cognoverat, Cæcilianumque purgaverat, sententia posteriore rescindere. Sed dicebatur eis, ut hoc potius legerent, & nihil omnino proferebant. Illæ autem literæ imperatoris, quibus, ad se mitti jussit Ingentium, quas contra seipsos pro Cæciliano recitaverunt, hoc continent, quod Ælianus proconsul in causa Felicis audientiam præbuerit competentem, eumdemque Felicem a crimine traditionis innocentem fuisse constiterit. Sed Ingentium ad comitatum propterea jubere transmitti, ut illis, qui ibi erant, & diuturnis diebus eum interpellare non desinebant, apparere & intimari posset, & frustra eos Cæciliano invidiam comparare, & adversus eum violenter insurgere voluisse. Quis eos crederet ista contra se recitasse pro nobis, nisi Dei omnipotentis nutu factum esset, ut non solum verba eorum gestis tenerentur, sed etiam manus subscribentium legerentur? Nam & ordinem consulum & dierum, qui gestis expressus est, si quis nunc diligenter advertat, inveniet primo Cæcilianum episcopali judicio fuisse purgatum. Deinde non multo post Felicis Aptungensis causa ab Æliano proconsule examinata est, ubi eum constitit innocentem. In qua causa ad comitatum mitti jussus est Ingentius, & longe postea ipse imperator causam inter partes cognovit atque finivit. In qua cognitione Cæcilianum innocentem, illos autem calumniosissimos judicavit. In quo ordine consulum & dierum satis ostenditur fallaciter eos & calumniose dixisse, quod imperator, misso ad comitatum Ingentio, judicium suum mutavit; & Cæcilianum, quem prius purgaverat, postea condemnavit. Non solum autem nihil de hac re legere potuerunt. & contra seipsos tanta legerunt; sed etiam per ordinem consulum evidentius convincuntur, post causam Felicis proconsulari judicio terminatam, in qua jussum est, ut ad comitatum Ingentius mitteretur, nec parvo intervallo, sed longe postea memorati imperatoris judicio inter partes habito, Cæcilianum fuisse purgatum. Non ergo vobis dicant, quia præmio corrupimus judicem. Quid enim aliud solent victi homines dicere? Aut si aliquid dedimus judici, ut contra illos pro nobis pronuntiaret; ipsis quid dedimus, ut contra se pro nobis tanta non solum dicerent, verum etiam recitarent? An forte volunt, ut eis apud vos gratias agamus, quia cum dicant judicem præmio a nobis esse corruptum, ipsi tam multa, quæ pro nobis contra seipsos dixerunt & recitaverunt, gratis nobis omnia præstiterunt? Aut certe si propterea dicunt, quod nos vicerint, quia melius egerunt causam Cæciliani quam nos; hos plane credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo sufficere putaveramus: illi autem quatuor protulerunt. Sed quid vos pluribus literis oneremus? Si vultis nobis credere, credite, & teneamus pariter unitatem quam jubet & diligit Deus. Si autem nobis non vultis credere, gesta ipsa legite, aut vobis ut legantur admittite, & an vera sint quæ scripsimus, vobis ipsi probate. Si autem nihil horum facere vultis, & manifestissima veritate convictam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi erimus a pœna vestra, quando vos sero postea pœnitebit. Si vero id, quod vobis præstitit Deus, non contempseritis, & post causam tam diligenter actam, & tam diligenter manifestatam, perversam consuetudinem relinquentes, paci Christi & unitati consenseritis, de vestra correctione gaudebimus: & sacramenta Christi, quæ in sacrilegio schismatis ad judicium habetis, utilia & salubria vobis erunt, cum in catholica pace habueritis caput Christum, *ubi caritas cooperit multitudinem peccatorum.* Hæc ad vos scripsimus XVII. Kalendas Iulias, piissimo Honorio Augusto VIII. consule " ut, quando possunt, ad quosque vestrum istæ literæ pervenirent.

ANNO CHRISTI 412.

1. Pet. 4.

" Nonum gerebat cõsulatum Honorius, anno Christi 412. ut bene monuit Baronius.

[a] CONCIL. DONATISTARUM IN AFRICA HABITUM SUB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXIV.

ANNO CHRISTI 414. Causa conciliabuli.

[a] *Conciliabulum.*] Cum Honorius imperator in Africa anno Christi 414. lege quadam promulgata, Donatistas intestabiles, infames, hereditatis adeundæ incapaces, exilio ac relegatione dignos fore declarasset, legisque executionem Dulcitio demandasset, triginta Donatistarum episcopi statim in concilium convenerunt: atque in eo decreverunt, ecclesias nequaquam desendas esse: deportatos in exilium non obtemperare, sed voluntaria suiipsius nece, unumquemque vim præfectorum antevertere debere; ideo quod ita futurum arbitrarentur, ut vel a suis tãquam martyres colerentur, vel saltem commiseratione judicum talia exhortentium, in suis ipsorum ecclesiis tolerarentur. Plures id fecerunt: adeo ut plurium nece voluntaria perterritus Dulcitius, quid sibi agendum foret, Augustinum consuluerit. Ex epistola ad Dulcitium scripta apparet, eum respondisse, præstare, ut per mortem etiam voluntariam paucorum, plures servarentur. Hæc ex Augustino libro primo contra Gaudentium capite 19. 37. 38. &c lib. 2. cap. 59. retractat Baronius anno prædicto, num. 5. & sequentibus.

Donatistarum impia decreta.

[a] SYNODUS IN MACEDONIA PROVINCIALIS SUB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXIV.

[a] *Synodus.*] Ex hac, pro confirmatione rerum gestarum, missa est legatio ad Innocentium papam per Vitalem archidiaconum. Idq; actum est anno Christi 414. Nam epistola Innocentii, quam ad

Tempus & acta concilii.

ANNO CHRISTI 415.

ad episcopos Macedoniæ reddidit, Constantio A consule scripta fuit.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Mirati sunt, nec immerito, viri pereruditi, qui factum sit, ut neque illustrissimus annalium ecclesiasticorum conditor Baronius, neque validissimus hæreticorum debellator Bellarminus, neque utriusque breviator Binius, ullam mentionem fecerint apologiæ celeberrimæ, quam Paulus Orosius per libertate voluntatis humanæ adversus Pelagium scripsit, anno Christi 415. cum in Palæstina ab Augustino ad Hieronymum missus moraretur. Ex ea tum alia multa discimus ad Pelagianam controversiam dijudicandã apprime necessaria, tum conventum Hierosolymitanum, cui ipsemet interfuit Orosius præside Ioanne Hierosolymitano maximo per ea tempora Pelagii fautore, ut mox discemus relatis autoris illius eruditissimi verB bis, quem SS. Hieronymus atque Augustinus tot præconiis extulerunt. Neque enim hic locus est acerbius invehendi, sive in Cornelium Iansenium episcopum Iprensem, sive in Petrum Vvastellium Carmelitam, qui futilibus, sed fucatis in speciem argumentis eximium illud opus apologeticum in suspicionem νοθείας adducere voluerunt contranitente eruditorum fere omnium virorum exercitu.

″ ** CONVENTVS HIEROSOLYMITAN. cui præsens interfuit Orosius celebratus a Ioanne episcopo Hierosolymitano cum presbyteris suis in causa Pelagii, die 30. Iulii anni 415. diebus 47. ante 14. Sept. seu primum Encæniorum ″ diem quæ per octo dies peragi C quotannis solebant.

″ Niceph. Call. 50. c. lib. 8.

Ex Orosii presbyteri apologia pro libertate arbitrii.

Patres, & qui jam quieverunt martyres & ″ concordes Cyprianus, Hilarius & Ambrosius, & quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columnæ & firmamenta ecclesiæ catholicę Aurelius Augustinus & Hieronymus, multa jam adversus hanc nefariam hęresim absque designatione nominum hæreticorum scriptis probatissimis ediderunt: quãquam & hæc venenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc viventes mortuos, mor- D tuosq; viventes. Nã Origenes & Priscillianus, & Iovinianus olim apud se mortui, in his vivunt, & non solũ vivunt, verum etiam loquuntur: nunc vero Pelagius & Cælestius, si in his perseveraverint, viventes mortui, ecce adversus ecclesiam, quod miserum est, & quod multo miserius est, in ecclesia palam sibilant, impiique serpentes vibrantibus infecta linguis ora lambentes, dum sanctam & munitissimam sedem, cui subtiliter irrepsere, obsident; cunctos fideles, ne ad illud firmissimum quondam in Sion refugium convolemus, exterrent. Contra hunc serpentem, &c.

″ confessores

Vos me participem certaminis vestri esse voluistis, ut auxiliator, non autor accederem. Latebam siquidem in Bethleem ignotus advena E pauper: traditus a patre Augustino ut timorem domini discerem, sedens ad pedes Hieronymi. Inde Hierusalem vobis accersientibus vocatus adveni. De hinc in conventum vestrum una vobiscum, Ioanne episcopo præcipiente, consedi.

Illico a pusillitate mea postulastis universi, ut si quid super hac hæresi, quam Pelagius & Cælestius seminarunt, in Africa gestum esse cognoscerem, fideliter ac simpliciter indicarem. Exposui coronæ vestræ breviter, ut potui, Cælestium jam ad honorem presbyteri subrepentem apud Carthaginem plurimis episcopis judicantibus ″ proditum, auditum, convictum,

″ offerente libellum paulino diacono an. 412.

confessum, detestatumque ab ecclesia, ex Africa profugisse: contra librum vero ″ Pelagii beatum Augustinum discipulis ipsius Pelagii prodentibus ″ ac petentibus plenissime respondere: extare etiam in manibus meis epistolam supra memorati episcopi quam nuper ad Siciliam ″ ordinasset, in qua multas quæstiones hæreticorum retulit. Quam etiam ibidem ut legerem præcepistis, & legi.

″ de n[...] ″ Tim[...] Iacob[...] ″ est 8[...] Hilari[...]

Ad hæc Ioannes episcopus ut Pelagius coram intromitteretur expetiit. Cui & propter paternitatis ipsius reverentiam, & propter actionis utilitatem, dum præsentem ab episcopo rectius crederetis confutandum, intromittendi conniventia præstita est.

Intromissum Pelagium unanimiter omnes interrogastis: an hæc quibus Augustinus episcopus respõdisset, se docuisse cognosceret. Illico ille respondit. Et quis est mihi Augustinus? Cumque universi acclamarent blasphemantem in episcopum, ex cujus ore dominus universæ Africæ indulserit ″ sanitatem, non solum a conventu ″ contr. Donat. illo, verum ab omni ecclesia pellendum, episcopus Ioannes illico eum hominem, videlicet laicum, in consessu presbyterorum, reum hæreseos ′ manifestæ in medio catholicorũ sedere præcepit. ′ mani[...] Et deinde ait: Augustinus ego sum; ut scilicet persona quasi præsentis assumpta liberius ex auctoritate ejus qui lædebatur ignosceret, & dolentium animos temperaret. Cui mox a nobis dictum est: si Augustini personam sumis, Augustini sententiam sequere.

Tunc idem episcopus nobis omnibus ait: Hæc quæ leguntur, in alios dicta sunt, aut de Pelagio suggerendum putas? Si in ipsum autem Pelagium quid dicatis, expromite. Ego autem vobis annuentibus dixi: Pelagius mihi dixit: docere se, hominẽ posse esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire si velit. Respondit Pelagius hoc & dixisse me & dicere, negare non possum. Ego illico prosecutus sum: Hoc in Cælestio Africana ″ synodus detestata est: hoc Augustinus episcopus ″ scriptis suis, sicut audistis, exhorruit: hoc in ipsius nunc Pelagii ″ scriptis sua responsione condemnat: hoc & beatus Hieronymus, cujus eloquium universus occidens sicut ros in vellus expectat, & in epistola sua quam nuper ad Ctesiphontem edidit, condemnavit. Similiter & in libro quem nunc scribit, collata in modum dialogi altercatione confutat. Hoc est enim lubricum in ancistro (*id est hamo, sive unco*, ἐν ἀγκίστρῳ, *non vero in antichristo, ut quidam inepte legunt*) draconem tenere ne possit effugere.

″ an. 4[...] ″ ep. 89 Hilariu[...] ″ lib. de [...]tura.

Porro autem episcopus Ioannes nihil horum audiens a nobis exigere conabatur, ut accusatores nos ipso judice, fateremur. Responsum sæpissime est ab universis: Nos accusatores ejus non sumus: sed quid fratres tui, patres nostri senserint & decreverint super hac hæresi, quam nunc ″ laicus vulgo prædicat, intimamus; ne ecclesiam tuam præsertim, ad cujus sinum convolavimus, te ignorante conturbet.

″ monac[hus] dumtaxat erat Pe[la]gius.

At ille, cum sæpe nos docendi simulatione in aliquam professionis speciem tentaret inducere, dicebat: quia, ad Abraham dictum esset a domino, *Ambula coram me & esto sine macula*: Gen. 17. & Zachariam & Elisabeth pronunciatos esse justos ambos ante dominum *incedentes in omnibus justificationibus domini sine querela*: Luc. 1. quod quidem ab Origine dictum ab eo proferri compluribus nobis notum erat.

Cui

ANNO CHRISTI 415.

Cui responsum per me est: Nos filii ecclesiæ catholicæ sumus. Nos exigas a nobis, pater, ut doctores super doctores esse audeamus, aut judices super judices. Patres quos universa per orbem ecclesia probat, quorum communioni vos adhærere gaudetis, damnabilia hæc esse dogmata decreverunt. Illis probantibus nos obedire dignum est. Cur interrogas filios, quid sentiant, cum patres audias quid decernant?

Ad quod ille diu disputans: & nostris propter imperitiam ignoti nobis interpretis (quem sæpissime viri primarii & religiosi Passerinus & Avitus" presbyteri & Domninus ex-Duce, vel prave interpretantem vel plura supprimentem, vel alia ex aliis suggerentem confutaverunt) nostris, ut dixi, actionibus, vel interpolatis plerumque, vel tacitis, episcopus Ioannes ait: Si sine adjutorio Dei hoc hominem posse, diceret, pessimum & damnabile erat. Nunc autem cum adjicit posse hominem esse sine peccato, non sine adjutorio Dei, vos quid dicitis? An forte vos Dei adjutorium denegatis?

Cui respondi ego, testibus, & testificantibus etiam nunc vobis, & supra memoratis viris: Anathema ei qui negat adjutorium Dei. Ego certe non nego, præcipue cum e contrario in hæreticos confutarim. Deinde cum intellecto judice & interprete prodito clamaremus Latinum esse hæreticum, nos Latinos hæresim Latinis magis partibus notam Latinis judicibus differendam.

Ac se pene impudenter ad judicandum (cum quidem nos accusatores non essemus) & unus & suspectus ingereret, dici a pluribus necessarium fuit: Non potest quisquam idem & hæreticus esse & advocatus & judex.

Multisque aliis actitatis Ioannes episcopus novissimam sententiam protulit confirmans tandem postulationem intentionemque nostram, ut ad beatum Innocentium papam Romanum "fratres & epistolæ mitterentur, universi, quod ille decerneret secuturi: sed ut hæreticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret, & ut nostri ab insultatione convicti Ioannis confusique temperarent, universi in hanc sententiam consensimus gratiarum actione celebrata, pace facta, & consummata ad pacis testimonium oratione discessimus.

Nunc autem post dies quadraginta & septem cum primo "Encæniorum die, ut solitus eram, quando aderam, ad obsequium Ioannis episcopi convenissem, statim ab eo notam falsi criminis pro gratia salutationis accepi. Ait enim mihi. Quare ad me venis homo, qui blasphemasti? Volens ut credo intelligi: *Noli me tangere, quia mundus sum* & absque peccato. At ego nihil mihi conscius, interrogavi, quando, aut quo audiente, aut cujusmodi illud est dictum, quod blasphemiæ possit adscribi. Episcopus dixit: Ego te audivi dixisse; quia nec cum Dei adjutorio possit esse homo sine peccato.

Ego quidem, beatissimi sacerdotes, sicut & vos testes estis, & universa fraternitas, & præterea sancti viri, qui huic testimonio, amore veritatis assistunt; statim testificatus sum, didicitis, quia ejusmodi verbum, quod nunc a me dictum episcopus intenderit, nunquam de ore meo antea processisset, &c.

Mirari nemo debeat & conqueri existere falsos testes in Ierusalem a sacerdotibus atque senioribus: Hoc sanguis Stephani clamat: hoc dominicæ crucis vexilla significant: Hoc etiam nunc excitata per eos persecutio manifestat (*videtur alludere ad ea quæ & Innocentius papa in postremis epistolis & S. Augustinus narrat extremo libro de Gestis Pelagii*) sed hæc utrum, &c.

Mearum ista partium non sunt latius indagare: præsertim unde beatissimi patres Augustinus & Hieronymus plenissimam convictæ hæreseos probationem occidentalibus provinciis tradiderunt.

Dominus Christus summo præmio fidei dignum judicat, si quis hæc filium Dei posse crediderit, & Britannicus noster mox ut voluerit se posse confidit. Deinde vocat eum *novum magistrum, ministrumque mensarum, inflatum spiritu carnis suæ, libero superbum arbitrio*, ἀναμάρτητον, ἀπαθῆ, *mutilum, lævem in fronte*, μονοφθαλμον, *cæcum & malignum, post multam crapulam novissime expergefactum, cui neque natales dederunt, ut honestioribus studiis erudiretur, balneis epulisque nutritum, latos humeros gestare, robustamque cervicem, præferre etiam in fronte pinguedinem*, &c.

Vniversis in hoc mundo gentibus propter longanimem sui æternamque clementiam subministrare, non ut tu asseris cum discipulo tuo Cælestio (cui jam apud Africanam synodum occulta illa impiorum dogmatum natura conclusa est) in solo naturali bono & in libero arbitrio generaliter universis unam gratiam contributam: Sed speciatim quotidie per tempora, per dies, per momenta & cunctis & singulis ministrare. &c.

Ego teste IESU CHRISTO, odisse me fateor hæresin, non hæreticum: sed sicut justum est, interim propter hæresim hæreticum vito: quia & probavi & corripui. Detestetur & damnet ore pariter ac manu, & cunctis fraternitatis vinculo hærebit: quia scriptum est invicem onera vestra portate & sic adimplebitis legem Christi. *Quæ, modo prosint novatoribus nostris, excerpsisse nunquam pigebit.* Gal. 6.

Ejusdem porro conventus Hierosolymitani, quem absque Orosio fuisset, vix tenuis ad nostras aures sonus attulisset, meminit haud dubie, (quod vix ullus hactenus advertit) S. Augustinus capite 14. libri de gestis Palæstinis: *Merito quod gesta indicant, inquit, etiam hoc usus est testimonio sanctus Ioannes Hierosolymitanæ antistes ecclesiæ, sicut interrogatus, quæ APUD ILLUM ANTE IUDICIUM gesta fuerant, coepiscopis nostris, qui simul in illo judicio præsidebant, ipse narravit. Ait enim tunc quibusdam susurrantibus & dicentibus quod sine Dei gratia diceret Pelagius*, &c tum cap. 16. *Nam quidquid dixit episcopus Ioannes de absentibus fratribus nostris, sive coepiscopis, Erote scilicet ac Lazaro, sive presbytero Orosio, sive de aliis, quorum ibi non sunt nomina expressa, credo quod intelligat ad eorum præjudicium non valere. Si enim præsentes essent, possent eum fortasse, absit, ut dicam convincere de mendacio; sed forte commemorare, quid forte fuisset oblitus, aut in quo eum fefellerat Latinus interpres, & sine studio mentiendi, certe aliena lingua minus intellecta nonnulla difficultate, præsertim quia non in gestis agitatur quæ improbi ne mentiantur, boni autem ne aliquid obliviscantur, utiliter instituta sunt. Si quis autem memoratis fratribus nostris ex hoc aliquid quæstionis intulerit, eosque ad judi-*

ANNO CHRISTI 415.

judicium episcopale vocaverit, sibi ut poterunt adesrunt: nobis vero labore quid opus est, quando ne ipsi quidem judices post coepiscopi nostri (Ioannis) *narrationem aliquid inde pronuntiare voluerunt?* Quæ in defensionem Orosii a Ioanne falso blasphemiæ accusati ipsis ferme apologetici verbis dicta fuisse (nam quid Eroti Lazarove objecerit aliisque incompertum) plane nullus ambigo.

ANNO CHRISTI 415.

[a] CONCILIVM DIOSPOLITANVM [b] XIV. EPISCOPORVM.

In quo [c] Pelagius, post [d] hæreses [e] suo judicio " damnatas, fideique catholicæ professionem emissam, absolutus fuit, sub Innocentio papa I. anno Christi CCCCXV.

INCIPIVNT capitula excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis ejus, quæ in Palæstina synodo sibi objecta damnare compulsus est.

Quod ad Ierusalem volentem colligere filios suos dominus clamat, hoc nos clamamus adversus eos, qui filios volentes ecclesiæ colligi, nolunt; nec saltem post judicium, quod de ipso Pelagio factum est, collegerunt: de quo damnatus exiisset, nisi objecta contra Dei gratiam dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa enim quæ, quoquo modo potuit, ausus est qualicumque ratione defendere, objecta sunt quædam, quæ nisi remota omni tergiversatione " anathematizaret, ipse anathema sit factus.

Primo objectum est enim, cum diceret, Adam mortalem factum; qui sive peccasset, sive non, mortuus esset.

Secundo, quod peccatum ipsius ipsum solum læserit, & non genus humanum.

Tertio, & quod infantes nuper nati, in illo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

Quarto, & quod per mortem, vel prævaricationem Adæ, non omne genus humanum moriatur: & quod non per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.

Quinto, infantes, etiamsi non baptizentur, vitam æternam habere possunt.

Sexto, & divites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei.

Septimo, & gratiam Dei atque adjutorium non ad singulos actus donari, sed de libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.

Octavo, & gratiam Dei secundum merita nostra dari.

Nono, & filios Dei non posse vocari, nisi omni modo absque omni peccato fuerint effecti.

Decimo, & non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio: quoniam in propria voluntate habet unusquisque facere aliquid, vel non facere.

Vndecimo, & victoriam nostram non esse ex Dei adjutorio, sed ex libero arbitrio.

Duodecimo, & quod " petentibus veniam, non detur secundum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

Hæc " omnia Pelagius sic anathematizavit, (quod satis gesta ipsa testantur) ut nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit. Vnde fit consequens, ut quisquis sequitur episcopalis auctoritatem judicii, & in ipsius Pelagii confessione tenere debeat quæ tenuit catholica ecclesia.

Sequitur catholica Pelagii confessio post recensita ex libello adversariorum capita in eum objecta, quæ omnia confutavit.

Primo, quod Adam, nisi peccasset, non fuisset moriturus.

Secundo, quod peccatum ejus non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.

Tertio, quod infantes nuper nati, non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

Quarto, ut ad ipsos etiam pertineat, quod breviter ait apostolus: *Per unum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.*

Quinto, quod infantes non baptizati, non solum regnum cælorum, verum etiam vitam æternam non habere possint.

Sexto, ut confiteatur, divites baptizatos, etiamsi divitiis suis non careant, & sint tales quales ad Timotheum describit apostolus, dicens: *Præcipe divitibus hujus mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum suarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam*: non eos a regno Dei posse privari.

Septimo, ut fateatur gratiam Dei & adjutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra.

Octavo, ut re vera sit gratia, id est, gratis data per ejus misericordiam, qui dixit: *Miserebor cujus misertus ero, & misericordiam præstabo cui misertus fuero.*

Nono, ut fateatur filios Dei vocari posse illos, qui quotidie dicunt: *Dimitte nobis debita nostra*: quod utique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato.

Decimo, ut fateatur esse liberum arbitrium, etiamsi divino indigeat adjutorio.

Vndecimo, ut fateatur, quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, sed ex adjutorio Dei provenire victoriam: non enim aliter verum est, quod apostolus ait: *Non volentis, non currentis, sed miserentis est Dei.*

Duodecimo, ut fateatur secundum gratiam & misericordiam Dei veniam pœnitentibus dari, non secundum merita eorum: quemadmodum etiam ipse pœnitentiam, donum Dei dixit apostolus, ubi ait, *Ne forte det illis Deus pœnitentiam.* Hæc omnia simpliciter sine ullis fateatur ambagibus.

Si quis contra auctoritatem catholicam, & ipsius Pelagii expressa ecclesiasticis gestis verba consentit, " atque in illa quæ his sunt contraria veraciter credit; anathema esse tenendum est, nisi quæ illis contraria sunt fido corde teneantur, & aperta confessione promantur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Ejusdem concilii Diospolitani meminerunt plures veteris memoriæ scriptores, atque imprimis ipse Augustinus libro de Gestis Palæstinis contra dogmata Pelagii ad Aurelium Carthaginensem episcopum: in præfatione: *Post-*

eaquam

Margin notes (left): " *dolose ac fraudulenter*

Extat in collectione Cresconiana: & apud August. de peccato originali l. 2. c. 11. & ep. 106. ad sanctum Paulinum Nolæ episcopum. " Et fusius libro de Gestis Palæstinis, ut Prosper vocat, sive quemadmodum alii vulgo nuncupant, Pelagii, dicemus paulo post. " *anathematizasset, ipse anathematizatus esset.* Sic proloquium illud concludit ep. 106. S. Aug. unde ista pene ad verbum. Errores Pelagii ab ipso in concilio condemnati.

" Pœnitentibus, legendum: tum ex fide libri mox citati de Gestis Pelagii a S. Augustino ad Aurelium scripti, tum ex ipsa censura hujus XII. articuli quæ paulo post sequitur.

" Hæc iidem sunt ipsissima S. Aug. verba epist. 106.

Margin notes (right): Catholica asserta adversus Pelagium. " Vide amabili ... ctore ... 106. S. ... ad Pa... num ... nem ... 1. Cor. — 1. Tim. — Rom. — Matth. — Rom. 9. — 2. Tim. — " Paullo aliter apud Aug. ep. Neque enim illa ... h. s. c. ve-raciter a...thematiza...ta esse cr...dendum ... nisi hæc ... quibus ... fideli c. &c.

eaquam in manus nostras, sancte papa Aureli, *ecclesiastica* A *gesta venerunt, ubi Pelagius ab episcopis quatuordecim. provincia Palæstinæ catholicus est pronuntiatus*, &c. tum c. 1. *Denique in his quæ libello, quem dederunt sancti fratres & coepiscopi nostri Galli Eros & Lazarus, qui propter gravem* (sicut postea probabilius comperimus) *unius eorum ægritudinem, præsentes esse minime potuerunt* [a] *recitata sunt objecta Pelagio; illud est primum, quod in libro suo quodam scripsit*, non posse esse sine peccato, nisi qui legis scientiam habuerit. *Quo recitato synodus dixit*: Tu hoc edidisti Pelagi? *At ille respondit*. Ego quidem dixi, sed non sicut illi intelligunt, non dixi, non posse peccare qui scientiam legis habuerit: sed adjuvari per legis scientiam ad non peccandum, sicut scriptum est: *Legem in adjutorium dedit illis*: *Hoc audito synodus dixit*: Non sunt aliena ab ecclesia quæ dicta sunt a Pelagio: *Plane aliena sunt quæ respondit: illud vero quod* B *de libro ejus prolatum est, aliud sonat. Sed hæc episcopi Græci homines, & ea verba per interpretem audientes discutere non curarunt, hoc tantum intuentes, quod ille qui interrogabatur, sensisse se diceret, non quidem verbis eadem sententia in ejus libro scripta diceretur.* Deinde pluribus omissis cap. 16. *Nam quidquid dixit episcopus Ioannes de absentibus fratribus nostris, sive coepiscopis, Erote scilicet ac Lazaro, sive presbytero Orosio, sive de aliis*, &c. Postremo cap. 36. eoque ultimo (ne hic integrum librum qui in Germania primum an. 1612. excusus circumfertur in posterioribus S. Augustini editionibus & in supplemento R. P. Hieronymi Vignierii pag 413. Tomi primi, describere videar) recapitulando, ut ait, attentius strictiusque recenset, in quibus tota hæresis ista consistat.

Hæc sunt quibus hæresis illius dumeta quotidie pullulare; imo jam silvescere dolebamus.

C

I. Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus esset.

II. Quod peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum.

III. Quod lex sic mittat ad regnum quemadmodum & evangelium.

IV. Quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

V. Quod neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat.

VI. Quod infantes etsi non baptizentur, habent vitam æternam.

D

VII. Quod divites baptizati nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere, non eis reputetur, neque regnum Dei possint habere.

VIII. Quod gratia Dei & adjutorium non ad singulos actus detur, sed in libero arbitrio sit, & in lege atque doctrina.

IX. Quod Dei gratia secundum merita nostra detur, & propterea ipsa gratia in hominis sit posita voluntate, sive dignus fiat sive indignus.

E

X. Quod filii Dei non possint vocari nisi omnino absque peccato fuerint affecti.

XI. Quod oblivio & ignorantia non subjaceat peccato, quoniam non eveniant secundum voluntatem, sed secundum necessitatem.

XII. Quod non sit liberum arbitrium si indigeat auxilio Dei, quoniam propriam voluntatem habeat unusquisque aut facere aliquid aut non facere.

XIII. Quod victoria nostra ex Dei non sit adjutorio, sed ex libero arbitrio.

XIV. Quod ex illo quod ait Petrus divinæ nos esse consortes naturæ, consequens sit, ut ita possit esse anima sine peccato quemadmodum Deus.

XV. *In extremo autem objectorum positum est*: Quod pœnitentibus venia non detur secundum A gratiam & misericordiam Dei, sed secundum meritum & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

ANNO CHRISTI 415.

Hæc omnia sua negantem & anathematizantem Pelagium judices approbaverunt: & ideo pronuntiaverunt eum contraria ecclesiasticæ fidei reprobando & anathematizando damnasse.

Subdit vero nonnulla S. Augustinus, quibus epistolæ Innocentii papæ 32. 33 & 34. quæ supra editæ sunt pag. 1315. & 1316. plurimum illustrari queant, & qualis fuerit etiam in extremo vitæ actu Ioannes, omnes intelligant.

De his autem quæ post hoc judicium (Diospolitanum) ibi a nescio quo cuneo perditorum, B qui valde in perversum perhiberetur Pelagio suffragari, incredibili audacia perpetrata dicuntur; ut Dei servi & ancillæ ad curam sancti Hieronymi presbyteri pertinentes sceleratissima cæde afficerentur, diaconus occideretur, ædificia monasteriorum incenderentur; vix ipsum ab hoc impetu atque incursu impiorum in Dei misericordiam turris munitior tueretur: tacendum nobis potius video & expectandum quid illic fratres nostri episcopi de his tantis malis agendum existiment: quibus eos dissimulari posse quis credat? &c.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Diospolis urbs Palæstinæ.

Cur miserabilis synodus appellata ab Hieronymo.

a *Concilium Diospolitanum.*] Sic dictum a Diospoli, quæ est civitas in Palæstina, antiquo nomine Lidda appellata. Hanc synodum S. Hieronymus epist. 79. miserabilem synodum vocat: tum quod ea, quæ hic Pelagius gessisse dicitur, dolose egerit: tum etiam quod vere miserabilis fuerit ipsi Pelagio ista synodus, in qua suam ipsius hæresin, cujus intrinsecus obstinatus assertor erat, condemnare coactus fuerit. Acta hujus concilii Innocentius nequaquam probare ac confirmare voluit. *Non possumus*, inquit in epistola sua 26. supra extante, *illorum episcoporum nec probare nec culpare judicium: cum ne sciamus, utrum vera sint gesta: aut si vera sint, illum constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse.* Baronius anno 415. num. 19. & 20.

Acta concilii a pontifice neque probata neque improbata.

Episcopi qui, quot, qualesve interfuerint.

b *Quatuordecim episcoporum.*] Qui, quot, qualesve episcopi huic synodo interfuerint S. August. l. 2. de retract. cap. 47. describit his verbis: *Per idem tempus in oriente, hoc est in Syria Palæstina, Pelagius a quibusdam catholicis fratribus ad episcopalia gesta perductus: eisque absentibus qui de illo libellum dederant, quoniam ad diem synodi non potuerunt occurrere, ab episcopis quatuordecim auditus est: ubi eum dogmata ipsa damnantem, quæ inimica gratiæ Dei adversus eum de libello legebantur, catholicum pronuntiaverunt.* Item contra Iulianum lib. 1. c. 5. ait: *Habemus alios orientales episcopos quatuordecim* " *Eulogium*, " *Ioannem*, *Ammonianum*, " *Porphyrium*, " *Euthonium*, *Porphyrium*, *Fidum*, *Zosimum*, " *Zebanum*, *Nymphidium*, *Chromatium*, " *Iovinum*, " *Eleutherium*, *Clematium*, *quos uno loco simul inventos in istum consessum introducere valeamus, illos ipsos, qui Pelagio judices* E *præsederunt: eumque ut homines, nullo ex altera parte urgente adversario, putantes catholicum, tamquam catholicum pronuntiaverunt.* Eulogius, qui primus ordine recensetur, totius provinciæ Palæstinæ metropolitanus episcopus Cæsariensis fuit, qui successit in locum Ioannis successoris Gelasii. Ioannes ordine secundus est episcopus Hierosolymorum, de quo supra multis in locis. Eleutherius Sebastiæ, Euthonius Hierichuntinæ civitatis antistites " fuerunt. Alter Porphyriorum fuit ille sanctitate celebris Gazensis episcopus, qui per legationem ab imperatore impetravit, ut Marnæo Iovis templo, aliisve deorum fanis occlusis, omnia simulacra dejicerentur, nec amplius consulerentur. Zebænus titulo sanctitatis clarus, Eleutheropolis episcopus est, cui teste Sozomeno veneranda sanctorum prophetarum. Habacuc & Michææ corpora divinitus revelata fuerunt. Iovinus hic nominatus, ut auctor est Palladius, Ascalonis episcopus fuit.

" Cæsareensem synodi præsidem. " Hieros. " Gazensem " Hierichuntinum ex epistola Luciani. " Eleutheropolitanum ex eadem. " Ascalonensem. " Sebastiensem.

Eulogius. Ioannes Hierosolymitanus.

" ut constat ex epistola Luciani presbyteri de inventione reliquiarum SS. Stephani, &c. hoc eodem exeunte anno facta.

Pelagius quis.

c *Pelagius.*] Pelagius natione Britannus & vagus, ex impio monacho illius hæreseos propugnator, cujus, teste Hieronymo & Augustino, Rufinus seminator fuerat.

ANNO CHRISTI 415.

Hæreses Pelagii quæ. Pelagius seipsum condemnavit dolose.

fuerat. Eo tempore quo urbs a Gothis capta fuit, absente Innocentio, clanculo hæreses suas velamento quæstionum occultatas disseminare cœpit Demetriadi, aliisve viduis nobilibus per scripta blanditus, ut eas seduceret, per Iacobum & Timasium, quos seduxerat, manifestatus, cum in hoc concilio sua seipsum sententia per simulationem fidei catholicæ dolose condemnasset, a concilio Carthaginensi & decreto summorum pontificum non semel damnatus fuit. Quod cum ille intellexisset, ad Innocentium papam literas dedit, quibus profitebatur se catholicum esse. Quo effectu, infra dicemus in Zosimo. Baronius ann. 405. 410. 411. 414. 415. &c.

ANNO CHRISTI 416.

ᵃ ab episcopis provinciæ Carthaginensis seu proconsularis habitum docebunt mox patres Milevitani.

ᵇ Habetur inter epistolas sancti Augustini ordine 90.

ᵈ *Hæreses.*] Præter hæreses de libero arbitrio, gratia, &c. quæ supra recensentur, docuit homines ante adventum Christi fuisse sine peccato: orationem non esse necessariam: posse hominem vi liberi arbitrii non tantum non peccare, sed etiam non tentari: feminas divina scientia instrui, & in ecclesia psallere debere, crassioribus vestibus, quibus utuntur monachi, omnes homines indui debere. Hæc ex S. Augustino & Hieronymo duobus infensissimis Pelagianæ hæreseos impugnatoribus. Baronius anno 415. numero 24. & sequentibus.

ᵉ *Suo judicio damnatus.*] Confirmantur auctoritate verborum S. Augustini quæ supra recensuimus. Id eum veteratorie & per simulationem egisse, testatur idem Augustinus de peccato origin. lib. 2. cap. 8. & 9 his verbis: *Fefellit enim judicium Palæstinum ipse Pelagius, propterea ibi videtur esse purgatus. Romanam vero ecclesiam, ubi eum notissimum esse scitis, fallere usquequaque non potuit: quamvis & hoc fuerit utrumque conatus.* Qua de re pluribus infra in notis concilii Carthaginensis.

ᵃ *S. Aug. ep. 47. ad Valentinum hæc paucis:* Quod scriptum est ad papā Innocentium R. V. E. de concilio provinciæ Carthaginensis, & de concilio Numidiæ, & aliquanto diligentius a quinque episcopis, & quæ ipse ad tria ista rescripsit: item quod papæ Zosimo de Africano concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos missum: & quod posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus, &c.

ᵃ CONCIL. CARTHAGINENSE CONTRA PELAGIANOS II.

ᵇ LXVII. EPISCOPORUM,ᵍ

In quo Pelagius & Cælestinus hæretici ᶜ Theodosio VII. & Palladio consulibus, an. domini CCCCXVI. damnati fuerunt sub Innocentio papa I.

Acta omnia exciderunt. Epistola synodalis ad Innocentium papam scripta extat hæc.ᵍ

Domino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio papæ ᵍ *Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentius, Evagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publicanus, Theasius, Tutus, Pantonius, Victor, Restitutus, alius Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius, Avinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavius, Serotinus, Majorinus, Posthumianus, Trispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Marcinus, Fructuosus, Faustinianus, Quodvultdeus, Candorius, Maximus, Macarius, Rusticus, Rufinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octavianus, Prætextatus, Sixtus, Quotvultdeus, Pentadius, Cyprianus, Servilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazacenus, Germanus, Germanianus, Iuventius, Majorinus, Iuventius, Candidus, Cyprianus, & Æmilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in concilio ecclesiæ Carthaginensis adfuimus.*

CUM ex more ad Carthaginensem ecclesiam solenniter ᶠ venimus, atque ex diversis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum & consacerdotum nostrorum dedit * Averothis ᶠ & Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. ᵍ His ergo lectis, Pelagium & Cælestium auctores nefarii prorsus & anathematizandi ab omnibus nobis erroris advertimus. Unde factum est, ut recensendum peteremus, ᶠ quid ante ferme quinquennium super Cælestii nomine hic apud ecclesiam Carthaginensem fuerat agitatum. Quo recitato, sicut ex subditis advertere poterit sanctitas tua, quamvis judicatio manifesta constaret, quia illo tempore, episcopali judicio, excisum hoc tantum ᵍ vulnus ab ecclesia videretur, nihilo minus tamen id communi deliberatione censuimus, hujusmodi persuasionis auctores, quamvis & ad presbyterium idem Cælestius postea pervenisse dicatur, nisi hæc apertissime anathematizaverint, ipsos anathematizari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui decepti sunt a vobis, vel decipi possunt, cognita sententia quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaq; gestū, domine frater, sanctæ caritati tuæ intimandū duximus, ut statutis nostræ mediocritatis, etiā apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorū, & quorumdam etiam perversitate corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus, qua & ipsum nostræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente domino: *Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* Quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti autem asserunt (sicut a fratribus, qui ᶠ eorum libros legerunt, cognovimus) in eo Dei gratiam deputandam, quod talem ᶠ hominis instituit creavitque naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei possit implere, sive naturaliter in corde conscriptam, sive in literis datam. Eamdem quoque legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adjutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam, qua (ut dictum est) Christiani sumus, cujus apostolus prædicator est, dicens: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum,* nolunt cognoscere omnino, nec aperte quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus, non percipientibus quæ sunt spiritus Dei, persuadere non cessant, ad operandam perficiendamque justitiam, & Dei mandata complenda, solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes, quod scriptum est: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Et: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Et: *quod unum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius membra, habentes dona diversa secundum gratiam, quæ data est nobis.* Et: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et: *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam, per dominum nostrum Iesum Christum.* Et: *Quia idonei non sumus aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et: *habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Et innumerabilia, quæ de scripturis omnibus si colligere velimus, tomus non sufficit. Et veremur,

ᶠ venissemus

* Nerothis, ᶠ alias Ancrothis, mendose utrumque; scribendum Erotis aut Herotis.

ᵍ Desiderantur eæ literæ.

[Right margin:] Anno Christi — ᶠ quæ — ᵍ ulcus — ᶠ quod — Nota dictum sedis ... — Ioan. 8. — ᶠ etiam — ᶠ hominis — Rom. 7. — Rom. 8. — Rom. 9. — Rom. 12. — 1. Cor. 15. — Ibidem. — 2. Cor. 3. — 2. Cor. 4.

veremur, ne apud te ipsa ista commemorando, qui majore gratia de sede apostolica prædicas, inconvenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores sumus, (quaquaversus quisque nostrum, verbum Dei prædicando, putatur attentior) crebrius eos patimur & audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episcopalibus gestis, quæ in oriente confecta dicuntur, etiam tuæ venerationi juste visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas, quæ jam multos assertores habet per diversa dispersos, etiam apostolicæ sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum & exitiale ovibus Christi, B quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur, ut nec orare debeamus, ne intremus in tentationem, quod discipulos monuit, & posuit in oratione, quam docuit, aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse, ipse testatus est. Si enim possibilitate naturæ & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat inaniter a domino peti, & fallaciter orari, cum orando poscuntur, quæ naturæ, jam ita conditæ, sufficientibus viribus obtinentur: nec debuisse dicere dominum Iesum: *Vigilate & orate*: sed tantummodo: *Vigilate ut non intretis in tentationem*: nec beatissimo Petro primo apostolorum: *Rogavi pro te*, sed moneo te, vel impero ac præcipio: C *ne deficiat fides tua.* Contradicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris, ut in cassum super populum dicere videamur, quidquid eis a domino precamur, ut recte ac pie vivendo, illi placeant, vel illa quæ pro fidelibus precatur apostolus dicens: *Flecto genua mea ad Patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus.* Si ergo voluerimus, benedicendo, super populum dicere: Da illi virtutem, domine, corroborari per spiritum tuum; istorum nobis disputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, si hoc a Deo poscitur, quod in nostra est potestate. Virtute enim cor- D roborari, si volumus, inquiunt, possumus, ea possibilitate naturæ, quam non nunc accipimus, sed quam, cum crearemur, accepimus. Parvulos etiam, propter salutem, quæ per salvatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera doctrina in æternum necant, promittentes, etiamsi non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad eos, de quibus dominus ait: *Venit enim Filius hominis quærere & salvare quod perierat.* Quia, inquiunt, isti non perierant, nec est quod in eis salvetur, vel tanto precio redimatur, quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate E captivum, nec pro eis fusus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum, quamquam per baptismum Christi etiam parvulorum fieri redemptionem libello suo Cælestius in Carthaginensi ecclesia jam confessus est. Sed multi qui eorum perhibentur esse vel fuisse discipuli, hæc mala, quibus fundamenta Christianæ fidei conantur evertere, quacumque possunt astutia affirmare non cessant. Vnde etiamsi Pelagius Cælestiusque correcti sunt, vel si ista nunquam sensisse se dicunt, & quæcumque scripta contra eos prolata fuerint sua esse negabunt; nec est, quemadmodum de mendacio convincantur: genera- A liter tamen, quicumque dogmatizat, & affirmat humanam sibi ad vincenda peccata & Dei mandata facienda sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ sanctorum evidentius orationibus declaratur, adversarius invenitur: & quicumque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari, & salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quæcumque autem alia eis objiciuntur, non dubium, venerationem tuam, cum gesta episcopalia perspexerit, quæ in oriente in eadem causa confecta dicuntur, id judicaturam, unde omnes in Dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis, domine beatissime papa.

RESCRIPTUM INNOCENTII AD CONCILIUM CARTHAGIN. II.

Innocentius Aurelio & omnibus sanctis episcopis, &c.

Extat supra[a] inter epistolas Innocentii, estque ordine 24.[b] *In requirendis*, &c. sive, *Inquirendo de his rebus*, &c.

[a] pag. 1283. [b] Inter Augustinianas ordine 91.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Carthaginense.*] Qua occasione hæc synodus Carthagine in Africa celebrata sit, quidve in ea actum fuerit, ex synodali epistola supra ex S. Augustino huc translata, cognoscere licet: nimirum, quod cum ex Orosii presbyteri relatu, literisque S. Hieronymi ad Augustinum redditis, aliorumque episcoporum Galliæ intellexissent, Pelagium a patribus Diospolitani concilii in Palæstina, eo quod hæresin suam fraudulenter dumtaxat condemnasset, catholicæ communioni redditum esse; omnino necessarium fore existimarunt, ut concilio desuper indicto Africanæ ecclesiæ episcopi congregentur, causa Pelagii & Cælestii synodali episcoporum judicio iterum examinetur: tum quod Diospolitanæ synodi patres suo decreto rescidisse viderentur ea quæ ipsi jam ante quinquennium adversus Cælestium statuissent: tum etiam quod Pelagius a prædictis patribus in communionem ecclesiæ receptus, cum magno periculo fidelium, ut catholicus cum fidelibus conversaretur. Initio consessus epistolæ Herotis & Lazari episcoporum in Gallia exhibitæ & perlectæ fuerunt. Post causam Pelagii & Cælestii propositam, pro meliore informatione, acta ecclesiastica ante quinquennium adversus Cælestium Pelagii antesignanum Carthagine confecta, edi & publice legi mandatum fuit. Quibus diligenter inspectis & examinatis, utriusque damnatio ibidem proclamata est, nisi parati essent suas ipsorum hæreses damnare. Quibus peractis, per synodicam ab Innocentio actorum suorum confirmationem petiverunt; addentes, ut si induci non posset ad damnandum hominem, quem Palæstina synodus tamquam catholicum absolvisset, saltem hæreses ejus damnare non recusaret. Canones quosdam in hoc concilio editos fuisse S. Prosper de ingrat. indicat carminibus illis, quibus Africanorum conventum incomparabili quodam zelo adversus Pelagianam hæresin accensus describit. Vide Baronium anno 416. num. 4. 5. 6. 7. 8.

Causa concilii. Acta concilii. Pelagius & Cælestius condemnati. An ab hac synodo canones editi?

b *A sexaginta septem episcopis.*] Omnium nomina recensentur in titulo epistolæ synodicæ præcedentis.

Episcopi qui?

c *Theodosio VII. & Palladio consulibus anno domini 416. damnati fuerunt.* Hoc concilium allegatis consulibus, anno nimirum Christi 416. & Innocentii XVI. tempore autumnali celebratum fuisse, Innocentii epistola ad Milevitanum concilium, Honorio II. & Constantio II. consulibus, anno Christi 417. sexto Kalendas Februarii rescripta, evidentissime demonstrat. Per eumdem Iulium legatum, utraque synodus, Carthaginensis & Milevitana, ad Innocentium scripsit, & pontificis rescriptum accepit. Cum itaque pontifex suas epistolas prædictis consulibus, mense Ianuario, anno 417. reddiderit, dubium non est, quin in causa Pelagii, prædicta concilia circa initium autumni anno 416. habita fuerint. Hoc concilium Carthagine paulo ante Milevitanum coactum fuisse, synodica concilii Milevitani II. indicat his verbis: *Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, hac de causa scripsisse comperimus.*

Tempus concilii.

Anno Christi 416.

[a] CONCIL. MILEVITANVM [b] II.
[c] CONTRA PELAG. ET CÆLESTIVM, [d] LX. EPISCOPORVM.''

[e] Theodosio VII. & Palladio consulibus.

Celebratum sub Innocentio papa I. anno Christi CCCCXVI.

[a] Aut etiam plurium habitum Milevi in urbe Numidiæ eodem anno 416. exeunte autumno post Carthaginense præcedens.

[f] TITVLI CANONVM.

I. *Contra Pelagianos, qui dicunt, etiam sine peccato mori potuisse Adam.*

II. *Quod juxta apostoli testimonium, etiam parvuli, qui nihil peccati adhuc commiserunt, omnes in peccatorum remissione veraciter baptizentur.*

III. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etiam adjuvat, ne committantur.*

IV. *Quod per gratiam Dei sciamus, quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus.*

V. *Quod gratia Dei præstet, ut lex impleatur; non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

VI. *Quod juxta sententiam Ioannis euangelistæ nemo sit qui esse possit sine peccato.*

VII. *Quod unicuique, etiam justo, non solum pro aliis, sed & pro semetipso dicere oporteat: Dimitte nobis debita nostra.*

VIII. *Quod a sanctis veraciter dicatur: Dimitte nobis debita nostra.*

IX. *Quod ad communes causas ecclesiæ generale concilium congregari oporteat, in privatis vero causis speciale uniuscujusque provinciæ.*

X. *Vt epistolas ad concilium evocandum metropolitanus subscribat & dirigat.*

XI. *Vt de hæreticis & infidelibus quidquid in concilio constituitur, a principe impetretur.*

XII. *Vt preces & orationes compositæ, nisi probatæ fuerint, in concilio non dicantur.*

XIII. *Vt posteriores anterioribus episcopis non præferantur, nec inconsultis primatibus suis, aliquid agere præsumant.*

XIV. *Vt episcopi, pro tempore consecrationis suæ, literas ab ordinatoribus habeant.*

XV. *Vt ubi primum quis * legerit, ibi permaneat clericus.* [* eligitur.]

XVI. *Vt pro causis ecclesiarum executores vel advocati a principe postulentur.*

XVII. *Vt neque dimissus, neque dimissa, alteri conjungantur.*

XVIII. *De his qui in sua provincia non communicant, ut alibi non communicent.*

XIX. *De clericis qui apud principem sæculare judicium, aut synodale impleverint.*

XX. *Vt sine formatis nemo ad comitatum proficiscatur, & qualiter formatæ fiant.*

XXI. *De episcopis qui, quod repetere poterant, prætermissa synodo, invaserant.*

XXII. *De clericis qui de judicio episcoporum suorum conqueruntur.*

XXIII. *De his qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.*

XXIV. *De episcopis negligentibus adversus hæreticos.*

XXV. *Vnde supra.*

XXVI. *De virginibus quæ infra vigintiquinque annos, necessitate cogente, velantur.*

XXVII. *De episcopis qui post acta Carthaginensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.*

PRÆFATIO.

[g] GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis viris clarissimis A consulibus VI. Kalendas Septembris, in civitate Milevitana, ''in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis in concilio universali consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiæ sanctæ unum est corpus, omniumque membrorum caput est unum, factum est, volente domino, ac nostram infirmitatem juvante, ut ad hanc ecclesiam conveniremus, dilectionis & fraternitatis gratia invitati. Vnde quæso caritatem vestram, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos, nec superfluus nec insuavis est cunctis, ideoque pariter quædam de causis fidei, unde nunc B quæstio'' Pelagianorum imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur: deinde subsequantur & aliqua, quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.

An[no] Chr[isti] 41[6]. '' Hæc ... ctat P... tio ad ... cilium ... mum ... vitanu... anno 4... celebra... Vide ... pag. 13...

'' Hæc ... vel a ... inserta...

CANONES.''

I.

PLACVIT ergo omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc quæ in præsenti concilio definita sunt: Vt quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, C moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

'' Hos ... nones ... hocce ... vitano ... ciliosu... ctos m... ad Car... ginens... univer... an. 41... lebrat... viri pe... diti re... runt & ... rissime ... ut dice... alias.

II.

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur: unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis, D in remissionem peccatorum, non vere, sed false intelligatur; anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*, nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem E veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Cod. c... cap. 10... Conc. ... cap. 76... De con... dist. 4. ... cuit igi... omnibu... episcopi... Cod. ca... cap. 11... Conc. A... cap. 77. De conf... dist. 4. ... cuit, ut q... cumque parvulos... *Rom.* 5.

III.

Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, in qua justificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit.

Cod. ca... cap. 111. Conc. A... cap. 78. De conf... dist. 4. ... cuit, ut q... cumque ... xerit.

IV.

Item, quisquis dixerit eamdem gratiam Dei, per Iesum Christum dominum nostrum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare

Cod. ca... cap. 112. Conc. A... cap. 79. De confe... dist. 4. Quisquis dixerit.

vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat apostolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat:* valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat, non habere: cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus; ut ædificante caritate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: *Qui docet hominem scientiam:* ita etiam scriptum est: *Caritas ex Deo est.*

V.

Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam, etiamsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius potestis facere: sed ait: *Sine me nihil potestis facere.*

VI.

Item placuit, quod ait S. Ioannes apostolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est:* quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita est, anathema sit. Sequitur enim apostolus, & adjungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & justus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere: *Si dixerimus quia non habemus peccatum,* nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait: *Nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est,* satis ostendit, eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

VII.

Item placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos: *Dimitte nobis debita nostra*, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores: & ideo non dicere unumquemque sanctorum: Dimitte mihi debita mea, sed: *Dimitte nobis debita nostra*, ut hoc pro aliis potius, quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & justus erat apostolus Iacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est, *omnes*, nisi ut ista sententia conveniret & psalmo, ubi legitur: *Non intres in judicium* A *cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo qui non peccet.* Et in libro Iob: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & justus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo nostro:* noluit dicere, peccata nostra, sed & *populi sui* dixit: & *sua:* quia futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam propheta prævidit.

ANNO CHRISTI 416.

Eccl. 7. Iob. 37. Dan. 9. Ibid.

VIII.

Item placuit, ut quicumque verba ipsa dominicæ orationis, ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, sed debita non habere?

Cod. can. cap. 116. Conc. Afr. cap. 83. Matth. 6.

Hucusque de fide contra Pelagianos, nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.

IX.

Placuit, ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ, undecumque ad hanc sedem pro concilio datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia, ubi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ communes non sunt in suis provinciis judicentur.

Cod. can. cap. 95. Conc. Afr. cap. 62.

X.

Placuit etiam peti, ut omnium episcoporum epistolis omnibus, de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat.

Cod. can. cap. 106. §. ult. Conc. Afr. c. 73 § ult.

XI.

Placuit & illud adversus hæreticos vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso concilio, quidquid utile providerint a gloriosissimis principibus impetrent.

Cod. can. & conc. Afr. eodem cap.

XII.

Placuit etiam & illud, ut preces vel orationes, seu missæ, quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

Cod. can. cap. 103. Conc. Afr. c. 70.

XIII.

*Palentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prose- quar

* Valentinus * Placentinus

ANNO CHRISTI 416.

quar ea quæ necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinę. Scimus enim, sic inviolate permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis * legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem jubeat sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, ut hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuavit frater & coepiscopus noster, ut unusquisque nostrum, ordinem sibi decretum a Deo cognoscat: & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos, qui putaverint, spretis majoribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni concilio coercendos. Universi episcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus & a majoribus est servatus, & a nobis Deo propitio servabitur, salvo etiam jure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

* caritatis

XIV.

Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

XV.

Item placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel * legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

Dist. 72. Placuit, ut quicumque dixerit in ecclesia. * suscepto officio eligitur,

XVI.

Placuit præterea, ut executoribus in omnibus justis desideriis impertiatur. Placuit etiam, ut petatur a gloriosissimis imperatoribus, ut jubeant judicibus * dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum ecclesiasticarum, more sacerdotum provinciæ, ut iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem, pro negotiis ecclesiarum quoties necessitas flagitaverit, vel ad obsistendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicum secretaria.

* dari

XVII.

Placuit, ut secundum evangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungantur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. [l] In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

Cod. can. cap. 102. Conc. Afr. c. 62. 37. quæst. 7. Placuit, ut secundum. 1. Cor. 7.

XVIII.

Placuit, ut quicumque non communicat in provincia propria, & in aliis provinciis vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit; jacturam communionis vel clericatus excipiat.

ANNO CHRISTI 416. Cod. can. cap. 105. Conc. Afr. cap. 72.

XIX.

Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum potierit, honore proprio privetur. Si autem episcopale judicium ab imperatore postulaverit, nihil ei obsit.

Cod. can. cap 104. Conc. Afr. cap. 71. 11. quæst. Placuit, quicumque ab imp.

XX.

Placuit, ut quicumque clericus, propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, a communione removeatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit, ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum loci ejus ipsam necessitatem, & de hoc scripta ejusdem episcopi deferat: formatæ autem, quæ a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni paschæ dies incerta est, ille præcedens adjungatur, quomodo solet, Post consulatum, in publicis gestis adscribi.

Cod. can. cap. 106. Conc. Afr. cap. 73.

XXI.

Item placuit, ut quicumque episcopi, quascumque ecclesias vel plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita repetierint, ut causas suas, episcopis judicantibus, agant: sed alio retinente irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt; ille discedat, quem constiterit, prætermissis * judiciis ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primate, ut retineat, literas impetrarit: sed, sive habeat literas, sive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus literas accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos judices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consultu primatis delegerint.

Cod. can. cap. 120. Conc. Afr. cap. 87. 16. quæst. Placuit, quicumque episcopi ecclesias. * judiciis

XXII.

[m] Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum.

Cod. can. cap. 125. Conc. Afr. cap. 92. 1. quæst. Placuit, presbyteri.

suarum. Ad transmarina autem, qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

XXIII.

Placuit, ut quicumque conversus ab hæreticis, dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, unusquisque catholicus episcopus requirat, ubi & ob quam causam apud eosdem hæreticos pœnitentiam susceperit: ut cum documentis certis hoc ipsum approbaverit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem episcopo catholico visum fuerit; tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

XXIV.

Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, uti id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conventionis, non hoc fecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant: ita sane, ut si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impune ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse præventam, ut eo modo ejus cura * solertior * vitaretur, cum hoc judices episcopi cognoverint, suæ cathedræ loca restituant. Sane, si episcopi, inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille primas det judices, in cujus provincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut * duo eligantur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum. A judicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare. Et quisquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

XXV.

Si in matricibus cathedris episcopus negliglens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die, quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciente, non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

XXVI.

Item placuit, ut quicumque episcoporum, necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velaverit virginem, seu velavit intra vigintiquinque annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

In dec. Ivo. lib. 3. Cod. can. c. 126. Conc. Afr. c. 93. Carthag. 5. c. 4.

XXVII.

Item placuit, ne diutius universi episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab universo "concilio ternos judices de singulis provinciis eligi." Et electi sunt de provincia Carthaginensi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de provincia Numidiæ, Alypius, Augustinus, & Restitutus: de provincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate, Cresconius, Iocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitiphensi, Severianus, Asiaticus, & Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio universa cognoscant. A quo petiit "universum concilium, ut cunctis sive gestis, quæ confecta jam sunt, sive epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt.

" Vltimus hicce canõ aperte indicat verbis istis, non ad particularẽ Milevi synodum, sed ad conciliũ universale Carthagine habitum regulas istas omnes referendas.

Conc. Afr. cap. 94. " Notetur hoc verbũ universi concilii electis e quinque provinciis judicibus subjunctũ.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & perlecto subscripsi.

Donatianus Teleptensis primæ sedis subscripsi.

Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi.

Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

°EPISTOLA CONCILII MILEVITANI AD INNOCENTIVM PAPAM.

De cohibendis Pelagianis ".

" Est 92. inter Augustinianas.

Domino beatissimo, meritoque venerabili & in Christo honoranda papæ Innocentio, Silvanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alypius, Augustinus, Placentius, Severus, Fortunatus, Possidius, Novatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustinianus, Cresconius ', Innocentius, Felix, Antoninus, Gigantius, Cresconius, Adeodatus, Processus, Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinus, Faustinus, Victor, Antoninus, Malchus, Victorius ', Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturninus, Cresconius, Possidonius, Lucius, Honorius, Servius, Terentius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Cresconius, Victor ',

' Honorius, Cresconius, Lucius, ' Litorius

ANNO CHRISTI 416

ctor[1], *Honoratus*, *Donatus*, *Petrus*, *Præsidius*, *Cresconius*, *Lampadius*, *Delphinus*, *ex concilio Milevitano*, *in domino salutem*.

[1] Gigantius. Possidon[2] Antoninus, Innocentius, Felix, Antoninus. Victor, *Verum hæc nomina admodum cōfusa in cc. mss.*

QUIA te dominus gratiæ suo præcipuo munere in sede apostolica collocavit, talemque nostris temporibus præstitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, si apud tuam venerationem, quæ pro ecclesia sunt suggerenda, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam, quæsumus, adhibere digneris. Nova quippe hæresis, & nimium perniciosa tentat assurgere inimicorum gratiæ Christi, qui nobis dominicam etiam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim dominus docuerit, ut dicamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* (Matth. 6. Luc. 11.) isti dicunt, posse hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem justitiæ, sine adjutorio gratiæ salvatoris, per solum liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut ei non sit jam necessarium dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* (Ibidem.) Illud vero quod sequitur: *Ne nos inferas in tentationem*, non ita intelligendum, tanquam divinum adjutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati dicidamus: sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere hominis voluntatem, tamquam frustra apostolus dixerit: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* (Rom. 9.) Et: *Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere.* (1. Cor. 10.) Frustra etiam dominus dixerit apostolo Petro: *Rogavi pro te, ne deficiat fides tua:* (Luc. 22.) & omnibus suis: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem:* (Matth. 26. Luc. 22.) si hoc totum est potestatis humanæ. Pueros quoque parvulos (si nullis imbuantur Christianæ gratiæ sacramentis) habituros vitam æternam, nequaquam Christiana præsumptione contendunt, evacuantes quod dicit apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* (Rom. 5.) Et alio loco: *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur.* (1. Cor. 15.) Ut ergo alia omittamus, quæ contra scripturas sanctas plurima disserunt, hæc interim duo (quibus omnino, totum quod Christiani sumus, conantur evertere) quæ fidelia corda sustineant, non esse rogandum Deum, ut contra peccati malum, atque ad operandam justitiam sit noster adjutor: & non opitulari parvulis, ad consequendam vitam æternam, Christianæ gratiæ sacramentum. Hæc insinuantes apostolico pectori tuo, non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cum procul dubio te ista permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contamineut, vel potius interimant, (dum sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant) omnino dissimulare non possis. Hujus autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur Pelagius & Cælestius, quos quidem in ecclesia sanari[3] maluimus, quam desperata salute, ab ecclesia resecari, si necessitas nulla compellat. Quorum unus, id est, Cælestius, etiam ad presbyteriū in Asia[4] pervenisse dicitur. De quo, ante paucos annos quid gestum fuerit, sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruitur. Pelagius vero (sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ) Hierosolymis constitutus, nonnullos fallere asseritur. Verumtamen multo plures, qui ejus sensus diligentius indagare potuerunt, adversus eum pro Christi gratia, & catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue sanctus filius tuus, frater & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur (adjuvante misericordia domini Dei nostri Iesu Christi, qui te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur) auctoritati sanctitatis tuæ de claro scripturarum lumine depromptæ, facilius eos (qui tam perversa & perniciosa sentiunt) esse cessuros, ut de correctione potius eorum gratulemur, quam contristemur interitu, domine beatissime. Quodlibet autem ipsi eligant, certe vel alios, quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua, instanter & celeriter providendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensem ecclesiam, & Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu: Memor nostri in domini gratia augearis, domine beatissime, meritoque venerabilis, & in Christo honorande, sanctissime papa.

[3] malumus.

[4] Ephesi, ex Marte Mercatore.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

** Ad hanc Milevitanæ synodi epistolam rescripsit Innocentius papa 6. Kalendas Februarias anni proxime sequentis Honorio Augusto, & Constantio V. C. consulibus. Hæc vero epistola incipit *Inter ceteras Romanæ ecclesiæ curas &c.* habeturque supra pag. 1287. B. ordine 25. & 93. inter Augustinianas, cujus hic meminisse debuerat Binius. Sequentis porro epistolæ meminit sæpe S. Augustinus cum ep. 47. ad Valentinum, ut supra monuimus, tum etiam 106. ad Paulinum hisce verbis: *Missæ sunt ex duobus conciliis Carthaginensi & Milevitano relationes ad apostolicam sedem, antequam gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos provinciæ Palæstinæ Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Africam pervenissent. Scripsimus etiam ad b. m. papam Innocentium, præter conciliorum relationes, literas familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat atque oportebat apostolicæ sedis antistitem &c.* Literas vero Innocentii ad quinque illos episcopos legisti supra pag 1290. A. hoc initio: *Fraternitatis vestræ literas, plenas fidei &c.*

EPISTOLA FAMILIARIS QUINQUE EPISCOPORUM AD SUPRADICTUM PAPAM.

Domino beatissimo, meritoq; honorandissimo fratri[5] *Innocentio papæ, Aurelius, Alypius, Augustinus, Evodius & Possidius, in domino salutem.*

[5] patri codice Iustelli.

DE conciliis duobus provinciæ Carthaginensis atque Numidiæ ad tuam sanctitatem a non parvo episcoporum numero subscriptas literas misimus, contra inimicos gratiæ Christi, *qui confidunt in virtute sua*, (Psal. 48.) & creatori nostro quodammodo dicunt: Tu nos creasti homines, justos autem ipsi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quærant liberatorem: ideo salvam, ut indicent superfluum salvatorem. Tantum enim dicunt valentem, ut suis viribus, semel in origine suæ creationis acceptis, possint per liberum arbitrium, nihil ulterius adjuvante illius gratia qui creavit, domare & extinguere omnes cupiditates, tentationesque superare. *Multi eorum insurgunt adversum nos, & dicunt animæ nostræ: non est salus illi in Deo ejus.* (Psal. 3.) Familia Christi (quæ dicit: *Quando infirmor, tunc fortis sum:* (2. Cor. 12.) & cui dicit

ANNO CHRISTI 416.

dicit dominus ejus: *Salus tua ego sum*) suspenso corde, cum timore & tremore adjutorium Dei, etiam per caritatem tuæ venerationis, expectat. Audivimus enim esse in urbe Roma, ubi ille diu vixit, nonnullos qui diversis causis ' ejus faveant. Quidam scilicet, quia ' vos talia persuasisse perhibent: plures vero, qui eum talia sentire non credunt: præsertim quia in oriente, ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse jactantur, quibus putatur esse purgatus: ubi quidem si episcopi eum catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credendū est, nisi quia dixit se Dei gratiam confiteri, & ita posse hominem suo labore ac voluntate juste vivere, ut ad hoc adjuvari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antistites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare consueverunt, eam utique, de qua dicit apostolus: *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Sine dubio gratiam, qua justificamur ab iniquitate, & qua salvamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habemus, cum quibus homines sumus; negare vero eam, qua Christiani & filii Dei sumus: quis catholicorum sacerdotum eum patienter, non dicimus, audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt judices, qui ecclesiastica consuetudine gratiæ nomen audierunt, nescientes quid hujusmodi homines vel in suæ doctrinæ libris, vel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de uno Pelagio, qui jam fortasse correctus est, quod utinam ita fit: sed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas, velut convictas, trahentibus, firmas autem & in fide stabiles, ipsa contentione fatigantibus, usquequaque jam plena sunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam, qua fateatur, si tamen jam fateatur, ad non peccandum, justeque vivendum, homines adjuvari: aut hoc ipsum cum eo per literas agendum. Et cum inventus fuerit hanc dicere, quam docet ecclesiastica & apostolica veritas, tunc sine ullo scrupulo ecclesiæ, & sine latibulo ambiguitatis ullius absolvendus est, tunc est revera de ejus purgatione gaudendum. Sive enim dixerit, gratiam esse liberum arbitrium, sive gratiam esse remissionem peccatorum, sive gratiam esse legis preceptum, nihil eorum dicit, quod per subministrationem Spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationesque vincendas, quem ditissime effudit super nos, *qui ascendit in cælum, & captivavit captivitatem, deditque dona hominibus.* Hinc enim oramus, ut peccatorum tentationem superare possimus, *ut spiritus Dei*, unde pignus accepimus, *adjuvet infirmitatem nostram.* Qui autem orat & dicit: *Ne nos inferas in tentationem:* non utique id orat, ut homo sit; quod est natura, neque orat id, ut habeat liberum arbitrium, quod jam accepit, cum crearetur ipsa natura; neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur: *Dimitte nobis debita nostra:* neque orat, ut accipiat mandatum, sed plane orat, ut faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utique A peccatum, quod est contra mandatum. Orat igitur, ut non peccet, hoc est, ut ne quid faciat mali: quod pro Corinthiis orat apostolus, dicens: *Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali.* (2. Cor. 13.) Unde satis apparet, quod ad non peccandum, id est, ad non malefaciendum, quamvis esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen ejus potestas non sufficiat, nisi adjuvetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiæ testificatio. Hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus sive rectum, sive correctum. Distinguenda est lex, & gratia. Lex jubere novit, gratia juvare. Nec lex juberet, nisi esset voluntas; nec gratia juvaret, si satis esset voluntas. Iubetur, ut habeamus intellectum, B ubi dicitur: *Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:* (Ps. 31.) & tamen oramus, ut habeamus intellectum, ubi dicitur, *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.* (Ps. 118.) Iubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur: *Stulti aliquando sapite:* (Ps. 93.) & tamen oratur, ut sapientiam habeamus, ubi dicitur: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* (Iacob. 1.) Iubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur: [Hic " aliquid deest ejusmodi:] *Sint lumbi vestri præcincti:* (Luc. 12.) & tamen oramus eam dari nobis ubi dicitur: *Cum scirem quia nemo potest esse conti-* C *nens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum; adii dominum, & deprecatus sum illum.* (Sapient. 8.) Postremo, ne nimium longum sit cuncta percurrere, jubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur: *Declina a malo,* (Ps. 33.) & tamen oratur ut non faciamus malum, ubi dicitur: *Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali.* (2. Cor. 13.) Iubemur ut faciamus bonum, ubi dicitur: *Declina a malo, & fac bonum,* (Ps. 33.) & tamen oratur ut faciamus bonum, ubi dicitur: *Non cessamus, pro vobis orantes & postulantes,* (Coloss. 1.) atque inter cetera quæ illis orat, dicit: *Ut ambuletis digne Deo in omne placitum, in omni opere & sermone bono.* (1. Thess. 2.) Sicut ergo agnoscimus voluntatem, cum hæc præcipiuntur: D sic & ipse agnoscat gratiam, cum petuntur.

Misimus reverentiæ tuæ librum", quem dederunt quidam religiosi & honesti adolescentes, servi Dei, quorum etiam nomina non tacemus, nam Timasius & Iacobus vocantur. Qui, sicut audivimus, & etiam nosse dignaris, ipsius Pelagii exhortatione, spem, quam habebant in sæculo, reliquerunt, & nunc continentes Deo serviunt. Qui cum errore eodem tandem aliquando per qualemcumque operam nostram, domino inspirante, caruissent, protulerunt eumdem librum, Pelagii esse dicentes, & ut ei re- E sponderetur, impendio rogaverunt. Factum" est: ad eosdem rescripta est ipsa responsio. Agentes gratias, rescripserunt. Utrumque misimus, cui responsum est, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, ubi" (petimus) inspicere non graveris, quemadmodum sibi objecta quæstione, quod gratiam Dei negaret, ita respondit, ut eam esse non diceret nisi naturam, in qua nos condidit Deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus. Anathematizet ' illa, & eam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat & prædicat esse propriam Christianorum, quæ non est natura, sed qua salvatur natura, non

" quæ ansulis clausimus videtur glossema.

" Pelagii de natura.

" Extat liber de natura & gratia, tom. VII. operum S. Aug.

" videntur non necessariæ ansulæ, ubi petimus: inspicere non graveris &c.

' anathemet ea

ANNO CHRISTI 416.

non auribus doctrina sonante, vel aliquo adjumento visibili, sicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus & occulta misericordia, sicut ille facit *qui dat incrementum Deus.* (1. Cor 3.) Etsi enim quadam non improbanda ratione, dicitur gratia Dei, qua creati sumus, ut nonnihil essemus: nec ita essemus aliquid, ut cadaver quod non vivit, aut arbor quæ non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines qui & essemus, & viveremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere valeamus: unde merito & gratia ista dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate Dei donata B est: alia est tamen, qua prædestinati vocamur, justificamur, glorificamur, ut dicere possimus: (Rom. 8.) *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* De hac gratia quæstio vertebatur, quando ab his, quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret, non solum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata divina, per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam. Hanc apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua salvamur & justificamur ex fide Christi. De hac scriptum est: (Galat. 2.) *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* (Galat. 5.) De hæc scriptum est: *Evacuati estis a Christo. Qui in lege justificamini, a gratia excidistis.* De hac scriptum est: (Rom. 11.) Si *autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia.* (Rom. 4.) De hac scriptum est: *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam.* Et multa alia, quæ melius potes ipse meminisse, & intelligere prudentius, & illustrius prædicare. Illam vero gratiam, qua creati sumus homines, etiamsi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen, si ita appellatam in ullis legitimis, propheticis, evangelicis, apostolicisque literis legimus. Cum itaque de hac gratia, Christianis fidelibus catholicisque notissima, illi objiceretur quæstio, ut eam oppugnare desineret: quid est, quod cum hoc sibi in libro suo, velut ab adversante persona, idem ipse objecisset, ut se respondendo purgaret; nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre ' gratiam creatoris; atque se ('referri ad) ita dicere, sine peccato implere posse justitiam, per liberum arbitrium cum adjutorio divinæ gratiæ, quod Deus hoc dederit homini, ipsa possibilitate naturæ? Cui merito respondetur: (Galat. 5.) *Ergo evacuatum est scandalum crucis: Ergo Christus gratis mortuus est.* (Rom. 4.) Non enim, si non moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter justificationem nostram, nec *ascendens in altum, captivans captivitatem, daret dona hominibus,* (Ps. 67.) ista naturæ possibilitas, quam defendit, non esset in hominibus. An forte Dei mandatum deerat, & ideo Christus mortuus est? Imo etiam & hoc erat sanctum, & justum, & bonum, Iam dictum fuerat: (Exod. 20.) *Non concupisces:* jam dictum fuerat: (Matth. 5.) *Diliges proximum tuum tamquam teipsum.* In quo sermone apostolus omnem legem dicit impleri: & quoniam nisi diligat Deum, nemo diligit seipsum, ideo domi- A nus in his duobus præceptis totam legem dixit prophetasque ' pendere. Quæ duo præcepta (' impl) jam erant hominibus divinitus data. An æternum præmium justitiæ promissum nondum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit, etiam in veteri testamento regnum cælorum esse proximum. Si ergo ad faciendam perficiendamque justitiam, jam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium, jam erat legis Dei sanctum, & justum, bonumque mandatum, jam erat promissum præmium sempiternum: *Ergo Christus gratis mortuus est:* (Galat.) ergo neque per legem justitia, neque per naturæ possibilitatem, sed ex fide ac dono Dei per Iesum Christum dominum nostrum, unum mediatorem Dei & hominum. Qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter justificationem nostram, profecto & antiquorum fides evacuaretur, & nostra. Fide vero evacuata, quæ homini justitia remaneat: *cum justus ex fide vivat? Ex quo enim per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt:* (Hebr.) (Rom.) procul dubio *a corpore mortis hujus, ubi lex alia repugnat legi mentis,* (Rom.) neminem liberavit aut liberat suæ possibilitas naturæ: quæ perdita, redemptore C indiget; saucia, salvatore; sed gratia Dei per fidem unius mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, qui & Deus cum esset, hominem fecit, & manens Deus, homo factus, refecit ipse quod fecit. Puto autem, quod eum lateat, fidem Christi (quæ postea in revelationem venit) in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt, quicumque omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt occulto judicio Dei, non tamen vituperabili. Vnde dicit apostolus: *Habentes autem eumdem spiritum fidei,* (2. Cor.) utique eumdem quem & illi, secundum quod scriptum est: *Credidi propter quod locutus sum:* (Ps. 115.) D & nos credimus, propter quod loquimur. Inde est, quod ait ipse mediator: *Abraham concupivit videre diem meum: vidit, & gavisus est.* (Ioan. 8) (Gen. 1) Inde Melchisedec prolato sacramento mensæ dominicæ, novit æternum ejus sacerdotium figurare. Iam vero data in literis lege quam dicit apostolus subintrasse, ut abundaret delictum, & de qua dicit: *Si ergo ex lege hereditas, jam non ex promissione: Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. Quid igitur lex? Transgressionis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, omnino ex lege esset justitia. Sed conclusit scriptura, omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* (Gal. 3.) E Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, ut peccatum agnosceretur, & prævaricatione augeretur? *Vbi enim lex non est; nec prævaricatio.* (Rom.) Et sic adversus victoriam peccati, ad divinam gratiam (quæ in promissionibus est) confugeretur: atque ita lex non esset adversus promissa Dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex prævaricatione legis abundantia peccati, ut ad liberationem quærantur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat esse in homine justitia, non sua, sed Dei, hoc est, data dono Dei. Quam etiam nunc quidam (sicut tunc de Iudæis

dæis dictum est) *ignorantes Dei justitiam, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti.* Per legem quippe & illi justificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, justitia sua, prolata ex natura humana, non donata ex gratia divina, propter quod justitia Dei dicitur. Vnde item scriptum est : *Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata per legem & per prophetas.* Cum dicit : *Manifestata est :* ostendit quia & tunc erat : sed tamquam illa pluvia quam Gedeon impetravit ; tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifesta. Cum ergo lex sine gratia, non mors peccati potuisset esse, sed virtus : sic enim dictum est : *Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex :* sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam, velut in areum, nunc patentem : ita pauci ad eam confugiebant, velut in vellere tunc latentem. Hæc vero temporum distributio refertur ad altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, de qua dictum est : *Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus?* Quapropter si & ante tempus legis, & tempore ipso legis, justos patres ex fide viventes, non possibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac vitiatæ, & sub peccato venumdatæ, sed Dei gratia per fidem justificabat, & nunc eadem, in apertum jam veniens, revelata justificat, anathematizet ' ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam, etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturæ, ad vincenda peccata, & implenda mandata. Aut si ea sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa ; quæ sua esse negat, anathematizet ea tamen, & damnet paterna exhortatione & auctoritate sanctimoniæ tuæ. Si ergo vult, onerosū sibi, & perniciosum discat, ecclesiæ scandalum inferre, quod scandalum auditores, & in perversum dilectores ejus, usquequaque spargere non quiescunt. Si enim cognoverint eumdem librum, (quem illius vel putant esse, vel norunt) episcoporum catholicorum auctoritate, & maxime sanctitatis tuæ, quam apud eum esse majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso esse anathematizatum atque damnatum ; non eos ulterius æstimamus ausuros, loquendo contra gratiam Dei, quæ revelata est per passionem & resurrectionem Christi, pectora fidelia & simpliciter Christiana turbare : sed potius, adjuvante misericordia Dei, concertantibus nobiscum caritate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, (non solum ut in æternum beati, verum etiam & justi & sancti sint) non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Vnde & ad ipsum scriptam ab uno nostrum epistolam, ad quem, per quemdam orientalem diaconum, civem autem Hipponensem, tamquam purgationis suæ quædam scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credidimus dirigendam, melius judicantes, & petentes, ut eam mittere ei ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit, attendens. Illud vero, quod dicunt, posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit, quamvis cum hoc per adjutorium gratiæ, quæ tamen per incarnationem unigeniti ejus revelata atque donata est, dicitur, tolerabilius

A dici videatur, tamen quoniam ' non immerito movere potest, ubi & quando per eamdem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine ullo prorsus peccato simus, (utrum in hac vita, quando *caro concupiscit adversus spiritum*, an vero in illa, cum fiet sermo qui scriptus est : *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis, peccatum est)* diligentius pertractandum est propter alios quosdam, qui senserunt, atque in suis literis memoriæ mandaverunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio nativitatis suæ, sed conversione a peccatis ad justi-

B tiam, & a via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt, quod de Zacharia, & Elizabeth scriptum est, ambulasse eos in omnibus justificationibus domini sine querela. Hoc, quod dictum est, sine querela, sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam (quod aliis locis in literis eorum invenitur) pie confitentes adjutorium gratiæ domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem Spiritum Dei. Qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse utique sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege Dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro

C populo. Sicut ergo nunc per orationis sacrificium convincimur non esse sine peccato, quoniam jussi sumus dicere : *Dimitte nobis debita nostra :* ita & tunc per sacrificia victimarum animalium, convincebantur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis jubebantur offerre. Quod si res ita se habet, ut per gratiam salvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, caritate crescente, perficiamur autem in illa vita, cupiditate extincta, caritate completa : profecto illud quod scriptum est : *Qui natus est ex Deo, non peccat,* secundum ipsam caritatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad nativitatem quippe, quæ ex Deo est, augenda & perficienda caritas pertinet : non ea, quæ minuenda est, & consumenda,

D cupiditas : quæ tamen, quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis. Sed natus ex Deo, nec obediens desideriis ejus, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere : *Iam non ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum.* Sed quoquo modo se habeat ista quæstio, quia etsi non invenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adjutorium gratiæ & Spiritus Dei : quod ut fiat, conandum atque poscendum est. tolerabiliter in id quisque fallitur : nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaboranda & optanda affirmare, etiamsi, quod affirmat, non possit ostendere. Id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est velle. Nobis autem sufficit,

E quod nullus fidelium in ecclesia Dei reperitur quolibet ' profectu excellenti atque justitia, qui audeat dicere sibi non necessariam precationem orationis dominicæ : *Dimitte nobis debita nostra,* & dicat *se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, & in eo veritas non sit,* quamvis jam sine querela vivat. Non enim qualecumque etiam tentationis humanæ, sed grave peccatum est, quod in querelam venit. Cetera quæ illi objecta sunt, sicut gestis defensa pervicerit, ita de his procul dubio tua beatitudo judicabit. Dabit sane nobis veniam suavitas mitissima

ANNO CHRISTI 416.
' merito quæri
1. Cor. 15.
Luc. 1.
Hebr. 7.
Matth. 6.
1. Ioan. 3.
1. Ioan. 3.
Rom. 6.
Rom. 7.
' provectu
Matth. 6.
1. Ioan. 1.
Luc. 1.

ANNO CHRISTI 416.

mitissima cordis tui, quod prolixiorem episto- A lam fortassis quam velles tuæ misimus sanctitati. Non enim rivulum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus: sed in hac non parva tentatione temporis, unde nos liberet cui dicimus: *Ne nos inferas in tentationem*, utrum etiam noster, licet exiguus, ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, & tuis rescriptis de communi participatione unius gratiæ consolari".

Matth. 6.

" addit mſ. Iustelli & consuli.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Acta concilii.

a *Concilium Milevitanum.*] Dum patres hujus concilii pelagianam hæresin octo canonibus adversus eam editis unanimi consensu condemnassent, synodicam ad Innocentium Romanum pontificem per eumdem Iulium legatum, quem concilium Carthaginense cum literis synodalibus Romam miserat, dederunt. Quinque episcopi hi, Aurelius, Alypius, Augustinus, Euodius, & Possidius, suas privatas familiares literas addiderunt; quibus illum admonuerunt, ne, quod jactitabant Pelagiani, cum iisdem Romæ degentibus communicaret, aut saltem conniveret: idque privatis, iisdemque familiaribus literis præstiterunt, ne verenda patris retegere viderentur. Quas vero Innocentius reddiderit; quomodo se iisdem expurgarit, omnemque suspicionem e cordibus Africanorum episcoporum sustulerit, patet supra ex epistolis ad concilium Milevitanum, & quinque episcopos redditis.

Duo Milevitana concilia incuria librariorum in unum conflata.

b *Secundum.*] Hoc concilium a priore Milevitano distinctum esse, supra dixi in concilio Milevitano priore verbo: *Primum.* Qua ratione contigerit, ut vitio librariorum, seu potius collectorum incuria, duo Milevitana in unum sint constituta, ibidem annotavimus.

Cælestius hæresiarcha, quis & qualis?

c *Contra Pelagium & Cælestium.*] De Pelagio supra egi in notis concilii Diospolitani. Cælestius Pelagii armiger & classicus fuit, ejusdem hæreseos auctor: qui licet illius foret discipulus, tamen ab Hieronymo magister & ductor totius exercitus impietatis nominatur. Paulinus diaconus contra hunc disputavit Carthagine: qua disputatione se Rufinum Aquileiensem sequi professus fuit. Ibi aliisve in locis deinceps condemnatus, ad sedem apostolicam appellavit. '

' seu 67.

d *Sexaginta episcoporum*] Quorum nomina recensentur in principio epistolæ synodalis ad Innocentium pontificem scriptæ.

Tempus concilii.

e *Theodosio & Palladio consulibus.*] De tempore hujus concilii Milevitani idem dicendum est quod paulo ante dixi in notis Carthaginensis concilii immediate præcedentis, verbis iisdem, *Theodosio* VII. *& Palladio.*

Canones hujus concilii, qui & quot sint?

f *Tituli canonum.*] Octo canones anteriores, contra octo Pelagii diversas hæreses editi" ad hoc concilium pertinent: reliqui vero, qui deinceps usque ad finem sequuntur diversorum Africanorum conciliorum canones esse apparent. Bar. ann. 416. num. 5.

" Errat Præfatiuncula hæc surreptitie hic addita.

g *Gloriosissimis imperatoribus Arcadio, &c.*] Hæc præfatiuncula, in cujus exordio habetur præfixa nota diei & consulis, usque ad illa verba exclusive: *Ideoque pariter quadam de causis fidei, &c.* est Milevitani concilii primi; cui Aurelius Carthaginensis episcopus interfuit. Baronius prædicto loco.

Can. 9.

h *Placuit ut non sit ultra fatigandis.*] Hæc quæ deinceps sequuntur, non Milevitani, sed diversorum potius conciliorum canones sunt, ut supra dixi.

Can. 17. An conjux innocens post factam separationem adulteri conjugis, aliud matrimonium contrahere possit.

i *Sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur.*] Manife- E ste indicatur quod ne quidem conjugi innocenti aliud matrimonium contrahere concessum fuerit quamdiu superest adultera. Quod cum S. Augustinus, qui Africanis conciliis hoc tempore habitis interfuit, integris libris confirmaverit; mirum est qua ratione hæretici hunc canonem ad suam hac de re pravam & erroneam opinionem stabiliendam, allegare præsumant. Bellarm. lib. 1. de matrimonio cap. 17. object. 10.

Can. 17. Petitur ab imperatore ut adulteri puniantur.

k *In qua causa legem imperialem petendam promulgari.*] Patres hujus concilii legem imperialem desiderarunt, non qua declararetur novum conjugium post divortium utroque adhuc conjuge vivente illicitum esse, (id enim ex euangelio & apostolo constare ipsimet patres hic affirmant) sed qua a potestate temporali severe etiam punirentur, qui crimen illud admitterent. Bellarm. libro primo de matrimonio capite decimo septimo object. decima.

Can. 22. Clericis minoribus in Africa sedem apostolicam appellare prohibitum. Gratianus taxatur.

l *Item placuit, ut presbyteri, &c.*] Quod supra canone 17. concilii Sardicensis utiliter constitutum fuit, ut A presbyterorum & minorum clericorum causæ apud vicinos episcopos terminentur, iisque ad sedem apostolicam appellantibus non deferatur; idem hoc loco a patribus alterius cujusdam Africani concilii confirmatum est. De episcopis ad sedem apostolicam appellantibus, nihil hic constitutum fuit. S. Augustinus, qui plurimis Africanis conciliis interfuit, epistola 162. testatur, Africanis ultra mare ad Romanum pontificem appellare concessum: clericis vero minoribus idem prohibitum fuisse. Cum itaque hic canon non de episcopis, sed tantum de presbyteris & minoribus clericis loquatur, Gratianus 2. quæst. 6. hunc canonem citans, non satis convenienter eidem hanc limitationem addidit: *Nisi forte Romanam sedem appellaverint, &c.* quasi Africani trans mare appellantes, alio quam ad Romanum pontificem appellare consuevissent. Dices, si clericis inferioris ordinis ab episcoporum suorum sententia ad sedem apostolicam ap- B pellare prohibitum fuit, quo jure Romani pontifices Apiarium presbyterum ex Africa appellantem susceperunt, &, quod referunt Africani patres in epistola ad Bonifacium & Cælestinum, in gradum suum restitui fecerunt. Respondeo, licet ipsis clericis ab episcopis suæ provinciæ appellare prohibitum fuerit, non tamen prohibitum fuit, neque etiam prohiberi potuit summo pontifici, ne, si vellet, eos admitteret. Præterea Romani pontifices appellationem Apiarii non tam admiserunt, quam ejus querelas audierunt, & Africanis mandarunt, ut ejus causam diligenter cognoscerent, & fideliter judicarent. Ex prædictis enim duabus epistolis patet, Apiarium bis Romam venisse, atque utraque vice in Africam remissum, post reditum ab urbe ibidem in concilio judicatum esse. Vide Bellarm. lib. 2. de Roman. pontif. cap. 24. object. 3. item quæ notavimus supra can. 3. & 17. concilii Sardicensis, quæque infra dicemus in notis concilii Carthagi- C nensis VI. cap. 6.

Diluit[ur] object[io]. Apiari[us] presby[ter] Africa[nus] an ad s[edem] aposto[licam] appella[verit] auditu[sque fue]rit?

Can. 2[…] Subscr[iptiones] nomin[a e]piscop[orum] in fine [ad]dita, s[unt] hujus [con]cilii?

m *Et electi sunt de provincia Carthaginensi Vincentius, &c.*] Nomina episcoporum, hic ad finem adscripta & apposita, diversa sunt fere omnia ab iis quæ in principio epistolæ synodalis præfixa habentur. Vnde satis evidenter apparet, subscriptionem hic appositam, a concilio Milevitano diversam esse: adeo ut hoc concilium videas esse corpus ex diversis membris compactum, cujus caput, pedes & membra sint ex aliis diversis corporibus compaginata. Quæ nisi quis accurate perspexerit, in ambages inextricabiles, & nodos insolubiles incidat, necesse est. Vide Baron. anno 416. num. 3. & 10.

Can. 2[…]

n *Epistola synodica.*] Qua occasione hæ duæ epistolæ scriptæ fuerint, diximus supra in principio, & notis epistolarum ab Innocentio redditarum.

VARIÆ LECT. FRONTONIS DVCÆI SOCIETATIS IESV.

D

Can. 4

Non vere, sed falso intelligatur.] *Non vera, sed falsa intelligatur.* Ita quoque legitur apud Gratianum de consecratione dist. 4 cap. Placuit. Ita demum Græcus interpres apud Photium in nomocanone Carthaginensis concilii can. 111. *ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος οὐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλαστὸς νοεῖται.*

Item quisquis dixerit.] *Item placuit ut quisquis dixerit.* In aliis etiam canonibus repetitur verbum *placuit.* sed interpres tamen Græcus hoc legisse non videtur, can. 112. *Ὁμοίως ὅστις δήποτε εἴποι τὴν αὐτὴν χάριν.* Item post pauca vertit *φανεροῦται ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτημάτων, aperitur intelligentia peccatorum*, non ut hic legitur, *intelligentia mandatorum*, quæ tamen verior est lectio: sequitur enim, *ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus.*

Can. 7

Domino Deo nostro.] *Domino Deo meo.* quo pacto legi- E tur & apud Danielem capite nono vers. 20. & Græcus interpres vertit, *κυρίῳ τῷ Θεῷ μου οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.* quæ perperam reddit Latinus Photii interpres in nomocanone; *Noluit dicere peccata mea*, pro *peccata nostra.*

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA ZOSIMI PAPÆ.

ANNO CHRISTI 417.

Ex libro pontificali.

ZOSIMVS natione Græcus, ex patre ' Abrahamio, [b] sedit annum unum, menses duos,

' Apar[…]

duos, dies undecim. Hic conſtituit multa in eccleſia. Et conſtituit ut diacones lævas tectas de ' pallis linoſtimis haberent. Et [c] per parochias conceſſit licentiam benedicendi ' cereum paſchalem. Et præcepit, ut nullis clericis poculum in publico propinaretur, niſi tantum in cellis fidelium, maxime clericorum. Hic fecit ordinationem unam per " menſem Decembrem, presbyteros decem, diacones tres, epiſcopos per diverſa loca numero octo. Sepultus eſt via Tiburtina, juxta corpus beati Laurentii martyris, ſeptimo Kalendas * Ianuarii. Et ceſſavit epiſcopatus dies undecim. A

NOTÆ SEVERINI BINII. B

a *Zoſimus.*] Poſt obitum Innocentii, interlapſis vigintiduobus diebus interregni, Zoſimus factus eſt pontifex decimanona Auguſti, anno domini 417. qui eſt Honorii 23. Theodoſii 10. Pelagius & Cæleſtius ab Africanis condemnati, ad pontificem appellarunt, oblatoque Zoſimo fidei libello plane catholico; ſe in omnibus paratos eſſe dixerunt; eadem de fide ſentire, quæ Romanus pontifex ſentienda proponeret. Quibus perſuaſus pontifex de utroque, ut videri poterat catholico reddito, ad eoſdem Africanos epiſcopos literas dedit, quas infra ex codice Vaticano cum libello fidei ſubjungemus. Baptiſmalis fontis benedictio, ut eſt apud Leonem epiſtol. 65. miraculo eſt confirmata. Quid in cauſa Pelagii inter Zoſimum & Africani concilii patres actum ſit, infra dicemus. Interea Romæ Cæleſtius in judicium vocatus, de fide & doctrina examinatus, peccatum originale cum Pelagio negaſſe repertus fuit: qua de cauſa in utrumque ſacer patrum conſenſus hanc ſententiam damnationis protulit, ut niſi correcti pœnitentiam agerent, toto orbe terrarum damnati cenſerentur. Sixtus Romanus preſbyter, Cæleſtini in pontificatu ſucceſſor, quem Pelagianæ hæreſeos fautorem ac patronum eſſe calumniati fuerant, primus in illos anathema proclamavit, & commentarium adverſus eoſdem ſcripſit, teſte Auguſtino epiſtol. 104. & 105. Honorius imperator edicto promulgato eoſdem proſcripſit. Fautores Pelagii ex clero Romano, tamquam rebelles & perturbatores omnium a Zoſimo excommunicati, cum ad Honorium imperatorem de pontifice conqueſturi ſe contuliſſent, ſub pœna excommunicationis vitari jubentur per epiſtolam Zoſimi ad preſbyteros & diaconos Ravennates perſcriptam. Damnati hæreſiarchæ, pontificem, clerum Romanum, Auguſtinum, alioſque catholicos calumniis impetiverunt, & eccleſiam Romanam orientalibus odioſam reddere laboraverunt; ſed fruſtra. Ob diſſenſionem quamdam Africanorum epiſcoporum cum Romano pontifice obortam, de proſecutione appellationum ad ſedem apoſtolicam interpoſitarum, Fauſtinum epiſcopum Potentinum in Piceno, Aſellum & Philippum, legatos a latere, anno domini 418. Carthaginem miſit. Quoniam vero inter hæc Zoſimum mori, remque ad Bonifacium ſucceſſorem ejus devolvi contigit, quid in cauſa perdifficili, quinquennio agitata, geſtum ſit, infra dicemus. Baron. prædictis annis.

b *Sedit annum unum, menſes duos, dies undecim.*] Anno uno, menſibus quatuor, diebus ſeptem pontificiam ſedem tenuiſſe, patet ex initio & fine pontificatus. Anno præcedente 417. Innocentium adhuc ſuperſtitem fuiſſe, indicat ejus epiſtola ad concilium Milevitanum ſcripta. Ad finem anni 418. Zoſimum non ſupervixiſſe, acta concilii Carthaginenſis VI. & epiſtola Bonifacii ſucceſſoris ad epiſcopos Galliæ, ſub conſulatu Monaxii ſcripta, teſtantur. Cum ergo, juxta auctoritatem libri pontificalis, obitus Zoſimi contigerit VII. Kalendas " Februarii, conſtetque ex relatione Symmachi ad Honorium IV. Kalendas Februarii data, Bonifacium eidem ſubrogatum fuiſſe, dicendum eſt Zoſimum non tribus, ſed uno tantum anno, ac prædictis menſibus, & diebus ſedem apoſtolicam gubernaſſe. Baron. anno 418. num. 75.

c *Per parochias conceſſit licentiam.*] Zoſimus hoc tantum conſtituit, ut idem cereus, qui in majoribus dumtaxat baſilicis incendi ſoleret, æque ſingulis parochiis concederetur. Benedictionem enim cerei paſchalis, in eccleſia antiquiorem eſſe, docet Prudentius, qui de eo hymnum cecinit. Baronius anno 418. numero vigeſimoſexto.

I. ZOSIMI PAPÆ
AD HESYCHIUM SALONITANUM
EPISCOPUM.

I. *Quo monachi vel laici, niſi per gradus eccleſiaſticos, non debent ad ſummum ſacerdotium pervenire.*
II. *Quod ſi quis interdicta deſpexerit, gradus ſui periculo ſubjacebit.*
III. *Quæ in ſingulis clericorum gradibus tempora ſunt præfixa.*

Zoſimus epiſcopus urbis Romæ, Heſychio ' epiſcopo Salonitano. ' Heſitio

I.

EXIGIT dilectio tua præceptum apoſtolicæ ſedis, in quo patrum decreta conſentiunt, & ſignificas, nonnullos ex monachorum ' populari cœtu, quorum ſolitudo quavis frequentia major eſt, ſed & laicos, ad ſacerdotium feſtinare. Hoc autem ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper a nobis interdictum conſtat literis ad Gallias ' Hiſpaniaſque tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio, quamvis nec Africa ſuper ' hac admonitione noſtra habeatur aliena, ne quis penitus contra patrum præcepta, qui eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione divinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumeret; & non ſolum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum. Vnde miramur, ad dilectionem tuam ſtatuta apoſtolicæ ſedis non fuiſſe perlata. Laudamus igitur ' conſtantiam propoſiti tui, frater cariſſime, nec aliud de pontificii tui veteri cenſura auctoritatis genus expectandum fuit, quam ut talibus ambitionibus, pro præceptis patrum, in procinctu fidei conſtitutus, occurreres. Igitur ſi quid auctoritati tuæ (quod nos non opinamur) æſtimas defuiſſe, ſupplemus. Obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta patrum, tecum apoſtolicæ ſedis auctoritas, Si enim officia ſæcularia ' principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt; quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cæleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tiro ante non fuerit? & & prius velit docere, quam diſcere? Aſſueſcat in domini caſtris; in lectorum primitus gradu divini rudimenta ſervitii: nec illi vile ſit, exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis majorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterii faſtigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur. Iure inde ſummi pontificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio cōſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc

' hoc epith. abeſt a cod. Iuſt.

' Spaniaſque

' hoc Diſt. 36. Qui eccleſiaſticis. Et diſt. 59. Qui eccleſiaſticis.

' propoſitum conſtantiæ tuæ

' principalem

passim numerosa popularitas etiam his locis, A ubi solitudo est, talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse judicii. Rarum est enim omne quod magnum est.

II.

Proinde nos, ne quid meritis dilectionis tuæ derogaremus, ad te potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam; non tantum eorum, qui in ' ea provincia sunt, sed etiam qui vicinis dilectioni tuæ provinciis adjunguntur. Sciet (quisquis hoc, ' proposita patrum & apostolicæ sedis auctoritate, neglexerit) a nobis districtius vindicandum, ut loci sui minime dubitet sibi non constare rationem, si hoc putat post tot prohibitiones impune posse tentari. Contumeliæ enim studio fit, quidquid interdictum toties usurpatur.

' tua

' postposita

B

III.

Dist. 77. In singulis: & in decr. Siricii ad Himerium Tarraconen. cap. 8. & 9.

Hæc autem in singulis gradibus observanda sunt tempora. Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores usque ad vicesimum ætatis annum continuata observatione perduret. Si major jam & grandævus accesserit, ita tamen ut post baptismum statim se divinæ militiæ desideret mancipari, sive inter lectores, sive inter exorcistas quinquennio teneatur: exinde acolytus, vel subdiaconus, quatuor annis: & sic ad benedictionem diaconatus (si meretur) accedat, in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis presbyterii sacerdotium promereri. De quo loco (si eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum ' pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege servata, ut neque bigamus, neque pœnitens, neque viduæ maritus ad hos gradus possit admitti. Sane, ut etiam defensores ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supradicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. Dato octavo Kalendas Martias ', Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus."

C

' pontificium

' domino nostro

" Anno Christi 418.

II. AD CLERUM ET AD PRESBYTEROS RAVENNATUM.

Excommunicat eos qui contra se ad comitatum ierunt.

Zosimus episcopus commonitorium presbyteris & diaconibus qui Ravennæ sunt.

Ex relatione fratris nostri Archidami presbyteri, qualiter suscepti sitis, vel quid egeritis, cognovimus, vel qualiter illi suscepti sint, qui contra canones adversum nos ad comitatum (nescio qua ' audentes temeritate) ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc misimus, olim scripta feceramus, eorum, quas injuriose miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est, in nostra ecclesia Romana, cum nostris compresbyteris commorari, has ad vos illis tradendas literas destinavimus, in quibus decreto nostro sanximus, memoratos perturbatores omnium ab apostolicæ nostræ sedis communione alienos fuisse, atque nostra subscriptione prolatam sententiam suscepisse. Illos etiam qui effrenato huic facto consilioque assensum commodare voluerunt, vestræ caritatis est æstimare qualiter habeantur. Quibus hoc objicere vos debetis, quod * juxta canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles existere tentaverunt. Vos tamen monemus in speculis esse debere, ne qua eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos scit sancta & apostolica ecclesia. De his vero, qui eorum se societati junxerunt, quid agere debeamus, cum reversi fueritis, consilio meliori tractabimus. Et alia manu: Datum V. Nonas Octobris, Honorio duodecimum, & Theodosio octavum Augustis consulibus".

Sardicensis concilii can 8. 9. 10. & 11.

' audaci

* contra

" Anno Christi 418.

NOTA SEVERINI BINII.

Qua occasione Zosimus pontifex hanc epistolam scripserit, dixi supra in notis ad vitam Zosimi: nimirum quod a pontifice excommunicati ad comitatum profecti fuerint, contra Sardicensis concilii decreta. Vide quæ ibidem notavimus. Baron. anno 418. num. 19.

III. [a] AD AFRICANOS EPISCOPOS.

Cælestium, prout videri poterat, catholicum redditum esse nuntiat.

Zosimus Aurelio & universis episcopis per Africam constitutis dilectissimis fratribus, in domino salutem.

Magnum pondus examinis magna desiderat, ut non sit rebus ipsis quæ geruntur inferior libra judicii. His accedit apostolicæ sedis auctoritas, cui in honorem beatissimi Petri patrum decreta peculiarem quamdam sanxere reverentiam. Orandum igitur, & incessanter orandum, ut continua gratia, perennique adjutorio Dei pax ex hoc fonte in totum orbem fidei & catholicæ societatis nullis nubibus interfuscata mittatur. Caritas enim, *quæ* (sicut scriptum est) *Deus est*, perfecta plenitudinis abundantia gratulatur: cum si quid vel suspicionis habuerit fidei intentionis solicita, vel in longum perducta contentione, aut emendatione D corrigitur.

Rom. 4.

Cælestius presbyter nostro se ingessit examini, expetens ea, quæ de se apostolicæ sedi aliter quam oportuit, essent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes majoribus vinculis ecclesiasticorum negotiorum curam nostram, solicitudinemque distraherent: tamen ne paternitatis vestræ de adventu ac discussione prædicti diutius penderet expectatio, posthabitis omnibus, die cognitionis resedimus in sancti Clementis basilica, qui imbutus beati Petri apostoli disciplinis, tali magistro veteres emendasset errores, ratosque profectus habuisset, ut fidem, E quam didicerat & docuerat, etiam martyrio consecraret: scilicet ut ad salutiferam castigationem, tanti sacerdotis auctoritas præsenti cognitioni esset exemplo. Omnia igitur quæ prius fuerant acta discussimus, sicut gestorum huic epistolæ cohærentiū instructione discetis. Intromisso Cælestio, libellum ejus, quem dederat, fecimus recitari. Nec hoc contenti, utrum hæc quæ scripsisset, corde loqueretur, an labiis, sæpe numero exploravimus, cum de occultis animorum solius Dei nostri possit esse judicium, cui non tantum cogitata, sed cogitanda etiam præsto sunt. Quid voces ejus contineant, compendiosius duximus ad sanctitatem vestram legenda cognosci. Unum sane movet nos, ut cum in præsenti

Consistorium in S. Clementis basilica.

præsenti ibi Cælestium habueritis, nihil liquido judicatum sit. Ad literas Herotis & Lazari priori relatione destinata, equidem hoc fervore fidei præfestinatum esse, promptissimum est.

Sed cum de his interrogaretur, asseruit nullum sibi de talibus contentionibus unquam cum antedictis fuisse sermonem, nec ante sibi, quam de se scriberent, visu fuisse compertos; Lazarum sane in transitu cognitum, Herotem vero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto & absente sensisset, cum gratia recessisse. Iam caduca ad nulla fundamina criminationis ignotæ procul dubio ire fuit, ut persona talium, quæ B tam ventosa & levis extiterat, quæreretur, si saltem illis loci sui ratio vitæque constaret, ut fides absentibus in absentes debuerit adhiberi, tantúmque pondus in literis eorum, ut auctoritatem testimonii mererentur. Patuit hos inobservatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias sacerdotia vendicasse, quibus se ipsi propria abdicavere sententia; nosque licet & alia, tum eorum de se pœnitudinem secuti, sacerdotali eos loco & omni communione submovimus. Satis urget causam, a talibus processisse per literas in absentes ejus accusationem, qui se præsens tuetur, qui exponit fidem, qui provocat accusantem, nunquam piguit in melius retorsisse judicium. Adolescens & sancti Spiritus executor, qui Su- C sannam seniorum falsitate damnatam invenit innocentem; reducitur a suppliciis casta per puerum, quæ per grandævos fingitur impudica. Non ergo omni (sicut cautum est) spiritui credendum, sed diu appensius examinandum est, præsertim de fide hominis, ubi status ejus & vita perpetua est. Nec Salomonem fefellit in puerperii rixa* mentis indago: non enim duabus feminis inter se jurgantibus unum pignus induxit; sed ibi arbiter fide cunctabundus invenit, ubi veræ pietatis intellexit affectum. Perquam rarum fit, ut longa & castigata cunctatione ad veri cubile perveniat. Optimæ mentis indicium est, prava difficilius credere: nam plerique, quorum de se bonæ confessionis pignus D adhibetur fides, in nullius erroris abruptum necessitate coguntur, & irremediabile vulnus efficitur, quod desperatur sanari.

Vnde in præsenti causa nihil præcox immaturumque censuimus, sed innotescere sanctitati vestræ super absoluta Cælestii fide nostrum examen; cui etiam prior libellus ab eo intra Africam testimonio apud nos esse debuisset; ne inexploratis, famaque jactantibus tam facile crederetur. Quare intra secundum mensem aut veniant, qui præsentem redarguant aliter sentire, quam libellis & confessione contexuit; aut nihil post hæc tam aperta & manifesta quæ protulit, dubii sanctitas vestra resedisse cognoscat. Ipsum sane Cælestium, & quoscumque qui eo tempore ex diversis regionibus aderant sacer- E dotes, admonui, has tendiculas quæstionum & inepta certamina, quæ non ædificant, sed magis destruunt, ex illa curiositatis contagione profluere, dum unusquisque ingenio suo & intemperanti eloquentia supra scripta abutitur: cum in hoc etiam magnorum virorum nonnunquam cum ipsis auctoribus scripta periclitantur post permultam temporis miseriam, interpretantis arbitrio: ut divine profectum sit: *Ex multiloquio non vitari peccatum.* Et sanctus David postularet *circumstantiam labiis suis, orique cu-* *stodiam.* Caritatem vestram tam apostolicæ sedis auctoritate, quam mutua amoris affectione commoneo, ut jam ingenia vestra sanctarum omnium scripturarum, quæ secundum traditionem patrum atque majorum præcepta sunt, præceptis, observationibusque sufficiant. Quid illic non abundans? quid non Dei Spiritu & vocibus plenum sit? nisi libet unumquemque plus sibi credere, suoque de se uti judicio. Data ..... Honorio Augusto XI. & Flavio Constantio consulibus." "Anno Chr. 417.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Cælestius ab Africanis damnatus, ad sedem apostolicam appellavit: mortuo Innocentio Romam se contulit, non ut appellationem desertam prosequeretur, sed potius suas adversus Africanos accusatores querelas deponeret. Cum metueret se a pontifice damnatum iri, si suam, quam corde tenebat, hæresin virulentam manifestaret, ea arte libellum quemdam fidei concinnavit, ut si etiam vellet Zosimus, ab ipso rejici non posset; utpote qui, post enarrata quæ de fide sentiret, ejusmodi verba ad finem apposuit: *Si forte (ut hominibus) quispiam ignorantiæ error obrepserit, vestra sententia corrigatur.* Augustinus de peccato originali cap. 6. & 7. Interrogatus a pontifice, utrum epistolæ Innocentii adversus errores Pelagii scriptæ assentiretur, teste Augustino l. 2. contra Pelagium professus est se illi consentire. Hac de causa Zosimus spem concipiens, Cælestium ecclesiæ catholicæ restituendum, levius cum eo agere voluit, ut errantem lucraretur. Antequam ad catholicam communionem admitteretur, neve ab eo deciperetur, eam ex abundanti cautelam adhiberi voluit, ut in Africam scriberet, & ab ipsis per literas postularet, ad se Romam mitti quidquid contra Cælestium objicere possent, aut vellent. Hæc est occasio, qua ad Africanos episcopos Zosimus pontifex hanc epistolam scripsit. Ex hac Cælestium hominem versipellem esse apparet, qui, ut catholicus videri posset, mendaciis cuncta involvit. Excussa larva, a Zosimo detectus, & hæreticorum scelestissimus postea ostensus fuit. Quod ad Lazarum & Herotem spectat, quos adeo vehementer Cęlestius infamat, quam insigniter mentitus sit, intelligere possumus de utroque ex illis, quæ de Herote dumtaxat enarrat Prosper in chr. his verbis: *Heros vir sanctus, B. Martini discipulus, cum Arelatensi oppido episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis insons, & nullis insimulationibus noxius, pulsus est,* &c. Vide Baronium anno 417. num. 17. 18. 19. & 23.

Cęlestius cur Romam profectus.

Cęlestius catholicam fidem oblato libello profitetur.

Zosimus cur cum Cęlestio levius egerit?

Occasio hujus epistolæ scriptæ.

Lazarus & Heros a Cælestio injuste diffamati.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Multa apud S. Augustinum variis in locis extant testimonia, quibus circumventum a veteratore Cælestio Zosimum papam asserit: sed nullum mihi videtur luculentius eo, quod extat cap. 3. lib. II. ad Bonifacium papam contra duas epistolas Iuliani & episcoporum Pelagianorum: *Pelagiani spe falsa putaverant novum & execrabile dogma Pelagianum vel Cælestianum persuaderi quorumdam Romanorum catholicis mentibus posse; quando illa ingenia quamvis nefando errore perversa, non tamen contemptibilia, cum studiose corrigenda potius quam facile damnanda viderentur, aliquanto lenius, quam severior postulabat ecclesiæ discipina tractata sunt. Tot enim & tantis inter apostolicam sedem & Afros episcopos currentibus & recurrentibus scriptis ecclesiasticis, etiam gestis de hac causa apud illam sedem Cælestio præsente & respondente confectis, quænam tandem epistola venerandæ memoriæ papæ Zosimi, quæ interlocutio reperitur,* &c. quæ profuerit non omisisse curiosis lectoribus usque ad illa verba: *Correctionis fuit clementissima suasio, non approbatio exitiosissima pravitatis. Et quod ab eodem sacerdote postea Cælestius & Pelagius repetita auctoritate damnati sunt, paululum intermissa, jam necessario proferenda ratio severitatis fuit.* Recolenda quoque moneo quæ de his supra nos docuit Marius Mercator pag. 1513. A. Nec abludunt verba Facundi Hermianensis episcopi cap. 3 libri VII pro defensione trium capitulorum concilii Calchedonensis quæ aurea clauduntur sententia: *Non debet crimini deputari simplicium non intellecta versutia malignorum.*

IV. AD AFRICANOS,

Pelagium catholicum videri scribit.

Zosimus episcopus Aurelio & universis episcopis per Africam constitutis dilectissimis fratribus, in domino salutem.

POSTQVAM nobis Cælestius presbyter auditus est, & quid de fide sentiret evidenter expressit; eadem quoque, quæ in libello contulerat, repetitis crebro professionibus roboravit: de ejus nomine plenius ad dilectionem vestram scripta direximus. Ecce epistolam Hierosolymitani episcopi" Praylii, qui in locum quondam sancti" Ioannis episcopus est ordinatus, accepimus, qui causæ Pelagii enixius adstipulator intervenit. Literas quoque suas idem Pelagius purgationem continentes abundantissime misit; quibus & professionis suæ fidem, quid sequeretur, quidve damnaret, sine aliquo fuco, ut cessarent totius interpretationis insidiæ, cumulavit. Harum recitatio publica fuit: omnia quidem paria, & eodem sensu sententiisque formata, quæ Cælestius ante protulerat, continebant. Vtinam ullus vestrum, dilectissimi fratres, recitationi literarum interesse potuisset. Quod sanctorum virorum, qui aderant, gaudium fuit? Quæ admiratio singulorum? Vix fletu quidam se & lacrymis temperabant. Tales etiam absolutæ fidei infamari potuisse? Estne ullus locus, in quo Dei gratia vel adjutorium prætermissum sit? quod quisquis potest præter eamdem vel mente concipere, nec illi supernæ sententiæ subjectus, quæ de sancto Spiritu lata est, quod neque hic, neque in futuro venia vel remissione donetur?

" Ab eo postea plenius edocto damnatum Pelagium in posteriore synodo refert supra Marius Mercator pag.
" Obiit Ianuarii die 12. an. 417. ideoque error irrepsit in chronicon Idatii.

Video etiam hunc Pelagium," Herote & Lazaro scribentibus, infamari. Itane, fratres dilectissimi, ad aures vestras, qui sint isti turbines ecclesiæ vel procellæ, nec opinione pervenit? Ita vero vos latuit * vita horum atque damnatio? Et quamquam specialis illos apostolicæ sedis auctoritas omni communione submoverit: discite & in hac epistola, licet strictim, hominum mores. Vetus Lazaro consuetudo est innocentiam criminandi: per multa concilia in sanctum Britium coepiscopum nostrum Turonicæ civitatis diabolicus accusator inventus est. A Proculo Massiliensi in synodo Taurini oppidi sententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo fit post multos annos sacerdos, tyrannici judicii defensor civitatis Aquensium: cum contraíret afflicto, in ipsum penetrabile* & sacerdotale solium sanguine innocentis pene respersum irrupit: steritque in eo hactenus umbra sacerdotii, donec" tyranno imago staret imperii: quo loco post internecionem patroni sponte se exuit, & propria cessione damnavit.

" Hæc suggerente Patroclo Arelatensi episcopo infensissimo Erotis ac Lazari hoste, ut & quædam alia scripta a Zosimo fuisse arbitror.
* vitia Heros & Lazarus accusatores Pelagii quales.
" Constantino qui an 411 cum filio Constante periit.

De Herote vero omnia similia, idem tyrannus, patronus cædis, turbæ presbyterorum contradicentium, vincula & custodiæ, & totius civitatis addictio, similis pœnitentia de abdicatione sacerdotii. Mirum est si isti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem falsis literis percellere noluerunt, qui in fratres & coepiscopos tanta machinati sunt, qui tot tempestates ecclesiæ reddiderunt. Non decet episcopalem auctoritatem, & præcipue prudentiam vestram, ad levium susurronum scripta pendere. Ecce Pelagius, Cælestiusque apostolicæ sedi in literis suis & confessionibus suis præsto sunt. Vbi "Heros? Vbi" Lazarus? erubescenda facta & damnationibus nomina. Vbi illi adolescentes" Timasius & Iacobus, qui scripta quædam, ut asserebatur ...... * ....? Vos conjicite, si qui talia in sede apostolica confitentur, illa quæ de iisdem a pravis ac levibus auctoribus, ac dubio rumore jactata sunt, oporteat credi. Amate pacem, diligite caritatem, studete concordiæ, nam scriptum est: *Diliges proximum tuum tamquam teipsum.* Qui magis alter alteri proximi sumus, quam omnes qui in Christo unum esse debemus. Non omnis qui aures vestras ventus ingreditur, nuntius est veri. Ideoque animo præsule & in excubiis constituto semper opus est, ne totum famæ, totum testibus liceat. Recensete sacras literas & divina tabularia: maximam partem falsi testes occupavere, ubi sanctorum aut accusationem, aut pericula reperimus: maximam dico, imo totam, cum in ipsum dominum nostrum salvatorem totius mundi hostiam & pontificem salutarem falsi testes insurrexerunt, qui se ejus blasphemiam audisse confingerent. Æstimate quid jam possit præterire fallaciam, quæ in Deum fidei, imo in ipsam fidem ac veritatem perjuriis impetum fecit.

" Hunc Prosper in chronico vocat virum sanctum & beati Martini discipulum qui ab Arelatensi populo insons & nullis insimulationibus noxius pulsus est, Patroclo ejus locum substituto.
" Iste Aquensis ... bis episcopus fugere quoque compulsus post necem Constantini.
" Ad quos scripsit Augustinus lib. de Natura & Gratia anno dumtaxat 415. ut constat in apologia sua Orosius.

Hæc ideo scripsimus, ut de cetero, si qui absentes, minusque noti de quolibet talia ex libidine mentientur, fixi sint pedes vestri adversus arietem fraudulentiæ. Vnde & *lucernam pedibus suis ac lumen semitis suis* vir sanctus exorat? scilicet ne inter fallaces tenebras sint cæca nobis & errabunda vestigia. Et in euangelio: *Numquid lex nostra judicat hominem, nisi ab ipso audierit prius & cogitaverit?* Etiam in veteri testamento: *Non credas auditui vano, & non consenseris cum iniquo fieri testis injustus.* Et ne forte multitudini detrahentium ante examinationem judicii crederetur, addit, dicens: *Non eris cum pluribus in malitia; & non accipies per eos peccatum.* Et iterum alibi: *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juste.* Et iterum: *Quæ viderint oculi tui, loquere.* Et in Actibus apostolorum adversus principes sacerdotum, & seniores Iudæorum postulantes absentis Pauli apostoli damnationem, justissimam sententiam gentilis Festus tribunus protulit, quam convenit etiam nos in facie credentium objicere verecundiam, dicens: *Non est consuetudo Romanis, damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Si hanc igitur moderationem extra septum fidei nostræ positus tenuit * contra sacerdotalem pudorem inclinatio," crudelitas de absentibus in absentes: quotus quisque immunis invenietur a vulnere, si ad omnem ferientis ictum credulum pectus aperitur?

Matth. ... De judicio exhibenda magna cautela.
Psal. 118.
Ioan. 7.
Eccles. 11.
Eccl. 11.
Act. 25.
" creduli...

Doceat nos terrena moderatio, quæ sæcularibus arbitriis & causis primum de ipsis judicibus eligendis, repudiandisque sit. Et quanta cunctatio, quot interpositæ dilationes? quoties adhibita comperendinatio etiam sub ipso fine certaminis ampliare judicia cum innocenti reo? confugitur ad mare & extramarina documenta; ut fides, quæ in præsenti plerumque arctioribus strangulatur angustiis, saltem eminus veniat. Hæc omnia mentior, nisi in patrocinium tuendæ innocentiæ reperta sint. Tolerabilius est enim innocentem quemlibet tardius inveniri, quam

Exemplo judicum sæcularium causæ rerum tractandæ.

quam cito pro nocente damnare. Grave fuit Lazaro & Heroti, literarum suarum pedisequos esse? An nesciebant dilectionem vestram ad sedem apostolicam relaturam? Huc certo calumniæ compendio navigassent. Ubi de episcopatu abdicando agitur, maria terraque lustrantur, nec ulla suffragia prætermittunt: ubi vero innocentium fama percellitur, otiosi & delicati, sive accusatores, sive testes, (in utroque enim fallentibus nomen infame est) in cubilibus & lectulis suis literis abutuntur; & totam Africam, universumque tranquillum catholicæ serenitatis innubilant ad libidines suas duæ pestes. Ante tribunal Christi omnes stabimus, nemo illic abesse poterit, nec domini, cujus immensitas omnibus locis ac rebus intervenit, declinare judicium.

Si Deo nostro cordi fuit, propter oves perditas, Verbum carnem fieri, & ex domino formam servientis induere, ut diu interceptam redderet libertatem: sit vobis gaudium, eos quos falsi judices criminabantur, agnoscere a nostro corpore & catholica veritate nunquam fuisse divulsos. Certe hoc quod nostra expectatio desiderabat, eluxit, ut damnanda damnarent, & sequerentur. Si paterfamilias reditu filii gratulabatur, *qui mortuus fuerat & revixit, perierat & inventus est*; & jubet in usum ejus stolam mundam, hoc est, insigne candidæ mentis afferri, & vitulum saginatum: quantum hæc uberior exultatio est fidei, non mortuos esse, nec periisse, de quibus falsa vulgata sunt? Misimus igitur ad dilectionem vestram exemplaria scripturarum quas Pelagius misit: quarum lectionem non ambigimus parem vobis in domino de absoluta ejus fide esse lætitiam. Data XI. Kalendas Octobris."

Nota Severini Binii.

Pelagius & Cælestius, eadem fuligine tincti, eadem arte fallendi sedem apostolicam, ambo usi fuerunt. Sicut enim Cælestius, ita Pelagius in literis, quas ad Innocentium scriptas eo defuncto Zosimus accepit, nihil prætereа magis conatus est, quam ab ipso Romano pontifice catholicus videri atque probari. Et ne posset velut hæreticus rejici, addita fidei confessione ac libello quem ex antiquo Vaticano codice acceptum infra subjungimus, professus est se in omnibus paratum esse eadem de fide sentire, quæ Romanus pontifex sentienda proponeret. Has literas una cum libello fidei adjuncto, dum Zosimus accepisset, sicut præcedentem epistolam de Cælestio, item hanc de Pelagio jam catholico (prout videri poterat) reddito, ad eosdem Africanos episcopos scripsit.

Libellus fidei Pelagii ad Innocentium " cum epistola transmissus.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem, cunctorum visibilium & invisibilium conditorem. Credimus in dominum nostrum Iesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum Deum unigenitum, & verum Dei Filium, non factum, aut adoptivum, sed genitum, & unius cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, atque ita per omnia æqualem Deo Patri, ut nec tempore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: tantumque confitemur esse illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a Patre Filium divina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus adscribimus; sed nec Patrem aliquando cœpisse, nec Filium. Nec enim aliter confiteri possumus æternum Patrem, nisi confiteamur etiam coæternum Filium: ex Filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit.

"Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum, ex Patre procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in Trinitate gradus; nihil quod inferius superiusve dici possit; sed tota deitas sui perfectione æqualis est; ut exceptis vocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quidquid de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confutantes Arium, unam eamdemque dicimus Trinitatis esse substantiam, & unum in tribus personis confitemur Deum; ita impietatem Sabellii declinantes, distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes; sed aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse personam: non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, velut Græci exprimunt ὑποστάσεις, hoc est, subsistentias, confitemur. Nec Pater Filii aut Spiritus sancti personam aliquando excludit; nec rursus Filius, aut Spiritus sanctus Patris nomen personamque suscipit: sed Pater semper Pater est, Filius semper Filius est, Spiritus sanctus semper Spiritus sanctus est. Itaque substantia unum sunt, personis ac nominibus distinguuntur.

Ipsum autem Dei Filium, qui absque initio æternitatem cum Patre & Spiritu sancto possedit, dicimus in fine sæculorum perfectum nostræ naturæ hominem suscepisse ex Maria semper virgine; & Verbum carnem esse factum, assumendo hominem, non permutando deitatem: nec (ut quidam sceleratissime opinantur) Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac virtute creatoris operatum. Sic confitemur in Christo unam" Filii esse personam, ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, id est, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Atque ut condemnamus Photinum, qui solum & nudum in Christo hominem confitetur, ita anathematizamus Apollinarem & ejus similes, qui dicunt Dei Filium minus aliquid de humana suscepisse natura, & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem his, propter quos assumptus est, fuisse dissimilem: quem absque sola peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur esse conformem.

Illorum quoque similiter execramur blasphemiã, qui novo sensu asserere conantur a tempore susceptæ carnis, omnia, quæ erant deitatis, in hominem demigrasse, & rursum, quæ erant humanitatis, in Deum esse transfusa, ut (quod nulla unquam hæresis dicere ausa est) videatur hac confusione utraque exinanita substantia, deitatis scilicet & humanitatis, & a proprio statu in aliud esse mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem confitentur, ut nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus, susceptum ita a Deo Filio passibile nostrum, ut deitas impassibilis permaneret; passus est enim Dei Filius non putative, sed vere, omnia quæ scriptura testatur, id est, esuriem, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cetera hujusmodi. Secundum illud, passus est quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam quam assumpsit, sed secundum illam quæ assumpta est. Ipse enim Dei Filius secundum

niam eum in corpore non invenerunt & S. I. Zosimo data sunt, atque inde ad nos directa tum cap. 21. *in libro fidei sua quem Romam cũ ipsis literis misit ad eũdem papam Innocentium, &c.*

[b] Idem cap. 32. ejusdem libri I. mox citati: *Cum enim ab unitate trinitatis usque ad resurrectionem carnis, quod ab illo nemo quærebat, disputationem, quantum voluit, terminasset, & baptisma, &c.*

Hæc, videntur quibusdam dicta partim adversus Nestorianos partim adversus Eutychianistas, ideoq; postea adjecta.

cundum divinitatem impassibilis est ut Pater, incomprehensibilis ut Pater, invisibilis ut Pater, inconvertibilis ut Pater. Et quamvis propria persona Filii, id est, Dei Verbum suscepit passibilem hominem; ita tamen ejus habitatione secundum suam substantiam deitas nihil passa est, ut tota Trinitas, quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo Dei Filius secundum scripturas, secundum id quod mori poterat. Resurrexit tertia die. Ascendit in cælum. Sedet ad dexteram Dei Patris; manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit: non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in æternum cum deitate mansura. Accepta ergo a patre omnium potestate quæ in cælo sunt & in terra, venturus est ad judicium vivorum ac mortuorum, ut & justos remuneret, & puniat peccatores.

Condemnatio Origenis errorum &c.

Resurrectionem etiam carnis confitemur & credimus: ut dicamus, nos in eadem qua nunc sumus veritate membrorum esse reparandos; qualesque semel post resurrectionem fuerimus affecti, in perpetuum permansuros. Vnam esse vitam sanctorum omnium, sed præmia pro labore diversa: e contrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma " unum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, asserimus esse celebrandum. Hominem, si post baptismum lapsus fuerit, per pœnitentiam credimus posse salvari. Novum & vetus Testamentum recipimus, in eo librorum numero quem sanctæ catholicæ ecclesiæ tradit auctoritas. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus; anathematizantes omnes qui animas quasi partem divinæ dicunt esse substantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas ante peccasse, vel in cælis conversatas fuisse dicunt, quam in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo præceptum esse, & mandata Dei non a singulis, sed ab omnibus in communi posse servari: vel qui primas nuptias cum Manichæo, vel secundas cum Cataphrygis damnant.

"Idem S. Aug c. 32. libri mox citati: *baptisma*, inquit, *unum tenemus*, &c, & c. 21. lib. II. qui inscribitur de peccato originali.

Condemnatio Ioviniani errorum.

Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & eum propter assumptum hominem non omnia facere potuisse quæ voluit. Ioviniani quoque damnamus hæresin, qui dicit nullam in futuro meritorum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse virtutes, quas hic habere neglexerimus. " Liberum sic esse confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio; & tam illos errare qui cum Manichæis dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Ioviniano asserunt hominem non posse peccare; uterque enim tollit libertatem arbitrii. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hæc est fides, papa beatissime, quam in ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus. In qua, si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio apostolatus tui judicio comprobatur; quicumque me maculare voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit.

"Idem Aug. cap 33 lib. cit De adjutorio gratiæ in libello fidei suæ quem Romam misit, quid Pelagius senserit, attendamus. *Liberum*, inquit, *sic confitemur arbitrium*, &c.

Observatio Philippi Labbe, S. I.

Priusquam missas a Pelagio ex oriente ad Innocentium papam literas cum libello seu professione fidei successor Innocentii Zosimus accepisset, jam suum libellum porrexerat eidem pontifici Cælestius Pelagii discipulus: & ab eo fuerat sæpius auditus, ut ex epistolis Zosimi tertia ac quarta compertum est. Verum is Cælestii libellus integer ad nos usque non pervenit, cogimurque nonnulla illius fragmenta ex variis S. Augustini locis deprompta tibi repræsentare. Tu si alia uspiam repereris, & nobis significaveris, spicilegio aut appendici non inutilem materiam subministrabis.

" ***Cap. 2. libri secundi de gratia & peccato originali ad Albinum Pinianum & Melaniam*: Cælestius quidem in hoc extitit errore liberior, &c. in urbe Roma in libello suo quem beatissimo papæ Zosimo dedit id asseveravit expressius: *quod parvulorum neminem obstringat originale peccatum.*

Cap. 5. In libello autem quem Romæ edidit, qui gestis ibi ecclesiasticis allegatus est, ita de hac re loquitur, ut hoc se credere ostendat, unde hic dubitare se dixerat. Nam verba ejus ista sunt: *Infantes autem*, inquit, *debere baptizari in remissionem peccatorum secundum regulam universalis ecclesiæ, & secundum euangelii sententiam confitemur; quia dominus statuit regnum cælorum non nisi baptizatis posse conferri: quod quia vires naturæ non habent, conferre necesse est per gratiæ libertatem.*

Cap 6. *In remissionem autem peccatorum baptizandos infantes non idcirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare videamur, quod longe a catholico sensu alienum est; quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine, quia non naturæ delictum, sed voluntatis esse demonstratur. Et illud ergo confiteri congruum ne diversa baptismatis genera facere videamur: & hoc præmunire necessarium est, ne per mysterii occasionem ad creatoris injuriam malum antequam fiat ab homine, tradi dicatur homini per naturam.* Atque ut omittam tum hoc, tum sequentia, quibus multa & præclara de iisdem Pelagio atque Cælestio.

Cap. 23. Item in libello quem Romæ dedit, cum fidem suam a Trinitate unius deitatis usque ad resurrectionem, qualis futura est, mortuorum (de quibus eum nullus interrogaverat, & unde illi nulla quæstio movebatur) quantum dicere libuit, explicasset; ubi ad id quod agebatur ejus sermo pervenit: *Si quæ vero*, inquit, *præter fidem quæstiones natæ sunt, de quibus esset inter plerosque contentio: non ego quasi autor alicujus dogmatis definita hoc autoritate statui: sed ea quæ de prophetarum & apostolorum fonte suscepi vestri apostolatus offerimus probanda esse judicio; ut si forte ut hominibus quispiam ignorantiæ error obrepserit, vestra sententia corrigatur.* Quæ pluribus exagitat ibidem sanctissimus doctor.

Neque vero silentio prætereundum est alium quoque libellum a Cælestio intra Africam fuisse scriptum, de quo Zosimus papa loquitur in ep. ad Afros episcopos.

V.ª AD EPISCOPOS GALLIÆ."

De privilegiis ecclesiæ Arelatensis.

I. *Vt qui Romam e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatensi.*

II. *Vt metropolitanus Arelatensis episcopos ordinet per provinciam Viennensem, & per utramque Narbonensem.*

"Cod. [...] latinus, [...] est in Bib[...] Vaticana [...] antiquiss[...] mus, can[...] tribuit S[...] vestio pa[...] pæ, & sec[...] apostolica[...] constituti[...] nem voca[...] *ut in sch[...] mss. obser[...] vatum e[...] Holstenio.*

III. *Vt eccleſiæ Arelatenſi ſuæ parochiæ reſtituantur.*

Zoſimus univerſis epiſcopis per Gallias & ſeptem provincias conſtitutis.

I.

PLACVIT apoſtolicæ ſedi, ut ſi quis ex qualibet Galliarum parte, ſub quolibet eccleſiaſtico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire diſponit, non aliter proficiſcatur, niſi metropolitani Arelatenſis epiſcopi formatas acceperit, quibus ſacerdotium ſuum, vel locum eccleſiaſticum quem habet, ſcriptorum ejus adſtipulatione perdoceat. Quod ea gratia ſtatuimus, quia plures epiſcopi, ſive presbyteri, ſive eccleſiaſtici ſimulantes; quia nullum documentum formatarum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur. Quiſquis igitur, fratres cariſſimi, prætermiſſa prædicti formata, ſive epiſcopus, ſive presbyter, ſive diaconus, aut deinceps inferiori gradu ſit, ad nos venerit, ſciat ſe omnino ſuſcipi non poſſe. Quam auctoritatem " ubique nos miſiſſe manifeſtum eſt, ut cunctis regionibus innoteſcat, id quod ſtatuimus omnimodis eſſe ſervandum. Si quis autem hæc ſalubriter conſtituta temerare tentaverit, ſponte ſua ſe a noſtra noverit communione diſcretum. Hoc autem privilegium formatarum ſancto " Patroclo fratri & coepiſcopo noſtro meritorum ejus ſpeciali contemplatione conceſſimus."

II.

Iuſſimus autem præcipuam, ſicuti ſemper habuit, metropolitanus epiſcopus Arelatenſium civitatis in ordinandis ſacerdotibus teneat auctoritatem. Viennenſem, [b] Narbonenſem primam, & Narbonenſem ſecundam, provincias ad pontificium ſuum revocet. Quiſquis vero poſthac contra apoſtolicæ ſedis ſtatuta, & præcepta majorum, omiſſo metropolitano epiſcopo, in provinciis ſupradictis quemquam ordinare præſumpſerit, vel is qui ordinari ſe illicite ſciverit, uterque ſacerdotio ſe carere cognoſcat. Quomodo enim poteſt auctoritatem ſummi pontificis obtinere, qui quæ erant pontificis ſervare contempſit?

III.

Omnes ſane admonemus, ut quique finibus territoriiſque ſuis contenti ſint: de qua re, ne ad nos querela ulterius redeat, admonemus. Dedit enim exemplum Arelatenſis eccleſia, quæ ſibi [1] Cithariſtam & Gargariam parochias in territorio ſuo ſitas incorporari jure deſiderat, ne de cetero ullus ſacedos in alterius ſacerdotis præſumat injuriam. Sane quoniam metropolitanæ Arelatenſium urbi vetus privilegium minime derogandū eſt, ad quam primum ex hac ſede Trophimus ſummus antiſtes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus eſt: idcirco quaſcumque parochias in quibuſlibet territoriis, etiam extra parochias ſuas, ut antiquitus habuit, intemerata auctoritate poſſideat. Ad cujus notitiam, ſi quid illic negotiorum emerſerit, referri cenſuimus, niſi magnitudo cauſæ etiam noſtrum requirat examen. Data XI. Kalend. Apriles. Honorio Auguſto XI. & Conſtantio II. conſulibus."

NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

1 *Cithariſtam & Gargariam.*] Lege *Gargarium.* Vetus tabula nondum edita; quæ extat Arelate: *Pagani pagi Lucreti qui ſunt finibus Arelatenſium loco Gargario.* Atque ita codices antiqui, Arelatenſis & Lirinenſis, quibus maxime, ac tertio Pithœano, in recenſendis Zoſimi epiſtolis uſi ſumus. At Cithariſtanæ parochiæ mentio eſt itidem in libro 2. vitæ ſancti Cæſarii Arelatenſis.

Privilegia Arelatenſis eccleſiæ quæ & unde accepta?

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*] Quia per S. Trophimum, ſancti Petri apoſtoli diſcipulum, in Gallias euangelium allatum, ſeſque Arelatenſis erecta fuit, ideo eidem eccleſiæ olim ea privilegia a ſede apoſtolica conceſſa fuerunt, ut primaria Galliæ eccleſia haberetur, epiſcopi illius non ſolum pallium acciperent a Romano pontifice, ſed etiam vicem ejus agerent, ipſiuſque vicarii dicerentur. Hoc præter epiſtolas Zoſimi ex vetuſto codice Arelatenſis eccleſiæ acceptas, teſtatur Gregorius in epiſtola ad Virgilium Arelatenſem epiſcopum, nec non in epiſtola ſequente ad univerſos Galliarum epiſcopos ſcripta. Bonifacium & Cæleſtinum pontifices, hac de re aliter ſenſiſſe infra dicemus.

Narbonenſis eccleſia Arelatenſi ſubdita.

b *Narbonenſem primam.*] Canone I. concilii Taurinenſis ſub Siricio conſtitutum fuerat, ut provincia Narbonenſis Maſſilienſi epiſcopo ſubderetur. Hoc Zoſimus pontifex, ut Arelatenſis eccleſiæ privilegia ſalva manerent, hic plane irritavit. Vide epiſtolam Zoſimi ad Viennenſis & Narbonenſis provinciæ epiſcopos ſcriptam infra: item Baronium anno 417. num. 40. & 43.

VII. AD EPISCOPOS AFRICÆ, GALLIÆ, ET HISPANIÆ.

De Vrſo & Tuentio epiſcopis a Proculo Maſſilienſi in eccleſiæ Arelatenſis præjudicium illicite ordinatis.

Zoſimus Aurelio & univerſis epiſcopis per Africam conſtitutis, univerſis epiſcopis per Gallias & ſeptem Provincias conſtitutis, univerſis epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, a pari.

CVM adverſus ſtatuta patrum venitur, non tantum illorum prudentiæ atque ſententiæ, qui in ævum victura ſanxerunt, ſed ipſi quodammodo fidei catholicæ diſciplinæ irrogatur injuria. Quid enim tam ſanctum atque venerabile eſt, quam penitus non exorbitare ab itinere majorum, quorum canonica inſtituta veluti quædam fundamenta ſunt ferendis fidei jacta ponderibus? Sed nihil ' minus ab Vrſo & " Tuentio, quorum unus, aſſidua ſedis hujus medicina curatus, ad emendati erroris pervenire non potuit ſanitatem: alter vero ante aliquot annos objecta criminatione ſummotus, ſicut civium ſcripta teſtantur, vel ingeſta docuerunt, etiam ab eo ipſo gradum ſummi ſacerdotis accepit, a quo fuerat ante damnatus. Cæcus error in utroque, ut quod eſt potiſſimum in omnibus, nec velit aliorum de Tuentio, nec ſuam de Vrſo tenere ſententiam. Sed fac ut honeſti mores hominibus eſſent, & probata ſuffragia. Quid illud, quod prætermiſſo fratre noſtro Patroclo metropolitano epiſcopo Arelatenſium civitatis, ſine cujus auctoritate, juxta majorum canones nulla penitus potuit ordinatio celebrari, tumultuoſe & turbide indebitis ſacerdotia impinguntur? Nec ſaltē comprovinciales epiſcopi corrogantur,

' mirum

" Hujus meminit Cæleſtinus papa ep. I.

ut error velamento aliquo tegeretur: sed Lazarus, dudum in Taurinensi concilio gravissimorum episcoporum sententiis pro calumniatore damnatus, cum Bricii innocentis episcopi vitam falsis objectionibus appetisset, post vero indebitum ab eodem Proculo, qui inter ceteros in synodo * damnationis ejus assederat, sacerdotium consecutus, a quo se ipse vitæ suæ conscientia, datis literis in abdicationem sui, sponte submovit. Revera incongruum fuit, ut illicitum sacerdotio, omisso metropolitano, sua confessione spoliatus sacerdotem pariter ordinaret. Et ne nihil non intempestive fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adsciscitur: B scilicet ut quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deesset. Quis his tot tantisque improba usurpatione posthabitis addi potest, nisi illud extremum, quod totum transcendit, errorem, ut territoriis indebitis ad Arelatensem civitatem antiquitus pertinentibus locarentur? Vnum vitium si in causis talibus evenisset, apostolicæ sedis auctoritas etiam cetera destruxisset. Hic multa concurrunt, improborum & damnatorum ordinatio, prætermissio metropolitani, nec non & provincialium sacerdotum, locorumque alienorum impudentissima usurpatio, nec saltem diei custodita solennitas, & Lazarus in consortio illicitæ ordinationis adscitus. Hæc omnia apud nos gestis testimoniisque C discussa sunt. Atque utinam in Tuentio pravi tantum mores, non etiam Priscilliana superstitio patuisset: quæ sedis hujus dudum humanitas & misericordia in hoc illi consulere voluit, ut emendatior de cetero permaneret. Quod beneficium, sibi pene præter exemplum præstitum, si diligentius observare voluisset, erroris illum anteacti oportuit pœnitere, non ita præcipiti impetu ad sacerdotium festinare; ut nec diei veterem solennitatem, quæ præcipue custodienda fuerat, observaret, nec indebito loco crederet abstinendum. Qua de re ad sanctitatem vestram, & per totum orbem, ubi- D cumque, & in quacumque terrarum sonus catholicæ religionis exiit, scripta direximus, fratres carissimi, ne Tuentium & Vrsum in communione ecclesiæ, in quocumque ecclesiastico gradu, a qua in totum anathematizati sunt, suscipiendos esse ducatis. Dicuntur enim circulatores esse, quod nos ex sententiis agnovimus in eorum damnatione sacerdotali auctoritate prolatis, quas in diversis regionibus exceperunt. Removendæ sunt a sancto corpore putridæ carnes, & a massa sanctificationis acidum execrandumque fermentum. De quibus plura E scribere pudoris fuit, cum illis pudori non fit tanta fecisse. Data sub die x. Kalendas Octobris Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus."

* damnationi ejus consenserat,

" Eodem anno 417.

Nota Severini Binii.

Epistola circularis cur scripta?

Epistola.] Hæc epistola circularis est, qua universos episcopos de irritatione ordinationum episcopalium duarum certiores reddit. Ad Aurelium Carthaginensem episcopum scribendi ea fuit occasio, quod in hac epistola agitur etiam de Lazaro, a Proculo Massiliensi, qui unus ex Pelagii accusatoribus, prædam nacto.

A VII. AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS ET NARBONENSIS II.

Vt metropolitanus Arelatensis in provincia Viennensi, & in utraque Narbonensi, ordinandorum episcoporum habeat potestatem.

Zosimus episcopis provinciæ Viennensis & Narbonensis secundæ, a pari.

MULTA contra veterem formam Proculus usurpasse detectus est in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numerosa cognitione discussimus: licet ipse diu expectatus fastidiose ferens sibi inducias attributas convenire dissimulet. Attamen illa præsumptio nos admodum movit, quod in synodo Taurinensi, cum longe aliud ageretur, in apostolicæ sedis injuriam subripiendum putavit, ut sibi concilii illius emendicata præstaret obreptio ordinandorum sacerdotum, veluti metropolitano, in Narbonensi secunda provincia potestatem. Et ne solus impudenter indebita postulando huic sedi videretur intulisse convicium, socium sibi Simplicium " Viennensis civitatis adscivit: qui non dissimili impudentia postularet, ut sibi quoque in Viennensium provincia creandorum sacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens ausus, & in ipso vestibulo resecandus, hoc ab episcopis ob certas causas concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta patrum, & sancti Trophimi reverentiam, qui primus metropolitanus Arelatensis civitatis ex hac sede directus est, concedere vel mutare ne hujus quidem sedis possit auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam. Et quia redire in ordinem suum intermissa præcipimus, metropolitanus Arelatensis civitatis episcopus, jam inde a Trophimo ordinationis seriem temporibus roboratam inviolabili in utraque Narbonensi & Viennensi auctoritate possideat. Data III. Kalendas Octobris, Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus."

Conc. Taurin. cap.

"Greg. T. II. 13. e. Paulini epistola.

Ivo p. 4 cap. 226.

" Eodem anno 417.

VIII. AD HILARIUM EPISCOPUM NARBONENSEM.

Primæ Narbonensis episcopos a metropolitano Arelatensi ordinandos esse.

Zosimus Hilario episcopo Narbonensis primæ provinciæ.

MIRATI admodum sumus, dum nobis studiosius requirentibus relatio tua de ordinandis in provincia Narbonensi prima sacerdotibus legeretur, quod dum assertioni & desideriis tuis cupis esse consultum, prætermissa veri fide, relationem tuam sub honestatis specie colorasti, asserens in aliena provincia ab alio non debere fieri sacerdotes: cum utique debueris, non quid tibi rectum videatur, sed quid habuerit antiqua consuetudo suggerere. Ideoque vacuato eo quod obtinuisse a sede apostolica subreptitie comprobaris, quia satis constitit Arelatensis ecclesiæ sacerdoti prisca id institutione concessum, ut non solum in provincia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses, episcopos faciat. Nam sanctæ memoriæ Trophimus,

Trophimus, sacerdos quondam Arelatensi urbi ab apostolica sede transmissus, ad illas regiones tanti nominis reverentiam primus exhibuit, & in alios non immerito ea quam acceperat auctoritate transfudit. Atque hanc ordinandi consuetudinem, pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & justus, custoditum usque in proximum tempus, gestis apud nos habitis, multorum consacerdotum testimoniis approbatur. Ergo licet sola, quæ in sede apostolica habita sunt, potuissent gesta sufficere; tamen etiam hac te auctoritate constringimus, ut præsumptioni tuæ, quam extulisse contra veterem consuetudinem videbaris, modum noveris justæ præscriptionis indictum. neque æstimes tibi ulterius pontificatum de ordinandis sacerdotibus vindicandum: cum hoc videas Arelatensis episcopo civitatis, & per apostolicam sedem, & per S. Trophimi reverentiam, & per veterem consuetudinem, & nostra recenti evidentissima definitione deferri. Si quid contra hæc, frater carissime, quæ a nobis sunt sub Dei judicio statuta, tentaveris, non solum quos faciendos credideris, episcopatum obtinere non posse, sed etiam ipse catholica communione discretus, sero de illicitis præsumptionibus ingemiscas. Data sub die III. Kalendas Octobris Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus."

IX. AD PATROCLUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Adversus Proculum, & repentinas neophytorum promotiones.

Zosimus Patroclo episcopo Arelatensi.

QUID de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interesses examini, nec te gestorum nostrorum auctoritas latet, vel scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diversa loca direximus. Unde metropolitani in te dignitatem atque personam, etiam apostolicæ sedis auctoritate considera, in quem furtive locum pro indebita synodo Proculus usurpatum irrepserat. Quicumque igitur ex Gallicanis undeunde regionibus veniunt, sub quovis ecclesiastico nomine vel gradu formatas per te commoniti mittendas esse cognoscant: alioquin sibi imputabunt, si inefficaciter, hac solennitate postposita, te inconsulto ad nos venire tentaverint. quod ab episcopis usque ad ultimum ecclesiasticum gradum observari conveniet, frater carissime. Et quia nonnulli ex quacumque militia se ad ecclesiam conferentes, statim saltu quodam summatem locum religionis affectant, qui gradatim per ecclesiastica stipendia venientibus explorata solet discussione differri: idcirco quoniam in nonnullis factum infirmare non possumus, si qui jam ordinati sunt, in eo gradu, ad quem saltu subito pervenerunt, perdurare debebunt. Si enim apostolus neophytum sacerdotio non statim cumulari jubet, & hoc idem canonum statuta sanxerunt; hoc addimus nostra sententia, ut quisquis de cetero vel summo sacerdotio, vel presbyterii gradu, vel diaconatus crediderit cumulandum, sciat & se gradus sui subire jacturam, nec in illum valitura esse quæ contulit: ut saltem ab ordinatione præcipiti metus iste summoveat, quos examinata ' discussio coercere debuisset. Scripta nostra in omnium facies notitiam pervenire, ut nec hoc quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum est, licere cognoscas. Data III. Kalendas Octobris Honorio XI. & Constantio II. consulibus."

' dissensio

" Eodem anno.

X. AD CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Iudicium Cælestii se catholicum profitentis, usque ad meliorem informationem ab Africanis expetitam, dilatum esse enuntiat.

Zosimus Aurelio ac ceteris qui in concilio Carthaginensi adfuerunt, dilectissimis fratribus, in domino salutem.

QUAMVIS patrum traditio apostolicæ sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque servaverit; & currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomine, a quo ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet, exolvat: tantam enim huic apostolo canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, ut & ligata solveret, & soluta vinciret; par potestatis data conditio in eos qui sedis hæreditatem, ipso annuente, meruissent. Habet enim ipse cum omnium ecclesiarum, tum hujus maxime, ubi sederat, curam; nec patitur aliquid privilegii aliqua titubare aura sententiæ, cui ipsa sui nominis firma, & nullis hebetata motibus constituit fundamenta, & quæ sine periculo temere nullus incesset. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & sequentia omnium majorum studia firmaverit, ut tam humanis quam divinis legibus & disciplinis omnibus firmetur Romana ecclesia, cujus locum nos regere, & potestatem nominis obtinere non latet vos, sed nostis, fratres carissimi, & quemadmodum sacerdotes, scire debetis: tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia; nihil egimus, quod non ad vestram notitiam nostris ultro literis referremus; dantes hæc fraternitati, ut in commune consulentes; non quia quid deberet fieri nesciremus, aut faceremus aliquid quod contra utilitatem ecclesiæ veniens displiceret, sed pariter vobiscum voluimus habere tractatum de illo qui apud vos (sicut ipsi per literas dicitis) fuerit accusatus, & ad nostram, qui se assereret innocentem, non refugiens judicium ex " appellatione pristina, venerit sedem, accusatores suos ultro deposcens, & quæ in se crimina per rumorem falso dicebat illata condemnans: omnem ejus petitionem prioribus literis, quas vobis misimus putavimus ac novimus explicatam, satisque illis scriptis, quæ ad illa rescripseratis, credimus esse responsum.

Sedis apostolicæ & Romanorum pontificum summa auctoritas.

" Marius Mercator in com. Facundus Hermianensis l. 7. c. 3.

Sed post missæ per Marcellinum subdiaconum vestrum epistolæ omne volumen volvimus: quo aliquando perlecto, ita totum literarum comprehendistis textum, quasi nos Cælestio commodaverimus in omnibus fidem, verbisque ejus non discussis, ad omnem (ut ita dicã) syllabam præbuerimus assensum. Nunquam temere, quæ sunt diu tractanda finiuntur; nec sine

De literis Carthaginensis concilii ad Zosimum redditis.

magna deliberatione ſtatuendum eſt, quod ſummo debet diſceptari judicio. Idcirco noverit veſtra fraternitas, nihil nos poſt illas, quas ſuperius vel literas veſtras accepimus, immutaſſe, ſed in eodem cuncta reliquiſſe ſtatu, in quo dudum fuerant, cum hoc noſtris literis veſtræ indicavimus ſanctitati, ut illa quæ a vobis ad nos miſſa erat obteſtatio, remaneret. Subſcripſi. Bene valete. Data XII. Kalendas Aprilis, Honorio Auguſto XII. conſule." Accepta tertio Kalendas Maias.

" Anno Chr. 418.

XI. AD PATROCLUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Adverſus Proculum eumdem, ejuſque ordinationes.

Zoſimus Patroclo epiſcopo Arelatenſi.

Cum & in præſenti cognoveris, & frequentibus a nobis literis ipſe ſis monitus, ut auctoritate metropolitani, quam tibi apoſtolicæ ſedis pronuntiatione firmavimus, Proculi auſibus conatibuſque illis, quibus adhuc ſe putat aliqua poſſe turbare, hujus rei oppreſſu occurreres, renitens rigore cenſuraque, quam pro regularum confirmatione ſuſceperas: quippe cum & tibi noſtrum delegatum noſſes officium, & illum ſcires eſſe damnatum; miror quid poſt iſta Proculo liceat, at vacet illa quæ conſueverat, aut pejora committere. Quidnam putant unde iſtam habeas poteſtatem tuam, frater cariſſime, ut cenſuerimus cenſeamuſque quicumque de illis ad noſtras regiones veniunt, ſine tua non ſuſtipiendos eſſe formata, nec probandum, quem non in provincia poſitus ipſe probaveris? Poſt iſtam ecce delegationem ad nos rumor advenit, Proculum quaſi conſuetis ludere, & uti moribus ſuis, junxiſſe ſibi quoſdam idoneos turbationibus homines, & poſt illa quæ illi interdiximus ordinaſſe. Sed ſciant, quibus hanc epiſtolam volumus in notitiam pervenire, ſuſcipi ſe nullatenus poſſe, qui aut contra regulas repente, aut poſtquam interdiximus illi, ſunt ordinati. Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus."

" Eodem anno.

XII. AD MASSILIENSES.

Patroclo eſſe commiſſum, ut Proculi loco alium epiſcopum accipiant.

Zoſimus clero, ordini & plebi conſiſtenti Maſſiliæ.

Non miror Proculum in conſueta adhuc fronte durare, & oblitum penitus pudoris quotidie digna damnatione committere, nec aliquando deſiſtere, ut toties commonitus prohibituſque non ceſſet. Ecce cœtum veſtræ dilectionis ſua, qua ſola notus eſt, turbatione confundit: nec eccleſiam patitur eſſe concordem, cum ſuis id agat ſemper officiis, quatenus aggerens poſtrema prioribus, malum aliquod quod ante commiſerat in pejus emendet. Cum ipſe jam non ſit epiſcopus, epiſcopos facit, & humanus largitor aliis ſe dicit poſſe præſtare, quod datum ſibi aliquando immerito, tenere non potuit. Addens ſibi jungitque inquietæ mentis homines, & qui ſoli poſſunt favere damnato, per quos quæcumque turbarum ſtudioſus cogitat, hac ſua fidens ſocietate conficiat. Sed habeo, fratres cariſſimi, veſtri curam, moleſte ferens, quidquid ille quotidianis auſibus facit, id vos Chriſtianum populum, & qui in noſtra caritate perſiſtat, poſſe perferre, nec ejus obviare factis, aut repugnare conatibus. Idcirco curam veſtri licet & prioribus commiſerim literis veſtræ metropolitano provinciæ, fratri & coepiſcopo noſtro Patroclo, tamen iterum committo, ut ipſius tuti conſilio, & pro diſciplinarum ratione formati, ejus obtemperantes nutibus dignum poſſitis accipere ſacerdotem. Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus."

" Eodem anno.

XIII. AD EPISCOPOS PER BYZANTIUM CONSTITUTOS.

Ut ſacerdotes præſentibus laicis non judicentur.

Zoſimus epiſcopis per" Byzantium conſtitutis, dilectiſſimis fratribus; in domino ſalutem.

" Byzaciu[m]

Ex codic[e] manuſcri[pto] pro vetu[]ſtiſſimo monaſte[rii] Vveingar[]tenſis: ſe[d] diverſitas ſtyli ma[nife]ma, eam fide ſuſp[e]ctam red[]dit, & al[iis] quibus i[n] locis men[]doſa eſt.

Miror vos nullam reverentiam noſtri nominis præſtare faſtigio, nec honorem epiſcopatui talem deferre, qualis debet ab his ſervari, quorum hic honor eſt. Iudicaturi laici de epiſcopis ſedent, & hoc veſtrum dicitis eſſe concilium, ubi non ſacerdos laicum, ſed laicus permiſſione veſtra judicaturus intereſt ſacerdotem: non enim ſibi poterit, quamvis honoratus fuerit, laicus tantum de quovis honore blandiri, ut merito interfuiſſe videretur, quod erat conſtitutum eccleſiaſticum. Adde quod telonariorum ſive demonariorum etiam nomen inſeritur, & judicium in epiſcopum ab hac congregatione collegitur. Sedent publicani homines, & auditur epiſcopus, & talibus, quid fas non eſt facientibus. vobis auditur illud quoque, quis non rideat, imo non doleat, cum taliter eccleſiaſticam videat regulam titubare, & vigorem canonum ad hoc eſſe dejectum. quando hoc, & ubi factum docetur exemplum? quæ ætas meminit? quis ſacerdos audivit? cum fuerint innumeri, qui ampliſſimis abdicatis honoribus ita potentiam refutaverint ſæcularem, ut vel minimi nominis clerici maluerint ſuſtinere, nec aliquid prioris dignitatis ambitu judicari, & cede judicibus vera & certa præſcriptio. quid vultis de conſenſu judicem laicorum vel clerici, qui hoc ſolum nomen ſine priſtinas ne ſæcularitates gloria erubeſcit audire. quid vobis certe indulgite, ſi dicam, cum judicaturi cum talibus conſidetis; illud autem non nobis prætermittendum videtur, præſertim cum hoc nulla acervitas fecerit judiciorum: nullus ordo meminerit, ut quærendi adverſarium ſuum alicui neceſſitas imponatur, & ad judicium deducendi, cum ille ultro ſe debet inferre, qui arguit. Unde hoc invicem ſcriptum ad veſtram tranſmiſimus caritatem per fratrem & coepiſcopum noſtrum Numunianum. Bene valete, fratres, & ad latus, XVI. Kalendas Decembris, Honorio VII. & Theodoſio VIII. conſulibus Auguſtis."

" Anno Chr. 418.

DECRETUM EIUSDEM ZOSIMI PAPÆ EX GRATIANO DESUMPTUM.

Apoſtolicæ ſedis auctoritas contra ſanctorum ſtatuta aliquid condere non valet.

Contra ſtatuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec hujus quidē ſedis poteſt auctoritas.

Hujus ca[]nonis exp[o]ſitionem []

ritas. Apud nos enim in convulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam.

Observatio Philippi Labbe, S. I.

Tractatoriam Zosimi papæ epistolam, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt longissimam amplissimo sinu suo continuisse omnia prava dogmata, de quibus fuerant accusati, omnemq; causam eorum in illa fuisse narratam, atque per totum orbem catholicum, ad omnes quaquaversum episcopos ecclesiasque dimissam affirmat noster Marius Mercator, & cum eo Augustinus, Prosper, aliique complures, ex quibus hæc quæ supersunt fragmenta collegimus.

S. Augustinus ep. 157. ad Optatum de peccato originali edisserens hæc inseruit: Nam ut jam verbis utar, quæ in ipsa epistola beatissimi antistitis Zosimi leguntur: *Fidelis dominus in verbis suis, ejusque baptismus re ac verbis, id est opere, confessione, & remissione vera peccatorum, in omni sexu, ætate, conditione generis humani eamdem plenitudinem tenet. Nullus enim nisi qui peccati servus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuerit ante captivus; sicut scriptum est:* si vos filius liberaverit, vere liberi eritis. *Per ipsum enim renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mundo, ipsius morte mortis ab Adamo omnibus nobis introductæ, atque transmissæ universæ animæ illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius.* In his verbis apostolicæ sedis tam antiqua atque fundata, certa, & clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christianos. De eadem epistola plura disces ex ejusdem S. Augustini capp. 8. 17. 21. aliisque lib. II. de gratia & peccato originali ad Albinum, Pinianum atque Melaniam, atque ut Possidium, Gennadium, aliosque sileam, Prosper cap. 21. contra Collatorem: *Quando Africanorum conciliorum decretis beatæ recordationis papa Zosimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum*, cum ei subscribere scilicet omnes ubique catholici aggressi sunt, ut cum ex aliis, tum ex Mario nostro didicimus. In chronico quoque ad annum 418. ista referuntur: *Concilio apud Carthaginem habito 214. & amplius episcoporum ad papam Zosimum synodi decreta perlata sunt, quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.*

Idem quoque Prosper, sive quis alius, inter auctoritates, sive sententias præteritorum sedis apostolicæ pontificum epistolæ S. Cælestini papæ ad Galliarum episcopos subjici solitas, hæc habet:

Cap. V. Quod omnia studia & omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo, quod ipse donaverit, in quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zosimi regularis auctoritas cum scribens ad totius orbis episcopos, ait: *Nos autem instinctu Dei [omnia enim bona ad autorem suum referenda sunt unde nascuntur] ad fratrum & coepiscoporum conscientiam universum retulimus.* Hunc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum scriberent. *Illud vero" quod in literis, quas in universas provincias curasti esse mittendas, posuisti dicens:* Nos tamen instinctu Dei &c. *sic accipimus dictum ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem districto gladio veritatis, velut cursim transiens amputares. quid enim tam libero* &c. quæ postea subjicientur primæ Cælestini epistolæ: non secus ac caput VI. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: *Quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus causisque, cogitationibus, motibus adjutor & protector orandus est: superbum est enim ut quicquam sibi humana natura præsumat clamante apostolo.* Non est nobis, & quæ sequuntur suo postea ordine integre reddenda.

Anno Christi 418.

[a] CONCILIUM AFRICANUM SUB ZOSIMO.

Anno Christi CCCCXVIII."

In vetusto quodam codice monasterii sancti Bavonis in Gandavo, insignis Flandriæ urbe, tale habebatur initium.

HONORIO Augusto XII. consule, Kalendis Maiis, Carthagine in basilica Fausti, cum Aurelius episcopus simul cum Donatiano Teleptensis primæ sedis episcopo provinciæ Byzacenæ, & aliis ducentis * tribus coepiscopis suis, tam ex provincia Byzacena, quam Mauritania " Stiphensis, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæsareensi, & Hispania, in concilio consedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, ut quicumque dixerit, Adam primum hominem, *&c. ut infra in concilio sub Bonifacio", can.* 76.

Verum in codice impresso Moguntiæ in ædibus Ioannis Schœffer, circa annum 1525. atque secundum exemplar Anglicanum vetustissimum monasterii Vintoniensis, tale fuit initium.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus, Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus, Kalendis Maiis, Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius episcopus in universali concilio consedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus episcopis, quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt, in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, ut quicumque dixerit, Adam primum hominem, *&c. ut infra in concilio sub Bonifacio", canone 76. ac deinceps, usque ad canonem 94. inclusive.*

" 217. episcoporum, mendose apud Prosperum in chronico: nam cap. 5. libri contra Collatorem 214. tantum designat, aliique omnes consentiunt. Huic consentit alius quidam pervetustus codex. adde rict. & alios * quatuordecim, & amplius, *ut ait Marianus Scot s sub an. 439.* " Sitifensi " & Cælestino quod Africanum dicunt. Vide quoque supra Milevitanum II. can. 1. & seq. Hoc certum missas fuisse constitutiones illas ad Zosimũ papam cum epistola quæ periit. " & Cælestino I. ut volunt habito, quod vulgo Africanum appellatur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Africanum.*] Causa habiti concilii hæc est. Cum Africani epistolas Zosimi de Cælestio & Pelagio de fide catholica bene sentientium accepissent, ad synodum Carthagine indictam patres ducenti & quatuordecim, vel septemdecim ut alibi Prosper scribit, convenerunt, Honorio duodecimum, & Theodosio octavum consulibus, an. Chr. 418. veris initio; quod epistola Zosimi XII. Kal. Apr. data, & III. Kal Maias accepta significat. Ad mensem Maium prorogatam & continuatam fuisse, canonum editio indicat. In hac synodo, ne quid ab adversariis objici posset, professi sunt patres, se decretum Innocentii papæ consectari atque amplecti, quod circa finem vitæ illius ab ipso promulgatum fuit: idque ideo, ut uno quasi ictu valido utrumque hæreticum Cælestium & Pelagium confodere, eorumque errores prorsus extinguere possent. Hanc constitutionem suam, ipsos per literas Zosimo indicasse testatur S. Prosper adversus Collatorem. ' *Erraverunt ducenti quatuordecim sacerdotes, qui in epistola, quam suis constitutionibus ' protulerunt, ita apostolicæ sedis antistitem B. Zosimum sunt allocuti: " Constituimus in Pelagium, atque Cælestium per venerabilem episcopum Innocentium*

Causa concilii. Quo tempore habitum fuerit? Acta concilii.

' prætulerunt. " Desidera-

ANNO CHRISTI 418.

turista præsulum Africanorum epistola: nec nō alia quam Africani episcopi ad eumdem Zosimū rescripserunt, cū ejus ore, ut loquitur Prosper ca. 5. libri contra Collatorem, sacrosancta beati Petri sedes ad universum orbem locuta fuisset.

nocentium de beatissimi Petri sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei per Iesum Christum, non solum ad cognoscendam, verumetiam ad faciendam justitiam, nos per actus singulos adjuvari, ita ut sine illa nihil vere sanctaque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus. " * * Neque vero abs re fuerit hæc postrema verba a nobis restituta ab eodem Prospero referri extremo cap. 8 Responsionum ad objectiones Gallorum: *Et cum 214. sacerdotibus, quorum constitutionem contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus est, veraci professione, quemadmodum ipsorum habet sermo dicamus*, Gratiam Dei per Iesum Christum, non solum ad &c] His literis patres concilii in Africa addiderunt libellum Paulini diaconi adversus Cælestium scriptum, quo continebantur omnia capita, de quibus Cælestius interrogandus esset, eo fine, ut appareret hæreticusne esset, an omnino, quod profitebatur, catholicus. Zosimus quidem simulantes conatus est lucrari; sed quando eos strictius examen fidei subterfugere animadvertisset, hoc egit, quod in causa Pelagii & Cælestii deinceps actum fuisse describit breviter in chronico S. Prosper his verbis: *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum decem & septem episcoporum, ad pontificem Zosimum synodalia decreta prolata sunt: quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.* Baron. ann. 418. num. 1. 3. 4. 7. 16. &c.

Numerus episcoporū. Pelagiana hæresis dānatur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Edoctus ab Africanis patribus de malis Pelagii Cælestiique artibus Zosimus celeberrimam illam, de qua pluribus supra egimus, scripsit epistolam ad omnes universi orbis episcopos; quam cum iidem Africani antistites recepissent; alteram ad Zosimum rescripserunt epistolam, quæ similiter incuria majorum nostrorum excidit. Vnicum quod sciam ex tanto naufragio fragmentum tanquam tabulam servavit posteritati Prosper cap. 5. libri contra Collatorem. Erraverunt Africani episcopi ad eumdem papam Zosimum rescribentes, eumque in sententiæ hujus salubritate laudantes, cum aiunt:

Illud vero quod in literis tuis, quas ad universos curasti esse mittendas posuisti dicens: Nos tamen instinctu Dei (omnia enim bona ad autorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrū & episcoporum nostrorum conscientiam universa retulimus: *Sic accipimus dictum, ut illos qui contra Dei adjutorium extollunt humanam arbitrii libertatem districto gladio veritatis, velut cursim transiens amputares* &c. quæ idem Prosper, sive quis alius auctoritatibus aliquot sententiis præteritorum apostolicæ sedis antistitum epistolæ Cælestini ad Gallos subjungi solitis inseruit cap. V. ut infra suo loco docebimus.

Meminit ejusdem Carthaginensis synodi Photius bibl. cod. 52. ubi interpres male accepit hæc verba ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φαύστου. Ὀνωρίου τὸ τῆς εὐσεβείας βασιλέως Φερεσωτος ἀξίωμα, dum Honorio quasi epitheton *Felicis* titulum adscripsit: Ibidem pro Αβέλιος substituendus Αὐρήλιος, & reponendus Δονατιανὸς τῆς Τελεπτέως &c. Donatianus Teleptensis, non Ptentesii episcopus primæ sedis Byzacenæ provinciæ de quo mox agendum.

[a] CONCILIVM [b] TELEPTENSE SVB ZOSIMO PAPA.

" nondum nunciatis hujus.e anni Coss. Honorio XII. & Theod. VIII. "ergo hoc præmittendum fuerat superiori quod Cal. Maiis habitum.

[c] POST cōsulatum gloriosissimi Honorii XI. & Constantii II". 6. Kalendas Martias", congregato in ecclesia apostolorum concilio plebis Teleptensis, beatus pater primæ sedis episcopus Donatianus civitatis Teleptensis, cum resedisset, considentibus secum Ianuario, Felice, Secundo, Fortunio, item Porphyrio, Maximo, Maximino, Iocundo, Eunomio, Cyrino, Quintiano, Donato, Donatiano, Romano, Sopatro, Maximiano, Victore, Capione, Papiniano, Basilio, Tertiolo, Restituto, Donato, Secundiano, Iuliano, Ianuario, Porphyrio, Micilio, Iuliano, Cresconio, Geta, Tuto, & ceteris episcopis, nec non etiam Vincentio & Fortunatiano, legatis provinciæ proconsularis ad Byzacenum concilium directis, & reliquis: Vincentius & Fortunatianus dixerunt: Etiam cum essemus Tusdrum, sicut mecum recolit memorialis auditio vestra, & epistolas sanctæ memoriæ Siricii sedis apostolicæ episcopi dederamus recitandas, ex quibus cum legeret unam sanctionem fratris nostri episcopi Latoni, utrasque nunc nos referre suggestio indicat, has recitari donate. Episcopi dixerunt: Recitentur epistolæ venerabilis memoriæ Siricii, ut noverimus, quid earum textus contineat. Cumque traderentur, Privatus notarius dixit: Exemplum' tractoriæ episcopi urbis Romæ.

' tractatoriæ

EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Dilectissimis fratribus & coepiscopis per Africam, Siricius.

CVM in unum plurimi fratres convenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem, *Extat" supra inter epistolas Siricii papæ in ordine* IV.

" Vide p. 1028. E.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Concilium.*] In hoc concilio nihil aliud actum reperitur, nisi quod ad definitionem causæ, de qua controversia agitabatur, jussa est recitari decretalis epistola Siricii Romani pontificis ad Africanos episcopos data. Vnde quanta Africanæ ecclesiæ erga Romanum pontificem observantia fuerit, nemo non intelligit. Quid præterea in hac synodo actum sit, non apparet.

Quid in hoc concilio actum fuerit.

[b] *Teleptense.*] Sic dictum a Telepte, quæ est urbs Africæ D. Augustino & Cypriano, eratque metropolis" & prima sedes provinciæ Byzacenæ, cui episcopus nomine Donatianus præerat, ille idem, qui etiam huic concilio præsedisse, Milevitanæ synodo subscripsisse, & concilio Carthaginensi præcedenti hoc anno celebrato interfuisse, apud acta allegatorum conciliorum legitur: *Donatianus" Teleptensis primæ sedis subscripsi*, habet concilium Milevitanum II. Dubium itaque nullum est, quin hactenus mendose Telense pro Teleptensi nominatum fuerit.

Locus concilii hab[...] " In Afr[...] alia me[...] alia I. sed[...]

Donatian[us] quis? " Dotian[...] Ptentesii mendose dicitur a[...] pud Phot[...] ut mox d[...]cuimus.

[c] *Post consulatum gloriosissimi Honorii XI. & Constantii II.*] Anno nimirum Christi nati 418. Zosimi pontificis secundo, Honorii imperatoris 24. & Theodosii undecimo, nam hic annus primus est post consulatum Honorii undecimum, & Constantii secundum. Baron. ann. 418. num. 31.

Tempus celebrati concilii.

" * * PAVLINI " DIACONI LIBELLVS Zosimo papæ oblatus in gratiarum actionem post damnatos apostolica auctoritate Pelagium atque Cælestium.

" edidit [...] Vaticano codice B[aronius] ad ann. 418. num. 12. 14. 15.

BEATITVDINIS tuæ justitiam obsecro, domine Zosime papa venerabilis. Nūquam fides vera turbatur & maxime in ecclesia apostolica, in qua pravæ fidei doctores ut deprehenduntur facile, ita veraciter puniuntur, ut moriatur in illis, nisi correxerint, quod deterius perpetrarint, ut in illis vera sit fides, quam apostoli docuerunt, & Romana cum omnibus catholicæ fidei doctoribus tenet ecclesia. Quod si ut ceteri auctores hæreseos qui jam dudum ab apostolica sede, vel a patribus judicati, & extra sinum matris catholicæ ecclesiæ effecti perpetua morte pereunt, etiam hi qui nunc deprehensi sunt vel deprehendentur, in perfidia sua permanent, spiritali gladio quo interimantur, tradantur: ut nunc Pelagius Cælestiusque, qui a beatæ memoriæ præcessore tuæ beatitudinis papa Innocentio (si rectam respuunt fidem & in sua perversa doctrina perdurent) damnati sunt. Cujus sententiam secuta beatitudo tua, Cælestio cum a sede apostolica audiretur, inter cetera præcepit his verbis.

Damnas ergo illa omnia quæ in libello Paulini continentur hoc est, de quæstionibus? Et in alio loco: *Cognovisti, quales literas dederit sedes apostolica ad fratres & coepiscopos Africanæ provinciæ.*

Et

Et adjectum : *Damnas illa omnia quæ damnavimus, & tenes quæ tenemus?* Et iterum : *Illa omnia damnas quæ jactata sunt de nomine tuo?* Et iterum : *Vel ea quæ in libello suo exposuit Paulinus?* Et cum me diceret posse ex his, quæ illi objecta sunt, hæreticum approbari ; sancto repletus Spiritu apostolica auctoritate respuisti insanientis & calumniantis verba hujusmodi proferendo sententiam qua ipse catholicus approbaret; illum, si sanari vellet, curares : quæ hujusmodi est : *Nolo nos circuitu ducas. Damnas ea omnia quæ tibi objecta a Paulino, sive per famam jactata sunt?* Cui non sufficit ista sententia? Quis hanc tam salubrem, tam amplectibilem, tam piam respiceret alius, nisi qui a fide devius est? Et ille qui superius professus fuerat, se quæcumque illi objecta fuerant, si contra fidem vindicares, esse damnaturum : audi : *Damna.* Et non solum non damnat, sed ad injuriam tantam * sedis contendit. Vnde non ignorat jam ecclesia Romana reum suum, qui tam audaci spiritu ausus est contradicere, & non damnare quæ beatitudo tua damnari decrevit.

Ego tamen Deo, & Christo domino gratias ago, quod ecclesiæ suæ causam ita agi voluit, ut sedes apostolica, a qua oportuit ore duorum pontificum hæresim condemnari, ea damnanda præcepit, quæ a me Cælestio fuerant objecta : cujus ego non damnationem, sed correctionem semper optavi & opto, cui non jam mecum, sed cum universa Dei ecclesia causa est, sicut data ad beatitudinem tuam scripta testantur, cum contra apostolicam sententiam venire nititur negando originale peccatum, quod in omnes homines pertransiit, & usque ad finem mundi tenet hereditatem Adæ illius qui primus peccavit : quod in infantibus nisi per sacramentum baptismi dimittitur, vitam æternam & regnum cælorum habere non possunt. Contra quæ etiam magister suus litigat Pelagius, qui illa ipsa damnavit in judicio orientali, quæ iste in sedis apostolicæ cœtu conatur adstruere. Habet adversum se etiam veteres ecclesiarum doctores catholicos plurimos orientales & occidentales, meridianæ partis & septemtrionalis, qui in libris suis illum de originali peccato (si sanari desiderat) possunt docere. Habet beatum Cyprianum martyrem, beatum Ambrosium confessorum, Gregorium Nazianzenum, beatum papam Innocentium. Habet etiam nunc qui in corpore sibi colluctentur, si ille tamen hos tanto certamini habiles judicat, aut certe qui vos sequi debeat, si vult magis recta discere quam prava docere. Habet, quod primum est, beatitudinem tuam, cujus illum oportuerat obedire sententiæ, cum audiret, *Damna.* Habet postremo illos lactentes quibus misereri debeat, si sibi non vult : *quibus*, ut verbis martyris utar, *non propria, sed aliena dimittuntur peccata.*

Vnde oro beatum apostolatum tuum, ut hunc meum libellum suscipi jubeas, quo gratias referam tantæ sedi, & sententiis justissimis pro parte mea latis : quem idcirco direxi, quia me licet sermone Basiliscus subdiaconus a tua beatitudine cum gestis sedis apostolicæ directis Carthagine convenit quarto Nonar. Novembr. die, ut adessem ad apostolicam sedem & tuæ judicio sanctitatis : ad quam, me fugisse, suggestum est, nec defuturum fore promittere, si adversum me, & non pro me, fuisset lata sententia. Vbi tunc igitur nihil agere potui; quia is, qui ad sedem apostolicam provocaverat, defuit, quem oportuerat utique merita suæ appellationis adstruere : maxime, cum nihil agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior est semper ille qui vicit. Quid enim jam mea interesat, ut etiam apud vestram reverentiam pravæ ejus doctrinæ adstipulator existerem, de quo congaudere possem, si damnatis his, quæ illi a me objecta fuerant, sic ea per apostolicæ sedis judicium roborati, meruisset absolvi, nec prius se ordinari quam purgari pateretur. Sed vulpecula fraudibus fuit semper studens ingenium suum mutare nescit. Non se credidit posse deprehendi, quoniam confidentiam semper in foveis habuit, in quibus demersum caput conscientiæ suæ nititur occultare. Quod jam diutius latere non potuit, sed manifestius publicatum spiritali per tuam beatitudinem gladio resecatur, ne amplius ferinis dentibus grex domini secetur in partes, quem pastor bonus sollicita & pervigili cautela custodis. Hunc autem libellum direxi beatitudini tuæ per Marcellinum subdiaconum ecclesiæ Carthaginensis. Datum 6. Idus Novembris.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Porro non soli Mario nostro Mercatori referemus acceptum quis qualisve fuerit Paulinus iste diaconus, ut supra monebamus S. Ambrosii administer ac vitæ scriptor. Idem quoque memoriæ commendavit vetus ille scriptor, cujus de hæresibus epitomen ex variis collectam edidit R. P. Iacobus Sirmondus addito illi Prædestinati nomine.

Octogesimam & octavam hæresim in Pelagio se invenisse sedes apostolica sub papa sancto Innocentio docuit; dum Cælestius Pelagii discipulus apud Carthaginem doceret posse homines sine peccato esse, natura sibi sufficiente sola humana. Restitit ei quidam Paulinus diaconus, defensor & procurator ecclesiæ Mediolanensis : cuique in conventu sacerdotum multa capitula objecit &c. Tunc ad relationem pene omnium Afrorum episcoporum papa Innocentius damnationem & Pelagio & Cælestio conscripsit &c. Contra hos suscepit sine scriptura quidam Constantius " *tractator. Post hunc autem, scripsit contra hos & Augustinus Hipponensis episcopus, & Hieronymus presbyter Bethleites &c. Pelagii quoque nonnulla verba ex commentario in epist. ad Romanos adscribit, & alia, quæ omitto.*

" Is, ut reor, de quo Prosper in chronico & Mart. Rom. 30. Nov.

VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA
BONIFACII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

[a] BONIFACIVS natione Romanus, ex patre Iocundo presbytero, [b] sedit annos tres, menses octo, dies septem. Hic sub contentione ordinatur cum Eulalio. Et fuit dissensio in clero menses 7. dies 15. Eulalius ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifacius autem in basilica Iulii. Eodem tempore audiens hoc Placidia Augusta cum filio suo Valentiniano Augusto, dum sederent Ravennæ, retulit Honorio Augusto Mediolani sedenti. Eodem tempore ambo Augusti, missa auctoritate hoc præceperunt, ut ambo exirent civitate. Qui cum pulsi exissent, habitavit Bonifacius in cœmeterio sanctæ Felicitatis martyris via Salaria, Eulalius vero in civitate Antio ad sanctum Hermem. Veniente autem die proximo paschæ præsumpsit Eulalius, eo quod ordinatus fuisset in basilica Constantiniana, & introivit in urbem, & baptizavit, & celebravit pascha in basilica Constantiniana.

Bonifacius vero, ſicut conſuetudo erat, celebravit baptiſmum paſchæ in baſilica ſanctæ martyris Agnetis. Hoc audito, Auguſti utrique miſerunt, & ejecerunt Eulalium, & miſſa auctoritate, revocaverunt Bonifacium, & conſtituerunt epiſcopum, Eulalium vero miſerunt foras in Campaniam. Et facta ſynodo, deponitur Eulalius a 252. epiſcopis, quia juſte non fuerat ordinatus, & ex conſenſu omnium. Et ſedit Bonifacius præſul, & conſtituitur Eulalius in civitate Nepeſina epiſcopus. Poſt annos tres & menſes octo defunctus eſt Bonifacius. Et petierunt clerus vel presbyteri Eulalium revocari. Quod tamen non conſentit Eulalius, Romam ſcilicet reverti. Qui tandem in eodem loco Campaniæ, poſt annum mortis Bonifacii, defunctus eſt. Hic Bonifacius conſtituit, ut nulla mulier aut monacha pallam ſacratam contingeret, aut lavaret, aut incenſum poneret in eccleſia, niſi miniſter. Nec ſervum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuſlibet rei. Hic fecit oratorium in cœmeterio ſanctæ Felicitatis, juxta corpus ejus, & ornavit ſepulcrum ſanctæ martyris Felicitatis, & ſancti Silvani, ubi & poſuit hæc: Patenam argenteam penſantem libras viginti. Scyphum argenteum penſantem libras tredecim. Calices minores duos penſantes libras quatuor. Coronas argenteas tres penſantes libras quindecim. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros tredecim, diacones tres, epiſcopos per diverſa loca trigintaſex. Sepultus eſt in via Salaria in cœmeterio ſanctæ Felicitatis martyris, juxta corpus illius octavo Kalendas Novembris. Et ceſſavit epiſcopatus dies novem.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Bonifacius quando pōtifex factus.

a *Bonifacius.*] Defuncto Zoſimo, poſt interregnum duorum dierum quinto Kalendas Ianuarii, anno 418. Bonifacius presbyter in lege doctiſſimus, bonis moribus comprobatus, acclamatione totius populi, & plurimorum optimatum, invitus pontifex eligitur & conſecratur. D Cum Eulalius archidiaconus, ſtatim occupata Lateranenſi baſilica, cum diaconis & pauciſſimis presbyteris, ac multitudine turbatæ plebis, ſe ambitioſe eligendum curaſſet, adeoque novo ſchiſmati cauſam dediſſet, Symmachus urbis præfectus; in hujus favorem, relationem IV. Kalendas Ianuarii ſcriptam miſit: ex qua Honorius falſo & male perſuaſus, mandavit Bonifacium, ut intruſum, nec rite electum, expelli: verum accepta relatione presbyterorum urbis, ad cavendum tumultum & ſeditionem, præcepit utrumque Bonifacium & Eulalium cum ſuis quemque fautoribus intra diem ſextum Iduum Februarii Ravennæ adeſſe, & adſcitis pluribus epiſcopis mandat cauſam examinari. Qui cum inter ſe non convenirent, profert negotium ad Kalendas Maias, & interim jubet utrumque urbe abeſſe: & propter imminens paſcha, mittit Achilleum epiſcopum Spoletinum, qui Romæ ſacra myſteria celebraret. Ad ſchiſma tollendum imperator, E Chriſtianæ concordiæ ſtudioſiſſimus, concilium congregare decrevit, plurimoſque epiſcopos per literas evocavit. Verum juſto Dei judicio accidit, ut ipſe Eulalius ſuis ſeipſum operibus condemnarit, ſeque apoſtolico munere indignum declararit. Nam contra mandatum imperatoris & concilii, 15. Kalendas Aprilis horis meridianis Romam ingreſſus, occaſionem tumultui dedit, ut populus in duas factiones diviſus, propemodum inter ſe confligeret. Quo cognito imperator mandat Eulalium urbe excedere, & reluctantem vi expelli. Epiſcopi, quorum ducenti quinquaginta convenerant, juſſa imperatoris exequuntur, Eulalium cauſa cecidiſſe declarant, urbe expellunt, & Bonifacium tamquam verum & legitimum epiſcopum in urbem revocandum eſſe decernunt. Quod cum populus audiſſet, magnopere gaviſus eſt, actiſque imperatori gratiis, biduo poſt latam ſententiam, fauſtis acclamationibus eum in urbem introduxerunt. Introductus, ante omnia eccleſiam ſchiſmate diſſectam unire & conciliare conatus fuit, eamque ob cauſam literas ad Honorium tranſmiſit: de quibus infra. Hujus tempore ingens A perſecutio Perſica in Chriſtianos ſub Iſdegerde mota fuit, in qua centum millia Saracenorum a Perſis in auxilium evocata, immiſſo divinitus pavore, ſe in Euphratem præcipitaverunt. Theodoretus lib. 5. cap. 38.

Schiſma ab Eulalio exortum.

Eulalius ſchiſmaticus ſuis ſe damnat operibus.

Eulalius ab imperatore urbe expellitur.

Saracenorum in perſecutione Perſica divinitus immiſſa ſtrages.

Poſt S. Hieronymum clariſſimum eccleſiæ lumen pie ſancteque defunctū, Honorius religioſiſſimus imperator, hæreticorum zeloſus impugnator & hoſtis, tyrannorum fortiſſimus debellator, anno imperii ſui 28. poſt mortem patris exacto, Romæ ex hac vita migravit. De quo illud obſervatu digniſſimum notavit Oroſius lib. 7. cap. 24. quod undique bellis obrutus, & tyrannis obſeſſus, nihil antiquius habuerit, quam ut extirpandis hæreſibus catholicæ eccleſiæ opportunitatibus maxime conſuleret, Africamque præcipue ad unitatem eccleſiæ reduceret: ideoque a Deo illud beneficium valde mirificum acceperit, quod eodem ferme tempore crudeliſſimi tyranni, imperiique invaſores, Alaricus, Conſtantinus, Conſtans, B Maximus, Iovinus, Sebaſtianus, Sarus, aliique plures cum iis extincti fuerint.

S. Hieron. Honorii imperatoris obitus.

b *Sedit annos tres, menſes, &c.*] Errat auctor pontificalis: quem enim conſtat cœpiſſe ſub conſulatu Honorii 12. & Theodoſii octavo, quinto Kalendas Ianuarii, perveniſſeque uſque ad anni 423. octavum Kalendas Novembris, ſediſſe oportet annos quinque minus duobus menſibus, & tribus diebus. Idem S. Proſper & Marcellinus in chronico teſtari videntur, dum ad conſulatum Mariniani & Aſclepiodoti, ingreſſum ſucceſſoris referunt. Baronius anno 423. num. 8.

Bonifacius quamdiu ſedem Romanam obtinuerit.

I. BONIFACII PAPÆ I.

AD HONORIUM AUGUSTUM.

C Supplicatio papæ Bonifacii, ut conſtituatur a principe, quatenus in urbe Roma nunquam per ambitum ordinetur antiſtes.

Bonifacius epiſcopus Honorio Auguſto.

ECCLESIÆ meæ, cui Deus noſter meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus; deputavit, cura conſtringit, ne cauſis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui a ſacerdotibus univerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbatoribus agitantur, apud aures Chriſtianiſſimi principis deſim. Si quidem ſecus quam oporteat eveniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, ſed nos per D noſtram tacentes deſidiam videbimur, quod civitatis quietem, & eccleſiæ pacem pervertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis rebus divinæ cultor religionis, domino ' favente, præſideas: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt divinis ſemper rebus animo promptiore faviſſe) firmo & ſtabili jure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem & ſub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit, id eſt * ut fidens ' utar licitis, & ſub veſtræ imperio clementiæ, minime quæ ſunt illicita formidentur. Ipſa enim eccleſia devotionem tuam, Chriſtianiſſime imperator, E * meo quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat * affectu, quam Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector & gubernator imperii ', uni deſponſatam ſibi & intactam virginem ſervat, ne in eam ' aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ tumore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator Auguſte. Ipſa ergo (quæ uni deſponſata, veſtra tamen mater eſt) eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, præterita præſentiaque repetit. Vobis, inquit, religioſe imperantibus, crevit meus, qui modo tuus eſt, populus, tam fidus Deo, quam tibi, qui es princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri felicitate dependit imperii, teſte (apudquem &

Diſt. 97. Eccleſiæ meæ, cui.

' jubente

* ut licita ſerventur.

' utatur

* al. nō meo

* affatu & affectu

' unam

' in

& de cujus ſede agitur) ſancto Petro , ſolicitis pro religionis obſervantia vocibus clamat : cum ſolicita petitione miſcetur oratio , ne ' nos in varias res ſemel evulſa diſtrahat a Dei cultu ſolito , tentatore ſolicitante , ' diſcordias. Angeretur ' pluribus , princeps Chriſtianiſſime, mater eccleſia , niſi apud te ſuarum eſſet ſecura cauſarum : & niſi in oppreſſionibus idolorum , in hæreticorum correctionibus , fide tua, divino cultu pariter cum imperio ſemper florente viciſſet. Habet refugium, pium tuæ manſuetudinis animum, cum ſuæ religionis veneratione conjunctum, cum quidquid * huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus & conſacerdotibus meis, probatiſſimis viris, a me & ab omnibus, qui eccleſiam faciunt iſtiuſmodi, legatis; quibus precamur, ſacræ cauſam religionis proſequentibus, in urbe veſtræ manſuetudinis, hoc animo, quo poſtulatis annuitis, in perpetuum ſtatui univerſalis eccleſiæ ' conſulatis. Datum Kalendis Iuliis.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*] Cum Bonifacius in urbem regreſſus , eccleſiam ſchiſmate conſciſſam conſolidare , civeſque in mutuam concordiam reſtituere ac firmare non deſtitiſſet, & paulo poſt in morbum , unde nonnihil periculi obitus imminebat , incidiſſet , Eulalius cum ſuis , apud Antium non longe ab urbe in eccleſia S. Hermetis exulans , obitum illius, longa ætate ac mala valetudine fracti , expectabat. Verum divina gratia aliquantulum convaleſcens, cum hoc aliiſve experimentis didiciſſet, Romanæ eccleſiæ concordiam divulſam eſſe , eam quibus poſſet adminiculis fulcire curavit : & conſulens in futurum , ne poſt ſuum obitum eadem eccleſia graviore ſciſſura diſtraheretur , ad imperatorem Honorium hac de re ſolicitus præcedentem epiſtolam ſcripſit.

RESCRIPTVM HONORII AVGVSTI AD BONIFACIVM PAPAM I.

Statuit, ut ſi denuo Romæ epiſcopi ordinati fuerint duo, ambo civitate pellantur.

Victor Honorius, inclytus , triumphator, ſemper Auguſtus, ſancto ac venerabili Bonifacio papæ urbis ' æternæ.

SCRIPTA beatitudinis tuæ , debita reverentiæ gratulatione ſuſcepimus : quibus recenſitis , egimus omnipotenti Deo maximas gratias , quod ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo * revertentibus venerabilibus viris, gaudium noſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus , ac petimus , uti quotidianis orationibus apoſtolatus tuus ſtudium ac votum ſuum circa ſalutem atque imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis ' placitum eſſe cognoſce , quod ſanctimonia tua de eccleſiarum aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ , ut ne aliqua ratione poſſit evenire , ſatis clementia noſtra credidit eſſe proviſum. Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire , ut ſi quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana ſorte contigerit , ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. At ſi duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati , nullum ex his futurum penitus ſacerdotem : ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum , nova ordinatione divinum judicium & univerſitatis conſenſus elegerit. Vnde id obſeruandum eſt, ut omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant , nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur , cum certum ſit , nulli partium ſua ſtudia profutura.

II. [a] AD EPISCOPOS GALLIÆ.

De Maximo Valentinæ civitatis epiſcopo variis criminibus accuſato, ut in ſynodo provinciæ illius cauſa diſcutiatur.

Bonifacius epiſcopus Patroclo , Remigio , Maximo , Hilario , Severo , Valerio , Iuliano , Caſtorio , Leontio , Conſtantino , Ioanni , Montano , Marino , Mauricio , & ceteris epiſcopis per Gallias & ſeptem provincias conſtitutis.

VALENTINÆ nos clerici civitatis adierunt , proponentes per libellum crimina , quæ Maximum , teſte tota provincia , aſſerunt commiſiſſe. Delegata toties cognitione , illum conſtituta ſemper ſubterfugiſſe judicia, nec confiſum conſcientia feſtinaſſe , ut ſi eſſet innocens examinatis omnibus purgaretur, quæ toties decreta , ex veſtrarum quoque chartarum inſtructione cognovimus. Qui e contrario probavit de ſe illa quæ dicta ſunt, qui ad ea confutanda , cum eſſent innumera , a deceſſoribus meis provinciali delegata cognitione , conventus etiam dicitur evitaſſe, & adeſſe minime voluiſſe. Et nullus dubitat quod ita judicium nocens ſubterfugit , quemadmodum ut abſolvatur qui eſt innocens quærit. Sed aſtuta cavillatio eorum qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis , nunquam innocentiæ nomen ' accipiet. Confitetur enim de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquando ille, qui talis perhibetur , in medium, nec proderit illi toties latuiſſe, toties ſubterfugiſſe, quem ſui actus & commiſſa , quocumque fugerit , ea quæ objiciuntur illi , ſi vera ſunt , crimina perſequuntur. Debueram quidem jam nunc dignam pro ejus accuſatis in noſtro judicio actibus , qui cognitionem & decretum judicium ſæpe declinando credidit illudendum , ferre ſententiam. At ne aliqui præcoquam forſitan judicaret , & ſibi qui abſens eſt , licet ſit quæſitus a nobis , reſervatum eſſe nihil diceret ; maluimus intercapedine temporis data differri : cum hæc etiam ejus accuſatores aſſererent, de quorum intentionibus & moribus ſit ſecurum , Maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius ſe conſtituto judicio præſentarit. Quem Manichæorum involutum caligine , arguunt turpi ſecta olim , ita ne eum poſſit abluere, animum ſordidaſſe, in probationem objectæ rei geſta ſynodalia proferentes : & commiſſis involutum undique flagitiis , nullum eum ſanitatis habuiſſe reſpectum. quem furore ſuo & inſana temeritate ad ſæcularium quoque judicium tribunalia ſubditum quæſtioni , quod in vili quoque perſona turpiſſimum eſt , objicerent perveniſſe, & homicidii damnandum aſſerunt , geſtis prolatis in medium. Et hunc talem , poſt tanta taliaque commiſſa, epiſcopatus adhuc ſibi nomen in ſuis latibulis vindicare , in propriæ civitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur , & ſan-

Ivo part. 5. cap. 271.

' accepit

ctum nomen vindicando sibi, velle polluere. A Ideoque, fratres carissimi, quia audiendus hic præsentare se noluit, ne convictus forsitan ab accusantibus se clericis, posset digna tandem aliquando præsentatus episcopali judicio pronuntiationis congrue feriri sententia: (quamilli, cum hæc edocta fuerint, quæ potest hujus nominis esse jactura, qui pudorem nunquam sacerdotii habuisse perhibetur, & locum suum ne modico quidem tempore custodisse?) dilationem tamen dedimus, & decrevimus vestrum debere intra provinciam esse judicium, & congregari synodum ante diem Kalendarum Novembrium: ut si adesse voluerit, præsens, si confidit, ad objecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem B sententiæ de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato judicio, purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in præsenti examine omnia quæ dicta sunt comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes provincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, & illic se constituto præsentare judicio. Quidquid autem vestra caritas de hac causa duxerit decernendum, C cum ad nos relatum fuerit, nostra, ut condecet, necesse est auctorite firmetur. Data sub die Idus Iunias, Monaxio viro clarissimo consule ".

3. quæst. 9. Decernimus vestrum.

" Anno Christi 419.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hac epistola Bonifacius anno Christi 419. pontificatus sui primo, interpellatus libello accusationis a clericis Valentinæ ecclesiæ adversus Maximum episcopum, Manichæorum sectatorem, delegavit causam cognoscendam episcopis septem provinciarum. Vnde patet accusationes episcoporum ad Romanum pontificem deferri solere. Baronius prædicto anno num. 107.

III.[a] AD HILARIUM EPISC. NARBONEN. D

De Patroclo Arelatensi, qui episcopum in ecclesia Lutevensi ordinarat, ut nullus contempto metropolitano ordinetur episcopus.

Bonifacius episcopus urbis Romæ Hilario episcopo Narbonensi salutem.

DIFFICILEM quidem fidem querimoniis commodamus, quarum sacerdotes domini pulsat intentio: maxime cum eos loquuntur quippiam contra patrum statuta tentasse. Sed frequenter has asserit, sicut nunc, multitudo ' causantium. Ecce enim, ut caritas tua recognoscit ex subditis, Lutubensis ec- E clesiæ cleri ordo, vel plebis, preces suas & lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miserunt, dicentes coepiscopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in locum decedentis episcopi nescio quem in alia provincia, prætermisso metropolitano, contra patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus, Per unamquamque provinciam jus metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse subjectas. Quod illi, quia aliter credendum non est, servandum sancto Spiritu suggerente sibimet consuerunt. Vnde, frater, carissime, si ita res sunt, & ecclesiam supradictam provinciæ tuæ limes includit, nostra auctoritate ' commonitus, quod quidem facere sponte deberes, desideriis supplicantum & voluntate respecta, ad eumdem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, metropolitani jure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede: intelligens arbitrio tuo secundum regulas patrum quæcumque facienda sunt a nobis esse concessa: ita ut peractis omnibus apostolicæ sedi quidquid statueris te referente clarescat, cui totius provinciæ suæ ordinationem liquet esse mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat: nec aliquis in illorum contumeliam partibus suis, quæ sibi ab his non videntur concessa, defendat. Cesset hujusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio eorum qui ultra ' licitum suæ limitem dignitatis extendunt. Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, adeo nos canonum cautius præcepta servare, ut ita constitutio quoque nostra definiat, quatenus metropolitani sui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet. Data v. Idus Februarias, dominis nostris Honorio XIII. & Theodosio X. Augustis consulibus ".

' accusantium

Synodus Nicæna can. 6.

' commonitus

' ultra mitem [licitum] d. e.

" Anno Christi 422.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hac epistola ad Hilarium Narbonensem episcopum scripta jussit Bonifacius, ut Hilarius, jure metropolitani, & præceptione apostolicæ sedis, ad locum, ubi erat Patroclus, accedat, quæ agenda sunt videat, & apostolicæ sedi referat. Dicebatur enim Patroclus favore Constantii sedem Arelatensem usurpasse, & alienæ metropolis jura invadere, & in Narbonensi provincia, sedi pastore carenti, de episcopo providere, & in locum decedentis alium episcopum subrogare, atque ordinare conatum fuisse. Baronius anno 422. numero primo.

Bonifac[ius] Hilario mandat quæ Pa[tro]clus ag[it] expisce[t] & sedi a[po]stolicæ [re]ferat.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

"** Lucas Holsteinius synodum Romanam a Bonifacio II papa habitam anno 531. inter cætera vetustatis ecclesiasticæ monimenta publicavit. In iis reperiuntur epistolæ quædam Bonifacii papæ I. earumve fragmenta, quæ suo loco exhibebimus. I. II. & III. ad Rufum Thessalonicensem archiepiscopum. IV. ad universos episcopos per Thessaliam constitutos. V. ad eumdem Rufum & ceteros episcopos per Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Prævalim & Daciam constitutos. Sequuntur exemplar epistolæ imper. Honorii ad Theodosium Augustum, & ejusdem Theodosii ad eumdum Honorium rescriptum.

DECRETA BONIFACII PAPÆ I. QVÆ NON HABENTVR IN PRIOR.

NVMERO QVINQVE.

Sunt autem desumpta ex decretis Gratiani, & ex vetustis codicibus aliis.

PRIMVM.

Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

Si quis triginta ætatis suæ non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus. Et ipse dominus tricesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere. Oportet ergo eum, qui consecrandus est, usque ad hanc legitimam ætatem non consecrari.

Dist. 78 quis trig[inta]. *Luc. 3.*

SECVNDVM.

SECUNDUM.

Primati deferuntur negotia quæ metropolitanus explicare non valet.

Si inter episcopos ejusdem concilii dubitatio emerserit de ecclesiastico jure, & de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in concilio considerans rem, dijudicet. Et si non acquiescat utraque pars judicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat: & quod canonibus & legibus consentaneum sit, hoc diffiniat. Et nulla pars valeat calculo ejus contradicere.

TERTIUM.

Quicquid domino consecratur, ad jus pertinet sacerdotis.

B Nulli liceat ignotare, quod omne quod domino consecratur, sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel quidquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit domino, & ad jus pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui quæ a domino & ecclesia, cui competunt, aufert, vastat & invadit, vel eripit: & usque ad emendationem, ecclesiæque satisfactionem, ut sacrilegus judicetur: &, si emendare noluerit, excommunicetur.

QUARTUM.

C Nullus episcopus, neque pro civili, neque pro criminali causa apud quemvis judicem, sive civilem sive militarem, producatur, vel exhibeatur. Magistratus enim qui hoc jubere ausus fuerit, amissione cinguli condemnatione plectetur.

QUINTUM.

Ex libro IV. librorum quinque, capite 21.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant.

Sicut *omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est*: ita & omnis qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernimur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: *In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli: Omnis qui non facit justitiam, & qui non diligit fratrem suum, non est ex Deo: quoniam hac est annuntiatio, quam ab initio audistis, ut diligamus alterutrum.* Et post paululum: *Omnis qui odit fratrem, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate dividitur. Nam etsi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, & iste jam interfector convincitur. Cum igitur his præceptis B. apostolus Paulus consona prædicatione concordet, dicens: *Non occidet sol super iracundiam vestram*: Et, *Nolite locum dare diabolo*: relatæ sunt nobis quorumdam sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed ne annosa quidem transactio temporis ad bonum caritatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem sol justitiæ Christus occubuit, ut ad lumen caritatis redire vix possint. Horum igitur & similium discordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantibus, id speciali diffinitione præcipimus, ut eos ante reconciliatio vera innectat, quam ullus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quo discordiæ servierunt. Quod si unus eorum, alio contemnente, ad satisfactionem caritatis cucurrerit, ex eo tempore jam pacificus intra ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur. Sententia tamen superiori servata, ut tempus, quod in ira expendit, geminatum pœnitentiæ satisfactione persolvat.

SEXTUM.

Ex EODEM, capite 13.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem.

Et annotatur, istud cap. haberi ex epistola ejusdem ad episcopos Galliæ.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem qua expulsus est, vel exire de loco in quo degere jussus est, jubemus eum in monasterio, in alia provincia constituto, tradi, ut qui in sacerdotio peccavit, degens in monasterio corrigatur.

[a] CONCIL. CARTHAGINENSE [b] NOMINE VI. ORDINE TEMPOR. V.

ANNO CHRISTI 419.

[c] *tempore Zosimi*", *Bonifacii & Cœlestini.*

[d] De modo prosequendæ appellationis ad sedem apostolicam interpositæ, celebratum præsentibus Romanæ sedis aliarumve ecclesiarum [e] legatis viginti duobus. [f] Estque provinciale.

" Hæc synodus CCXXIX. pontificum sub Zosimo & Bonifacio papatis Romanis, Iuvenale Hierosol. (non CP.) Cyrill. Alexandrino &c. ut habetur inv.c.

TITULI CAPITULORUM.

In hoc concilio actum est, ut Nicænum concilium ab episcopis orientalibus peteretur, cui synodo interfuit legatio ecclesiæ Romanæ, Faustinus episcopus, Philippus & Asellus presbyteri.

[g] POST consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, VIII. Kalendas Iunii, scripta hæc sunt Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius papa una cum Valentino primæ sedis Numidiæ, & Faustino ecclesiæ Potentinæ, [" primæ sedis] provinciæ Italiæ Piceni, legato

" hæ duæ voces videntur expungendæ, & absunt ab edit. Mog & Iustell.

ANNO CHRISTI 419.

legato ecclesiæ Romanæ, sed & legatis diversarum provinciarum Africanarum, id est, Numidiarum duarum, Byzacenæ ', Mauritaniæ Sitiphensis, & Mauritaniæ Cæsariensis, sed & ' Tripolis, & Vincentio ' Culusitano, Fortunatiano & ceteris episcopis provinciæ proconsularis ' ducentis decem & septem, necnon Philippo & Asello presbyteris Romanæ ecclesiæ, consedissent, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit:

' deest in Mog. & Iustell.
' Tripolitanæ
' Colositano
' residentibus

CAPITULA.

I.

POST diem præstitutam concilii, ut recordamini, fratres carissimi, multa flagitata sunt, per expectantes fratres nostros, qui nunc ad præsentem synodum legati advenerunt, quæ gestis necesse est consocientur. Qua de re domino nostro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Superest, ut tam exemplaria Nicæni concilii, quæ nunc habemus, & a patribus constituta sunt, quam etiam hic a prædecessoribus nostris, eamdem firmantes synodum, vel quæ secundum eam formam per omnes clericorum gradus, a summo usque in ultimum, salubriter ordinata sunt, in medium proferantur. Ab universo concilio dictum est: Proferantur. Daniel notarius recitavit: Nicæni concilii fidei professio vel statuta sic se habent.

II.

Et cum legisset, Faustinus episcopus plebis Potentinæ provinciæ Italiæ, Piceni, legatus Romanæ ecclesiæ, dixit: Injuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus. Hoc est, de Nicænis canonibus, ut conserventur, & * constitutio eorum, & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini vestræ, tractemus: & postea cetera, quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, ut ad sedem apostolicam rescriptis vestris intimare possitis, atque nos vos admonuisse apud venerabilem papam evidenter pateat, licet & capitula actionum jam inserta sint gestis. De ipsis ergo, ut dictum est superius, quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo [h] commonitorium in medium, ut scire possit vestra beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

* constituta

III.

Aurelius episcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres & consacerdotes nostri in actis nuper allegaverunt, & cetera quæ acta sunt, vel quæ agenda sunt subsequantur. Daniel notarius recitavit commonitorium: Fratri Faustino & filiis Philippo & Asello presbyteris, Zosimus episcopus: Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, imo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite; maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt, dilectissimi fratres, [i] in concilio Nicæno cum de episcoporum appellatione decernerent: [k] Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renovetur examen; scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani, quid velit, & quid existimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis judicent, habentem auctoritatem ejus, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

IV.

Et cum recitaret, Alypius episcopus Tagastensis legatus provinciæ Numidiæ dixit: De hoc jam superioribus etiam literis concilii nostri rescripsimus, & id nos servaturos profitemur, quod in Nicæno concilio constitutum est. Adhuc tamen me movet, quoniam cum inspiceremus Græca exemplaria hujus synodi Nicænæ, ista ibi, nescio qua ratione, minime invenimus. Unde petimus venerationem tuam, sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum concilium Nicænum in urbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis suæ sanctitatis mittere digneris: & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis concilium cum substipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur: quia nos ita, ut frater Faustinus attulit, minime invenimus. Ista nos tamen tantisper servaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria veniant,

ANNO CHRISTI 419.

veniant, profitemur. Petendus est autem literis nostris & venerabilis ecclesiæ Romanæ episcopus Bonifacius, ut ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni concilii, secundum ejus possint scripta proferre. Nunc autem memorati concilii Nicæni qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.

V.

Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ, dixit: Nec vestra sanctitas præjudicat ecclesiæ Romanæ, sive de hoc capitulo, sive de aliis, quia dicere dignatus est frater noster & coepiscopus Alypius, dubios esse canones. Sed hæc ipsa ad sanctum & beatissimum papam nostrum scribere dignemini, ut & ipse integros canones inquirens, cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem, ut ipse beatissimus episcopus urbis Romæ, sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquirat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur: sed magis caritate fraterna deliberare possitis, ipso rescribente, quid melius observari debeat. Aurelius episcopus dixit: Præter ista, quæ promisimus actis, necesse est, ut etiam nostræ parvitatis literis, sancto fratri & consacerdoti nostro Bonifacio singula, quæ tractamus, plenissime intimemus. Ergo si omnibus placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus. Vniversum concilium dixit: Placet:

VI.

Novatus episcopus, legatus Mauritaniæ Sitiphensis, dixit: Nunc meminimus, in hoc præsenti commonitorio lecto, etiam de presbyteris sive diaconibus contineri, qualiter ab episcopis suis vel a finitimis audiri debeant, quod in Nicæno concilio minime legimus: unde hoc ipsum jubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc quod deposcitur. Daniel notarius recitavit: De appellationibus autem clericorum, id est, minoris loci, restat ipsius synodi certa responsio. De qua re, quid acturi sitis, credimus inserendum, quod taliter dictum est[1] ex Sardicensi concilio. Osius episcopus dixit: Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. Si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoveatur adversus presbyterum sive diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem ejectus, ut finitimos interpellet episcopos, ut causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut juste, aut injuste eum ejecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, *aut probetur ejus, aut emendetur sententia, &c.

* &

VII.

Cumque recitaretur, Augustinus ecclesiæ Hipponis Regiensis, legatus provinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiore inquisitione concilii Nicæni. Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestræ caritati placet, responsione firmate. Vniversum concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesiæ Suffetulæ, legatus provinciæ Byzacenæ, dixit: Quod constitutum est in Nicæno concilio, violari a quoquam nullatenus potest.

VIII.

Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ, dixit: Adhuc secundum professionem sanctitatis vestræ, tam sancti Alypii, quam & fratris nostri Iocundi, aliqua infirmari credo, aliqua*firmari debeant, cum jam in dubium ipsi canones venerint. Ergo, ut placet & nobis & beatitudini vestræ, ad sanctum & venerabilem ecclesiæ Romanæ Bonifacium episcopum, vestra * scribere dignetur sanctitas, ut & ipse, quod S. Augustinus statuere dignatus est, deliberare possit, utrumnam & hoc concedendum sit, an reticendum, hoc est, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit, de hoc capitulo, justum est, ut beatissimæ Romanæ sedis episcopus informari debeat, si tamen in approbatis canonibus hoc inveniri possit.

* referre

IX.

Aurelius episcopus dixit: Etiam, quæ dudum vestræ caritati intimavimus, nunc patimini exemplaria statutorum Nicæni concilii, sed & quæ hic salubriter a nostris decessoribus, secundum ejusdem concilii normam, formata sunt, vel quæ nunc ordinata sunt, a nobis recitari, & gestis inseri. Omne concilium dixit: Exemplaria fidei & statuta Nicenæ synodi, quæ ad nostrum concilium per beatæ recordationis, olim prædecessorem tuæ sanctitatis, (qui interfuit) Cæcilianum episcopum allata sunt, sed & quæ patres, ea exemplaria sequentes, hic constituerunt, vel nunc communi tractatu statuimus, his gestis ecclesiasticis inserta manebunt, *ita (ut superius dictum est) venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, sed & Constantinopolitanæ ecclesiarum episcopis,

* *for.* ita ut, quemadmodum superius,

ANNO CHRISTI 419.

ANNO CHRISTI 419.

scopis, scribere vestra beatitudo dignetur, ut exemplaria verissima concilii Nicæni sub-astipulatione literarum suarum dirigant; quo, declarata veritate, ea capitula, quæ in commonitorio præsens frater & coepiscopus noster Faustinus & compresbyteri Philippus & Asellus secum attulerunt, aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur: aut si non inveniuntur, 'collecta synodo, de hoc in sequenti tractabimus." Daniel notarius Nicæni concilii professionem fidei vel ejus statuta recitavit in concilio Africano.

' silebunt. " Vide Dionysii editionem.

SYMBOLVM NICÆNVM.

X.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in unum dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum de Patre, unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, unius substantiæ cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia facta sunt, sive quæ * in cælis, sive quæ in * terris. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat, quando non erat: &, Priusquam nasceretur, non erat: &, Quia ex nullis existentibus factus est, vel ex alia substantia, vel natura, dicentes mutabilem & convertibilem Filium Dei; hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

* cælo, * terra.

EPISTOLA AFRICANI CONCILII AD BONIFACIVM PAPAM I.

Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ, & ceteri, qui præsentes adfuimus, numero ducenti decem & septem, ex omni concilio Africæ.

QVONIAM Deo placuit, ut de his quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus, *&c.*

In concilio Africano plenissime hæc epistola descripta circa finem reperitur, simul cum certis aliis, videlicet rescripto Cyrilli Alexandrini ad concilium Africanum, & epistola Attici Constantinopolitani ad idem concilium. Quæ omnia ad concilium Carthaginense sextum pertinent, quamquam in Africano reficientur concilio, quod utique Africanum concilium ad septimum Carthaginense continuatur. *Hæc Binius, quæ in amplioribus notis excutientur scrupulosius.*

TITVLI CAPITVLORVM NICÆNI CONCILII PER ' TEILONEM ET THARISTVM CONSTANTINOPOLITANVM de Græco in Latinum conversorum.

' a Filone & Euarift.

I. *De eunuchis qui seipsos abscindunt.*
II. *De his qui ex gentibus post baptismum ad clericatus ordinem promoventur.*
III. *De commanentibus cum mulieribus.*
IV. *De ordinatione episcoporum.*
V. *De excommunicatis.*
VI. *De privilegiis quæ quibusdam civitatibus competunt.*
VII. *De episcopo Æliæ, id est, Hierosolymorum.*
VIII. *De his qui dicuntur Cathari, id est, mundi.*
IX. *De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt.*
X. *De lapsis ignoranter ordinatis.*
XI. *De his qui negaverunt.*
XII. *De his qui abrenuntiant, & iterum ad seculum sunt reversi.*
XIII. *De his qui in exitu communionem requirunt.*
XIV. *De catechumenis lapsis.*
XV. *De clericis, ne de civitate una ad aliam transeant.*
XVI. *De his qui in ecclesiis, in quibus provecti sunt, minime perduraverunt.*
XVII. *De clericis qui usuras accipiunt.*
XVIII. *De privilegiis presbyterorum.*
XIX. *De his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam veniunt.*
XX. *De flectendo genu.*
XXI. *De observatione Nicæni concilii, ut nulla de reliquo varietas oriatur in ecclesiis.*

CAPITVLA.

I.

SI quis per languorem a medicis sectus est, aut a barbaris abscissus est, hic remaneat in clero. Si quis autem sanus se abscidit, istum & in clero positum abstinere oportet, & de cetero nullum talium debere promoveri. Sicut autem hoc manifestum est, quia de his qui hanc rem excogitant, audentque seipsos abscindere, dictum sit: sic eos, qui a barbaris aut a dominis castrati sunt, inveniuntur autem alias digni, tales ad clerum applicat canon.

Dist. 55. Si quis a medicis. & in decret. Ivo. lib.

II.

Quia multa aut necessitate, aut aliter, cogentibus hominibus, facta sunt contra canonem ecclesiasticum, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in parvo tempore catechizati, statim ad spirituale lavacrum ducantur, & simul, cum baptizati fuerint, promoveantur ad episcopatum, aut ad presbyterium, placuit, de cetero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post baptisma approbatio amplior. Manifesta est enim apostolica scriptura, quæ dicit:

Dist. 48. Quoniam multa sunt fin.

dicit: *Non neophytum, ne forte in superbiam elatus, in judicium incidat & laqueum diaboli.* Si autem, procedente tempore, aliquod animi peccatum inveniatur circa hujusmodi personam, & convincatur a duobus aut tribus testibus, ipse cesset a clero. Si quis autem præter hæc facit, quasi adversus magnum concilium se efferens, ipse periclitabitur de clero.

III.

Interdixit omnimodo sanctum concilium, neque episcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum qui in clero est, habere secum subintroductam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut eas solas personas, quæ refugiunt omnes suspiciones.

IV.

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris, omnimodo tres in unum convenientes, consentientibus & his qui absentes sunt episcopis, & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quæ fiunt, danda est unicuique a suæ provinciæ metropolitano.

V.

De eis qui excommunicantur, sive de clero sint, sive de laico agmine, ab episcopis per singulas provincias obtineat sententia, juxta canones, eos qui ab aliis abjiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Ut ergo hoc decentius requiratur, bene placuit, singulis annis per singulas provincias bis in anno concilia fieri, omnibus simul episcopis in unum congregatis, ut tales quæstiones requirantur. Et ita, qui manifeste offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, quamdiu aut in commune, aut episcopo placeat humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante quadragesimam paschæ, ut omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo: secundum autem, circa tempus autumni.

VI.

Antiquiores obtineant, qui apud Ægyptum sunt & Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat solicitudinem, quia & urbis Romæ episcopo similis mos est. Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris provinciis privilegia propria reserventur metropolitanis ecclesiis. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis præter concilium metropolitani factus fuerit episcopus, hunc concilium magnum definivit non debere esse episcopum. Si vero communi omnium decreto rationabili, secundum canonem ecclesiasticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

ANNO CHRISTI 419.

Dist. 65. Sane si communio omnium.

VII.

Hierosolymitani consuetudo antiqua servetur, ut Æliæ episcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, salva tamen metropolitani dignitate, ejusdem provinciæ.

Dist. 65. Quoniam mos antiquus.

VIII.

Si aliquando venerint ad catholicam ecclesiam Cathari, placuit, sicut & magnæ synodo, eos ordinatos sic manere in clero. Ante omnia autem, hæc profiteri ipsos per scripturam oportet, quod consentiant, & sequantur catholica & apostolica dogmata. Hoc est, & bigamis communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt, circa quos & tempus constitutum est, & dies definitus: & sequatur in omnibus quæ placuerunt catholicæ ecclesiæ episcopo vel presbytero. Ubicumque autem omnes sive in castellis, sive in civitatibus, ipsi inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in clero, sint in eodem habitu. Quotquot autem, ubi catholicæ ecclesiæ episcopus vel presbyter extat, accedunt; manifestum est, quod episcopus ecclesiæ habebit dignitatem episcopi. Qui autem nominatur apud eos episcopus, presbyterii honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo, honoris eum nomine frui. Sin vero non hoc ei placuerit, providebit ei locum, aut chorepiscopatus, aut presbyterii, ut in clero omnino esse videatur, quatenus non in civitate duo sint episcopi.

1 quæst. 7. Si qui voluerint.

IX.

Si qui sine examinatione promoti sunt episcopi, aut presbyteri, vel cum discutiuntur, confessi sunt quæ peccaverunt, vel si ab aliis convincantur, & confitentibus, contra canonem homines commoti, manus eis imposuerint, tales canon non suscipit, sed abjicit. Hoc enim quod irreprehensibile est, defendit catholica ecclesia.

Dist. 81. Si quis sine examinatione.

X.

Quicumque de lapsis ordinati sunt per ignorantiam, aut simulationem ordinantium, hoc non præjudicat canoni ecclesiastico: cogniti etenim deponuntur.

Dist. 81. Quicumque ex his.

XI.

De his qui prævaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid

quid

ANNO CHRISTI 419.

quid, quod factum est sub tyrannide Licinii; placuit sancto concilio, licet indigni sint, humanitate tamen subvenire eis. Quotquot igitur sincere pœnitent, tres annos inter audientes sint. Qui lapsi sunt fideles, * septem annos succumbant: duobus vero annis, sine oblatione, populo communicent in orationibus.

* sex

XII.

De pœnitentia distinct. 5. Si qui vero per.

Quicumque vocati sunt per gratiam, & primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad proprium vomitum revoluti sunt, ita ut aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant; isti decem annos succumbant, post * triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem & speciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore & lacrymis & perseverantia & bonis operibus conversationem non simulatione demonstrant; isti, adimplentes constitutum tempus auditionibus, orationibus merito communicabunt: & postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiscrete tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conversionem, definitum omne compleant tempus.

* triennale

XIII.

26. quæst. 6. De his vero qui recedunt.

De exeuntibus de corpore, vetus & canonica lex custodiatur & nunc, ut qui mori sperantur, nouissimo juvamine non priventur. Si vero desperatus, communione sumpta, & oblatione percepta, iterum convalescat, sit inter eos qui orationibus tantum communicant. Generaliter autem homini morituro, petenti sibi communionis gratiam, episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

XIV.

De catechumenis lapsis, placuit sanctæ & magnæ synodo, ut triennio tantum audiant, postea orent cum catechumenis.

XV.

7. quæst. 1. Non oportet episcopum vel reli.

Propter grandem tumultum, & seditiones quæ fiunt, placuit, auferri consuetudinem, quæ est contra canonem in aliquibus partibus admissa, ita ut de civitate in civitatem nec episcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti & magni concilii definitionem tale aliquid agere tentaverit, aut se dederit hujuscemodi negotio, cassabitur hujusmodi machinatio, & restituatur ecclesiæ, in qua aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

XVI.

7. quæst. 1. Si qui vero sine respectu.

Hi qui facile se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes, discedunt ab ecclesia, presbyteri aut diaconi, aut quicumque sunt in canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi oportere, ut ad proprias parochias revertantur. Pertinaces autem, excommunicatos esse oportet. Si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alterum pertinentem, & ordinaverit in sua ecclesia, non consentiente episcopo, a quo discesserat clericus, qui in canone constituitur, infirma sit hujusmodi manus impositio.

XVII.

14. quæst. Quoniam multi clerici. & dist. 4. Quoniam mult. Psal. 14.

Quoniam plures in canone constituti, cupiditatem & lucra turpia sectantur, oblitique sacræ Scripturæ, dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram: cum fenerantur aliis, centesimas exigunt: juste statuit sanctum & magnum concilium, ut si quis inventus fuerit, post hanc definitionem, usuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia, abjiciatur a clero, & alienus a canone sit.

XVIII.

Distinct. Pervenit ad sanct.

Pervenit ad sanctum, & magnum concilium, quod in quibusdam locis aut civitatibus presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi porrigant: quod neque canon, neque consuetudo tradidit, ut qui potestatem offerendi non habent, his qui offerunt corpus Christi, porrigant. Sed etiam hoc quoque innotuit, quod quidam diaconi ante episcopos contingant eucharistiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in proprio ordine, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt: accipiant autem ex ordine eucharistiam post presbyteros, eis dante aut episcopo, aut presbytero. Sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat. Quod si hoc fiat, præter canonem & præter ordinem probatur existere. Si quis autem obtemperare noluerit post hanc definitionem, cesset a diaconio.

XIX.

1. quæst. Si quis confugerit.

De Paulianistis refugientibus ad ecclesiam catholicam, definitio prolata est, rebaptizari eos omnino. Si qui vero ex eis præterito tempore fuerint in clero, si quidem sine querela & reprehensione fuerint post baptismum, ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Si vero discussio eos minus idoneos invenerit, deponi eos convenit. Similiter autem & de diaconibus, & omnino de his qui sub canone conversantur, eadem forma servabitur.

bitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ in eadem ſpecie ſunt, quia manus impoſitionem aliquam non habent, ut omnino inter laicas computentur.

XX.

Quoniam ſunt quidam, qui die Dominico flectunt genu, & in diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſanctæ & magnæ ſynodo, cunctos in omnibus locis conſonanter & conſentienter, ſtantes Deum orare debere.

Capitulorum Nicæni concilii, in ſexto apud Carthaginem concilio relectorum, finis.

XXI.

Sanctum concilium: Traditis omnibus, & rite diſpoſitis, ut eccleſiarum pax & fides in orientis atque in occidentis partibus una eademque ſervetur, hæc eccleſiaſtica ſtatuta neceſſario credimus inſerenda.

Epiſtolam Africani concilii ad Cæleſtinum papam ac urbis Romæ epiſcopum, quæ incipit: *Dilectiſſimo, & honorabili patri Cæleſtino, Aurelius, Palatinus*, &c. quæ in fine concilii Africani haud longe poſt ſeptimum Carthaginenſe integre ponitur, ſi quis huc pertinere velit, per nos quidem huc inferre poteſt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cauſa habiti concilii hæc eſt. Cum a ſententia Africanorum, ad ſedem apoſtolicam presbyteris & epiſcopis appellantibus, Romani pontifices, prout antiquitus conſueverant, jure meritoque detuliſſent: ad proſequendam appellationem, cauſæ cognitionem quandoque epiſcopis Africanis delegarunt: quandoque teſtes tranſmarinos Romam, citari, atque ibidem examinari mandarunt: frequenter etiam legatos a latere in Africam ablegarunt, qui militum comitatu & magiſtratuum apparitura freti, refractarios & repugnantes juſtis ſententiis coercerent, quodque juſte definitum videri poterat, impleri cogerent. Africani autem epiſcopi judicium ſedis apoſtolicæ (quod pro confirmandis a ſe latis ſententiis, iiſque contra impugnantes defendendis, eos frequenter imploraſſe ex ſupradictis conſtat) nequaquam ſubterfugientes, duos poſteriores judicandi & proſequendi appellationum modos, tamquam inconvenientes & nimis difficiles arguerunt. Interim Zoſimus pontifex Apiarii & Cæleſtii appellationibus deferens, Fauſtinum Romanæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum & Aſellum presbyteros in Africam ablegavit, iiſque quatuor mandata, Nicæni concilii auctoritate firmata, communicavit. De quibus hæc patres Africani in ſynodali epiſtola ad Bonifacium ſcribunt: *Commonitorium protulerunt legati: unum de appellationibus epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem. Alterum ne ad comitatum epiſcopi importune navigent. Tertium de tractandis presbyterorum & diaconorum cauſis apud finitimos epiſcopos, ſi a ſuis perperam excommunicati fuerint. Quartum de Vrbano epiſcopo excommunicando vel etiam Romam evocando, niſi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret.* Caput primum de appellationibus epiſcoporum, ex canone 7 concilii Sardicenſis, ſub nomine concilii Nicæni recitatur hic can. 3. Secundum, ne ad comitatum epiſcopi importune navigent, nihil præterea habet, quam quod ſummatim in epiſtola ad Bonifacium contineri diximus. De tertio autem & quarto capite ex can. 17. Sardicenſis concilii agitatur hic can. 6. Hæc cum in conventu patrum recitarentur, adductique canones Nicæni concilii in Africanis exemplaribus non invenirentur: accidit quod in cauſa proſequendæ appellationis & Apiarii presbyteri, Africani epiſcopi, defuncto Zoſimo, ad ejus ſucceſſorem Bonifacium ſcripſerunt his verbis: *Literis noſtris ad eumdem venerabilis memoriæ Zoſimum epiſcopum datis inſinuari curavimus, ut ea ſervari ſine ulla ejus injuria ſineremus, uſque ad inquiſitionem ſtatutorum concilii Nicæni.* Et paulo ſupra in principio epiſtolæ. *Ille, nempe Zoſimus, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cujus ordinatione & excommunicatione fuerat exortum non ſolum Siccenſi, verum etiam toti Africanæ eccleſiæ non leve ſcandalum) de omnibus erratis ſuis veniam petens, communioni eſt reſtitutus. Prior autem coepiſcopus noſter Siccenſis Vrbanus, quod in eo corrigendum viſum eſt, ſine ulla dubitatione correxit*, &c. Rebus ſic ſtantibus, & concilio Africano, quouſque de Nicænis canonibus exactior inquiſitio fieret, adhuc pendente, miſſi ſunt legati in orientem ad Atticum Conſtantinopolitanum, & ad Cyrillum Alexandrinum, pro fideliſſimis Nicæni concilii canonum exemplaribus. Antequam autem legati redirent, Bonifacium mori, & in ejus locum Cæleſtinum ſuffici contigit. Cum itaque poſt explorata Græcorum exemplaria, in iis canones a Zoſimo citatos non repetiſſent, non (quod hodie novatores hæretici faciunt) Zoſimum de impoſtura, dolo malo ac fallacia arguerunt, neque ob eam cauſam Romanæ eccleſiæ juribus derogandum eſſe putarunt; ſed potius ſubmiſſo animo rogarunt, ut Romani pontifices majore cautela, judicioque maturiore, atque adeo diverſo modo, quam hactenus factum, querelas ex Africa allatas ſuſciperent, & proſequi demandarent; ut ubi negotia ſunt exorta, ibi ob difficultatem proſecutionis tranſmarini judicii, per delegatos apoſtolicæ ſedis commiſſarios epiſcopos in Africa terminentur ac finiantur, legatique de latere cum potentibus executoribus deinceps non mittantur. Hæc ex epiſt. ſynodali ad Cæleſtinum pontificem. Quiſquis hac occaſione exiſtimat ſchiſma conflatum, atque Africanam eccleſiam a communione Romanæ eccleſiæ, uſque ad tempora Bonifacii II. centum prope annis plane diviſam permanſiſſe, longiſſime a veritatis tramite aberrat. Nam apertiſſimum eſt, communionem Africanæ eccleſiæ a Bonifacio, Cæleſtino, aliiſve eorum ſucceſſoribus permultis, ne quidem ad unius diei ſpatium, aut horæ unius momentum interciſam fuiſſe. Impoſtorem itaque & mendaciorum frigidum concinnatorem, callidumque veteratorem fuiſſe oportuit, qui epiſtolam illam plurimis mendaciis ſcatentem nomine Bonifacii ſecundi ad Eulalium aliquem Alexandrinum epiſcopum, tempore Juſtini imperatoris mendaciter ſcriptam excogitavit; ut ſcilicet agmina ſanctorum Africanorum martyrum & confeſſorum, (qui pro fide catholica, in perſecutione Vandalica, magna gloria certantes, atque agonem ſumma patientia conſummantes, martyrii & confeſſionis palmam conſecuti ſunt) albo catholicæ eccleſiæ expungerent. Nam ſi integro abhinc ſæculo, nempe a Bonifacio I. uſque ad Bonifacium II. Africana eccleſia in ſchiſmate perſeveravit, nihil eſt, ut interea aliquis legitima corona martyrii impartiri, vel in aliquo confeſſionis præmio munerari potuerit: cum, Cypriani & Auguſtini Africanorum epiſcoporum ſententia, certum exploratumque ſit, nullam poſſe eſſe ſchiſmaticorum coronam & præmium, quæ non dantur niſi illis, qui in eccleſiæ catholicæ ſtadio legitime certarint. Hæc Baronius an. 419. num. 59. & ſequentibus uſque ad 94.

ANNO CHRISTI 419.

Nicæni concilii exemplaria per legatos inquiſita.

Bonifacius ante reditum legatorum mortem obiit.

Canones ſub nomine concilii Nicæni in commonitorio legatorum citati, in exemplaribus orientalibus non ſunt inventi.

An epiſtola II. ſub nomine Bonifacii ad Eulalium ſcripta, commentitia ſit.

Impoſtura & mendacia hæreticorum in fingendis literis.

b *Nomine ſextum, ordine temporis quintum.*] Id, quod ſupra poſitum eſt, Carthaginenſe concilium nomine ſecundum, vere poſt omnia alia Carthaginenſia, tempore Cæleſtini celebratum eſſe, ex prædictis conſtat. Quare ſi ordinem temporis obſervari velis, hoc, quod hactenus ſextum vulgo nominatum & citatum legitur, quintum nominari neceſſum erit.

Quotum Carthaginenſe concilium ſit.

c *Tempore Zoſimi, Bonifacii & Cæleſtini*, &c.] Nam inchoatum eſt ſub pontificatu Zoſimi; ejuſdemque commonitorio, quo ad duo poſteriora capita cauſam Apiarii presbyteri, & Vrbani Siccenſis epiſcopi concernentia, obtemperatum fuit. Primi autem capitis inquiſitio, propter canones in Nicæno concilio, unde allegabantur, non inventos, ad reditum legatorum, exemplaria Nicæni concilii in oriente quærentium, ſuſpenſa fuit, idque patres concilii per ſynodicam Bonifacio ſignificarunt. Quia vero legatos ad inquirendum exemplaria emiſſos, poſt obitum Bonifacii, & ſubrogatum illi Cæleſtinum, revertiſſe contigit, reliqua quæ deinceps in ſynodo acta leguntur, ſub Cæleſtini pontificatu contigerunt, eumdemque per literas ſynodicas, infra in fine concilii Afric. extantes, certiorem reddiderunt. Baronius præd. anno, num. 71. 72. 73.

Tempus concilii.

d *De modo proſequendæ appellationis*] In hoc concilio non idipſum jus appellandi ad ſedem apoſtolicam, ſed tantum modum proſequendæ appellationis per legatos a latere controverſum fuiſſe, unicum, quod Dei nutu circa hæc tempora contigit, Antonii Fuſſalenſis epiſcopi exemplum teſtatur. Hic cum ob enormia quædam ſcelera, agente contra eum S. Auguſtino, ab Africanis epiſcopis, munere, officio

Non jus ſed modus appellandi controverſus fuit.

Appellatio Antonii

ANNO CHRISTI 419.

Fussalensis episcopi qualis extiterit.

officio & ministratione episcopali privatus; honori vero A & episcopali ordini ac titulo relictus fuisset (Augustino, qui his conciliis interfuerat, epist. 261. edit Plant. tom. 2. attestante) ad Bonifacium Zosimi successorem, acceptis a primate Numidiæ literis commendatitiis, appellans, dixit: *aut in mea cathedra sedere debui, aut episcopus esse non debui.* Bonifacius acceptis literis in commendationem Antonii a primate Numidiæ scriptis, magna cautela, quod S. Augustinus laudat, pro eodem rescripsit; eo temperamento adhibito, si nulla videlicet subreptio intercessisset. Nam in literis hæc apposuit: *Si ordinem rerum nobis fideliter indicavit,* &c. Bonifacio interim defuncto, contigit eamdem causam ad Cælestinum ejus successorem integre devolvi, addita Fussalensium querela, quod S. Augustinus perditissimum hominem illis episcopum dedisset. Cum itaque hoc rerum statu adversarius jactaret fore, ut Cælestinus pontifex legatos militum comitatu stipatos mitteret, qui invitis etiam & rebellantibus Fussalensibus, Antonium in sedem suam & episcopatus administra- B tionem restituerent: S. Augustinus epistola præd. 261. ad Cælestinum pontificem scripta, post alia ad finem hæc precatur: *Accipe*, inquit, *nunc, quæ post ejus sanctæ memoriæ viri* (nempe Bonifacii papæ) *in Africa literas gesta sunt, & subveni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo avidius quam ille poscentibus, a cujus inquietudine desiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus, tamquam executores apostolicæ sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur: ut miseri homines Christiani catholici graviora formident a catholico episcopo, quam cum essent hæretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Hoc est, quod patres Africani ad eumdem Cælestinum pontificem ex Carth. concilio scripserunt his verbis: *Executores etiam clericos vestros quibusque *petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum sæculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Vnde satis perspicuum est, quod sicut Augustinus, ita & reliquos Africanos episcopos apostolicæ sedis judicium, quod pro confirmandis a se latis sententiis, defendendisq; contra impugnantes implorabant, non refugisse, executionem etiam judicii non denegasse, sed tantum modum judicandi & exequendi cum militibus & magistratuum apparitura, exhorruisse. Quid quod S. Augustinus præd. ep. 261. ad Cælestinum pontificem Antonio respondens, ostendit frequentissime accidisse, ut episcopi Africani episcopatus administratione in Africa privati, post appellationem ad sedem apostolicam interpositam, eamdem condemnationis sententiam impetrarint? *Existat,* inquit, *exemplo, ipsa sede apostolica judicante, vel aliorum* (Africanorum & orientalium, &c.) *judicia firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec episcopali privatos honore, nec relictos omnimodo impunitos: quæ, ut a nostris temporibus remotissima, non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus provinciæ Cæsariensis episcopus: aut ad primatum locus, sicut ceteris, & mihi patere debuit; aut episcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius ejusdem provinciæ Victor episcopus, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priscus fuit, nusquam nisi in diœcesi ejus ab alio communicabatur episcopo: clamet, inquam; aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius ejusdem provinciæ Laurentius episcopus, & prorsus hujus vocibus clamet: aut in cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui, aut episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda?* Vnde quam frequenter Africani episcopi sedem apostolicam appellarint, quamque imperite & subdole insultantes jactent hæretici Zosimum papam jus appellandi ab Africana ecclesia suffurari conatum esse, nemo non videt. Accedit quod in ipso commonitorio Zosimi papæ, ubi agitur de primo mandato, canon septimus concilii Sardicensis, sub nomine concilii Nicæni citatus, hoc quod diximus evidenter ostendat. Nam in illo decernitur, quod Romanus pontifex si velit, duplici modo possit appellantis justitiæ subvenire. Vno modo, per literas scribendo episcopis finitimæ regionis, ut diligenter de causa inquirant atque definiant: altero modo per legatos a latere in Africam missos, qui præsentes cum episcopis causam appellantium audiant & judicent. Si itaque Africana ecclesia penitus denegasset jus appellandi, & non tantum modum prosequendæ appellationis posteriorem, non ille canon septimus, sed ejusdem concilii canon quartus & quintus citandus fuisset. Nam his duobus canonibus tantum de jure appellandi agitur. Plura hac de re vide apud Baron. anno 419. num. 49. usque ad 90. inclusive.

S. Augustini ad Cælestinum scriptum quod.

* potentibus

Africani episcopi judicium sedis Romanæ an refugerint.

An Zosimus jus appellandi ab Africana ecclesia suffurari voluerit.

Legati quot interfuerint.

e *Legatis viginti duobus.*] Vna cum Aurelio & apostolicæ sedis legatis, ex Africanæ ecclesiæ provinciis interfuerunt electi judices sive legati, omnes numero viginti duo, quorum nomina subscripta habentur infra in concilio Africano, canone 100. Quod vero habetur hic in principio & fine, huic synodo subscripsisse ducentos decem & septem episcopos, sic intelligendum est, quod quisque ex illis postea subscripsit in sua ecclesia iisdem decretis, quibus legatos suos ab ea provincia missos subscripsisse sciret. Baron. anno 419. num. 59.

ANNO CHRISTI 419.

Cur provinciale dictum.

f *Estque provinciale.*] Quia primas ejus loci Aurelius, quod in provincialibus fieri solet, præsedit, etiamsi sedis apostolicæ legati præsentes essent, qui non ad præsidendum, sed tantum ad quædam nomine Romanæ ecclesiæ cum Africanis tractanda missi erant. Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 20.

Tempus habiti concilii.

g *Post consulatum gloriosissimorum*, &c.] Anno nimirum Christi 419. qui est Bonifacii 1. Honorii imperatoris 25. & Theodosii 12.

h *Commonitorium.*] Mandata legatis scripto impertita, communicatoria nominantur. Baronius anno 419. numero 60.

Cap. 2. Commonitorium quid.

Cap. 3.

i *In concilio Nicæno.*] Ea quæ hic sub nomine concilii Nicæni recitantur, canone 7. concilii Sardicensis expressa habentur. Quas ob causas vero septimus, aliive plures canones Sardicenses in hac synodo sub nomine concilii Nicæni allegati fuerint, diximus supra in notis ejusdem Sardicensis concilii, verbo, *approbatum,* & verbis, *canones Sardicenses.*

Duplex appellandi via, & utra Africanis displicuerit.

k *Placuit autem ut si episcopus.*] Duplex prosequendæ appellationis via hoc septimo canone Sardicensis concilii allegatur. Vna, ut Romanus pontifex cognitionem causæ comprovincialibus episcopis, si velit, delegare possit: altera, quæ, si necessum esse judicet, legatos a latere mittendi potestatem habeat. Hic modus posterior Africanis displicebat, si legati militum & præfectorum comitatu stipati mitterentur. Itaque cum Zosimus pontifex demandarit, C per suos in Africam missos legatos, hunc canonem in conventu Africanorum recitari; indubitatum est, eos non de jure appellandi, sed tantum de prosequendæ appellationis modo posteriore, controversiam hanc quinquennalem commovisse.

Prima. Secunda. Corrupta hæc esse improbabile videtur.

l Ex *Sardicensi concilio.*] Non levis conjectura est, hunc locum corruptum, & hæc verba, *ex Sardicensi concilio,* huic textui inserta esse, & fortasse ex marginali notatione (in margine enim ponitur *in Sardicensi concilio*) in textum irrepsisse. Quamvis enim verba commonitorii, quæ sequuntur, canone 17. concilii Sardicensis habeantur; nihilominus tamen prædicta verba *ex Sardicensi concilio,* non debent poni in textu. Citantur enim ex Zosimi commonitorio, quod legati Roma attulerant. In quo cum profiteantur, se ex Nicæno concilio canones citare, ut patet supra cap. 2. non minus hoc, quam præcedens caput de appellatione episcoporum, aliquo canone Nicæni concilii ab iis confirmatum fuisse oportuit. Accedit, quod sanctus Augustinus Hipponensis episcopus, verbis commonitorii recitatis cap 7. subjungat: *Et hoc nos servaturos profitemur,* D *salva diligentiore inquisitione Nicæni concilii.* Quibus verbis indicat se accepisse canonem, tamquam ex Nicæno concilio citatum.

Hoc idem profitentur patres concilii Africani, epist. ad Bonifacium. Vnde illud, *ex Sardicensi,* in textu positum, locum habere non posse, liquido constat: eoque minus, quod iidem Africani patres videantur illud concilium plane ignorasse; cum in epistola ad Cælestinum versus finem scribant: *Nam ut aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum synodo definitum.* Quod dicere non potuissent, si Sardicense, in quo diserte illud can. 7. sancitum est, ex allegatione legatorum, aut aliter cognovissent. Eosdem concilium Sardicense ignorasse, confirmari potest ex S. Augustino, ubi ostendit se non agnovisse ullum concilium Sardicense, nisi illud Arianorum conciliabulum, quod supra post legitimum & germa- E num Sardicense subjunximus. Qua de causa canones Sardicensis concilii in hoc commonitorio Zosimi sub nomine concilii Nicæni citentur, diximus supra in notis concilii Sardicensis, verbis, *Approbatum,* & *canones.* Hæc ex Surii annotationibus in hunc canonem. Bellarm. l. 2. de Rom. pontif. cap. 25. Baron. anno 419. num. 19. An id, quod ab Africanis Milevitani concilii can. 22. constitutum fuerat, ne presbyteri, diaconi & subdiaconi transmarina judicia appellarent, Zosimus probarit, vel potius hoc eodem commonitorio improbarit, Baronius præd. loco non immerito in dubium vocat: tum quod his temporibus Cælestium & Apiarium presbyteros appellantes audierit: tum etiam quod nullam contradicendi occasionem habuissent Africani, si eadem in commonitorio observari voluisset, quæ ipsi ante in Milevitano concilio II. can. 22. vel saltem in Africano can. 92. ante constituerant. Hoc esse videtur quod iidem a Cælestino in literis contenderunt, ubi aiunt: *Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba re-*

An presbyterorum & diaconorum appellationes transmarinas Zosimus approbarit.

fugia

fugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua. Ita Baron. anno prædicto n. 70. Canon de libris sacræ scripturæ, sub concilio Carthaginensi tertio extans num. 47. hoc vel alio concilio sub Bonifacio editus videtur. Nam ad finem de confirmatione canonis per Romanum pontificem ista ibi subjiciuntur: *Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.* Vide notas can. 47. concilii Carthaginensis III.

[a] CONCILIUM CARTHAGINENSE [b] VII.

[c] XXXVIII. EPISCOPORUM.

In hac synodo recitati sunt canones 105. quorum magna pars habetur in Carthaginensi III. & in Milevitano II. concilio supra excusis.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De excommunicatis, ut ad clericorum accusationem non admittantur.*

II. *De personis, quibus clericorum accusatio interdicitur.*

III. *De his qui primum crimen objectum non probarunt, ut ad cetera non admittantur.*

IV. *De personis quæ adversus clericos testimonium dicere prohibentur.*

V. *De eo quem solo suo testimonio præsumpserit excommunicandum episcopus.*

POST consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, III. Kalendas [d] Iulii, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus una cum

Faustino ecclesiæ Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ,
Vincentio Culusitano.
Fortunatiano Neapolitano,
Mauriano Ulizibiritano,
Pentadio Carpitano,
Adeodato * Simittuensi,
Rufiniano * Muzutensi,
Prætextato Sicilibrensi,
Quodvultdeo * Verensi,
Candido * Arbiritano,
* Galloniano Uticensi, legatis provinciæ Numidiæ proconsularis:
Alypio Tagastensi,
Augustino Hipponæ Regiensi,
Possidio Calamensi, legatis provinciæ Numidiæ:
Maximiano Aquæ Regiensi,
Iocundo Suffetulensi,
Hilarino Orreocelensi, legatis provinciæ Byzacenæ: Et
Novato Sitiphensi,
Leone * Ospinensi,
Leone alio, legatis provinciæ Mauritaniæ Tingitanæ:
* Nivello * Ruscuriensi,
Laurentio Icositano,
Numeriano * Rusgunensi, legatis provinciæ Mauritaniæ Cæsareensis:

Ac universis in concilio judicibus delectis, adstantibus diaconibus, consedisset, & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se conquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent: placuit universo concilio, ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque provinciis, qui propter alia peragenda residerent. Et factum est, ut hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur,

ANNO CHRISTI 419.

CAPITULA.

I.

PLACUITQUE, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis, quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum, jam constitutum est, & quæ personæ non admittantur, jam expressum non est: idcirco definimus, eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit.

Cod. can. 128. Conc. Afr. cap. 9. 4. quæst. 1. Diffinimus eum rite.

II.

Item placuit, ut omnes servi, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam, sive Pagani, sive Iudæi. Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.

Cod. can. cap. 119. Conc. Afr. cap. 96. 4. quæst. 1. Diffinimus eum rite. 4. quæst. 6. Omnibus quibus accusatio.

III.

Item placuit, quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex his, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera jam non admittantur.

Cod. can. cap. 130. Conc. Afr. cap. 97. 3. quæst. 10. Placuit, ut quoties cumque.

IV.

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem, infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

Cod. can. cap. 131. Conc. Afr. cap. 98. 4. quæst. 2. & 3. Testes autem ad.

V.

Item placuit, ut si quando episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget; non putet ad injuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur: & si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caveat episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non potest. Et subscripserunt,

Cod. can. cap. 132. Conc. Afr. cap. 99.

Cod. can. cap. 133. Conc. Afr. cap. 99.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis.
Faustinus ecclesiæ Potentinæ provinciæ Piceni.
Alypius Tagastensis, legatus provinciæ Numidiæ.
Augustinus Hipponæ Regiensis, legatus provinciæ Numidiæ.
Possidius Calamensis, legatus provinciæ Numidiæ.
Novatus Sitiphensis, legatus provinciæ Sitiphensis,

ANNO CHRISTI 419.

phensis, vel Mauritaniæ Tingitanæ. A

* Opinensis, *al.* Moctensis.

Leo * Ospinensis, legatus provinciæ Sitiphensis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.

Leo alius legatus provinciæ Sitiphensis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.

Iocundus Suffetulensis, legatus provinciæ Byzacenæ.

Maximianus Aquæ Regiensis, legatus provinciæ Byzacenæ.

Hilarinus Orreocelensis, legatus provinciæ Byzacenæ.

* Nicellus * Rusuccurensis,

* Nivellus * Ruscuriensis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæsareensis.

Laurentius Icositanus, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæsareensis.

* Rungoniensis,

Numerianus * Rusgoniensis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæsareensis. B

* Martianus, * Mustensis, * Verensis. *al.* Vinensis, * Abdiritanus. * Gallonius.

* Maurianus Vlizibiritanus.

Rufinianus * Muzutensis.

Quodvultdeus * Virensis.

Candidus * Abbiritanus, alias Germanicianorũ.

* Gallonianus Vticensis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

An concilium hoc a VI. Carthaginensi diversum sit?

a *Concilium Carthaginense.*] Hoc concilium a Carthaginensi VI. non diversum, sed ejusdem, ad reditum legatorum ex Africa prorogati, alia quædam sessio seu conventus esse videtur, quo iidem prope Africanæ ecclesiæ episcopi, eodem anno ac mense, tertio Kalendas Iunias convenientes, ea, quæ ad collapsæ disciplinæ ecclesiasticæ statum pertinebant, reformarunt. C Hæc sententia confirmatur inde, quod ex Africanæ ecclesiæ provinciis electi judices sive legati, numero vigintiduo, huic concilio interfuisse scribantur, & recenseantur iidem, quos supra auctoritate Baronii sexto Carthaginensi præsto fuisse annotavimus. Episcopos ducentos decem & septem subscripsisse huic Carthaginensi septimo dicitur canone 100. concilii Africani: totidem sexto Carthaginensi subscripsisse initio ejusdem synodi refertur. Quis credat eodem mense, eadem prope septimana, ad diversa concilia eosdem episcopos paris numeri convenisse, & non potius una eademque synodo congregatos, diversis diebus diversas sessiones & conventus habuisse? Accedit, quod collector in hac synodo 105. canones recitatos esse scribat; illos opinor qui infra in concilio Africano recensentur. Quod si ita est, hanc synodum eamdem cum præcedente Carthaginensi esse oportet, D quæ tempore Zosimi pontificis inchoata, sub Bonifacio, propter Nicænorum conciliorum exemplaria indagata, suspensa est, ac demum circa initium Cælestini pontificis absoluta fuit. Ita sentire videtur Baronius anno 419. num. 59. 71. & 73.

Cur inscriptio mendosa asservetur?

b *Septimum.*] Inscriptionem quantumvis mendosam placet retinere, quia a Gratiano in decreto, aliisve scriptoribus, canones quidam Carthaginensis concilii, sub nomine septimi concilii Carthaginensis allegantur: idque propterea maxime, ne titulus antiquus hinc omnino expunctus lectori confusionem aliquam afferat.

Numerus episcoporum fide vacillat.

c XXXVIII. *episcoporum*] Qua auctoritate hoc collector asserueris, non video. Si ea omnia nomina, quæ titulus & subscriptio refert, simul conjungas, non efficient allegatum a collectore numerum, nisi quorumdam nomina bis computentur. E

Numerus episcoporum verior.

Verius ergo hoc est, quod partim hic, partim etiam supra in notis concilii Carthaginensis annotavi, ex omnibus Africanæ ecclesię provinciis, vigintiduos episcopos, delectos judices & legatos interfuisse: postea vero ducentos & septemdecim episcopos, hæc eadem sua subscriptione approbasse, quibus nomen legati suæ provinciæ subscriptum invenerant.

"** CONCILIUM CARTHAGINENSE XIX. SUB AURELIO EPISCOPO"

*Ex schedis Lucæ Holstenii Hamburgensis.

Cujus annus, diesque certus ignoratur, ex ordine tamen quo ponitur, tempus ejus inter annum Christi CCCCXX. *&* CCCCXXIII. *constituendum apparet.*

In hoc concilio duorum episcoporum de primæ sedis honore contendentium causa agitata videtur. Qualis controversia jam olim Xanthippum, & Victorinum Numidiæ seniores episcopos ita inter se commiserat, ut vel præcipuam causam concilio Milevitano primo celebrando A dederit. Ea autem cum sola ordinationis antiquioris prærogativa niteretur, constitutum fuit concilio, ut episcopi a suis ordinatoribus literas acciperent consulem, & diem continentes, quibus inspectis lis omnis facili negotio componeretur. Porro istiusmodi literarum exempla in archivio, aut matricula uniuscujusque provinciæ penes primæ sedis episcopum pro tempore asservata fuisse ex canone 88. codicis canonum E. A. ex actis Milevitani conc. an. 402. celebrati Arcadio V. ejusq; fratre Honorio similiter V. consulibus constat: quæ cum ob crebras migrationes periculo, aut fraudi obnoxiæ viderentur; aut quod subinde ex remotioribus provinciæ oppidulis non sine incommodo earum fides re ita flagitante peti posset, constitutum fuit supradicto B concilio, ut duo in Numidiæ conficerentur exemplaria matriculæ; eorumque alterum apud primam pro tempore sedem esset, alterum in metropoli provinciæ fixo loco asservaretur. Sed cum contentiones istæ crebriores essent Carthagine, quam episcopi, aut concilii habendi, aut negotiorum gerendorum causa frequentabant, decimonono hoc concilio Aurelii tempore celebrato statutum fuit, ut primates ex singulis provinciis ordinationum suarum catalogum etiam C ad Carthaginensem episcopum mitterent; ut quoties opus foret, de proximo matricula cujusque provinciæ consuli posset. Ad hæc cum ambitus iste subinde comprovincialium episcoporum studiis, factionibusque pervicacius foveretur, id quoque statutum fuit, ut oborta contentione ex Carthaginensis primatis consilio res decideretur: cujus supremæ per omnem Africam auctoritati istam quoque prærogativam hujus concilii decreto accessisse ex "synodo Bonifacii episcopi Carthaginensis & Ferrandi breviario constat: Ex hisce duos sequentes canones subjungimus.

ANNO CHRISTI 420.

" Anno Chr. 525. quam suo loco proferemus.

Synodus Carthaginensis sub Bonifacio episcopo actione I. Ex concilio decimonono inter alia ad locum. D

Placuit ut primates diversarum provinciarum nomina episcoporum sive decedentium, sive in eorum locum succedentium ad ecclesiam Carthaginensem mittant.

Idem decretum extat in breviatione canonum Ferrandi diaconi c. LXXXIV. *Ex concilio Carthaginensi tit.* III. *Unde etiam præcedens capitulum* LXXXIII. *eidem concilio decimonono tribuendum videtur; quod itidem citatur ex concilio Carthaginensi tit.* VIII.

Vt primæ sedis episcopi ex consilio Carthaginensis episcopi constituantur, quando fuerit E oborta contentio.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Antequam pergamus ulterius ad Cælestini papæ pontificatum placet hic velut in illustri loco edicta trium imperatorum adversus Pelagianos collocare quæ in annales suos ecclesiasticos diligenti opera comportavit Baronius a Binio prætermissa cum nonnullis aliis eodẽ spectantibus.

Primum an. Christi 418. n, 20. II. anno sequenti 419. n. 57. III. an 420. n. 2. quæ subjicio ab Henrico Gravio Lovaniensi doctore descripta ex codice S. Vedasti Atrebatensis & ab aliis cum mss. codicibus collata.

"** *Impp. Honorius & Theodosius Augusti Palladio Præfecto prætorii.*

Ad conturbandam catholicæ simplicitatis lucem puro semper splendore radiantem, dolosæ artis ingenio novam subito emicuisse versutiam pervulgata opinione cognovimus: quæ fallacis scientiæ obumbrata mendaciis & furioso tantum debacchata luctamine stabilem quietem

quietem cælestis conatur attrectare fidei, dum novi acuminis commendata vento, insignem notam plebeiæ æstimat vilitatis sentire cum cunctis ac prudentiæ singularis palmam fore communiter approbata destruere. Cujus impiæ commentationis autores Pelagium Cælestiumque percrebuit extitisse: Hi parenti cunctarum rerum Deo præcipuæque semper majestatis, interminatione potenti omne ultra principium transeunti, tam trucem inclementiam sævæ voluntatis assignant, ut cum formandi mundi opificem curam sumeret, qualitatemque hominis struendi profunda spiritus conceptione libraret, fundati muneris finem anteferret exordio & mortem præmitteret nasciturо; non hanc insidiis vetiti fluxisse peccati, sed egisse penitus legem immutabilis constituti: ad declinandum leti exitialis incursum nihil prodesse abstinentiam delinquendi, cujus ita vis putaretur adstricta, ut non possit aboleri deinceps. Primitivi hominis errorem in quem captæ mentis inops rationis cæcitas irruisset; delapsum ad posteros non fuisse; tantumque apud eum, quem malesuadæ gratiæ infelix rapuisset illecebra, transgressionem interdicti extitisse discriminis: cum evidens catholicæ legis omnifaria testetur autoritas, illum interitus omnium fuisse vestibulum, quem divinæ præceptionis sedulum liqueat corrupisse mandatum; aliaque quamplurima quæ sermo respuit, lex refutat: quæ perexosum sit recordari etiam sub dispositione plectendi: quæ maturato remedio & celeritate festina oportet intercipi; ne corroborato usu nequitiæ adolescentes vix valeant coerceri. Siquidem aures mansuetudinis nostræ recens fama perstrinxerat intra sacratissimam urbem nostram, aliaque loca, ita pestiferum virus quorumdam inolevisse pectoribus, ut interrupto directæ credulitatis tramite scissis in partes studiis asserendi, materia impacatæ dissensionis inducta sit; novoque scandali fomite concitato, beatissimæ ecclesiæ acta mutet, & attentata tranquillitas (aliis iter aliud ancipiti interpretatione sectantibus) & absoluta sanctorum apicum claritas, ac dilucide quod sequi universitas debeat explanans (pro captu versipellis ingenii profanam novorum auctorum moventibus quæstionem) Palladi parens carissime atque amantissime". Ob quam rem illustris autoritas tua, victura in omne ævum lege nos statuisse cognoscat, ut pulsis ex urbe primitus capitibus dogmatis execrandi, Cælestio atque Pelagio; si qui hujus de cetero sacrilegii sectatores quibuscumque locis potuerint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem rursus proferre sermonem: a quocumque correpti ad competentem judicem protrahantur; quos, sive clericus, sive laicus fuerit, deferendi habeat potestatem; & sine præscriptione aliqua perurgendi, quos relicta communis sententiæ luce novæ disputationis tenebras introferre deprehenderit contra apostolicam scilicet disciplinam, euangelicamque claram & sine errore sententiam, vafra rudis sectæ calliditate pugnantes involventesque splendentem fidem veri, ambagibus disserendo Hos ergo repertos ubicumque de hoc tam nefando scelere conferentes, a quibuscumque jubemus corripi, deductosque ad audientiam publicam promiscue ab omnibus accusari; ita ut probationem convicti criminis stylus publicus insequatur, ipsis inexorati exilii deportatione damnatis. Docet enim originem vitii a conventu publico sequestrari, nec in communi eos celebritate consistere, qui non solum facto nefario detestandi, verum etiam exemplo venenati spiritus sunt cavendi. Iuvat autem per omnem pene mundum, qua imperium nostrum extenditur hujusmodi promulgata diffundi: ne scientiæ fortasse dissimulatio pastum præstet errori, atque impune se quisque putet audire, quod condemnatum vigore publico sese finxerit ignorare. Datum pridie Kalendas Maias Ravennæ DD. NN. Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus" ANNO CHRISTI 418.

"Anno Christi 418.

"** *Exemplar edicti propositi a Palladio PP.*

Iunius Quartus Palladius, Monaxius, & Agricola iterum præfecti prætorio edixerunt. In Pelagium atque Cælestium catholici dogmatis fidem scævis tractatibus destruentes sententia principalis invaluit, ut venerabili urbe submoti bonorum concilio mulctarentur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis sinistræ persuasionis erroribus credulum præstet assensum. Et si sit ille plebeius ac clericus, qui in caliginis hujus obscæna reciderit, a quocumque tractus ad judicem sine accusatricis discretione personæ, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exilium. Nam superna majestas ut colligit ex secreti ignoratione reverentiam, ita ex inepta disputatione injuriam.

"** Imperialis epistola ad Aurelium Carthaginensem episcopum.

Imperatores Honorius & Theodosius Augusti" Aurelio episcopo salutem.

" Photius biblioth. c. 53. hujus epistolæ meminit.

DUDUM quidem fuerat constitutum, ut Pelagius & Cælestius nefandi dogmatis repertores ab urbe Roma, veluti quædam catholicæ veritatis contagia pellerentur, ne ignorantium mentes scæva persuasione perverterent. In quo secuta est clementia nostra judicium sanctitatis tuæ, quo constat eos ab universis justæ sententiæ examinatione esse damnatos. Sed quia obstinati criminis pertinax malum, ut constitutio geminaretur, coegit, recenti quoque sanctione decrevimus, ut si quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non nesciens aut propellere, aut prodere distulisset, præscriptæ pœnæ velut particeps subjaceret. Præcipue tamen ad quorumdam episcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas eorum disputationes vel tacito consensu adstruunt, vel publica oppugnatione non destrunt, Pater carissime atque amantissime, sanctitatis tuæ autoritatem cavere conveniet: quatenus in abolitione præpostеræ hæresis omnium devotio Christiana consentiat. Religio itaque tua competentibus scriptis universos faciat admoneri, scituros definitione testimonii tui, hanc sibi definitionem esse præscriptam, ut quicumque damnationi supra memoratorum (quo pateat mens pura) subscribere" impia observatione neglexerint, episcopatus amissione mulctati interdicta in perpetuum, expulsi civitatibus, communione priventur Nam cum ipsi nos juxta synodum Nicænam confessione sincera conditorem omnium rerum Deum imperiique nostri veneremur autorem; non patietur sanctitas tua, sectæ detestabilis homines in injuriam religionis nova, & inusitata meditantes secretis tractatibus occultare sacrilegium publica semel autoritate damnatum. Una enim eademque

" adactos ad subscribendum episcopos, tum alii, tum ipse quoque testis est Iulianus apud Aug. lib. 4. ad Bonifacium capite ultimo: & *de simplicibus episcopis sine congregatione synodi, in locis suis sedentibus extortam subscriptionem esse.*

ANNO CHRISTI 419.

eademque est culpa eorum, qui aut dissimulan- A do conniventiam, aut non damnando favorem noxium præstiterint. *Et alia manu.* Divinitas te per multos annos servet incolumem, pater carissime atque amantissime. Data v. Idus Iunias Ravennæ Monaxio & Plinta consulibus ".

" Anno Christi 419.

" ** Epistola S. Aurelii Carthaginensis episcopi ad omnes episcopos per Byzacenam, & Arzugitanam provinciam constitutos de damnatione Pelagii & Cælestii hæreticorum.

Dilectissimis ac desiderabilibus fratribus & consacerdotibus Donatiano primæ sedis, Ianuario, Felici, Palatino, Primiano, Gaiano, & alii Gaiano, Ianuario, Victorino, & ceteris per tractum B *provinciæ Byzacenæ & Arzugitanæ constitutis, Aurelius episcopus.*

SVPER Cælestii & Pelagii damnatione, eorumq; dogmatibus participem sanctam dilectionem vestram in plenario concilio fuisse cōmemini, dilectissimi ac desiderabiles fratres. Sed quoniam pro honore Dei, in cujus manu cor regis est constitutum, gloriosissimorum principum Christianorum fidem rectam & catholicam custodientium accessit autoritas, quam per humilitatem meam universis coepiscopis meis voluit intimari: idcirco honorabilem fraternitatem vestram missis exemplaribus instruere festinavi, C ne quid mali in aliqua parte provinciæ ex supradictorum serpentina persuasione ab universali ecclesia totius orbis exclusa fortasse subrepat. Ob hoc ergo tam necessaria constitutio Christianorum principum caritatem vestram latere non debuit, & ad me ab eis datæ literæ: quarum simul exemplaribus lectis, quemadmodum subscribere unusquisque vestrum debeat, dilectio vestra cognoscat: sive quorum synodalibus gestis subscriptio jam tenetur, sive qui non potuistis eidem plenario totius Africæ interesse concilio. quo cum in supradictorum hæreticorum damnatione omnium vestrum fuerit integra subscriptio; nihil omnino sit unde ullius dissimulationis vel negligentiæ, vel occultæ forsitan pravitatis aliqua videatur merito remansisse suspicio. *Et alia manu.* Opto fratres bene D vivatis mei memores. Data Kalendis Augusti Carthagine Monaxio & Plinta consulibus ".

" eodem anno Christi 419.

" ** Decretum imperatoris Constantii, anno non 420. sed 421. datum, quo dumtaxat Constantius a die 8. Februarii imperavit usque ad 2. Septembris non expletis septem inetgris mensibus.

Imperator " Constantius Volusiano præfecto urbis.

" Vide bibl. Photii codice 53. ubi recte dicitur Placidiæ maritus & Valentiniani tertii pater.

QVVM tum præterita superstitionis tum recentia plena vanitatis jamdudum corrigi jusserimus; quotidianis insinuationibus majora fieri nunciantur. E Et quoniam discordia animos commovet populorum, ea quæ jamdudum jusseramus, præcipimus iterari. Vnde his lectis, eximietas tua, omnes qui Dei invident pietati diligenter inquirat, & eos faciat statim e muris urbis expelli; ita tamen, ut ne intra centesimum quidem lapidem, habeant licentiam consistendi. Cælestium quoque magis ac magis ex urbe pelli mandamus. Constat enim iisdem e medio sublatis gratiam & concordiam tenere veterem firmitatem. Sane deinceps si tale quicquam fuerit nunciatum, officium præstantiæ tuæ capitali sententiæ subdendum esse cognosce. Non enim patimur impunitum esse præcepta nostra executionis negligentia protelari. Vale parens carissime atque amantissime. *Et adjecta subscriptio:* Impleatur quod jussimus, quia hoc famæ tuæ expedit.

ANNO CHRISTI 419.

" ** Exemplar edicti propositi a Volusiano præfecto urbis.

" Ibidem Photio, ... citur avu... culus S.M... laniæ juni... ris poste... baptizatu... Constant... nop. a ... clo.,

Volusianus " præfectus urbi edixit.

Hactenus Cælestium divinæ fidei & quietis publicæ turbatorem, judiciis, amica reis secreta subduxerunt. Iam leges etiam & edicta persequentur absentem. Cui, quod primum est, æternæ urbis negatur habitatio; ut si vel in proximis fuerit diversatus, debitum non evadat exitium. Pro merito etiam temeritatis atque ausus sui, cunctos hujus edicti cautione præmonemus, ne quis iniquo noxius latebram putet esse præbendam: ne cum hujusmodi sit posita pœna, supplicium ac stylum necesse sit proscriptionis incurrere, quisquis reum divinis humanisque legibus apud se putaverit occultandum.

ANNO CHRISTI 423.

VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA
CÆLESTINI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

[a] CÆLESTINVS natione ' Romanus, ex patre Prisco, [b] sedit annis 8. mensibus 10. diebus 17. Hic multa constituta fecit, & constituit ut psalmi David 150. ante sacrificium psallerentur, antiphonatim ex omnibus, quod antea non fiebat, sed tantum epistolæ beati Pauli recitabantur, & sanctum euangelium. Hic fecit constitutum de omni ecclesia, maxime & de religionibus, quod hodie archivis ecclesiæ tenetur reconditum. Hic dedicavit basilicam Iulii, in qua obtulit * postigem zeticum. Patenam argenteam, pensantem libras 26. Scyphos argenteos 2. pensantes singulos libras 8. Amas argenteas 2. pensantes singulas libras 10. Calices minores argenteos quinque pensantes singulos libras 3. aquamalilos argenteos, pensantes libras * 10. Candelabra argentea duo pensantia singula libras 30. Canthara cerostrota ærea vel ænea vigesimaquatuor pensantia singula libras 30. Item coronas argenteas 10. pensantes singulas libras 10. Ad beatum Petrum apostolum, farum cantharum, pensans libras * 25. ex argenteo purissimo. Canthara argentea cerostrota in gremio basilicæ 24. pensantia singula libras 20. Ad beatum Paulum apostolum, farum cantharum argenteum, pensans libras 25. Canthara cerostrota 24. pensantia singula libras 20.

' Campanus.

Locus obs...rus, sic f... restituen... * postem ...thicum.

* 20.

* 15.

Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 32. diacones 12. episcopos per diversa loca 46. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, VIII. Idus Aprilis. Et cessavit episcopatus in urbe Roma dies 20.

NOTÆ

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Cælestinus.*] Cum post obitum Bonifacii sedes dies 9. vacasset, tertio Nonas Novembris, anno Christi 423. Theodosii imperatoris 16. Cælestinus, *sine ulla plebis suæ discissione*, inquit August. epist. 261. *creatus est pontifex*, quamquam ii, qui Eulalii factionis erant, in schismate perseveraverint, nec ullo pacto cum Cælestino communicare voluerint. Theodosius pietatis & religionis amantissimus imperator, propter impugnatas hæreses, & catholicam fidem defensam, singulari Dei beneficio omnium tyrannorum metu ac periculo liberatus fuit. Africa Arianæ perfidiæ tenacissima, & acerbissima catholicorum persecutrix, occulto Dei judicio a Vandalis aliisve barbaris incensa, direpta & vastata, centum deinceps annorum spatio sub barbarico jugo permansit. Auctoritate hujus pontificis Britannia, Scotia, & Italia, a Pelagiana, orientales ecclesiæ, a Nestoriana hæresi sunt expurgatæ, Burgundiones & Hiberni ad fidem Christi conversi. Quam inepte itaque unus Laurentius Valla Grammaticus ecclesiasticarum rerum plane ignarus, Cælestinum papam, qui primus omnium Nestorium Romæ damnavit, & per legatos ab œcumenica synodo Ephesina æque ejiciendum curavit, ejusdem Nestorii hæresibus infectum fuisse asseruerit, nemo non intelligit. Hæc ex Prospero, Beda, Baron. anno 423. & sequentibus.

b *Sedit annis octo, mensibus* 10. *diebus* 17.] Octavo Idus Aprilis, anno 432. defunctus, ab exordio sedis, usque ad diem obitus, mensibus dumtaxat quinque, & diebus tribus post octennium absolutum, sedem tenuisse potuit. Baronius prædicto loco.

EPISTOLA I.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD EPISCOPOS GALLIÆ.

I. *Ut ab episcopis reprimantur presbyteri quidam, qui ecclesiam novis quæstionibus turbabant.*

II. *Quod sancti Augustini vitam & doctrinam magni semper fecerit sedes apostolica.*

Dilectissimis fratribus " Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Arcadio, Sillucio ", & ceteris Galliarum episcopis, Cælestinus.

APOSTOLICI verba præcepti sunt, apud Iudæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus debere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contristent, quæ auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse salvator, *quod expediat scandalizanti unum de pusillis in maris profundum demergi.* Ideo quæ sit jam ejus pœna quæramus, cui tale supplicium legimus expedire.

I.

Filii nostri præsentes Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum [b] nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, ut indisciplinatas quæstiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adversantia veritati. Sed vestræ dilectioni justius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus, *super magistrum non esse discipulum*, hoc est non sibi debere quemquam ad injuriam doctorum vendicare doctrinam. Nam & hos ipsos a Deo nostros positos novimus ad docendum, cum sit dicente apostolo eis tertius locus intra ecclesiā deputandus. Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus hi loquuntur, qui, si ita est,

A eorum discipuli non fuerunt? Ti[...]e ne connivere sit hoc tacere. Timeo ne m[...]gis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione [t]aciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori. Ergo corripiantur hujusmodi. Non sit his liberum habere pro voluntate sermonem". Desinat, si ita res sunt, inc[e]ssere novitas vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio mergere, quos intra portum stantes statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non mouentur.

" Vinc. Lirinensis II. 3. sive sub finem cōmonitorii sub Peregrini nomine vulgati.

B Recurrerunt ad apostolicam prædicti sedem, hæc ipsa nobis quæ tentat perturbatio conquerentes. Habetote, fratres carissimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant se, si tamen censeantur presbyterii dignitate, vobis esse subjectos. Sciant omnes qui male docent, quod sibi discere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant prædicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortasse admissi, nesciant quid sibi debeant vendicare.

C Super his multa jam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Tuentii dedimus scripta responsum. Nunc tamen repetentes sæpius admonemus, ut vitentur hujusmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noster jussit agricola, seminare". Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur [et]iam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

" Hincmar. contra Gotesc. c. 1.

II.

c Augustinum sanctæ rec[or]dationis" virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor [a]spersit, quem tantæ

" Prosper c. 21. sive ultimo libri contra Cassianum. *Contra istā clarissima laudationis tubam* &c. Vide Photium ca. 52. & 53. bibliothecæ, ubi ejus epistolæ meminit necnō Prosperi.

D scientiæ olim fuisse memin[i]mus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt; ut p[o]te qui utique cunctis & amori fuerit, & hon[o]ri. Unde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari: quamvis maneat hos beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter justitiam sustinere. Quibus quid promittat dominus in futurum, sequens sermo declarat. Non est agentium causa solorum, quando universalis ecclesia quacumque novitate

E pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbis silentio de tali re in posterum querela cessaverit. Dominus incolumes vos custodiat, fratres carissimi.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Cum occidentalis ecclesia, auctoribus quibusdam Galliæ presbyteris, S. Augustini commentarios adversus Pelagianos editos temere sugillantibus, vehementer turbaretur, scriptisque contrariis S. Prosperi Aquitani nondum acquiescerent, idem S. Prosper cum collega Hilario " Arelatensi episcopo ad Cælestinum Romanum pontificem profectionem instituit, qui ambo apud eumdem studiose egerunt, ut hujusmodi nugatoribus ora (quod par erat) obstrueret. Cælestinus igitur, qui haud pridem

" Hoc falsum.

Cælestinus

presbyteros obstrepentes reprehendit.

pridem ad dubitationes aliquas literis Tuentii episcopi consultus plenissime scripserat, putans illa sufficere potuisse; cum modo rursus presbyterós obstrepere relatione Prosperi & Hilarii percepisset, ad episcopos, in quorum ecclesiis illi presbyterio fungebantur, hanc epistolam scripsit. In hac redarguit eos, quod ipsis tacentibus sinant in ecclesia presbyteros loqui, cum absque episcopo nihil illis concessum sit de doctrina præsumere. Post hæc inculcata, S. Augustinum laudat, ejusque scripta contra Pelagium & Cælestium approbat. Adjungit etiam quædam capita "adversus Pelagianos errores, a prædecessoribus pontificibus & Africanis conciliis decreta, eo fine, ut quid contra Pelagium & Cælestium tenendum sit, cognoscatur. Addit, non scripto tantum, sed etiam apostolicis traditionibus Pelagianam hæresin in ecclesia refutari. Nam dum pro infidelibus, paganis, Iudæis, hæreticis, schismaticis, lapsis & catechumenis orare consuevit, eo ipso aperte profitetur, illos absque divina gratia ad salutem accessum habere non posse. Dumque rursus spiritus nequam a proxime baptizandis per exorcismos & exsufflationes abiguntur, ipso facto declarat ecclesia, humanam naturam a peccato originali corruptam esse, & a satana occupatam, indigere Dei gratia ut liberetur. Hujus epistolæ S. Prosper adversus Collatorem, cum magna ipsius laude meminit, his verbis: *Per hunc, Cælestinum, intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ memoriæ Augustini scripta reprehendunt, maleloquentia est adempta libertas, quando consultationum actione suscepta, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentire, sancto manifestavit eloquio*, &c. Photius in bibliotheca " de hac epistola ait: *Scripsit quoque ad episcopos Galliarum de fide S. Augustini.* Vincentius Lirinensis adversus hæreses cap. ult. hanc eamdem epistolam plurimum laudat: scribit enim illam tanti ponderis esse, ut ad omnes hæreses evertendas satis sufficiens esse possit. Baronius anno 431. num. 184. & sequentibus.

"Quæ seorsim infra edita sunt, eo quod Cælestini non sint.

S. Prosperi de Cælestino sententia.

" Vide cod. 53. cum sequenti μονοβίβλου.

b *Nescio quibus presbyteris illic licere*, &c.] Inter presbyteros Aquitaniæ Pelagii fuligine denigratos, quos Cælestinus hac epistola insectatur, fuit Severus Sulpitius " ille discipulus & scriptor vitæ S. Martini, S. Paulino Nolano episcopo amicitia conjunctissimus: verum ex alluvione exundantis Pelagianæ hæreseos ereptus, magno tandem Dei beneficio resipuit. De eo enim hæc Gennadius cap. 19. *Severus presbyter, cognomento Sulpitius, vir genere & literis nobilis, & paupertatis & humilitatis amore conspicuus. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Baron. 431. num. 189.

Severus Sulpitius an Pelagiana hæresi infectus?

"temere ista Binius asserit cum ad superos abiisse constet, priusquam hanc Cælestinus anno 431. ep. scriberet. Severi pœnitentia quæ?

c *Augustinum sanctæ recordationis virum*, &c.] Postquam S. Prosper, adversus Collatorem agens, hoc de S. Augustino Cælestini elogium recitasset, hæc ait: *Contra istam clarissimam laudatoris tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sincerissimæque sententiæ, nubem obliquæ ambiguitatis obtendere*, &c.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Præcedenti epistolæ Cælestini papæ ad Galliæ episcopos in plerisque codicibus optimæ notæ subjiciuntur auctoritates episcoporũ apostolicæ sedis de gratia Dei, & libero voluntatis humanæ arbitrio, quas plerique jam a S. Fulgentii ætate Theologi Cælestino papæ tribuerunt. Sirmondus Cælestino abjudicat, nec certum audet illarum proferre auctorem. Binius vero hæc habet a collectore regio prætermissa: *Non videtur dubitandum, quin sequentia sint Prosperi, tam sunt similia & argumento & stylo ejus scriptis: libro certe contra Collatorem capita quædam attingit non dissimiliter atque hic leguntur.* Ego quoque cum Sirmondo ἐπέχω, & quod unum præstare possum, auctoritates illas a regio collectore non suo loco collocatas hic repono, ut a Binio, Sirmondo, ceterisque post Dionysium Exiguum, & Isidorum Mercatorem ecclesiasticis tractatoribus non recedam. In hoc vero fere omnes peccarunt, quod sententias illas iisdem numeris, sifrarum cum Cælestini epistola alligent, nec ab ea, ut par erat, satis commode separarint.

PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES
De gratia Dei & libero voluntatis arbitrio.

TITULI SENTENTIARUM.

I. *Quod Adam omnes homines læserit, nec quemquam nisi gratia posse salvari.*

II. *Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.*

III. *Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli superare non possumus.*

IV. *Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.*

V. *Quod omnia sanctorum merita dona sint Dei.*

VI. *Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo sit.*

VII. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, & præstet ut lex impleatur, non sicut ait Pelagius facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

VIII. *Quod præter statuta sedis apostolicæ, omnes orationes ecclesiæ Christi gratiam resonant, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.*

IX. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis, & exsufflatione, spiritus ab eis abiguntur immundi.*

X. *Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus asserendæ.*

QUIA nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum sensibus, seu pravitate, seu imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt; & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati apostoli sedes Petri contra inimicos gratiæ Dei per ministerium præsulum suorum sanxit & docuit. Necessarium igitur fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanæ ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicaverint, & contra nocentissimos liberii arbitrii defensores, quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint: ita ut etiam Africanorum conciliorum quasdam sententias jungeremus, quas utique suas fecerunt apostolici antistites cum probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestemus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat, & dicat,

Hincm... tra Go... calcum... & 22.

I.

In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio papa, atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium": *Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demersus est, & nihil quemadmodum exinde resurgere posset invenit: suaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ subjacuisset oppressus, nisi eum postea Christi per suam gratiam relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium sui baptismatis lavacro purgavit.*

"Crescon... c. 189. c... lectionis canonum citat tang... ex de... papæ Cæ... stini tit... quarto:... liquosqu... usque ad... subjungit Epist. 2... In requir... dis.

"supra pa... 1285. D.

II.

II.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus. Quod in iisdem scriptis ejusdem pontificis sententia protestatur, dicens: *Numquid nos de eorum post hac rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt?*

III.

Neminem, etiam baptismatis gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit. Quod ejusdem antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat, dicens: *Nam quamvis hominem redemisset a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa servavit, quotidiana præstans illi remedia, quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.*

IV.

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data prædicat, dicens: *Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, in prævaricationis præsumptionem conciderit. Nec ex hac potuit erui, nisi providentia ei regenerationis statum pristinæ libertatis Christi domini reformasset adventus.*

V.

Quod omnia studia, & omnia opera ac merita sanctorum, ad Dei gloriam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit. In quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zosimi regularis " auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait: *Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus.* Hunc autem sermonem, sincerissimæ veritatis luce radiantem, tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum rescriberent. *Illud vero quod in literis, quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti dicens:* Nos tamen instinctu Dei, & cetera: *sic accipimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis, velut cursim transiens, amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostra humilitatis conscientiam retulisti? Et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti. Ideo utique, quia præparatur voluntas a domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt: ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.*

VI.

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem " doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: *Quod ergo tempus, ait, intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adjutor & protector orandus est. Superbum est enim, ut quidquam sibi humana natura præsumat, clamante apostolo:* Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aeris hujus, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. *Et sicut ipse iterum dicit:* Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. *Et iterum:* Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi. Non ego autem, sed gratia Dei mecum.

" Zosimus in eadem epistola, quæ non extat; & de qua nos pag. 1575. A

Ephes. 6.

Rom. 7.

1. Cor. 15.

VII.

Illud etiam, quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ sedis decretum amplectimur, quod scilicet tertio capitulo " definitum est: *Vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit.* Et iterum quarto capitulo: *Vt si quis dixerit gratiam Dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat apostolus:* Scientia inflat, caritas vero ædificat: *valde impium est, ut credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat non habere, cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante caritate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est:* Qui docet hominem scientiam: *ita etiam scriptum est:* Caritas ex Deo est. Item quinto capitulo: *Vt quisquis dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium jubemur, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa divina implere mandata; anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius potestis facere: sed ait:* Sine me nihil potestis facere.

Episcoporum CCXIV. anno 418.

" Tria hæc capitula vulgo tribuuntur concilio Milevitano II. an. 416. sed falso, ut vel hinc patet. V. sup. pag. 1538. E

1. Cor. 8.

Ps. 93.

1. Ioan. 4.

Ioan. 15.

VIII.

Præter eas autem beatissimæ & apostolicæ sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi patres, pestiferæ novitatis elatione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam, ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab apostolis tradita in toto mundo, atque in omni ecclesia catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione

"Hinc in ca. 5. epilogi & c. 24. totius operis adversus Gotescalcum.

Petrus diacon. lib. de Inc. & gratia Christi ad S. Fulgentium ca. 8.

gatione funguntur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum congemiscente ecclesia postulant & precantur, *ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Iudæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ caritatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedium conferatur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cælestis aulæ misericordiæ reseretur.* Hæc autem non perfunctorie neque inaniter a domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii ' caritatis suæ, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod ' adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

' claritatis
' ideo

IX.

Ivo p. 1. ca. 205.

Illud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit'', non otioso contemplamur intuitu: cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa ejus diripiantur, in possessionem translata victoris, qui captivam duxit captivitatem, & dat dona hominibus''.

''Ecclesia Lugdunens. in absolutione quæstionis & in libro de tribus epistolis.

*Petrus diacon. ibidem

His ergo ecclesiasticis regulis, & ex divina sumptis auctoritate documentis, ita adjuvante domino ' conformati sumus, ut omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem, & ' non dubitemus ab ipsius gratia ' hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de ' imprudente fit providum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda non negligenda donavit, ut & nos ' operatores simus gratiæ Dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum solicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam ', & cui quotidie dicimus, *Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.*

' confortati sumus
' Ecclesia Lugdun. de tribus epistolis.
' omnia
' improvidente apud Cresconiū cap. 297. Hincm. ca. 25. contra Gotescalcū.
' cooperatores
' nostram
Matth. 6.

X.

[a] Profundiores vero'', difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non ' opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium.

''Ecclesia Lugdunensis lib. de tenenda veritate scripturæ resp. ad cap. 3.

' æstimemus c. 29[7] Cresconi[i]

Nota Iacobi Sirmondi S.I.

1 *Præteritorum sedis apostolica.*] Hic sequentium sententiarum est titulus in libris antiquis, eumque ut germanum agnoscit etiam codex canonum Dionysii Exigui. Quamquam autem hæ Cælestini non sint, Cælestino tamen, quisquis earum est auctor, quia cum Cælestini epistola conjungi eique subjici solebant, ab antiquis olim scriptoribus tributæ sunt, ut a Petro diacono in libro de incarnatione & gratia Christi ad Fulgentium cap. VIII. a Floro magistro in libro adversus Ioannem Scotum, qui ecclesiæ Lugdunensis nomine circumfertur, ab Hincmaro Rhemensi contra Gothescalcum, a Cresconio, Ivone, & aliis.

Nota Severini Binii.

a *Profundiores vero.*] Profitetur '' Cælestinus pontifex profundiores illas de prædestinatione sanctorum quæstiones ab apostolica sede nequaquam definitas esse, illasque tantum stabilitas fuisse, quæ ad condemnandum errorem sufficere posse videbantur. Baronius anno prædicto numero 185.

Observatio Philippi Labbe, S.I.

'' Vulgarem sequutus est errorem Binius, nec ad codicem canonum ecclesiæ Romanæ respexit, ubi auctoritates istæ ab epistola Cælestini distinctæ sunt: neque consuluit editiones conciliorum Petri Crabbi viri diligentissimi an. 1538. & 1551. ubi hæc verissime scripta reperiuntur. *Sequentia undecim capita videntur potius ab alio quodam interposita, quam esse ipsius Cælestini papæ;* qui Innocentium ac Zosimum non semel allegans, numquam decessores suos, quod moris erat, appellavit, ut alia argumenta modo præteream. Imo & ipse Binius sui immemor auctoritatum istarum syllogen Prospero vindicavit in utraque sua conciliorum editione, ut supra monuimus.

II. [a] AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS ET NARBONENSIS.

I. *De quibusdam sacerdotibus, qui amicti pallio, & lumbos præcincti, in ecclesia ministrabant.*
II. *Quod nulli sit in morte ultima pœnitentia deneganda.*
III. *Quod per gradus ecclesiasticos promovendi sint episcopi, non ex laicis assumendi, neque criminosi.*
IV. *Vt metropolitanus in aliena provincia nihil præsumat. & ut in creandis episcopis extranei emeritis in sua ecclesia clericis non præponantur.*
V. *Quod invito clero vel populo episcopus ordinari non debeat, neque ex altera ecclesia peti, si in ipsa, cui creandus est, sit idoneus.*
VI. *Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum, &, si quæ factæ sunt, removendæ.*
VII. *Episcopi Massiliensis, qui de alterius episcopi cæde gratulatus dicebatur, causa episcopis delegata.*

Cælestinus universis episcopis per Viennensem & Narbonensem provincias constitutis, in domino salutem.

CVPEREMVS quidem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, ut congratularemur potius de ' profectu, quam aliquid admissum contra disciplinam ecclesiasticam doleremus. Ad nostram enim lætitiam & benefacta perveniunt, & mœroris aculeis nos quæ fuerint male facta compungunt. Nec silere possumus, cum ad hoc ut ab illicitis revocemus aliquos officii nostri provocemur instinctu, in speculis a Deo constituti, ut vigilantiæ

' prov[...]

lantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & A quæ coercenda sunt resecemus, & quæ observanda sunt sanciamus. Et quamvis circa longinqua spiritualis cura non deficit; sed se per omnia, qua nomen Dei prædicatur, extendit: nec notitiam nostram subterfugiunt, quæ in eversionem regularum novellæ præsumptionis auctoritate tentantur.

I.

Didicimus enim, quosdam domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in ecclesia non creverunt, sed alio venientes itinere, secum hæc in ecclesiam, quæ in alia conversatione habuerant, intulerunt. B Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se scripturæ fidem, non per spiritum, sed per literam completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur; cur non fiunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus una cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis qua decet significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur: *Opera vestra luceant*, indicantur. Habeant tamen istum forsitan cultum, morem potius C quam rationem sequentes, qui in remotioribus habitant locis, & procul a ceteris degunt. Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque pontificum, in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi a plebe vel ceteris sumus doctrina, non veste; conversatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt, quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt. Erant quidem multa, quæ pro di- D sciplina ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus: sed ab his ad alia devocamur.

II.

Agnovimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, f[a]teor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet: quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem, pondere, quo se expediri desiderat, liberare. Quid hoc rogo aliud est, quam morienti mortem addere, E ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam sic promittat; *Peccator*, inquiens, *quacumque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei*. Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed tantum convertatur, & vivat.* Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis te[m]pore speratam pœnitentiam denegarit. Et q[ui] sperat de clementia Dei, qui eum ad subvenie[n]dum morienti sufficere, vel in momento posse non credidit. Perdidisset latro præmium in cruce ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cum esset in pœna pœnituit, & per unius sermonis professionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente p[o]tius est æstimanda, quam tempore, propheta hoc taliter asserente: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Cum ergo sit dominu[s c]ordis inspector, quovis tempore non est den[eg]anda pœnitentia postulanti, cum ille se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari. Isa. 30. apud septuaginta.

III.

Ordinatos vero quosdam, fratres carissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra patrum decreta, hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus; cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis ad majora firmentur. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio hac ad id quo tendit se ratione confirmat. Qui minime literis operam dederit, præceptor esse non potest literarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad emeritum stipendii ordinem non potest pervenire. Solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur? Sed jam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit: sed etiam ii, quorum crimina longe lateque per omnes pene sunt nota provincias, ordinantur. Daniel enim, nuper missa relatione ex orientalibus ad nos partibus, ab omni quod tenuerat virginum monasterio nefariis est objectionibus accusatus. Multa a multis objecta flagitia: in quanam lateret terrarum parte quæsitus est, ut si suæ innocentiæ confideret, contra se judicium postulatum minime declinaret. Missa ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum, ut ad judicium episcopale destinaretur, epistola. Tantis gravatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum ut dicitur virginum pollutus incesto, episcopus asseritur ordinatus. In nostris libelli scriniis continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus. In pontificii dignitatem hoc tempore, quo ad causam dicendam missis a nobis literis vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit injuria. Facilius est, ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui convictus sociabitur, qui eum sibi credidit largiendo pontificium sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinarit, ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique vestrum sint, qui apostolicæ sedis statuta cognoverint, nobiscum tempore aliquanto versati, ad disciplinæ normam nostris conventa adhortationibus omnia fraternitas vestra revocare festinet.

Dist. 59. Ordinatos vero quosdam.
relatione
pontifices
de
Dist. 81. Tantis Daniel gravatus.

IV.

Primum, ut juxta canonum decreta, unaquæque provincia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continent constituta, nec usurpationis locus alicui sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus: alter in alterius provincia nihil præsumat: nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini & extranei, & qui an-

Bonifacii ad Hilarium.
Dist. 61. Nec emeritis

te ignorati sint, ad exclusionem eorum, qui A bene de suorum civium merentur testimonio præponantur: ne novum ' quoddam, de quo episcopi fiant, institutum videatur esse collegium.

'quod quódam coepiscopi non fuit.

V.

Dist. 61. Nullus invitis detur. Dist. 65. Cleri, plebis, & ordinis.

Nullus invitis detur episcopus: cleri, plebis, & ordinis consensus ad desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur. Habeat unusquisque clericorum B suæ fructum militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepat: nec alii debitam sibi alter audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægravari: & quos sibi ingeri ex transverso agnoverint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere judicium.

VI.

Abstineatur etiam ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui sit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur: sed irreprehensibilis, & qualem elegit apostolus, fiat. C Per Moysem dominus præcepit: *Virginem accipiat sacerdos uxorem.* Subsequitur & supplet apostolus, eodem locutus spiritu, unius uxoris virum debere episcopum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes: & si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam stare non possunt: nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quamvis latere se æstiment, qui ' taliter pervenerunt. Ut nulla religionis reverentia obscuritate fuscetur, non sit vana gloriatio palliatis: episcopalem morem qui episcopi sunt sequantur.

Levit. 21.

1. Tim. 3.

' aliter

VII.

Daniel, ut diximus, qui accusationem pontificali honore subterfugere posse se credidit, & D ad fastigium tantum accusatores suos latendo pervenit, a sanctitatis vestræ cœtu interim se noverit segregatum: qui se nostro judicio debet objicere, si conscientiæ suæ novit confidentiam 'se habere.

' obtinere

VIII.

Massiliensis vero ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur, quod dictu nefas est, in necem fratris sui taliter gratulatus, ut huic qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eo habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Data ' VIII. Kalendas Augustas", Flaviis Felice & Tauro v. c. consulibus".

' VII.
"abest, hoc prænomen in c Hard. Iust. & aliis
" Anno Christi 428.

Narbonensis & Viennensis ecclesiæ status unde turbatus fuerit?

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Narbonensis & Viennensis ecclesiarum in Gallia status turbatus erat. Emerserant enim novatores quidam, qui in vestitu clericorum novum usum inducebant, nempe ut incederent palliati, renibusque præcincti, eo quod dominus in euangelio suos admonuisset, dicens: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ,* &c. Hos Cælestinus hac epistola reprehendit, vetuitque ne novus atque diversus ab eo, qui hactenus usui fuisset, habitus clericorum induceretur, sed illum, quem a majoribus accepissent, retinerent, nec a peregrinis clericis peregrinum usum vestium acciperent; quod moribus quam vestimentis sacerdotalem decorem præ se ferre magis præstaret. Eosdem etiam redarguit, quod petentibus in fine vitæ pœnitentiam negarent: nec non quod ad sedem episcopalem laicos & criminosos provexissent, & quemdam Danielem contra jus ad episcopatum promovissent. Baronius anno 428. num. 17.

III. AD EPISC. APULIÆ ET CALABRIÆ.

I. *Quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare.*
II. *Quod non oporteat, clericis ecclesiarum contemptis, de laicis episcopos ordinare.*
III. *Quod docendus sit populus, non sequendus.*

Cælestinus universis episcopis per Apuliam & Calabriam constitutis.

I.

NULLI sacerdotum suos liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum possit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur?

Dist. 38. Nulli sacerdotum liceat. Canones clericis ignoscen...

II.

Audivimus quasdam propriis destitutas rectoribus civitates episcopos sibi velle petere de laicis, tantumque fastigium tam vile credere, ut hoc his, qui non Deo, sed sæculo militaverint, æstiment nos posse conferre; non solum male de suis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) judicantes, sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes. Quod numquam auderent, si non quorumdam ' illic his consentiens sententia conniveret. Ita nihil, quæ frequentius sunt decreta, proficiunt, ut hoc, quasi nunquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit, per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in dominicis castris ætatem, si qui his præfuturi sunt, ex laicis requirantur? Qui vacantes sæculo, & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpopero in alienum " honorem ambiunt " immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus, calcata reverentia ecclesiasticæ disciplinæ, transire. Talibus itaque, fratres carissimi, qui juris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obviemus: hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & sinat fieri, unde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

De laicis non fiant episcopi.

' illiciti

Dist. 61. Quid proderit per...

" ordine

III.

Docendus est populus, non sequendus. Nosque (si nesciunt) eos, quid liceat quidve non liceat, commonere, non his consensum præbere, debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram apostolicæ sedis minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, E per severitatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ propriis rectoribus carent, ecclesias volumus innotescat, ut nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data XII. Kalendas Augusti, Florentio & Dionysio viris clarissimis consulibus".

Dist. 62. Docendus est populus.

" Anno Christi 429.

IV. AD CYRILLUM.

LITTERÆ quas sanctitas tua per filium nostrum Possidonium, &c. *Extat infra in actis concilii Ephesini, part. 1. cap. 15.*"

"Tom. I. pag 345.

V. AD CLERUM ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANAM.

Ad eos, qui faciunt ecclesiam, mihi locuturo, det apostolicus, *&c. Extat infra in actis concilii Ephesini, cap. 19. estque alterius translationis. Principium ejus hoc erat alias.* Verba mihi ad eos facturo, *&c.*"

VI. AD NESTORIUM.

Aliquantis diebus vitæ nostræ post nefandum, *&c. Extat infra in actis concilii Ephesini, part. 1. cap. 18. Erat alias ibidem alterius translationis. Incipiebat sic:* Post impium illud profanumque."

VII. AD IOANNEM ANTIOCHENUM EPISCOPUM.

Optaremus quidem sicuti una est deitatis essentia, ita inter omnes, *&c. Extat infra in actis concilii Ephesini, part. 1. cap. 20.*"

VIII. AD SYNODUM EPHESINAM.

Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum, *&c. Extat in" actis concilii Ephesini, Actione II. Fuitque olim alterius translationis hoc principio.* Sacerdotium Spiritus sancti præsentiam declarat.

IX. AD THEODOSIUM.

Commendatur pietas Theodosii.

Cælestinus episcopus Theodosio Augusto.

Sufficiat licet, quod solicitudo" vestræ clementiæ circa fidei catholicæ defensionem, cui pro Christi Dei nostri amore, qui vestri imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram immaculatamque eam, pravorum dogmatum damnato errore, servatis; in hoc semper munimen vestri constituentes imperii, scientes regnum vestrum sanctæ religionis observantia communitum firmius duraturum: sed huic cælesti curæ vel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus, & huic synodo, quam esse jussistis, nostram præsentiam in his, quos misimus, exhibemus; pietatem vestram sub divini obsecrantes obtestatione judicii, ne quid turbidæ novitati licere vestra mansuetudo permittat, neve facultas aliqua his, qui divinæ majestatis potentiam in humanæ disputationis rationem arctare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, tribuatur.

Major vobis fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro pace ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quæ Deo sunt cariora serventur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria suæ prosperitatis implevit. Moyses populi liberator, zelum domini contra eos, si quos a Dei cultu recessisse probarat, armavit. David regem sua præcepta servantem, in regno, ut ille inimicos suos subderet, dominus custodivit. His, rogo, exemplorum vallati præsidio, fide, observatione, virtute, universalis ecclesiæ in Deum nostrum pissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vendicet, custodite. Pro vestri enim imperii salute geritur, quidquid pro quiete ecclesiæ vel sanctæ religionis reverentia laboratur. Hæc, gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste (quia in vestro corde esse novimus, Deum illic inesse non dubium) Augustis etiam auribus per fratres & coepiscopos meos Arcadium & Projectum, & compresbyterum meum Philippum, quos misimus, intimamus: hoc a pietate vestra suppliciter deposcentes, quod vos habere credamus in votis, ut quod a Deo petitis, hoc in fide ipsius causa præstetis. Data Idibus Maii, Basso & Antiocho consulibus." "Anno Chr. 431.

X. AD CYRILLUM.

Commendatur studium Theodosii ergà religionem.

Cælestinus episcopus Cyrillo episcopo Alexandrino.

Intelligo sententiam sapientissimi Salomonis" impletam: non enim aliter quam sitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per literas tuæ dilectionis accepi, quæ nos invicem nostri consilii participatione conjungunt. Indifficulter est ecclesiarum & catholicæ fidei speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianissimos principes sic videmus. Non est inefficax in divinis maxime causis cura regalis, quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breviter responsum tuæ reddimus sanctitati. Etenim quæris utrum sancta synodus recipere debeat hominem a se prædicata damnantem; an quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret? Super hac utique consultatione communi communem dominum consulamus. Nonne nobis respondet illico per prophetam, *mortem se nolle morientis*, & per apostolum Paulum, *omnem hominem velle salvum fieri, & venire ad scientiam veritatis?* Nunquam displicet Deo accelerata in quocumque correctio. tuæ sit hoc sanctitatis, cum venerando fratrum* concilio, ut orti in ecclesia strepitus comprimantur, & finitum, Deo annuente, negotium votiva correctione discamus.

Prov. 25. "Tomo III. pag. 621. C. sub finem Actionis secundæ concilii Ephesini.

Ezech. 33. *1. Tim. 2.*

* consilio,

Conventui autem nos deesse non dicimus: neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos ubicumque positos, fides tamen una conjungit. Nolo nos corpore isto censerit, cujus præsentiam apostolus assignat infirmam: illic sumus; quidquid illic pro omnibus agitur, cogitamus: spiritualiter agimus, quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicæ, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere, forsitan deesse videamur. Nam etsi & nobis sustinentibus uvam, spinas sibi addiderit: impleatur, manentibus statutis* prioribus, sui fructu judicii: colligat quod sulco diabolico seminavit, non nostro consilio, sed se periturus auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam se medicum cognoscat oblatum. His autem, quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos si scripta direxerint, pro qualitate rerum eis nos respondere necesse est: in quo negotio nemo subrepet, quia tota cautione tractatur. Data Nonis Maii, Basso & Antiocho viris clarissimis consulibus." *Anno Chr. 431.

Studium & vigilantia Cælestini.

1. Cor. 10.

XI. AD EPHESINÆ SYNODI PATRES, ESTQVE ENCYCLICA.

Cælestinus episcopus sanctæ synodo apud Ephesum constitutæ.

"Tomo III. pag. 1060. B cap. 20. Partis III. concilii Ephesini. TANDEM malorum fine" gaudendum est. Tandem nobis omnibus in commune dicendum: *Dextera tua, domine, glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos.* proprie namque ipsi confracti sunt, quando *iniqua loquentium*, dicente David, *os videamus esse obstructum.* Hujusce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores, defensores nobiscum videmus fuisse fidei * sacerdotes, qui convenientes in unum, & secundum apostolum, *non quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Iesu*, negotium domini minus egistis. Apud vos ergo de vestra loquimur sanctitate, quorum in omnem terram sonum gaudemus exisse, cum & in finem ejusdem orbis prædictæ veritatis a vobis verba venerunt. Deus noster non patitur latere quod præstitit, quia nunquam beneficia superna celantur. Ita namque fit, ut tanto munere innotescente cælesti, pro voluntate divina (sicut scriptum est) *omnis homo salvus fiat, & veniat ad scientiam veritatis.* Loquor ergo * victoribus, & qui in prælium solam contra hostem portaverunt *fidem, quæ*, Ioanne dicente apostolo, *vicit & mundum.* Vobis ejusdem proprie perscribo sermonibus, qui secundum divinam paginam, ut patres cognovistis quod ab initio est, & ut juvenes, dum fortes estis, & verbum domini in vobis manet, vicistis malignum, in talibus sociis gratulantes. De hoc eventu minime dubitamus: habuit animum nostrum fiducia sperandi, qui vobis videremus divinæ causæ pondus incumbere, quos bene admodum noveramus, secundum illud propheticum. *odisse congregationem malignorum, & cum impiis non esse sessuros.* Optime ergo hoc credidi, quia contra nocentes atque perversos (sicut supradictus ait) *innocentes & recti adhæserunt mihi.*

Exod. 15. Psal. 62. * fideles Dei, Philip. 2. Laudat studium patrum. 1. Tim. 2. * ego 1. Ioan. 5. Psal 25. Psal. 24.

De Nestorii depositione, & ordinatione Maximiani. Vna igitur eademque relatione per filios nostros religiosos & Deo amabiles viros Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum dejectionem justam, & exaltationem didicimus justiorem, illud quod in euangelio legimus, approbantes: Quia *Deus noster exaltat humiles; & potentes de sede deponit.* A qua sententia ille noster sapientissimus minime deviavit, qui ait, a Deo nostro humilium servatam memoriam, & perditam superborum: quod quando magis videatur impletum, quam nunc, cum salvator noster parans bnеemeritos honorare, ossa hominum sibi placentium dissipavit, & proviso pastore dignissimo, feralem lupum de ovibus suis immaculatus agnus ejecit? Legimus ejus a vestra fraternitate scripta primordia, nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis: assertio impendatur incertis, testimonium competita non quærunt. Bonorum hunc actuum palæstra semper exercuit: talem hunc didicimus, qualem in literis invenimus: talem certe (ut breviter dicam) qualem doctor noster esse præcipit sacerdotem, ut convenienter omnium judicio mereatur audire: *Ecce vere homo Israelita, in quo dolus non est.* Nonne laudibus in eum vestris ista conveniunt? Taliter denique, quæ dixistis, audistis. Talem successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas, ut locum suum nonnisi sui similis obtineret: etenim melius agimus, si abstinentes jam ab illius sacrilegi nomine, sedem vacasse dicamus. Actum est divino judicio, ut hunc ecclesia pro remedio mereretur. Denique discordiam tulit, & concordiam reddidit ordinatus. Quid non poterit præstare per tempora, cujus hoc primordia præstiterunt? Hæc de eo invicem dicimus, quem pax reparanda quærebat. Interfuimus, nec nos diximus absentes, cum ejus capiti verba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus divina lætitia salutaris: postremo, nemo illic catholicorum defuit, ubi omnes in commune vicerunt.

Luc. 1. Psal. 9. 33. & 111. Ioan. 1.

De Theodosii Augusti pietate. Lætati præterea sumus clementissimi de hoc & Christianissimi principis testimonio, cum epistolis dilectionis vestræ ejus sententiam videremus esse concordem. Nec mirum est, si cor regis, quod est in manu Dei, cum his senserit, quos ejus noverit sacerdotes. Itaque sermo regalis divinas res exequendo multiplicat * in Augusto: felix imperium, cui militat exetutio divinorum, nec hic minus felix, quem prædicat dominatio mundanorum: hoc testimonio dignus est, qui ordinandus probari, non qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale pervenit. Non hunc divitiarum gloria, non velut in potentia cupidum, qui solet inesse ambientibus, honorum saltus evexit; suffragio pauperum, quibus fidelis servus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia domini sui constitutus est bona, & tamen etiã si desiderium fuit episcopatus, nonnisi propter opus bonum (sicut ait apostolus) concupivit: ita Deus noster, & quid velimus, & cur velimus, attendit. Quis dubitet, posse magis agere præsidentem, quod potuit exercere subjectus? Exosus & blasphemus istud officium non poterat habere, id est, corporum curas, qui nitebatur animas vulnerare: facta est ruina ejus magna, tam ruina magna quam prava doctrina. Nunc qui de præteriti emendatione gaudemus, cavere nos convenit in futurum, ne possint magis ac magis quę abscissa sunt pullulare: quia necesse est, quocumque pestis hæc loci sit, nostri corporis membra vexentur, & per patientiam nostram pejora prioribus nutrita videantur.

* militat Augusto. Matth. 24.

De Nestorio longius ablegando. Scripsimus clementiæ principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam revertisse, atque sibi illic, unde venerat, vivendi præstitam facultatem. Innocentum exitium est istud exilium. Aspiciamus diligenter quid illic possent parere, quæ illic sunt ante concepta. Non est notis suadere difficile: in oculis est ejusdem civitatis ecclesia, quæ per hunc periit sacerdotem: & tamen laboramus advertere quis cui fuerit causa peccati, nisi forte (quod pro quiete ecclesiarum dicimus) deceptum se ille demonstret, deferendo damnatum. Sed quis illic speret aliquem posse corrigere, ubi arcem tenere videat perversitatis auctorem, ubi colatur ab omnibus exulatus? Magna illic est (quod lugentes dicimus) desperatio sanitatis, ubi (sicut Isaias dicit) *omne caput in dolore, & omne cor in mœstitia a pedibus usque ad caput.* Quando ibi membrum aliquod habere poterit spem salutis, ubi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fratres carissimi, elaborate, obsecro, ut vere tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit: sola decet

Isa. 1.

cet tales homines solitudo: ubi enim debet hic A invenire solatium, qui sic tractavit ubique regnantem?

Peracta est a vobis totius summa negotii: agendum nunc est quod instat & restat, ne sit in vacuum laboratum. Longius quidem sumus positi; sed per solicitudinem totum propius intuemur. Omnes habet beati Petri apostoli cura præsentes: nos ante Deum nostrum de hoc possumus excusare, quod scimus: nam quamquam hæc quæ loquimur, sanctitas vestra tacuerit, agnoscimus tamen omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur causæ finis, qui superest, actibus vestris, quæso respondeat: B quia nolumus in modico vos deesse, qui maxima peregistis. Adjutorio apud reges terræ his estote quæ scripsimus: norunt & ipsi quid suis debeant præstare temporibus: sciunt quod catholicæ fidei fundamento sua regna subsistant. Puta"ab heredibus sanctis paternæ & avitæ credulitatis vena servatur; fluit ab illis incorrupta per posteros, nec hanc in his aliquis unquam limus infecit: custodit fortis, cui fidelis est cursus exordium; cum id quod in origine acceptum est, videtur in prole.

Canem & operarium malum pariter persequamur: facite præsentes, quod hortamur absentes: nam cum hanc curam generaliter om- C nibus debeamus, præcipue tamen nos convenit Antiochenis præcipitantibus subvenire, quos pestifer morbus obsedit. Absolvamus modis talibus civitatem, in qua (sicut Actus apostolorum loquuntur) dictos primum legimus Christianos: omnibus virtutem præstemus, quibus secundum religionem debere nos novimus quod vocamur. Hanc autem solicitudinem nostram præsentes probarunt Deo amabiles filii & carissimi atque animis nostris acceptissimi Ioannes presbyter & Epictetus diaconus, quos reversos ad vos festinato remisimus, solicitius hoc agen- D tes, ut quos diebus dominicæ nativitatis accepimus, resurrectionis dominicæ tempore redderemus.

De his autem qui cum Nestorio videntur parum pie consensisse, atque se socios ejus sceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos vestra sententia, tamen nos quoque decernimus quod videtur. Multa perspicienda sunt in talibus causis, quas apostolica sedes semper aspexit. Quod loquimur, Cælestianorum testantur exempla, quod spem de synodo hucusque gesserunt. Habent, si resipiscunt, copiam revertendi: quod his solis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreseos omnium fra- E trum constat subscriptione damnatos. Per Dei namque misericordiam aliquos ex eorum numero ad nos jam rediisse gaudemus. Quod hoc consilio factum est, ut quos conscientia mixta non poterat, saltem sententia separaret. Hoc, moneo, vestra fraternitas sequatur exemplum: sit caput sceleris cum his, quos synodalia loquntur statuta, damnatum; reliqui quos cum hoc sentientes in communione ecclesiastica non habemus, in civitatibus suis & se in nostro collegio noverint non futuros, nisi secundum ecclesiasticum & Christianorum principum constitutum, damnata hæresi cum auctoribus sociisque damnatis, se profiteantur catholicos sacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus custodiri, qui subripiendum ex ecclesiasticis causas a Christianis principibus crediderunt, & alio ordine rursus ecclesias occuparunt.

Antiochenum vero, si habet spem correctionis, episcopum a vestra fraternitate volumus conveniri: ut nisi quæ sentimus senserit, novellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque ecclesiam, quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare. Credendum tamen de divina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malorum caput & causa auferatur. Data Idibus Martii Aetio & Valerio consulibus."

De Ioanne episcopo Antiocheno.

" Anno Chr. 432.

XII. AD THEODOSIUM IUNIOREM.

Cælestinus episcopus Theodosio Iuniori Augusto.

CAUSIS suis" divinam providentiam præstitisse quod sperabamus, agnovimus: nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare fidelium, regnantibus vobis, quam id quod evenisse gaudemus, ut prædicatio in Deum impia concideret, & cum suo auctore novi dogmatis damnata pravitas deperiret. Illata quidem fidei bella sunt, & regis æterni sacrilegis verborum jaculis nativitas appetita; sed vos Christo Deo nostro auctore regnantes, hostes impios fidei vestræ virtute vicistis, cælestem revocantes triumphum, per quod religioso munimen in perpetuum præstetis imperio. Vere enim prophetica gloriæ vestræ vox convenit, & regnum vestrum dici potest regnum omnium sæculorum, quod defensæ fidei meritis propagatur, & crescente sanctæ religionis observantia, Christianæ insertum reverentiæ semper augetur, gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste. Ecce nunc domus domini orationibus vacant, & vestrum per omnes ecclesias Deo nostro oblatis sacrificiis commendant imperium. Nihil, amoto perturbatoris ausu, scandalis licet? pestifer ulterius animas hominum sermo non vulnerat; salutem omnibus suarum animarum, dum universali ecclesiæ consulitis, reddidistis. Hæc est vestra prædicandi regni vestri clementia, per quam non terræ, non provinciæ, sed omnium animæ sunt defensæ. Imputabitis hanc omnino victoriam, quam non bellis, non gladiis; sed sola devotione, qua Deo estis dediti, conquisivistis.

"Tomo III. pag. 1072. C. cap 2. Partis III. concilii Ephesini.

Manet hic vestræ gloriæ titulus, & manebit, ut nulla illum ætas, nulla vetustas aboleat: æterna enim sunt, quæ æterni regis amore præstantur. Sic Abrahæ fides sæculis durat. David regis meritum Dei zelus fecit esse perpetuum, cum inimicos Dei suos credidit inimicos, & odisse quos Deo odibiles approbasset. Elias etiam propheta falsa prophetantes non fuit contentus refellere, sed etiam in illos voluit vindicare; ut eos persequendo perderet, quos in perditionem niti sui populi pervideret. Par tibi cum illo gloria. Ille falsa prophetantibus restitit: tu falsa docentibus. Ille mentientes in Deum prophetas persecutus est: tu de Christo Deo nostro prædicantes impia abigis sacerdotes. Ille tantum vindictæ intentus est: vestra pietas sic impia vindicat, ut quæ sunt religiosa defendat: nec enim sufficeret abegisse morbos, & pestilentiam repulisse, nisi & salubres auras redderes, & vitalem infectis substantiam ministrares, talem illi ecclesiæ constituendo pontificem, qui olim hoc se dignum fastigio omnibus, quibus notus est, approbasset. Fert illiac si sui corporis parti

Quomodo regnum Theodosii sit futurum perpetuum.

parti Romana testimonium, quæ hunc semper A inter suos habuit & numeravit, ecclesia: ferunt suorum merita, quibus sancte adhæserat, decessorum. Ita enim reverendissimæ memoriæ viro Attico catholicæ fidei propugnatori fortissimo mente pariter & officio cohærebat, ut jam tunc futuri in eodem episcopatus insignia prælucerent.

De Maximiano electo episcopo Constantinopolitano.

Sed sit hoc arcano divinæ majestatis arbitrio, ut in posterum quæcumque sunt meliora serventur, & ad quietem per aliqua turbatorum scandala veniatur. Debitum est fratris mei Maximiani episcopi gloriæ, ut aliquem illi prælatum B fuisse in hoc quod sustinuit, civitas pœniteret, & nunc electo eodem illi se integritatem fidei debere sentiret. Sed huic tantæ pro suo merito illius ecclesiæ sacerdoti electo taliter, & consensu sanctæ congregationis, quæ interfuit, ordinato, ad componendum ecclesiæ statum, & omne vulnus pravæ hæresis radicitus evellendum, ne audeant quæ abscissa sunt pullulare, obsecramus & poscimus sub illius invocatione quem colitis, fidei vestræ, ut consuestis, arma præstetis. Nunc enim est omnis opponenda custodia, ne rapax lupus ab ovibus domini gregis, cum sævierit, exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perveniat animarum, effossis qua potest parte cuniculis. Nec enim potest quiescere, cum prædæ C suæ rapidus cupiat incubare. Munimen sanis, remedia præbete sanandis, vallate muris vestræ fidei religionis catholicæ veritatem, per quos & credentes muniti sint, & tanti sequaces erroris non audeant introire. Hic enim plenus victoriæ vestræ fructus est, nihil relinquere, quod rursus Dei ecclesia debeat formidare. Quem igitur universorum ejecit sententia sacerdotum, in prædicatione sacrilega perdurantem, cum vestra clementiâ ab omni societate removeat, ut facultatem aliquos perdendi non habeat.

Legati Romam pervenerunt die Natalis domini.

Religiosos vero filios meos Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum tantæ rei nuntios cum totius ecclesiæ gratulatione suscepimus; & D lectis in totius congregationis Christianæ plebis apud beatissimum apostolum Petrum vestræ pietatis apicibus, Deo nostro pro vobis vota persolvimus. Ita enim ad nos, agente domino, pervenerunt, ut ad eum diem, quo celebrabamus Christi Dei nostri Natalem secundum carnem, cui quæstio inferebatur, concurrerent, & impietatem conjunctim universa congregatio confutaret.

Possessiones Asiæ a Proba relictas commendat.

Causæ fidei congrue & ecclesiasticæ & pauperum utilitatis causa subjungitur; ut qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. Illustris & sanctæ recor- E dationis Proba possessiones in Asia constitutas longa a majoribus vetustate sic reliquit, ut majorem summam redituum clericis pauperibus & monasteriis annis singulis præciperet erogandam: sed hæ possessiones ibidem constitutæ in damnum pauperum, hujus negligentia (ut gravius nil dicamus) qui his præfuerat, ea sunt ratione tractatæ, ut non solum consueta non solverent, verum etiam subreptitia impetratione earum justum dominium violetur. Rogamus pietatem vestram, ut religiosæ & illustri domui & ecclesiæ id pro clementia vestra præstetis, ut omnis ab his insidiantium inquietudo discedat, ut tam ecclesiæ quam suis dominis sit tuta possessio. Quod inde alimoniæ pauperum acquiretur, vestrum esse credetur. Data Idibus Martii, Flavio Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus."

" Anno Chr. 4[...]

XIII. AD MAXIMIANUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

Cælestinus episcopus Maximiano episcopo Constantinopolitano.

VIDIMUS & amplexi sumus" frater nitatem tuam in literis tuis, talemque sanctitatem tuam, qualem noveramus, inspeximus; simplici scilicet puritate gloriosum & mentis fulgore potius quam honore perspicuum; quem in se atque in statum suum illa, de cujus fide semper gloriabamur, ecclesia, quæ nunc te præsulem divino judicio, postquam illum qui eam obsidebat ejecit, accepit. Sume gubernacula notæ tibi navis, eamque, ut didicisse te ex tuis prioribus novimus, rege. Obsiste undis, quas ille ventus, qui & a navi vectores abegerat, sed omnibus inimicus excitavit, omni eam laterum cupiens compage dissolvere, ut rapidis eam posset vorticibus devorare; professus falsum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, ut videretur regere, quos perdere nitebatur. Adhuc te excitatæ ab eodem undæ circumsonant, & elati fluctus vel procellæ solicitant: resiste pervigil, & commissæ tibi navis magister, saluti commissorum tibi qua potes cura succurre. Fac quietum mare esse quo navigas: fac tua arte tutam navem post eas tempestates, quas sustulerat, quam gubernas. Illum sequere piscatorem, qui maris aquas pedibus, ut ad Christum dominum nostrum, quem ambulantem in mari viderat, posset pervenire, calcavit.

"Tom. [...] pag. [...] cap. [...] Partis [...] concilii [...] phesini

Exhortatur sequi majorum vestigia.

Sequere priorum, a quibus eruditus es & nutritus, exempla pontificum, beatissimi Ioannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem; ut de illa (ut solebamus) gratulemur ecclesia. Congrega sparsos, piumque animum, qualem te habere novimus, in eos quos dissipaverat perturbator exerce. Congrega populos tuos ad matris suæ ubera: revoca quos imbibito veneni sapore abstraxerat inimicus. Confirma in fide quos videris appetitos, cura quos inspexeris vulneratos, remove qui non sentiunt medicinam: interdum enim dolor tollitur, & cum ea quæ sunt noxia præciduntur, salus reliquis præparatur. Latus campus est, frater carissime, in quo gloriam & vigilātis pastoris & benigni sacerdotis exerceas, & sapore mentes Christianę salubritatis infundas: ut plus in reparando potuisse te liqueat, quā ille potuit in lædēdo, qui imitator diaboli maluit esse quam Christi, perturbans omnium ecclesiarum quietem, cui nunc debemus operam in commune pręstare, ut omnium una fides & unus sit animus sacerdotum. Teneat manus tua dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, ut a frumentis paleæ separentur, & omne, juxta mandatum Christi Dei nostri, horreis triticum aggregetur. *Luc. 3.*

De repellendis Pelagianis.

Locum impietas novella non habeat, & compresso olim per totum orbem sua damnatione noto Cęlestiano errori a tua vigilantia resistatur; ut quicumque hujus dogmatis sunt sequaces ab omni societate hominum repellantur. Obsistat illis per te Spiritus sanctus his in omnibus qui ad has quascumque conantur provincias pervenire, ne eorum impia prædicatio resurgat. Obsistite

ſtite eis: ita enim, ut damnentur quocumque perveniunt, innoteſcunt, & tamquam non illis ſententia toties repetita ſufficiat, longinquas terras remotaſque provincias inquietant: ſed eos ille perſequitur, cujus fidem ſua pravitate perſequi nitebantur. Sed quo ſe abſcondant, ad quas latebras confugiant, ſuâ ſe impietate prodentes, * non poſſunt. Filios vero noſtros religioſos viros Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia ſuſcepimus, & cum majore gratulatione remiſimus. Data Idibus Martiis, Flavio Aetio & Valerio viris clariſſimus conſulibus."

XIV. AD CLERUM ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANAM.

Cæleſtinus epiſcopus clero & plebi conſiſtentibus Conſtantinopoli.

EXULTATIO matris" eſt congregatio filiorum: denique lætatur eccleſia, ita ſe filios, quos diabolus diſperſerat, iterum congregaſſe, ut ex his, niſi filius perditionis, nemo ſit perditus: quia eum filium ſuum nequaquam pater agnovit. Illum namque ex quo erat (ſicut legimus) imitatus, vobis legitimis Dei filiis hereditatem conabatur auferre, quos dicente apoſtolo, *pro fide veſtra & hæredes Dei, & Chriſti noſtri futuros credimus coheredes.* Non ergo ei palmam de his referre permiſſum eſt, qui de ipſo magis per arma fidei triumpharunt: victores vos, imo communis regis de hoſte victoriam loquitur tyrannus excluſus: vicit in vobis, cujus incerta ferri divinitas putabatur. Separetur*pravitas, quæſtionem dixerim, quam ſibi unuſquiſque bene credens debet ſimpliciter aperire. Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumque diſcutere qualiter venerit ſubvenire? Non fuit difficile Deo po..e quod voluit, cum dignatus eſt liberare, qui potuit. Sed unde illi peccatori in tanta caligine ſua lumen non videre? Unde terrenis argutiis in ſuperioribus poſitam colligere veritatem? Hæc in tenebris ſuis videre non poſſunt, qui lucernæ illius verbum neſciunt, quod eſſe lumen ſemitis ſuis David propheta teſtatur. Cum quo pſalmographo (ut ſupra diximus) *matrem lætantem*, in uterum ſuum, quem diſſipatio hucuſque ridicula & blaſphema turbabat, reverſis filiis, cantare delectat: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus: mihi namque ex parte maxima, venerandæ Trinitatis auxilio, eccleſiæ univerſalis quietem & ſummam præſentium vendico gaudiorum, quem nunc uſque omnes ſcandalizabantur, urebant, & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum.

Meminit caritas veſtra, apud vos mihi dudum de patientia fuiſſe ſermonem: jactavi quæ debui ſemina ſacerdos in animo Chriſtiano, nec me in vobis ſeges expectata decepit: quid enim patientiæ veſtrę meſſis intulerit, ipſis fructibus approbatis. His invidens ſeverat periturum zizaniam intra aliquanterum mentes agricola periturus; ſeverat longe aliud, quam acceperat ſeminandum, vel invenerat ſeminatum. Habemus certe fidei veſtræ ſemina, quæ ipſius domini ſermo vel apoſtolorum doctrina jactavit: quæ quoties iſta contingunt, non ea terra quæ ſuſcepit, ſed alia ſuperfuſa corrumpunt: nihil veſtræ ſimplici fidei meſſis domini poterit imputare, qui in euangelio auctorem zizanię interrogatus oſtendit. Illi tunc dixerint: *In bono ſemine unde zizania?* Nos dicamus: In tanto regno fidei unde perfidia? Reſpondemus tamen vobis ſermonibus Chriſti: *Homo inimicus hoc fecit.* Qualiter vos exercuit priorum palæſtra, doctorum fortitudo veſtrę mentis ..... adſtruxit; ipſis agnitionem debetis hujus erroris, quorum hic indignus laudibus fuit, qui bona tam glorioſa deſpexit; non partem columbæ ſimplicitatis, ſed in toto ſtuduit ſerpentis aſtutiæ. *Matth. 13. Ibidem.*

Nec mirum, ſi parans occidere ſimplices animos, eum ſuadendo ſecutus eſt, qui ſuadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepiſſe; hic inferre mortem nonniſi per verba tentavit. Non tamen impune ſuum eſt ſecutus auctorem, quando Iudæ epiſcopatum alter accepit. Iure utrumque tenet una ſententia; quia *in unum* (ſicut legimus) *ambo peccaverunt.* Sit licet uterque ante oculos noſtros ſalvatoris noſtri calumniator & traditor? tamen deliberare difficile eſt inter diſcuſſorem nativitatis, & mortis auctorem. Facti ſui videlicet vacuum ſtatim Iudam pœnituit, prævenit exitium oris ſupplicium proditoris: ille ſtatim laqueum, peccatum ſuum confeſſus, elegit; hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ergo perfidiæ huic dabo nomen erroris, non eſt error impietas omnis. Denique quoties eccleſiæ, vel ejus quieti diabolus invidus fuerit, intra eam nata contentio ſalvam ſervavit ipſius certaminis cauſam, quo proficiebat iſte conflictus, quo laborabatur, non ut religione quivis vinceret, ſed ut ipſa religio vinceretur. Meminiſtis certe ejus, quia neceſſe eſt meminiſſe blaſphemiæ: ſed jam oblivionem tantorum malorum volo ſanctis mentibus imperatam: ex animis, qui ſublatus eſt oculis, tollatur: tollatur, inquam, qui ſic vocatus eſt præcurſor inferni. Habuit crebras ſiniſter prædicator inſidias, *tetendit arcum ſuum frequenter* (ut legimus) & ore ſuo ſpicula venenata jactavit; neminem tamen veſtro in numero, quem feriret, invenit: retorta in ſe tela redierunt, poſtquam ſagittare in obſcuro rectos corde non potuit, & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum.

Comparatio Iudæ & Neſtorii. Act. 2. Malitia ab errore diſtincta. Pſal. 7. Pſal. 10.

Quæ nos de vobis in bello inteſtino poſitis cura atque ſolicitudo tunc habuit? In modum dierum duximus noctes, quia talibus cauſis omne tempus anguſtum eſt: non oculos ſomno declinavimus inquietes. Quem enim caperet dilectio dormiendi, ſic vigilante raptore, neſciebamus. Quis intra caulas timor? quanta intra ſepta formido? quoties luporum jejuna eſuries multa circuit, aditu quærit prædam, ſævit & abſentibus inconſummata pernicies. Quanta hic pro ſua cautione laude grex dignus eſt, quem non attigit ſecum raptor incluſus? Patet cauſa tuitionis hujuſce: in apertum eſt qui reſtiterit inimico. Intelligamus & fateamur omnes, quod vos ille tutatus eſt paſtor, qui in euangelio ſe dicit eſſe paſtorem: adfuit, nec vos deſeruit qui patiebatur in vobis. in hunc namque quotidianis acuebatur lingua blaſphemiis, in ipſum dentes ſuos impius tractator armabat; inani tamen ſemper eluſus eſt morſu, quando ejuſdem paſtoris virga vos conſolabatur & baculus, qui gregem ſuum etiam paſcendum tradidit iturus ad cælum. Hæc vobis hucuſque non mutata ſunt paſcua, eiſdem pabulis eſtis impleti, apoſtolico vos doctores & pio ſemper ſermone paverunt: verum noxia fuerat pro ſalubribus cibis eſca ſuppoſita, quando adverſarius eſurien-

Cæleſtini papæ ſolicitudo de eccleſia Conſtantinopolitana. Laudatur fides eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Pſal. 22.

esurientibus animabus mixtas spinas floribus A exhibebat: nec tamen fraus ista decepit vos, qui Christi suavis odor estis in domino, postquam vobis longe aliud oluit quam solebat: herbam mortiferi graminis horruistis, sepsistis aures vestras spinis, ne linguam nequam possetis audire. Non ergo pervenit ad sensum, quod offendit auditum: nec interiorem ferire potuit,
Gal. 2. quod exterior non recepit. Vitastis eum, *cui* (quantum didicimus) *& in faciem restitistis.*

Cyrillus laudatur a Cælestino. 1. Cor. 5. Vitastis quem à memoria digna sancta Alexandrina ecclesia secundum beati Pauli apostoli sententiam jam sciretis esse correctum: legistis namque & memoriter jam tenetis sacerdotis, B hoc est, catholici ad hunc scripta doctoris, quibus eum ita correptum, ut velit esse correctus, studuit; nixus est labentem revocare collegam, porrexit dexteram magisterii sui, in uno volens plurimis subvenire: percellebat animum veteris sacerdotis, quod nutat episcopus ruina
Psal. 33. multorum. Egit, sicut scriptum est: *Benedicam opus domini diligenter.* In nullo ei officio apostoli vir apostolicus defuit, obsecravit, admonuit, increpavit. At ille qui in profundum blasphemiarum suarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abusus hortatu, docilis esse renuit, cum doctor esse non posset: egit injuriis, tenacem recti esse perversitatis assertor gloriatus. Hinc nec contristatus est frater, secum C reputans, quod merito sibi converso non parceret, qui suo domino derogaret. Inventus est per diligentiam ille de euangelio frugi filius, & providus servus. Nam & paternam servavit substantiam, & auxit numerum talentorum. Nec duplicasse eum, sed multiplicasse dixerim sortem, quem videbamus etiam longe positis pio fenore subvenisse. O sanctæ prædicationis usura! quam hic gratiam ante communem dominum fidei negotiator inveniet, qui propter animarum lucrum negotium & illic exercuit, ubi talenta accepit? Nonne hic merito a patrefamilias
Matth. 25. auditurus est: *Euge serve bone & fidelis, in-* D *tra in gaudium domini tui?* Hæc huic competunt, qui illa quoque, quæ aliis sunt commissa, servavit.

In Nestorium. Quid ille auditurus est, quidve dicturus, cum a se commissæ sibi rei ratio requiretur, qui utique involuitur reatu, etiamsi vobis per alios perditis, esset ipse servatus? Nostis profecto pro vestra eruditione, quæ pœna negligentes maneat
1. Tim. 3. sacerdotes: quippe quos apostolus præesse etiam
1. Reg. 4. domibus suis jubeat diligenter. Heli sacerdos denique per se inculpabilis divinam per filios incurrit offensam: offendit pontifex pater, offen- E dit potestas & pietas. Si igitur ille cum præsumptionem filiorum non refrenat, incurrit: quanto magis hic dominum, dum nec ipsi parcit, offendit? Non hunc desidem, non hunc dixerim negligentem: habuistis hominem sermonis assidui, atque (apud expertos loquor) habuistis vigilem * perditorem.

* proditorem,

Studium apostolicæ sedis in curando Nestorio. Nec tamen beatus Petrus apostolus deserit tam graviter laborantes: nam cum separari tale membrum de ecclesiastico corpore horrens omnibus putredo suaserit, cum ferro obtulimus & fomentum. Sed ille abusus nostro studio, quo illum sequimur qui nec de pusillis aliquem vult perire, mortem desperatus optavit. Denique &
Galat. 5. medicinam respuens, elegit abscindi; tulit de se apostolicum, vel hoc nobiscum sentiens ipse judicium, ut abscinderetur, qui nos contristabat, & volebat convertere euangelium Christi. Nulla suo vitio languenti medico (ut diximus) arte defuimus. Non factum est nostræ celeritate sententiæ, ut esset nobis publicanus aut ethnicus.
Luc. 18. Scimus qualiter & quoties hos qui ad hæc tendunt scriptura jubeat conveniri; quod nunc quoque videtur impletum. Dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit; dehinc pertinax uno & altero, imo & multis testibus conventus est: consequenter ab universali ecclesia, nostro quoque sermone correptus. Nihil præcox, cum eo nihil in hoc egimus immaturum, quem diuturnæ constitutionis servatus ordo damnavit. Non potuimus ultra differre; ne (sicut scriptũ est) *cum furante currere videamur,*
Psal. 49. *& cum adultero fidei nostram ponere portionem:* maxime quando oculus scandalizans jubeatur
Matth. 5. auferri. Ad hæc ille compendio toties oblata remedia, campum ad certamen exposcit: sacerdotale postulat, cui non erat interfuturus, examen, egressurus ad bellum, castrorum dux hostem professus, & doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ, cum non tam profectus quam videtur expulsus.

De Nestorio subterfugiente judicium. Non quæro qualia tunc ad dominum vestra vota fudistis, cum exitus doceat quid potueritis optare. Nec nos gestarum rerum putetis ignaros, quarum nobis ordinem sancti fratris Cyrilli relatio patefecit. Admonuit hominem, quem nunc inexcusabilem faceret ex more conventio: adesse contempsit. Quis petitorem synodi synodo crederet defuturum? perculsa est illic falsitatis levitas pondere veritatis: nec se ausa est fulgori radiantium sacerdotum latitantis perfidi caligo obscurare: lucem tenebræ fugerunt; quia societatem legimus his esse non
2. Cor. 6. posse: invicem se contraria semper offendunt. Vbi est quod sibi dictum est, *quod loqueretur in lumine, & supra tecta, quod audiret in auribus,*
Matth. 10. *prædicaret?* Sed si idcirco volens præsens latere, ut ferendam sententiam verecundia, judicante conscientia, præveniret; lucernam suam cur voluit habere sub modio, si eam bene putabat accensam? Toto sancto conventui lucere debuit, ut habere lumen omnium lumine probaretur.
Ioan. 3. Non fallit divina sententia, quoniam *qui in tenebris sunt, lucem videre non possunt.* Mansit absconditus, ut vitando sacerdotale collegium, ipsi renuntiaret quodammodo dignitati. Sic se ille
Gen. 3. primus homo Adam peccati sui conscius ante faciem domini nudus occuluit; & qui non in eum, sed in ejus mandata peccasset, expavit illam quam contempserat vocem, & timorem deceptus incurrit, postquam simplicitas fiduciam vitio prævaricationis amisit. Nam facit dubitare de crimine confessio latebrarum: nemo se in caussis gravibus innocenter abscondit. Sic ergo illius nostræ mortis auctoris, perdito honoris & gloriæ vestimento, secutus exemplum, merito hoc cum primo nomine Adam fecerit, qui deitatem Adæ novissimi sic negavit.

Non fuit ante oculos tantorum vexatio sacerdotum, non congregatum ex omni pene mundi parte concilium: abfuit ab his, cum quibus se esse nesciret. Quid illi profuit hoc vitasse? refugere voluit, quos effugere non dabatur. Qua enim ratione possit evadere, persequente eo, cui se nullus abscondit? An quia talibus sociis usus est, sine peccato se existimans, negare indignatus quod propheta clamavit: *Quo ibo a facie tua, & ab aspectu tuo quo fugiam?*
Psal. 138.

giam? Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero in infernum, tu ades. Ille clamat latebram suis deesse peccatis, nec a Deo posse celari. Ille enim fatetur ubique præsentem, quem hic conatur asserere intra uterum defuisse susceptum. Tandem in sacerdotibus suis sanctis, sicut semper, Spiritus vivens unus in omnibus statuit quod omnibus subveniret, nulla de putredine, nulla de vulnere nascente suscepit; quia diligenter amputatum est, quod manus spiritualis abscidit.
22. *Ejice*, (inquit Salomon) *de concilio contentiosum, & exiet cum illo discordia.* Secum scandalum suum, quod intulerat, amputavit; quia a-
b. 15. pud vos quod invenerat, hoc reliquit. *Non poterat,* loquente domino, *eradicari plantatio quam plantaverat Pater,* & quæ in eo uberem fructum probaretur afferre: servavit vineam suam dominus Israel: domus ejus est vinea domini; & ideo mirandum non est, si furem domus ejus
120. evasit, cujus legimus nec dormire nec dormitare custodem.

Quid aget impius pertinax? quid sibi spei, quid permansit auxilii? non habet locum veniæ, cui scriptum quod nec hic, nec in futuro possit ignosci. Inclinatur omnis elatus, contra exaltationem parit humilitas Christiana: quia hunc
ult. ipse, qui supra eum requiescit, exaltat. Illius per
100. prophetam verba sunt: *Non habitat in medio domus meæ faciens superbiam,* qui per apostolum promittit se stultam mundi sapientiam perditu-
. 1. rum. Audiat nunc a nobis, quod Paulus tunc,
26. & cum jam prædicaret, audivit: *Ad insaniam multarum pervenit itinere literarum.* Absit tamen ab eo hujus exemplum. Non enim quod de doctore dictum est, dignus est audire indoctus. Cur præterea contra vas abjectionis vas electionis vocemus in medium? cum ad exprobrandum* hunc, ille sufficiat, quem in cruce cum
prii ex Christo post scelera tanta pendentem, supplicii
nis beneficium fecit dominum confiteri: sui ab eo
ffione memoriam poscit in regno; hoc brevi sermone
gutio. diluit quidquid admisit, criminibus temporum temporis puncto subveniens: nec moratur præmium confitentem, statim ejus remuneratio & vicissitudo respondit, qui libenter excepit ho-
13. ra ad se quacumque conversum: *Mecum* (inquit) *eris in paradiso.* promittit ei futuram so-
10. cietatem, qui secum præsens jam pateretur. *Ad justitiam corde credulitas, ad salutem facta est ei ore confessio.* Exclamare hic in tantam contrarietatem rerum pariter & flere debemus: Nefas
it est, hoc episcopum, quod latro* potuit, non invenire.

O fidei & perfidiæ præmium! o judicia Dei abyssus multa! latro paradisum meruit, & sacerdos exilium. Habemus tamen hujusce rei veros interpretes: hunc ille positus inter tormenta cognovit, quem hic positus in honore nesci-
48. vit. Nonne hoc illud est: *Et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus?* Quid est aliud intellectus & judicium, nisi scire sapientiam & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ? Illa est vera sapien-
1. tia, quæ, ipso Salomone dicente, *de timore domini sumit exordium:* quam se inter perfectos
7. 2. loqui beatus apostolus affirmat, cum non tam grave est, quod eam tunc minime mundus agnovit, quam quod nunc episcopus ignoravit.

Hoc loco utar domini nostri per Ieremiam
. 2. sermonibus: *Cultores legis meæ nescierunt me, & prophetantibus iniquitatem prophetis, plauserunt*

A *manibus sacerdotes.* Et per eumdem alibi: *Sacerdotes mei sacrificaverunt mihi ficte.* Vtebatur tamen defensione & laude gentilium episcopum talem nunquam fuisse testantium. Vere & hæc probabiliter loquebantur: nam quando potuit episcopus inveniri, qui Christianus esse nesciret? Ideo tamen non inimicus iste probatus est, quia nunquam displicent hostibus proditores. Audivimus hunc agentem contra legem, & iniquum quæ sint solatia prosecuta: adfuerunt inter alios nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii, quos Hymnidici nostri persequitur manifesta sententia: jamdudum quippe *inimici Dei disperguntur, & pereunt qui operantur*
B *iniquitatem:* sicut idem dicit: *Velut cibum panis plebem dominicam devorabant.* Habuit ergo secum sui magistros exilii: habuit hujusce rei perfectos tiro doctores: nam separare difficile est, quos scelera sola junxerunt; qui majore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis est? nempe ille quem legimus: *Irritavit in illo dominus, & erunt post hæc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum.* Sed quid diutius immoramur? fastidium forsitan faciat sermo prolixior: dimittamus mortuos sepelire mortuos suos.

Audite nunc & capite simplicis verba doctoris: audite ab eo quæ a majoribus nostris nobiscum positus frequenter audivit: audite certe
C semper audita, nec studio novitatis inventa. Nostro vobis loquitur ore collega, quia una fides necesse est * unite prædicetur. Non hic in ejus persona alicujus testimonium mutuatur: a nobis datus est: qui est electus ex nostris, non est incognitus, non aliunde deductus: habuistis laudabilem de præsenti judicio suo: fama dudum decepit absentes: plura de eo loqui cautio est; quia opera supervacua est nota laudare. Nunc tamen vos nostris propriis sermonibus decet cavere commonitos. Nemo in vobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra & angularis lapis ille construxit. Ædificate super hoc, catholici, quod soletis; didicistis quid sit superædificare quod ardeat: hoc detrimento illud pensabi-
D tur, cum opera singulorum probare cœperit ignis examen. Gaudeo vos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fenum, sed illas imposuisse divitias, quas architectorum sapientium præcepta mandabant imponi. Bene manebitis, quia tam solicite fabricatis: habitaculum magnum tales pollicentur expensæ: auro, argento, & lapidibus preciosis illam vobis, quæ æstimari non potest, construitis mansionem. Nullo precio taxantur æterna; quippe quæ non injuria, non vetustate solvuntur, quæ jam ab institutione mundi justis dominus præparavit.

Confortentur manus fidelium fatigatæ: *labantia,* hortante propheta, *genua roborentur:* qui
E pusillo sunt animo convalescant: noster salvator apparuit: ostendit falsitati Deus, quid sit pulsare & incessere veritatem, postquam sibi controversia inde facta est, unde subvenit. Vnde, filii carissimi, permanete in eum qui est, ut vincatis in vobis. In ipso sensu & in eadem sententia estote perfecti: ut a filio hominis, cum venerit in majestate sua, non audiatis, *Discedite a me maledicti;* sed *Venite benedicti,* possitis audire. Maneat hœdos repulsa venturi: vos tales volumus inveniri, ut cum in igne stent abjecti a sinistris, vos a dextris invitet ad regnum. Non expectabitis ut pateat, quod olim vos ut re-

De Syriæ episcopis Nestorio faventibus.

Psal. 91.

Psal. 13.

De Cælestianis faventibus Nestorio.

Sap. 4.

* unanimiter

De commendatione Maximiani.

1. Cor. 3.

Isa. 35.

Matth. 25.

gnetis expectat. Angustam nunc portam festinanter intrate, quæ eos accepit, quos nunquam spatiosa invenerunt. Hæc dilectioni vestræ pro lætitia catholicorum dicta sufficiant, quæ sæpe recensere vos volumus, ut triumpho fidei gratulantes intelligatis Deum caritatis & pacis esse nobiscum. Data Idibus Martii, Flavio Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus."

* Anno Chr. 432.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

" * * In synodo Romana anno 531. a Bonifacio papa II. collecta extat epistola ejusdem Cælestini dilectissimis fratribus Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, Paulo, Æternali, Sabbatio, Iuliano & Senecioni episcopis per Illyricum, quam suo loco excudendam cum aliis, Deo dante curabimus, nunc lectorem monuisse sufficiat.

DECRETA CÆLESTINI PAPÆ I.

QVÆ SVNT IN CORPORE DECRET. GRATIANI, NEC HABENTVR IN SVPERIORIB. ipsius epistolis vel decretis, numero IV.

PRIMVM.

In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

9. quæst. 2. Nullus primas, nullus metropolitanus. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorum episcoporum alterius adeat civitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi parochiam super ejus dispositione, nisi vocatus ab eo, cujus juris esse cognoscitur, ut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, si sui gradus honore potiri voluerit: sin aliter præsumpserit, damnabitur: & non solum ille, sed & cooperatores & consentientes ei: quia sicut ordinatio, ita eis & judicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, quomodo judicabit? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit.

SECVNDVM.

*Par pœnitentia ei indicitur, qui * spiritualem filiam, & ei qui * pœnitentialem suam violare monstratur.*

* carnalem * spiritualem

2. quæst. 1. Si quis sacerdos cum. Si quis sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse. Idcirco femina, si laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat: & conversa, in monasterio Deo usque ad mortem serviat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annis pœniteat. Postea vero ad monasterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ suæ Deo serviat.

TERTIVM.

Episcopi, aut presbyteri, cum sibi confessa fornicantis, pœna seu pœnitentia quæ.

30. q. 1. Non debet. Non debet episcopus aut presbyter commisceri cum mulieribus quæ ei sua fuerint confessæ peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit, sic pœniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus 15. annos, presbyter 12. & deponatur tamen, si in conscientia devenerit.

QVARTVM.

Quæstionis de binis uxoribus uni ductis, quarum prior non fuerat solenniter desponsata, expeditio.

35. dist. 6. Videtur nobis. Videtur nobis, quod secunda, quam contra prohibitionem ecclesiæ duxit, non sit uxor, etiamsi primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum & ordinem ecclesiæ factum est, ratum non haberi, tam humanæ, quam divinæ legis proclamat auctoritas: quia ea, quam inordinate superduxit, prohibitione renitente, uxor non est. Eam cogendus est recipere, quam juravit, & desponsavit, & ex qua prolem genuit, ut juramenti religio non vilipendatur, & fides adinvicem promissa servetur, proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occasionem peccandi, & alios decipiendi, assumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati utriusque sexus in testificationem filii & filiæ, ad matrimonium conjungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, legibus approbata, quam divinis & humanis legibus approbatur. In dirimendo autem matrimonio, ideo maxime parentes recipiuntur, * sive si defuerint parentes, proximiores admittuntur: quia unusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, cum exercitatione & recitatione majorum scire laborat. Quia igitur aliis melius sciunt, ideo maxime admittuntur. Similiter etiam recipiuntur, & in testificationem matrimonii conjungendi. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita ut si non interfint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur; Pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris; in criminalibus causis & contractibus verum est. In matrimonio contrahendo & disjungendo, ipsius conjugii prærogativa, quia & favorabilis res est, congrue recipiuntur.

* & si

a CONCILIVM " AFRICANVM b TEMPORE BONIFACII I. CÆLEST. I. HABITVM.

TITVLI CAN. DIVERSORVM conciliorum Africanæ provinciæ, num. cv.

" Quod vulgo Af[ri]canum di[ci]citur, p[ar]ticulare [il]lud conc[i]lium non est, sed compila[tio] ex divers[is] Carthagi[]nensibus, Milevita[]no, Hipp[o]nensibus, aliis, e[t] Africani[s] nominea[] compila[]re, nece[] satis doc[] inditum[] quit Fer[] Mendoz[a] c. 2. lib[] Comm. [] Eliberit[] conc. qu[] de re & [] plura in[] tramque[] partem, [] nos in N[] tis.

XXI.

CANON. CONCILIOR. DIVERSORVM AFRICANÆ PROVINCIÆ, NVMERO CV.

Hoc cum tribus sequentibus Africanis habitum est sub Siricio. De hoc concilio vide notas concilii Hipponensis sub Siricio. * *for.* Carthag. VI. * *for.* seniore

RECITATA sunt etiam in * ista synodo diversa concilia universæ provinciæ Africæ, transactis temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi celebrata. Gloriosissimo imperatore * Theodosio Augusto III. & Abundantio viro clarissimo consulibus, VIII. Idus Octobris, Hippone regio, in secretario basilicæ pacis.

Gesta hujus concilii ideo descripta non sunt, quia ea, quæ ibi statuta sunt, superioribus probantur inserta.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI, ubi legati episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum destinantur.

De hoc concilio vide notas concilii Adrumetini sub Siricio. * delecti

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio III. & Honorio II. Augustis consulibus, VI. Kalendarum Iuliarum, Carthagine. In hoc concilio legati * directi sunt episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI, ubi multa sunt constituta.

De hoc concilio vide notas concilii Carthaginensis III. sub Siricio. * Murgentinensi,

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, V. Kalendas Septembris, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ. Cum Aurelius episcopus una cum episcopis consedisset, adstantibus etiam diaconibus, advenientibus quoque Victore sene Pupputanensi, Tuto * Migirpensi, Evangelo Abscuritano, Aurelius episcopus dixit: Post diem præstitutam concilii consedimus, ut recordamini, fratres carissimi: & arbitrabamur omnium provinciarum per Africam legationes convenisse ad diem (ut dixi) præstitutam nostri tractatus: sed cum sacerdotum nostrorum Byzacenorum epistola fuisset recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus & diem concilii prævenerant, tractassent, vestræ caritati legeretur, lecta est etiam a fratribus Honorato & Vrbano, qui nobiscum hodie * concilio participantur, legatio Sitiphensis provinciæ destinata. Frater etiam Regimus ecclesiæ Vegelitanæ * literas ad parvitatem meam datas Grescentiani primæ sedis (ut ipse insinuat) Numidiarum, & Aurelii coepiscoporum nostrorum: in quibus scriptis vestra mecum caritas recognoscit, promisisse eosdem, quod aut ipsi dignarentur venire, aut ad hoc concilium fuissent ex more destinaturi legatos. Sed hoc quia minime factum videtur, diu se detineri, de longinquo venientes legati Mauritaniæ Sitiphensis, non posse testantur. Et ideo, fratres, si vestræ caritati videtur, literæ fratrum nostrorum Byzacenorum, sed & breviarium quod eidem epistolæ adjunxerunt ad hunc cœtum * conrogatum, legantur: ut si qua forte illic movere caritatis vestræ animum possunt, in eodem breviario, quæ diligentius fuerint animadversa, in melius reformentur. Hoc enim frater & coepiscopus noster primæ sedis, vir perspectus, merito suæ gravitatis atque prudentiæ * Mizanius, scribens ad meam parvitatem, postulavit. Si ergo placet, quæ tractata sunt, legantur, & singula a vestra caritate considerentur.

*concilium

* *for.* legit literas *aut* petulit

*congreg[atum], * Myze[nius], *al.* M[...]sonius,

IN HOC CONCILIO STATVTVM EST ut episcopi sine formata non navigent.

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Iulias, Carthagine placuit, ut nullus episcoporum naviget sine formata primatis. Gesta in autenticis, qui quæret, inveniet.

Cod. ca[non.] hæc 56. 57. cano[ni]bus inte[r]ponit. *Vide su[pra] p. 1081

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc eadem statuta fuerunt concilio Carthaginensi III. Hinc itaque constat, illud VI. Kalendas Iulii inchoatum, ad Septembrem usque continuatum fuisse: vel quod supra dixi, Carthaginense, illud quod vulgo dicitur III. ex multis Carthaginensibus compilatum esse.

SEQVVNTVR CONCILIA AFRICANA SVB ANASTASIO HABITA.

DE CONCILIO ISTO LEGATI ad imperatores infra scripti diriguntur episcopi.

POST consulatum gloriosissimi imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani viri clarissimi, V. Kalendas Maias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem susceperunt Epigonius & Vincentius episcopi, ut pro confugientibus ad ecclesiam, quocumque reatu involutis, legem de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere.

Quam [...] causâ, [...] loco ac[...] pore ho[...] concilium Carthag[i]nense in [A]frica cel[e]bratu f[ue]rit, dixim[us] in notis [con]cilii Afri[ca]ni I. sub [A]nastasio.

IN HOC CONCILIO LEGATIO destinatur ad Romanum & Mediolanensem episcopos, de parvulis qui apud hæreticos baptizati sunt, & ad imperatorem de idolorum reliquiis auferendis, & de aliis rebus quamplurimis.

POST consulatum Flavii Stiliconis viri clarissimi, decimoquarto Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ: cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit caritas vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam præstitit dominus, ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata præsentia, videtur mihi, ut has easdem necessitates, quas pro solicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbaverit vestra sinceritas, fit consequens, eligendum esse unum a nostro numero consacerdotem, qui (auxiliante domino & orationibus vestris) & has ipsas necessitates

Tempus [...] cum, & ca[u]sam huj[us] indicat [...] tæ conc[ilii] Africani sub Ana[stasio]. Notas & explicati[o]nem can[o]num ex c[on]cilio Car[thaginensi] III. requir[e].

necessitates suscipere possit, & gnaviter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, ut tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio, sedis apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiæ, necessitatem ipsam ac dolorem atque inopiam nostram valeat intimare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum: quo noverint communi periculo providendum, maxime quia tanta indigentia clericorum est, mulctæque ecclesiæ ita desertæ sunt, ut ne unum quidem diaconum vel inliteratum habere reperiantur. Nam de ceteris superioribus gradibus & officiis tacendum arbitror: quia, ut dixi, si ministerium diaconi facile non invenitur, multo magis superiorum honorum inveniri non posse certissimum est. Et quotidianos planctus diversarum pene emortuarum plebium jam non sustinemus: quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravis nobis & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Deum mansura est.

CAPITULA.

I.

EPIGONIUS episcopus dixit: In hoc breviario (quod decerptum est de concilio Hipponensi) nihil arbitramur esse emendandum, vel assuendum, nisi ut dies sancti paschæ tempore concilii innotescat.

II.

Ut episcopi, vel clerici, filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & de ætate securi, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata.

III.

Ut episcopi & presbyteri & diaconi non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint.

IV.

Ut in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominus tradidit: hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, seu mel & lac, quod uno die solemnissimo in infantum mysterio solet offerri, quamvis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut a sacramento dominici corporis & sanguinis distinguantur. Nec amplius in primitiis offeratur, quam de uvis & frumentis.

V.

Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi ex jussu vel permissu episcoporum, aut presbyterorum non accedant: & hoc non soli faciant, sed cum conclericis, vel cum quibus episcopus aut presbyter jusserit. Nec ipsi episcopi & presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, sed ubi aut clerici præsentes sunt, aut graves aliqui Christiani.

VI.

Ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

VII.

Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

VIII.

Ut sacramenta altaris non nisi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cœna domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, sive episcoporum, sive ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur. — Cod.can. c. 41. De cōsecr. dist 1. Sacramenta altaris.

IX.

Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur. — Cod.can. c. 42. Dist. 42. Nulli episcopi in.

X.

Ut pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Et ut presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absentiæ episcopi necessitate cogente. Cujuscumque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universam ecclesiam commoverit, ante absidem manus ei imponatur. — Cod. can. c. 43. 26. qu. 27. Pœnitentibus.

XI.

Ut virgines sacræ, cum parentibus (a quibus custodiebantur) privatæ fuerint, episcopi providentia (vel presbyteri, ubi episcopus absens est) in monasterio virginum, vel gravioribus feminis commendentur, ut simul habitantes, invicem se custodiant; ne passim vagando ecclesiæ lædant * existimationem. — Cod.can.c. 44. & in Carthagin. III. c. 33. * opinionem.

XII.

Ut ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Ut scenicis atque histrionibus, ceterisque hujusmodi personis reconciliatio non negetur. — De consecr. dist. 4. Ægrotantes si pro. Cod.can. c. 45. & in Carthagin. III. c. 34. & 35.

XIII.

Liceat etiam legi passiones martyrum cum anniversarii dies eorum celebrantur. — De cōsecr. dist. 2. Scenicis atque histrionibus.

XIV.

De Donatistis placuit, ut consulamus fratres & consacerdotes nostros Siricium & Simplicianum de solis infantibus qui baptizantur penes eosdem, ne (quod suo non fecerunt judicio) cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediat, * ne promoveantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Urbanus episcopi, legati provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt; Jamdudum cum apud sanctitatem vestram, allegaremus scripta, dilati sumus ea contemplatione, quousque fratres nostri advenire possent de Numidia legati: sed quia non parvi dies sunt, quibus expectati minime venerunt, ultra prætermittere, quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audivimus. Verum & de sacrificiis inhibendis post prandium, ut a jejunis (sicuti dignum est) offerantur, & tunc & nunc firmatum est. — Cod.can. c. 46. qu 4. c. Placuit ut. Cod. can. c. 47. * ne provehantur, *vel*, quominus promoveãtur. Cod can. c. 48. De consecr dist 4. Non licet fieri. & in Carthagin. III. c. 38.

XV.

Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in * Capuensi plenaria synodo videtur statutum, ut non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villæ Rhegiensis episcopus, plebe sua derelicta, * Tubuniensem invasit ecclesiam: & usque hodie commonitus, (secundum quod statutum fuerat) relinquere eamdem, — 11. qu. 1. ca. Petimus, ut dignemini. * Capsensi, *alias*, Carpensi. * Tibinensem

camdem, quam invaserat, plebem contempsit. Adversum istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audivimus: sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam, * quo jam, necessitate ipsa cogente, liberum nobis sit, rectorem provinciæ, secundum statuta gloriosissimorum principum, adversus illum adire, ut qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, auctoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Servata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si a vestra caritate modestius conventus recedere retractaverit, cum fuerit, suo contemptu & contumacia faciente, etiam auctoritate judiciaria conventus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc * enim omnibus placet? Ab universis episcopis dictum est: Placet, & justum est.

* qua

*for. item

XVI.

Cod. can. c. 49. & in Carthagin. III. c. 39.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, ut quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis celebrari episcoporum ordinationes. Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua servabitur, ut non minus quam tres sufficiant, qui fuerint a metropolitano directi ad episcopum ordinandum. Propterea quia in Tripoli forte & in * Arzuge interjacere videntur barbaræ gentes: nam in Tripoli (ut asseritur) episcopi sunt quinque tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari: difficile est enim, ut de quolibet numero omnes possint occurrere: numquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ utilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas humaniter convenire, crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus. Numquidnam frequenter duodecim potero, vel dec m, vel non multo minus advocare episcopos? Sed facile est mihi duos adjungere meæ parvitati vicinos. Quapropter cernit mecum caritas vestra hoc ipsum observari non posse.

* Arguze vel, Arazyta

XVII.

Dist. 23. Illud statuendum est. Cod. can. c. 50. & in Carthagin. III. c. 40.

Sed & illud est statuendum, ut quando ad eligendum episcopum convenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres episcopi jam, sed postulentur ad numerum supradictorum (si haberi possunt) * unus vel duo: & in eadem plebe, qui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradicentium: postremo etiam illa, quæ objiciuntur, pertractentur: & cum purgatus fuerit, in conspectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignationis responsione. Ab universis episcopis dictum est: Satis placet.

* duo vel tres,

XVIII.

Cod. can. c. 51.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio nostro omnia tractata noscuntur, addimus etiam de die paschæ nobis esse mandatum, ut de ecclesia semper Carthaginensi (sicut assolet) instruamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur, (quoniam nos spopondisse jamdudum meminimus) ut singulis quibusque annis ad tractandum conveniamus, & cum convenerimus in unum, tunc divulgabitur sanctus paschæ dies per legatos qui adfuerint concilio. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, ut literis provinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necesse est.

XIX.

Cod. can. 52.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis verbo mandatum est, ut quia constitutum est in concilio Hipponensi, singulas debere provincias tempore concilii visitandas esse, dignemini etiam (quod hoc anno secundum ordinem distulistis) vel alio anno Mauritaniam provinciam visitare. Aurelius episcopus dixit: Nunc de provincia Mauritania (propterea quod in finibus Africæ posita sit) nihil statuimus, siquidem vicinæ sunt barbarico. Sed præstet Deus, ut ex abundanti non pollicentes, venire possimus ad vestram provinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc sibi & Tripolitani & * Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.

*Arguzi ni, al. A zytani

XX.

16. quæst. Multis conciliis. Cod. can. 53. & in Carthag. III. cap.

Epigonius episcopus dixit: Multis conciliis hoc statutum a cœtu sacerdotali est, ut plebes, quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero, quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent: vel certe, cum elevati fuerint, quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque stolidi adversum episcopum suas cervices erigunt presbyteri, vel conviviis sibi * concinnantes plebem, * vel certe persuasu maligno, ut illicito favore eosdem velint sibi collocare rectores. Quod quidem insigne mentis tuæ tenemus votum, frater religiose Aureli, qui hæc sæpe oppressisti non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & prave concinnata concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem quæ in diœcesi semper subjacuit, nec unquam proprium episcopum habuit. Quapropter si universo sanctissimo cœtui placet hoc quod prosecutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me & fecisse, & facturum esse profiteor circa eos sane qui fuerint concordes, non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium. Sunt enim plerique conspirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, ut dictum est, earum scalpentes aures, blandi ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conventi ad concilium venire detrectant, sua forte ne prodantur flagitia metuentes: dico, si placet circa hos non tantum diœceses non esse servandas, verum & de propria ecclesia, quæ illis male faverit, omnimodo annitendum, ut etiam auctoritate publica rejiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris removeantur. Oportet enim, ut qui universis fratribus, ac toti concilio inhæserit, non solum sua, jure integro, sed & diœceses possideat. At vero,

*concilia tes
* ut persu su malig & illicit

In Carth gin. III. 43.

vero, qui sibimet putant plebes suas sufficere, A fraterna dilectione contempta, non tantum dioeceses amittant, sed (ut dixi) etiam propriis publica careant auctoritate, ut rebelles. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Summa provisio sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, & puto omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es, roboranda. Vniversi episcopi dixerunt: Placet, placet.

XXI.

can.c. : in hagin. 4.

Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est a vestra providentia, beatissimi fratres, ut clericum alienum nullus sibi præripiat B episcopus præter ejus arbitrium, cujus fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam parvitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, ut eum qui a me baptizatus est, cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatum, cumque multis annis a me aleretur, atque increvisset, hunc, ut dixi, baptizatum esse in ecclesia mea per manum parvitatis meæ, constat: (Idem in dioecesi Mappaliensi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quasi proprium civem sui loci * Vzaritani, me inconsulto, usurpare: nam & diaconum illum ordinavit. Hoc si liceat, C pateat hæc licentia a vobis, beatissimi fratres: sin minus, tam impudens cohibeatur, ne se misceat communioni cujusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata, neque consulta tua dignatione, id videtur fecisse Iulianus, judicamus omnes inique factum atque indigne. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eumdem clericum (quem fuerat ausus ordinare) revocaverit tuæ plebi, contra statuta concilii faciens, contumaciæ suæ, separatus a nobis, excipiet judicium. Epigonius episcopus dixit: Ætate pater, & ipsa promotione antiquissimis, vir laudabilis frater & collega noster Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

XXII.

can.c. : in hagin. ap. 45.

Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contigit nonnunquam ut postulentur ab ecclesiis, quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel episcopis: & tamen memor statutorum id sequor ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur. Sed forte in hodierno non reluctati sunt, & ne quando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere: justum est ergo, ut quemlibet consacerdotum conveniam, cum duobus e consortio E nostro vel tribus testibus. Sin vero indevotus extiterit, quid censet caritas vestra faciendum? Ego enim † cunctarum ecclesiarum, dignatione Dei (ut scitis fratres) solicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque ecclesiæ ordinaret episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim præsumis, frater: & cum te bonum & clementem omnibus * præbes, (habes enim hoc in arbitrio) satis est, ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quod * libet huic sedi vendicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias sustulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, ut liceat voluntati tuæ semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, unde voles. Postumianus episcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, numquid debet illi ipse unus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi constitui possint: unus autem episcopus difficile invenitur constituendus. Quapropter, si necessarium episcopatui quis habuerit presbyterum, & unum, ut dixisti frater, habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire. Aurelius episcopus dixit: Sane quando tu ecclesiæ alterius subveneris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

*licet

XXIII.

Cod.can.c. 56. Et in Carthagin. III. cap. 46.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Audivimus constitutum, ut dioeceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu ejus sub quo fuerint constitutæ: sed in provincia nostra, cum aliqui forte in dioecesi (concedente eo episcopo, in cujus potestate fuerant constitutæ) ordinati sunt episcopi, etiam dioeceses sibi vendicant: hoc & corrigi caritatis vestræ judicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopiis servatum est, quod decebat, ut ex massa dioecesium nulla caperetur, ut proprium episcopum * habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, ut eadem dioecesis permissa proprium tantum episcopum habeat, & ceteras sibi non vindicet dioeceses: quia exempta de fasce multarum, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito D caritati vestræ omnium placere, eum qui in dioecesi, concedente episcopo qui matricem tenuit, solam eamdem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Vniversi episcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmavimus. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

*for. haberet,

XXIV.

Sup.cap 14. 1.qu.4.cap. Qui apud Donatistas. Cod.can.c. 57.

Vnde quoniam superiori concilio statutum esse mecum recognoscit unanimitas vestra, ut hi qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & posteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam, per universum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionem recepti sunt: debere talibus suscipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram ecclesiam illorum putaverint, ad fidem accedendo, & ibi Christo crediderint, & trinitatis sacramenta perceperint, quæ omnia vera & sancta atque divina esse certissimum est, & in his

his omnem animæ spem constitutam, Quamquam & hæreticorum præsumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat. Quæ quoniam simplicia sunt, ut præmonet B. apostolus, dicendo: *Unus Deus, una fides, unum baptisma*, & iterati non liceat, quod semel dari oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manus impositionem in unam ecclesiam, unam columbam (ut dictum est) & unam matrem omnium Christianorum, ubi omnia illa sacramenta salubriter & æterne & vitaliter accipiuntur, quæ perseveranter in hæresi magnam damnationis pœnam conquirunt, ut quod eis in veritate ad æternam vitam consequendam esset luminosius, hoc in errore fit tenebrosius atque damnosius. Quod fugientes nonnulli, & matris ecclesiæ ubera cognoscentes, quia illa omnia sancta mysteria amore veritatis crediderunt atque perceperunt, quibus sacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas accesserit, sine dubio ad officium clericatus tales esse applicandos, & maxime in tanta rerum necessitate, nullus est qui non concedat. Quamquam nonnulli ejusdem sectæ clerici cum plebibus atque honoribus suis ad nos transire desiderant, qui amore honoris, aut persuadent ad vitam, aut retinent ad salutem. Sed hoc majori fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo, ut prudentiori suo concilio nostræ suggestionis sermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantum de his qui infantes baptizati sunt, satagimus, ut nostræ, si placet, in iisdem ordinandis consentiant voluntati. Omnia ergo quæ superius comprehendimus, apud sanctos episcopos agenda esse, mecum honorabilis fraternitas vestra perpendit.

(Ephes. 4. — Cant. 6.)

XXX.

(Cod. can. c. 58.) Instant etiam aliæ necessitates a religiosis imperatoribus postulandæ, ut reliquias idolorum per omnem Africam jubeant penitus amputari: nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diversis adhuc erroris istius iniquitas viget: ut præcipiant & ipsa deleri, & templa eorum, quæ in agris vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, jubeantur omnimodo destrui.

XXVI.

(2. quæst. 6. Statutum est, ut qui. Cod. can. c. 59.) Petendum etiam, ut statuere dignentur, ut si qui forte in ecclesia quamlibet causam jure apostolico ecclesiis imposito agere voluerint, & fortasse decisio clericorum uni parti displicuerit; non liceat clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor vel præsens fuerit. Et nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

XXVII.

(Cod. can. c. 60.) Illud etiam petendum, ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta sunt, (ita ut nunc a paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur) vetari talia jubeant, & de civitatibus & de possessionibus, imposita pœna, prohiberi: maxime, cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas civitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent, ut matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor, devote venientium ad sacratissimum diem, injuriis lascivientibus appetatur, ut etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.

VXVIII.

(Cod. can. 61.) Nec non & illud petendum, ut spectacula theatrorum ceterorumque ludorum, die dominica vel ceteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoveantur, maxime quia sancti paschæ octavarum die populi ad circum magis quam ad ecclesiam conveniunt: * & debere transferri devotionis eorum dies, si quando occurrerint: nec oportere etiam quemquam Christianorum cogi ad hæc spectacula; maxime, quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas a quoquam adhibenda est: sed (uti oportet) homo in libera voluntate subsistat sibi divinitus concessa. cooperatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula convenire.

(*for. & ceat (seu) ac fas si transferri)

XXIX.

(Cod. can. 62.) Et illud petendum, ut statuere dignentur, ut si quis cujuslibet honoris clericus judicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, sive ab ecclesiis, quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pœna damni pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

XXX.

(Cod. can. 63.) Et de his etiam petendum, ut si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

XXXI.

(Cod. can. 64.) De manumissionibus sane in ecclesia dicendis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiduciæ istorum ordinem sequi, data plane licentia misso legato, ut quæcumque digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu domini accepturos. Quæ omnia, si sanctitati vestræ placent, edicite, ut & meam suggestionem ratam esse vobis advertant, & nostram omnium consensionem sinceritas eorum libenter accipiat. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placent hæc, quæ injuncta sunt peragenda, & prudenter a tua sanctitate narrata.

XXXII.

(Cod. can. 65.) Aurelius episcopus dixit: Equitii etiam, olim merito suo episcopali sententia damnati, non arbitror prætereundam esse legationis causam, ut si forte eum in illis partibus repererit, sit eidem fratri nostro curæ, pro ecclesiæ statu (quod oportuerit, vel ubi licuerit) adversus eum peragere. Ab universis episcopis dictum est: Multum placet & ista prosecutio, maxime cum olim damnatus sit Equitius, & ejus impudens inquietudo, pro statu & salute ecclesiæ, magis magisque ubique repellenda. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

IN HOC CONCILIO LITERÆ leguntur Anaſtaſii Romani pontificis, de Donatiſtis catholicos epiſcopos admonentis.

ſa & hu- cilii, orās i A- III. aſta- ta.

VINCENTIO & Flavito viris clariſſimis conſulibus, Idibus Septembris, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cum in concilio congregati in eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Africanis omnibus provinciis epiſcopi, id eſt, Aurelius ejuſdem ſedis epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat, ait idem Aurelius epiſcopus: Recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſii, eccleſiæ Romanæ epiſcopi, B quibus nos paternæ & fraternæ caritatis ſolicitudine ac ſinceritate adhortatus eſt, ut de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidiis & improbitatibus, quibus Africanam eccleſiam catholicam graviter vexant, nullo modo diſſimulemus; gratias agimus domino noſtro, quod illi optimo ac ſancto antiſtiti ſuo tam piam curam pro membris Chriſti (quamvis in diverſitate terrarum, ſed in una compage corporis conſtitutis) inſpirare dignatus eſt.

XXXIII.

an.c. Deinde pertractatis & conſideratis omnibus quæ utilitati eccleſiæ convenire videbantur, C annuente atque admonente Spiritu Dei, eligimus cum memoratis hominibus (quamvis de dominici corporis unitate inquieta diſſenſione præciſis) leniter & pacifice agere, ut (quantum in nobis eſt) omnibus, qui eorum communione & ſocietate irretiti ſunt, per univerſas provincias Africanas penitus innoteſcat, quam miſerabili errore devincti ſunt diverſa 2. ſentientes; *ne forte*, ſicut dixit apoſtolus, nobis in manſuetudine corripientibus, *det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captivati ab ipſo in ipſius voluntatem.*

XXXIV.

n.c. Itaque placuit, ut ex concilio noſtro literæ darentur ad judices Africanos, a quibus hoc peti congruum videretur, ut in hoc adjuvent communem matrem eccleſiam catholicam, in quo epiſcopalis auctoritas communiri in civitatibus poteſt, id eſt, ut judiciaria poteſtate atque diligentia, ex fide Chriſtiana, quid geſtum ſit in omnibus locis, in quibus Maximianiſtæ baſilicas obtinuerunt, qui ab eis ſchiſma fecerunt, inquirant, & geſtis publicis propter firmam notitiam omnibus neceſſariam faciant inhærere.

XXXV.

n.c. Deinde placuit, ut literæ mittantur ad fratres & coepiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem apoſtolicam, in qua præſidet memoratus E venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo noverit habere Africam magnam neceſſitatem, propter eccleſiæ pacem & utilitatem, ut ex ipſis Donatiſtis, quicumque clerici correcto conſilio ad catholicam unitatem tranſire voluerint, ſecundum uniuſcujuſque epiſcopi catholici voluntatem atque conſilium, qui in eodem loco gubernat eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus ejuſdem diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt. Quod multarum & pene omnium Africanarum eccleſiarum, in quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur: non ut con- A cilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſolvatur: ſed ut illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis compenſatio procuretur. Per quos autem vel omnimodo *perfici, vel adjuvari manifeſtis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit; non eis obſit, quod contra honores eorum (quamvis ſalus nulli intercluſa ſit) in tranſmarino concilio ſtatutum eſt, id eſt, ut ordinati in parte Donati, ſi ad catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundum tranſmarinum concilium, exceptis his, per quos catholicæ unitati conſuletur. *proficeret.

XXXVI.

Deinde placuit, ut his peractis, legati etiam prædicandæ pacis atque unitatis gratia, ſine qua ſalus Chriſtiana non poteſt obtineri, e numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarum, ſive quos habent epiſcopos, ſive ad plebes mittantur; per quos omnibus in notitiam perferatur; quam nihil habeant quod adverſus eccleſiam catholicam juſte poſſint dicere: maxime ut manifeſtum fiat omnibus per geſta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmaticis ſuis egerint: ubi eis divinitus demonſtratur, ſi attendere velint, tam inique tunc illos ab eccleſiæ unitate præciſos, quam inique nunc clamant a ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe: ex quorum tamen numero, quos jam plenarii concilii ſui auctoritate damnaverant, in ſuis honoribus denuo receperunt, & baptiſmum, quem damnati & excluſi dederant, acceptaverunt: ut videant, quam ſtulto corde reſiſtant paci eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cum iſta faciant pro parte Donati: neque ſe iſtorum, quos ita receperunt, communione, propter intuitum pacis, contaminari dicant: & nos condemnent, id eſt, D eccleſiam catholicam, etiam in extremis terrarum partibus conſtitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accuſantes convincere nequiverunt. Cod. can. c. 69.

XXXVII.

Præterea, cum de quorumdam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia ferretur: placuit, epiſcopos & preſbyteros & diaconos, ſecundum priora ſtatuta, etiam ab uxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico removeantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum uniuſcujuſque eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere. Diſt. 84. Cũ de quorumdam. Et diſt. 32. Placuit epiſcopos, preſbyteros diaconos, ſubdiacon. Et ſupra in concilio Carthagin. V. c 3.

XXXVIII.

Rurſum placuit, ut nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius (quam oportet) conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere. Cod. can. c. 70. 8. quæſt. 1. Placuit, ut nemini. Et in concilio Carthagin. V. c. 5.

XXXIX.

Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere, abſque ullo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione privari. Hinc enim legati Maurorum fratres noſtri conſuluerunt, quia multos Cod. can. c. 71. De conſecr. diſt. 4 Placuit de infantibus. Et in Carthagin. V. c. 6. Cod. can. c. 72.

multos tales a barbaris redimunt.

XL.

De consec. dist. 3. Placuit, ut venerabilis. Et in Carthag. V. c. 7. Cod. can. c. 73.

Item placuit, ut dies venerabilis paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero concilii idem servetur, qui in Hipponensi concilio constitutus est, id est, decimo Kalendas Septembris. Et scribendum ad singularum quarumque provinciarum primates, ut quando apud se concilium congregant, istum diem non impediant.

XLI.

7. quæst. 1. cap. Constitutum est, ut. Et in Carthag. V. cap 8. Cod. can. c. 74.

Item constitutum est, ut nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere: sed dare operam, ut intra annum eisdem episcopum provideat. Quod si neglexerit; anno exempto, interventor alius tribuatur.

XLII.

2 qu. 3. Ab imperatoribus Et Carthag. V. c. 9. Cod. can. c. 75.

Ab imperatoribus universis, visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione delegentur.

XLIII.

Dist. 18. Vt quotiescumque. Et in Carthagin. V. c. 10. Cod. can. c. 76.

Item placuit, ut quotiescumque concilium congregandum est, episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant: & primatibus suarum quarumque provinciarum intimetur, ut de universis episcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant: ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoria subscribant: vel si post adventum tractoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint; nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

XLIV.

Cod. can. c. 77.

De Cresconio * Villaregensi hoc omnibus visum est, ut hinc quoque primati Numidiæ intimetur, quo cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conveniendum esse, ut proximo universali Africano concilio suam præsentiam non differat exhibere. Quod si venire contempserit, in se cognoscat sententiam promulgandam.

XLV.

Cod. can. c. 78.

Rursum placuit, ut quoniam Hippponensium Diarrhytorum ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, & ecclesiæ ibi ab his retinentur qui Equitii facinorosam communionem declinaverunt, missis ex præsenti concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambivio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorio, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Rogatiano: conventis ergo & correctis his qui culpabili pertinacia fugam ejusdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si autem illi pacem considerare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præposito utilitatem tanto tempore ecclesiæ destitutæ.

XLVI.

1. quæst. 5. Rursus constitutum.

Rursus constitutum est, ut quoties clericis convictis, & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, (si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere) intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

est. Et in Carthagin. V. c. 21. Cod. can. c. 79.

XLVII.

Dist. 58. Si quis de alterius. Et in Carthagin. V. c. ... Cod. can. c. 80.

Item placuit, ut si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio majorem monasterii constituerit; episcopus, qui hoc fecerit, a ceterorum communione sejunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit: & ille neque clericus, neque præpositus perseveret.

XLVIII.

Cod. can. c. 81.

Item constitutum est, ut si quis episcopus heredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut paganos, ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus decesserit, qui utique debuit, factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre.

XLIX.

Cod. can. c. 82.

Item placuit, ut de manumissionibus in ecclesia celebrandis ab imperatore petatur.

L.

De consec. dist. 1. Placuit ut altaria. Et in Carthagin. V. c. 14. Cod. can. c. 83.

Item placuit, ut altaria, quæ passim per agros, & per vias tamquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequententur, ut qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi ubi corpus aut aliquæ reliquiæ sunt, aut origo alicujus habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia & per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubicumque constituuntur altaria, omni modo reprobentur.

LI.

Et in concilio Carthag. c. ... Cod. can. c. 84.

Item placuit, ab imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiæ idololatriæ, non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omni modo deleantur.

LII.

Cod. can. c. 85.

Vt si quæ literæ dictandæ in concilio placuerint, venerandus episcopus, qui huic sedi præsidet, omnium nomine dictare & subscribere dignetur, in quibus etiam ad episcopos legatos, qui per provincias Africanas in causa Donatistarum mittendi sunt, placuit literas dari, tenorem mandati continentes, quem novi egrediantur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

SEQVVNTVR CONCILIA AFRICANA SVB INNOCENTIO HABITA.

In hoc concilio præterita decreta firmantur.

MILEVITANVM. De loco, tempore, causa, alve quib...

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Septembris, in civitate Milevitana,

Milevitana, in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus Carthaginensis in concilio universali consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiæ sanctæ unum est corpus, omniumque membrorum caput est unum, factum est, volente Deo, & nostram infirmitatem juvante, ut ad hanc ecclesiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia invitati. Vnde quæso caritatem vestram, quia ita credendum est, (quia noster accessus ad vos nec superfluus, nec insuavis est cunctis) ut consensus omnium vestrum manifestetur concordare complacitis decretorum, quæ jamdudum vel Hipponensi synodo firmata sunt, vel postmodum meliore concilio apud Carthaginem definita, nunc quoque nobis ex ordine recitentur. Tunc demum fraternitatis vestræ concordia luce clarior apparebit, si hæc, quæ a nobis superioribus conciliis legaliter definita noscuntur, non solum consensu vestro his actis, verum & subscriptionibus manifestis. Xanthippus episcopus primæ sedis Numidiæ * sua manu confirmavit, subscribendo etiam nobis placere posse, & nostra subscriptione firmamus. Nicetius episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitiphensis dixit: Quæ recitata sunt decreta, quoniam ratione non carent, & sunt approbata cunctis, etiam & meæ parvitati hæc placent: quæ quidem propria subscriptione firmabo.

LIII.

Valentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequor ea quæ præterito tempore in ecclesia Carthaginensi gesta sunt, & subscriptionibus fratrum firmata claruerunt, & jam nos * hæc servaturos esse profiteor. Sed illud scimus, inviolate semper mansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis caritatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus gratanter semper acciperetur. Hunc ordinem jubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborari. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem ut hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuavit frater & consacerdos noster, ut unusquisque nostrum ordinem sibi decretum a Deo cognoscat, * & ut posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re dico (prout captus animi mei retinet) eos qui putaverint, spretis majoribus, aliquid præsumendum, competenter ab omni esse concilio coercendos. Xanthippus episcopus primæ sedis Numidiæ dixit: Audivit omnium fratrum præsentia prosecutionem fratris & consacerdotis nostri Aurelii. Quid ad hæc responderunt? Datianus episcopus dixit: Quæ majorum decrevit sententia, nostro assensui mancipabuntur, ut quæ præteritorum conciliorum gestis tenentur Carthaginensis ecclesiæ, nostra assensione plene apud omnes firma teneantur. Vniversi episcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus & a majoribus servatus est, & a nobis, Deo propitio, servabitur, salvo etiam jure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

De ' archibo & matricula Numidiæ.

DEINDE placuit omnibus episcopis, qui in hoc concilio subscripserunt, ut matricula & archibus Numidiæ apud primam sedem sit, & in metropoli, id est, Constantina.

Archibus pro archivus.

LIV.

De Quodvultdeo etiam Centuriensi (quoniam adversarius ipsius cum se petisset introduci ad concilium nostrum, interrogatus utrum cum eo vellet apud episcopos experiri, primo promiserat, & alia die respondit hoc sibi non placere, atque discessit) placuit omnibus episcopis, ut nullus eidem Quotvultdeo communicet, donec causa ejus, qualem potuerit, terminum sumat. Nam adimi ei episcopatum, antequam causæ ejus exitus appareret, nulli Christiano videri jure potuisset.

Cod. can. cap 87.

LV.

De Maximiano autem Bagaiensi, & ad eum, & ad ipsam plebem placuit de concilio literas dari, ut & ipse ab episcopatu discedat, & illi sibi alium requirant.

Cod. can. cap. 88.

LVI.

Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab episcopis ordinantur per provincias Africanas, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

Et in Milevitano cap. 14. Cod. can. cap. 89.

LVII.

Item placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel suscepto officio legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Dist. 72. Placuit ut quicumque. Et in Milevitano cap. 15. Cod. can. cap. 90.

In hoc concilio, quid egerint episcopi, qui ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

GLORIOSISSIMO imperatore Theodosio Augusto & Rumorido ' viris clarissimis consulibus, ' VIII. Kalendas Septembris, Carthagine, in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus in universali concilio consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit:

De hoc cõcilio vide notas in concilium Africanũ I. sub Innocentio. ' Romarido ' IX.

Allocutio episcopi de causa concilii.

EXIGENTE ratione, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc concilium congregata est. Iamdudum enim, (sicut vestra sanctitas recordatur) habito concilio, destinavimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis cursum narrare. Et licet hesterno die de hac re considerantibus nobis, præter gesta ecclesiastica diligentius, quæ gesserint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

De episcopis provinciarum Africæ qui non adfuerunt concilio.

ORDO itaque rerum deposcit, ut primitus de fratribus nostris & consacerdotibus, qui ad hoc concilium vel de Byzacio, vel certe de Mauritania convenerunt, quæramus, quemadmodum huic concilio decreverint interesse, & offerentibus Philologo, Geta, Venustiano & Feliciano, episcopis provinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano & Silvano, legatis provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, legationis literas, & recitatis, Aurelius episcopus dixit: Horum scriptorum textus sociabitur gestis.

De episcopis Byzacenis.

NUMIDIUS episcopus dixit: Animadvertimus, fratres & coepiscopos nostros Byzacenæ provinciæ & Mauritaniæ Sitiphensis, ad concilium destinasse legatos: nunc quæramus, utrum legati Numidiæ advenerint, vel certe provinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæsariensis.

De episcopis Mauritaniæ Sitiphensis.

LUCIANUS & Silvanus episcopi, legati provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt: Sero ad Cæsarienses fratres nostros ' tractoria venit. Nam jam & illi venirent, tamen necesse est veniant. Et confidimus de animis illorum, quia si quid in hoc concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt.

' tracta-toria

De episcopis Numidiæ.

ALYPIUS episcopus ecclesiæ Tagastensis dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & sancti fratres Augustinus & Possidius, sed de Numidia ' legati mitti non ' potuerunt, quod adhuc tumultu tironum episcopi propriis necessitatibus in civitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiam tractoriam sanctitatis tuæ cum ad sanctum senem Xanthippum deferrem, in præsenti tractatu hoc visum fuerat, ut concilium indiceretur, quo instructa legatio posset ad hoc concilium destinari. Sed cum eum posterioribus literis admonerem, de impedimento tironum, ut superius dixi, rescriptis propriis excusavit. *Ex cod. mss.* " ** Aurelius episcopus dixit: Non dubium est quod prædicti fratres & coepiscopi nostri Numidiæ, cum gesta concilii acceperint, & suos adhibebunt consensus & in effectum deducere maturabunt quæcumque in placitum venerint. Cura ergo istius sedis, hoc ipsum ut eis intimetur necesse est provideri.

' legatio ' potuit! De tironibus desertoribus militiæ vide quæ notavimus loco præcedēti.

De episcopis Tripolitanis.

DE Tripolitanis vero fratribus nostris hoc potui condiscere, quod Dulcitium fratrem nostrum destinaverunt legatum: sed quia non potuit occurrere, hoc asseveraverunt quidam filii nostri, venientes de supradicta provincia, quod memoratus navi se commiserat. Et credendum est, accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quę ' retardaret ejus adventum. Tamen etiam circa ipsos (si caritati vestræ placet) hæc forma servabitur, ut placita ad eosdem concilii transmittantur. Ab universis episcopis dictum est: Hæc, quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

' retardarit

LVIII.

De conveniendis Donatistis.

Cod. can. cap. 91.

AURELIUS episcopus dixit: Quod in tractatum venit caritatis vestræ, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio enim vestrum omnium hoc deprompsit, debere unumquemque nostrum in civitate sua per se convenire Donatistarum præpositos, aut adjungere sibi vicinum collegam, ut pariter eos in singulis quibusque civitatibus vel locis per magistratus vel seniores locorum conveniant. Hoc, si omnibus placet, edicatur. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet, & omnes hac subscriptione nostra ' firmabimus. Petimus etiam, ut epistolis ad judices de concilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius episcopus dixit: Si videtur caritati vestræ, forma conventionis eorum recitetur, ut hunc tenorem prosecutionis omnes (si placuerit) teneamus. Ab universis episcopis dictum est: Recitetur. Lęus notarius recitavit.

' firmavimus

LIX.

Forma conventionis Donatistarum.

Cod. can. cap. 92.

ILLE episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid de auctoritate illius amplissimæ sedis impetraverimus, petimus gravitatem vestram recitare, & gestis innecti, atque ut in effectum deduci jubeatis. Recitata autem jussione, atque actis innexa, dicat. Ille episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid ergo nobis de concilio ecclesiæ catholicæ mandatum sit, ad Donatistas per vestram gravitatem perferendum, audire, & actis inserere, & ad eos perferre dignemini, eorumque responsionem rursus apud acta vestra nobis insinuare. Convenimus vos ex concilii nostri catholica auctoritate missi, de vestra correctione gaudere cupientes, considerantes domini caritatem, qui dixit: *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur:* & admonuit per prophetam, etiam his qui dicunt se fratres nostros non esse, dicere nos debere, *Fratres nostri estis.* Hanc ergo pacificam ex caritate venientem communionem nostram contemnere non debetis, ut si quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis asserere, id est, ut congregato vestro concilio, deligatis ex vobis, quibus causam assertionis vestræ committatis, ut & nos possimus hoc facere, ut etiam de nostro concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, constituto loco & tempore, quidquid quæstionis est, quod vestram a nobis separat communionem, cum pace discutiant: & tandem aliquando, adjuvante domino Deo nostro, finem veternosus error accipiat, ne propter animositatem hominum ' infirmi nostri & ignari populi sacrilega dissensione dispereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile dilucescet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. Cumque recitata esset, ab universis episcopis dictum est: Satis placet. Hoc fiat. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Hæc est illa forma conventionis, de qua vid. quæ notavimus loco prædicto. *Matth. 5. Isa. 66.* juxta 70.

' infirmæ animæ.

Hæc synodus adversus Donatistas legationem ad principes dirigit.

GLORIOSISSIMO imperatore Honorio Augusto sextum consule, XVI. Kalendas Iulias, Carthagine, in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt Theasius & Euodius contra Donatistas, in quo concilio insertum est commonitorium, quod ita in se continet:

De hoc concilio vide notas concilii Africani II. sub Innocentio supra. Cod. can. cap. 93.

LX.

Commonitorium fratribus Theasio & Euodio legatis ex Carthaginensi concilio ad gloriosissimos religiosissimosque principes missis. Cum domini auxilio piissimos imperatores adierint, eis insinuent. Quemadmodum plena fiducia, secundum superioris anni concilium, Donatistarum præpositi actis municipalibus sunt conventi, ut si confiderent de assertionibus suis, electis

ex

ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscum pacifice conferrent, & mansuetudine Christiana, si quid veritatis tenerent, non ambigerent demonstrare, quo ita sinceritas catholica, quæ jampridem superioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam vel pertinaciam resistentibus innotesceret: sed quia diffidentia premebantur, nihil pene ausi sunt respondere. Vnde quia impletum est erga nos episcopale ac pacificum officium, & illi, qui veritati respondere nequiverunt, ad immanes violentias sunt conversi, ita ut multos episcopos, multosque clericos (ut de laicis taceamus) insidiis oppresserint, ecclesias etiam aliquas invaserint, aliquas invadere pertentaverint; ipsorum jam clementiæ est consulere ut ecclesia catholica, quæ eos religioso utero genuit, & fidei firmitate nutrivit, eorum etiam prospectione muniatur, ne temerarii homines religiosis temporibus, infirmos populos terrendo, prævaleant, quoniam seducendo depravare non possunt. Nota est enim, & sæpe legibus conclamata Circumcellionum, qua furiunt, detestabilis manus, quæ etiam ipsorum religiosissimorum supra principum frequentibus sanctionibus condemnata est, adversus quorum furorem possemus non insolita, nec a scripturis sanctis aliena impetrare * subsidia, quando apostolus Paulus (sicut in apostolorum Actibus fidelibus notum est) factiosorum conspirationem militari etiam submovit auxilio. Sed nos illud poscimus, ut catholicis ecclesiis ordinum per civitates singulas, & vicinorum quorumque possessorum per diversa loca, sine ulla dissimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petendum, ut illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores (ubi eorum congregatio deprehenditur) promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum insidias catholici provocati contestationem deposuerunt, ut hoc saltem terrore aschismatica vel hæretica pravitate desistant, qui consideratione æterni supplicii emendari corrigique dissimulant. Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi vel sumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatistarum errore perseverare voluerint. Ceterum illis qui consideratione unitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto hujus legis, capiendæ hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constitutis aliquid ante donationis vel hereditatis obvenit; his sane exceptis qui lite pulsati, putaverint ad catholicam transeundum: quia de talibus credibile est, non metu cælestis judicii potius, quam terreni commodi aviditate, unitatem catholicam præoptasse. Ad hæc autem omnia præsidio opus est potestatum suarum quarumcumque provinciarum. Sane pro utilitatibus ecclesiæ, quidquid intellexerint prodesse, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit ut literæ de cœtu nostro ad gloriosissimos imperatores & eminentissimas potestates dirigantur, quibus instruantur, nostro omnium consensu ad beatissimum comitatum legatos a nobis esse directos. Sed quia iisdem literis ab omnibus subscribi tardissimum est, si singulorum subscriptionibus eædem epistolæ onerentur, petimus frater Aureli, ut iisdem tua caritas nostro omnium nomine subscribere dignetur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi & subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt. Literæ etiam ad judices mittendę sunt, ut, donec dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines civitatum & possessores prædiorum, ecclesię catholicę impertiant. Adjungendum etiam de Equitio, ut improbitas ejus, qua sibi jus [a] sacerdotale improbissime vendicat, ab Hipponensi [b] Diarrhytorum diœcesi secundum statuta imperatorum repellatur. Literæ etiam ad episcopum Romanæ ecclesiæ cum commendatione legatorum mittendæ sunt, vel ad alios, ubi fuerit imperator.. Et subscripserunt. Item Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

[a] sacerdotii vel sacerdorum.
[b] Diaretorum.

In hac synodo quæ statuta sunt brevis declarat adnexus.

STILICONE iterum & Anthemio viris clarissimis consulibus, x. Kalendas Septembris, Carthagine in basilica regionis secundæ.

De hac synodo Carthaginensi, vide quæ diximus supra in notis concilii Africani III. sub Innocentio, an. Chr. 405.

Hujus concilii gesta ideo non ex integro descripsi, quoniam magis ea, quæ in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia constituta sunt, sed ad instructionem studiosorum, ejusdem concilii brevem digessi.

LXI.

Vt libera legatio ab omnibus provinciis ad concilium dirigatur, ad [c] Myzonium legati & literæ, propter liberam dirigendam legationem, destinari pręcepti sunt: ut quia apud Carthaginem tantum unitas facta est, dentur etiam literæ ad judices, ut & in aliis provinciis & civitatibus operam impendi jubeant unitati, ut gratiarum actiones de Carthaginensi ecclesia pro universa Africa, de exclusione Donatistarum, cum episcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ sunt literæ papæ Innocentii, ut episcopi ad transmarina pergere facile non debeant, quod hoc ipsum episcoporum sententiis confirmatur, ut propter gratiarum actionem & exclusionem Donatistarum, duo clerici ecclesiæ Carthaginensis ad comitatum mittantur.

Cod. can. cap 94.
[c] Mizonium.

In hoc concilio quædam de constitutis superioribus corriguntur, ut concilium universale non nisi necessitate faciendum.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus, Honorio septimum & Theodosio secundum Augustis consulibus, Idibus Iunii, Carthagine in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus ait: Quoniam constitutum fuerat in concilio Hipponensi, ut singulis annis contraheretur concilium Africæ plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verum etiam per diversas provincias suo ordine, & hoc reservatum est, ut indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzacio. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus visum est;

De tempore, causa & actis hujus synodi, vide annotationes concilii Africani IV. sub Innocentio, anno Chr. 407.

LXII.

Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas: sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ, undecumque ad hanc sedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia, ubi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ communes non sunt, in suis provinciis judicentur.

Idem habetur in Milevitano concilio tempore Innocentii c. 9. Cod. can. cap. 95.

LXIII.

LXIII.

2. quaest. 6. Si autem provocatum. Cod. can. cap. 96.

Si autem fuerit provocatum, eligat, qui provocaverit, judices: & cum eo & ille contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.

Cum universæ legationes diversarum provinciarum allegarentur, gratissime acceptæ sunt, id est, Numidiarum, Byzacenorum, Maurorum Sitiphensium, itemque Cæsariensium, sed & Tripolitanorum.

LXIV.

Cod. can. cap. 97.

Placuit etiam, ut petant ex nomine provinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius & Fortunatianus, a gloriosissimis imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum, ut more sacerdotum provinciæ, iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicum secretaria.

Placuit, ut legationem liberam habeant ad comitatum missi delecti legati.

Protestatio Maurorum pontificum de Primoso.

Tigave seu Tigava, civitas est Mauritaniæ Cæsariensis.

PROTESTATOS esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosum per principales civitatis Tigavensis conventum literis eorum fuisse, ut secundum principalia scita plenario concilio sui præsentiam faceret: &, ut oportuit, requisitus Primosus repertus non est, sicuti diaconi renuntiaverunt. Sed quia poposcerunt iidem Mauri de plenario concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratem senem Innocentium, has placuit mitti, ut agnoscat requisitum Primosum in concilio, & minime fuisse repertum.

LXV.

Cod. can. cap 98.

Placuit & illud, ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi e concilio plenario uniuscujusque provinciæ & primatis, atque consensu ejus, ad cujus diœcesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

LXVI.

Cod. can. cap. 99.

Sane ut illæ plebes, quæ conversæ sunt a Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcop m proprium habere, sed ad alicujus episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Necnon & illud suggestum est, quod plebes ante legem imperatorum de unitate latam, quicumque converterentur episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant. Verum a lege unitatis, & deinceps oporteat universas ecclesias vendicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant, vel conversorum ad catholicam, vel non conversorum hæreticorum, & diœceses, & si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad ejus jus pertinentia. Qui vero aliqua usurpaverunt post legem, usurpata conventi restituant.

LXVII.

Cod. can. cap. 100.

Ad suggestionem vel postulationem episcopi Maurentii, cum lecta fuisset scheda, quam obtulit episcopus Placentius, qui personam legati Numidarum gestabat, sententia ejusdem Placentii recitata est in conspectu episcoporum. Et cum quærerentur hi quos adesse voluit a diaconis pro foribus, id est, seniores a nova Germanicia, ac minime invenirentur, secundo vel tertio requisiti, propterea censuit sanctum concilium, ut literæ ad eumdem senem Xanthippum prærogentur, quo noverit voluntati plebis memoratæ nullo modo ad injuriam episcopi succumbendum. Maurentius episcopus dixit: Quoniam requisiti sunt seniores a nova Germanicia secundo, ac tertio, & non sunt inventi, quibus præceptum erat a primate, ut huc occurrerent ad venerabile concilium, quod nunc agitur Idibus Iuniis, suique absentiam procurarunt: idcirco decernat ex hac re aliquid sanctitas vestra, ne sub molestia calumniæ ipsorum, innocens videar laborare. Concilium sanctum statuit, debuisse quidem secundum censuram sacerdotalem ex hoc concilio adversus contumaces ferri sententiam: sed quia mansuetudo ecclesiastica servanda est in omnibus causis, * præmiserunt ad senem Xanthippum, ut noverit judices de concilio electos sine dilatione ' considerare debere in civitate * Thubursicensi, ut negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius episcopus dixit: Iudices peto sanctum senem Xanthippum, sanctum Augustinum, Florentium, Theasium, Sansutium, Secundum, & Possidium. Hos decerni mihi jubeatis. Sanctum concilium concessit judices postulatos. Reliquos autem judices, ad complendum numerum necessarios, eligentibus ipsis senioribus a nova Germanicia senex Xanthippus curavit decernere.

* pro[...] runt, [...] nem, ' consid[...] * Tubu[...] nensem Tubursi[...] ptensem

LXVIII.

Placuit etiam, ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ, ad sanctum papam Innocentium scri atur, quo utraque ecclesia inter se pacem, qu m præcepit dominus, teneat.

LXIX.

Placuit etiam, ut secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore neque dimissa a marito, alteri conjungatur: sed ita m neant, aut sibimet reconcilientur. Quod si ontempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

LXX.

Placuit etiam hoc, ut preces quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino contra fidem proferantur, sed quæcumque cum prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

LXXI.

Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur. Si autem episcopale judicium ab imperatore postularit, nihil ei obsit.

LXXII.

Quicumque autem non communicant in Africa, si in transmarinis ad communicandum obrepserint, jacturam clericatus excipiant.

LXXIII.

Placuit, ut quicumque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad urbis Romæ ecclesiam mittitur, intimetur, ut inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si accipiens Romanam tantummodo formatam, & tacens necessitatem, qua ad comitatum illi pergendum est, voluerit etiam ad comitatum pergere, a communione removeatur. Quod si ibi Romæ ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi,

Notas [...] jus can[...] vide su[...] in not[...] concili[...] Africa[...] IV. sub [...] nocent[...] Cod. c[...] cap. 10[...] Ioan. [...] 32. quæ[...] Placuit, secundu[...] Et in co[...] lio Mil[...] vitano [...] Matth. [...] 1. Cor. [...] Cod. ca[...] cap. 10[...] Placuit, quicumq[...] ab. Et i[...] concilio Milevit[...] cap. 19. Cod. ca[...] cap. 104. Cod. ca[...] cap. 105. Cod. can. cap. 106.

gendi alleget apud episcopum urbis Romæ ipsam necessitatem, & de hoc scripta ejusdem Romani episcopi perferat. Formatæ autem quæ a primatibus, vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni paschę dies incertus est, ille præcedens adjungatur, quomodo solet, Post consulatum, in publicis gestis adscribi.

Placuit & illud, ut adversus Donatistas & paganos, vel eorum superstitiones, legati missi de hoc glorioso concilio, quidquid utile pervidetint, a gloriosissimis principibus impetrent.

Placuit etiam petitu omnium episcoporum, ut epistolis omnibus de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat. Et subscripserunt: Aurelius episcopus Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis consulibus XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem iterum suscepit Fortunatianus episcopus contra paganos & hæreticos.

Item concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis consulibus, III. Idus Octobris, Carthagine. In hoc concilio susceperunt legationem Restitutus, & Florentius episcopi contra paganos & hæreticos, eo tempore quo Severus & Macarius occisi sunt. Et propter eorum causam Euodius & Theasius & Victor episcopi cæsi sunt.

LXXIV.

Concilium de cognitione episcopi.

Gloriosissimis imperatoribus Honorio VIII. & Theodosio III. Augustis consulibus, XVIII. Kalendas Iulias, Carthagine in basilica secunda. In hoc concilio placuit, ut non sibi unus episcopus vendicet cognitionem.

LXXV.

Concilium contra Donatistas.

Post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii octavum, & Theodosii tertium, Augustorum, XVIII. Kalendas Iulias, Carthagine, in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentinus, Possidius, Præsidius & Benenatus episcopi, eo tempore quo lex data est, ut libera voluntate quis cultum Christianitatis exciperet.

Concilium contra hæresim Pelagii & Cælestii: quod Adam non sit factus a Deo mortalis, &c.

Gloriosissimis imperatoribus Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus, Kalendis Maii, Carthagine, in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius episcopus in universali concilio consedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus episcopis (quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt) in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis,

LXXVI.

Ut quicumque dixerit, Adam primum hominum mortalem factum, ita ut, sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

LXXVII.

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur: unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vere sed falſe intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*, nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.

De consecr. distin. 4. Placuit, ut quicumque parvulos. & in concilio Milevitano II. cap. 2. Cod. can. cap. 110. Rom. 5.

NOTA EX SURIO ET BINIO.

Quidam pervetustus codex hoc loco hujusmodi caput insertum habebat: Item placuit, ut si quis dicit ideo dixisse dominum: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*, ut intelligatur, quia in regno cælorum erit aliquis medius, aut ullus alicubi locus, ubi beate vivant parvuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regno cælorum, quod est vita æterna, intrare non possunt, anathema sit. Nam cum dominus dicat: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum*: quis catholicus dubitet participem fore diaboli eum, qui coheres esse non meruit Christi? Qui enim dextra caret, sinistram procul dubio partem incurret.

Ioan. 14. Ioan. 3.

LXXVIII.

Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, (qua justificamur per Iesum Christum dominum nostrum) ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit.

De consecr. dist. 4. Placuit ut quicumque. & in concilio Milevitano II. cap. 3. Cod. can. cap. 111.

LXXIX.

Item, quisquis dixerit, eamdem gratiam Dei per Iesum Christum dominum nostrum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat apostolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat*: valde impium est, ut credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat, non habere, cum sit utrumque donum Dei, & scire, quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus; ut ædificante caritate, scientia nos non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: *Qui docet hominem scientiam*: ita etiam scriptum est: *Caritas ex Deo.*

De consecr. distinct. 4. Quisquis dixerit gratiam. & in concilio Milevitano II. cap. 4. Cod. can. cap. 112. 1. Cor. 8. Psal. 93. 1 Ioan. 4.

LXXX.

Item placuit, ut quicumque dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etiamsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius potestis facere: sed ait: *Sine me nihil potestis facere.*

De consecr. dist. 4. Placuit, ut quicumque dixerit, ideo. Et in Milevitano concilio II. cap. 5. Cod. can. cap. 113. Ioan. 15.

LXXXI.

Item placuit, quod ait sanctus Ioannes apostolus:

Et in concilio Milevitano II. cap. 6.

1. Ioan. 1. stolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est:* quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita est, anathema sit. Sequitur enim apostolus, & adjungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & justus qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam vera iter dici. Poterat enim apostolus dicere: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait: *Nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est:* satis ostendit, eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Cod. can. cap. 114.

1. Ioan. 1.

LXXXII.

Cod. can. cap 115. Et in concilio Milevitano II. cap. 7. Item placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos: *Dimitte nobis debita nostra*, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio: sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores: & ideo non dicere unumquemque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed: *Dimitte nobis debita nostra:* ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & justus erat apostolus Iacobus cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est, *omnes*, nisi ut ista sententia conveniret & psalmo, ubi legitur: *Non intres in judicium cum servo tuo, quoniam non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo, qui non peccet:* Et in libro sancti Iob: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & justus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur (quemadmodum quidam sentiunt) hoc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis; postea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo meo:* noluit dicere peccata nostra, sed *populi sui* dixit, *& sua:* quoniam futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam propheta prævidit.

Matth. 6. Iacob. 3. Psal. 142. Eccl 7. Iob. 37. Dan. 9. Ibidem.

LXXXIII.

Cod. can. cap. 116. Et in Milevitano II. cap. 8. Matth. 6. Item placuit, ut quicumque ipsa verba dominicæ orationis ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra:* ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labiis dicit sibi dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, se debita non " habere?

" Hic vero desinunt illi 8. canones, quos alii concilio Milevitano II. alii longe probabilius Carthaginensi plenario an. 418. habito vindicant.

LXXXIV.

Cod. can. cap. 117. Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in ecclesia plenario concilio constitutum est, ut quæcumque ecclesiæ in diœcesi constitutæ, ante leges de Donatistis latas, catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, ut catholicæ unitati communicarent: post leges autem quæcumque communicaverint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controversiæ postea inter episcopos de diœcesibus ortæ sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum: nunc isto concilio sancto placuit, ut ubicumque catholica fuit, & pars Donati, ad diversas cathedras pertineant: quocumque tempore illic unitas facta est, vel facta fuerit, sive ante leges, sive post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ ibi fuerat, pertinebat.

LXXXV.

Ita sane, ut si episcopus ex Donatistis ad catholicam unitatem conversus est, æqualiter inter se dividant eas, quæ sic fuerint inventæ, ubi ambæ partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior invenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, majoris temporis episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, ut non possint æqualiter dividi, velut si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod superius dictum est, cum de uno tractaretur loco. Cod. can. cap. 118.

LXXXVI.

Item placuit, ut etiam, si quisquam post leges aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, si eum per triennium, nemine repetente, retinuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præjudicium patietur. Si autem non fuit; non præjudicetur matrici, sed liceat (cum locus acceperit episcopum, quem non habebat) ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conversus, non ei præjudicet præfinitum tempus, sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebant cathedram. Cod. can. cap. 119.

LXXXVII.

Item placuit, ut quicumque episcopi plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita * repetunt, ut causas suas, episcopis judicantibus, agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat, quem constiterit, prætermissis judiciis ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primate, ut retineat, literas impetrarit: sed sive habeat literas sive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus literas accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos judices causa finiatur; sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint. 16. quæst. Placuit, ut quicumque Et in concilio Milevitano II. cap. 21. Cod. can. cap. 120. * repetierint,

LXXXVIII.

Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conventionis non hoc effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant. Ita sane, ut si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, 16. quæst. Placuit, ut quicumque & in concilio Milevitano II. cap. 24. Cod. can. cap. 121.

ut

ut impune ibi sint, & suam diligentiam fuisse A praeventam, ut eo modo ejus cura solicitior * vetaretur, cum hoc judices episcopi cognoverint, suæ cathedræ loca restituant. Sane, si episcopi, inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille primas det judices, in cujus provincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

LXXXIX.

A judicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare. Et quisquis * provocatus repertus fuerit per contumaciam B nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

XC.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die, quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo.

XCI.

Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciente, non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

XCII.

Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

XCIII.

Item placuit, ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velaverit virginem, seu velavit intra viginti & quinque annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

XCIV.

Item placuit, ne diutius universi episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab universo concilio judices ternos de singulis provinciis eligi. Et electi sunt de provincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus & Clarus: de provincia Numidiæ, Alypius, Augustinus & Restitutus: de provincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate Cresconius, Iocundus & Æmilianus: de Mauritania Sitiphensi, Severianus, Asiaticus & Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus est missus, qui omnes cum sancto

sene Aurelio universa cognoscant. A quo petiit universum concilium, ut cunctis sive gestis, quæ confecta jam sunt, seu epistolis, ipse subscribat. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri subscripserunt.

Item huic concilio interfuit ecclesiæ Romanæ legatio.

POST consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum III. Kalendas " Iunias, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus una cum Faustino ecclesiæ Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ, Vincentio Culusitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano ' Vlzibiritano, Adeodato * Simittuensi, Pentadio Carpitano, Rufiniano * Muzutensi, Prætextato Sicilibrensi, Quodvultdeo * Verensi, Candido * Abbiritano, Galloniano Vticensi, legatis provinciæ proconsularis: Alypio Tagastensi, Augustino ' Hipponæ Regiensi, & Possidio Calamensi, legatis provinciæ Numidiæ: Maximiano Aquæ Regiensis, Iocundo Suffetulensi, & Hilarino Orreocelensi, legatis provinciæ Byzacenæ: Novato Sitiphensi, & Leone Moctensi, legatis provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis: Nivello * Ruscuriensi, Laurentio Icositano, & Numeriano * Rus- C goniensi, legatis provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, ab universali concilio judicibus delectis, adstantibus diaconibus, consedisset, & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se conquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent, placuit universo concilio, ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque provinciis; qui propter alia peragenda residerent. Et factum est, ut hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

De hoc concilio, vide quæ diximus in nostis conc. hi Carthagin. VI & VII. supra sub Bonifacio. " Iulii ' Vzippa- rensi ' Simidico * Simitensi; * Mustensi, ' Muzubensi, * Virensi, * Abdiritano, ' Hipponensium regiorum * Rusuccurensi, *vel* Rusocorensi, * Rungoniensi,

XCV.

Placuitque omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis, quæ admittendæ sunt ad accusationem, clericorum, jam D constitutum est, & quæ personæ non admittantur, non expressum est: idcirco definimus, eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit.

4. quæst. 1. Diffinimus eum: & in Carth. VII. cap. 1. Cod. can. cap. 128.

XCVI.

Item placuit, ut omnes servi vel proprii liberti, ad accusationem non admittantur: vel omnes, quos ad accusanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis adspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam, sive pagani, sive Iudæi: sed tamen omnibus quibus E accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda.

Cod. can. cap. 129. 4. quæst. 1. cap. Diffinimus, eum rite: & in Carth. VII. cap. 2.

XCVII.

Item placuit, ut quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur.

3. quæst. 10. Placuit ut quotiescumque. in Carthaginensi VII. cap. 3. Cod. can. cap. 130.

XCVIII.

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem, infra annos 14. ætatis suæ, non admittantur.

4. quæst. 2. Testes autem ad testimonium. & in Carthagin. VII. cap. 4. Cod. can. cap. 131.

XCIX.

A

6. quæst. 2. Placuit, ut si quando episcopus. & in Carthag. VII. cap. 5. Cod. can. cap. 132. Cod. can. cap. 133. " in ed. Mog. inseruntur hæc verba: secrete tamen interdicat ei communionem donec obtemperet. ' poterit " Rectius hic canon sejungitur a priori, qui in duos minus apte divellitur in codice.

Item placuit, ut si quando episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad injuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare," quamdiu excommunicato non communicaverit suus episcopus eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis: ut magis caveat episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non' potest.

C.

Aurelius episcopus dixit: Iuxta " statuta totius concilii congregati, & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem: Vniversi tituli designati & digesti, hujus diei tractatum & ecclesiæ gesta suscipiant: B quæ vero adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, venerabili fratri & coepiscopo nostro Bonifacio rescribemus.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habitis subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ provinciæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi. C

Alypius episcopus Tagastensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

' Hipponensis — Augustinus episcopus ' Hipponæ Regiensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Possidius episcopus Calamensis, legatus provinciæ Numidiæ ', his gestis subscripsi. — " inferioris

Vincentius Culusitanus, his gestis subscripsi.

Fortunatianus Neapolitanus, his gestis subscr.

' Arpitaniç — Pentadius ' Carpitanus, his gestis subscripsi.

' Rufinianus Mazensis — Rufianus * Muzutensis, his gestis subscripsi.

*Mustensis, — Quodvultdeus * Verensis, his gestis subscripsi.

* Virensis, — Candidus Germaniciæ, his gestis subscripsi.

' Vtiensis vel Vtensis. — Gallonius Vticensis, ' his gestis subscripsi.

' Aquensis Regiorum — Maximianus ' Aquç Regiensis, legatus provinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi. D

Iocundus Suffetulensis, legatus provinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

' Hilarianus — Hilarius ' Orreocelensis, legatus provinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

' ejusdem — Novatus Sitiphensis, legatus prouinciç ' Mauritaniæ Sitiphensis, his gestis subscripsi.

* Nicellus Rusucuriensis, *vel* Rosocorensis, — * Nivellus Rusuccurensis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, his gestis subscripsi.

* Rungoniensis, — Numerianus * Rusgoniensis, legatus provinciæ Mauritaniç Cæsariensis, his gestis subscripsi.

* Ospinensis, *al.* Opinensis. — Leo * Moctensis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, his gestis subscripsi. E

Alius Leo, legatus provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, his gestis subscripsi.

Et ceteri episcopi ducenti decem & septem similiter subscripserunt.

Philippus presbyter, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis a nobis recollectis subscripsi.

Asellus presbyter, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi, quæ per nos directa sunt.

"** *Eædem subscriptiones ex vetustissimo ms. Vaticanæ bibliothecæ numero 4929. ubi ita annotatum legitur.* Hoc capitulum Aurelii cum subscriptionibus episcoporum in canone apostolici Romæ non habetur.

A Aurelius episcopus huic scedulæ relectç nobis subscripsi.

Valentinus episcopus primæ sedis provinciæ Numidiæ subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ provinciæ Piceni, legatus sanctæ ecclesiæ Romanæ huic scedæ subscripsi.

Alypius episcopus ecclesiæ Tagastensis legatus provinciæ Numidiæ subscripsi.

Augustinus episcopus ecclesiæ Hipponi regio legatus concilii Numidiæ huic chartulæ pro me, & concilio subscripsi.

Possidius episcopus ecclesiç Calamensis legatus provinciç Numidiæ inferioris subscripsi.

Vincentius episcopus Culsitanæ ecclesiæ subscripsi.

Fortunatus episc. Neapolitanç ecclesiç subscr.

Pentadius episc. Carpitanæ ecclesiæ subscripsi.

Rufinus episc. ecclesiæ Mazensis subscripsi.

Prçtextatus episc. Siciliensis ecclesiæ subscripsi.

Quodvultdeus ep. Verensis ecclesiç subscripsi.

Candidus episcopus Abbiritensis Germanicianorum ecclesiæ subscripsi.

Gallonianus episc. Vtensis ecclesiç subscripsi.

Maximianus episcopus Aquensis regiorum legatus provinciæ Byzacenæ subscripsi.

Iocundus episcopus Sufetulensis legatus provinciç Byzacenæ subscripsi.

Maximus episcopus legatus provinciæ Byzacenæ subscripsi.

Hilarius episcopus Horreicælienſis legatus provinciæ Byzacenæ subscripsi.

Novatus episcopus Vsurranensis legatus provinciç Mauritaniæ Sitifensis subscripsi.

Laurentius episcopus Icositanus legatus provinciæ Mauritaniç Cæsariensis subscripsi.

Numerianus episcopus Raugurienſis, legatus ejusdem provinciæ subscripsi.

Leo episcopus Moptensis ecclesiæ legatus ejusdem provinciæ subscripsi.

Alius Leo episcopus legatus provinciæ Sitifensis subscripsi.

Et ceteri episcopi CCXVIII. diversarum provinciarum subscripserunt.

Philippus presbyter legatus sanctæ ecclesiæ Romanæ his gestis subscripsi.

Asellus presbyter legatus ecclesiç Romanæ hæc gesta relegimus per nos directa. *Explicit.*

CI.

EPISTOLA AB OMNI CONCILIO Africano ad Bonifacium urbis Romæ episcopum per Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, legatos ecclesiæ Romanæ, directa.

Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ, & ceteri, & qui præsētes adfuimus, numero ' ducentis septē & decē ex omni concilio Africæ. ' CCXVIII

Cod. can. cap. 134. De hac epistola vide notas concilii Carth. VI.

QVONIAM domino placuit, ut de his, quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus Faustinus, & compresbyteri Philippus & Asellus, non beatæ memoriæ episcopo Zosimo, a quo ad nos mandata & literas attulerunt, sed tuæ venerationi, qui in ejus locum es divinitus constitutus, humilitas nostra rescriberet; ea breviter insinuare debemus, quæ utrorumque concordia terminata sunt, non ea quç prolixis gestorum voluminibus continentur: in quibus, salva quidem caritate, non tamen sine parvo altercationis labore demorati sumus,

sumus, ea gestis delibantes, quæ nunc ad causam pertinent: quamquam & ille, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratias, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter, de cujus & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum, non solum Siccensi, verum etiam toti Africanæ ecclesiæ non leve scandalum, de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus noster Siccensis Vrbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit. Quia vero paci & quieti ecclesiæ non tantum ad præsens, sed etiam in posterum prospiciendum fuit, quoniam talia multa præcesserant, ut vel similia, vel etiam graviora deinceps praecaveri oporteret; placuit nobis, ut de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, presbyter removeretur Apiarius, & accepto epistolio, ubicumque alibi vellet & posset, presbyterii munere fungeretur: quod eidem ipsi, per literas proprias postulanti, sine difficultate concessimus. Sane, priusquam hæc causa isto termino clauderetur, inter alia, quæ diuturnis disceptationibus versabamus, quia rogatio ipsa poscebat, ut apud acta ecclesiastica a fratribus nostris Faustino coepiscopo, & Philippo Asello compresbyteris, quæreremus, ut promerent, quidquid eis nobiscum fuisset injunctum agendum, nonnulla quidem sine ullo scripto prosecuti sunt verbis: sed cum id potius flagitaremus, quod in literis ferrent, commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiam gestis quæ secum ad vos deferunt, est allegatum. In eis quatuor quidem nobiscum agenda mandata sunt: Vnum, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem: Alterum, ne ad comitatum episcopi importuni navigent: Tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint: Quartum, de Vrbano episcopo excommunicando, vel etiam Romam evocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, ut Romam liceat episcopis provocare, & ut clericorum causæ apud suarum provinciarum episcopos finiantur, jam priore anno etiam literis nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis, insinuari curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paulisper sineremus, usque ad inquisitionem statutorum concilii Nicæni. Et nunc de tua poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam a patribus acta vel constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est: Si episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit ut renovetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut a latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt,

A erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo suo consilio judicaverit. Item de presbyteris & diaconibus: Si episcopus quis iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commovetur adversus presbyterum, sive diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit: providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat vero potestatem ejectus, ut finitimos interpellet episcopos, & causa ejus audiatur, & diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti: & ille episcopus, qui aut juste, aut injuste eum rejecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut aut probe-
B tur ejus aut emendetur sententia. Hæc utique ad adventum verissimorum exemplariorum Nicæni concilii inserta gestis sunt: quæ si ibi (quemadmodum ipso, quod apud nos fratres ex apostolica sede directi, commonitorio allegaverunt) continerentur, eoque ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare jam nolumus) vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adjuvante misericordia domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, non sumus jam istum typhum
C passuri: & servabuntur erga nos ea quæ nobis etiam non differentibus custodiri debeant, cum fraterna caritate, quæ secundum sapientiam atque justitiam, quam tibi donavit altissimus, etiam ipse * prospicis esse servanda, si forte aliter se habent canones concilii Nicæni. Quamvis enim plurimos codices legerimus, sed numquam in Nicæno concilio in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio, inde directa sunt: tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus invenire, ex orientalibus ecclesiis, ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quo-
D que venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, & aliis, si etiam tuæ placuerit sanctitati; ut inde ad nos iidem canones, apud Nicæam civitatem a patribus constituti, veniant te potissimum hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesiis in domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria esse verissima concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diversis locis, & de nobilibus Græcis ecclesiis allata & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellationi-
E bus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum provinciarum episcopos terminandis, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur: & beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus. Cetera vos quæ in nostra synodo gesta vel firmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus compresbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. Et alia manu: Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Augustinus, Possidius, Marinus, & ceteri episcopi 217.

Marginal notes (left, partly cut off): ...ausa ...rii vi... ...æ dixi ...in no... ...oncilii ...vitani ...& Car... VI. — ...ostolio ...ugdun. ...e ms. — ...atio ...gatis ...ani ...ificis. — ...nmoni... ...contē... ...æ fue... — ...c. Sard. ...7. Et 2. ...t. 6. Si ...episco... ...accusa...

Marginal notes (right): Ex concilio Sardicensi, can. 17. Et 1. qu. 3. Si forte episcopus iracundus. Et in decret. Ivo. lib. 3. — * perspicis

A

CII.

EPIST. CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI AD CONCIL. AFRICANVM.

Authentica concilii Nicæni, translata de Græco, per Innocentium presbyterum transmittit. Quæ, & etiam aliæ epistolæ, cum eodem concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium & Marcellum subdiaconum ecclesiæ Carthaginensis sancto Bonifacio episcopo ecclesiæ Romanæ sub die VI. Kalendas Decembris sunt directa.

B

Dominis honorabilibus, sanctis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Carthaginensi synodo congregatæ, Cyrillus salutans in Deo caritatem vestram.

Cod. can. c. 135. SCRIPTA venerationis vestræ, multam habentia querimoniam, cum omni lætitia per filium vestrum Innocentium presbyterum suscepi: quibus a nobis speratis, ut de scrinio nostræ ecclesiæ verissima exemplaria, ex authentica synodo apud Nicænam civitatem metropolim Bithyniæ a sanctis patribus constituta atque formata, sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Vnde, domini venerabiles fratres, salute præeunte, necesse habui, per harum latorem filium nostrum Innocentium presbyterum, fidelissima exemplaria ex authentica synodo in Nicæa Bithyniæ habita, vestræ caritati dirigere, quæ & in ecclesiastica historia requirentes invenietis. De pascha vero, ut scripsistis, nuntiamus vobis, XVII. Kalendas Maias nos futura indictione celebrare. Et alia manu: Deus & dominus noster sanctam vestram congregationem custodiat, quod optamus, carissimi fratres.

Ecclesiasticæ hist. lib. 10. c. 6.

C

CIII.

EPISTOLA ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOPOL. AD EOSDEM.

D

Dominis sanctis, merito beatissimis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel ceteris carissimis, in synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus.

Cod. can. c. 136. PER filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum scripta vestræ dilectionis cum omni gratiarum actione suscepi, domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatissimi fratres. Scribitis sane ut verissimos canones, apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a patribus constitutos, sub fidei adstipulatione dirigam. Et quis est, q[illegible] communem fidem, vel statuta a patribus fir[illegible]ata, suis fratribus deneget? Qua de re, per eumdem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa civitate a patribus canones in integro (ut jussistis) direxi; petens, ut pro me plurimum vestra sancta congregatio orare jubeat. Et alia manu: Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres.

E

CIV.

EXEMPLARIA CONCILII NICÆNI,

*directa sub die VI. Kalendas Decembris, post consulatum gloriosissimorum imperatorum, Honorii *XII. & Theodosii* IX. Augustorum, Bonifacio urbis Romæ episcopo.*

* XIII. * VIII.

CREDIMVS in unum Deum, patrem omnipotentem, visibilium, nec non & invisibilium creatorem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum ex patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, & cælestia & terrestria. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est. Et resurrexit tertia die. Ascendit in cælum, venturus inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt: Erat tempus, quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia substantia vel essentia esse, aut mutabilem, aut convertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Cod. can. c. 137.

Huic symbolo fidei etiam exemplaria statutorum ejusdem concilii Nicæni a memoratis pontificibus annexa sunt, de Græco in Latinum a *Teilone & Thearisto Constantinopolitano translata, sicuti in concilio Carthaginensi sexto latius explicantur. Quapropter nos hic ea denuo conscribi superfluum judicamus.

*Philone & Euaristo.

CV.

EPISTOLA CONCIL. AFRICANI, AD PAPAM CÆLESTINVM VRBIS Romæ episcopum.

*Domino dilectissimo, & honorabili fratri Cælestino, Aurelius, *Valentinus, Antonius, Tutus, Servusdei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Ianuarius, Optatus, Celtitius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & ceteri, qui in universali Africano concilio Carthaginis adfuimus.*

* Palentinus mendose. * Palatinus.

OPTAREMVS, si quemadmodum sanctitas tua de adventu Apiarii lætatos vos fuisse, missis per compresbyterum nostrum Leonem literis, intimavit; ita nos quoque de ejus purgatione hæc scripta cum lætitia mitteremus. Esset profecto & nostra & vestra modo alacritas certior: nec festinata, nec præpropera videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quam de audito præcesserat. Adveniente sane ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino, concilium congregavimus, & credidimus ideo eum illo missum, quoniam sicut per ejus operam presbyterio ante redditus fuerat, ita nunc posset de tantis criminibus a Tabracenis objectis, eo laborante, purgari; cujus tanta ac tam immania flagitia decursus nostri concilii examen invenit, ut & memorati patrocinium potius, quam judicium, ac defensoris magis operam, quam disceptatoris justitiam superarent. Nam primum, quantum obstiterit omni congregationi diversas injurias ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens privilegia, & volens eum a nobis in communionem suscipi, quem tua sanctitas (credens appellasse, quod probare non potuit)

Ea quæ diximus in notis concilii Carthagin. VI. hanc epistolam ad Cælestinum mul-tum declarant.

Cod. can. c. 138. Causa Apiarii.

potuit) communioni reddiderat, quod minime tamen licuit; quod etiam geſtorum ex lectione melius cognoſces. Triduano tamen laborioſiſſimo agitato judicio, cum diverſa eidem objecta affliĉtiſſimi quæreremus, vel moras coepiſcopi noſtri Fauſtini, vel tergiverſationes ipſius Apiarii, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, *Deus judex juſtus, fortis & longanimis*, magno impendio reſecavit. Tetriore quippe ac putidiore obſtinatione compreſſa, qua tantum lividum cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo noſtro ejus conſcientiam coarĉtante, & occulta quæ in illius corde tamquam in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confeſſionem cunĉtorum objeĉtorum flagitiorum doloſus necator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus ſe ipſe convicit, atque ipſam quoque noſtram ſpem, qua eum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis poſſe purgari, convertit in gemitus: niſi quoniam iſtam noſtram mœſtitiam uno tantum ſolatio mitigavit, quod & nos labore diuturnioris quæſtionis abſolvit, & ſuis vulneribus qualemcumque medelam, etſi invita ac ſua conſcientia reluĉtante, confeſſione providit, domine frater. Præfato itaque debitæ ſalutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile advertet venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveri, quanto magis hoc de epiſcopis voluit obſervari, ne in ſua provincia communione ſuſpenſi, a tua ſanĉtitate vel feſtinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni reſtitui: presbyterorum quoque & ſequentium clericorum improba refugia (ſicuti te dignum eſt) repellat ſanĉtitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & decreta Nicæna ſive inferioris gradus clericos, ſive ipſos epiſcopos, ſuis metropolitanis apertiſſime commiſerunt. Prudentiſſime enim, juſtiſſimeque providerunt, quæcumque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda: nec unicuique provinciæ gratiam ſanĉti Spiritus defuturam, qua æquitas a Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſime teneatur: maxime, quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad concilia ſuæ provinciæ, vel etiam univerſale provocare. Niſi forte quiſquam eſt qui credat, unicuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium ſacerdotibus denegare. Aut quomodo ipſum tranſmarinum judicium ratum erit, ad quod teſtium neceſſariæ perſonæ, vel propter ſexus, vel propter ſeneĉtutis infirmitatem, multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam ut aliqui tamquam a tuæ ſanĉtitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum ſynodo conſtitutum. Quia illud quod pridem per eumdem coepiſcopum noſtrum Fauſtinum, tamquam ex parte Nicæni concilii, exinde tranſmiſiſtis: in conciliis verioribus, quæ accipiuntur Nicæna, a ſanĉto Cyrillo coepiſcopo noſtro Alexandrinæ eccleſiæ, & a venerabili Attico Conſtantinopolitano antiſtite, ex authentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium preſbyterum & Marcellum ſubdiaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio epiſcopo ' prædeceſſori veſtro, a nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos veſtros quibuſque potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumoſum typhum ſæculi in eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis, & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre noſtro Fauſtino (amoto jam pro ſuis nefandis nequitiis de Chriſti eccleſia dolendo Apiario) ſecuri ſumus, quod eum probitate ac moderatione tuæ ſanĉtitatis, ſalva fraterna caritas ulterius in Africa minime ſuſtinere patiatur. Et alia manu: Dominus noſter ſanĉtitatem veſtram ævo longiore orantem pro nobis cuſtodiat, domine frater.

Margin notes: 7. (at *Deus judex juſtus*) — ...ũ pro- ...endæ ...llatio- ...lium ...tui ro- — ...n. con- ...n. 6. — ...n. con- ...n. 5. — ' deceſſori

" * * Expliciunt canones eccleſiaſtici ex ſcrinio eccleſiæ Romanæ tranſlati. *Ita cod. Lugd.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Africanum.*] Ita diĉtum eſt, quod (ſicut in ejus exordio declaratur) quæcumque concilia ſub Aurelio Carthaginenſi illic celebrata fuerunt, per epitomen ſunt collecta. Quinquennalem illam controverſiam Africanorum de modo proſequendæ appellationis ad ſedem apoſtolicam interpoſitam, tempore Zoſimi pontificis exortam, huic concilio conveniendi cauſam dediſſe, indicant epiſtolæ ſynodicæ ad Bonifacium & Cæleſtinum pontificem ſcriptæ. Horum quatuor priora, ſub pontificatu Siricii: tria ſequentia, ſub Anaſtaſii pontificatu: oĉto ſub Innocentio; reliqua ſub Zoſimo, Bonifacio & Cæleſtino pontificibus celebrata fuerunt, ut patet ex notis conciliorum eorum, quæ ſupra ſub prædiĉtis pontificibus poſita fuerunt. Quo tempore, quamve ob cauſam ſingula habita fuerint, ex marginalibus notis, lector, cognoſcere poteris. Plurimorum conciliorum idem initium cauſam dedit, quod præter morem ea in margine notaverimus. (Africanum non unum eſt, ſed ex multis collectum. Cauſa concilii.)

b *Tempore Bonifacii & Cæleſtini.*] Hoc aperte indicant ſynodales epiſtolæ in eadem Apiarii & proſequendæ appellationis cauſa ſcriptæ. Hac itaque ratione induĉtus, convenientius eſſe putavi, ut hoc concilium, quod prioribus editionibus ſub Bonifacio collocatum fuit, ad primum annum Cæleſtini pontificis referrem. Ut id facilius & libentius præſtarem, animum addidit Baronius, qui in additionibus ſuis ad annum 397. ita fieri debere expreſſe aſſeruit. (Quo tempore celebratũ fuerit.)

EPIST. EPISCOPORVM AFRICÆ,

QVAM CVM LEPORII LIBELLO miſerunt ad epiſcopos Galliæ, Proculum videlicet Maſſilienſem, & alios.

1 *Dileĉtiſſimis & honorabilibus fratribus & conſacerdotibus, Proculo & Cylinnio, Aurelius, Auguſtinus, Florentius, & Secundinus, in domino ſalutem.*

FILIVM noſtrum Leporium apud veſtram ſanĉtitatem pro ſui erroris præſumptione merito idoneeque correptum, cum ad nos poſteaquam inde exturbatus eſt veniſſet, ſalubriter perturbatum, corrigendum ſanandumque ſuſcepimus. Nam ſicut vos obediſtis apoſtolo ut corriperetis inquietos, ita & nos ut conſolaremur puſillanimes, ac ſuſciperemus infirmos. 1. Theſſ. c. 5 v. 14. Cum enim præoccupatus eſſet, ſicut homo, in aliquo deliĉto, eodemque non parvo, ut de unigenito filio Dei, quod erat in principio verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, cum autem venit plenitudo temporis, Verbum caro factum eſt, Ioan. 1. & habitavit in nobis, non reĉta quædam ſaperet, nec vera ſentiret, negans Deum hominem

minem factum; ne videlicet substantiæ divinæ, quæ æqualis est patri, indigna mutatio vel corruptio sequeretur: nec videns quartam se subintroducere in Trinitate personam, quod a sanitate symboli, catholicæque veritatis prorsus alienum est: eum sicuti potuimus, adjuvante domino instruximus in spiritu lenitatis; præsertim quia cum hoc admoneret vas electionis, adjecit: *Intendens teipsum, ne & tu tenteris*: ne ita se quidam ad provectum spiritalem pervenisse gauderent, ut se jam non posse tentari tamquam homines putarent. addiditque salubrem pacificamque sententiam, ut alter alterius onera portemus, quoniam sic adimplebimus legem Christi. Qui enim putat se esse aliquid, cum sit nihil, seipsum seducit, dilectissimi & honorabiles fratres. Quam tamen ejus emendationem nequaquam forte implere possemus, nisi vos ante quæ in eo mendosa fuerant, damnaretis. Idem igitur & dominus & medicus noster utens vasis ac ministris suis, qui dixit: *Ego percutiam, & ego sanabo*: per vos percussit tumentem, per nos sanavit dolentem. Idem suæ domus administrator atque provisor, per vos destruxit male constructa, per nos bene composita restauravit. Idem diligens agricola possessionis suæ sterilia per vos eradicavit, & noxia; utilia per nos & fecunda plantavit. Non itaque nobis, sed ejus misericordiæ demus gloriam, in cujus manu sumus & nos & sermones nostri. Et sicut in supradicto filio nostro ministerium vestrum humilitas nostra laudavit, sic etiam sanctitas vestra nostro ministerio gratuletur. Paterno igitur & fraterno corde suscipite a nobis misericordi severitate correctum. Etsi enim aliud per nos, aliud per vos, utrumque tamen fraternæ saluti necessarium una caritas fecit. unus ergo Deus fecit, quoniam Deus caritas est. Proinde sicut per suam præsentiam susceptus est a nobis, sic per suam epistolam suscipiatur a vobis. cui quidem epistolæ nostra etiam manu subscribendum putavimus, ipsius esse testantes. Hanc ejus correctionem dilectionem vestram minime dubitamus & gratanter accipere, & eis notam facere, quibus ejus error scandalum fuit: quia & illi qui cum eo venerunt ad nos, cum illo correcti atque sanati sunt, sicut eorum subscriptionibus, quæ coram nobis factæ sunt, tenetur expressum. Superest ut de fraterna salute lætati, rescriptis beatitudinis vestræ nos vicissim lætificare dignemini. Optamus vos, dilectissimi & honorabiles fratres, in domino bene valere memores nostri.

Galat. c. 6. v. 1. & 2.

Deut. c. 32. v. 39.

NOTA IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Dilectissimis & honorabilibus*, &c.] Huic epistolæ titulus in hæc verba præfixus est in codice Leodiensi: *Epistola Aurelii, Augustini, Florentii & Secundini, ad consacerdotes Proculum & Cylinnium, de quodam Leporio, qui pro eo quod non recta quadam saperet, nec vera de fide sentiret, pro hac sua erroris præsumptione a sanctis memoratis patribus Proculo & Cylinnio correptus, & de loco suo ejectus, ad sanctum Augustinum, & alios præmissos viros, pervenit gratia confugii. Vnde ab eis salubriter correctus, & ad sanam doctrinam reductus, suo est episcopo per propriam epistolam catholice sentientem cum sociis reconciliatus.*

A

"**LEPORII MONACHI ET PRESBYT. LIBELLUS EMENDATIONIS SIVE SATISFACT."

Confessionem fidei catholicæ continens de mysterio incarnationis Christi cum erroris pristini detestatione,

Missus Carthagine cum subscriptione, & epistola episcoporum Africæ ad episcopos Galliæ.

Dominis beatissimis, & venerandissimis Dei sacerdotibus Proculo, & ' Quillenio Leporius exiguus.

B

QUID in me primum, o domini mei venerandi, & beatissimi sacerdotes, accusem nescio; quid in me excusem non invenio. Sic imperitiæ superbia, sic stulta simplicitas cum persuasione noxia, sic fervor cum intemperantia, sic ut verius dicam cum sui diminutione debilis fides, simul omnia in me recepta viguerunt, ut tot, & tantis simul sit & obedisse confusio, & hæc eadem ab animo potuisse rejicere mihi stupenda sit gratulatio. Agnosco igitur delictum meum, & ipse mei accusator liber existo. Sed spero misericordiam, quia ignorans feci. Inexcusabilis mihi namque causa peccati, si perfecte C sciens studio aliquid intentionis egissem. Testem Deum invoco in animam meam: veritatem credidi errorem meum, & obscuras tenebras lucem sincerissimam computavi. Æmulatio Dei, sed non secundum scientiam, me fefellit incautum. At nunc quod beatitudini vestræ fore credidimus gratum, misericordia ejus deviantem in aspera, & per dumosa gradientem, ad viam rectam revocavit. Et prava facta sunt ergo mihi in directa, & aspera in vias planas, Atque ab omnibus meis consacerdotibus, & fratribus vestris jam abstersa caligine instructus intelligo in qua ex parte fuerim cæcitate. Et idcirco supplicem me veritatis ipsius reddit agni- D tio. Fateor ignoranter erravi, & regulam veritatis in quibusdam dum mihi ad integrum tenere videbar, excessi. Palam facta est imperitia mea, & hoc mihi onerosior, quia cum multorum scandalo tueri conatus sum, quod sicut nunc luce clarius manifestatur, errore humani sensus magis, quam ratione fidei præsumpseram defendendum. Sed quia aliud fieri non poterat, nisi ut propria stultitia in me viveret, quando ego mihi habueram me magistrum. Et utinam præsumptionem meam, quam animaverat inscientia, fregisset humilitas. Sed heu mihi! quia in utroque inventus sum & temerarius, & super- E bus. At jam ista venia vestra prætervolo, & quod nunc instat agere non morabor. Festinabo vulnerata curare, qui sana transfodi. Non erit in suscipienda medicina confusio, quia in custodienda valetudine non fuit cauta provisio. Unde nata est discordia, pax inde gignatur. Epistola itaque auctor scandali, & offendiculum caritatis a me quondam simpliciter scripta quidem, sed in quibusdam ut agnosco infideliter ordinata, quæso secundum hujus epistolæ professionem, & sanctimoniæ vestræ auctoritatem, ut in ea paginæ parte, vel causa in abolitione calcanda ducatur, in qua contra veritatem per ignorantiam edita comprobatur, ut cunctis innotescat, & pateat justo judicio illud quod erat æmulum fidei, contrarium veritati, de corpore ejusdem epistolæ cum damnatione esse decisum.

Clamo,

" Editus es[t] a P. Sirmondo anno 1630. cum aliis' quibus suâ antiquis scriptoribus e[x] codice He[r]rivallensis monasterii.

" Cassianu[s] vocat flebiles confessionis & planctus li[t]teras.

' Cylinnio

Clamo, verum fateor, o domini mei. Quidam A fratres melius interiora cernentes, ſed nos multo exteriora palpavimus: & in propria caligine conſtituti, illis qui propiùs intuebantur reputavimus cæcitatem: At nunc favente domino apertis quandoque oculis cum illis verum lumen aſpicimus, atque in eadē lucis gratia poſito nobis a vero medico ſanitatis luto, ſuper oculos, revocamus aſpectum, & Ieſum Chriſtum dominum non ut antea fallebamur, ſed ſicut eſt veritas, ſinceriſſimo intuemur obtutu. Atque juxta ſymboli veritatem, id quod ſecundum priorem definitionem noſtram, ubi non impietate aliqua, ſed ſeducebamur errore, dicere verebamur de Maria Deum natum, nunc conſtantiſſime confitemur. Tamen B quod Chriſtum filium Dei, tunc etiam natum de ſancta Maria negaremus. Et ſicut & ipſi recordamini, ſed minime attendentes ad myſterium fidei non ipſum Deum hominem natum, ſed perfectū cum Deo natum hominem dicebamus: pertimeſcentes ſcilicet, ne divinitati conditionem adſignaremus humānam. O ſtulta ſapientia! quaſi ſi cum homine Deus naſci non aſpernaretur, ipſe præjudicio ſtatus ſui naſci homo dedignaretur, aut illud poterat, ſed hoc forte non poterat. Credo plane Deum hoc nō poſſe, quod non vult. Si naſci voluit, quæ Deus voluit, certiſſime credo quia potuit. Quoniam ſtatus Dei nullum poteſt C periculum ſuſtinere. Nec homo propter nos factus, ut ederetur ex homine indignū habuit: quia nec ipſam hominem facere, de qua homo naſceretur, duxit indignum. Si ergo minime percipientes hanc potentiam Dei, ſenſu noſtro, & propria ratione ſapientes, ne quaſi inferiora ſe Deus agere videatur, ita hominem cum Deo natum eſſe dicamus, ut ſeorſum quæ Dei ſunt ſoli Deo demus, & ſeorſum quæ ſunt hominis ſoli homini reputemus, qua tam manifeſtiſſime inducimus in Trinitate perſonam, & de uno filio Dei non unum, ſed facere incipimus duos Chriſtos, quod a nobis ipſe jam dominus, & D Deus Chriſtus avertat.

Ergo confitemur dominum, ac Deum noſtrum Ieſum Chriſtum unicum filium Dei, qui ante ſæcula natus ex patre eſt, noviſſimo tempore de Spiritu ſancto & Maria ſemper virgine factum hominem Deum natum, & confitentes utramque ſubſtantiam carnis, & Verbi, unum eumdemque Deum, atque hominem inſeparabilem pia fidei credulitate ſuſcipimus, & ex tempore ſuſceptæ carnis, ſic omnia dicimus, quæ erant Dei tranſiſſe in hominem, ut omnia, quæ erant hominis in Deum venirent. & hac intelligentia Verbum factum ſit caro, non ut converſione, aut mutabilitate aliqua cœperit eſſe quod non erat, ſed ut potentia divinæ diſpenſationis Verbum E patris, numquam a patre diſcedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatuſque ſit unigenitus ſecreto illo myſterio quod ipſe novit. Noſtrū namq; eſt credere, illius noſſe. Ac ſit ut ipſe Deus Verbum, totum ſuſcipiens quod eſt hominis, homo ſit, & adſumptus homo, totū accipiendo quod eſt Dei, aliud quā Deus eſſe non poſſit.

Non tamen quia incarnatus dicitur & immixtus, diminutio ejus eſt accipienda ſubſtantiæ. Novit enim Deus ſine ſui corruptione miſceri, & tamen in veritate miſceri. Novit in ſe ita ſuſcipere, ut nihil ei creſcat augmenti, qui ſe ipſe totum novit infundere, ut nihil accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis noſtræ ſecundum experimentorum viſibilia documenta facientes conjecturam de æqualibus ſo A invicem ingredientibus creaturis, putemus Deū hominemq; commixtum, & tali confuſione carnis & Verbi quaſi aliquod corpus effectum. Abſit ita credere, ut conflatili quodam genere duas naturas in unam arbitremur redactas eſſe ſubſtātiam. Hujuſmodi enim commixtio partis utriuſq; corruptio eſt. Deus enim qui capax eſt non capabilis, penetrans non penetrabilis, implens non implebilis; qui ubique ſimul totus, & ubique diffuſus eſt per infuſionem potentiæ ſuæ, miſericorditer naturæ mixtus eſt humanæ, non humana natura naturæ eſt mixta divinæ.

Caro igitur proficit in Verbum, non Verbum profecit in carnem, & tamen veriſſime Verbum B caro factum eſt. Sed ut diximus ſolum proprie perſonaliter, non cum Patre, aut Spiritu ſancto naturaliter: qui unigenitus Deus, Deus verus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto unus eſt in natura, alter eſt in perſona. Non enim ipſum Patrem dicimus eſſe, quem Filium: nec iterum eumdem filium dicimus eſſe quem patrem: aut rurſus Spiritum ſanctum Patrem, vel Filium nuncupamus: ſed diſtinguentes perſonas in ſuis proprietatibus Patrem Deum patrem proprie nominamus, & Filium Deum filium proprie dicimus, & Spiritum ſanctū Deum Spiritum ſanctum proprie cōfitemur. Et cum ter numero dicimus Deū, C & Deum, & Deum, non tres credimus Deos, ſed unum in omni potentiæ ſuæ Trinitate perfectū.

Naſcitur ergo nobis proprie de Spiritu ſancto, & Maria ſemper virgine, Deus homo Ieſus Chriſtus filius Dei, ac ſic in alterutrum unum ſit Verbum & caro, ut manente in ſua perfectione naturaliter utraq; ſubſtantia, ſine ſui præjudicio, & humanitati divina communicent, & divinitati humana participent. nec alter Deus, alter homo, ſed idem ipſe Deus qui & homo, & viciſſim homo qui & Deus Ieſus Chriſtus unus Dei filius, & nuncupetur & vere ſit. Et ideo agendum nobis ſemper eſt, & credendum, ut dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, Deum verum, quem cum D Patre ſemper, & æqualem Patri ante ſæcula confitemur, eumdem a tempore ſuſceptæ carnis factum Deum hominem non negemus. Nec quaſi per gradus, & tempora proficientem in Deum, alterius ſtatus ante reſurrectionem, alterius poſt reſurrectionem eum fuiſſe credamus; ſed ejuſdem ſemper plenitudinis, atque virtutis.

Et quia omnes infirmitates noſtras, id eſt naturæ noſtræ, portavit, & vere ſecundum carnem ſuſcipiens in ſe affectus noſtros, ad probationē veri hominis, currente in eodem nihilominus curſu noſtræ mortalitatis, poteſtate ſcilicet non neceſſitate, *ætate, & ſapientia*, euāgeliſta dicēte profecit; *Luc. 2.* eſurivit, ſitivit, fatigatus eſt, flagellatus eſt, crucifixus eſt, mortuus eſt, reſurrexit. Non ideo a E divinitatis natura mutatus eſt. Inconvertibilem enim, & incommutabilem, & impaſſibilem naturam divinitatis jam ſuperius profeſſi ſumus. Sed quia Verbum Deus in hominem dignanter hominem ſuſcipiendo deſcendit, & per ſuſceptionē Dei homo aſcēdit in Deum Verbum, totus Deus verbū factus eſt totus homo. Nō enim Deus Pater homo factus eſt, nec Spiritus ſanctus, ſed unigenitus Patris; Ideoq; una perſona accipienda eſt carnis, & Verbi, ut fideliter ſine aliqua dubitatione credamus, unum, eumdemque Dei filium inſeparabilem ſemper, geminæ ſubſtantiæ etiā gigantem nominatum, in diebus carnis ſuæ, & vere ſēper geſſiſſe omnia quæ ſunt hominis, & vere ſēper poſſediſſe quæ Dei ſunt. Quoniam etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei.

Quapropter jam non pertimescimus dicere secundum Deum, & ex homine natum Deum, secundum hominem, Deum passum, Deum mortuum. Sed gloriamur dicere Deum natum, eumdemq; secundum hominem Deum passum. *Non enim erubesco evangelium*, apostolus dicit, *Virtus enim Dei est in salutem omni credenti:* Vtique Dei virtus est in salute, secundum hominem credere Deum passum, non credenti autem, Dei existimatur infirmitas, in perditione Deum secundum carnem non credere crucifixum. Vnde iterum idem apostolus: *Nos autem prædicamus Christum, & hunc crucifixum.* Vtique *Dei virtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Quid enim tam stultum, & tam infirmum videtur hominibus incredulis quam cum audiunt Deum Dei filium crucifixum? Sed placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes, quia in hoc maxime fides nostra consistit, ut credamus unicum filium Dei, non adoptivum, sed proprium, non phantasticum, sed verum, non temporarium, sed æternum, pro nobis omnia secundum carnem fuisse perpessum, & non sibi agonizasse, sed nobis, nec propter se, sed propter nos, quia jacebamus, illum ab excelsis misericorditer ad ima venisse, quia sicut apostulus dicit, *cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, & reliqua. Quid tam apertum, quam ex hoc testimonio mysterium tantæ dispensationis agnoscere? In forma enim Dei quis nisi Deus? Et quomodo, videamus, fons plenitudinis exinanivit semetipsum? Nonne dum forma Dei formam accepit servi? Dum principaliter dominus ea quæ sunt famuli dignanter assumit? Dumque pro indulgentia, & miseratione nostri gerendo inferiora se videlicet vel agendo verbum caro factum evacuat in persona, quod possidet in natura, & in vero humanitatis habitu factus obediens in homine, illud in se per humilitatem, & obedientiam naturæ nostræ restituit, quod per inobedientiam perierat in Adam, & in carne mortuus semper vivit, in spiritu vivificans eum patre omnia, jam nunquam de cetero moriturus, eadem a patre suscitatus in carne. Et fit nobis primogenitus ex mortuis, qui est unigenitus Dei vivi, ac vivens ante sæcula propter nos pauper in tempore, & indigens in homine nobis accepit quod abundans sibi semper habet in patre. *O altitudo divitiarum, sapientia, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Donatur illi propter nos nomen accepit. Largitur autem omnibus, quia largitor omnium Deus, Deum se in donando cognoscit, hominem in accipiendo se novit. *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestrium, & infernorū, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est Dei patris.*

Rom. 1.

1. Cor. 1.

Philipp. 2.

Rom. 2.

Philip. 2.

Hæc fides nostra, & hæc mutatio dexteræ excelsi in emendatione meliori. Sic credimus, sic tenemus, & hoc non ex nobis, Dei enim donum est, non ex merito propriæ sapientiæ, ut non gloriemur in nobis. Ipsius enim factura sumus. Iam pridem quidem creati in Christo: at nunc iterum parturientibus nos in luce apostolicis viris, in eodem reparati. Ipsi ergo honor semper, &c. gloria.

De eo autem quod stultissime in epistola illa proposuimus, sed ignoranter, quodque nunc execrabile confitemur, id est aptantes ad Christum laborem, devotionem, meritum, fidem, in tantùm inconvenientia hæc Dei filio judicamus, ut reminiscentes dictum a nobis, summam cæcitatem nostræ insipientiæ reputemus, & ex aperto cernamus, quam vera quidem sint adversū nos ratione commoti, qui tanquam unicuiq; sanctorum, licet hoc nunquam habuerimus in corde, pene Christum similem fecerimus. & illi, qui super omnes est Deus, hæc quæ habet simplex, & nuda mortalitas adsignantes, inter cæteros quodammodo eum posuerimus in numero. Licet caput corporis dicatur, & vere sit ecclesiæ corporis caput, atque ex eadem massa qua omne genus hominum descēdit secundū carnem, absque peccato venire noscatur: non tamen qui singularis est, inter ceteros computandus est: nec illa ad ipsum referenda sunt, quæ possunt habere mensuram, quia ad ipsum dictum est: *Non enim ad mensuram dat Deus spiritū.* Vbi enim plenitudo deitatis est, illic nec mensura, nec modus est. Nescit labore, devotione, fide, merito finem adprehendere meritorum, qui infinitus, & sine terminis agit omnia potestate. Fide quidem homo, & vere secundum carnem homo nascitur. Sed Deus esse non definit, nutritur, proficit, crescit, adolescit, & sicut agnus coram tondente mutus convitia sustinet, & flagellatur, & maledictam mortem auctor vitæ veniens in carnem non respuit. Sed hæc omnia non ut unus ex nobis necessitate consummat, sed potestatem habens animam suam ponere, & potestatem habens iterum sumere illam, dignanter suscepit voluntate.

Ioan. 3.

Illud etiam minime reticendum censeo, quod in eadem epistola simili devians errore subjunxi, Christum dominum nostrū, sic omnia quæ erant passionum implesse, ut in nullo quasi perfectus homo a divinitatis auxilio juvaretur. Volens scilicet ita in Christo hominem adsignare perfectū, quo & alienum ab his passionibus verbum patris adsererem, & solum per se hominem egisse hæc omnia possibilitate naturæ mortalis sine aliquo deitatis adjutorio probare conabar. Vere cœcus, qui susceptum in Deo hominem confitebar, & quæ erant ipsius hominis, nolebam in Deo esse suscepta. In hoc utiq; haud dubie in se susceperat totum hominem Deus, ut hæc quæ nos tanquam Deo putamus indigna, non per se solus homo ageret judicio naturali, sed Deus per hominem, atque in homine, ipse homo nobis factus, potestate, & mysterio divinæ dispensationis impleret.

Dehinc, ne quid insipientiæ deesset meæ, doctissimus scriba de non intellectis non intellecta confirmans, hæc ita debere intelligi, quæ supra posuimus arbitrabar, ut testimonio illo, quo scriptum est, *Deus Deus meus, quare me dereliquisti?* Hoc ipsum eniterer adsignare; & idcirco dominum gloriæ in cruce hunc clamoris emisisse sermonem, quod perfecta hominis patientia minime adjuvante deitate in tantis doloribus probaretur. Ergo si causa probandæ humanæ patientiæ hanc vocem in doloribus constitutis emisit, debuit etiam & tunc ad probationem ejusdem patientiæ eisdem sermonibus hoc clamare, cum cæsus est. Debuit & tunc eadem verba proferre, cum illa multiplici vulnerum corona, ubi tot fuere pœnæ, quot spinas illusus accepit. Aut forsitan Christo fuerunt ista leviora, illa graviora. Arbitror quod qui unam ad suscipienda hæc omnia habere dignatus est voluntatem, unam, eamdemque habuit ad hæc omnia patienda virtutem. Clamavit ergo sicut scriptum est, & in ligno crucis pendens hanc vocem primo morti emisit. non

Psal. 21.

presbyter in vita sancti Germani, sive Beda cap. 17. lib. 1. historiæ ecclesiasticæ Anglorum, ut recte advertit Baronius ad huncce annum 429. num. 10. his verbis usus: *Cum auctoritate Prosperi satis liqueat sanctum Germanum episcopum in Britanniam a Cælestino missum esse legatum; Constantius vero ac post eum Beda tradant a synodo Gallicana id factum: potuit quidem utrumque facile contigisse, vel, ut quem mittendum synodus illa delegisset pontifex comprobasset; vel quem sibi ad eam provinciam legare deberet, ipse Cælestinus arbitrio Gallorum episcoporum reliquisset. Certe quidem clades ipsa illata Britannorum ecclesiæ ab ipsorum gentile Pelagio ac ejus discipulis prius innotuit episcopis Galliarum legatione catholicorum antistitum Britannorum, ut ex Constantio liquet. Qui igitur legibus imperatorum undique, ut dictum est, exagitati Pelagiani fuere, in insula illa imprimis, ex qua Pelagius auctor impietatis oriundus erat, latebras captare curarunt, ubi affectato ex more titulo sanctitatis, in se populi oculos convertentes, in eos paulatim cum prædicatione Christianæ vitæ perfectioris, quam se profiteri jactabant, venena hæresis instillarunt; quæ adeo eorum præcordiis inhæserunt, ut jam medicinam nullam admitterent, suorumque pastorum lupos arcentium vocem contemnerent: unde opus fuit, e vicinis Galliis, imo e longe posita Romana ecclesia adversus ingruentia mala auxilium implorare. Sed non unus Germanus episcopus tantum suscepit onus subeundum. Verum additus est illi collega vir sanctissimus Lupus episcopus Trecensis, amboq; sicut Paulus & Barnabas in euangelium segregati.* Subdit postea verba Constantii, quibus omissis, ejusdem Prosperi pauca reponam cap. ultimo libri contra Collatorem: *Nec vero segniore cura,* (idem Cælestinus papa) *ab hoc eodem morbo Britannias liberavit, quando quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes etiam ab illo secreto exclusit oceani, & ordinato Scotis episcopo* (Palladio) *dum Romanam insulam studet servare catholicam, fecit etiam barbaram Christianam,* &c. tum in chronico ad annum 431. *Ad Scotos in Christum credentes ordinatur a papa Cælestino Palladius, & primus episcopus mittitur.* Neque vero unica dumtaxat extitit sancti Germani in Britannicas insulas profectio, alteram quoque aggressus est, non amplius Lupo comite, sed Severo Trevirensi episcopo, quam ad annum 446. aut quem alium huic proximum referas per me licet. De ea vero præter Constantium ac Bedam supra citatos Ericus Autissiodorensis monachus in vita ejusdem S. Germani carmine heroico scripta ad Carolum Calvum Francorum regem (non ad Carolum Crassum imperatorem, ut mendose Vossius) & in miraculis sancti Germani quæ edita sunt tomo I. bibliothecæ novæ mss. librorum. Neque vero hic adscribere fas est quæ tomo sequenti habentur tum pag. 1464. E. tum 1474. B. Verum de his jam satis, postquam monuero, quæ de sanctæ Genovefæ Parisiensis urbis patronæ facta a sancto Germano consecratione narrantur, ad primam 429. hujusce anni profectionem pertinere, non ad posteriorem. Ut vel inde advertas eos errasse, qui ad annum 446. numerosam Galliarum synodum differre, quam Baronianis rationibus adhærere maluerunt.

CONCILIUM [a] ROMANUM SUB CÆLESTINO CONTRA NESTORIUM.

Anno Christi 430.

[a] *Romanum.*] Causa habiti concilii hæc est. Scripserat Nestorius ad Cælestinum pontificem epistolam de Pelagianis episcopis, qui ob hæresim Pelagianam suis episcopatibus privati, Constantinopolim ad Theodosium confugerant, de injuria sibi illata conquesturi. Atque ut Cælestinum in suas partes callide pertrahere posset, semine suæ impietatis totam illam epistolam replet, quasi hæreticos ille correxisset, ac S. Mariam non Theotocon, sed Christotocon appellandam esse docuisset. Suos hac de re scriptos commentarios addidit, eosque cum literis per Antiochum virum illustrem transmisit. Eodem tempore Possidonius diaconus cum literis Cyrilli, & commentariis, quibus Nestorii impietas confutabatur, supervenit, expectans quid de Nestorio excommunicando pontifex sentiret. His itaque literis acceptis, Cælestinus congregata synodo, Nestorii hæresim nemine refragante condemnavit; ipsique Nestorio decem dierum spatium ad resipiscendum, per literas ad eum missas, præscripsit: demum nisi resipiscat, anathema comminatur. Scripta epistola ad Cyrillum de rebus in hac synodo gestis,[a] extat infra part. 1. cap. 15. in actis concilii Ephesini suas illi vices committens, mandat, ut nisi Nestorius intra decem dierum intervallum, tam verbi prędicatione ad populum, quam scriptis palinodiam recantet, anathemate illum feriat, aliumque episcopum Constantinopolitanæ sedi præficiat. Baronius an. 430. num. 1. & sequentibus. De vita, moribus & doctrina Nestorii infra in concilio Ephesino plura.

Causa concilii. — Nestorius cum sua hæresi condemnatus. — [a] Tom. III. p. 345. C.

Epistola I. Nestorii ad Cælestinum.

FRATERNAS nobis invicem debemus collocutiones, ut una * inter nos secundum obtinente concordia, &c. *infra concil. Ephes. part. 1. cap. 16. pag. 349. C. tomi III.*

Epistola II. Nestorii ad Cælestinum.

SÆPE scripsi beatitudini tuæ propter Iulianum, Orontium & ceteros. *Extat infra in concil. Ephes. part. 1. c. 17. pag. 351. C. tomi III.*

Epistola Cælestini ad Nestorium. Aliquantis diebus vitæ nostræ post nefandum, *&c. Extat infra in actis concilii Ephesini part. 1. cap. 18. p. 353. A. tomi III.*

Epistola Cælestini ad Cyrillum. Literæ quas sanctitas tua, *&c. Ibidem cap. 15. extat pag. 345. C. tomi III.*

[a] CONC. ALEXANDRINUM IN CAUSA NESTORII.

Anno Christi 430.

[a] *Concilium Alexandrinum.*] Cyrillus acceptis Cælestini literis, quibus delegatam in causa Nestorii potestatem acceperat, statim coegit synodum, in qua quatuor legati decernuntur hi: Theopentus & Daniel episcopi: Potamon atque Macarius ecclesiæ Alexandrinæ ministri. Hos cum literis Romani pontificis ad Nestorium

Acta hujus concilii.

ANNO CHRISTI 430.

rium ablegavit, praescripturos ei decem dierum spatium ad haeresin suam abjurandam. Addidit quasdam epistolas synodales, quarum una cum duodecim anathematismis, ad Nestorium delata est: reliquae ad clerum Constantinopolitanum, & patres monasteriorum scriptae fuerunt. Legati Constantinopolim profecti, die dominica, dum synaxis in basilica haberetur, acceptas literas & anathematismos Nestorio obtulerunt: quibus ille cum se in crastinum responsurum pollicitus esset, toto biduo delusit: tandem nec respondere quidquam dignatus est. In perversis dogmatibus docendis perseverans, pro more haereticorum ad declinandum judicium ecclesiasticum, & ad eludendam sententiam in se prolatam, Theodosium imperatorem adversus Cyrillum velut dirum persecutorem commovet, anathematismos Cyrilli ad Ioannem Antiochenum aliosque sibi amicitia conjunctos episcopos Syriae missos cavillatur, & de Apollinaristarum haeresi suspectos in crimen adducit; eo sane consilio, ut sententiae contra se latae executionem effugeret, & Romani pontificis decretum eluderet. Arbitrabatur enim nequaquam fieri debere, ut sententia contra haereticum prolata, illi exequenda committeretur, qui ipse de haeresi accusatus esset. Theodosius imperator hanc ob causam arbitratus, quod ad has turbas componendas opus esset universali concilio, de illo in annum sequentem Ephesi celebrando apud Caelestinum pontificem egit, ut infra dicemus. Vide Baronium anno 430. num. 50. & sequentibus.

Tomi III. p. 396. B. & 420. A. Synodicae epistolae hujus concilii cum anathematismis Cyrilli extant in actis Ephesini concilii cap. 26 & 27.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

In codice Herivallensis coenobii, quo usus est Sirmondus noster, post superiorem Leporii libellum subjiciebatur Capreoli Carthaginensis post Aurelium antistitis ad Vitalem & Constantium (sive ut in Baronianis annalibus ad an. 432. appellatur, Tonantium) Hispanos de unica Christi Dei & hominis persona adversus impiam Nestorii doctrinam epistola, ut argumento, sic etiam pene tempore conjuncta. Illam idcirco nos hic quoque subjungemus, quamvis post Ephesinam synodum scriptam fuisse ex eo arguamus, quod in ea legationis Ephesum a se missae Capreolus ipse meminerit. Alterius porro ad patres in Asia congregatos per Besulam diaconum allatae epistolae, quam a nobis excusam tomi sequentis pag. 529 E. inter alia, quae ad primam actionem Ephesini concilii pertinent, lector per ocium consulet, illustris est cum laude mentio apud Vincentium Lirinensem presbyterum. in posterioris commonitorii quae supersunt fragmentis, ubi & haec S. Cyrilli verba allegantur: *Epistola venerandi & multum religiosi episcopi Carthaginensis Capreoli fidei gestorum inseratur, cujus aperta sententia est, vult enim antiqua fidei dogmata confirmari, novitia vero & superflue adinventa, & impie promulgata reprobari atque damnari.*

** *EPISTOLA SERVORUM DEI Vitalis & Constantii Spanorum ad sanctum Capreolum episcopum ecclesiae catholicae Carthaginis.*

Domino & venerabili, & beatissimo in Christo famulo Dei, domno nostro Capreolo, Vitalis & Constantius peccatores.

QUAE prima vota sunt humilitatis nostrae, plurimum salutamus sanctam perfectamque & venerabilem beatitudinem tuam, & sanum atque incolumem semper Deo propitio audire desideramus. quia etsi in longinquo positi sumus a sancto apostolatu vestro, mari terminante, sed in praesentia vestri sumus semper in orationibus sanctitatis vestrae, domine pater. Illud sane multum desiderii nostri fuit, scribere sanctae honorificentiae tuae per dulcissimum fratrem nostrum Numinianum. Reperit enim parvitas nostra praecellentem famam & doctrinam tuae sanctitatis. per quam & scribimus beatitudini tuae, ut ait psalmographus: In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. *Psal. 18. 5.* *Illud etiam consulimus honorificentiam tuam, ut de bono thesauro cordis tui nostris visceribus inrigari jubeas, quae fides catholica recta teneat. Quia sunt hic quidam, qui dicunt non debere dici Deum natum. Nam & haec* B *est fides eorum, hominem purum natum fuisse de Maria virgine, & post haec Deum habitasse in eo. Quorum nos humiles pueri tui resistimus affirmationi, non ita debere dici. sed confitemur, ut ait evangelista, adnuntiante angelo Gabriele Mariae dicente,* Spiritus sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. *Luc. 1. 35.* *Confitemur itaque Deum fuisse in utero Mariae virginis, adsumpsisse aliquam partem, fabricasse Deum sibi hominem, natum fuisse Deum verum, & hominem verum. quem adsumpsit pro salute generis humani, ut ait apostolus:* Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. *Gal. 4. 4.* *Et iterum:* Hoc autem sentite C in vobis, quod & in Christo Iesu. *Philipp. 5.* qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Et iterum:* Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. *1. Tim. 2. 5.* *Quia mediator nec jam Deus tantum pure sine homine quem adsumpsit dici potest, nec homo sine Deo, quia duplex in una persona mediatoris significatio Deus & homo: dum Deus de Deo Deus, & secundum carnem idem ipse filius hominis. Ideo verus Deus & homo verus est hic mediator, sicut & forma Dei & forma hominis. Nam & in principio in-* D *choationis ad Romanos sic dicit sanctus apostolus:* Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. *Rom. 1. 2.* qui praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Iesu Christi domini nostri. *Verum etiam & Isaias auctor prophetarum sic dicit:* Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium. & vocabitis nomen ejus Emmanuel. *Esa 7. 14.* quod est interpretatum, nobiscum Deus. *Sed & hominem purum dicunt pependisse in cruce comprehensum. aiunt, recessit Deus ab eo. Quibus parvitas nostra sic dicit, Nunquam Deus recessit ab homine adsumpto, nisi quando dixit de cruce,* Heli Heli Lammasabactani. Deus Deus meus, quare me dereliquisti? *Matth. 27. 46.* E *Ideoque provoluti genibus exoramus humiles servi tui sanctum apostolatum vestrum, ut informetis parvitatem nostram in his quod rectum habet fides catholica. & detis veniam insipientiae vel imperitiae nostrae, si quid per ignorantiam incedimus. potens est dominus Christus sanctis orationibus vestris nobis veniam dare, ne deveniamus in profundum malorum. Ora pro nobis, domine sancte, venerabilis & beatissime papa.* SUBSCRIPTIO. *Incolumem venerabilitatem tuam nobis dominus noster Iesus longiorem conservet, domine sancte ac venerabilis papa.*

non ut humanam, perfectamque in se patientiam demonstraret, quæ sine testimonio vocis causis ipsis, & rebus evidentibus probaretur: sed ut vere, manifesteq; filius Dei secundum carnem se ostenderet moriturum, & velut carnis ipsius voce utens, ponens præteritum pro futuro, qui per mortem crucis necessario terrenum corpus erat a Deo pro tempore relinquendum, non solum a Deo, verum etiam ab anima sua, quæ erat unica cum Deo, hoc ipsum priusquam fieret nobis moriens testaretur. Non enim tradito spiritu caro mortua poterat hoc clamare, alioquin mortuum Christum in veritate quis crederet? Deus non passionibus hominem, qui in homine secundum carnem dignatus est pati, sed corpus in morte, & juxta legem excessus humani, divinitas cum unita sibi anima, non crucifixum hominem reliquit in pœnam, sed exanimem carnē deseruit ad tempus, & tam Christus filius Dei tunc mortuus jacuit in sepulcro, quam idem Christus filius Dei ad inferna descendit; sicut beatus apostolus
4. dicit. *Quod autem ascendit quid est nisi etiam quod descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos.* Ipse utique dominus, ac Deus noster Iesus Christus unicus Dei qui cum anima ad inferna descendit, ipse cum anima, & corpore ascendit ad cælum quod & hic, & in futuro Deum hominemque perfectum, eumdemque filium Dei, Deum verum in æterna sæcula veneremur.

Hunc igitur dominum Deum meum, secundum magnum pietatis sacramentum sicut in carne natum, in carne passum, in carne mortuum, in carne suscitatum, in carne elevatum, in carne glorificatum credo, atque confiteor: ita ipsum proprie in eadem carne credo esse venturum ad faciendum judicium in vivos, & mortuos: atque ab eodem pro merito proprio unumquemque sempiternum habere præmium.

Vt autem & hinc nihil cuiquam in suspicione derelinquam, tunc dixi, immo ad objecta respondi, dominum nostrum Iesum Christum secundum hominem ignorare. Sed nunc non solum dicere non præsumo, verum etiam priorem anathematizo prolatam in hac parte sententiam: quia dici non licet, etiam secundum hominem ignorasse dominum prophetarum. Causarum vero ceteras quæstiones aut intentione, aut exhortatione, aut in fraterna collatione protulimus, ubi si forte sensu magis, quam fide discrepavimus, quia longum est ire per singula, secundum hujus epistolæ fidem, ita nos illas omnes, sicut ordo ecclesiæ catholicæ tenet, aut suscipere, aut reprobare testantes dominum Christum non aliud profitentes, & aliud habentes in corde, sincerissime confitemur. Sane ad condemnandam a nobis totius hæresis infamiam, quia catholicos nos ex catholicis semper secundum puram conscientiam novimus, anathema omnibus hęreticis dicimus, Photino, Ario, Sabellio, Eunomio, Valentino Apollinari, Manichæo, & universis contra sanam doctrinam venientibus, quia etsi lapsi sumus lingua, vel sensu, non tamen voluntate,
9. vel corde, sicut scriptum est: *Qui labitur lingua, sed non ex corde. Quis est enim qui non delinquit in lingua sua?* Equidē domini mei venerandissimi, & beatissimi sacerdotes prout potui filius pacis secundum apostolum dicentem, *Qui observaverit totam legem, offendet autem in unum, factus est omnium reus*, non in paucis, sed in grandibus offendens, feci me ex toto corde in omnibus

A reum. Sed in hoc perfectam probavi caritatem eorum, qui me persecuti sunt, non tamen gratis; quod tam velociter pleno amore susceptus sim emendatus, quam intentione perfecta, & æmulatione in secuti sunt aberrantem. Mihi autem, teste Deo loquor, desiderabilis omnium, & optabilis pax est. Quod superest nunc iterum, iterumque deprecamur, date veniam ignoscendo nobis, & impetrate orando pro nobis. Opto vos patres in Deum vivere.

Ego Leporius libellum meo sensu dictatum, in quo fidem meam Deo volente in finem usque tenebo, medullitus exprimere volens coram sanctis episcopis in ecclesia Carthaginensi relectum
B subscripsi.

Ego Domninus hanc fidem teneo, confiteor, huicque subscripsi.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis oblato a Leporio libello, ac relecto subscripsi.

Augustinus episcopus 'Hipponensium regiorum oblato nobis a Leporio libello subscripsi. [' Hipponē-rciensis]

Florentius episcopus Hipponensium diarritorum oblato nobis a Leporio libello subscripsi.

Secundus episcopus ecclesiæ Aquensis, sive Megarmitanæ oblato nobis a Leporio libello subscripsi.

Ego Bonus hanc fidem teneo, confiteor, huicque subscripsi.

C

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Libellus emendationis Leporii.*] Leporius monachus Massilia ob hæresim ejectus, cum in Africa resipuisset, ibi conscripsit libellum emendationis, atque inde in Galliam ad episcopos misit, circa annum Christi 425. Baronius ad annum refert 420. Ioannes II. papa in epist 3. ad Avienum senatorem, Liberium & alios senatores, locum recitans ex libello seu epistola Leporii a synodo Africana confirmatam testatur. *Leporius* inquit, *in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & Augustinus, & synodus "Africana firmavit.* Quod si Africanam eam dixit, quam habemus, post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. an. Christi 419. celebratam, in eumdem scilicet annum Leporii emendationem incidisse statuendum est [" Multæ per ea tempora fuerunt, exque plerumque annuæ.]

De illo tum monacho, postea presbytero, præter Cassianum lib 1. de incarnatione domini c 5. *Is ergo agnita opinionis suæ perversitate & inspecta fidei luce, scribens ad Gallicanos episcopos ita exorsus est: Quid in me primum &c* & Gennadium de viris illustribus c. 59. scribit etiam Facundus Hermianensis episcopus lib. I. de tribus capitulis sy-
D nodi Calchedonensis, ad Iustinianum imperatorem his verbis: *Cum quidam Leporius presbyter apud Gallias, depravatus a vera & antiqua ecclesiæ fide eadem dicere præsumeret quæ postea Nestorius docuit, atque inde pro tali errore depulsus in Africam docendus veniret illic instructus, ut docet apostolus, in spiritu mansuetudinis a spiritalibus patribus Aurelio Carthaginensi, & Augustino, atque aliis Africanis episcopis, pravissimam novitatem sui dogmatis abdicavit Scripsit autem libellum satisfactionis idem Leporius ad Gallos episcopos, quem memorati venerabiles patres, Aurelius atque Augustinus, & ceteri sic probaverunt, ut ad faciendam veritatis fidem etiam suas et subscriptiones adjicerent. In quo libello post multa sic dixit: Nascitur ergo proprie de Spiritu sancto ex Maria virgine Deus homo Iesus Christus*, &c.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

E Emendationem Leporii alii ad annum 419. referunt, alii ad 410 aut 425 ego libentius ad sequentem 426. collocaverim, Theodosio duodecies & Valentiniano Augusto iterum consulibus. siquidem is sit Leporius, qui cum aliis quibusdam presbyteris præsens interfuit Hippone regio die 6. Kalendas Octobris cum a S. Augustino, Eradius successor designatus est, & a clero populoq; variis acclamationibus approbatus De Leporio vero nostro hęc habet mox citatus Gennadius: *Leporius adhuc monachus, post presbyter, præsumens de puritate vitæ, quam arbitrio tantum & conatu proprio* (unde videas quam affines fuerint hæreses Pelagiana ac Nestoriana) *non Dei se adjutorio obtinuisse crediderat, Pelagianum dogma cœperat sequi Sed a Gallicanis doctoribus admonitus & in Africa per Augustinum a Deo emendatus, scripsit emendationis suæ libellum, in quo & sa-*

tisfacit de errore, & gratias agit de emendatione. Simul & quod male senserat de incarnatione Christi corrigens, catholicam sententiam tulit, dicens, manentibus in Christo duobus naturis unam credi filii Dei personam.

A

[1] VALENTINIANI III. CÆSAR. CONSTITVTIO

De diversis ecclesiasticis capitibus in Galliam missa Theodosio Augusto XI. & Valentiniano Cæsare consulibus, anno Christi CCCCXXV.

I. *Vt privilegia ecclesiis serventur.*
II. *Clerici ad sæculares judices non trahantur.*
III. *Vt pellantur episcopi Pelagiani.*
IV. *Manichæi item, omnesque hæretici, cum mathematicis.* B
V. *Vt Iudæis causas agere, aut militare non liceat, nec mancipia Christiana habere.*

Imperator Theodosius Augustus, & Valentinianus Cæsar, Armatio viro illustri præfecto prætorio Galliarum.

I.

Codicis Theod. de episcop. ecclesf. & cler. lib. 47.

PRIVILEGIA ecclesiarum, vel clericorum omnium, quæ sæculo nostro Tyrannus inviderat, prona devotione revocamus. scilicet ut quidquid a divis principibus singuli quique antistites impetrarunt, jugi solidata æternitate servetur: nec cujusquam audeat titillare præsumptio, in quo nos nobis magis præstitum confitemur. C

II.

Clericos etiam, quos indiscretim ad sæculares judices debere deduci infaustus præsumptor edixerat, episcopali audientiæ reservamus: his manentibus, quæ circa eos sanxit antiquitas. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Inlustris auctoritas tua omni ævo mansura, quæ jussimus in provinciarum missa notitiam, præcipiet etiam sub pœna sacrilegii custodiri; specialiter id inlustribus comprehensura præceptis, ut in omnibus circa ecclesiastica privilegia veterum principum statuta serventur.

III.

D

Diversos vero episcopos nefarium Pelagiani & Cælestiani dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacrosanctæ legis antistitem præcipimus convenire. Quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, sesque catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco sacerdotium fidelius subrogari: quatenus præsentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum disciplinæ justioris instituatur.

IV.

Cod. Theodos. de hæreticis l. 64.

Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus depravari, Manichæos, omnesque hæreticos, vel schismaticos, sive mathematicos, omnemque sectam catholicis inimicam, ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari debere præcipimus, ne præsentia quidem criminosorum contagione fœdentur. E

V.

" Concil. Meldens. can. 75.

Iudæis quoque, vel paganis", causas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianæ legis nolumus servire personas, ne occasione dominii sectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti jubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit. Data VII. Idus Iulias Aquileiæ, conss. D. N. Theodosio Augusto XI. & Valentiniano Cæsare consulibus".

" Anno Christi 425.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

1 *Valentiniani III. Cæsaris constitutio.*] In optimo & antiquissimo codice ecclesiæ Lugdunensis, in quo post synodus Gallicanas adjectæ ad finem sunt integræ diversorum principum constitutiones 16. de rebus ecclesiasticis, ducto ab iis tribus initio, quæ jam editæ sunt ad calcem codicis Theodosiani, huic Valentiniani Cæsaris constitutioni, quæ sexta ordine numeratur, titulus argumenti loco est hujusmodi: *Non licere clericos judicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de civitatibus projici, & Christianos servos non debere Iudæis servire, & Iudæos non debere militare.*

[a] CONC. CONTRA MASSALIANOS HÆRETICOS IN ORIENTE CELEBRATVM anno CCCCXXVII. sub Cælestino pontifice.

ANNO CHRISTI 427.

[a] *Concilium.*] Anno Christi 427. Cælestin 4. Theodosii 20. celebrata est synodus in oriente, in qua adversus Massalianos hæreticos, alias sæpe damnatos, constitutum fuit, ne, licet summam præ se ferrent pœnitentiæ speciem, amplius in ecclesiam reciperentur, quam sæpius gravissime eluserant. Hunc conventum episcoporum celebrem fuisse, ex præsentia Sisinnii Constantinopolitani, & Theodoti Antiocheni episcopi, evidenter intelligi potest. Acta hujus synodi perierunt: Canon, quem Photii bibliotheca" servavit, reliquus reperitur hic dumtaxat unus: *Si quis post anathematismum fuerit aliquando deprehensus vel verbo, vel opere in suspicionem hujus morbi lapsus, numquam amplius in posterum locum habeat, neque si decies millies polliceatur se esse paratum ad omnia, quæ ad pœnitentes attinent.* Vide Baronium 427. num. 25.

Causa, locus & tempus cōcilii.

" Cod. 52.

** CONCILIVM INCERTI LOCI IN GALLIIS,

Ex quo SS. Germanus & Lupus episcopi, hic Trecensis, ille Autissiodorensis, missi sunt in Britanniam ad profligandam hæresim Pelagianam Florentio & Dionysio consulibus, hoc est anno Christi 429. Cælestini papæ I 7. Valentiniani III. imp. 5. licet Sirmondus aliique passim Sigeberti Gemblacensis chronicon secuti ad annum Christi 446. referant. Vide tomi III. pag. 1464. B.

PROSPER Aquitanus hujus temporis accuratissimus scriptor in chronico consulari sub periocha anni 429. consulatum gerentibus Florentio ac Dionysio hæc habet: *Agricola Pelagianus, Severiani episcopi Pelagiani filius ecclesias Britanniæ dogmatis sui insinuatione corrupit: sed ad actionem Palladii diaconi papa Cælestinus Germanum Autissiodorensem episcopum vice sua mittit, & deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem redegit.* Huic paria refert antiquus auctor vitæ S. Lupi, quem in suscepto munere socium nactus est S. Germanus dum ait. Honorato adhuc abbate (factus est enim antistes Arelatensis anno 426. post Patroclum) Lupum monasterium Lerinense ingressum esse, cumque annum unum illic egisset, ad Trecensem episcopatum raptum fuisse, atque inde exacto biennio iter Britannicum cum S. Germano suscepisse. Neque vero iis adversantur sive Constantius presbyter

CAPREOLI EPISCOPI CARTHAGINIENSIS RESCRIPTVM.

Dilectissimis & religiosissimis filiis, Vitali & Constantio Capreolus episcopus.

SVMPTIS atque perlectis literis vestris, quas per Numinianum religiosum virum, filii dilectissimi, transmisistis, saluti & studio vestro, quo fundatæ ac vetustæ catholicæ fidei regulā inviolabili pietate tenetis ac defenditis, plurimum gratulatus, adverti Nestorianam hæresim, novam infandamque perniciem, sicut quibusdam locis jam cœperat pullulare, apud vos quoque velle zizaniæ suæ semina in peritorum B corda jacere. Verum credo atque confido, perfectum agricolam dominum nostrum, omnium creatorem, in omni loco dominationis suę habere ac semper habuisse dignos euangelicæ frugis operarios, qui licet ante tempus demessionis immunda semina exstirpari non debeant, continuis tamen orationibus ac prædicationibus semper invigilent. ita ut & illa, si fieri dum tempus est potuerit, convertantur & commutentur in triticum: aut certę non usquequaque inimicus humani generis tenera frumentorum genera nascentia per adulterinam intermixtionem valeat suffocare. Iam enim, quod etiam ad vestram notitiam pervenisse non dubito, intra orientis partes, ubi primum pestis ista surrexit, congregata gloriosa synodo sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit, in vestibulo cum suo auctore atque adsertore compressa, & radio apostolicæ lucis extincta est. Nec mirari debet caritas vestra, si etiam post damnationem suam intermorientes spiritus fœtidus adhuc flatus adspiret. Est enim semper pertinax hæreticorum audacia, & in sua male pernicie urgente peccatorum pondere perseverat. Quod si nondum forsitan cognovistis, facili lectione poteritis agnoscere. Quamvis igitur Christianis & devotis mentibus ipsa universalis ecclesiæ auctoritas plene sufficiat, nec vestra, quantum missus a vobis sermo perdocuit, in hac causa minor videatur adsertio. ne tamen ego quoque petitioni atque interrogationi sanctę necessarium videar negare responsum, unam veramque doctrinam hanc esse confitemur, quam euangelica tenet ac tradit antiquitas. Id est, Dei filium Deum verum, & hominem verum, unius prorsus atque inseparabilis esse personæ. nec sicut in aliis patriarchis, prophetis, apostolis, ceterisque sanctis & præclarissimis viris habitavit, aut habitat Deus, ita in Christum Iesum divinam illam plenitudinem velut extrinsecus credimus advenisse: sed proprio quodam atque ineffabili mo- E do filium Dei etiam filium hominis factum. ut qui ingenita patris substantia unigenitus permanebat ac permanet, mirabiliter suscepto homine, fieret primogenitus in multis fratribus. & qui erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Verbum caro fieret & habitaret in nobis. Ex quo igitur mysterium quod absconditum fuit a sæculis in Deo cœpit per angelum in utero virginis operari, atque in ea sanctus Spiritus supervenit, & illi virtus altissimi obumbravit, Deus in homine nasci dignatus est, qui semper erat, ut homo nasceretur, qualis ante non fuerat. Qui enim sine matre in cælis æterne genitus, ipse in terris sine patre in utero virginis homo de Spiritu sancto creatus est. Et ideo in Christo Iesu se- A parari vel subdividi Dei hominisque nullomodo credimus posse personam: ne non jam in divinitate trinitas, sed quaternitas numeretur. Beatus apostolus Paulus dum ad exuendum veterem hominem, & induendum novum, fideles exhortaretur: *Primus*, inquit, *homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. qualis terrenus tales & terreni, & qualis cælestis, tales & cælestes. quomodo portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem ejus qui de cælo est.* Rogo dicant, quomodo est homo iste de cælo, si non est Deus conceptus in utero? aut quæ discretio est carnis & sanguinis in homine Adam, & in homine Christo, si non homo iste plenus est Deo? Quid enim sibi vult secundus homo de cælo? Numquid caro transmissa descendit, ac non, sicut scriptum est, Spiritus sanctus in virginem supervenit? Sed quia Verbum caro factum est, ideo cælestis homo appellatus est. Nec propterea carnem veram non habuit, quia de cælo descendit, quia carnem Deus accepit. Merito de seipso idem dominus dixit, *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo.* Certe adhuc loquebatur in terra, nec ad patrem post victoriam passionis, & gloriam resurrectionis ascenderat: & tamen filium hominis jam in cælo esse dicebat. Hoc utique omni veritate testificans, quia & propter hominem Deus conversa- C batur in terra, & propter Deum homo habitabat in cælo. Vnde etiam apostolus, *Qui descendit*, inquit, *ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia.* Item alibi, cum de carnis suæ cibo & potu sanguinis salvator ipse mystice loqueretur, sciens quod offensi ex hoc ejus discipuli murmurarent dicentes: *Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* sic ait: *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius?* Perhibet ascensurum, quem in utero virginis constat esse formatum, ut ex eo humanæ nativitatis sumpsisset principium. Nemo itaque sacrilego spiritu audeat separare, D quod videt in cælo & in terra unitate inseparabili permanere. Sicut enim ab omnipotentia deitatis homo Christus Iesus esse non potest alienus: ita & ab his quæ in hominem vel circa hominem gesta sunt, separari non potest Deus. Natus ergo est homo qui nondum fuerat, qui Verbum caro factum est, & inhabitavit in nobis. Simili modo passus est impassibilis per passibilem quem suscepit, & immortalis mortuus est, & qui nunquam moritur resurrexit. Neque enim vel in passione defuit illi homini Deus. alioquin non est dominus gloriæ crucifixus. An dicimus Deum in suscepto homine etiam apud inferos non fuisse? aut vero metuendum est, ne divinitas ibi quasi pœnaliter fuerit, quam nulla qualitas adficit, nulla demensio circumscribit? cujus magnitudinem nemo capit, præsentiam nemo fugit, secretum nemo invenit, splendorem nullus attingit. Times includi immensum? teneri omnipotentem? abscondi ubicumque diffusum? Resolvere, sicut scriptum est, inferorum parturitiones, in quibus voluit & qualiter voluit rerum dominus, subjici hujusmodi conditioni non potuit. Audi eum ante tot annorum millia, dum beato Iob mirabilium suorum opera per nubem velut improperanti similis prædicaret, hoc quoque inter innumeras sui potentias cumulantem: *Numquid tu abstulisti impiis lucem, aut brachium superborum comminuisti? aut venisti ad fines maris? aut in vestigiis abyssi ambulasti? aut tibi*, inquit, *aperientur*

1. Cor. 15. v. 47.
Ioan. 3. 13.
Ephes. 4. 10.
Ioan. 6. 60.
Ibid. 61.
Iob. 38. 15.

aperientur metu portæ mortis, aut janitores inferni videntes te timuerunt? aut cognovisti latitudinem sub cælo? Si patris hæc vox est, nihil ergo est omnipotenti difficile, quoniam ubique est, nusquam non est. Quando ei etiam propheta ex
Psal. 138. 7. persona cujusdam dicit: *Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? si ascendero in cælum tu ibi es. si descendero in infernum, ades.* Hoc omnino testificans ac demonstrans, Deum, cujus majestate plena sunt omnia, quodam incomprehensibili utique & inexplicabili modo etiam inferis interesse. Si autem, quod magis probabile est, in his quæ de eo tanto ante in prophetia prædicta sunt, & impleta filii Dei vox est, quoniam per ipsum facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil: ipse in homine est visitare inferorum dignatus obstrusa, & præpositos mortis præsentia invictæ majestatis exterruit, & propter liberandos quos voluit, inferorum portas reserari præcepit. De ipso siquidem Ioannes apostolus
Apoc. 1. 17. in Apocalypsi sic loquitur: *Posuit manum dexteram super me dicens, noli timere, Ego sum primus & novissimus, & vivens. qui fueram mortuus, & ecce sum vivens in sæcula sæculorum. & habeo clavem mortis & inferorum.* Propter deitatem quippe primus; quoniam principium est quod & loquitur nobis: propter humanitatem vero novissimus, quia suscipere crucem non dedignatus est & mortem pro nobis. Et ideo cui in divinitate nuda sunt omnia creaturarum, etiam in homine suscepto habet claves mortis & inferorum. Tantum igitur abest, Deum Dei filium, incommutabilem atque incomprehensibilem, ab inferis potuisse concludi; ut nec ipsam adsumptionis animam credamus, aut exitiabiliter susceptam, aut tenaciter derelictam. Sed nec carnem ejus credimus contagione alicujus corruptionis infectam. Ipsius namque vox est in psalmo,
Psal. 15. 10. sicut Petrus interpretatur apostolus, *Non dere-*
Act. 2. 27. *linques animam meam apud inferos, neque sanctum tuum videre corruptionem.* Ipse propter culpam nostram factus est velut homo sine adjutorio: propter innocentiam vero ac potentiam
Psal. 68. 5. suam, inventus est inter mortuos liber. Tunc enim vere quæ non rapuerat, sicut scriptum est, exsolvebat. Non itaque mirum, si Deum locus aliquis recipit, nec tamen capit. præsentiam sentit, majestatem non impedit: expavescit omnipotentiam, substantiam non includit. Siquidem illa summa & perfecta beatitudo, & inextinguibilis lucis, nec obscurari tenebris, nec variari locis, nec passionibus affici, nec conditionibus minui, nec temporibus valeat commutari. Deus ergo filium proprium hominem, nec in inferis deseruit, nec apud inferos dereliquit. Cujus autem virtute ac majestate antiqua sanctorum corpora visa sunt resurrexisse, si Deus inferos minime visitavit? Quis ille est, qui petras scindi, terram commoveri, solem obscurari; diem fugere, velum templi in duas dividi partes effecit? Numquid homo tantum? nonne etiam Deus? Ergo ei nec in cruce, nec in morte, nec in sepulcro, nec in inferis defuit. Nec aliter, aut de alio solet intelligi quod in psalmo
Psal. 23. 7. dictum est: *Auferte portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Unde expavescentibus atque interrogantibus,
Ibid. 8. quis est iste rex gloriæ? respondetur, *Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.* Quo prælio? nisi in quo mortem morte calcavit, peccatum innocens occisus extinxit, & trophæum victoriæ de diabolo & angelis ejus reportavit? Atenim ipse in cruce dixit: *Deus Deus meus,* Psal. 21. 1.
quare me dereliquisti? Sed ista suscepti hominis vox est. Attende unde adsumpta est, & illic vide quid sequitur. *Longe,* inquit, *a salute mea* Ibidem.
verba delictorum. Similis est hæc vox etiam illi, qua dicitur: *Tristis est anima mea usque ad mor-* Matth. 26.
tem. Nonne paulo ante ipse discipulis dixerat: *In* 38.
hoc contristati estis, quoniam dixi: eo ad patrem Ioan. 16. 6.
meum, & jam non videbitis me. Et, *si diligeretis* Ioan. 14. 28.
me gauderetis, quia eo ad patrem, quia pater major me est. In quo ergo jubet gaudere discipulos suos? Qualiter creditur contristari magister, nisi ut in homine veri hominis passiones & fluctuationes ostenderet? Qui enim propter nos redimendos, instituendos, confirmandosque venerat, omnia in se infirmitatis nostræ genera sustinebat. Non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Etenim sicut apostolus ait, expertus est omnia secun- Hebr. 4. 15.
dum similitudinem, sine peccato. Similis huic est etiam illa vox: *Pater, si fieri potest, transeat a* Matth. 26.
me calix iste. verum non quod ego volo, sed quod tu 39.
vis. Nonne in hoc venerat, ut pro nobis hunc calicem biberet, & venenum a serpente propinatum tali antidoto salutis expelleret? Nonne potestatem habebat ponendi animam suam, & potestatem habebat iterum sumendi eam? Nonne ipse dixerat, *Nemo tollit eam a me; sed ego a* Ioan. 10. 18.
me ipso pono eam? Et tamen nunc velut dubitans loquitur & recusans. ut & illic divina potestas appareat, & hic se conditio humana cognoscat. Nonne hoc mysterium ante tempora æterna in Deo fuisse absconditum clamat apostolus: Num Coloss. 1. 26.
vero velut repentinum aliquid Christus expavit, quod certo tempore faciendum in æternitate cum patre disposuit? Hæc ergo & talia cum dicuntur aut fiunt, sicut sæpe dictum est, veram hominis infirmitatem, fragilitatemque demonstrant, nec ideo præsentiam divinæ majestatis evacuant. Hic homo quisquis es, qui putas Deum Christum ab homine Christo passionis tempore separatum, non recordaris eum passuris discipulis suam præsentiam fideliter pollicentem, qui dicit: *Cum vos tradiderint, nolite cogi-* Matth. 10.
tare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim 19.
vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Itane ille qui servis facientibus domini voluntatem suam divinam præsentiam promisit, donavit, exhibuit; in quo nullo existente peccato, pro nostra salute mortem subiit innoxiam, ut patris faceret voluntatem, divinum auxilium sibi carnis tempore denegavit? Et Deus hominem, quem ob hæc sustinenda nulla compulsus necessitate suscepit, in hac perfunctione destituit? Loquitur inter tormenta martyrum præsens, nec eos aliquid meditari permittit, & se ipsum in crucis patibulo dereliquit? Ipse est enim, quod sæpe ac semper est repetendum. nec distingui potest Dei hominisque persona, quamvis sit in eo diversa substantia. Absit aliud credere, absit aliter de omnipotente sentire. Nec nasci æternus, nec crescere perfectus, nec impassibilis pati, nec immortalis mori, sine ulla sui mutatione vel corruptione, sicut jam dictum est, formidavit. Sed quia hæc pati non posset sola divinitas, hominem per quem tanti muneris mysterio persungeretur accepit. Nam & in cælum receptus, illuc eum levavit, unde nunquam ipse discessit. Audiamus apostolum

Apostolum prædicantem Christum crucifixum, A *Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Ipsis vero vocatis Iudæis & Græcis, eundem ipsum Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Advertite, filii dilectissimi: & quod jam nostis, agnoscite. Ipsum Christum, qui propter humilitatem suscepti hominis Iudæis dicitur fuisse scandalum, gentibus autem stultitia, ipsum esse Dei virtutem, & Dei sapientiam. Numquid vel hic separata aut discreta est ab Apostolo divinitatis humanitatisque persona? aut erubuit eandem dicere Dei sapientiam, quam factam dixerat gentium stultitiam? aut eundem adserere Dei virtutem, quem scandalum dixerat Iudæorum? Quid ergo nos erubescimus confiteri Deum propter hominem, B atque in homine natum & passum; cum non negamus donante Deo factum eundem ipsum hominem Deum? quod utique per Divinam gratiam, non per humanam substantiam accepisse cognoscitur. Adhuc paulo infra subsequitur: *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis a Deo sapientia ut justitia, & sanctificatio, & redemptio, & quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in Domino glorietur.* Certe Christus Iesus hominis tantum nomen est, ait hæreticus. Sed Paulus qui sciebat & dixerat non esse in homine gloriandum, Christum Iesum non tantum hominem, sed Deum quoque cognoverat: C quem sapientiam, & justitiam, & sanctificationem, & redemptionem, nobis a Deo factum esse credebat, & in eo credentes gloriari docebat. Quoniam Christus Iesus & homo & Deus est, & ad hæc consequenter non elatione verbi, aut sapientiæ, mysterium Dei adnuntians addit & dicit: *Nihil me judicavi scire in vobis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Ac ne Iudæorum iniquus populus parvum se adserat admisisse peccatum, si se intelligat nudum tantum hominem persecutum: mysterium in Dei sapientia dicit absconditum, nulli principum hujus sæculi revelatum, testificans, quod *si cognovissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent.* D Ecce & hic Christum Iesum, quem dominum gloriæ confitetur, ipsum prædicare non metuit sæculi principibus crucifixum. Omnem hujus lectionis continentiam consideretis exhortor: & videbitis quanto molimine atque conatu, sanctus Apostolus hominum mentes a terrenæ tantum intelligentiæ vtilitate ad Divina in hoc mysterio & cælestia consideranda sustollat. Breviter enim cuncta transeo, quæ ipsi plenius & latius poteritis advertere. Nam & ad Corinthios secunda quodam loco sic loquitur. *Sive*, inquit, *mente excessimus, Deo; sive temperantes sumus, vobis. Caritas enim compellit nos, judicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est.* Et E paulo post: *Omnia*, inquit, *ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis mysterium reconciliationis, quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Quæro quemadmodum: non aliter quam nascendo, patiendo, moriendo, resurgendo, atque in cælum ascendendo. Quæro etiam, quod sit mysterium reconciliationis nostræ? Num aliud quam sacrificium quod per suum sanguinem summus sacerdos obtulit Christus? Videamus ergo utrumnam solus homo perfecerit: quoniam sicut illi putant, Deus ab eo in passione discessit. Sed huic opinioni Paulus apostolus evidentissime contradicit: *Deus*, inquit, *erat in Christo.* Erat in Christo, non discesserat a Christo. *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quemadmodum reconcilians? non reputans illis delicta eorum. An forte hoc stultis placet, ut per hominem tantum fiat remissio peccatorum? quod cum etiam Iudæi respuerent, dicendo: *Blasphemat, quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* ipse Dominus, Dei hominisque filius, volens manifestare incredulis non esse solum hominem quem videbant, sed Deum etiam in quem credere contemnebant, & potestatem Divinam homini quoque, propter unitatem personæ ejus ac præsentiæ, contributam evidenter ostendere: *Vt sciatis*, ait, *quoniam potestatem habet filius hominis super terram dimittere peccata, tunc dixit paralytico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Ita Deus & homo, unus & verus animarum corporumque salvator, & exteriorem hominem morbo carnali, & interiorem peccati onere levavit. Deus ergo erat in Christo mundum reconcilians sibi, nusquam & numquam deserens hominem, quem propria dignatione, nulla prorsus necessitate suscepit. Ad Hebræos quoque idem Apostolus in ipsius epistolæ prima fronte testatur: *Postremo*, inquit, *in his diebus locutus est nobis in filio quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, gerens quoque omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum a se facta, sedit in dextra maiestatis in excelsis.* Ipse ergo filius Dei, & filius hominis, unus est atque idem, qui propter æternitatem, cum patre fecit sæcula; propter incommutabilem lucem, splendor est gloriæ; propter æqualitatem, figura est substantiæ; propter majestatem, gerit omnia verbo virtutis. Ipse etiam propter suscepti hominis passionem, peccatorum nostrorum fecit purgationem; & propter remunerationem, habet in patris dextera sessionem. Quomodo autem purgationem fecit peccatorum, nisi delens chirographum, quod adversum nos fuerat diabolo accusante conscriptum? quomodo delevit, nisi cruci affigens, & sanguine innocente diluens? Quod ergo olim Deus locutus est patribus in prophetis, & postremo est testificatus in filio, hoc credamus, hoc teneamus, hoc omnibus viribus defendamus. Accedit ad causam, quod tunc principatus & potestates exspoliavit fiducialiter, triumphans eos in semetipso. Quod opus non est omnino solius hominis, sed Divinæ in homine majestatis. Neque enim homo fortis & potens, sed Dominus potens in bello. Item illic post multa, quibus Apostolus mysterium novi testamenti a veteris figura discrevit, sic ait: *Refragans legi Moysi, sine miseratione moritur in duobus aut tribus testibus, quanto magis videtur deteriore pœna dignus, qui filium Dei conculcavit, & qui sanguinem novi testamenti immundum æstimavit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ Dei contumeliam fecit? novimus enim eum qui dixit, mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus.* Quæro qualiter possit Deus Dei filius conculcari. Videtis etiam hic, quemadmodum nec dubitet, nec metuat, nec erubescat adserere Dei filium conculcatum. Sed quoniam si quis sanguinem in quo sanctificatus est immundum existimat, utique filium Dei conculcat: ideo non discrevit hominis passionem a Dei maiestate, cujus reum vult esse illum, qui pro nihilo existimaverit pro se sanguinem fusum. Non enim filius Dei conculcatur: nisi in eo, quod mortis, quam in homine sustinuit, beneficium spernitur. Ipse quoque salvator ac Dominus, fidem remuneraturus, interrogat

Marginal notes: 1. Cor. 1. 23 — Ibid. 30. — 1. Cor. 2. 2. — Ibid. — 2. Cor. 5. 13. — Ibid. 18. — Ibid. 19. — Marc. 2. 7. — Matth. 9. 6. — Heb. 1. 2. — Hebr. 10. 28

Matth. 16.13 rogat. Videte quid dixerit : *Quem me*, inquit, *dicunt homines esse, filium hominis*? Atque cum diversas aliorum opiniones illi suggererent: *Vos autem*, inquit, *quem me dicitis esse*? me utique filium hominis. Ad hæc Petrus, ab eodem inspiratus, & in hac confessione ad rectam fidem forma sui universis gentibus profuturus, adverte quanta & quam plena integritate responderit: *Tu*
Ibid 16. *es Christus filius Dei vivi*. Tu tu, o ille qui te filium hominis dicis, tu es Christus filius Dei vivi. Numquid non etiam hic, sive interrogatione Domini, seu in responsione Apostoli, utriusque substantiæ una monstratur ostenditurque persona: dum & ille se hominis filium, quod in aperto videbatur; edicit; & Petrus eum Christum Dei filium, quod in occulto gerebatur, donata sibi confessione monstravit? unde laudatus a Domino, & beatus est dictus, quoniam non ei caro & sanguis revelaverit, sed pater qui in cælis est. Quod ergo credere debeamus, Deus pater per Deum filium revelet, non caro & sanguis insinuet. Post resurrectionem quoque cum Dominum Maria minime cognovisset, & ille proprio nomine appellando, viam illi recognitionis aperiret, ac se tangere volentem ne faceret prohiberet : quid ei nunciandum discipulis delegare dignatus fuerit,
Ioan 20.17. audiamus. *Vade*, inquit, *ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum & ad patrem vestrum, ad Deum meum & ad Deum vestrum*. Age nunc, eligat hæreticus utrum putet, & cujus vocem malit hanc esse, ipse discernat. Vtraque parte acuto spiritali gladio ferietur. *Ascendo*, inquit, *ad patrem meum, & ad patrem vestrum : ad Deum meum, & ad Deum vestrum*. Si hominis vox est, ergo filius Dei est homo ille : ad patrem meum, dixit ascendo. Si Dei vox est, ergo homo est Deus ille : ad Deum meum enim, dixit, ascendo. Nec enim, ait, ascendo ad patrem meum, & Deum hominis mei : aut ascendo ad Deum meum, & ad patrem Dei mei. Qui igitur personam divinitatis humanitatisque discernit, utroque intellectu convincitur. Aut homo dixit, & idem ipse est Dei filius : aut Deus dixit, & idem ipse est etiam homo susceptus. Qui enim dicit, ascendo ad patrem meum & ad Deum meum : repetendo meum & meum, unam probat polliceturque personam, quamvis distinguat utramque substantiam. Quod enim ait, ascendo ad patrem meum, pertinere quidem videtur ad unigenitum filium : quod autem ait, ad Deum meum, pertinere videtur ad hominem factum. Sed in Christo Iesu nec homo creatus potest dici, nec filius: nec unigenitus Deus negari homo poterit natus. Atque ideo nec Dei tantum, nec hominis tantum, vox ista esse convincitur : quam Deus & homo, unus atque unicus ipse filius, ad suos discipulos perferendam inseparabili omnino atque indivisibili mandavit affectu. Denique ut noveritis, & plenius advertatis ita esse quod dicitur : ad dissolvenda omnium hæreticorum machinamenta, & universas calumnias refellendas, ubi opus fuit naturam creatoris a creatura discernere, videte qualiter pro nobis pietas Divina vigilavit. *Vade*, Ioan. 20.17
inquit, *ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, & ad patrem vestrum, ad Deum meum, & ad Deum vestrum*. Ecce hic evidenter ipsius Domini, id est Dei & hominis, a famulorum suorum persona distinguitur, & a natura vocatio separatur. Quamvis enim id quod mandatur, jam amicis mandetur & fratribus: ostenditur tamen, quid Domino debeatur, quid servis cæteris tribuatur. Potuit namque dicere, ascendo ad patrem nostrum, & ad Deum nostrum. Quia multum distat inter dominationem & conditionem, inter generationem & adoptionem, inter substantiam & gratiam. Ideoque hic non permixte nec passim dicitur, ascendo ad patrem nostrum, aut Deum nostrum: sed ad patrem meum, & patrem vestrum. Aliter enim illi Deus pater est, aliter nobis. Illum siquidem natura coæquat, misericordia humiliat: nos vero natura prosternit, misericordia erigit. Hoc enim egit ista Divina humanitas, & humana divinitas, tali ac tanto miraculo, ut hujusmodi gratiam indigna mortalium meruisset infirmitas. Et quis poterit, vel cui sufficiat, paginarum sanctarum omnia uno in tempore documenta congerere, quibus sincera hæc & mera veritas perdocetur? sed & modus sermonis, qui jamdudum excessit, aliquando tenendus est : nec mihi diutius laborandum cum eis, quos instruente Domino eruditos novi. Instate itaque, sicut Apostolus præcepit, opportune ac importune, & doctrina sana universos errantes arguite, revocate, instruite, roborate. Non 2. Tim. 4.2.
mea, quæ nulla aut parva sunt, habentes in hac fidei regula documenta : sed scripturarum, ac magnorum & doctissimorum virorum, qui hæc ante nos & firmissime tenuerunt, & multiplicibus libris eloquentissime docuerunt.

APPENDIX

APPENDIX
AD TOMUM II.
CONCILIORUM.



APPENDIX
AD TOMVM SECVNDVM CONCILIORVM.

PRIMVM inter hæc analecta locum obtineant canonicæ patrum epistolæ, Athanasii, Basilii magni, Gregorii Nysseni: quæ quia totæ sunt instituti nostri, & juris Græcorum ecclesiastici pars non contemnenda, neque certo addici tempori supra potuerunt: hunc in locum sunt rejectæ.

SANCTI ATHANASII AD AMMON MONACHUM epistola.



...inis Cul... ...ii latina ...nslatio ...cognita.

OMNIA quidem bona sũt & mũda Dei opera. Nihil enim quod usu suo careat, aut quod immundum sit, Dei verbum condidit. *Nam Christi bonus odor*, ut Apostoli verbis utamur, *sumus*. Cæterum quia varia & multiplicia diaboli tela sũt, quibus integriores etiam animos turbat: age paucis, & ipsas mali fraudes, servatoris ope, depellamus, simpliciorumque mentem confirmemus. *Omnia quidem munda mundis*, impurorum autem & cõscientia, & omnia, turpia & fœda sunt. Cæterum diaboli artes nequeo non mirari, qui lues & corruptela cum sit, sanctitatis & puritatis specie plenas rationes subjiciat: at id potius ut insidietur, quam ut probet, facit. Ideo enim, ut ante monui, ista auribus ascetarum insusurrat, quæ nihil in vitam important commodi, sed novitatis & nugarum plenas rationes, diligenter evitandas, afferunt: ut dum eos a consueto & salutari studio revocarit, regnare solus, & rerum potiri videatur.

[Margin: ...Cor. 1. / ...t 1.]

Qui enim, rogo te dilecte imprimis & pie,

A ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
Πρὸς Ἀμοῦν μονάζοντα.



ΠΑΝΤΑ μὲν καλὰ καὶ καθαρὰ τὰ τοῦ θεοῦ ποιήματα· οὐδὲν γὰρ ἄχρηστον ἢ ἀκάθαρτον ὁ τοῦ θεοῦ πεποίηκε λόγος. Χριστοῦ γὰρ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις, κατὰ τὸν ἀπόστολον. Ἐπειδὴ δὲ ποικίλα καὶ πολύτροπα τὰ τοῦ διαβόλου βέλη, B καὶ τοὺς ἀκεραιοτέρους τὴν γνώμην παρασκευάζει ταράττεσθαι, κωλύει τε τῆς συνήθους γυμνασίας τοὺς ἀδελφούς, ὑποσπείρων αὐτοῖς λογισμοὺς ἀκαθαρσίας καὶ μολυσμοῦ· φέρε διὰ βραχέων καὶ τὴν τοῦ πονηροῦ πλάνην ἀπελάσωμεν τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν χάριτι, καὶ τὴν τῶν ἁπλουστέρων γνώμην στηρίξωμεν. πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τῶν δὲ ἀκαθάρτων καὶ ἡ συνείδησις καὶ τὰ πάντα μεμόλυνται. ἄγαμαι δὲ τοῦ διαβόλου τὸ σόφισμα, ὅτι περ φθορὰ καὶ λύμη ὑπάρχων, λογισμοὺς ὑποβάλλει τῷ δοκεῖν μὲν, καθαρότητος· ἔστι δὲ τὸ γινόμενον C ἐνέδρα ἢ δοκιμασία. ἵνα γὰρ, ὡς προεῖπον, ἀπασχολήσῃ τοὺς ἀσκητὰς ἐθίμου καὶ σωτηριώδους μελέτης, καὶ δόξῃ κρατεῖν κατὰ τοῦτο, τοιαῦτα κινεῖ βομβίκια, ἅτινα φέρει μὲν οὐδὲν τῷ βίῳ χρήσιμον, κενὰς δὲ ζητήσεις καὶ φλυαρίας, ἃς δεῖ παραιτεῖσθαι.

Τί γὰρ, εἰπέ μοι ὦ ἀγαπητὲ καὶ εὐλαβέ-

APPENDIX TOMI II.

σατε, ἔχει ἁμάρτημα ἢ ἀκάθαρτον, φυσική τις ἔκκρισις; ὡς εἴ τις ἐθέλει ποιεῖσθαι ἔγκλημα, καὶ τὰς διὰ ῥινῶν ἐκπεμπομένας μύξας, καὶ τὰ διὰ τοῦ στόματος πτύσματα. ἔτι δὲ καὶ τούτων ἔχομεν λέγειν πλείονα, τὰς διὰ γαστέρων ἐκκρίσεις, ἅπερ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα καθέστηκεν. ἔτι τε εἰ τῶν τοῦ θεοῦ χειρῶν ἔργον πιστεύομεν εἶναι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὰς θείας γραφάς, πῶς ἠδύνατο ἐκ καθαρᾶς δυνάμεως ἔργον τι γενέσθαι μεμολυσμένον; καὶ εἰ γένος τοῦ θεοῦ ὑπάρχομεν κατὰ τὰς θείας τῶν ἀποστόλων πράξεις, οὐδὲν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς ἀκάθαρτον. τότε γὰρ μεμολύσμεθα, ὅτε τὴν δυσωδεστάτην ἁμαρτίαν ἐργαζόμεθα. ὅτε δὲ φυσική τις ἀβουλήτως ἔκκρισις γίνεται, τότε τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ, μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς προείπομεν, καὶ τοῦτο ὑπομένομεν.

Ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ θέλοντες ἀντιλέγειν μόνον τοῖς ὀρθῶς λεγομένοις, μᾶλλον δὲ παρὰ θεοῦ πεποιημένοις, παραφέρουσι καὶ ῥητὸν εὐαγγελικόν, ὡς ὅτι οὐ τὰ εἰσερχόμενα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα, ἀναγκαίως αὐτῶν καὶ ταύτην τὴν ἀλογίαν (οὐ γὰρ ἂν εἴπωμεν ζήτησιν) ἐλέγξωμεν. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ τὰς γραφὰς, κατὰ τὰς ἰδίας ἀμαθίας ἀστήρικτοι ὄντες, βιάζονται. ἔχει δὲ τὸ θεῖον οὕτω λόγιον· τινῶν γὰρ πάλιν τούτοις ὁμοίως ἐνδοιαστῶς ἐχόντων περὶ βρωμάτων, αὐτὸς λύων αὐτῶν τὴν ἄγνοιαν, ἤγουν ἀπάτην, δημοσιεύων, φησὶ, μὴ τὰ εἰσερχόμενα κοινοῦν τὸν ἄνθρωπον ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα. εἶτα ἐπάγει πόθεν ἐξερχόμενα· τὰ ἀπὸ καρδίας· ἐκεῖ γὰρ εἶναι τοὺς πονηροὺς θησαυροὺς τῶν βεβήλων λογισμῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, γινώσκει. συντομώτερον δὲ ὁ ἀπόστολος αὐτὸ δεδιδαγμένος, φησὶ, βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ θεῷ. φαίη δ' ἄν τις καὶ νῦν εὐλόγως, φυσική τις ἔκκρισις ἡμᾶς οὐ παραστήσει πρὸς τιμωρείαν. τάχα δὲ καὶ παῖδες ἰατρῶν, ἵνα κἂν ἐκ τῶν ἔξωθεν δυσωπηθῶσιν, ὑπὲρ τούτου ἀπολογήσονται, ὅτι τῷ ζώῳ δέδονταί τινες ἀναγκαῖαι διέξοδοι κατὰ τῶν ἐν ἡμῖν ἑκάστοις μελῶν τρεφομένων τὸ περιττὸν ἀποπέμπειν. οἷον κεφαλῆς περιττώματα τρίχες, καὶ τὰ ἀπὸ κεφαλῆς ὑδατώδη πεμπόμενα, καὶ γαστρὸς διαχωρήματα· καὶ τοίνυν τῶν σπερματικῶν πόρων ἐκεῖνο περίττωμα. ποία τοίνυν ἐστὶ πρὸς θεὸν, ὦ πρεσβύτα θεοφιλέστατε, ἁμαρτία, αὐτοῦ τοῦ πλάσαντος, τὸ ζῶον δεσπότου θελήσαντος ταῦτα τὰ μέλη τοιαύτας ἔχειν διεξόδους.

Ἐπειδὴ δὲ δεῖ προλαμβάνειν τὰ τῶν πονηρῶν ἐναντιώματα (εἴποιεν γὰρ ἄν, οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἁμαρτία οὔτε ἡ ἀληθὴς χρῆσις, εἰ τὰ ὄργανα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ διαπέπλασται) πρὸς τοῦτο ἐρωτηματικῶς αὐτοὺς παύσωμεν· φάσκον-

A sceleris aut labis habeat ipsa quæ te natura fit excretio? ut si quis erumpentem e naribus mucorem, vel ipsa oris sputa vitio vertat. Atqui & his ampliora possumus addere: ventris nempe dejectiones, quæ sunt animantibus ad vitã necessariæ. Deinde si hominem manuum Dei opus esse scriptura docente credimus: qui fit, ut ex munda facultate polluti aliquid operis prodeat? Deinde si, quod in actis apostolorum legimus, *Dei genus sumus*: Act. 17. immundum prorsus in nobis nihil habemus. B Tum enim inquinamur solum, cum pessimi odoris opus peccatum operamur. At cũ præter volũtatẽ naturalis aliqua fit excretio: tũ naturæ necessitate, quod antea diximus, & istud cum aliis toleramus.

Cæterum quando qui hoc solum student, ut iis quæ recte dicuntur, aut potius quæ a Deo sunt facta, contradicant, evangelicum illud, non quæ ingrediuntur, sed quæ egrediuntur, hominem contaminant, male usurpant: necesse habemus hanc eorum dementiam, C absit enim ut quæstionem dicam, confutare. Primum enim scripturas, pro sua ignorantia & inconstantiæ libidine, per vim alio detorquent: cum Divini hujus dicti ea sententia sit, quod ambigentibus nonnullis, ut isti nũc faciunt, de ciborum usu, eorum ipse ignorationẽ, vel fraudẽ potius, manifestam faciens, asserit, non iis quæ ingrediuntur hominem inquinari, sed iis quæ egrediuntur. Addit etiam deinde, unde illa exeant: nempe a corde. Illic enim profanarum cogitationum, D aliorumque criminum, malos esse thesauros novit. Compendiosius autem, hoc ipsum edoctus Apostolus loquitur: *Esca, non nos commendat Deo.* Hic & dici merito potest: naturalis excretionis nomine, nos pœnæ non subjacere. Forte etiam, ut vel petitis extrinsecus rationibus persuadeantur homines isti, excretionem illam eo maxime defendent medici, quod animali necessarii quidam concessi sint meatus per membra, ut dum nutriuntur, emittatur E quod superfluum est: uti capitis excrementa sunt pili, reliquique ab eo promanantes humores, ut ipsæ ventris denique dejectiones: atque illud proinde spermaticorum meatuum excrementum. Te hic per Deum, religiosissime senex appello: quid in eo tandem peccati est? cum ipse qui animal formauit Deus, voluerit, ut ejus membra istiusmodi meatus haberent.

Cæterũ quando anteuertere improborum objectiones oportet: dicẽt enim profecto, verũ organorũ usum, siquidẽ a Deo facta sũt, peccato carere: ita loquẽtes hac interrogatione compescamus. Quem tu nobis

nobis usum commemoras? legitimumne il- A
1. lum, quem permisit Deus, dicens: *Crescite & multiplicamini, & replete terram?* Quem & ipse Apostolus probavit, cũ honorabiles nuptias lectumque impollutum appellavit. An vagũ illum & effusum, furtimque & libidinose perceptum? Nam & cæterarum rerum quæ in vita fiunt, differentiam esse aliquam videmus: verbi causa, cum cædem facere non liceat, in bello tamen hostem trucidare non modo lege permissum est, sed cum laude ita conjunctum, vt honoribus magnis ornentur, qui in eo strenue gesserint aliquid, & ipsis B erigantur columnæ quæ illorum gesta prædicẽt. Vna igitur eadẽque res, partim prohibetur certis temporibus: partim, ubi opportunum est, conceditur. Eadem omnino coitus est ratio Beatum enim non nego, qui in ipso ætatis flore matrimonio legitime conjunctus, naturæ ad liberorum procreationẽ inservit: sin ad libidinẽ, fornicatores & adulteros ea, quam comminatus est Apostolus, pœna excipiet. Cum enim duo, quod ad hoc C quidẽ attinet, sint instituta vitæ, remissius alterum & sæculare, quod matrimonium vocamus: alterum autem angelicum plane & eximium, quod virginitatem appellamus: si sæculare aliquis, id est nuptias, amplectatur, non vituperatur ille quidem, sed tanta non percipiet Divinæ gratiæ munera: percipiet enim aliqua profecto, cũ fructum ipse quoque tricesimum ferat. At si quis purum illud, & creata conditione superius amplexus fuerit: licet ardua primum difficilisque via sit, dona tamen admirabiliora recipit, perfectũ enim fructum, hoc est centesimum, tulit. Ita D ergo turpes & probrosæ illorum quæstiones ex sacrosanctis scripturis repressæ dudum & solutæ sunt.

Greges igitur tuos, pater, sic sustenta, ut eos apostolicis verbis horteris, evangelicis
118. demulceas, Davidicis consulas: *Vivifica me,* inquiens, *secundum verbum tuum.* Ejus autem verbum, quid aliud est, quam ei puro corde servire? Id enim cum non ignoraret idem propheta, tamquam se ipse interpreta-
50. retur, *Cor mundum*, inquit, *crea in me Deus*, ne me fœdæ cogitationes perturbent. Rursus E David, *Spiritu*, inquit, *principali confirma me:* ut si quando me hujusmodi cogitationes conturbaverint, valida me tua virtus, tanquam basis aliqua, sustentet. Hæc igitur & horum similia iis suggerens, dic iis qui veritati tardius obsequuntur: *Docebo iniquos vias tuas:* & Domino cõfisus fore, ut iis persuadeas a tali improbitate abstinere, id quoque usurpa: *Et impii ad te convertentur.* Vtinam autem qui maligne ista inquirunt, a tam inani studio desistant: qui autem præ animi simplicitate dubitant, spiritu principali confirmentur. Vos vero qui veritatem certo compertam habetis, eandem in-

τες, ποίαν λέγεις χρῆσιν; τὴν ἐν νόμῳ ἣν ὁ θεὸς ἐπέτρεψε, λέγων, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν; ἣν ὁ ἀπόστολος ἀπεδέξατο, εἰπών. τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος; ἢ τὴν δημώδη μὲν, λαθραίως δὲ καὶ μοιχικῶς ἐπιτελουμένην; ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν βίῳ γινομένων εὑρήσομεν τὰς διαφορὰς κατά τι γινομένας· οἷον, φονεύειν οὐκ ἔξεστιν, ἀλλ' ἐν πολέμῳ ἀναιρεῖν τοὺς ἀντιπάλους, καὶ ἔννομον καὶ ἐπαίνου ἄξιον. οὕτως γοῦν καὶ τιμῶν μεγάλων οἱ κατὰ πόλεμον ἀριστεύσαντες ἀξιοῦνται, καὶ στῆλαι τούτων ἐγείρονται κηρύττουσαι τὰ κατορθώματα. ὥστε τὸ αὐτὸ κατά τι μὲν καὶ κατὰ καιρὸν, οὐκ ἔξεστι· κατά τι δὲ καὶ εὐκαίρως ἀφίεταί τε καὶ συγκεχώρηται. ὁ αὐτὸς οὖν λόγος καὶ περὶ τῆς μίξεως. μακάριος ὃς ἐν νεότητι ζυγὸν ἔχων ἐλεύθερον, τῇ φύσει πρὸς παιδοποιΐαν κέχρηται· εἰ δὲ πρὸς ἀσέλγειαν, πόρνους καὶ μοιχοὺς ἡ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου γραφεῖσα τιμωρία ἐκδέξεται. δύο γὰρ οὐσῶν ὁδῶν ἐν τῷ βίῳ περὶ τούτων, μιᾶς μὲν μετριωτέρας καὶ βιωτικῆς, τοῦ γάμου λέγω· τῆς δὲ ἑτέρας ἀγγελικῆς καὶ ἀνυπερβλήτου, τῆς παρθενίας· εἰ μέν τις τὴν κοσμικὴν, τουτέστι τὸν γάμον, ἕλοιτο, μέμψιν μὲν οὐκ ἔχει· τοσαῦτα δὲ χαρίσματα οὐ λήψεται· λήψεται γάρ· ἐπείπερ φέρει καὶ αὐτὸς καρπὸν τὸν τριάκοντα. εἰ δὲ τὴν ἁγνὴν τις καὶ ὑπερκόσμιον ἀσπάσαιτο, εἰ καὶ τραχεῖα παρὰ τὴν προτέραν καὶ δυσκατόρθωτος ἡ ὁδὸς, ὅμως ἔχει χαρίσματα θαυμασιώτερα· τὸν γὰρ τέλειον καρπὸν τὴν ἑκατοντάδα ἐβλάστησεν. ὥστε τὰ ἀκάθαρτα αὐτῶν καὶ πονηρὰ ζητήματα λύσεις ἰδίας ἔχει, καὶ παρὰ τῶν θείων γραφῶν πάλαι προλυθείσας.

Ὑποστήριζε τοίνυν ὦ πάτερ, τὰς ὑπὸ σεαυτὸν ἀγέλας ἐκ τῶν ἀποστολικῶν παρακαλῶν, ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν ψυχαγωγῶν, ἐκ τῶν ψαλμῶν συμβουλεύων· ζῆσόν με, λέγων, κατὰ τὸ λόγιόν σου. λόγιον δὲ αὐτοῦ τὸ ἐκ καθαρᾶς λατρεύειν αὐτῷ καρδίας. τοῦτο γὰρ εἰδὼς ὁ αὐτὸς προφήτης, ὥσπερ ἑαυτὸν μεταφράζων, λέγει, καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός· ἵνα μὴ ῥυπώδεις λογισμοί με ταράξωσι. πάλιν Δαβὶδ, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με· ἵνα κἂν ποτε λογισμοί με θορυβήσωσιν, ἰσχυρά τις δύναμις παρὰ σοῦ στηρίζῃ με, ὥσπερ κρηπὶς τυγχάνουσα. αὐτὸς τοίνυν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συμβουλεύων, λέγε πρὸς τοὺς βραδέως τῇ ἀληθείᾳ πειθομένους, διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ θαῤῥῶν κυρίῳ ὅτι πείσεις ἀποσχέσθαι τῆς τοιαύτης κακίας, ψάλλε, καὶ οἱ ἀσεβεῖς ἐπὶ σὲ ἐπιστρέψουσι. γένοιτο δὲ, τοὺς μὲν κακοήθως ζητοῦντας, παύσασθαι τῆς τοιαύτης ματαιοπονίας· τοὺς δὲ δι' εὐήθειαν ἐνδοιαστῶς ἔχοντας, ἡγεμονικῷ πνεύματι κρατυνθῆναι. ὅσοι δὲ βεβαίως τὴν ἀλήθειαν ἐπίστασθε, ἀῤῥαγῆ ταύτην

ταύτην κατέχετε καὶ ἀσάλευτον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς λθ'. ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν αἱρετικῶν ἐμνήσθημεν, ὡς νεκρῶν, περὶ δὲ ἡμῶν, ὡς ἐχόντων πρὸς σωτηρίαν θείας γραφάς· καὶ φοβοῦμαι μή πως, ὡς ἔγραψε Κορινθίοις Παῦλος, ὀλίγοι τῶν ἀκεραίων ἀπὸ τῆς ἁπλότητος, καὶ τῆς ἁγνότητος ἀποπλανηθῶσιν, ἀπὸ τῆς πανουργίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ λοιπὸν ἐντυγχάνειν ἑτέροις ἄρξωνται, τοῖς λεγομένοις ἀποκρύφοις, ἀπατώμενοι τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ἀληθινῶν βιβλίων· παρακαλῶ ἀνέχεσθαι, εἰ περὶ ὧν ἐπίστασθε, περὶ τούτων κἀγὼ μνημονεύων γράφω διά τε τὴν ἀνάγκην καὶ τὸ χρήσιμον τῆς ἐκκλησίας. μέλλων δὲ τούτων μνημονεύειν, χρήσομαι πρὸς σύστασιν τῆς ἐμαυτοῦ τόλμης, τῷ τύπῳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, λέγων καὶ αὐτὸς, ἐπειδή περ τινὲς ἐνεχείρησαν ἀνατάξασθαι ἑαυτοῖς τὰ λεγόμενα ἀπόκρυφα, καὶ ἐπιμίξαι ταῦτα τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, περὶ ἧς ἐπληροφορήθημεν, καθὼς παρέδοσαν τοῖς πατράσιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· ἔδοξε κἀμοὶ προτραπέντι παρὰ γνησίων ἀδελφῶν, μαθόντι ἄνωθεν, ἑξῆς ἐκθέσθαι τὰ κανονιζόμενα καὶ παραδοθέντα πιστευθέντα τε θεῖα εἶναι βιβλία. ἵνα ἕκαστος, εἰ μὲν ἠπατήθη, καταγνῷ τῶν πλανησάντων· ὁ δὲ καθαρὸς διαμείνας, χαίρῃ πάλιν ὑπομιμνησκόμενος.

Ἔστι τοίνυν τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης τῷ ἀριθμῷ τὰ πάντα βιβλία εἰκοσιδύο· τοσαῦτα γὰρ, ὡς ἤκουσα, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ παρ' Ἑβραίοις εἶναι παραδέδοται. τῇ δὲ τάξει καὶ τῷ ὀνόματί ἐστιν ἕκαστον, οὕτω· πρῶτον Γένεσις· εἶτα Ἔξοδος· εἶτα Λευιτικόν· καὶ μετὰ τοῦτο, Ἀριθμοί· καὶ λοιπὸν τὸ Δευτερονόμιον. ἑξῆς δὲ τούτοις ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ Κριταὶ, καὶ μετὰ τοῦτο ἡ Ῥούθ· καὶ αὖθις ἑξῆς βασιλειῶν βιβλία τέσσαρα· καὶ τούτων τὸ μὲν πρῶτον καὶ δεύτερον εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμεῖται· τὸ δὲ τρίτον καὶ τέταρτον, ὁμοίως εἰς ἕν. μετὰ δὲ ταῦτα παραλειπομένων πρῶτον καὶ δεύτερον ὁμοίως εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενα. εἶτα Ἔσδρας, πρῶτον καὶ δεύτερον, ὁμοίως εἰς ἕν. μετὰ δὲ ταῦτα βίβλος ψαλμῶν, καὶ ἑξῆς παροιμίαι. εἶτα ἐκκλησιαστὴς, καὶ ᾆσμα ᾀσμάτων· πρὸς τούτοις ἐστὶ καὶ Ἰὼβ, καὶ λοιπὸν προφῆται, οἱ μὲν δώδεκα εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενοι· εἶτα Ἡσαίας, Ἱερεμίας, καὶ σὺν αὐτῷ, Βαροὺχ, θρῆνοι, καὶ ἐπιστολή· καὶ μετ' αὐτὸν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιήλ. ἄχρι τούτων, τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἵσταται.

A victam & inconcussam retinete, in domino nostro Iesu Christo, cum quo, Patri gloria, & imperium, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

EIVSDEM

ex XXXIX.

FESTIVA EPISTOLA.

Gentiani Herveti Latina translatio recognita.

Sed quoniam hæreticorum, tanquam mortuorum, mentionem fecimus, de
B nobis autem ut qui Diuinas scripturas ad salutem habeamus; & vereor ne quemadmodum scripsit ad Corinthios Paulus, pauci a simplicitate & castitate aberrẽt, ex quorumdam hominum calliditate, & deinceps alia quæ dicuntur apocrypha legere incipiant, verorum librorum æquivocatione decepti: vos adhortor sustinere, si eorum quoque quæ scitis, ego mentionem faciens, scribo propter necessitatem & utilitatem ecclesiæ. Eorum autem mentionem facturus, utar ad meæ audaciæ confirmatio-
C nem, Lucæ quoque evangelistæ forma, dicẽs ipse quoque: quoniam nonnulli ausi sunt, ea quæ dicuntur apocrypha sibi componere, & ea Divinæ scripturæ permiscere, de qua certiores facti sumus, quemadmodum tradiderunt patribus, ii qui ab initio Verbi aspectores & ministri fuerunt: mihi quoque visum, a germanis fratribus admonito, & pridem edocto, per seriem exponere, qui in canonem recepti, & traditi, & creduntur esse Divini libri. Vt unusquisque si seductus quidem fuerit, condemnet eos qui seduxerunt: qui autem purus permansit, rursus
D gaudeat admonitus.

Sunt itaque veteris quidem testamenti libri omnes numero XXII. Tot enim, ut audivi, etiam elementa ab Hebræis esse traditum est. Ordine autem & nomine sic est unusquisque. Primum Genesis, deinde Exodus, deinde Leviticum, & post eum Numeri, & exinde Deuteronomium. Eum consequitur Iesus Nave, & Iudices, & postea Ruth, & rursus deinceps Regnorum libri quatuor. Et eorum primus quidem, & secundus in unum librum connumerantur: tertius au-
E tem & quartus, similiter in unum. Postea Paralipomena seu derelicta, primus & secundus, similiter in unum librum connumerati. Deinde Esdræ primus & secundus similiter in unum. Postea autem liber Psalmorum, & deinceps Proverbia. Deinde Ecclesiastes, & Cantica Canticorum. His accedunt Iob, & deinde prophetæ: duodecim quidem in unum locũ connumerati: deinde Esaias, Hieremias & cum ipso Baruch, Threni, seu lamentationes, epistola: & post ipsum Ezechiel & Daniel. His totum continetur vetus testamentum.

Novi

Περὶ τῶν ἐκπεσουσῶν παρθένων, τῶν καθομολογησαμένων τὸν ἐν σεμνότητι βίον τῷ D κυρίῳ, εἶτα διὰ τὸ ὑποπεσεῖν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, ἀθετουσῶν τὰς ἑαυτῶν συνθήκας, οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν ἁπλῶς καὶ πρᾴως συμπεριφερόμενοι ταῖς ἀσθενείαις τῶν κατολισθαινόντων, ἐνομοθέτησαν δεκτὰς εἶναι μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν, καθ' ὁμοιότητα τῶν διγάμων διαταξάμενοι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐπειδὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, προϊοῦσα ἡ ἐκκλησία κραταιοτέρα γίνεται, καὶ πληθύνεται. νῦν τὸ τάγμα τῶν παρθένων, προσέχειν ἀκριβῶς τῷ κατ' ἔννοιαν φαινομένῳ πράγματι, καὶ τῇ τῆς γραφῆς διανοίᾳ, ἣν δυνα- E τὸν ἐξευρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου· χηρεία γὰρ παρθενίας ἐλάττων. οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν χηρῶν ἁμάρτημα πολλῷ δεύτερόν ἐστι τοῦ τῶν παρθένων· ἴδωμεν τοίνυν τί γέγραπται Τιμοθέῳ παρὰ τοῦ Παύλου· νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. εἰ τοίνυν χήρα κρίματι ὑπόκειται βαρυτάτῳ, ὡς τὴν εἰς Χριστὸν ἀθετήσασα πίστιν· τί χρὴ λογίζεσθαι ἡμᾶς περὶ τῆς παρθένου, ἥτις νύμφη ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ σκεῦος ἱερὸν ἀνατεθὲν τῷ δεσπότῃ; μέγα μὲν

ἁμάρτημα, καὶ δούλην λαθραίοις γάμοις ἑαυτὴν ἐπιδοῦσαν, φθορᾶς ἀναπλῆσαι τὸν οἶκον, καὶ καθυβρίζειν διὰ τοῦ πονηροῦ βίου τὸν κεκτημένον· πολλῷ δὲ δήπου χαλεπώτερον, τὴν νύμφην, μοιχαλίδα γενέσθαι, καὶ τὴν πρὸς τὸν νυμφίον ἕνωσιν ἀτιμάσασαν, ἡδοναῖς ἀκολάστοις ἑαυτὴν ἐπιδοῦναι· οὐκοῦν ἡ μὲν χήρα, ὡς δούλη διεφθαρμένη, καταδικάζεται· ἡ δὲ παρθένος, τῷ κρίματι τῆς μοιχαλίδος ὑπόκειται. ὥσπερ τὸν ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ συζῶντα, μοιχὸν ὀνομάζομεν, οὐ πρότερον καταδεξάμενοι εἰς κοινωνίαν, πρὶν παύσασθαι τῆς ἁμαρτίας· οὕτω δηλονότι καὶ ἐπὶ τοῦ τὴν παρθένον ἔχοντος διατεθησόμεθα. ἐκεῖνο δὲ νῦν προδιομολογεῖσθαι ἡμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι παρθένος ὀνομάζεται ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ κυρίῳ, καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα· τὰς δὲ ὁμολογίας τότε ἐγκρίνομεν, ἀφ' οὗπερ ἂν ἡ ἡλικία τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν ἔχῃ· οὐ γὰρ τὰς παιδικὰς φωνὰς πάντως κυρίας ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι προσήκει· ἀλλὰ τὴν ὑπὲρ τὰ δεκαὲξ ἢ δεκαεπτὰ γενομένην ἔτη, κυρίαν οὖσαν τοῦ λογισμοῦ, ἀνακρινθεῖσαν ἐπὶ πλεῖον, εἶτα παραμείνασαν καὶ λιπαροῦσαν διὰ ἱκεσιῶν πρὸς τὸ παραδεχθῆναι, τότε ἐγκαταλέγεσθαι χρὴ ταῖς παρθένοις, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς τοιαύτης κυροῦν, καὶ τὴν ἀθέτησιν αὐτῆς ἀπαραιτήτως κολάζειν. πολλὰς γὰρ γονεῖς προσάγουσι, καὶ ἀδελφοί, καὶ τῶν προσηκόντων τινές, πρὸ τῆς ἡλικίας, οὐκ οἴκοθεν ὁρμηθείσας πρὸς ἀγαμίαν, ἀλλά τι βιωτικὸν ἑαυταῖς διοικουμένας· ἃς οὐ ῥᾳδίως προσδέχεσθαι δεῖ, ἕως ἂν φανερῶς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἐρευνήσωμεν γνώμην.

peccatum, ancillam quæ clandestinis matrimoniis se dedit, stupri domum implere, dominumque suum per malam vitam injuria afficere: sed multo est grauius, sponsam fieri adulteram, & unione cum sponso ignominia & dedecore affecta, se incontinentibus voluptatibus tradere. Vidua itaque ut corrupta ancilla condemnatur: virgo vero, adulteræ judicio subjicitur. Sicut eum, qui cum aliena muliere cohabitat, adulterum nominamus, nec eum prius ad communionem admittimus, quam a peccato cessaverit: ita videlicet cum eo qui virginẽ habet nos geremus. Illud autem nobis nunc confiteri est necessarium, quod virgo nominatur, quæ se sua sponte Domino obtulit, & matrimonio renunciavit, & vitam in sanctificatione prætulit. Professionem autem ab eo tempore judicamus, quo ætas rationis complementum habuerit. Non enim pueriles voces omnino in his esse ratas existimare oportet: sed eam quæ supra sexdecim vel septemdecim annos nata fuerit, rationisque compos, & diu examinata probataque perseveraverit, & ut admittatur, precibus contendat, tum oportet in sacrarum virginum catalogum referri, ejusque professionem ratam habere, & illius infirmationem inexorabiliter punire. Multas enim parentes & fratres offerunt, & quidam eorum qui eas cognatione attingunt, ante ætatem, non ex seipsis ad cælibatum incitatas, sed sæculare quippiam procurantes: quas non facile admittere oportet, donec aperte propriam ipsarum sententiam perscrutati fuerimus.

ΚΑΝΩΝ ιθʹ.

Ἀνδρῶν δὲ ὁμολογίαν οὐκ ἔγνωμεν, πλὴν εἰ μή τινες ἑαυτοὺς τῷ τάγματι τῶν μοναζόντων ἐγκατηρίθμησαν· οἳ κατὰ τὸ σιωπώμενον δοκοῦσι παραδέχεσθαι τὴν ἀγαμίαν. πλὴν καὶ ἐπ' ἐκείνων, ἐκεῖνο ἡγοῦμαι προηγεῖσθαι προσήκειν, ἐρωτᾶσθαι αὐτοὺς καὶ λαμβάνεσθαι τὴν παρ' αὐτῶν ὁμολογίαν ἐναργῆ· ὥστε ἐπειδὰν μετατίθενται πρὸς τὸν φιλόσαρκον καὶ ἡδονικὸν βίον, ὑπάγειν αὐτοὺς τῷ τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίῳ.

CANON XIX.

Virorum autem professiones non novimus, præterquam si qui se ipsos monachorum ordini addixerint: qui tacite videntur cælibatum admittere. Sed in illis quoque illud existimo præcedere oportere, ut ipsi interrogentur, & evidens ipsorum accipiatur professio: ut postquam ad libidinosam & voluptariam vitam se converterint, eorum qui fornicantur punitioni subjiciantur.

ΚΑΝΩΝ κʹ.

Ὅσαι γυναῖκες ἐν αἱρέσει οὖσαι παρθενίαν ὡμολόγησαν, εἶτα μετὰ ταῦτα γάμον ἀνθείλοντο, οὐχ ἡγοῦμαι χρῆναι καταδικάζεσθαι ταύτας. ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. αἱ δὲ μήπω ὑπελθοῦσαι τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν ἐπιγινώσκουσι τοῦ δεσπότου. ὥστε δεκταί εἰσι τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ πάντων, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἄφεσιν ἔχουσιν ἐκ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστόν· καὶ καθόλου, τὰ ἐν

CANON XX.

Quæcumque mulieres, cum essent hæreticæ, virginitatem professæ sunt, deinde postea matrimonium maluerunt, non existimo eas oportere condemnari. Quæcumque enim dicit lex, iis dicit qui sunt in lege. Quæcumque autem jugum Christi nondum subierunt, eæ nec Domini leges norunt. Quare sunt ab ecclesia cum omnibus suscipiendæ, & propter hoc habent remissionem ex fide in Christum: & omnino quæ in

in catechumenica, ſeu quæ initiatur, vita A fiunt, in judicium non vocantur. Clarum rum eſt autem, quod eas eccleſia non ſine baptiſmo recipit. Quare generationis privilegia ſunt in ipſis neceſſaria.

CANON XXI.

Si vir cum muliere conjunctus, poſtea matrimonium faſtidiens, in fornicationem inciderit: eum fornicatorem judicamus, eique longius pœnitentiæ tempus indicimus. Canonem tamen non habemus, qui eum adulterii crimini ſubjiciat, ſi in ſolutam a matrimonio peccatum commiſſum ſit. Nam B adultera quidem, inquit, *polluta polluetur, & ad virum ſuum non revertetur: qui autem adulteram tenet, ſtultus eſt & impius.* Qui autem fornicatus eſt, non excludetur a cohabitatione cum uxore. Quare mulier maritum ſuum a fornicatione revertentem excipiet: vir autem eam, quæ polluta eſt, a ſuis ædibus amandabit. Atque iſtorum quidem ratio minime eſt facilis. Conſuetudo autem ſic invaluit.

.3. (margin)
.18. (margin)

CANON XXII.

Eos qui ex raptu habent mulieres, ſi aliis prius deſponſas abripuerint, non prius oportet admittere, quam ab eis ablatæ ſint, & ſit in eorum poteſtate quibus deſponſæ fuerant, an eas velint accipere, an deſiſtere. Si quis autem vacantem acceperit: auferre quidem oportet, & ſuis reſtituere, illorum autem ſententiæ permittere; ſive ſint parentes, ſive fratres, ſive quicumque alii virgini præſint: & ſi ei quidem tradere voluerint, matrimonium conſtituere: ſin autem renuerint, non cogi. Ei autem qui D mulierem vel vi vel clam a ſe vitiatam habet, neceſſe eſt fornicationis pœnas imponere: eſt autem in quatuor annis præfinitum fornicatoribus ſupplicium. Oportet autem eos anno primo a precibus expelli, & ipſos deflere ad fores eccleſiæ: ſecundo autem ad auditionem admitti: tertio, admitti ad pœnitentiam: quarto, ad congregationem cum populo, abſtinentes ab oblatione: deinde eis permitti boni communionem. E

CANON XXIII.

De his qui duas ſorores uxores ducunt, vel eis quæ duobus fratribus nubunt, a nobis edita eſt * epiſtola, cujus exemplum tuæ pietati miſimus. Qui autem ſui fratris uxorem accepit, non prus admittetur, quam ab ea receſſerit.

* ...ſtola ad ...dor. infra.

τῷ κατηχουμένῳ βίῳ γενόμεναι, εἰς εὐθύνας οὐκ ἄγονται. τούτοις δὲ δῆλον ὅτι ἄνευ βαπτίσματος ἡ ἐκκλησία οὐ παραδέχεται. ὥστε ἀναγκαιότατον ἐπὶ τούτοις τὰ πρεσβεῖα τῆς γενέσεως.

Appendix Tom. II.

ΚΑΝΩΝ κα'.

Ἐὰν ἀνὴρ γυναικὶ συνοικῶν, ἐπειδὰν * μὴ ἀρκεσθεὶς τῷ γάμῳ, εἰς πορνείαν ἐμπέσῃ, πόρνον κρίνομεν τὸν τοιοῦτον, καὶ πλεῖον αὐτὸν παρατείνομεν ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις. οὐ μέντοι ἔχομεν κανόνα, τῷ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπαγαγεῖν ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἐλευθέραν γάμου ἡ ἁμαρτία γένηται. διότι, ἡ μοιχαλὶς μὲν, μιαινομένη, φησὶ, μιανθήσεται, καὶ οὐκ ἀναστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς· καὶ ὁ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. ὁ μέντοι πορνεύσας οὐκ ἀποκλεισθήσεται τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ συνοικήσεως. ὥστε ἡ μὲν γυνὴ ἐπανιόντα ἀπὸ πορνείας τὸν ἄνδρα αὐτῆς παραδέξεται· ὁ δὲ ἀνὴρ, τὴν μιανθεῖσαν, τῶν οἴκων αὐτοῦ ἀποπέμψει. καὶ τούτων δὲ ὁ λόγος οὐ ῥᾴδιος· ἡ δὲ συνήθεια οὕτω κεκράτηκε.

* f. ἔπειτα

ΚΑΝΩΝ κβ'.

Τοὺς ἐξ ἁρπαγῆς ἔχοντας γυναῖκας, εἰ μὲν ἄλλοις προμεμνηστευμένας εἶεν ἀφῃρημένοι, οὐ πρότερον χρὴ παραδέχεσθαι, πρὶν ἀφελέσθαι αὐτῶν, καὶ ἐπ' ἐξουσίᾳ τῶν ἐξ ἀρχῆς μεμνηστευμένων ποιῆσαι, εἴτε βούλοιντο λαβεῖν αὐτὰς, εἴτε ἀποστῆναι. εἰ δὲ σχολάζουσάν τις λάβῃ, ἀφαιρεῖσθαι μὲν δεῖ, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾶν· ἐπιτρέπειν δὲ τῇ γνώμῃ τῶν οἰκείων, εἴτε γονεῖς εἶεν, εἴτε ἀδελφοὶ, εἴτε οἵτινες οὖν προεστῶτες τῆς κόρης· κἂν μὲν ἕλωνται αὐτῷ παραδοῦναι, ἵστασθαι τὸ συνοικέσιον· ἐὰν δὲ ἀνανεύσωσι, μὴ βιάζεσθαι. τὸν μέντοι ἐκ διαφθορᾶς, εἴτε λαθραίας, εἴτε βιαιοτέρας, γυναῖκα ἔχοντα, ἀνάγκη τὰ τῆς πορνείας ἐπιγνῶναι ἐπιτίμια. ἔστι δὲ ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν ὡρισμένη τοῖς πορνεύουσιν ἐπιτίμησις· χρὴ δὲ τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας· τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ δεχθῆναι εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ, εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς· εἶτα αὐτοῖς ἐπιτρέπεσθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ.

ΚΑΝΩΝ κγ'.

Περὶ τῶν δύο ἀδελφὰς γαμούντων, ἢ ἀδελφοῖς δυσὶ γαμουμένων, ἐπιστόλιον ἡμῖν ἐκπεφώνηται, οὗ τὸ ἀντίγραφον ἀπεστείλαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ. ὁ δὲ ἀδελφοῦ ἰδίου γυναῖκα λαβὼν, οὐ πρότερον δεχθήσεται, πρὶν ἀποστῆναι.

Appendix Tomi II.

A

ΚΑΝΩΝ κδʹ.

Χήραν τὴν καταλεγεῖσαν εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν χηρῶν, τουτέστι τὴν διακονουμένην ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, ἔκρινεν ὁ ἀπόστολος γαμουμένην παρορᾶσθαι· ἀνδρὶ δὲ χηρεύσαντι οὐδεὶς ἐπίκειται νόμος, ἀλλ' ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ, τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον. ἡ μέντοι χήρα ἑξηκονταέτις γεγονυῖα, ἐὰν ἕληται πάλιν ἀνδρὶ συνοικεῖν, οὐκ ἀξιωθήσεται τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας, ἕως ἂν τοῦ πάθους τῆς ἀκαθαρσίας παύσηται· ἐὰν μέντοι πρὸ ἑξήκοντα B ἐτῶν ἀριθμήσωμεν αὐτὴν, ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, οὐ τῆς γυναικός.

CANON XXIV.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, ab ecclesia in diaconatum suscepta, censuit apostolus Paulus nubentem esse despiciendam. Viro autem viduo nulla est res imposita, sed digamorum ei pœna sufficit. Porro vidua sexaginta annos nata, si rursus cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis perturbatione cessaverit. Sed si ante sexaginta annos eam in numerum retulerimus, nostra est, non mulieris culpa.

ΚΑΝΩΝ κεʹ.

Ὁ τὴν διεφθαρμένην ὑφ' ἑαυτοῦ εἰς γυναῖκα κατέχων, τὸ μὲν ἐπὶ τῇ φθορᾷ ἐπιτίμιον ὑποστήσεται, τὴν δὲ γυναῖκα ἔχειν συγχωρηθήσεται.

CANON XXV.

Qui a se stupratam mulierem detinet, stupri quidem pœnam subibit: ei autem mulierem habere permittetur.

ΚΑΝΩΝ κϛʹ.

C Ἡ πορνεία, γάμος οὐκ ἔστιν, ἀλλ' οὐδὲ γάμου ἀρχή. ὥστε ἐὰν ᾖ δυνατὸν τοὺς κατὰ πορνείαν συναπτομένους χωρίζεσθαι, τοῦτο κράτιστον· ἐὰν δὲ στέργωσιν ἐκ παντὸς τρόπου τὸ συνοικέσιον· τὸ μὲν τῆς πορνείας ἐπιτίμιον γνωριζέτωσαν, ἀφιέσθωσαν δὲ ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται.

CANON XXVI.

Fornicatio non est matrimonium, sed nec initium matrimonii. Quare si fieri possit, ut qui per fornicationem conjunguntur, separentur, id est melius. Sin autem eis omnino placeat consortium, fornicationis quidem pœnam agnoscant: ne separentur autem, ne quid deterius accidat.

ΚΑΝΩΝ κζʹ.

Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ κατ' ἄγνοιαν ἀθέσμῳ γάμῳ περιπαρέντος ὥρισα ἃ ἐχρῆν, καθέδρας μὲν μετέχειν, τῶν δὲ D λοιπῶν ἐνεργειῶν ἀπέχεσθαι· ἀρκετὸν γὰρ τῷ τοιούτῳ ἡ συγγνώμη. εὐλογεῖν δὲ ἑτέρους τὸν τὰ οἰκεῖα τημελεῖν ὀφείλοντα τραύματα, ἀνακόλουθον. εὐλογία γὰρ, ἁγιασμοῦ μετάδοσίς ἐστιν· ὁ δὲ τοῦτο μὴ ἔχων διὰ τὸ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα, πῶς ἑτέρῳ μεταδώσει; μήτε τοίνυν δημοσίᾳ, μήτε ἰδίᾳ, εὐλογείτω, μήτε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ κατανεμέτω ἑτέρῳ, μήτε τι ἄλλο λειτουργείτω· ἀλλ' ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ, προσκλαιέτω ἑτέροις καὶ τῷ κυρίῳ, συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὸ ἐκ τῆς ἀγ- E νοίας ἁμάρτημα.

CANON XXVII.

De presbytero qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus est, diffinivi quæ oporteat: esse quidem cathedræ participem, a reliquis autem actionibus abstinere: ei enim sufficit, ut veniam consequatur. Vt is autem aliis benedicat, qui sua debet vulnera curare, non est consentaneum. Benedictio enim, est sanctificationis communicatio: qui autem eam non habet propter ignorantiæ lapsum, quomodo aliis communicabit? Nec ergo publice, nec privatim benedicat, nec Christi corpus aliis impertiat, nec aliquod aliud sacrum ministerium obeat: sed quod præsideat contentus, apud alios & apud Dominum defleat, ut sibi ignorantiæ peccatum condonetur.

ΚΑΝΩΝ κηʹ.

Κἀκεῖνό γε μὴν γελοῖόν μοι κατεφάνη, τὸ εὔξασθαί τινα ὑείων ἀπέχεσθαι κρεῶν. ὥστε καταξίωσον διδάσκειν αὐτοὺς, τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἀπέχεσθαι· τὴν μέντοι χρῆσιν ἀδιάφορον εἶναι συγχώρησον. οὐδὲν γὰρ κτίσμα θεοῦ ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ὥστε ἡ εὐχὴ καταγέλαστος, οὐχ ἡ ἀποχὴ ἀναγκαία.

CANON XXVIII.

Illud quidem mihi visum est ridiculum, vovere aliquem a carnibus suillis abstinere. Quamobrem dignare eos docere, ut ab ineptis votis & promissis abstineant, usum quidē esse indifferentem permitte. Nulla enim Dei creatura est rejicienda, quæ cum gratiarum actione accipitur. Quare votum est ridiculum, non abstinentia necessaria.

CANON

PENDIX
MI II.

CANON XXIX.

Quod vero jurent principes, ſe ſubjectis male facturos, magna medicina opus habet. Medela autem eorum eſt duplex: una quidem, ut ipſi doceantur non facile jurare; altera autem, ne in malis judiciis perſiſtant. Quare qui ſe alteri malefacturum jurare anticipavit: declaret quidem pœnitere ſe, quod ad jurandum nimis facilis fuerit, non autem pietatis prætextu ſuam improbitatem confirmet. Neque enim Herodi jurare profuit, qui ne pejeraret, prophetam occidit. Semel enim jusjurandum eſt prohibitum: multo autem magis conſentaneum eſt, id eſſe condemnatum, quod propter malum juratum eſt. Quare eum qui juravit, pœnitere, non impietatem ſtudere confirmare, oportet. Ejus enim abſurditatem fuſius exquire. Si quis ſe fratris oculos effoſſurum juraverit, eine honeſtum eſt hoc ad effectum deducere? Si quis ſe interfecturum, ſi quis omnino juraverit mandatum aliquod tranſgreſſurum? *Iuravi enim & ſtatui*, non peccatum, ſed *ſervare judicia juſtitiæ tuæ*. Quemadmodum autem mandatum eſt immutabilibus judiciis confirmandum: ita peccatum omnino infirmare & delere oportet.

. 118.

ΚΑΝΩΝ κθʹ.

Ἄρχοντας μέντοι ὀμνύειν ἐπὶ τῷ κακοποιεῖν τοὺς ἀρχομένους, καὶ πάνυ θεραπεύεσθαι προσήκει. θεραπεία δὲ τούτων διττή. μία μὲν, μὴ ὀμνύειν αὐτοὺς διδάσκεσθαι προχείρως· ἑτέρα δὲ, μὴ ἐπιμένειν ἐν ταῖς πονηραῖς κρίσεσιν. ὥστε ὅρκῳ προληφθείς τις εἰς κακοποιΐαν ἑτέρου, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ προπετείᾳ τοῦ ὅρκου μετάνοιαν ἐπιδεικνύσθω· μὴ μέντοι προσχήματι εὐλαβείας τὴν πορνείαν * ἑαυτοῦ βεβαιούτω. οὐδὲ γὰρ Ἡρώδῃ συνήνεγκεν εὐορκήσαντι, ὃς, ἵνα μὴ ἐπιορκήσῃ δῆθεν, φονεὺς ἐγένετο τοῦ προφήτου. ἅπαξ * μὲν ὁ ὅρκος ἀπηγόρευται· πολλῷ δέ που εἰκὸς, τὸν ἐπὶ κακῷ γινόμενον κατακρίνεσθαι. ὥστε μεταφρονεῖν χρὴ τὸν ὀμνύοντα, οὐχὶ σπουδάζειν βεβαιοῦν αὐτοῦ τὸ ἀνόσιον. ἐξέτασον γὰρ πλατύτερον τὴν ἀτοπίαν. εἴ τις ὀμώσειεν ἐξορύξειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἀδελφοῦ, εἰ καλὸν τὸ τοιοῦτον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν αὐτόν; εἴ τις φονεύσειν, εἴ τις ὅλως δι' ὅρκου ἐντολήν τινα παραβήσεσθαι; ὤμοσα γὰρ καὶ ἔστησα, οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τοῦ φυλάξαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης. ὥσπερ δὲ τὴν ἐντολὴν ἀμεταθέτοις κρίμασι προσήκει βεβαιοῦσθαι· οὕτω τὴν ἁμαρτίαν παντοίως καθήκει ἀκυροῦσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι.

* f. πονηρίαν
* f. ἅπας

CANON XXX.

De his qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, ſed propriam ſententiam proferimus: ut ipſi, & qui cum eis rapiunt, tribus annis ſint extra orationes. Quod autem violenter non fit, nulli eſt pœnæ obnoxium, quando nec ſtuprum, nec furtum rem præceſſerit: eſt autem vidua ſui juris, & in ejus eſt poteſtate ſequi. Quare non eſt nobis habituum ulla ratio habenda.

ΚΑΝΩΝ λʹ.

Περὶ τῶν ἁρπαζόντων, κανόνα μὲν παλαιὸν οὐκ ἔχομεν, ἰδίαν δὲ γνώμην ἐποιησάμεθα· τρία ἔτη, καὶ αὐτοὺς, καὶ τοὺς συναρπάζοντας αὐτοῖς, ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι. τὸ δὲ μὴ βιαίως γινόμενον, ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὅταν μὴ φθορὰ ᾖ, μηδὲ κλοπὴ, ἡγουμένου * τοῦ πράγματος· αὐτεξουσία δὲ ἡ χήρα, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ ἀκολουθῆσαι· ὥστε τῶν σχημάτων ἡμῖν οὐ φροντιστέον.

* Corr. ἡγουμένη

CANON XXXI.

Quæ, cum vir ſeceſſit, & non apparet, antequam de ejus morte certior facta ſit, cum alio cohabitavit, mœchatur.

ΚΑΝΩΝ λαʹ.

Ἡ ἀναχωρήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀφανοῦς ὄντος, πρὸ τοῦ πεισθῆναι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἑτέρῳ συνοικήσασα, μοιχᾶται.

CANON XXXII.

Qui peccatum ad mortem peccant clerici, de gradu quidem dejiciuntur, a laicorum autem communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipſum.

ΚΑΝΩΝ λβʹ.

Οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ, τοῦ βαθμοῦ μὲν κατάγονται, τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.

CANON XXXIII.

Mulier quæ in via peperit, & ſui fœtus curam non geſſit, cædis crimine tenetur.

ΚΑΝΩΝ λδʹ.

Ἡ γυνὴ ἡ διὰ τῆς ὁδοῦ κυήσασα, καὶ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος, τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι ὑποκείσθω.

ΚΑ-

APPENDIX TOMI II.

A.

ΚΑΝΩΝ λδʹ.

Τὰς μοιχευθείσας γυναῖκας, καὶ ἐξαγορευούσας δι' εὐλάβειαν, ἢ ὁπωσοῦν ἐλεγχομένας, δημοσιεύειν μὲν ἐκώλυσαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἵνα μὴ θανάτου αἰτίαν παράσχωμεν ἐλεγχθείσαις· ἵστασθαι δὲ αὐτὰς ἄνευ κοινωνίας προσέταξαν, μέχρι τοῦ συμπληρωθῆναι τὸν χρόνον τῆς μετανοίας.

CANON XXXIV.

Adulterio pollutas mulieres, & confitentes ob pietatem, vel quomodocumque convictas, publicare quidem patres nostri prohibuerunt, ne convictis mortis causam præbeamus. Eas autem stare sine communione jusserunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ.

ΚΑΝΩΝ λεʹ.

B

Ἐπὶ τοῦ καταλειφθέντος ἀνδρὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, τὴν αἰτίαν χρὴ σκοπεῖν τῆς ἐγκαταλείψεως· κἂν φανῇ ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος, ἡ δὲ ἐπιτιμίου. ἡ δὲ συγγνώμη τούτῳ πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ δοθήσεται.

CANON XXXV.

In marito qui ab uxore relictus est, considerare oportet causam derelictionis: & si præter rationem eam secessisse apparuerit, est maritus quidem dignus venia, illa vero pœna. Ei autem venia, ut ecclesiæ communicet, dabitur.

ΚΑΝΩΝ λϛʹ.

Στρατιώτιδες, αἱ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀφανῶν ὄντων γαμηθεῖσαι, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ᾧπερ καὶ αἱ διὰ τὴν ἀποδημίαν τῶν ἀνδρῶν, μὴ ἀναμείνασαι τὴν ἐπάνοδον· πλὴν ἔχει τινὰ συγγνώμην τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα, διὰ τὸ μᾶλλον πρὸς θάνατον εἶναι τὴν ὑπόνοιαν.

CANON XXXVI.

C

Militum uxores, quæ cum mariti ipsarum non appareant, nupserunt, eidem rationi subjiciuntur, cui & quæ propter maritorum peregrinationem ac absentiam, reditu non expectato, nupserint. Sed res nonnullam hic veniam admittit, quod major sit mortis suspicio.

ΚΑΝΩΝ λζʹ.

Μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι τὴν ἀλλοτρίαν ὁ γαμήσας, ἐπὶ μὲν τῇ προτέρᾳ, μοιχείας ἐγκληθήσεται. ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ ἀνεύθυνος ἔσται.

CANON XXXVII.

Qui postquam aliena ei ablata fuerit, uxorem duxit, in prima quidem adulterii accusabitur, in secunda vero reus non agetur.

D

ΚΑΝΩΝ λημʹ.

Αἱ κόραι, αἱ παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἀκολουθήσασαι, πορνεύουσι. διαλλαγέντων δὲ τῶν γονέων δοκεῖ θεραπείαν λαμβάνειν τὸ πρᾶγμα· οὐκ εὐθὺς δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν ἀποκαθίστανται, ἀλλ' ἐπιτιμηθήσονται τρία ἔτη.

CANON XXXVIII.

Puellæ quæ præter patris sententiam fornicatores secutæ sunt, fornicantur. Reconciliatis vero parentibus, videtur res remedium accipere: at non protinus ad communionem restituuntur, sed triennio puniuntur.

ΚΑΝΩΝ λθʹ.

Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα, μοιχαλίς ἐστι πάντα τὸν χρόνον.

CANON XXXIX.

Quæ vivit cum adultero, est toto tempore adultera.

E

ΚΑΝΩΝ μʹ.

Ἡ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐκδοῦσα, ἐπόρνευσεν· ἡ δὲ μετὰ ταῦτα πεπαρρησιασμένῳ γάμῳ χρησαμένη, ἐγήματο. ὥστε ἐκεῖνο μὲν πορνεία, τοῦτο δὲ γάμος· αἱ γὰρ συνθῆκαι τῶν ὑπεξουσίων, οὐδὲν ἔχουσι βέβαιον.

CANON XL.

Quæ præter domini sententiam se viro tradidit, fornicata est: quæ autem postea libero matrimonio usa est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio, hoc vero matrimonium. Eorum enim qui sunt in alterius potestate, pacta conventa firmi nihil habent.

ΚΑΝΩΝ μαʹ.

Ἡ ἐν τῇ χηρείᾳ ἐξουσίαν ἔχουσα ἑαυτῆς,

CANON XLI.

Quæ in viduitate habet sui potestatem, &

& viro cohabitat, ab omni accusatione est A libera, si nemo est qui conjugium divellat, cum dicat Apostolus: Si mortuus sit mari-
Cor. 7. tus, *libera est, cui vult nubat, tantum in Domino.*

CANON XLII.

Quæ sine iis qui habent potestatem fiunt matrimonia, sunt fornicationes. Nec ergo vivente patre, nec domino, ii qui conveniunt sunt ab accusatione liberi, donec conjugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem conjugium.

B

CANON XLIII.

Qui mortis ictum dedit proximo, est homicida: sive prior percussit, sive se defendit.

CANON XLIV.

Diaconissa quæ una cum Græco fornicata est, non est excommunicanda: ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet si in castitate vitam agat. C Græcus autem qui post fidem rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum revertitur. Nos ergo diaconissæ corpus, ut consecratum, esse in usu carnali non amplius permittimus.

CANON XLV.

Si quis accepto nomine Christianismi, Christum contumelia afficit: nulla est illi appellationis utilitas.

CANON XLVI.

D

Quæ per ignorantiam nupsit ei qui ab uxore ad tempus derelictus est, deinde dimissa est, quia prior uxor ad ipsum reversa est: fornicata quidem est, sed per ignorantiam. A matrimonio ergo non prohibebitur: sed melius est, si sic manserit.

CANON XLVII.

Encratitæ, & Saccophori, & Apotactitæ, subjiciuntur eidem rationi, cui & Novatiani: quia de illis editus est canon, etsi E diversus; quæ autem ad eos pertinent, silentio prætermissa sunt: nos autem una eademque ratione eos omnes rebaptizamus. Si autem prohibita est apud vos hæc rebaptizatio, sicut & a Romanis, alicujus œconomiæ gratia: nostra tamen ratio vires obtineat, quia cum veluti Marcionistarum germen sit eorum hæresis, nuptias abhorrentium, & aversantium vinum, & Dei

συνοικεῖν ἀνέγκλητος, εἰ μηδείς ἐστιν ὁ διασπῶν τὸ συνοικέσιον, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος, ἐὰν ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ.

ΚΑΝΩΝ μβʹ.

Οἱ ἄνευ τῶν κρατούντων γάμοι, πορνεῖαί εἰσιν. οὔτε οὖν πατρὸς ζῶντος οὔτε δεσπότου, οἱ συνιόντες ἀνεύθυνοί εἰσιν, ἕως ἂν ἐπινεύσωσιν οἱ κύριοι τὴν συνοίκησιν. τότε γὰρ λαμβάνει τὸ τοῦ γάμου βέβαιον.

ΚΑΝΩΝ μγʹ.

Ὁ θανάτου πληγὴν τῷ πλησίον δεδωκὼς, φονεύς ἐστιν, εἴτε ἦρξε τῆς πληγῆς, εἴτε ἠμύνατο.

ΚΑΝΩΝ μδʹ.

Ἡ διάκονος ἡ τῷ Ἕλληνι συμπορνεύσασα, δεκτή ἐστιν εἰς κοινωνίαν, εἰς δὲ τὴν προσφορὰν δεχθήσεται τῷ ζʹ. ἔτει, δηλονότι ἐν ἁγνείᾳ ζῶσα. ὁ δὲ μετὰ τὴν πίστιν Ἕλλην πάλιν τῇ ἱεροσυλίᾳ προσιὼν, ἐπὶ τὸν ἔμετον ἐπιστρέφει. ἡμεῖς οὖν τῆς διακόνου τὸ σῶμα, ὡς καθιερωμένον, οὐκέτι ἐπιτρέπομεν ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ.

ΚΑΝΩΝ μεʹ.

Ἐάν τις τὸ ὄνομα λαβὼν τοῦ Χριστιανισμοῦ, ἐνυβρίζῃ τὸν Χριστὸν, οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ ἀπὸ τῆς προσηγορίας.

ΚΑΝΩΝ μϛʹ.

Ἡ τῷ καταλειφθέντι πρὸς καιρὸν παρὰ τῆς γυναικὸς ἐν ἀγνοίᾳ γημαμένη, εἶτα ἀφεθεῖσα διὰ τὸ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτὸν τὴν προτέραν, ἐπόρνευσε μὲν, ἐν ἀγνοίᾳ δέ. γάμου οὖν οὐκ εἰρχθήσεται, κάλλιον δὲ ἐὰν μείνῃ οὕτως.

ΚΑΝΩΝ μζʹ.

Ἐγκρατῖται, καὶ σακκοφόροι, καὶ ἀποτακτῖται, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ᾧ καὶ Ναυατιανοί· ὅτι περὶ μὲν ἐκείνων κανὼν ἐξεφωνήθη, εἰ καὶ διάφορος· τὰ δὲ κατὰ τούτους ἀποσεσιώπηται· ἡμεῖς μέντοι ἑνὶ λόγῳ ἀναβαπτίζομεν τοὺς τοιούτους. εἰ δὲ παρ᾽ ὑμῖν ἀπηγόρευται τοῦτο, τὸ τοῦ ἀναβαπτισμοῦ, ὥσπερ οὖν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, οἰκονομίας τινὸς ἕνεκα· ἀλλ᾽ ὁ ἡμέτερος λόγος ἰσχὺν ἐχέτω, ὅτι ἐπειδὴ ὥσπερ Μαρκιωνιστῶν ἐστιν ἀποβλάστημα ἡ κατ᾽ αὐτοὺς αἵρεσις, βδελυσσομένων τὸν γάμον, καὶ ἀποστρεφομένων τὸν οἶνον, καὶ τὴν κτίσιν

τοῦ Θεοῦ μεμιασμένην εἶναι λεγόντων. οὐ δεχόμεθα οὖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ἡμέτερον βάπτισμα. μὴ γὰρ λεγέτωσαν, ὅτι εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν· οἵ γε κακῶν ποιητὴν ὑποτιθέμενοι τὸν Θεὸν ἐφαμίλλως τῷ Μαρκίωνι, καὶ ταῖς λοιπαῖς αἱρέσεσιν. ὥστε ἐὰν ἀρέσῃ τοῦτο, δεῖ πλείονας ἐπισκόπους ἐν ταυτῷ γενέσθαι, καὶ οὕτως ἐκθέσθαι τὸν κανόνα, ἵνα καὶ τῷ ποιήσαντι τὸ ἀκίνδυνον ᾖ· καὶ ὁ ἀποκρινόμενος, τὸ ἀξιόπιστον ἔχῃ ἐν τῇ περὶ τούτων ἀποκρίσει.

A creaturam inquinatam esse dicentium. Eos igitur in ecclesiam non admittimus, nisi in nostrum baptismum baptizati fuerint. Ne dicant enim, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum baptizati sumus: qui quidem Deum esse malorum effectorem existimant, instar Marcionis, & reliquarum hæresum. Quamobrem si hoc placuerit, oportet plures convenire episcopos, & sic canonem exponere, ut & is qui fecit sit extra periculum, & qui respondet, in responsione de his fide dignus B habeatur.

ΚΑΝΩΝ μή.

Η δὲ ἐγκαταλειφθεῖσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, μένειν ὀφείλει. εἰ γὰρ ὁ κύριος εἶπεν, ὅτι ἐάν τις καταλείπῃ γυναῖκα, ἐκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· ἐκ τοῦ μοιχαλίδα αὐτὴν ὀνομάσαι, ἀπέκλεισεν αὐτὴν τῆς πρὸς ἕτερον κοινωνίας. πῶς γὰρ δύναται ὁ μὲν ἀνὴρ ὑπεύθυνος εἶναι, ὡς μοιχείας αἴτιος, ἡ δὲ γυνὴ ἀναίτιος εἶναι, ἡ μοιχαλὶς παρὰ κυρίου, διὰ τὴν πρὸς ἕτερον ἄνδρα κοινωνίαν, προσαγορευθεῖσα.

CANON XLVIII.

Quæ a marito dimissa est, mea quidem sententia manere debet. Si enim Dominus dixit, si quis reliquit uxorem præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari: ex eo quod eam adulteram nominet, exclusit eam a societate cum alio. Quomodo enim potest vir quidem esse reus, ut auctor adulterii; mulier autem nulli esse culpæ affinis, quæ adultera appellata C est, propter consuetudinem cum alio viro?

ΚΑΝΩΝ μθ'.

Αἱ πρὸς ἀνάγκην γινόμεναι φθοραὶ, ἀνεύθυνοι ἔστωσαν. ὥστε καὶ ἡ δούλη, εἰ ἐβιάσθη παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἀνεύθυνός ἐστιν.

CANON XLIX.

Stupra quæ per vim inferuntur, non sint accusationi obnoxia. Quare & si ancillæ vis allata fuerit a proprio domino, ea a culpa est libera.

ΚΑΝΩΝ ν'.

Τριγαμίας νόμος οὐκ ἔστιν. ὥστε νόμῳ D τρίτος γάμος οὐκ ἄγεται. τὰ μέντοι τοιαῦτα ὡς ῥυπάσματα τῆς ἐκκλησίας ὁρῶμεν· δημοσίαις δὲ καταδίκαις οὐχ ὑποβάλλομεν, ὡς τῆς ἀνειμένης πορνείας αἱρετώτερα.

CANON L.

Trigamiæ lex non est. Quare lege tertium matrimonium non celebratur. Verumtamen ea ut ecclesiæ inquinamenta videmus: sed publicis condemnationibus non subjicimus, ut quæ soluta ac profusa fornicatione sunt magis expetenda.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

ἐπιστολὴ κανονικὴ τρίτη.

ΚΑΝΩΝ να'.

E

ΤΟ κατὰ κληρικοὺς ἀδιορίστως οἱ κανόνες ἐξέθεντο, κελεύσαντες μίαν ἐπὶ τοῖς παραπεσοῦσιν ὁρίζεσθαι τιμωρίαν, τὴν ἔκπτωσιν τῆς ὑπηρεσίας, εἴτε ἐν βαθμῷ τυγχάνοιεν, εἴτε καὶ ἀχειροτονήτῳ ὑπηρεσίᾳ προσκαρτεροῖεν.

EIVSDEM AD EVNDEM

epistola canonica tertia.

Prætermissum est exordium epistolæ.

CANON LI.

QVod ad clericos spectat, canones indefinite ediderunt: unam in eos qui lapsi sint, pœnam decerni jubentes, a ministerio scilicet motionem, sive sint in gradu, sive etiam in ministerio, quod non impositis manibus datur, perseverent.

ΚΑΝΩΝ νβ'.

Η τοῦ κυήματος κατὰ τὴν ὁδὸν ἀμελήσασα, εἰ μὲν δυναμένη διασώσασθαι κατεφρόνησεν, ἢ συγκαλύψαι

CANON LII.

Quæ fœtus in via nati curam non gessit, si cum posset servare neglexerit, vel se ideo pecca-

peccatum celare existimans, vel etiam omnino belluina & inhumana cogitatione impulsa: tanquam propter homicidium judicetur. Sin autem eum concinnare & componere non potuit; & propter solitudinem, rerumque necessarium inopiam, fœtus interiit: matri ignoscendum est.

A ἐντεῦθεν τὴν ἁμαρτίαν νομίζουσα, ἐθελοθηρειώδει καὶ ἀπανθρώπῳ λογισμῷ χρησαμένη· ὡς ἐπὶ φόνῳ κρινέσθω. εἰ δὲ οὐκ ἐδυνήθη περιστεῖλαι, καὶ διὰ ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων διεφθάρη τὸ γεννηθὲν, συγγνωστὴ ἡ μήτηρ. APPENDIX TOM. II.

CANON LIII.

Vidua ancilla forte non multum lapsa est, quæ sub raptus simulatione, secũdum matrimonium eligit. Quamobrem eam de illo accusare non oportet: neque enim simulatio judicatur, sed voluntas. Clarum est autem quod illam manet pœna digamiæ.

ΚΑΝΩΝ νγ'.

B Χήρα δούλη τάχα οὐ μέγα ἔπταισεν, ἑλομένη δεύτερον γάμον ἐν σχήματι ἁρπαγῆς. ὥστε οὐδὲν τούτου ἕνεκεν ἐγκαλεῖσθαι χρή. οὐ γὰρ τὰ σχήματα κρίνεται, ἀλλ' ἡ προαίρεσις. δῆλον δὲ ὅτι τὸ τῆς διγαμίας μένει αὐτῇ ἐπιτίμιον.

CANON LIV.

De diversis involuntariarum cædium generibus scio me ante hoc tempus ad sanctitatem tuam scripsisse pro viribus: neque est præterea quidquam quod possim dicere. Est autem tuæ prudentiæ, pro circũstantiæ proprietate, pœnas intendere vel remittere.

ΚΑΝΩΝ νδ'.

Τὰς τῶν ἀκουσίων φόνων διαφορὰς, πρὸ χρόνων οἶδα ἐπιστείλας τῇ θεοσεβείᾳ σου, κατὰ τὸ ἡμῖν δυνατόν· καὶ πλέον ἐκείνων οὐδὲν εἰπεῖν δύναμαι. τῆς δὲ σῆς συνέσεώς ἐστι, κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς περιστάσεως, ἐπιτείνειν τὰ ἐπιτίμια, ἢ καὶ ὑφεῖναι. C

CANON LV.

Qui se latronibus adversos objiciunt, si sint quidem extra ecclesiam a boni communione arcentur: si sint autem clerici, a gradu deponuntur. Quicumque enim, inquit, gladium accepit, gladio peribit.

ΚΑΝΩΝ νε'.

Οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, ἔξω μὲν ὄντες τῆς ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ· κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται. πᾶς γάρ, φησιν, ὁ λαβὼν μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται.

CANON LVI.

Qui sua sponte interfecit, & postea pœnitentia ductus est: viginti annis sacramento non communicabit. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur: debet quatuor annis flere stans extra fores oratorii, & fideles ingredientes rogans, ut pro eo precentur, suam iniquitatem enuncians: post quatuor autem annos inter auditores recipietur, & quinque annis cum ipsis egredietur: septem autem annis cum iis, qui in substratione sunt, orans egredietur. In quatuor annis solum stabit cum fidelibus, sed non erit oblationis particeps. Iis autem expletis, erit sacramentorum particeps.

ΚΑΝΩΝ νς'.

Ὁ ἑκουσίως φονεύσας, καὶ μετὰ τοῦτο μεταμεληθεὶς, D εἴκοσιν ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται τοῦ ἁγιάσματος. τὰ δὲ εἴκοσιν ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ· ἐν δ'. ἔτεσι προσκλαίειν ὀφείλει ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν· μετὰ δὲ δ'. ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται, καὶ ἐν ε'. ἔτεσι μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. ἐν δὲ ζ'. ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος ἐξελεύσεται· ἐν δ'. συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. πληρωθέντων δὲ τούτων, μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων. E

CANON LVII.

Qui non voluntarie interfecit, decem annis sacramentis non communicabit. Decem autem anni sic in eo dispensabuntur: duos quidem annos deflebit, tres autem annos inter auditores perseverabit, in quatuor substratus, & anno solum consistet: & deinceps ad sacra admittetur.

ΚΑΝΩΝ νζ'.

Ὁ ἀκουσίως φονεύσας, ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. οἰκονομηθήσεται δὲ ἐπ' αὐτῷ τὰ δέκα ἔτη οὕτω. δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει, τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει· ἐν δ'. ὑποπίπτων· καὶ ἐν ἐνιαυτῷ στήσεται μόνον· καὶ τὰ ἑξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

ΚΑΝΩΝ νη'.

Ὁ μοιχεύσας, ἐν ιε'. ἔτεσιν· ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων· οἰκονομηθήσεται δὲ τὰ ιε'. ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτως· ἐν δ'. μὲν ἔτεσι προσκλαίων ἔσται· ἐν ε'. δὲ ἀκροώμενος· ἐν δ'. ὑποπίπτων· ἐν δυσὶ συνεστὼς ἄνευ κοινωνίας.

CANON LVIII.

Qui adulteravit, quindecim annis sacramentis non communicabit. Hi autem anni quindecim sic dispensabuntur: quatuor annis erit deflens, quinque audiens, quatuor substratus, in duobus consistens sine communione.

ΚΑΝΩΝ νθ'.

Ὁ πόρνος ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων, δύο προσκλαίων, καὶ δύο ἀκροώμενος, καὶ δύο ὑποπίπτων, καὶ ἐν ἑνὶ συνεστὼς μόνον· τῷ ὀγδόῳ δὲ δεχθήσεται εἰς τὴν κοινωνίαν.

CANON LIX.

Fornicator septem annis sanctis non communicabit: duobus deflens, & duobus audiens, & duobus substratus, uno solo consistens, octavo autem ad communionem admittetur.

ΚΑΝΩΝ ξ'.

Παρθένος ὁμολογήσασα, καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ἐπαγγελίας, τὸν χρόνον τοῦ ἐπὶ τῆς μοιχείας ἁμαρτήματος ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς πληρώσει. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν βίον μοναζόντων ἐπαγγελλομένων, καὶ ἐκπιπτόντων.

CANON LX.

Quæ virginitatem professa, a voto suo ac professione lapsa est, peccati adulterii tempus in suæ vitæ dispensatione complebit. Idem & in iis qui vitam monasticam profitentur, & labuntur.

ΚΑΝΩΝ ξα'.

Ὁ κλέψας, εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μεταμεληθεὶς κατηγορήσει ἑαυτοῦ, ἐνιαυτὸν κωλυθήσεται μόνης τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων· εἰ δὲ ἐλεγχθείη, ἐν δυσὶν ἔτεσιν. μερισθήσεται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος εἰς ὑπόπτωσιν, εἰς σύστασιν, καὶ τότε ἀξιούσθω τῆς κοινωνίας.

CANON LXI.

Qui furatus est, si sponte pœnitentia motus seipsum accusaverit, per annum a sola sacramentorum communione arcebitur: sin autem convictus fuerit, per annos duos. Diuidetur autem illi hoc tempus in substrationem & consistentiam: & tunc communione dignus habeatur.

ΚΑΝΩΝ ξβ'.

Ὁ τὴν ἀσχημοσύνην ἐν τοῖς ἄρρεσιν ἐπιδεικνύμενος, τῷ χρόνῳ τοῦ ἐν τῇ μοιχείᾳ παρανομοῦντος οἰκονομηθήσεται.

CANON LXII.

Qui suam erga mares turpitudinem declarat, ei tempus dispensabitur illius qui adulterii scelus admisit.

ΚΑΝΩΝ ξγ'.

Ὁ ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν ἐξαγορεύων, τὸν αὐτὸν λόγον * ἐξομολογούμενος παραφυλάττεται.

*f. λόγ. ἐξομολογήσεως

CANON LXIII.

Qui suam in brutorum concubitu impietatem confitetur, eamdem pœnitentiæ rationem observat.

ΚΑΝΩΝ ξδ'.

Ἐπίορκος, ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· δυσὶν ἔτεσι προσκλαίων, τρισὶν ἀκροώμενος, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστὼς μόνον, καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος.

CANON LXIV.

Perjurus, undecim annis non erit communionis particeps, duobus annis deflens, tribus audiens, quatuor substratus, anno unico consistens, & tunc communione dignus habebitur.

ΚΑΝΩΝ ξε'.

Ὁ γοητείαν ἢ φαρμακείαν ἐξαγορεύων, τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται. οὕτως οἰκονομούμενος, ὡς ἐν ἑκάστῳ τῷ

CANON LV.

Qui præstigias, vel veneficium confitetur: is homicidæ tempus in pœnitentia ducet: perinde dispēsatus, ut de vnoquoq; pec-

peccato seipsum accusarit.

A ἁμαρτήματι ἑαυτὸν ἐλέγξας.

CANON LXVI.

Qui sepulchra effodit, undecim annos carebit communione.

ΚΑΝΩΝ ξϛ'.

Ὁ τυμβωρύχος ἕνδεκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται.

CANON LXVII.

Cum sorore coitus pari atque homicida tempore pœnitentiæ expiabitur.

ΚΑΝΩΝ ξζ'.

Ἀδελφομιξία τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται.

CANON LXVIII.

B

Prohibitæ cognationis in matrimonium conjunctio, si deprehensa fuerit, ut quæ in hominum peccatis facta est, subibit adulterorum pœnas.

ΚΑΝΩΝ ξη'.

Ἡ τῆς ἀπειρημένης συγγενείας εἰς γάμον ἀνθρώπων σύστασις, εἰ φωραθείη, ὡς ἐν ἁμαρτήμασιν ἀνθρώπων γινομένη, τὰ τῶν μοιχῶν ἐπιτίμια δέξεται.

CANON LXIX.

Lector si cum sua sponsa ante matrimoniũ commercium habuerit: postquam anno cessaverit, ad legendum suscipietur, permanebit tamen, nec promovebitur. Quod si absq; desponsatione furtim coierit, cessabit a ministerio. Eadem & hypodiaconi ratio esto.

C

ΚΑΝΩΝ ξθ'.

Ἀναγνώστης ἐὰν τῇ ἑαυτοῦ μνηστῇ πρὸ τοῦ γάμου συναλλάξειεν, ἐνιαυτὸν ἀργήσας, εἰς τὸ ἀναγινώσκειν δεχθήσεται, μένων ἀπρόκοπος. κλεψιγαμήσας δὲ ἄνευ μνηστείας, παυθήσεται τῆς ὑπηρεσίας. τὸ αὐτὸ καὶ ὑπηρέτης.

CANON LXX.

Diaconus qui pollutus est labiis, & se eo usque peccasse confessus est, a ministerio prohibebitur: sacramentorum autem cum diaconis particeps esse sinetur: idipsum autem presbyter quoque. Si quid autem amplius peccasse quis deprehensus fuerit: in quocumque sit gradu, deponetur.

D

ΚΑΝΩΝ ο'.

Διάκονος ἐν χείλεσι μιανθεὶς, καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἐπισχεθήσεται. τοῦ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων, μετὰ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ πρεσβύτερος. εἰ δέ τι πλεῖον φωραθείη τις ἡμαρτηκὼς, ἐν οἵῳ ἂν ᾖ βαθμῷ, καθαιρήσεται,

CANON LXXI.

Qui uniuscujusque prædictorum peccatorum est conscius, & non confessus, sed convictus est: tanto tempore, quanto malorum effector punitus est, ipse quoque punietur.

ΚΑΝΩΝ οα'.

Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἀλλ' ἐλεγχθείς· τοῦ τοσούτου χρόνου εἰς ὃν ὁ ἐργάτης τῶν κακῶν ἐπιτετίμηται, καὶ αὐτὸς ἔσται ἐν ἐπιτιμίῳ.

CANON LXXII.

Qui se vatibus, vel ejusmodi aliis tradit, ipse quoque pari tempore atque homicidæ, punietur.

E

ΚΑΝΩΝ οβ'.

Ὁ μάντεσιν ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, ἤ τισι τοιούτοις, τὸν χρόνον τῶν φονέων καὶ αὐτὸς ἐπιτιμηθήσεται.

CANON LXXIII.

Qui Christum negavit, & salutis mysterium transgressus est, cum toto vitæ suæ tempore deflere, & pœnitentiam agere convenit. Cum autem vita excedet, sacramenti particeps erit, propter fidem Divinæ clementiæ.

ΚΑΝΩΝ ογ'.

Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ παραβὰς τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ προσκλαίειν ὀφείλει, καὶ ἐξομολογεῖσθαι χρεωστεῖ· ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐκβαίνει τοῦ βίου, τῶν ἁγιασμάτων ἀξιούμενος, πίστει τῆς παρὰ θεοῦ φιλανθρωπίας.

APPENDIX TOMI II.

KANΩN οδ'.

Ἂν μέντοι ἕκαστος τῶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἁμαρτήμασι γενομένων, σπουδαῖος * γένηται ἐξομολογούμενος, ὁ πιστευθεὶς παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας λύειν, καὶ δεσμεῖν, εἰ φιλανθρωπότερος γένοιτο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐξομολογήσεως ὁρῶν τοῦ ἡμαρτηκότος, εἰς τὸ ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, οὐκ ἔστι καταγνώσεως ἄξιος, τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς ἱστορίας γνωριζούσης ἡμῖν, τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους, ταχέως τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καταλαμβάνειν.

* f. σπουδαίως

CANON LXXIV.

Sin autem unusquisque eorum qui in prædictis peccatis fuere, confessus, bonus evaserit, si is cui a Dei benignitate ligandi & solvendi credita est potestas, videns summam ejus, qui peccavit, confessionem, fiat clementior ad diminuendum pœnarum tempus, non erit dignus damnatione: cum quæ est in scripturis, nobis historia significet, quod qui cum majori labore confitentur, Dei misericordiam celeriter apprehendant.

KANΩN οε'.

Ὁ ἀδελφῇ ἰδίᾳ ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθεὶς, εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ἐπιτρεπέσθω παρεῖναι, ἕως ἂν ἀποστῇ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου πράξεως. μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας, τριετίαν προσκλαιέτω, τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκὼς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχὴν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς κύριον τὰς δεήσεις. μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῆς γραφῆς καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. ἔπειτα εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν, καὶ προσέπεσε τῷ κυρίῳ μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. καὶ οὕτως ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἐπιδείξηται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω, χωρὶς προσφορᾶς· καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας.

CANON LXXV.

Qui cum propria ex patre, vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere: donec ab iniqua & nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum & animadversionem venerit, triennio defleat, stans propter fores domus oratoriæ, & rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque pro ipso misericorditer ad Dominum intensas fundat preces. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, & scripturam ac doctrinam audiens ejiciatur, & nec oratione dignus habeatur. Deinde si quidem illam cum lacrymis exquisivit, & Domino cum cordis contritione, & valida humiliatione supplex procidit: detur ei substratio in aliis tribus annis. Et sic postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, decimo anno in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione: & cum duobus annis una cum fidelibus ad orationem substiterit, sic deinceps dignus habeatur boni communione.

KANΩN ος'.

Ὁ αὐτὸς τύπος καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας ἑαυτῶν λαμβανόντων.

CANON LXXVI.

Idem est decretum in eos quoque qui suas nurus accipiunt.

KANΩN οζ'.

Ὁ μέντοι καταλιμπάνων τὴν νομίμως συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν τῷ τῆς μοιχείας ὑπόκειται κρίματι. κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, τοὺς τοιούτους ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἀπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν.

CANON LXXXVII.

Qui mulierem sibi legitime copulatam dimittit, & aliam ducit: secundum Domini sententiam, adulterii judicio subjicitur; & a patribus nostris canonice statutum est, ut ii anno defleant, biennio audiant, triennio substernantur; septimo cum fidelibus consistant, & ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.

KANΩN οη'.

Ὁ αὐτὸς κρατείτω τύπος καὶ ἐπὶ τῶν δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων εἰς συνοική-

CANON LXVIII.

Eadem autem forma observetur, & in iis qui duas sorores in matrimonio accipiunt,

piunt, etsi diversis temporibus.

A σιον, εἰ καὶ κατὰ διαφόροις χρόνοις.

CANON LXXIX.

Qui autem in novercas suas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxii, cui & ii qui in suas sorores insaniunt.

ΚΑΝΩΝ οθ'.

Οἱ δὲ ταῖς μητρυιαῖς ἑαυτῶν ἐπιμαινόμενοι, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κανόνι, ᾧ καὶ οἱ ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς ἐπιμαινόμενοι.

CANON LXXX.

Patres polygamiam silentio prætermisere, ut belluinam, & penitus ab hominum genere alienam. Nobis autem probatur, eam majus esse fornicatione peccatum: & ideo consentaneum est, ut ii canonibus subijciantur, ut scilicet postquam anno fleverint, & tribus substrati fuerint, sic suscipiantur.

ΚΑΝΩΝ π'.

Τὴν πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν
B τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα· διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσι· δηλονότι ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντας, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς εἶναι.

CANON LXXXI.

Cū multi in barbarorum incursione fidē in Christum violarint, factis sacramentis gentilibus, & quibusdam nefariis, quæ idolis magicis oblata sunt, ab eis gustatis: ii secundum leges a patribus jam editas, & canones, dispensentur. Qui enim gravem vim sibi factā ex tormentis sustinuerunt, & non ferentes labores ad negationem tracti sunt, tribus annis sint non recipiendi, & in duobus audiant, & cum tribus annis substrati fuerint, sic ad communionem admittantur. Qui autem nullam magnam vim passi, fidem in Christum prodiderunt, & dæmoniorum mensam attigerunt, & græca sacramenta jurarunt: tribus annis eijciantur, duobus audiant; postquam autem in substratione tribus annis oraverint, & in aliis tribus cum fidelibus ad orationem constiterint, sic admittantur ad boni communionem.

ΚΑΝΩΝ πα'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῇ βαρβάρων καταδρομῇ παρέβησαν τὴν εἰς θεὸν πίστιν, ὅρκους ἐθνικοὺς τελέσαντες, καὶ ἀθεμίτων
C τινῶν γευσάμενοι τῶν ἐν τοῖς εἰδώλοις τοῖς μαγικοῖς προσενεχθέντων αὐτοῖς· οὗτοι κατὰ τοὺς ἤδη παρὰ τῶν πατέρων ἐξενεχθέντας νόμους καὶ κανόνας, οἰκονομείσθωσαν. οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκην χαλεπὴν ἐκ βασάνων ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὴν ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἄδεκτοι ἔστωσαν, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντες, οὕτω δεκτοὶ γενέσθωσαν εἰς τὴν κοινωνίαν. οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προδόντες τὴν εἰς θεὸν πίστιν, καὶ ἁψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν
D δαιμονίων, καὶ ὀμόσαντες ὅρκους ἑλληνικοὺς, ἐκβαλλέσθωσαν μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν· ἐν ὑποπτώσει δὲ εὐξάμενοι ἐν τρισὶν ἔτεσι, καὶ ἐν ἄλλοις τρισὶ συστάντες τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὶ ἔστωσαν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ.

CANON LXXXII.

De iis etiam qui pejerarunt: si vi & necessitate juramenta transgressi sunt, levioribus pœnis subijciuntur, ut post sex annos omnino possint suscipi. Qui autem sine vi suam fidem prodiderunt, cum duobus annis defleverint, & duobus annis audiverint, & duobus aliis sine oblatione in orationis communionem suscepti extiterint, ita tandem, condigna scilicet pœnitentia ostensa, in corporis Christi communionem recipientur.

ΚΑΝΩΝ πβ'.

Καὶ περὶ τῶν ἐπιορκησάντων, εἰ μὲν ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης παρέβησαν τοὺς ὅρκους, κουφοτέροις ὑπόκεινται ἐπιτιμίοις· ὥστε μετὰ ἓξ ἔτη πάντως αὐτοὺς δεκτοὺς εἶναι. οἱ δὲ ἄνευ
E ἀνάγκης προδόντες ἑαυτῶν τὴν πίστιν, ἐν δυσὶν ἔτεσι προσκλαύσαντες, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν πέμπτῳ ἐν ὑποπτώσει εὐξάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἄλλοις ἄνευ προσφορᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς προσευχῆς παραδεχθέντες, οὕτω τελευταῖον, ἀξιόλογον δηλαδὴ μετάνοιαν ἐπιδειξάμενοι, ἀποκατασταθήσονται εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ σώματος τοῦ κυρίου.

CANON LXXXIII.

Qui vaticinantur, & gentium consuetudinem sequuntur, & aliquos in ædes suas

ΚΑΝΩΝ πγ'.

Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας

Appendix Tomi II.

τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνερευνήσει A φαρμακειῶν καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας, ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν τρισὶν ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν.

introducunt ad veneficiorum inventionem, & eorum expurgationem, cadant in canonem sexennii; & postquam anno defleverint, & anno audierint, in tribus annis substrati, & anno cum fidelibus consistentes, sic admittantur.

ΚΑΝΩΝ πδʹ.

Πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας. οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. ἐὰν B δὲ δυσαποσπάστως ἔχωνται τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς μᾶλλον δουλεύειν θελήσωσιν, ἢ τῷ κυρίῳ, καὶ τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ παραδέχωνται· οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος. ἡμεῖς γὰρ ἐν λαῷ ἀπειθεῖ καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν, ὅτι σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.

CANON LXXXIV.

Hæc autem omnia scribimus, ut pœnitentiæ eorum fructus probetur. Non enim ista omnino ex tempore judicamus: sed modum pœnitentiæ attendimus. Quod si qui a propriis moribus non facile avellantur, & carnis voluptatibus potius quam Deo servire voluerint, vitamque ex Evangelio institutam non admittant: nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobediente, & contradicente audire docti sumus: servans serva animam tuam.

ΚΑΝΩΝ πεʹ.

Μὴ τοίνυν καταδεξώμεθα συναπόλλυσθαι τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ φοβηθέντες τὸ βαρὺ κρί- C μα, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως τοῦ κυρίου πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες, μὴ θελήσωμεν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις συναπόλλυσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἐπαίδευσεν ἡμᾶς τὰ φοβερὰ τοῦ κυρίου, μηδὲ αἱ τηλικαῦται πληγαὶ εἰς αἴσθησιν ἡμᾶς ἤγαγον, ὅτι διὰ τὴν ἀνομίαν ἡμῶν ἐγκατέλιπεν ἡμᾶς ὁ κύριος καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας βαρβάρων, καὶ ἀπήχθη αἰχμάλωτος εἰς τοὺς πολεμίους ὁ λαὸς, καὶ παρεδόθη τῇ διασπορᾷ, διότι ταῦτα ἐτόλμων οἱ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περι- D φέροντες· εἰ μὴ ἔγνωσαν μηδὲ συνῆκαν, ὅτι διὰ ταῦτα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ· τίς ἡμῖν κοινὸς πρὸς τούτους λόγος; ἀλλὰ διαμαρτύρεσθαι αὐτοῖς, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ, ὀφείλομεν· συναπάγεσθαι δὲ αὐτῶν ταῖς πονηρίαις, μὴ καταδεχώμεθα· προσευχόμενοι μάλιστα μὲν κερδῆσαι αὐτοὺς καὶ ἐξελέσθαι τῆς παγίδος τοῦ πονηροῦ. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δυνηθῶμεν, σπουδάσωμεν τὰς γοῦν ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς αἰωνίου κατακρίσεως περισώσασθαι.

CANON LXXXV.

Ne itaque cum istis perire in animum inducamus, sed grave judicium formidantes, & terribilem Divinæ retributionis diem præ oculis habentes, ne velimus una cum alienis peccatis perire. Si enim nos non erudierunt terribilia Dei, nec tot plagæ nos in sensum deduxerunt, quod propter nostram iniquitatem nos dereliquit Dominus, & tradidit in manus barbarorum, & populus ad hostes captivus abductus est, & dispersioni traditus, eo quod ea audebant, qui Dei nomen circumferebant; si non noverunt, nec intellexerunt, quod propter hæc venit in nos ira Dei: quæ nobis est communis cum his ratio? Sed & noctu & interdiu, & publice & privatim, ipsis testificari debemus: cum eorum autem improbitatibus abire nolumus; sed eos potius lucrifacere, & a mali laqueo eripere. Sin autem hoc non possumus, studeamus animas saltem nostras ab æterna condemnatione servare.

Τοῦ αὐτοῦ

ΠΕΡΙ ΕΓΚΡΑΤΕΥΤΩΝ.

Τοῖς δὲ κομψοῖς ἐγκρατευταῖς, πρὸς τὸ σεμνὸν αὐτῶν πρόβλημα, διὰ τί καὶ ἡμεῖς οὐχὶ πάντα ἐσθίομεν, ἐκεῖνα λεγέσθω· ὅτι καὶ τὰ περιττώματα ἡμῶν βδελυσσόμεθα. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν λάχανα χόρτου ἡμῖν ἐστι τὰ κρέα, κατὰ δὲ τὴν τῶν συμφερόντων διάκρισιν, ὡς καὶ ἐν λαχάνοις, τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου διακρίνομεν. ἐπεὶ λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, ὥσ-

Eiusdem ex alia epistola

E AD AMPHILOCHIVM.

De differentia ciborum.

Egregiis autem Encratitis ad præclaram eorum objectionem, cur nos quoque non omnia comedimus, illud dicatur, quod etiam excrementa nostra abominamur. Nam dignitate quidem, olera nobis carnes sunt: quod vero ad eorum quæ sunt utilia attinet discretionem, sicut & in oleribus, id quod est noxium discernimus. Nam olus quidem est cicuta, quemadmodum

A admodum & vulturina caro, caro est: tamen nec quis hyoscyamum si habeat, attigerit; nec canem attigerit, nisi magna vrgente necessitate. Quamobrem qui comedit, non inique fecit.

EIVSDEM AD DIODORVM EPISCOPVM TARSENSEM.

De eo qui duas sorores duxit in matrimonio.

VEnerunt ad nos litteræ, Diodori in- B scriptionem habentes: quæ autem deinceps sequuntur, ea alteri potius quam Diodoro conveniunt. Videtur enim vafer quispiam tuam personam subiisse, ut se sic auditoribus fide dignum efficeret: qui ab aliquo interrogatus an fas sit mortuæ uxoris sororem in matrimonium ducere: interrogationem non horruit, sed auditionem æquo animo tulit, & ad salacem ejus cupiditatem valde illi strenue, magnaque contentione, auxilium tulit. Si ipse itaque litteras haberem, eas ad te misissem: ipseque ad tuam, & veritatis defensionem, suf- C fecisses. Quia autem is qui ostendit, deinde abstulit, & adversus nos qui ab initio prohibueramus, veluti trophæum circumtulit, dicendo se scriptis mandatam habere potestatem: nunc ad te scripsi, ut manu duplici contra illam adulterinam orationem veniamus, & nullas ei vires relinquamus, ne possit eos qui legerint facile lædere.

Primum ergo quod in istis est maximum, consuetudinem nostram obiicere possumus, quæ legis vires habet, eo quod a sanctis viris nostra nobis jura tradita sint. Ea D autem est ejusmodi: ut si quis unquam impuritatis perturbatione superatus, lapsus sit ad nefariam duarum sororum societatem, ne matrimonium hoc existimemus, nec eos ad ecclesiæ cœtum prius admittamus, quam ipsi se invicem separaverint. Quare etsi nihil aliud dici posset, sufficeret consuetudo ad malum hoc evitandum. Sed quia is qui epistolam scripsit, adulterino argumento hoc malum in vitam inducere conatus est: necesse est, nec nos quidem a rationum auxiliis abstinere. Quanquam in iis quæ valde evidentia sunt, ratione major est uniuscujusque præsumptio. E

MAXIMVS asseruit, se ecclesiæ leges ignorantem, illicito matrimonio conjunctum esse. Et quia hoc eum male habet, quod non recte & ex ordine egisset, affirmavit, cum contra leges per ignorantiam fecerit, se ab illicita vitæ societate ex consensu abstenturum, conjuge etiam consentiente. Si ergo cognoveris, eos ex consensu id facere, &, cum sit decennale matrimonii tempus, non fallere; si consideres, eos debere cum catechumenis convenire: nunc eos sic dispensa. Sin autem vides, quod velit decipere, & ipsorum res severitate indigeant: fac id quod Deus tibi suggesserit, id semper sequens quod in usu est, vimque obtinet. Nam cum sis in iis locis, potes eorum mentes magis nosse.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΑΓΑΘΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

ΑΓΝΟΩΝ τοὺς τῆς ἐκκλησίας νόμους Μάξιμος, διϊσχυρίσατο παρανόμῳ συμβιώσει συνῆφθαι· καὶ ἐπειδὴ θορυβεῖ αὐτὸν τὸ ἀσύντακτον εἶναι, διεβεβαιώσατο, ἐπειδὴ ἀγνοίᾳ τὸ παράνομον ἔδρασεν, ἐκ συμφώνου ἀπέχεσθαι τῆς παρανόμου συμβιώσεως, κἀκείνης ἀγαπώσης τοῦτο. ἐὰν δὲ τοίνυν B δοκιμάσῃς, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν ἐκ συμφώνου, καὶ μὴ ἀπατῶσιν· ἐπειδὴ δεκαετής ἐστιν ὁ χρόνος, εἰ σκοπεῖς μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς συνάγεσθαι. τέως οὕτω διοίκησον. εἰ δὲ συνορᾷς ὅτι ἀπατῆσαι βούλεται, καὶ δεῖται τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπισύψεως· ὅπερ ὁ θεὸς ὑποβάλλῃ σοι, τοῦτο ποίησον, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος. ἐπὶ γὰρ τῶν τόπων τυγχάνων, τὰς γνώμας αὐτῶν μᾶλλον εἰδέναι δύνασαι.

EIVSDEM
C
MENÆ EPISCOPO.

REM justam fecerunt presbyteri in Gemino pago, si verum dicit, quæ defert litteras Eustathis. Dicit enim, quod Cyradium facientem injuriam, nec ab ea desistere volentem, a communione separaverunt. Quia ergo inveni, quod suo malo curam adhibens, vult communicare: fac ea ita se comparet, ut injuriam primum deponat? & persuadent pœnitentiam agat: ut sic, si intellexeris, quod lege Dei accedit synaxin desiderans, permittas ei ut D cum populis communicet.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΜΗΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

ΝΟΜΙΜΟΝ πρᾶγμα πεποιήκασιν οἱ πρεσβύτεροι, ἐν Γεμίνῳ τῇ κώμῃ, εἰ ἀληθεύει ἡ κομίζουσα τὸ γράμμα Εὐσταθοῦς. φάσκει γὰρ ὅτι Κυράδιον ἀδικοῦσαν, καὶ μὴ βουλομένην ἀναστεῖλαι τὴν ἀδικίαν, ἐχώρισαν τῆς συνάξεως. ἐπειδὴ τοίνυν εὗρον, ὡς τὸ ἑαυτῆς κακὸν θεραπεύουσα, βούλεται συναχθῆναι, θέλησον παρασκευάσαι αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, καὶ πεῖσαι μετανοῆσαι ἵν' οὕτως, εἰ συνίδῃς ὅτι νόμῳ θεοῦ προσέρχεται, τῆς συνάξεως ὀρεγομένη, ἐπιτρέψῃς αὐτὴν μετὰ τῶν λαῶν συνάγεσθαι.

IAC. SIRMONDI S. I.
Notæ postumæ
IN CONCILIVM AGRIPPINENSE,
anno Christi CCXLVI. celebratum nunc primum editæ.

t supra 515.

EVphratam Agrippinensium episcopum, quod impie de Christo sentiret, Deum negans fuisse, vel a principio extitisse, quinque jam episcopi sententiis suis confixerant. Nunc iterum a XXIV. episcoporum synodo damnatus, episcopatu E deiicitur. Et idem tamen anno insequente, ut in epistola ad solitariam vitam agentes narrat Athanasius, cum Vincentio episcopo Capuæ, a synodo Sardicensi legatus Antiochiam missus est ad Constantium imp. ut exulibus episcopis reditum impetraret. Quæ res Baronium cardinalem sic commovit, ut synodum Agrippinensem vel falsam omnino fictitiamque judicarit, vel post Sardicensis tempora rejiciendam, ne Euphratæ recentis judicii infamia notato tam honorifica legatio, quamlibet resipiscenti, decreta credatur. Mihi vero causæ nihil videtur. cur fictam suspicemur. cui enim bono? Ne laborandum quidem, ut serius habitam dicamus, & præfixi consulatus titulum contra veterum exemplarium autoritatem interpolemus. Cum absurdi nihil sit, Euphratam, præsertim si resipuerat, ad eam legationem fuisse delectum; aut si adhuc in errore versabatur, alias tamen ob causas necessariam ejus in ea re operam visam esse.

CONSTANTIS AVG] In divisione imperii paterni, quæ mortuo Constantino magno inter ejus filios facta est, Gallia cum cæteris trans Alpes obtigerat Constantino juniori filiorum maximo. Cui quarto post anno diem functo successit Constans frater, qui in Italia jam regnabat. Constantis ergo potius nomine, quia is Gallias tum obtinebat, prænotandam synodum duxi, quam Constantii: quia Constantius ante Constantis obitum in Gallia juris nihil habuit. Pag. 615. B

CVM CONSED. EPISCOPI.] Qui hoc loco recensentur episcopi, iidem omnes, Panchario & Sanctino exceptis, synodo Sardicensi cum aliis e Gallia duodecim adfuerunt, ejusque synodicæ, quæ apud Athanasium in apologia II. legitur, subscripserunt. Triginta enim & quatuor e Gallia subscripsisse dicuntur hoc ordine. Ibid. C.

Μαξιμιανός. id est Maximianus a Treviris.
Βηρήσιμος. Verissimus a Lugduno.
Βίκτωρος. Victor a Vangionibus.
Βαλεντῖνος. Valentinus ab Arelato.
Δησιδέριος. Desiderius a Lingonibus,
Εὐλόγιος. Eulogius ab Ambianis.
Σερβάτιος. Servatius a Tungris.
Δυσκόλιος. Dyscolius a Remis.

Σκα

A

Σουπερίωρ. Superior a Nerviis.
Μερκούριος. Mercurius a Sueſſionibus.
Δηπλοπετός. Diopetus ab Aurelianis.
Εὐσέβιος. Euſebius a Rotomago.
Σεβηρῖνος. Severinus a Senonibus.
Σάτυρος. Satyrus.
Μαρτῖνος. Martinus a Moguntiaco.
Παῦλος. Paulus.
Ὀπτατιανός. Optatianus a Tricaſſibus.
Νικάσιος. Nicaſius.
Βίκτωρ. Victor a Mediomatricibus.
Σεμπρώνιος. Sempronius.
Βαλερῖνος. Valerianus ab Autiſiodoro.
Πάκατος. Pacatus.
Ἰεσσῆς. Ieſſes a Nemetibus.
Ἀρίστων. Ariſton.

B

Σιμπλίκιος. Simplicius ab Auguſtoduno.
Μετιανός. Metianus.
Ἄμαντος. Amandus ab Argentorato.
Αἰμιλλιανός. Æmilianus.
Ἰουστινιανός. Iuſtinianus ab Argentorato.
Βικτωρῖνος. Victorinus a Pariſiis.
Σατουρνῖλος. Saturninus.
Ἀβουνδάντιος. Abundantius.
Δωνατιανός. Donatianus a Cabillono.
Μάξιμος. Maximus.

C

Quo tanto ex numero unicus in altera ejuſdem ſynodi ad Iulium papam epiſtola ſubſcripſiſſe reperitur *Veriſſimus a Gallia de Lugduno.*

Ibid. C — SANCTINO A LATICLAVO. Verodunenſium epiſcopo. Editio Suriana *Sanctino Articlavo* legit. Haingerus de geſtis pontificum Tungrenſium *Sanctino Articlavorum.* Certum eſt Virodunenſium antiſtitem deſignari. Nam & Sanctinus Virodunenſis epiſcopus fuit, & Virodunum olim urbs Clavorum dicta, ut docet inter cæteros Bercharius preſbyter, qui brevem Virodunenſium epiſcoporum hiſtoriam ad Dodonem epiſcopum ſcripſit.

Pag. 617. B — AVDIENTE ATHANASIO.] Ante annos nimirum decem, cum exulatum miſſus in Gallias Athanaſius anno Chriſti CCCXXXVI. Treviris a Maximino epiſcopo, ut Hieronymus in Chronico ſcribit, honorifice ſuſceptus eſt, ibique annum integrum verſatus. Tum enim Servatio licuit, Euphratæ palam, audiente Athanaſio, ſæpius obſiſtere. Severinus Binius, vir doctus & diligens, ad annum potius CCCI. hæc referenda cenſet, cum Servatius & Maximinus epiſcopi a Magnentio legati ad Conſtantium miſſi, Alexandriæ apud Athanaſium diverſati ſunt; hoc maxime, ut ita ſentiat, ductus argumento, quod anno CCCXXXVI. cum Treviris exlulabat Athanaſius, nondum Gallis innotuerat nomen Photini, a quo errorem hauſiſſe putat Euphratam. Vnde ſynodum quoque Agrippinenſem, in qua damnatus ſit Euphratas, ante annum CCCLI. celebrari non potuiſſe contendit. Sed horum, ut opinor, nihil eſt quod perſuadeat. Alioquin docendum erat, Euphratam cum Servatio Alexandriæ tum fuiſſe, ut ab eo poſſet coram Athanaſio redargui. Euphratam vero a Photino didiciſſe nemo eſt qui tradat, nemo qui probare queat, tametſi conſimilia docuerit. Potuit enim vel a Paulianiſtis, quorum eadem fuit hæreſis, doceri, vel ipſemet ſine autore comminiſci: ſicut Leporium monachum eadem in Gallia dixiſſe, quæ Neſtorius poſtea docuit, auctor eſt Facundus Hermianenſis lib. I. de tribus capitulis ad Iuſtinianum.

IAC. SIRMONDI S. I.

Notæ poſtumæ

Supra, pag. 821.

IN CONCILIVM PARISIENSE

anno Chriſti CCCLXII. habitum nunc primum editæ.

SYNODICA.] Recte judicavit qui primus hanc epiſtolam cum cæteris Hilarii fragmentis in lucem dedit Nicolaus Faber, hoc unum ex iis conciliis videri, quæ S. Hilarius, poſtquam ab exilio rediit in Gallias, frequentia coegit, ut cunctos ab Ariminenſis ſynodi perfidia revocaret. *Dubius animi,* ait Sulpitius Severus libro II. ſacræ hiſtoriæ, *& magna curarum mole æſtuans, cum pleriſque videretur, non ineundam cum his communionem, qui Ariminenſem ſynodum recepiſſent, optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere epiſcopis de errore profitentibus, apud Ariminum geſta condemnant, & in ſtatum priſtinum eccleſiarum fidem reformant. Reſiſtebat ſacris conſiliis Saturninus Arelatenſis epiſcopus, vir ſane peſſimus, & ingenio malo pravoque. Verum etiam, præter hæreſis infamiam, multis atque nefandis criminibus convictus, eccleſia ejectus eſt.* Hac enim epiſtola, quæ ſola reſtat ex actis concilii, fidem ſuam adverſus Arianorum profeſſionem explicant epiſcopi Gallicani, & ab iis, quæ perperam apud Ariminum geſta ſunt, reſilire ſe, ac perfidiæ illius autores excommunicatos habere, tum Saturninum etiam ab eccleſia ejeciſſe, ſignificant.

ARIMINI AVT NICÆÆ.] Nicæam dicit non Bithyniæ vrbem, ſed alteram Thraciæ, quæ Nica potius, id eſt Νίκη vocabatur, ubi vis primũ legatis illata eſt. Nã cum in concilio Ariminenſi diſſidio partium actũ nihil eſſet, hæreticis numero licet imparibus, orthodoxorum integræ fidei ſubſcribere abnuentibus, & his rurſum Sirmienſem illorum perfidiam, quam proponebant, accuſantibus: viſum tandem catholicis epiſcopis, decem legatos ad Conſtantium imp. mittere cum fidei ſuæ formula, & litteris quibus miſſionem, reditumque in ſedes ſuas poſtulabant: miſſique ſunt pari numero itidem ab Arianis. Verum ab his occupatus Conſtantius, catholicæ partis legatos non ſuſcepit: ſed cum epiſcopis qui aderant, apud Nicæam Thraciæ convenire juſſit, ubi longa dilatione fatigati, & minis imperatoris perterriti, perfidiæ, quam ante damnarant, ſubſcribere coacti ſunt. Quæ per vim in Thracia geſta, τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ κατὰ βίαν πραχθέντα, vocat Athanaſius in epiſtola ad Africanos. Extant in fragmentis Hilarii geſta, ubi prævaricati ſunt legati a fide vera, & Vrſacii ac Valentis, ſociorumque profeſſioni conſenſere, quorum hoc eſt initium: EVSEBIO ET HYPATIO COSS. VI. IDVS OCTOBRIS. *Dum conſediſſent epiſcopi manſionis Nicaa, qua antehac Vſtodizo vocabatur, in provincia Thracia, Reſtitutus, Gregorius, Honoratus, Artemius,* &c. Dimiſſis vero poſt hæc legatis, & Ariminum reverſis, cum præfecto mandatum eſſet a Conſtantio, ut ſynodũ non ante laxaret, quam eidem fidei conſentire ſe omnes ſuis ſubſcriptionibus profiterentur: pleriſque, ut Severus docet, partim tædio peregrinationis, partim animi imbecillitate cedentibus, etiam qui conſtantiſſimi fuerant, ut Phœbadius Aginnenſis, & Servatius Tungrenſis, Arianorum dolo in fraudem ſunt impulſi. Ibid. C

SVB AVCTORITATE VESTRI NOM] Orientalium epiſcoporum, quorum auctoritas ad fallendos Occidentales obtendebatur. Sulpitius Severus lib. II. *Namque Valens & Vrſacius, affirmantes præſentem fidem catholica ratione conceptam, ab Orientalibus imperatore auctore prolatam, cum periculo repudiari, aut quis diſcordiarum finis, ſi qua orientalibus placuiſſet, occidentalibus diſpliceret?* Quamquam hæc falſo jactabant, orientalibus univerſim tribuentes, quod a ſolis hæreticis prodierat. Ibid.

D

AD VSIÆ SILENTIVM COACTI SVNT.] In formula enim fidei apud Nicam Thraciæ concepta, uſiæ id eſt ſubſtantiæ nominis ſilentium indictum eſt: quod in fragmentis Hilarianis innuit epiſtola ſynodi Ariminenſis nomine a perfidis epiſcopis ad Conſtantium ſcripta, cum ab eo cautum gratulantur: *Ne quis uſia vel homouſii nomina eccleſia Dei ignota aliquando nominet, quod ſcandalum inter fratres facere ſolet.* Et in formulæ ipſius exemplo, quod apud Theodoretum legitur lib. II hiſtoriæ cap. XXI. hoc inter cætera caput adjectum eſt. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅτι ἁπλούστερον ἐνετέθη ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς, σκάνδαλον ἔφερε, διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς μὴ ἐμφέρεσθαι, ἤρεσε περιαιρεθῆναι καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι. *Vſia,* inquit, *nomen, quod ſimpliciter a patribus inditum, a populis vero ignoratum offendiculo erat, quia in ſcripturis nuſquam extat, tolli placuit, uſiaque de cætero nullam prorſus mentionem fieri.* Callide nimirum in uſiæ ſilentio id agebant Ariani, ut qui hanc formulam admitterent, ὁμοούσιον, id eſt unius cum patre ſubſtantiæ filium negare viderentur. Sulpitius Severus. *Namque uſia verbum,* inquit, *tamquam ambiguum & temere a patribus uſurpatum, neque ex auctoritate ſcripturarum profectum, ſub ſpecie falſa rationis abolebat, ne unius cum patre ſubſtantia crederetur.* Quare agnita fraude merito illam poſtea Gallicani

E

Gallicani episcopi, ut Orientales, repudiarunt.

.812 B Qui ARIMINO CONST. REVERTERUNT.] Arianorum duces peracta & soluta synodo Ariminensi. Sulpitius Severus. *Igitur Ariani, rebus nimirum prospere & secundum vota fluentibus, Constantinopolim ad imperatorem concurrunt. Ibi repertos Seleuciensis synodi legatos vi regia compellunt exemplo Occidentalium pravam illam fidem recipere. Plerique abnuentes, injuriosa custodia ac fame vexati, captivam conscientiam dedere. Multi constantius renitentes, adempto episcopatu in exilium detrusi, atque in eorum locum alii dati.* Quibus ex verbis liquet, quosnam infra sacerdotes apostatas dicant in exulum loca substitutos. Nonnulla etiam in cæteris huic loco lux additur, corrupto alioqui ac depravato, etiam in pervetusto probæque notæ eorumdem fragmentorum codice, quo ex S. Remigii apud Remos bibliotheca usi sumus.

HILARIUS NUNCIAVERIT.] Quippe qui horum testis oculatus Constantinopoli tum aderat, & cum adversariis congredi, si concessum fuisset, labentique fidei subvenire magnopere cupiebat: Sulpitius idem Severus. *Aderat ibi tum Hilarius a Seleucia legatos secutus. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis Orientales per scelus vinci, tribus libellis publice datis audientiam regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. Id vero Ariani maximopere abnuere.*

AUXENTIUM ET URSACIUM.] Per hos in primis Arianæ perfidiæ fautores ac patronos, res Arimini & Nicæ in Thracia turbatæ. Iidem omnes, præter Auxentium Mediolanensem, inter Arianorum legatos numerati, Ursacius Singiduni in Mœsia, Valens Marsæ in Pannonia, Gaius e Pannonia item episcopus. De Megasio & Iustino, quibus in locis episcopi fuerint, proditum non est.

3. D SATURNINUM.] Arelatensium episcopum, cujus dolo Hilarius e synodo Biterrensi actus fuerat in exilium. Cum hoc autem, de Galliarum episcopis, ut Severus testatur, Paternus etiam a Petrocoriis, hæresis causa sacerdotio pulsus est, cæteris venia data.

IAC. SIRMONDI S. I.

Notæ postumæ nunc primum editæ.

IN CONCILIUM VALENTINUM.

at supra .904. Anno Christi CCCLXXIV. celebratum.

Discidii causa, quod in ecclesia Valentina exortum erat, convocatum ad res componendas hoc concilium fuisse præfatio declarat. Qua de re autem discidium id fuerit, aut unde natum, incertum est. Cæterum episcoporum in synodis mos fuit, ut re peracta cujus potissimum gratia convenerant, de cæteris deinceps, si qua alia constitui vel renovari necessitas posceret, canones promulgarent. Hoc a se in hac synodo præstitum episcopi docent, docueruntque in synodica sua ad Silvestrum Arelatenses: idemque in aliis fere omnibus conciliis tum Græcis, tum Latinis observare est.

.904. C PER GALLIAS ET QUINQUE PROVINCIAS.] Quinque provinciæ hoc loco sunt eæ, quæ vetere Narbonensi provincia continebantur, Viennensis nimirum, Narbonensis I. Narbonensis II. Alpes maritimæ, Alpes Graiæ & Penninæ. Galliarum vero nominæ cæteræ intelliguntur quæ in Aquitania, Celtica, Belgica. Ex his omnibus ad concilium Valentinum diversi episcopi convenerant, ut Fœgadius, seu Phœbadius, Aginnensis ex Aquitania, Iustus Lugdunensis e Celtica, Britto Trevirensis e Belgica; Florentius Viennensis, & Concordius Arelatensis, & alii, e quinque provinciis. Narbonensem quidem provinciam, Iulii Cæsaris exemplo a Gallia distinguere, solemne olim fuit. Unde & in concilio Arelatensi primum episcopos ejus provinciæ nominatos vidimus, tum alios de Galliis. Quandocumque autem quinque provinciarum nomen cum Galliarum nomine copulatur, ut hoc loco, in epistola Maximi imp. ad Siricium, & in synodo Taurinensi: de his quinque, quas dixi, accipiendum est.

CANONES.

n.1. DE DIGAMIS AUT INTERNUPT. MARITIS.] Ordinari digamos alii quoque, juxta interdictum apostoli, passim vetant canones Gallicani: ut Arausicanus XXV. Andegavensis XI. Agathensis I. Epaonensis II. synodi III. Arelatensis III. synodi Aurelianensis VI. & alii. Cæterum isti omnes, quod hic noster de clericis universim statuere videtur, de solis presbyteris, diaconisque interdicunt, ita ut digamos in clericum recipi, sed non ultra subdiaconatum promoveri permittant. Digamorum ergo in numero habendus quisquis iterato conjugio vel alteram ipse uxorem habet, vel uxor alterum virum, hoc est qui viduam vel renuptam duxit. Cujus ecclesiastici juris non ignarus Iosephus, nobilis ille comes a Tiberiade, qui Constantini temporibus vixit, cum timeret ne per vim ab Arianis episcopus fieret, secundis se nuptiis illigavit. Quod Epiphanius ex ejus ore auditum refert hæresi XXX. ὑπισχνοῦντο, εἰ δέον, καὶ ἐπισκοπῆς αὐτὸν καταξιοῦν. ὁ δὲ ἔφασκε, τούτου χάριν συνῆφθαι καὶ ἑτέρᾳ γυναικὶ, ὅπως διαδράσοι τὰς αὐτῶν χειροτονίας. *Promittebant*, inquit, *illi vel, si necesse foret, episcopatum daturos. At ille propterea se alteram uxorem duxisse aiebat, quo se ab ista manuum impositione liberaret.* Et de Chelidonio episcopo in Hilarii Arelatensis vita scriptum est, e duobus capitibus, quorum causa ex synodi sententia dejectus est, alterum hoc fuisse, quod internuptam suo adhibuisset consortio: sive, ut Leo Magnus de eodem agens epistola XXCIX. loquitur, quod tamquam viduæ maritus sacerdotium tenere non posset. Tertullianus de exhortatione castitatis. *Inde apud nos præscribitur, unius matrimonii esse oportere qui alleguntur in ordinem sacerdotalem. Usque adeo quosdam memini digamos loco dejectos.*

UTRUMNE INITIATI SACRAM.] Ad digamiæ quæstionem quæ a cleri gradibus arceat, nihil referre ait, utrum ante baptismum contracta sit, an post baptismum. Quod propter illos dictum, qui matrimonia ante susceptum baptismum inita, non computanda censebant: non intelligentes videlicet, in baptismo peccata dimitti, non uxorum numerum aboleri, ut præclare contra illos disputat Innocentius papa, tum in epistola I. ad Victricium, tum maxime in XXII. ad episcopos Macedoniæ. Sed illorum tamen errori favet canon apostolorum XVII.* ejusque interpretes Græci: digamos enim a sacris ordinibus excludit, eos dumtaxat, qui post baptismum facti sint. * al. XVI.

Can. 2. DE PUELLIS QUÆ SE DEO VOVERINT.] Quæ Deo se voverant puellæ, devotæ, & sacræ seu sacratæ virgines vocabantur, quibus titulis ornantur sæpe, tum in canonibus, tum in monimentis Christianorum antiquis. Has, si mutato proposito virginitatis sponte postea nupserint, non statim ad pœnitentiam recipi vult canon, & cum receptæ fuerint, diutius earum communionem differri. Quibus affinia sunt, quæ synodus II. Arelatensis can. LII. præscribit, nisi quod de iis tantum statuit quæ post XXV. annum ætatis ad terrenas nuptias transierint.

Can 3. VEL PROF SACRIFICIIS, VEL INC. LAVATIONE] Parem pœnam in lapsos decernit, qui idolis sacrificarint, & in eos qui se iterum baptizandos præbuerint: nimirum ut ad diem usque mortis pœnitentiam agant, ac tum etiam reconciliatione careant. Hæc enim canonis sententia videtur severa prorsus, &, quod ejus auctores non dissimulant, a synodi Nicænæ decretis aliena. Synodus enim Nicæna lapsorum pœnitentiam certo annorum numero definivit can. XI. & XII. eisque, si morte intercipe rentur, communionis viaticum dari jussit can. XIII. Nec dissimilis olim Cypriani, ut multæ ejus epistolæ testantur, & synodi Africanæ, sententia fuerat, cum statuerunt eos diu pœnitentiam plenam agere, ac, si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis accipere. Basilius vero ad Amphilochium can. LXXIII. τοῖς Χριστὸν ἀρνησαμένοις, iis qui Christum negarunt, & Siricius ad Himerium cap. III apostatis qui resipiscunt, pœnitentiam quidem, quamdiu vivunt, agendam, sed reconciliationis gratiam in fine tribuendam, τῶν ἁγιασμάτων ἀξιοῦσθαι decreverunt. De iis porro, qui ad iterationem baptismi se dedunt, si quidem episcopi, presbyteri, vel diaconi fuerint, similiter sancitum est in synodo Romana Felicis III. ut usque ad exitus sui diem in pœnitentia jaceant, communionem laicam in morte recepturi: in alios pro cujusque gradu vel ætate levius animadversum.

Can. 4. MORTALI CRIMINE D. SE ESSE POLLUTOS.] Quia sacrorum ministros immunes ac liberos esse oportet, non solum a crimine, verum etiam a criminis suspicione: propterea statuit hoc loco synodus, ab ordinatione submovendos omnes esse, quicumque in seipsos seu vera seu falsa crimina dixerint. Mortalia ergo seu capitalia crimina intelliguntur, homicidium,

APPENDIX TOMI II. homicidium, adulterium, & alia hujusmodi; quæ a sacris honoribus excludunt promovendos, & deiiciunt promotos. De quibus interpretandus est etiam Nicænus canon IX. qui eos non admittit, qui peccata sua, τὰ ἁμαρτήματα, confessi, contra ecclesiæ tamen regulam sunt promoti.

Pag. 606. A Ego Florentivs.] Viennensium episcopum facit vetus codex S. Remigii Remensis, ex quo hæ subscriptiones depromptæ sunt. Quod si verum est, perturbatum dici necesse est ordinem episcoporum Viennensium in Chronico Adonis, ubi Florentius episcopus multo ante hæc tempora collocatur. Sed confusum ibi ac perversum esse, antea quoque animadvertere licuit, cum synodo Arelatensi pro Vero episcopo Claudium interfuisse falso narrat.

Ibid. C Ego Concordivs.] Episcopus Arelatensis, de quo mox in epistola sequenti. Hujus epitaphium in arca marmorea incisum Arelate visitur ad S. Honoratum his verbis:

Integer atque pius, & vita & corpore purus
Æterno hic positus vivit Concordius ævo.

& quæ sequuntur de ejus episcopatu, & immatura morte. Prætermissum mirati sumus in vulgatis indicibus episcoporum Arelatensium, cum extet in manuscriptis.

Ibid. D Epistola eivsdem concilii.] Acceptus cum ad honorem episcopatus a Forojuliensibus in Provincia II. posceretur, ejiciendi honoris gratia quædam in seipsum dixerat: quæ tametsi falso dicta crederentur, negat tamen synodus, propter ea quæ de submovendis ejusmodi ordinationibus cap. IV. sanxerat, assentiri se posse, ut Acceptus, vir alioqui sanctus, & illo gradu non indignus, ad episcopatum provehatur. Accepti porro modestiæ crebra illo sæculo & in aliis exempla fuere: sed illustre quod S. Ambrosius hoc ipso anno edidit, cum falsis de se suspicionibus, ut Paulinus in ejus vita commemorat, Mediolanensem cathedram, quæ ingerebatur, amoliri conatus est. Adeo tunc honores sacri, qui tanto nunc ambitu a plerisque appetuntur, omni ope atque industria rejiciebantur.

Iac. Sirmondi S. I.

Nota postuma

IN EPISTOLAM CONCILII AQVILEIENSIS anni CCCXXCI.

Extat supra 922. D

Nunc primum edita.

AD concilium hoc convenerant ex Gallia legati, non solum trium istarum provinciarum, Viennensis, inquam, & utriusque Narbonensis, sed etiam aliarum, ut Lugdunensis. Quia Iustus Lugdunensium, ut omnes consentiunt, episcopus, legatus Gallorum diserte in actis concilii nuncupatur: & in epistola ista duo dumtaxat illarum provinciarum legati memorantur, Constantius Arausicus, & Proculus Massiliensis. Quare alteram huic consimilem Iusto redeunti datam verisimile est ad eas provincias, quarum vices in hoc concilio sustinuerat.

Eivsdem notæ nvnc primvm editæ

IN EPISTOLAM MAXIMI AVG. ad Siricium papam.

Extat supra pag. 1030.

FAcit in hac epistola idque præ se fert Maximus, quod æquis & Christianis principibus semper in more fuit, quodque observatum a Constantino jam animadvertimus, ut causas ecclesiasticas ecclesiæ tractandas permitterent. Presbyteri enim causam, qui non legitime ordinatus ferebatur, in synodo episcoporum discuti & examinari voluit. Clericos nempe, ut Honorii lex dicit, non nisi apud episcopos accusari convenit. L. XLI. cod. Theod. de episcopis, ecclesiis, & clericis.

Pag. 1031. Manichæos.] Tiro Prosper de eadem re in chronico Pithœano: *Apud Treviros Manichæi deprehensi, summo Maximi studio exterminati.* Non dubium Priscillianistas designari, de quibus proxime actum in synodo Burdigalensi ac Trevirensi. Priscillianistarum enim hæresis, teste Augustino de hæresibus cap. LXX. Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta sectabatur. Proinde priusquam suo nomine celebrarentur, alii Gnosticos illos appellabant, ut Sulpitius Severus lib. II. historiæ, alii non minus apte Manichæos. Tanta enim fuit inter utrosque, quod Leo Magnus ad Turibium scribit, errorum cognatio, ut solis nominibus discerni viderentur. Vnde & pars Manichæi Priscillianus scite ab Hieronymo dictus est in epistola ad Ctesiphontem.

Iac. Sirmondi S. I.

Notæ postumæ

IN CONCILIVM TAVRINENSE anno Christi CCCXCVII. adscriptum.

Extat supra pag. 1155.

Nunc primum editæ.

PRovincialem Gallicanorum episcoporum synodum male, ut reor, nominat Hincmarus Remensis adversus Laudunensem cap. XX. Neque enim a Gallicanis episcopis, tametsi adfuisse aliquos fatendum est, sed horum postulatione, ut præfatio ipsa docet, ad componendas eorum de variis negotiis controversias, ab Italiæ potissimum episcopis celebrata est apud Augustam Taurinorum in subalpinis. Taurinensem itaque synodum vocat Zosimus epistola VI. & VII. Taurinæam Regensis can. I. & Arausicana can. XXIV. Taurinatensem alii: nonnulli etiam, sed inepte ut videtur, Tauritanam. Quidam codices episcopos in ea fuisse adnotant numero XX. Dies quoque designatur X. Kalendas Octobres, sed de anno nihil compertum est. Hoc sane liquet, in annum Christi CCCXCVII. qui ex Baronii sententia titulo est adfixus, conjici non posse. Nam ex Zosimi epistola VI. & altera ejusdem ad Africanos constat, quo tempore habita est synodus Taurinensis, Briccium apud Turones episcopum fuisse. Habita ergo est post mortem sancti Martini, cui Briccius successit. At Martinus omnium veterum consensu mense Septembri anni CCCXCVII. nondum e vivis excesserat. Quare hic annus synodo non congruit. Quod si eos audiamus, qui Martini obitum in annum CCCC. vel longius etiam rejiciunt, synodi pariter epocham differri oportebit.

Can. I. Procvlvs Massiliensis.] Iam notus est Proculus Massiliensium episcopus ex concilio Aquileiensi, cui Gallorum legatus interfuit: sanctus idem & doctissimus pontifex Hieronymo dictus in epistola IV. ad Rusticum. Huic nunc, quamvis alterius provinciæ, id est Viennensis, episcopo singulari, privilegio indulget synodus, ut metropolitani jure præsit provinciæ II. Narbonensi, cujus ecclesias vel parochias suas fuisse asserebat, vel episcopos a se in eisdem ecclesiis ordinatos. Quod Proculi privilegium, tamquam subreptum & emendicatum, improbavit postea Zosimus, ut ex ejus epistolis patefit. Cæterum vel hic locus ostendit, Aquensis civitatis episcopum, licet civitas ipsa jure civili metropolis esset, provinciæ II. Narbonensis, ac titulo metropolis ornetur in Notitia civitatum Galliæ, nondum tamen hoc tempore metropolitani jura obtinuisse inter episcopos. Quod ipsum intelligere est de Ebreduno & Tarentasia in Alpinis provinciis. Sero enim & harum antistites metropolitanorum honorem nomenque adepti sunt. Sed de his alias.

Can. II. Arelatensis et Viennensis.] Arelate in Viennensi olim provincia censebatur, quod declarat elenchus episcoporum concilii Arelatensis: *Marinus episcopus de civitate Arelatensium provincia Viennensi*: & Notitia imperii occidentalis, ubi procuratores cynegiorum enumerantur sub dispositione comitis sacrarum largitionum: *Procurator cynegii Arelatensis provinciæ Viennensis.* Nec dubium quin totius provinciæ metropolis tum fuerit civitas Vienna, quæ sola omnium ejus provinciæ civitatum metropolis nomen gerit in Notitia. Arelate tamen variis, principum beneficio, jam inde a Constantini temporibus, a quo Constantina cognominata est, aucta incrementis & ornata privilegiis (unde & Gallulæ illi Romæ nomen inditum ab Ausonio, ab eodemque Arelate in clararum urbium catalogo, secundo intra Gallicanas post Treviros loco posita) de metropolis nomine ausa est cum Vienna contendere, & Arelatensis episcopus honorem primatus intra provinciam affectare. Re igitur ad concilii Taurinensis judicium ab utriusque urbis episcopis delata, definitum est a synodo, ut qui suam civitatem probaret esse metropolim, is primatus honorem obtineret: aut certe, ut bono pacis provinciam, si vellent, inter se dividerent, & proximas sibi uterque civitates metropolitani jure vindicaret. Quod posterius summis pontificibus postea placuit, neque ipsa perfectum est. Nec enim hoc synodi judicio controversia stetit: sed crebris rursum contentionibus sæpe renovata, vix tandem post annos supra centum Symmachi papæ auctoritate sedata est.

Can. III. De ordinatione Sacerdotvm.] Episcoporum. Delatis ad se quattuor episcopis, qui illicita quædam circa episcoporum ordinationem usurparant, ita indulget

A ger synodus, ut deinceps abstinere jubeat: quam sententiam in alios etiam cadere vult, qui eadem perpetrarint. Pœnam autem ejusmodi ordinationibus in posterum statuit: ordinatis quidem, episcopatus privationem; ordinatoribus vero, ut ordinationibus de cætero conciliisque non intersint.

Remigium.] Codex Remensis *Remedium*: quod idem est. Non ita duo hæc promiscue in iisdem usurpari, multis alibi exemplis deprehendimus. Remedius porro, quamquam ejus sedes perinde ac sociorum ignota est, is videtur, de quo Prosper in chronico Pithœano: *Proculus Massiliensis episcopus clarus habetur, quo annuente magna de suspecto adulterio Remedii episcopi quæstio agitatur.* Omnes, ni fallor, secundæ Narbonensis episcopi fuerunt.

.4. De Palladio laico.] Conquerebatur, ut apparet, Palladius de sententia in ipsum a Triferio episcopo lata: quia crimen objectum presbytero probare videlicet non poterat. Confirmat sententiam synodus, hoc in Palladii B gratiam indulto, ut in potestate sit Triferii eam relaxare cum voluerit.

.5. De Exuperantio presbytero] Confirmat Triferii ejusdem sententiam alteram in Exuperantium presbyterum contumeliosum: ita ut in excommunicatione inflicta maneat presbyter, quoad vel ipse episcopo satisfecerit, vel episcopo illum restituere visum fuerit.

.6. Qui Felici communicant.] Episcopo Trevirensi, viro alias sanctissimo: sed qui ab Ithacianæ partis episcopis ordinatus, eorum communioni mordicus adhæsit. Ab Ithacianis porro, quod contra ecclesiæ disciplinam agere viderentur, optimi quique antistites abstinebant. Quod de seipso testatur S. Ambrosius, de sua ad Maximum apud Treviros legatione scribens epistola LVI. *Postea*, inquit, *cum videret me abstinere ab episcopis qui communicabant ei, vel qui aliquos, devios licet a fide, ad necem petebant, commotus ab eis jussit me sine mora regredi.* Et de S Martino C narrat Severus, ut ante dictum est, cum inflecti se passus esset, ut Felicis ordinationi præsentiam suam commodaret, facti eum mox graviter pœnituit. Perstitere tamen intra Gallias, etiam post Ithacii exauctorationem, Ithacianæ reliquiæ, Felice episcopo duce. Cui communicantes episcopi cum legatos ad synodum misissent, decretum est juxta Siricii & Ambrosii litteras, quæ non extant, Felicianæ communionis episcopos, nisi ab eo se subduxerint, ad pacis consortium non admitti. Quare synodum Felice superstite habitam fuisse constat.

p.7. Ut clericum alterius.] De alienis clericis duo vetat, quæ in canonibus crebro inculcantur. Ne quis episcopus illos suscipiat, vel ordinet in sua ecclesia, & ne abjectos in communionem recipiat. Quorum alterum in synodo Nicæna canone XVI. est interdictum: alterum tum in eadem Nicæna can. V. tum in Sardicensi canone item XVI.

p.8. Hi vero qui contra interdictum.] Nihil hic statuit synodus in futurum, sed contra canones admissa D castigat. Eos ergo qui contra interdictum, verbi gratia, ex bigamis ordinati fuerant (de quibus synodo Valentinæ, cum bigamos ordinari vetaret, nihil revolui placuerat) hac pœna multat, ut ad gradum ulteriorem non provehantur. Paremque pœnam in eos decernit, qui filios in ministerio, id est jam ordinati, genuerunt. Quam canonis partem amplexa & secuta est synodus Arausicana can. XXIV.

Iac. Sirmondi S. I.

Notæ postumæ nunc primum editæ

IN EPISTOLAS ALIQVOT

Innocentii papæ I.

I. In epistolam ad Victricium.

pra pag. 43.

Sancti Victricii Rotomagensis episcopi & confessoris Christi egregias admirandasque virtutes & merita brevi compendio explicat, qui Victricium olim Viennæ apud S. Martinum viderat, Paulinus Nolanus, duabus ad eumdem epistolis, sed præcipue XXVIII. Huic nunc Innocentius expetitam ab eo mittit formam ecclesiasticæ disciplinæ, quæ in Romana ecclesia servabatur, ut hanc tum ipse, tum ipso insinuante vicini etiam episcopi, in propriis ecclesiis consectentur, atque hunc quasi didascalum & monitorem habeant. Sic enim rectius opinor in quibusdam exemplaribus legi, quam ut in aliis didascalicum.

A Incipiam igitur.] Quæ restant præfationis hujus, cum tota epistolæ conclusione, & cum primis novem, tertio dempto, capitulis, omnia decerpta sunt ex epistola IV. Siricii papæ, quam ex synodo Romana scripsit ad Africanos, quæque inserta legitur in actis concilii Tellensis: nisi quod brevius apud Siricium expressa sunt capitula, quæ diffusius hoc loco digeruntur. Appendix Tomi II. Ibid. D

Sicut synodus statuit.] Synodum nempe Nicænam significat, cujus canone XVIII. ut a Iulio papa profertur in epistola ad Orientales, hæc leguntur. *Cujus*, apostolicæ sedis, *dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, & episcoporum judicia, antiqua apostolorum, eorumque successorum, atque canonum, auctoritas reservavit.* Can.3.

Venientes a Novatianis.] Qui a Novatianis & Donatistis ad ecclesiam veniunt, baptizandi non sunt, utpote jam ritè baptizati, sed per manuum impositionem confirmandi. Quod de Novatianis quidem seu Catharis, sanxerat synodus Nicæna can. VIII. & Constantinopolitana can. VII. De Donatistis vero, qui Montenses Romæ appellabantur, indicat, ut aliis supersedeam, canon synodi Carthaginensis Africanæ insertus cap. XXIV. Atque hi nimirum semel ab istis baptizati, sine mora, cum veniunt suscipiendi sunt. Qui vero ad illos a catholica transeuntes iterum baptizati sunt, hi si redeant, non nisi post diuturnam pœnitentiam admittendi: quam ad diem usque mortis produci statuerat synodus Valentina cap. III. Donatistas rebaptizare solitos, omnes consentiunt: de Novatianis testatur Ambrosius in libris de pœnitentia, Hieronymus in libello de hæresibus: *Novatianus*, inquit, *Romæ Novatianum dogma instituit, nolens apostatas suscipere, & baptizans baptizatos.* Can.8.

Ab imperatore præcipitur.] Huc pertinet lex Honorii ante annos quinque lata cod. Theod. de decurionibus CLXIII. qua curiales, qui clero se manciparant, distinctis ordinum gradibus præcipit vel curiæ reddi, vel alios C pro se restituere, aut facultates suas tradere: *Si qui*, inquit, *ex secundo patris nostri consulatu curiam relinquentes, clericorum se consortio manciparunt, si jam episcopi vel presbyteri aut diaconi esse meruerunt, in sacris quidem & secretioribus Dei mysteriis perseverent, sed aut substitutos pro se curiæ offerre cogantur, aut juxta legem dudum latam tradant curiæ facultates. Residui omnes, lectores, subdiaconi, vel hi clerici quibus clericorum privilegia non debentur, debitis mox patriæ muneribus præsententur.* Can 11.

Ipse nobiscum positus.] Romæ fuisse Victricium prior etiam Paulini ad ipsum epistola confirmat: Innocentio pontifice, anno, ut opinor, superiore, Romam venisse hic locus ostendit. Paulinus: *Nam & inde*, inquit, *tristatis amaritudinem duxeramus, quod ex Urbe ad nos, sicut sperabamus, brevi itinere non venires, qui ad Urbem per tanta terrarum spatia perveneras.* Ibid.

D II. IN EPISTOLAM AD EXVPERIVM.

Respondet ad inquisitiones Exuperii episcopi, studium ejus commendans, quod de dubiis ad sedem apostolicam referret. Multus in Exuperii Tolosani laudibus & frequens est S. Hieronymus, ut in epistola IV. ad Rusticum. *S. Exuperius*, inquit, *Tolosæ episcopus, esuriens pascit alios, omnemque substantiam suam Christi visceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Hujus tu e vicino sectare vestigia.* Et in epistola XI. ad Ageruchiam: *Non possum absque lacrymis Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, sancti Exuperii merita præstiterunt.* Extant & Hieronymi ejusdem ad Exuperium epistolæ tres, libris singulis præfixæ commentariorum in Zachariam prophetam, quos Exuperio nuncupavit, Arcadio Aug. VI. & Anicio Probo Coss. hoc est anno post hanc Innocentii epistolam proximo, cum Exuperius Sisinnium diaconum E suum, ad largiendas monachis eleemosynas, in Palæstinam Ægyptumque misisset. Pag. 1254.

Siricii episcopi.] In epistola ad Himerium Tarraconensem cap. VII. Quo loco Siricius suam in sacerdotes ac levitas incontinentes sententiam ita dividit, ut eos qui se ignorantia eatenus lapsos dolerent, & continentiam in posterum sponderent, manere in officiis suis permittat, sed altiorem ad gradum evehi prohibeat: eos vero, qui se veteris legis exemplo defendere conarentur, omni ecclesiastico honore privandos statuat. Innocentius priorem pœnam in eos decrevit, qui Siricii constitutionem ignorarint: posteriorem in eos qui cognitæ non paruerint. Comprehendi autem etiam episcopos hac lege, Siricii sub finem verba declarant. Cap.1.

Ne Novatiani asperitatem.] Novatianorum Cap.2.

APPENDIX TOM. II. hæresis fuit, ut Epiphanius hæresi LIX. docet, nullam eos qui post baptismum lapsi sunt consequi veniam posse. Quare pœnitentiam denegarunt, omnemque illius mentionem ex conventiculis suis exploserunt. Theodoretus lib. III. de hæreticis fabulis, cap. VI. *καὶ παντελῶς τὸν τῆς μετανοίας τῶν οἰκείων συλλόγων ἐξορίζουσι λόγον.* Quamquam ergo ab his in ecclesia catholica longissime aberant ii, qui non dubitabant posse omnes per pœnitentiam recuperare gratiam quam perdiderant, etsi nonnullis interdum, ut indignis, pacem in exitu tantum vitæ poscentibus, negandam censerent: hoc tamen ipsum, quod Novatianæ asperitatis simile videbatur, tolli, & cuilibet in exitu poscenti communionis gratiam tribui placuit, juxta canonem XIII. synodi Nicænæ.

Cap. 4. NON HABENT LATENTIA PEC. VINDICTAM] Quam causam hic adfert, cur viri adulteri non perinde arceantur a communione ut feminæ, eamdem universe de criminosis omnibus, qui latenter ad communionem obrepunt, prodit Augustinus in homilia I. *Nemo*, inquit, *arbitretur propterea se consilium salutiferæ hujus debere pœnitentiæ contemnere, quia multos forte advertit & novit ad sacra altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Nam plerique propterea nolunt alios accusare, dum se per illos cupiunt excusare. Plerique autem boni Christiani propterea tacent & sufferunt aliena peccata quæ noverunt; quia documentis sæpe deseruntur, & ea quæ ipsi sciunt, judicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis enim vera sint quædam, non tamen judici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione prohibere quemquam non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, sive sæculari, sive ecclesiastico judicio, nominatum atque convictum.*

Cap. 7. CÆTERA AVTEM.] Pseudepigraphi libri sub horum nominibus plurimi olim circumferebantur, ut Matthiæ evangelium, de quo Origenes in Lucam, & Eusebius lib. III. historiæ, ejusdemque traditiones *παραδόσεις*, quarum meminit Clemens Alexandrinus lib. II & VII. stromatum; Iacobi minoris evangelium; Petri *πράξεις, εὐαγγέλιον, κήρυγμα, ἀποκάλυψις, καὶ κρίσις*: quos omnes commemorat Hieronymus in scriptoribus eccles. cap. I. *Libri autem*, inquit, *e quibus unus actorum ejus inscribitur, alius evangelium, tertius prædicationis, quartus apocalypsis, quintus judicii, inter apocryphas scripturas reputantur.* Ioannis actus, Andreæ item actus & evangelium. Thomæ denique evangelium, actus, & apocalypsis. De quibus, aliisque id genus, Gelasius in synodo Romana.

III. IN EPISTOLAM ad synodum Tolosanam.

Pag. 1279. IN TOLOSANA SYNODO.] Ambigui esse tituli epistolam monuimus. Quod si Tolosanæ synodo scriptam fuisse constaret, absurdi nihil foret discussas in synodo Galliæ Hispanienses causas fuisse, cum tractatas meminerimus in Taurinensi Gallicanas. Sed dubium non videtur, quin scripta sit ad episcopos Hispaniæ, post synodum quidem Toletanam, de rebus tamen in ea gestis, vel postea consecutis. Idque ut mihi persuadeam ducor argumento non levi, quod cap. VI. exponetur. Quare antiquam inscriptionem epistolæ restituendam censeo, ut *in Toletano synodo* legatur.

Cap. 1. PROPTER GALLICIORVM COMMVNIONEM.] In synodo Toletana Symphosius & Dictinius cum aliis, ut Idacius in chronico refert, e Gallæcia episcopis, damnata Priscilliani hæresi, recepti fuerant in communionem, retentis honoribus quos habebant. Quod non probantes Bætici & Carthaginienses, a cæteris episcopis, qui eos receperant, desciverunt. Dari ergo vult operam pontifex, ut qui desciverunt, ad communem pacem revocentur.

ILLIVS LVCIFERI.] Calaritani apud Sardos episcopi, qui schismatis in ecclesia auctor fuit, cum episcopos in synodo Ariminensi lapsos quamvis resipiscentes recipi nollet, ab iisque se qui eos receperant segregavit. Sulpitius Severus. *Lucifer in tantum eos qui Arimini fuerant condemnavit, ut se etiam ab eorum communione secreverit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent.*

Cap. 2. RVFINVS ATQ. MINICIVS.] Synodus Nicæna can. IV. episcopum ab episcopis provinciæ cum metropolitani auctoritate fieri jubet. Contra hunc canonem commiserant Rufinus & Minicius, quorum uterque sine conscientia metropolitani, alter etiam in aliena provincia, episcopos ordinarant. Quare & in usurpatores animadverti oportere ait, & ab his temere ordinatos honore carere quem adepti sunt, juxta canonem VI. synodi ejusdem, quo cautum est, eum qui præter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus, episcopum esse non debere.

Cap. 3. DE IOANNE EPISCOPO.] Ioannes hic synodo Toletanæ redeuntes ab hæresi recipienti per vicarios consenserant: postea subduxisse se, & contra sententiam suam venisse ferebatur. In hunc ergo, atque in alios qui a communionis consortio cessasse videbantur, plenius inquiri, deprehensosque, si ad concordiam redire abnuant, excommunicari jubet.

DE ORDINATIONIBVS.] De iis qui prava consuetudine in Hispania ex diversis generibus hominum, quos canones a cleri gradibus excludunt, creati hactenus fuerant episcopi, propter illorum multitudinem non sic indulget, ut proposita vitiose deinceps ordinatis ordinantibusque pœna, in posterum abstineri præcipiat. Cap. 4.

IN LOCO PATRVINI.] Discrepant inter se rerum Hispanicarum scriptores, cujus sedis episcopus fuerit Patruinus, qui concilio primo Toletano præfuit. Alii enim Toletanum antistitem fuisse conjiciunt, alii Bracarensem, alii neutram illorum sententiam satis firmam putant. Ex hoc loco apparet, quod in mentem illis non venerat, Emeritensem episcopum fuisse, cui jam defuncto Gregorius hoc tempore successerat. Cap. 5.

PER SENTENTIAM DECERNITIS.] Manifestum est alludi ad decretum synodi Toletanæ, quod in ejus actis primo loco positum est his verbis: *Patruinus episcopus dixit: Si placet, communi consilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit observandum. Mihi autem placet, constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placet.* Quæ cum ita sint, liquet profecto Innocentium hoc loco alloqui episcopos qui Toletano concilio adfuerant, ac proinde synodo Toletanæ inscribi epistolam debere, ut dictum est. Cap. 6.

IAC. SIRMONDI S. I.

Notæ postumæ.

IN ALIQVOT ZOSIMI PAPÆ EPISTOLAS.

Nunc primum editæ.

I. In epistolam ad episcopos Galliæ.

PER GALLIAS ET SEPTEM PROVINCIAS.] Septem provinciæ hoc loco, & in aliis similibus, intelliguntur, quas vetus Notitia civitatum Galliæ sejunxit a reliquis provinciis Gallicanis: Viennensis nimirum, Aquitania I, Aquitania II. Novempopulana, Narbonensis I. Narbonensis II. & Alpes maritimæ. Quas easdem intellexit Honorius in constitutione proximo ab hinc anno edita ad Agricolam P.P. Galliarum, cum statuit ut Arelate bis quotannis conventus fierent e septem provinciis. De his enim loquitur, lapsusque est memoria Hincmarus, qui inter septem provincias pro Aquitania prima numerat Lugdunensem. Sicut ergo Galliarum & quinque provinciarum antea nomine Gallicanas omnes provincias complectebantur: ita nunc cum Galliæ & septem provinciæ dicuntur, omnes designantur. Hoc solum fuit discrimen, quod in illa ratione solæ Narbonenses provinciæ a communi Galliarum vocabulo secernantur, in hac vero etiam Aquitanicæ. Aquitanos autem a Gallis interdum solitos distingui, Ausonii, Sulpitii Severi, & aliorum hujus ævi scriptorum exempla demonstrant. Pag. 1567.

ARELAT. EPISCOPI FORMATAS.] Formatas seu communicatorias epistolas, sine quibus peregrini clerici ad communionem non admittebantur, accipere solebant, cum alio proficiscebantur, presbyteri, diaconi, & cæteri deinceps, ab episcopo suo, episcopi a metropolitano, metropolitani a primate seu patriarcha. Quod S. Maximus in disputatione cum Pyrrho sub finem docet, cum Pyrrhi synodum ullam fuisse negat, ad quam *συστατικὰς* litteras nec episcopi a metropolitanis suis attulerint, nec metropolitani a patriarchis. *Συστατικὰς*, inquit, *οἱ συνελθόντες οὐκ εἶχον, οὔτε οἱ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν μητροπολιτῶν, οὔτε οἱ μητροπολῖται ἀπὸ τῶν πατριαρχῶν.* At Zosimus hoc loco singulare privilegium Patroclo Arelatensium episcopo tribuit in Gallia, ut cujuslibet gradus ecclesiastici, sive Romam, sive alio terrarum profecturi extra Galliam, omnes ab eo formatas accipiant, & sine his alibi non suscipiantur. Cap. 1.

IN ORDINANDIS SACERDOTIBVS] Episcopis. Ecclesiæ Arelatensis episcopo vetus, ut ait, privilegium & auctoritatem confirmat, ut in ordinandis episcopis metropolitani jus habeat per tres provincias, Viennensem & utramque Narbonensem: ita ut honore careant, qui in his provinciis, omisso metropolitano, id est Arelatensi, episcopos ordinarint, vel episcopi fuerint ordinati. Qua de re iterum alias sæpius. Cap. 2.

CITHARISTAM ET GARGARIVM.] Citharistæ in ora Massiliensium promontorii meminit etiam Plinius lib. III. cap. IV. Gargarii vero loci vetus inscriptio antiquæ tabu-

tabulæ, quæ extat Arelate: PAGANI PAGI LVCRETI QVI SVNT FINIBVS ARELATENSIVM LOCO GARGARIO, & quæ sequuntur.

II. IN EPISTOLAM ZOSIMI PAPÆ ad episcopos Africæ, Galliæ, & Hispaniæ.

.1568. ORdinarat Proculus Massiliensium episcopus, allecto sibi collega Lazaro Aquensi, Vrsum ac Tuentium episcopos, apud Citharistam, opinor, & Gargarium, quæ parochiæ erant episcopi Arelatensis. Has ordinationes Zosimus encyclica epistola multis nominibus redarguit. Primum, quod ordinati sint homines jam ante damnati, quos ordinari nefas erat. Deinde quod prætermisso metropolitano Arelatensi ordinati sint, quod provinciales episcopi adsciti non fuerint, quod Lazarus ex alia provincia evocatus, quod aliena loca usurpata, quod denique legitimus ordinationum dies non observatus. Tuentium itaque & Vrsum, ut ejectos ab ecclesia, nusquam ad communionem suscipiendos significat.

.1569.A LAZARVS IN TAVRINENSI CONCILIO.] Eadem de Lazaro leguntur in altera Zosimi epistola, quam per hosce dies ad Africanos episcopos de Pelagio ac pro Pelagio scripsit: quam cum altera pro Cælestio item scripta primus in lucem protulit, annalibusque suis inseruit Card. Baronius. Et quamquam in actis synodi Taurinensis nullum hodie Bricciana istius accusationis sit vestigium, nullam tamen ibi fuisse non dixerim. Sed quod Lazarum hoc loco, & in altera illa epistola cum Lazaro Herotem, episcopum Arelatensem, virum, ut Prosper in chronico testatur, sanctum & insontem, tam acerbe traducit Zosimus: vereor ne Cælestii dolo & fraude illi persuasum sit. Qui cum ægre ferret suam ac Pelagii hæresim ab his maxime duobus Gallicanis episcopis deprehensam, eorumque judicio & litteris, quæ passim proferebantur, divulgatam, omni ope adnitendum putarit, ut illorum fidem atque famam apud Zosimum in suspicionem vocaret. Nec mirum de aliis fallere potuisse, qui de seipso callide imposuerat, ut catholicus a Zosimo crederetur. Quod enim viro docto nuper in mentem venit, duas illas Zosimi epistolas, ne fucum illi factum concederet, falsi damnare, mihi certe probari non potest: nec S. Augustino, ni fallor, aut Facundo Hermianensi probaretur. Enimvero quænam alia est epistola Zosimi, in qua libellum Cælestii catholicum dixerit, ut narrat Augustinus lib. II. contra epistolas Pelagianorum cap. III. si hæc non est, quam priore loco edidit Baronius? aut quænam alia, in qua de damnato Cælestio, ut scribit Facundus, damnet Africanos, si eam negamus, quæ posterior est apud Baronium? Sed præstat integrum Facundi locum audire, libro VII. de tribus capitulis ad Iustinianum: *Invenient*, inquit, *postremo, beatum quoque Zosimum apostolicæ sedis antistitem, contra sancti Innocentii decessoris sui sententiam, qui primus Pelagianam hæresim condemnavit, fidem ipsius Pelagii, eiusque complicis Cælestii, quem in ecclesia Carthaginensi convictum atque appellantem apostolicam sedem, & ipse gestis discusserat, tamquam veram & catholicam laudantem, insuper & Africanos culpantem episcopos, quod ab illis hæretici crederentur, cum, necdum ipsi Africanis episcopis dolos eorum multo manifestius detegentibus, memoratos Pelagium & Cælestium putaret orthodoxos. Et tamen nec Athanasium & Damasum, nec illos Palæstinos episcopos*, (de his omnibus jam dixerat) *& Zosimum, hæreticos credit ecclesia, quia de hæreticis bene senserunt; sed potius pro merito suæ fidei catholicos judicat & honorat: quoniam non debet crimini deputari simplicium, non intellecta versutia malignorum.*

III. IN EPISTOLAM ZOSIMI PAPÆ ad episcopos provinciæ Viennensis & Narbonensis II.

.1570. MVLTA CONTRA VETEREM] Rescindit privilegium, quod Proculus Massiliensis episcopus perperam a synodo Taurinensi expresserat, ut episcopos in Narbonensi II. velut Metropolitanus ordinaret. Simplicium etiam Viennensem perstringit, quod Viennensis provinciæ ordinationes ambiat: statuitque, ut metropolitanus Arelatensis, priscam, ut ait, jam inde a S. Trophimo in utraque Narbonensi & Viennensi ordinandorum episcoporum auctoritatem possideat.

Id. B SIMPLICIVM VIENNENSIS CIVITATIS.] Paulinus presbyter apud Gregorium Turon. lib. II. hist. cap. XIII. *Si enim hos videas dignos Domino sacerdotes, vel Exuperium Tolosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Engolismæ, vel Venerandum Arvernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrocoriis, utcumque se habent sæculi mala, videbis profecto dignissimos totius fidei religionisque custodes.*

IV. IN EPISTOLAM ZOSIMI PAPÆ ad Hilarium episcopum Narbonensem.

EXceptioni quam Hilarius objecerat, in aliena provincia ab alio non debere fieri episcopos, opponit antiquam consuetudinem episcoporum Arelatensium, qui non solum in Viennensi provincia, sed per duas etiam Narbonenses, episcopos ordinare soleant. Quocirca inhibet, ne ea potestate in Narbonensi I. utatur, quam subreptitie a sede apostolica obtinuerat. Si secus faxit, non solum episcopatus honorem non habituros quos ordinarit, sed ipsum etiam catholica communione cariturum. Contra hoc Zosimi interdictum, facit epistola secunda Bonifacii ad Hilarium eundem. Pag.1570.

V. IN EPISTOLAM ZOSIMI PAPÆ ad Patroclum episcopum Arelatensem.

DAmnatum exauctoratumque Romæ a Zosimo Proculum fuisse, litteras etiam encyclicas de ejus damnatione scriptas, hæc epistola testatur. Confirmat autem Patroclo privilegium formatarum, & metropolitani in Narbonensi II. dignitatem, in quam Proculus irrepserat, tum deinde ordinationes episcoporum ne per saltum fiant edicit in posterum. Pag.1571.

SALTV QVODAM.] In sacris ordinationibus duo inter cætera semper spectavit ecclesia. Vnum, ut gradatim fierent per singulos gradus ordinum: ita ut non ante quisquam ad superiorem ascenderet, quam inferiores suscepisset. Quod qui non servabat, verbi gratia qui ex subdiacono repente, prætermisso diaconatu, presbyter fiebat, per saltum promoveri dicebatur. Alterum, ut justa quisque ac legitima in singulis gradibus stipendia expleret, præfixaque singulis tempora observaret. De quibus Zosimus idem scribit in epistola ad Hesychium Salonitanum. Quod si quando contrahi hæc temporum spatia necessitas cogeret: prius tamen illud, ut ordines gradatim inirent, religiose semper tenuerunt. Vt de sancto Ambrosio, qui catechumenus ad episcopatum fuerat adscitus, innuit in ejus vita Paulinus: *Baptizatus itaque fertur omnia ecclesiastica officia implesse, atque octava die episcopus ordinatus est cum summa gratia & lætitia cunctorum.* Ibid. E

VI. IN EPISTOLAM ZOSIMI PAPÆ ad Massilienses.

CLERO, ORDINI, PLEBI MASSIL.] Invehitur in Proculum, qui licet exauctoratus, tamen pro episcopo, ut antea, se gerebat, & inquietorum quorumdam auxilio fretus ecclesiam turbabat. Significat se ipsorum curam Patroclo Arelatensi demandasse, ut ejus, velut episcopi sui, consilio & nutibus obtemperarent. Cesseritne Patroclo tandem Proculus, exploratum non est. Sed de Zosimo subit iterum mirari, qui factum sit, ut Proculo infensior videatur, quem sanctum pontificem Hieronymus appellat epist. 4. faveat contra Patroclo, cujus ad episcopatum Arelatensem fœdus aditus, fœdior administratio memoratur. Pulso siquidem a civibus Herote, ut Prosper in chronico scribit, viro sancto & insonte, in ejus locum ordinatus est anno Christi CCCCXII. quod amicus & familiaris esset Constantij magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur. *Eaque res*, inquit, *inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum materia fuit.* De venditis autem ab eo sacerdotiis, in altero Prosperi chronico Pithœano: *Patroclus Arelatensis episcopus infami mercatu sacerdotia venditare ausus.* Verisimile est prorsus, in hac tota Patrocli cum Proculo Massiliensi, Hilario Narbonensi, Simplicio Viennensi, & cum aliis, controversia, & in amplificandis honoribus ecclesiæ Arelatensis, plurimum momenti apud Zosimum habuisse, ut de Patrocli artibus nihil dicam, Constantii magistri militum, mox Cæsaris, qui Patroclo & Arelatensibus favebat, auctoritatem & gratiam. De funesta vero Patrocli ejusdem cæde, Prosper idem agit in chronico vulgari ad annum Christi CCCCXXVI. Pag.1573.

IAC. SIRMONDI S. I.

Notæ postumæ

IN BONIFACII PAPÆ EPISTOLAS DVAS

Nunc primum editæ.

I. In epistolam ad episcopos Galliæ.

VALENTINÆ NOS.] Maximum Valentinæ civitatis episcopum, Manichæorum olim secta involu- Pag. 1584.

Appendix Tomi II.

A tum, homicidiique in sæculari judicio damnatum, & multis insuper flagitiis coopertum, accusarant apud Bonifacium clerici ejusdem ecclesiæ, asserentes illum delegatis constitutisque in provincia cognitionibus adesse minime voluisse, omniaque semper judicia subterfugisse. Pontifex, quia is Romam non venerat, intra provinciam judicandum decernens, synodum episcoporum die præfixo congregari jubet, in eaque Maximi causam discuti, & sententiam sive in præsentem, sive in absentem, proferri.

Pag. 1585. II. IN EPISTOLAM AD HILARIVM episcopum Narbonensem.

HILARIO EPISC. NARBONENSI.] Cum Lutevenses in prima Narbonensi provincia clerici conquesti apud Bonifacium essent, Patroclum Arelatensem, mortuo episcopo suo, alterum sibi, cum in alia sint provincia, prætermisso metropolitano suo, id est, Hilario Narbonensi, ordinasse: de ea re scribit ad Hilarium pontifex, mandatque ut Lutevam profectus, metropolitani jure arbitrioque B utatur, & peractis omnibus, sedi apostolicæ renuntiet quid statuerit. Itaque rescindit quod Zosimus nuper decreverat, primæque Narbonensis ordinationem non ad Arelatensem, sed ad Narbonensem episcopum, velut metropolitanum, pertinere declarat.

IAC. SIRMONDI S. I.

Notæ postumæ

Pag. 1618. Cap. 1. IN CÆLESTINI PAPÆ ALIQVOT EPISTOLAS

Nunc primum editæ.

I. In epistolam ad episcopos provinciæ Narbon. & Vienn.

DIDICIMVS QVOSDAM.] Taxat Cælestinus quosdam C episcopos, qui novo & insueto habitus genere uterentur: docetque discerni ab aliis debere clericos, non veste, sed vita & moribus. Sunt qui habitum interpretentur quo incedebant; alii, ut Dionysius Exiguus, quo ministrabant. *Quod non debeant*, inquit, *sacerdotes aut clerici amicti palliis, & præcincti lumbis, in ecclesia ministrare.* Sed res eodem relabitur. Nam primis ecclesiæ sæculis, clerici quas in vita communi vestes usurpabant, iisdem etiam in sacris utebantur, sed mundioribus & optimis, id est ut Hieronymus exponit in caput XLIV. Ezechielis, non quotidianis & quibuslibet, pro usu vitæ communi pollutis, sed mundis Quod idem aliis verbis significat lib. 1. contra Pelagianos, Pelagium exagitans, qui ornatum vestium aiebat Deo esse contrarium: *Quæ sunt rogo*, inquit, *inimicitiæ contra Deum, si tunicam habeo mundiorem? Si episcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus, in administratione sacrificiorum cum candida veste processerint?* Candidam enim D vestem dicit albam, quæ in usu tum erat more Romano, eamq; nitidam & lautiorem, qualis prensantium magistratum, qui candidati propterea vocabantur. Et color igitur & forma vestium eadem principio fuit ecclesiasticis, & reliquis. Sed cum formam alii postea mutassent, ecclesia prudenti consilio pristinam in sacris retinuit: & ornatum licet preciumque ad venerationem vestibus sacris adjecerit, formam tamen non mutavit; ita ut Romanas vestes nunc etiam referant, alba tunicam, casula togam, nisi quod casula seu planeta, ancisis proavorum nostrorum memoria lateribus, a togæ amplitudine abire cœpit. Et quia vetus hæc forma non perinde in quotidianis clericorum vestibus, ut in sacris, retenta est: ex eo factum, ut nunc in ecclesia, quod de veteri lege ad Ezechielem observarat S. Hieronymus, religio Divina alterum habitum habeat in ministerio, alterum in usu vitaque communi. Quod ipsum quoque accidit in lingua Latina, qua Divina officia celebramus. E Nam cum ea quondam in usu publico passim esset sub imperio Romano, eademque sacrorum in ecclesia vox esset, quæ populi: populus linguam, ut solet, postea mutavit, ecclesia Latinam merito retinuit.

2. POENITENTIAM MORIENTIBVS.] Arguit iterum, quod pœnitentiam morientibus denegarent. Qua de re dictum superius in epist. I. Innocentii ad Exuperium, c. 11.

ORDINATOS VERO QVOSDAM.] Hoc jam antea in 3. Proculi ordinationibus reprehendit Zosimus epistola ad Patrocl. quod episcopos repente faceret ex laicis, cum per ordinum ecclesiasticorum gradus & stipendia sensim promoveri debeant.

QVORVM CRIMINA.] Criminosos ab episcopatu arcendos docuit synodus Valentina canone IV. eoque nomine Maximum episcopali honore indignum censuit Bonifacius

A epistola ad episc Gall. Nunc vero Danielem Cælestinus, qui quo tempore ob varia flagitia reus postulabatur, ad episcopatum irrepserat, ab episcoporum cœtu segregat, & ad judicium, si confidit, venire jubet.

AD ARELATENSEM EPISCOPVM.] Is erat sanctus Honoratus, qui ex abbate monasterii sui Lirinensis, Arelatensium episcopus Patroclo cæso creatus fuerat ann. CCCCXXVI. in hunc quippe annum Patrocli cædem coniicit Prosper in chronico. Biennium autem, & aliquanto amplius, sedem illam rexit, ut docet auctor vitæ sancti Hilarii Arelatensis, qui Honorato successit. *Emenso*, inquit, *biennio* (post episcopatus scilicet auspicia) *cum ad meriti proprii percipiendum præmium emerito vitæ ipsius cursu vocaretur Honoratus, missis epistolis, ut extremis suis interesse deberet admonuit Hilarium.* Quare cum & supra biennium sedisse Honoratum, & vita excessisse constet die XVI Ianuarii: necesse est ejus obitum, Hilariique pontificatus exordia, in Ianuarium differri sequentis anni CCCCXXIX.

B II. IN EPISTOLAM AD EPISCOPOS GALLIÆ.

AD EPISCOPOS GALLIÆ.] Detulerant ad sedem apostolicam Prosper & Hilarius presbyteros quosdam, qui post obitum S. Augustini, ejus de gratia & libero arbitrio sententiam impugnantes, Massiliæ & aliis locis ecclesiam novis quæstionibus turbabant in Gallia. Præcipit episcopis Cælestinus, arguens illorum conniventiam, ut habito inter se tractatu presbyteros illos coërceant: & de S. Augustino, quanti apud Romanos pontifices semper fuerit, luculento testimonio declarat. Pag. 1611.

PROSPER ET HILARIVS] Iidem nimirum ipsi, qui ante biennium, superstite adhuc S. Augustino, cum ejus doctrinæ obtrectari cœptum esset in Gallia, certiorem illum suis epistolis fecerant: ad quos rescribens S. Augustinus, libros edidit de Prædestinatione sanctorum, & de bono perseverantiæ, quibus proinde præfigi solent epistolæ Prosperi & Hilarii. De priore igitur dubitat nemo, quin is sit C Prosper Aquitanus, cujus extant de hoc argumento præclaræ lucubrationes contra Cassianum, Vincentium, Rufinum, & alios. De altero, qui fuerit incertum est. Errant enim, qui Hilarium Arelatensem fuisse putant, ab iis delusi, qui cum ex Prosperi epistola Hilarium Arelatensem Augustino, ut aiebat, scribere velle didicissent, sequentem Hilarii epistolam illius esse rati, ejus inscriptionem corruperunt, ad Hilariique nomen, quod nudum antea in primis editionibus legebatur, Arelatensis episcopi titulum adjecerunt. Non animadvertentes scilicet, epistolam illam, quæ tota est pro defensione S. Augustini, congruere Hilario Arelatensi non posse, qui Augustini doctrinam, ut Prosper in epistola sua testatur, cũ in cæteris suspiceret, hac in parte non probabat. Non considerantes etiam, Hilarium hunc, qui ad S. Augustinum cum Prospero scripsit, & Prosperum quoque ipsum, laicos fuisse cum scriberent, quod & suis ipsi litteris produnt, & Augustini verba confirmant, qui eos compellans, filios vocat, non fratres, quod facturus non D erat, si episcopi fuissent, aut presbyteri. Quare falluntur, ut dixi, qui Hilarium hunc, cum episcopo Arelatensi confundunt. Eoque in errore versatum olim fuisse Hincmarum Remensem, & alios, permirum est, cum certissimis argumentis secernantur. Pari etiam ratione revincitur aliorum commentum, qui epistolam Hilarii Arelatensis itidem esse adstruunt, sed nondum episcopi; & in epistola Prosperi, ubi Arelatensis episcopus nominatur, Hilarium positum autumant pro Honorato. Quod absurdum est. Nam Honorati episcopatus, ut ex iis patet, quæ ante dicta sunt, ad hæc tempora non pervenit. Itaque Arelatensium episcopus revera jam erat Hilarius, successor Honorati, & diversus proinde ab eo alter hic Hilarius, de quo, tamquam adhuc laico, hic loquitur Cælestinus. Quæ omnia ex subjecta paucorum annorum synopsi patefient.

SYNOPSIS ANNORVM VI.

E ANno CCCCXXVI. post cædem Patrocli episcopi Arelatensis, in ejus locum episcopus creatus est Honoratus.

Anno CCCCXXVII. Cassianus Honorato episcopo & Eucherio dedicat septem collationes intermedias.

Anno CCCCXXVIII Cælestinus papa Honorato episcopo Arelatensi, per Fortunatum subdiaconum scribit de Daniele criminoso episcopo.

Anno CCCCXXIX Honoratus Ianuario mense moritur: eique in Arelatensi cathedra succedit Hilarius.

Prosper & Hilarius alter ad Augustinum e Gallia scribunt de reliquiis Pelagianæ pravitatis.

Anno CCCCXXX. S. Augustinus migrat in cælum v. Kal. Septembris.

Anno CCCCXXXI. Prosper & Hilarius ad Cælestinum Ro-

mam

Romam profecti, ab eo litteras eliciunt contra adversarios A S. Augustini.

2. AVGVSTINVM SANCTÆ R.] Hujus loci testimonio utitur Prosper adversus Collatorem cap. XLII. *Per hunc virum*, Cælestinum intelligit, *intra Gallias istis ipsis qui sanctæ memoriæ Augustini scripta reprehendunt, maleloquentia est adempta libertas: quando consultantium actione suscepta, & librorum qui errantibus displicebant pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentiri, sancto manifestavit eloquio: evidenter pronuncians, quantum sibi præsumptionis istius novitas displiceret, qua auderent quidam adversus antiquos magistros insolenter insurgere, & indisciplinatæ calumniæ prædicationi veritatis obstrepere.* AVGVSTINVM *inquiens* sanctæ recordationis virum pro vita sua, *&c. usque*, & honori. *Contra istam clarissimam laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem, audet quisquam maligna interpretationis murmur emittere?* &c.

IN SEDIS APOST. AVTORITATES.

1613 E B

TAmetsi neque a Cælestino, neque illius nomine, collectæ vel editæ videntur hæ autoritates, sed a Prospero potius, aliisque, qui pro doctrina S. Augustini contra ejus obtrectatores dimicabant: Cælestini tamen nomine, tamquam pars vel appendix epistolæ superioris, citari solent a scriptoribus antiquis, ut a Petro diacono, Floro magistro, Hincmaro archiepiscopo, & aliis: itemque a collectoribus canonum, Cresconio, Dionysio Exiguo, & Ivone, qui appellat decreta Cælestini Galliarum episcopis missa. P. I. cap. CCV.

14. 6 QVID RECTORES ROMANÆ ECCL.] Hincmarus in posteriore contra Gothescalcum opere, cap. I. *Sanctus Cælestinus*, inquit, *ad Venerium & alios Gallicanos episcopos scribens in decretali sua epistola, ita dicit ad locum*, Quid rectores Romanæ ecclesiæ, &c. Citat idem ex cap. VIII. & IX. quædam aliis in locis ejusdem libri.

5. 6. QVOD OMNIA STVDIA.] Florus magister diaconus ecclesiæ Lugdunensis (hunc enim ejus operis autorem fuisse didicimus ex codice Corbeiensi) in libro qui Lugdunensis ecclesiæ nomine inscriptus est adversus Ioannem Scotum, in refutatione capituli VIII. *Hæc est illa*, inquit, *ecclesiastica & fidelissima definitio, quam beatus papa Cælestinus ponit in decretis suis, dicens*: Ita Deus cordibus hominum, atque in ipso libero arbitrio, &c. *Et iterum*: Omnia studia, omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sunt, &c. C

.5. AD TOTIVS ORBIS EPISCOPOS.] Easdem Zosimi de Pelagii & Cælestii damnatione litteras designans Augustinus epistola CLVII. ad Optatum, *quas universalitates*, ait, *ad omnes episcopos manarunt*. Et libro II. de gratia & peccato originali cap. XXI. *quas conscripsit per orbem catholicum perferendas*. Et rursus epistola XLVII. *Item quod papa Zosimo de Africano concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos missum.* Prosper item contra collatorem cap. X *Erravit sacrosancta beati Petri sedes, quæ ad universum orbem papa Zosimi sic ore loquitur*: Nos tamen instinctu Dei, omnia enim bona ad auctorem, &c. Alterum Zosimianæ hujus epistolæ, quæ in tenebris hactenus latet, fragmentum extat capite sequenti: aliud apud Augustinum eadem in epistola CLVII. D

.7. CARTHAGINENSIS SYNODI.] Synodo Carthaginensi recte tribuit octo canones contra hæresim Pelagianam editos, qui falso, ut alii jam observarunt, sub synodi Milevitanæ nomine circumferuntur. Conditi enim revera fuerunt in synodo CCXIV. episcoporum quæ Carthagine in secretario basilicæ Fausti celebrata est, Kalendis Maiis Honorio XI. & Theodosio VIII. Augustis Coss id est anno Christi CCCCXVIII. Cui quidem ipsi adscribuntur in synodo Africana cap. LXXVI. & sequentibus. Extant canones iidem in codice Corbeiensis monasterii hoc titulo: INCIPIVNT constituta synodi Carthaginensis episcoporum CCXIV. PLACVIT *omnibus episcopis, qui fuerunt in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constituti, ut quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum*, &c. Præfuisse synodo Aurelium Carthaginensem, & Donatianum Teleptensem episcopum primæ sedis provinciæ Byzacenæ, auctor est Photius, qui acta integra legerat, bibliothecæ cap. LIII. E

p.8. CVM ENIM SANCTARVM PLEBIVM PRÆSVLES.] Petrus diaconus libro de Incarnatione & gratia Christi ad sanctum Fulgentium, & alios: *His congrue beatissimus Cælestinus in epistola ad Gallos data*: Cum enim, *inquit*, sanctarum plebium præsules, &c. Quibus alia deinde subnectit ex cap. IX. & X.

APPENDIX TOMI II.

EIVSDEM NOTÆ POSTVMÆ

Nunc primum editæ

IN LEPORII LIBELLVM; ET VALENTINIANI CONSTITVTIONEM.

Pag. 1676. & seq.

I. LEPORII LIBELLVS.

CAssianus hæresim, cui cum aliis adhæsit Leporius, (neque enim ejus auctor fuit) ex maxima Belgarum urbe, hoc est ex Trevirensi emersisse significat lib. I de Incarnatione Domini, cap. II. Tum eam sic explicat, quod dicentes, solitarium hominem Iesum Christum sine ulla peccati contagione venisse, eo progressi sunt, ut assererent, homines, si vellent, sine peccato esse posse. Quorum hoc Pelagiani dogmatis erat, illud postmodum erroris fuit Nestoriani.

De Leporii porro emendatione, litterisque quas doloris sui testes ad Gallicanos episcopos ex Africa scripsit, agens idem Cassianus cap. IV. Leporium, tum etiam cum opus id texeret, in Africa versatum esse narrat: ut conjicere liceat, apud Augustinum sedem suam fixisse post conversionem suam, atque illum ipsum Leporium videri, qui inter Hipponensis ecclesiæ presbyteros nominatur in actis ecclesiasticis, quibus Eradium sibi successorem designavit epistola CX.

EPISTOLA EPISCOPORVM AFRI.] Etsi quatuor episcoporum nomine scripta est: sic tamen redolet stylum atque ingenium Augustini, ut ab eo dictatam fuisse dubium non videatur. Fortasse & ab aliis quoque, vel aliorum certe nutu ac vice, conscripta est. Nam Ioannes II. papa in epistola III. ad Avienum & alios senatores, locum recitans ex sequenti epistola seu libello Leporii, a synodo Africana confirmatum testatur: *Leporius*, inquit, *in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & Augustinus, & synodus Africana firmavit. Nascitur ergo*, &c. Quibus verbis si Africanam synodum eam dixit, quam habemus, post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. anno Christi CCCCXIX. celebratam, in eundem scilicet annum Leporii emendationem incidisse statuendum est. Baronius ad annum refert CCCCXX. P. 1676. D

II. VALENTINIANI CONSTITVTIO.

IN optimo & antiquissimo codice Lugdunensis ecclesiæ, in quo post synodos Gallicanas adjectæ sunt ad finem integræ diversorum principum constitutiones XVI. de rebus ecclesiasticis, ducto ab iis tribus initio, quæ jam editæ sunt ad calcem codicis Theodosiani, huic Valentiniani Cæsaris constitutioni, quæ sexta ordine numeratur, titulus argumenti loco præfixus est hujusmodi: *Non licere clericos judicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de civitatibus projici, & Christianos servos non debere Iudæis servire, & Iudæos non debere militare.* Privilegium ergo clericis ademptum ab Ioanne tyranno (hunc enim designat, qui proxime a Theodosii ducibus fuerat oppressus, vitaque & imperio, quod Honorio defuncto invaserat, spoliatus) hac lege redintegratur, ne illos ad sæculares judices pertrahere liceat, sed episcopali audientiæ reserventur. Quod privilegium multi ante principes suis rescriptis constabilierant, tum ante paucos annos de accusationibus clericorum Honorius Valentiniani Cæsaris avunculus testatus erat, quod alio loco diximus, clericos non nisi apud episcopos accusari oportere L. XLI. cod. Theod. *De episcopis*, &c.

ARMATIO PR. P. GALLIARVM.] Non ad Armatium, sed ad Bassum comitem rei privatæ inscribitur lex postrema cod. eodem *De episcopis*, &c. quæ congruit cum prima parte hujus constitutionis. Nimirum de eadem re in diversa loca scripserat Valentinianus: in Galliis vero eo exemplo in codices relata est, quo missa fuerat ad præfectum Galliarum.

DIVERSOS EPISCOPOS.] Pelagiani catholicis permisceri solebant, quia ecclesiam aliam non habebant: ideo non facile cognoscebantur. Vetus auctor hujus ævi e bibliotheca S. Mariæ Remensis, qui tres libros composuit adversus Prædestinatianos, atque in primo de nonaginta hæresibus disseruit, hæresi XXCVIII. *Pelagiani*, inquit, *seu Cælestiani, catholica plebi permixti sunt, quia ecclesiam aliam non habent: & ideo, ubi eis evenerit, communionem non renuunt. Dicunt enim unius confessionis esse in hac parte in qua eucharistia conficitur. De quæstione enim, aiunt, non de communione discernimur. Pro hoc ausu & a nostris, si deprehendantur, periculis subjacent, & a suis exsecrationi habentur. Habent enim & presbyteros & episcopos suos.*

INTRA VIGINTI DIES.] Pares ad resipiscendum inducias

APPENDIX TOM. II.

ducias schismaticis in urbe dedit idem Valentinianus ad A Faustum præfectum Vrbi paucis post diebus rescribens L. LXII. cod. Theod. De hæreticis. *Circa hoc autem maxime,* inquit, *urgenda commotio est, qui pravis suasionibus a venerabilis papa sese communione suspendunt, quorum etiam schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conventione præmissa triginti dierum, condonavimus inducias, intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem solitudine quam eligunt macerentur.*

IVDÆIS QVOQVE.] Concilium Meldense can. LXXIII. Militiam Iudæis interdixerat Honorius, advocationem permiserat. L. XXIV. cod. Theod. De Iudæis. Mancipia vero Christiana ut habere Iudæis liceret, indulserat idem Honorius hac conditione, ut religionem ab iis servari permitterent, L. III. Ne Christianum mancipium Iudæus habeat. Lex hæc & a causis agendis Iudæos, militiaque excludit, & ne Christianos servos habeant penitus in- B terdicit.

CONCILIA DVO CARTHAGINENSIA.

CArthaginense sub Grato episcopo concilium, anno CCCXLVIII. *alterumque sub Genethlio, anno* CCCXC. *celebratum, jam supra edidimus. Sed cum ea V. Cl. Lucas Holstenius e vetustis codicibus Vaticanis emendarit: operæ precium erit, ex ejus exemplari ad nos per R. P. Petrum Possinum transmisso, iterum ea repræsentare. Quanquam enim pars aliqua emendationum ab ipso factarum ad marginem editionis nostræ jam* C *adscripta sit, ex variis lectionibus, quas libro suo Petrus Pithœus, ex multorum collatione codicum addiderat: juvabit tamen Holstenianam hanc editionem, non lectionum varietate distractam, sed unam in corpus collectam exhibere.*

Extat supra pag. 713.

CONCIL. CARTHAGINIS AFRICÆ SVB GRATO EPISCOPO CELEBRATVM anno Christi CCCXLVIII.

A Luca Holstenio correctum ad vetustum exemplar Vaticanum.

CAPITVLA.

PRÆFATIO.

CVm Gratus episcopus Carthaginis in concilio una cum collegiis suis consedisset, qui ex diversis provinciis Africanis ad Carthaginem convenerunt, Felice Bajanensi, Fortunatiano Capsitano, Crescente Bagensi, Vindicio Sacubazensi, Abundantio Adrumetino, Privato Begeselitano, Gaudentio Turretamallumensi, Eparchio Siccensi, Quieto Vticensi, Romulo Tebestino, & cæteris quorum manus continetur, idem Gratus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Christo Iesu, qui dedit malis schismatis finem, & respexit ecclesiam suam, ut in ejus gremium erigeret universa membra dispersa: qui imperavit religiosissimo Constantino imperatori, ut votum gereret unitatis, & mitteret ministros operis sancti famulos Dei Paulum & Macarium. Ex Dei ergo nutu congregati ad unitatem, ut per diversas provincias concilia celebraremus, & universæ provinciæ Africæ hodierno die concilii gratia ad Carthaginem venirent. Vnde considerantibus vobis cum mea mediocritate tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est nos memores præceptorum Divinorum, & magisterii scripturarum sacrarum, contemplantes unitatis tempus, id de singulis definire quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore unitatis aliquid durissimum statuamus.

CANONES.

I. *Vt baptismum in Trinitate susceptum non iteretur.*

ERGO si vobis placet consideremus primum titulum rebaptizationis: & sanctitatem vestram postulo, ut mentis vestræ placita producatis, an descendentem in aquam, & interrogatum in D Trinitatem, secundum evangelii fidem & apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum de Resurrectione Iesu Christi, liceat interrogari in eandem fidem, & in aqua iterum intingui. Vniversi episcopi dixerunt: Absit, absit. Inlicitam enim esse sancimus rebaptizationem, & satis esse alienum a sincera fide & catholica disciplina.

II. *De martyrum sepulcris & honorificentia.*

Gratus episcopus dixit: Magna beati- E tudo a Deo patre per Christum dominum concessa est tempori nostro, ut liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam: ut auditores percipientes regulam rectam & Deo placentem, præmia meritorum bonorum percipiant: ut in ipsis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, in quo plus schismatis rabies delitescebat: & adhibita moderatione legis vigor & auctoritas constituta est. Illud sane sapientissimis

mis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa, & a Deo docta, & mereatur in pace & unitate consequi desuper munera larga: tamen & ego unus ex vobis, & qui parem vobiscum solicitudinem geram, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo. Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque passiva corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam commendari mandatum est, redigat; ut aut insania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati discretos, non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrantur, martyrum nomine appellet: aut si quis ad injuriam martyrum, claritati eorum adjungat infamiam, placet eos, si laici sunt, ad pœnitentiam redigi; si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionem, honore privari. Vniversi dixerunt: Recte statuit sanctitas vestra: hoc & singulis conciliis statutum est.

III. *Vt clerici, vel sanctimoniales feminæ, cum extraneis viris vel feminis non habitent.*

Gratus episcopus dixit: Et illud præcipue, si videtur vestræ dilectioni, cavendum est, ut pastoris cura, quantum debet & potest regularis providentia, præmuniat, ut nullis liceat ab affectu carna liabstinentibus cum extraneis pariter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspiciones, quibus subtilitas diaboli, sub prætextu caritatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus ergo & nulla, sanctimoniæ deserviens, propter blasphemiã ecclesiæ, si vobis placet, in una domo penitus commorari non debent. Vniversi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, vitare debent, non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex jubet, & sanctitas vestra commendat: hoc & in singulis conciliis a nobis statutum est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus hujusmodi constringere, si sanum consilium respuunt & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem, si contempserint, a communione separentur: si clerici sunt, honore priventur. Vniversi dixerunt: Placet, placet.

A VI. *Vt cum viduis vel viduabus extraneæ personæ non commorentur*

Gratus episcopus dixit: Etsi infinita sunt, quæ lege præscripta sunt, proficientia disciplinæ; & unusquisque nostrum tractatu adsiduo & commonitione frequenti singulas quasque species proficientes ad disciplinam poterit populos intimare: tamen aliqua ex his propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate conjuncti sunt. Vniversi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat, & sententia. B

V. *Vt clerici & laici in alterius ecclesia non ordinentur.*

Privatus episcopus Begeselitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, ut statuatis, non debere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui, neque apud se detinere: sed nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet, sine conscientia ejus episcopi, de cujus plebe est. Gratus episcopus dixit: Hæc observantia pacem custodit: C nam & memini sanctissimo concilio Sardicensi similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem sibi usurpet: sed si forte erit necessarius ordinationi, ut de vicino homo sit necessarius, petat a collega suo, & concessum habeat.

VI. *Vt clerici, actus sæcularium vel procurationes non suscipiant.*

Nicasius episcopus Culusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, ut qui serviunt Deo, & annexi sunt clero, non D accedant ad actus & administrationem vel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit: Et apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: Nemo militans Deo ingerat se negotiis sæcularibus. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniversi dixerunt: Hoc observemus.

VII. *Vt clerici, vel laici, in alia ecclesia non communicent sine litteris episcopi sui.*

Cassianus Vsulensis episcopus dixit: Statuat gravitas vestra, ut unusquisque E clericus, vel laicus, non cõmunicet in alia plebe sine litteris episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc observatũ fuerit, communio fiet passiva. Nam si cũ litteris receptus fuerit: & cõcordia inter episcopos servatur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem, ad alium latenter accedet. Vniversi dixerunt: Omnibus provides, & clero & laicis consulens.

VIII. *Vt implicati negotiis alienis, ante redditam rationem clerici non ordinentur.*

A

Magnus episcopus Aptungensis dixit: Quid dilectioni vestræ videtur, procuratores & actores, tutores etiam seu curatores pupillorum, si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita universa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cum laude, cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniversi dixerunt: Rectę omnia statuit sanctitas tua: ideoque tua, nostra est quoque sententia.

B

IX. *Vt laici clericos actores vel ratiocinatores sibi non constituant.*

Metus Taceanensis episcopus dixit: Recte statutum est, ut obnoxii negotiis alienis non ordinentur: tamen etsi dimissi, & gratias referre debent, & a clericorum iniuria temperare. Et ipsis non liceat vel dominis, clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est, quod omnes, vel domini, vel procuratores, vel quicumque præsunt, cum audierint saluberrima instituta concilii, & sibi esse consultum, nec impeditum, propriam quoque inhibebunt iniuriam in clericis nostris. Quod si in iniuriam constitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putaverint: & defensio ecclesiastica non deerit, & pudor publicus vindicabitur. Vniversi dixerunt: Saluberrimæ provisiones debuerunt tanto condi concilio.

C

X. *Vt episcopus alterius episcopi plebes aut fines non usurpet.*

Felix episcopus Bajanensis dixit: Nullus debet collegæ facere injuriam: multi enim & transcendunt suas, & usurpant alienas plebes, ipsis invitis. Gratus episcopus dixit: Avaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines usurpet, aut transcendat episcopum collegam suũ, & usurpet alterius fines, sine ejus petitu, quia inde cætera mala omnia generantur. Vniversi dixerunt: Placet, placet.

D

XI. *De clericis contumacibus, & de numero iudicantium episcopum, presbyterũ, & diaconũ.*

Elpidophorus Cuiccalitanus episcopus dixit: Statuat sanctitas vestra, ut clerici qui superbi vel contumaces sunt, coerceantur, qui minores majoribus irrogaverint injurias, ut metum habeant disciplinæ. Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem commendat; sed diaboli, qui superbiæ inventor & princeps est. Vnde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est qui arguitur; si presbyter, a sex; si episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur. Vniversi dixerũt: Contundi debet contumacia, & superbia in omnibus frangi: causæ vero pro personis ab statuto numero audiantur.

E

XII. *Vt pacta inter episcopos inita custodiãtur.*

Antigonus episcopus Madaurensis dixit: Gravem injuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliã meam, & computare communem injuriam. Optantius cum se repræsentaret, pactum mecum habuit, & diuisimus plebes, manus nostræ tenentur & pittacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi adtributas, & susurrat populis, ut illum patrem, me vitricum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, ut in se illiciat populorum imperitorum animos contra disciplinam, contra evangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquisset. Vnde inita pacta suã obtineant firmitatem: aut conventus si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiet disciplinam. Vniversi dixerunt: Pax servetur, pacta custodiantur.

XIII. *Vt non liceat clericis fœnerare.*

Abundantius episcopus Adrumetinus dixit: In nostro concilio statutum est, ut non liceat clericis fœnerare: quod etiam si sanctitati tuæ, & huic concilio videtur, præsenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Novellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent inspectæ, a nobis formam accipient. Cæterum, de quibus apertissime Divina scriptura sanxit, non ferenda sententia est, sed potius exs[...]quenda. Proinde quod in laicis repreh[...]ditur, id multo magis debet in cleric[...] prædamnari. Vniversi dixerunt: Ne[...]o contra prophetas, nemo contra e[...]angelia, facit sine periculo.

XIV. *Vt laici contemptores canonum excommunicentur; clerici, honore priventur.*

Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta concilii, & meæ mediocritatis sententiã placet facere omniũ rerũ conclusionem. Vniversi

Vniversi tituli designati & digesti teneant sententias suas. Sane credo vos retinere, multis conciliis a patribus nostris & traditionem esse damnatam, & rebaptizationis impietatem esse puniendam: quas res etiam nostro concilio credo jam terminum accepisse. Reliqua vero, quæ vel facta, vel dicta, superius comprehensa sunt, vel aliis conciliis scripta secundum legem inueniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, si laicus est, communione; si clericus est, honore privetur. Vniversi dixerunt: Placet, placet. Gratus episcopus dixit: Superest jam, ut placita omnium vestrum, quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Vniversi dixerunt: Et consensisse nos concilii hujus scripta testantur, & subscriptione nostra consensus declarabitur noster. Et subscripserunt.

Explicit concilium sub Grato.

à pag. ***

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB GENETHLIO EPISCOPO celebratum anno Christi CCCXC.

Nunc demum integritati suæ ex MS. restitutum a Luca Holstenio.

CAPITVLA.

PRÆFATIO.

Gloriosissimo imperatore Valentiniano Augusto III. & Neoterico V. C. consulibus, XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in basilica Perpetuæ restituta, cum Genethlius episcopus una cum Victore Abderitano, & alio Victore Puppianensi, & cæteris coepiscopis suis provinciarum diversarum, consedisset:

CANONES.

I. *Vt Trinitas credatur, & prædicetur.*

Genethlius episcopus dixit: Omnipotenti Deo gratias refero, qui permisit, ut secundum commune consilium habitum in præterito, etiam iuxta tenorem petitionis litterarũ mearum, ad Carthaginẽ pro fide atq; vtilitate ecclesiastica veniretis. Et si non omnes, tamen quoniam caritas totum persuadet, ut qui corpore sunt absentes, nobiscum in spiritu videantur esse conjuncti: idcirco, Deo propitio, quia præsentes estis, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioso primitus confitenda est: tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum, ex consensu omnium est astruendus. Ad corroborandas autem fratrum & coepiscoporum nostrorum nuper promotorũ mentes, ea proponenda sunt, quæ a patribus certa dispositione accepimus: ut Trinitatis, quam nostris sensibus consecratam retinemus, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unitatem, quæ nullam noscitur habere differentiam, sicut didicimus, ita Dei populos instruamus. Ab universis episcopis dictum est: Plane sic accipimus, sic tenemus, fidem apostolicam sequentes.

II. *Vt castitas a levitis & sacerdotibus custodiatur.*

Epigonius episcopus Bullensium Regiorum dixit: Cum in præterito concilio, de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, qui constrictione quadam castitati per consecrationes annexi sunt, episcopus, inquã, presbyter, & diaconus, tractatu pleniore, ut pudicitiam custodiant, doceantur. Genethlius episcopus dixit: Vt superius dictum est, decet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, nec non & levitas, vel qui sacramentis Divinis inserviunt, continentes esse in omnibus: quo possint simpliciter, quod a Deo postulant impetrare: ut quod apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis episcopis dictum est; Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus se abstineant: ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altari deserviunt.

III. *Vt chrisma, & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium, a presbyteris non fiant.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Si jubet sanctitas vestra, suggero. Nam memini præteritis conciliis fuisse statutum, ut chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant. Si quis autem emerserit hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Genethlius episcopus dixit: Audivit dignatio vestra suggestionem fratris & coepiscopi nostri Numidii: quid ad hæc dicitis? Ab universis B episcopis dictum est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant: vel reconciliare quemquam publica missa presbytero non licere, hoc omnibus placet.

IV. *Vt presbyter pœnitentem jussus a suo episcopo reconciliet.*

Genethlius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari Divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique C presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem ejus præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio corroborare. Ab universis episcopis dictum est: Placet omnibus, quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

V. *Diœcesis quæ episcopum nunquam habuit, non habeat.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestræ, in- D sinuo, ut diœceses, quæ nunquam episcopos habuerunt, non habeant: & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Et si accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus desiderabit proprium habere rectorem: ejus videlicet voluntate, in cujus potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum. Secundum autem hanc prosecutionem, sanctitatis vestræ est æstimare quid fieri debeat. Genethlius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris & coepiscopi E nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum est: Placet, placet.

VI. *Vt qui criminibus implicati sunt, sacerdotes vel clericos non accusent.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Præterea sunt quam plurimi non bonæ conversationis, qui existimant, majo- A res natu vel episcopos passim vageque in accusatione pulsandos. Debent tam facile admitti contra apostolicam regulam nec ne? Genethlius episcopus dixit: Placet ergo caritati vestræ, ut is, qui aliquibus sæcularibus irretitus est, vocem adversus majorem natu non habeat accusandi? Ab universis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur, ut accuset. Omnibus placet.

VII. *Vt qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Illud autem vestræ suggero sanctitati, ut si qui pro facinoribus suis de ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad comitatum pergere, aut ad judicia publica prosilire, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina adtentare: si episcopus vel clericus cujuslibet plebis eos sine consensu susceperit, de his quid censetis? Epigonius episcopus Bullensium Regiorum dixit: Si quis episcopus communionem tenens catholicam, hujusmodi homines vanis blandimentis incedentes, temere susceperit, sciat cum his se rejectis esse depravatum, transiens sortem eorũ. Genethlius episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres & coepiscopi, ut qui merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communione suscepti, refugientes sui episcopi regulare judicium, etiam ipse pari cum eisdem crimine teneatur obnoxius. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet.

VIII. *Vt si presbyter excommunicatus sacrificare præsumpserit, anathematizetur.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Nec illud prætermittendum est, ut si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putaverit separatim Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Genethlius episcopus dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ Felix frater noster prosecutus est. Proinde quid exinde videtur vestræ dilectioni, edicite. Ab universis episcopis dictũ est: Si quis presbyter a præposito suo excommunicatus, vel correptus fuerit: debet utiq; apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus, secernendum se ab

se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit, loco amisso anathema habeatur. Nihilo minus & de civitate & congregatione in qua fuerit, longius depellatur, ne vel ignorantes, vel simplices mentes, serpentina fraude decipiat. Quoniam secundum Apostolũ, ecclesia una est, una fides, unum baptisma. Et si querimoniam justam adversus episcopum habuerit, inquirendum erit.

IX. *Vt si presbyter inconsulto episcopo agenda celebrauerit, honore priuetur.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter, præsente & inconsulto episcopo, complurimis in domiciliis agant agenda: quod disciplinæ incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genethlius episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri suggestioni respondere non morentur. Ab universis episcopis prædictum est: Quisquis presbyter inconsulto episcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

X. *Quanti debeant judicare sacerdotem atque leuitam.*

Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam hoc adjicio secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus, quod non optamus fieri, reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare episcopos: ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiatur; & a sex presbyter, & a tribus diaconus, cum proprio suo episcopo. Genethlius episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sãctitas vestra? Ab universis episcopis dictum est: Dignum est, a nobis veterum statuta debere servari.

XI. *Vt nullus parochiam alienam præsumat.*

Victor episcopus Abziritanus dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum, alterius plebes, vel diœcesim, sua importunitate pulsare, terminosque sibi statutos conetur excedere. Qui hoc facere tentaverit, quemadmodum coercendus est? Genethlius episcopus dixit: & lex sancta prohibet, & ipsa veritas non sinit, quemquam aliena concupiscere: proinde quod etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab universis episcopis dictum est: Placet, ut secundum Divinæ legis, & sancti evangelii autoritatem, nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

XII. *Vt sine consultu metropolitani nullus ordinetur episcopus.*

Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Aliqui episcopi usurpatione existimant, contempto primate cujuslibet provinciæ suæ, ad desiderium populi episcopum ordinare, neque litteris ad se primæ cathedræ manantibus, neque potestate accepta. Quid de hoc statuet sanctitas vestra? Genethlius episcopus dixit: Quoniam communis est honorificentia, quam unicuique servari oportet, de hoc ipso, fratres, vestrum est pronunciare. Ab universis episcopis dictum est: Placet omnibus, ut inconsulto primate cujuslibet provinciæ, tam facile nemo præsumat, licet cum multis episcopis, in quocumque loco, sine ejus, ut dictum est, præcepto episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi, in quocumque loco sint, cum primatis præcepto ordinare debebunt episcopum.

XIII. *Vt episcopus qui contra suam professionem in concilio habitam venerit, deponatur.*

Genethlius episcopus dixit: Omnia ergo quæ a vestro cœtu gloriosissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri? Ab universis episcopis dictum est: Placet, placet, custodiantur ab omnibus. Genethlius episcopus dixit: Si, quod non opinamur, ab aliquo fuerint violata, quid statuitis, quod fieri debeat? Ab universis episcopis dictum est: Qui contra suam professionem, vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. Genethlius episcopus dixit: Gratulor Domino nostro præstante, quod pro statu ecclesiæ catholicæ cuncta nos salubri consilio servanda decrevimus. Et ideo quæ ab omnibus sunt dicta, propria debemus subscriptione roborare. Ab universis episcopis dictum est: Fiat, fiat. Et subscripserunt.

Explicit concilium sub Genethlio.

FINIS

TOMI SECVNDI.

LUTETIÆ PARISIORUM.

Impensis { GEORGII IOSSE, DIONYSII BECHET, GVILLELMI LE BE', GABRIELIS & NICOLAI CLOPEIAV, PETRI LE PETIT, Viduæ EDMVNDI MARTIN, LVDOVICI BILLAINE, GODEFRIDI MARCHER, IOANNIS DVPVIS, SEBASTIANI MABRE-CRAMOISY, IACOBI PIGET, } viâ Iacobæâ.

M. DC. LXXI.



